nomẽ accepit: qꝛ ſcꝫ ibi ſit in ſobolẽ ſeminat⁹. Qui
cũqꝫ habẽt ſyri ſermonis peritiã intelligunt ꝓfecto
qđ loquimur. Supꝛa hec vero que dixim⁹: etiam
exitus ipſe rerũ: pꝛedicti de chꝛiſto teſtimonij aſſerit
veritatem. Quid em̃ dicit? (Nequaqꝫ minima es ĩ
pꝛincipibus iuda) Cauſam quoqꝫ que illã magnã:
atqꝫ illuſtrẽ faceret adiũgẽs (egredietur (inq̃t) ex te
dux) Nemo em̃ alius oĩno pꝛeter chꝛiſtum clarã il
lam fecit/ nobilẽqꝫ regionẽ. Poſt illum ſiquidẽ in
uſitatum/ admirandumqꝫ partũ ab extremis vſqꝫ
finibus mundi veniũt ad viſendum illũ tugurij/ ac
pꝛeſepij locũ. Quod certe olim ꝓpheticus ſermo ſi
gnauit dicẽs (Nequaqꝫ minima es in pꝛincipibus
iuda) id eſt inter tribuũ pꝛincipes. Hoc vero dicẽs
hieruſalẽ quoqꝫ pariter cõpꝛehẽdit. Sꝫ nec ſic qui
dem iudei intẽdere voluerũt/ ⁊ certe cũ maxima ad
illos deferretur vtilitas. Iccirco em̃ inter initia nõ
tam de dignitate illius loqui pꝛophete inducunt̃/
ꝙꝫ de beneficio/ quod in eos maximũ ꝯferebat. Nã
et cum virginis partus inſtaret (vocabis/ inq̃t/ no
men eius ieſum) ⁊ intulit dicẽs (Ipſe em̃ ſaluũ faci
et populũ ſuũ a peccatis eoꝝ). Et n. agi quidẽ nõ vbi
eſt qui natus eſt filius dei: ſed natus eſt inquiunt rex
iudeoꝝ/ hic quoqꝫ ꝓpheta nõ dixit: ex te ꝓcedet fili
us dei: ſꝫ dux/ inquit qui reget populũ meũ iſrael.
Oportebat ſiquidem cõdeſcẽſoꝛio/ ⁊ humilioꝛe inte
rim ſermonis igreſſu inſtitui pꝛedicatiõis exoꝛdia:
ne tanti adhuc myſterij aĩos rudes: ſubito patefa
cta veritas in ſcandalũ concitaret. Et iccirco ea ma
gis que ad ſalutẽ ipſoꝝ pertinẽt pꝛedicant̃: vt ad ſu
ſcipiẽdum interim regẽ beneficio ſibi blandiente cõ
currãt. Quanta enim cũqꝫ teſtimonia ꝓferunt̃/ ni
hil de illo pꝛecipuũ ſonãt: nihilqꝫ ſublime: nec oĩno
tale aliq̃d quale poſteaqꝫ pꝛoceſſit in mediũ: ipſa cla
mabant documẽta ſignoꝝ. Illa q̃ppe de p̃tate ei⁹/
et certius loquũtur/ ⁊ clarius. Cũ em̃ poſt mirabi
lia que fecit innumera hymnos in illum pueri cane
rent/ illud ei ꝓpheticũ coaptãtes: Ex oꝛe infantiũ/
⁊ lactentiũ ꝑfeciſti laudẽ: ⁊ rurſus: Qm̃ videbo ce
los tuos opa digitoꝛũ tuoꝝ: ꝓculdubio creatoꝛẽ il
lũ oĩm eſſe clamabant: illud etiã teſtimoniũ quo ei⁹
in celum ſignat̃ aſſumptio: equalitatẽ cũ patre oſtẽ
dit. Dixit (inq̃t) dñs dño meo ſede a dextris meis.
Eſaias vero ait: Qm̃ qui exurget reget gentes/ in
eũ gentes ſperabunt. Quõ autem dixit bethleẽ nõ
eſſe minimã in pꝛincipibus iuda? qꝛ ꝓfecto nõ oĩni
paleſtina tantũ: ſed vniuerſo ꝓrſus oꝛbe factus eſt
ille vicus illuſtrioꝛ. Sꝫ ad iudeos videtur interim
ſermo reſpicere: ⁊ iccirco ſubiũxit (qui reget populũ
meũ iſrael) cum certe totius ſit oꝛbis rectoꝛ effect⁹.
Sed vt dixi nolẽs interim ſcãdalũ inferre iudeis:
ſermonem de gentilium vocatione celauit. Et quẽ
admodum inquis rexit populum iudeoꝝ? Et iſtud
quidem ꝓpꝛie factum eſt: ſꝫ hic tñ iſrael illos appel
lat oẽs: qui ei ex iudeoꝝ/ ⁊ gẽtiliũ ppl̃o crediderũt.
Et hoc interpꝛetãs apl̃s/ aiebat: Nõ em̃ oẽs qui ex
iſrl̃ hi ſũt iſraelite: ſꝫ q̃cũqꝫ ꝑ fidẽ repꝛomiſſiõis na
ti ſunt. Si vero nõ oẽs regit: vocatoꝝ crimẽ eſt: nõ
vocantis. Opoꝛtet igitur illos adoꝛare cũ magis/
et gloꝛificare deum: qꝛ tale iã tẽpus inſtat: in q̃ illo
rum oĩa peccata ſoluant̃. Nihil nãqꝫ in hoc loco au
diũt de terroꝛe iudicij/ nihil de cõminatione ſuppli
cij: ſed de mãſueto tãtũ mitiqꝫ rectoꝛe: qui et aduer
ſo cõturbant̃: atqꝫ cõturbant/ ⁊ mille poſt hec moli
untur inſidias. (Tunc herodes (inq̃t) clam vocatis
magis diligenter didicit ab eis tempus ſtelle: que
apparuit eis) puerũ ꝓculdubio interficere cupiẽs:
qđ nõ ſtulticie ſolum: ſed etiã furoꝛis indiciũ ẽ. Nã
⁊ illa q̃ facta ſunt/ ⁊ illa que dicta ſatis idonea erãt
q̃ ab omni illum poſſent deterrere conatu. Non em̃
ex hoĩbus erãt illa que natũ eſſe regẽ docebãt. Si
quidẽ/ ⁊ ꝙ ſtella magos ab oꝛiẽte vocauit/ ⁊ ꝙ ho
mines barbari longinq̃ ſubierũt expectationis la
boꝛẽ: mõ vt adoꝛarent in pãnis/ atqꝫ in pꝛeſepio col
locatũ: qđ olim ꝓpheta oĩa iſta pꝛedixit/ aliaqꝫ eiuſ
modi longe maioꝛa erãt ꝙꝫ vt ſm hoĩm p̃tatem fieri
crederent̃: ſꝫ illum tñ nihil hoꝝ oĩno cõpeſcuit. Ta
le q̃ppe eſt initiũ malignitatis: vt a nullo impulſa:
plerumqꝫ ſeſe ipſa p̃cipitet/ et ꝙꝫ ſepe abſqꝫ effectu
operis erumnoſa/ ⁊ impoſſibilia geſtit efficere. Cõ
ſidera ergo vecoꝛdiã ſingularẽ. Si em̃ ꝓphetie ipſi
crediderat/ eãqꝫ inuictã putabat: clarũ erat illũ ad
uerſus impoſſibilia conari. Si vero minime crede
bat ꝓuentura eſſe que tanto ante pꝛedicta ſunt: nec
ſibi timere debuit: nec puero iſidiari. Ex vtroqꝫ igi
tur fruſtra ſuſceptus dolus iſte conuincit̃. Sꝫ ⁊ ꝙ
ſperauit magoꝛũ labefactari poſſe ſcientiã/ ad ean
dem mentis ſpectat inſaniã. Erat em̃ extreme oĩno
vecoꝛdie: vt ſe crederet a magis potius adoꝛandũ/
ꝙꝫ illum in cuius vix nõdũ nati honoꝛẽ tot regionũ
itinera confecerãt. Si em̃ pꝛius etiã ꝙꝫ viderãt ita
ſunt in deſideriũ eius effuſi/ iam cum in cõtẽplatio
ne ipſa ꝓphete eſſent p̃dictione firmati: quanã illos
rõne futuros credebat pueri ꝓditoꝛes? Et tñ cũ tã
multa ſint: que illum poſſent a noxia intẽtiõe dedu
cere: conat̃ nihilominus cupita cõplere. Siquidẽ
clam vocatis magis ſciſcitabatur ab eis? Exiſtima
bat enim iudeos ꝓ pueri ſalute ſollicitos: nec in tã
tum illos furoꝛis erũpere: vt ꝓtectoꝛẽ/ et ſaluatoꝛẽ
ſuũ/ ⁊ ad liberationẽ illius gẽtis oꝛtũ vellent trade
re manib⁹ ꝑſequẽtis. Iccirco ſecrete magos vocat/
ac ſollicite tẽpus inq̃rit/ nõ pueri: ſed ſtelle: ⁊ crude
liſſime venationis auidus multo cũ ambitu tendit
inſidias. Cõſequẽti vero rõne colligit̃: ſtellã ipſam
ante multũ apparuiſſe tẽpus. Quia em̃ magi plu
rimũ erãt itineris longinq̃tate remoꝛãdi: neqꝫ pote
rãt mox nato puero aſſiſtere: quẽ vt mirabilius rei
dignitas eluceret/ pãnis adhuc infantie colligatũ
opoꝛtebat adoꝛari: ante multũ tẽp⁹ eũ ſtella demõ
ſtrat. Si. n. qñ puer natus eſt in paleſtina: tũc illis
ſtella appꝛuiſſet in ꝑſide plurimũ in itinere tp̃s terẽ
tes/ nequaqꝫ illũ/ adhuc ĩ pãnis ĩuenire potuiſſent
Qđ ſi a biẽnio/ ⁊ infra herodes pueros interfecit/
nõ mireris. Siq̃dẽ ꝯueniẽs ĩ eũdẽ tyrãnũ pauoꝛ/ ⁊
furoꝛ ꝓ habũdãtia cautiõis/ ⁊ licentia ꝑſecutionis:
mai⁹ etiã tp̃s ĩcludit: ne q̃s ꝓfecto ei⁹ etatis/ ⁊ foꝛte
is potiſſimũ ꝓpt̃ quẽ alij iterimunt̃/ effugiat. (Cũ
igitur eos vocaſſet) euntes inquit/ interrogate dili

genter de puero/ ⁊ cũ inueneritis renunciate mihi: vt ⁊ ego veniens adorẽ eũ.) Nempe cõſideraſti ſtulticie mixtũ dolũ tyrãni. Si em̃ hec vere dicis: qua tandem rõne ductus latẽter interrogas? Si autẽ vt fraudem ſpecie cõſilij tegas/ hoc ipſo nõne caues ꝙ clam de puero interrogas dolum tuum/ a magis ſacris deprehendi? Uerũ vt paulo ante premiſimus aĩa ſemel malignitate capta/ ſtultior cunctis efficiť. Nõ autẽ dixit: Euntes diſcite de rege nato: ſed de puero inquit: ita ei etiã nomẽ poteſtatis inuiderat. Sed magi premulta erga regem reuerentia: nihil mali penitus ſuſpicantur. Non em̃ opinabanť ꝙ in tantũ malignitatis ille prorumperet: vt tam admirabili diſpenſatione nato moliri auderet inſidias. Proficiſcuntur: itaqꝫ nihil horum penitus ſentientes: ſed ex proprie ſimplicitate mentis etiam ceteros extimãtes. (Et ecce ſtella quã viderãt in oriente p̃cedebat eos). Propterea em̃ aliquãdiu fuerat abſcondita: vt amittentes ſubito itineris ſui ducẽ: interrogare iudeos de puero cogerenť/ remqꝫ in noticiã oĩm publicarent. Poſtꝗ vero interrogauerũt/ ⁊ ipſos pueri inimicos ad ignoſcẽdã dignitatem eius habuerũt magiſtros/ ſtella eis rurſus apparuit. Sed conſidera mirabilẽ prſus ordinẽ rex. A pſide illos vſqꝫ hieroſolymã ſtella deducit: poſt ſtellã ſuſcipit eos populus iudeoꝝ/ et rex herodes/ qui adducit ꝓphetam id qđ illis apparuerat p̃dicãtem. Poſt prophetam vero rurſus dirigunť ad ſtellam/ ⁊ ab hieroſolymis in bethleem ipſa ducẽte perueniunt. Ibi iam excipiunť ab angelo/ ac de omnibus inſtruunť. Inde quoqꝫ redeuntes/ adhuc ſtella comitať: hinc euidenter addiſcas: q̃r nõ vnũ erat hoc ſydus e ceteris. Nulla quippe hac habet ſtella naturam. Neqꝫ enim ibat ꝓpter magos tãtũmodo: ſed preibat quodãmodo apprehenſa manu trahens eos: viamqꝫ demõſtrãs/ lucẽte prſus die/ ac ſole rutilante. Et q̇dnam opus erat inquis hoc ſydere: cũ certe iam vicus ille fuiſſet repertus? Abſqꝫ dubio vt videretur/ ⁊ puer. Neqꝫ em̃ erat preterea quicꝗ̄ quod illum poſſet oſtẽdere: cum nec eſſet ipſa domꝰ conſpicua: nec mater quaſi clara q̄dam celebrareť/ ac nobilis. Opus igiť fuit ſtella: que ſup ipm prorſus tugurij culmen inſiſteret. Propter quod/ ⁊ ab hieroſolymis proficiſcẽtibus rurſus apparuit: nec prius a curſu ſuo deſtitit/ ꝗ ad ipſum preſepium perueniret. Duoqꝫ ſimul mirabilia iunguntur: fuit enim vtrũqꝫ mirandũ/ vt ⁊ magi adorarent puerum/ ⁊ eos ad adorãdum ſtella perduceret: que certe talia ſunt: vt etiam lapideas mẽtes ad lumẽ dei oĩno attrahere queant. Deinde poſtꝗ ſupra pueri caput inſtitit: iterꝝ ſe ſydus abſcõdit: quodqꝫ ipſum maius erat ꝗ vt a ſtella fieri crederetur/ nũc videlicet apparere/ nũc oculi: ſeqꝫ rurſus oſtẽdere. Hinc ꝓculdubio magi quoqꝫ incrementa fidei ceperunt. Propterea etiã gratulati ſunt: quoniã queſitũ deſideratumqꝫ repererãt: q̃m effecti fuerant nuncij veritatis. Et q̃r non fruſtra tam longe vie ſpacia cõfecerant/ tam ardenti quippe erga chriſtũ cupiditate flagrabant. Etenim ad locum ſtella perueniẽs/ ſuper ipſum pueri ſtetit caput: oſtendens profecto dei filium eſſe qui natus eſt. Cũqꝫ ibi aliquantulũ ſubſtitiſſet: ad adorãdum adducit/ quos preceſſerat ad viãdum/ nõ ſimpliciter barbaros: ſed illis longe: vtiqꝫ ſapientie dignitate preſtãtes: vides ne igitur ꝗ hec ſtella apparuerit cõſequenter. Siquidem et poſt prophete teſtimonium/ ⁊ poſt ſacerdotũ ſcribarumqꝫ doctrinam/ illa nihilominꝰ vtebãtur magiſtra. Erubeſcat Martion/ erubeſcat/ ⁊ Samoſatenus ille paulus qui volunt videre: ꝙ nos quoqꝫ illos progenitores eccleſie vidiſſe gaudeamus. Nequaꝗ ſic erubuerim nũcupare eos. Confundatur inqꝫ videns dñm martion in aſſũptiõe carnis adorari: confundatur ⁊ paulus videns nõ ſicut hoĩem quẽ tantũmodo homiem ſuſpicatur. Nam ꝙ in carne vera ſit oſtendunt pãni: atqꝫ preſepe. Quia vero nõ nudum: id eſt nõ ſolum adorent hominem profecto declarat: q̃r adhuc eui rudẽbis muneribus honorãt: que offerri deo ſolent. Confundatur cũ ipſis etiam natio iudeorũ: cernens ad credendum in chriſtum magos/ ac barbaros peruenire: ſeqꝫ nec poſt illos quidem venire. Ecce enim que tunc facta ſũt/ futurorũ expreſſere figuram. Ab ipſo ſiquidem dominici aduentus principio declaratum eſt: quoniam populũ illum fides gẽtiliũ preueniret. Et quomodo/ inquit/ nõ ab initio: ſed in fine ipſo docendũ pronunciat (Euntes docete omnes gentes) Quia ſcꝫ/ vt pauloãte memorauimus/ figura erat id qđ tũc accidit/ ⁊ quedam predicatio futurorum. Erat quippe cõſequens primos ad fidem iudeos potius accedere. Quoniam vero ſpõte oblatum ſibi beneficium reſpuerunt/ in cõtrarium verſa res eſt. Ceterum nec ad paruulum adorãdũ: magi priuſꝗ iudei accedere debuerãt. Nimie ſiquidẽ coarguũt tarditatis quos iuxta ipſum oĩno dominici ortꝰ ſedentes locum/ poſt tot regionũ ſpacia emenſa perueniunt: ⁊ hi qui nihil prorſus de chriſto audierãt/ precurrunt/ eos quos ad eum ſuſpiciendum tot ꝓphetarum vaticinia concitabant. Quod certe dicit/ et paulus: Uobis quidem oportebat primum annunciare verbũ dei: ſꝫ quoniã vos indignos iudicaſtis ecce conuertimur ad gentes. Et ſi igitur antea permanebant increduli/ tamen poſtꝗ id ipſum a magis audierunt ꝯfeſtim ad chriſtum debuerũt aduolare. Sed vtiqꝫ noluerũt/ ⁊ propterea iſtis dormientibus illi ꝑueniũt. Imitemur igitur nos ſaltẽ deuotionẽ magoꝝ: veroqꝫ amore philoſophie barbaram cõſuetudinẽ ſubiugemus. Longo itinere curramus/ vt chriſtũ videre mereamur. Nã et illi niſi ꝓcul regionẽ ꝓpriã reliquiſſent/ nequaꝗ vtiqꝫ chriſtum videre potuiſſent. Recedamus igiť a terrenis negocijs: atqꝫ curis. Etenim magi illi cũ adhuc morarentur in perſide: ſtellam videre tantummodo: quia vero a perſide receſſerũt: ſolem ipſum aſpexere iuſticie/ qui certe: nec ſtellam quidem ipſam tamdiu videre meruiſſent: niſi cito a perſide fuiſſent ꝓfecti. Surgamus ergo etiam nos/ ⁊ licet omnes reſiſtant: nos tamen alacres/ ⁊ prompti ad pueri accurramus domũ. Et ſi rex/ ⁊ ſi populus/ ⁊ ſi tyrannus/ huiꝰ velint curſum itineris ĩpedire/ nequaꝗ tñ accenſi deſiderij extinguamꝰ ardorem. Sic enim omnia aduerſa calcabimus: quoniam/ ⁊ illi niſi vidiſſent puerum: nec periculum quod intentabatur a rege vitaſſent. Prius em̃ ꝗ pueꝝ cernerẽt/ vndiqꝫ illis opponebãť timores/ cõturbatiões: atqꝫ diſcrimina. Poſtꝗ vero adorarũt/ ſecuritas/ ⁊ tranqllitas ꝯſecuta ẽ. Nec iã ſtella eos: ſꝫ angelꝰ ſuſcipit: quia ſcꝫ adorando facti fuerãt ſacerdotes: cum ſupplicatione etiã muneribus oblatis. Et tu itaqꝫ iu-



daicum populum repugnãtem: vrbem vacãtem: inſidiantem tyrãnum/ ⁊ fallacẽ iſtius ſeculi vmbram relinquẽs: in bethleem feſtinus accurre/ ac domũ ſpiritalꝰ panis ĩgredere. Et ſi em̃ paſtor fueris ĩ diuerſorio puerũ videbis. Et ſi rex fueris: nec tñ deuotus aduèneris: nihil omnino proderit purpure fulgore circũdari. Et ſi magus forte ſis/ nihil te ad hunc regem introire prohibebit modo: vt adoraturus: atqꝫ honoraturus dei filium/ ⁊ non quaſi conculcaturus aduenias: modo vt honorem ipſum cũ gaudio/ ac tremore offeras: poſſũt enim vtraqꝫ hec pariter conuenire. Sed caue ne herodi efficiaris ſimilis/ ⁊ dicas: vt ⁊ ego veniẽs adorem eum: cumqꝫ veneris interimere coneris. Huius etenim ſimiles ſunt qui indigne abutunť cõmunione myſterij. Reꝰ ẽ enim inquã iſte corpis/ et ſanguinis domini. Qui enim eiuſmodi ſunt: habent in ſe tyrannũ/ ⁊ regno chriſti iugiter inuidentẽ/ longe ſane herode illo nequiorẽ: mãmonã ſcꝫ: Hoc enim in homines tenere imperium geſtit: ſuoſqꝫ cultores ſimulat/ et mittit ad xp̃m: vt ſcemate quidem adorare videantur: ꝗ̄tum vero in ipſis eſt: interimunt cũ quẽ adorare ſe ſimulãt. Timeamus igitur nequãdo ſcema ſupplicum: atqꝫ adorantũ geramus/ ope vero extiſtamus inimici. Igitur adoraturi chriſtum cuncta proijciamus e manibus. Si habuerimus aurum: offeramus ipſi: nõ terre defodiamus. Si enim illi tunc barbari in honorẽ tantũmodo domini obtulerunt libenter aurũ/ qualis tu eris ſi ei nõ tribuas indigenti? Illi tã longo itinere cucurrerũt: vt natũ viderent: tu vero qua tandem ſatiſfactione poteris abſolui/ qui ne breuis q̇dem platee ſpatiũ tranſis/ vt viſites egritudine afflictũ/ ⁊ vinctum cathenis? Et certe ſolemus egrotantium: atqꝫ vinctorum/ et varia horrentium debilitate miſereri: tu vero ne erga dominũ quidem tuum/ ⁊ eum qui tantorum tibi eſt autor honorũ/ hoc permoueris affectu. Et illos quidem aurũ legimus obtuliſſe/ tu vero panẽ ipſum vix tribuis. Illi viderunt ſtellam: atqꝫ letati ſunt: tu autem ipſum aſpiciẽs chriſtum peregrinũ: nudũqꝫ nõ flecteris. Quis em̃ veſtrũ qui innumeris eſtis chriſti beneficijs obligati/ tam longinq̄ ꝓpter eũ arripuit expeditiõis laborem? ꝗ illi barbari immo ſapientiores ꝓfecto ſapiẽtibus? Uerum quid ego de ſpacio loquor itineris lõgioris: cũ plurime feminarum tãta iam animi mollitudine reſoluanť: vt niſi aduecte mulis: quamlibet exiguo ſpacio a domibus ſuis venire nequeãt ad vidẽdũ dñm in p̃ſepio ſpiritali? Sed ex his quoqꝫ qui certe ambulandi laborem ferunt/ alij ſecularium negociorũ tumultus/ alij theatrales turbas ſanctis cetibus anteponunt. Et barbari quidem illi priuſꝗ chriſtũ viderent/ tam longam exuperauerũt viam: tu vero nec vidẽdo quidem illos probaris imitari. Nam et cum eum videris/ ita eum relinquis: vt poſt illum curras ad theatra/ ac mimum potius/ et videre/ ⁊ audire deſideres. Atqꝫ vt eadem rurſus attingam chriſtum quidem in ſpiritali ſitum preſepio derelinquis: properas vero iacentem in lecto ſpectare meretricem. Hoc autem quibus tandem putamus dignum eſſe ſupplicijs? Reſponde obſecro/ ſi ſe quiſpiam introducere te polliceretur ad regẽ/ ⁊ oſtẽderet tibi illum vndiqꝫ coruſcãtem: atqꝫ inter varios põpe ſue ornatus ſedentem/ putas ne theatrale ſpectaculũ aulice p̃poneres dignitati: cũ certe ne huic quidem tibi aliquod cõmodum quereref? At vero ex hac menſa ſpiritaliũ fons emanat bonoꝝ: ⁊ hanc tu ſtatim relinquens curris ad theatrũ: vt natãtes feminas/ ⁊ ſexũ illum publicis oculis intuearis expoſitũ: vt inqꝫ iſtud aſpicias/ ſedentẽ iuxta donoꝝ celeſtium fontẽ chriſtũ relinquis. Nã ⁊ modo ſuper fontem ſedet/ nõ vnam ſamaritanã: ſed vniuerſam alloquens eccleſiam. Uereor autẽ: ne in me quoqꝫ ſamaritane tantũ loquatur. Nam ⁊ nũc ei nullus aſſiſtit/ niſi hi q̇ ſolis aſſunt forte corporibus: alij vero ne ipſis quidẽ ꝓfecto corporibus. Tu tñ hinc nequaꝗ recedas: ſꝫ potius permane/ potũqꝫ a nobis pete/ nõ vtiqꝫ aque poculũ: ſed ſanctificationis hauſurus. Sãctis enim xp̃s ſancta diſtribuit. Nõ em̃ aquam de hoc nobis fonte largitur: ſed ſanguinem viuũ: quiqꝫ ꝗ ad mortis dominice teſtimoniũ ſumitur/ nobis tamen cauſa fit vite. Tu vero relinquis huius ſanguinis fontem/ calicẽqꝫ reuerẽdum/ ⁊ ad diabolicũ illum locum feſtinus accurris/ vt ſcꝫ ſpectes meretricẽ natantẽ/ ⁊ naufragiũ anime repente patiaris. Aqua quippe illa pelagus quoddã eſt immane luxurie: quo nõ corpora ſubmergunť: ſꝫ naufragiũ inferť animabuſ. Nã illa quidem in medijs aq̄s nuda ludit natatu: tu vero de ſublimi ſpectãs gradu: in libidinis ꝓfunda demergeris. Hmõi em̃ diaboli rhetia nõ tã in illam deſcẽdẽtes aquã/ ibiqꝫ ſe volutantes capiũt/ ꝗ ſurſum ſedentes. Multo quippe hi ſeuius ſuffocanť/ ꝗ pharao ille quõdam cũ curribꝰ ſuis: eq̄tibuſqꝫ ſubmerſus ẽ. Iã ſi aliquo fieri poſſet mõ: vt vobis illis ſuꝑnatãtes vndis animas oſtenderẽ: haut ꝓfecto aliter appareret: ꝗ egyptioꝝ illa in fluctibꝰ corpa voluebanť. Sꝫ illud eſt multo vtiqꝫ ꝑiculoſiꝰ: ꝙ tantã illã ꝑnitiẽ nominãt voluptatẽ/ ⁊ ĩmane illud ꝑditiõis pelagus euripũ delectatiõis appellãt: cũ certe facilius aliquis/ ac tutius egeũ mare trãſeat: atqꝫ tyrrenũ/ ꝗ illiꝰ ſpectaculi horrẽda diſcrimina. Nã primo q̇dem per totã noctem omni expectatione nimis anxia: talium diabolus corda ſollicitat/ deinde id quod tam cupide fuerat expectatum oſtendit: quo continuo eos ligat/ ducitqꝫ captiuos. Neqꝫ em̃ ſi mixtus meretrici nõ es: ĩmunem te putes eſſe peccati: cũ totũ illud voluntate commiſeris. Nam ſi ab huiuſmodi cõcupiſcentia poſſideris: ingenti flamma ꝓfecto ſuccenderis. Sin vero hec aſpiciendo: nil pateris: culpe nihilominus teneris obnoxius factus ſcꝫ ſcandalum ceterorum/ ⁊ talium adhortatio voluptatum: tuamqꝫ faciem ipſe confundis: animamqꝫ cum facie. Uerum ne ſola tantum agere caſtigatione videamur: iã correptionis remedia ſuggeramꝰ. Quiſnam ergo hic eſt emẽdationis modus? veſtris vos trado erudiendos coniugibus: cum certe oporteret ſm apoſtolum: vos potius eſſe vxorum magiſtros. Quia vero per peccatũ ordo cõuerſus eſt/ ⁊ corpus quidem ſuperius: caput vero inferius effectũ: hac ſaltem via ad honeſta redire non pigeat. Qđ ſi magiſterium mulieris erubeſcis: peccatum fuge/ ⁊ cito poteris in thronum doctoris aſcẽdere qui tibi ordinatus eſt a deo. Quãdiu vero peccaueris: non te ad mulierem tantũ: ſed etiam ad irrationales animantes et viliſſimas ſcriptura trãſmittit. Neqꝫ em̃ erubeſcat animal rationis honore donatum/ apis atqꝫ formice diſcipulum facere: nec tamen ſcripture

culpa eſt:ſed eorum qui nobilitatem propriam per-
diderũt. Hoc ergo ⁊ nos facere curabimus. Et nũc
quidẽ te mulieri aſſignamus docendum:ſin vero il
lius monita contempſeris:etiam ad irrationalium
te magiſterium dirigemus. Oſtendemus em̃ quã-
ti te alites/ac piſces:q̃ꝫ multa etiam pecorum gene
ra:atqꝫ reptilium/honeſtate/⁊ caſtitate precedant.
Quod ſi eiuſmodi animalibꝰ te cõparari pudeat:
regredere ad proprie nobilitatis inſigne/⁊ immen
ſum illud gehenne pelagus: flumenqꝫ igneum fu-
ge:id eſt peſtiferam illam piſcinam theatri: Hec eſt
enim:que ſpectatores ſuos in flammeum illud pe-
lagus mergit:queqꝫ profundum illius ignis accen
dit. Si enim ille qui abſqꝫ his quoqꝫ irritamentis
videt feminam:interdum tamen ad concupiſcendũ
trahitur/⁊ tantummodo cõcupiſcendo mechatur/
qui nõ ſolum videt:ſed etiam totam omnino nudã/
ac laſciuientem videt:quemadmodum non milies
libidinis captiuus efficitur? Haud ita illud quod
ſub noe legimus diluuiũ fuiſſe:hominum extinxit
genus:vt natatrices iſte omnes prorſus ſpectato-
res ſuos multo cum dedecore ſuffocant. Siquidez
ille tunc imber etiam ſi mortem intulit corporum:
vitia tamen ſimul deleuit animaꝝ. Hec vero aqua
diuerſum manentibus in vita corporibus anima-
rum operatur interitum. Vos autem ſiquidem ali-
quod de honore certamen oriatur: omni ambitio-
ne contenditis:vt vel vniuerſo preſideatis orbi:il-
lo ſcilicet vobis priuilegio blandientes:ꝙ hec pri-
ma ciuitas fidelibus chriſtianorum nomen impo-
ſuit:cum vero de honeſtate et caſtitate certandum
eſt:ne a viliſſimis quidem vinculis putatis turpe
ſuperari? Quid tu ergo inquis nos facere iubes?
abire in montes remotos:⁊ propoſitum tenere mo
nachorum? Et quid ego aliud ingemiſco:q̃ꝫ quod il
lis vos ſolis putatis honeſtam vitam/ornatamqꝫ
congruere. Et certe chriſtus communia omnibus
precepta conſtituit.(Si quis viderit mulierem ad
concupiſcendum eam:iam mechatus eſt eam in cor
de ſuo) non ſolum monacho dicitur: verumetiam
marito. Si quidem ille tunc mons in quo hec chri-
ſtus docebat: cunctis fere talibus implebatur.
Conſidera ergo theatrum/ac diabolicos refuge cõ
uentus/et noli quaſi oneroſiorem culpare ſermo-
nem. Non enim interdico coniugia:nec impedio li-
beram voluptatem:ſed cum honeſtate id fieri volo:
non cum obſcenitate/vel crimine. Nõ ego te in mõ
tes/ac ſolitudines ire precipio: ſed benignum eſſe/
et honeſtum iugiter/ac modeſtũ/vel in medio ſi pla
cet vrbis habitantem. Omnia ſiquidem mandata
legis nobis ſunt/monachiſqꝫ communia/abſqꝫ ſo-
la profecto pactione connubij:q̃ꝫq̃ꝫ hinc quoqꝫ bea-
tus paulus ammoneat per cũcta monachis equa-
re nos cupiẽs. Tempus inquit breue eſt: reliquũ
eſt vt ⁊ qui habent vxores/tanq̃ꝫ nõ habentes ſint.
Preterit enim figura huius mundi. Ac ſi diceret:
Non iubeo vos in montium habitare verticibus:
q̃ꝫq̃ꝫ etiã id quidem vellem modo:ne illa opera imi-
tarentur vrbes:que in ſodomis vindicata ſunt:ve-
runtamen ad iſtud nequaq̃ꝫ impello. Permane ha
bẽs domum/cõiugem/liberos:modo noli eos ſpe-
ctatores voluptatum efficere inceſtarum: noli in-
troducere in domum tuam peſtem theatri. Non au
dis paulum docentem: Vir ſui corporis non habet
poteſtatem:ſed mulier. Itaqꝫ communia huic quo-
qꝫ precepta conſtituit. Tu vero ſi quidem eccleſiam
vxor frequentat grauiſſimus illius accuſator effi-
ceris:ipſe autem totum in theatris diem exigens/
dignum te accuſatione non credis: ſed cum ſis er-
ga vxoris pudicitiam ita diligens:vt etiam ſuper-
fluum te/atqꝫ immoderatum eſſe non pudeat:quip
pe quia neceſſarijs proceſſionibus ſepe contineas
illam:tibi tamen cuncta prorſus arbitraris licere.
Sed minime hoc tibi permiſerit paulus: qui ean-
dem etiam mulieri tribuit poteſtatem. Vxori inquit
vir debitum reddat. Quonam igiẗ modo a te ho-
noratur vxor:que tam indigna ſugillatur iniuria:
cum tu corpus quod in illius poteſtate eſt meretri-
cibus copulas? Tuum quippe corpus vxoris eſt.
Quem inquam illi tribuis honorem:cum tumul-
tus/ac lites in domum introducas tuam:cum illa
ipſa vitia que obſcene admittuntur in publico:do-
mi nutriuntur licenter:cum quottidie confundas/
et coniugem verecundantem: inuitiſqꝫ talia auri-
bus audientem:immo pre ceteris temetipſum hac
turpitudine decolores? Multo enim erat tacere
conſultius:q̃ꝫ tam obſcena loqui:que etiam ſeruos
loquentes iuſtum eſt verberari. Quam tu ergo ſa-
tiſfactionem parabis?reſponde queſo qui intelli-
gis?ea ne tranſitorio quidem aſpectu eſſe digna?
que tu omni ſpectare ambitu concupiſcis:queqꝫ eti
am memorare turpe eſt: ea cunctis honeſtis arti-
bus/ſanctiſqꝫ preponis. Ne igitur videar oneroſi-
or: hic iam terminabo ſermonem. Si vero ĩ eiſdem
perſeueraueritis:acutiore ferro/et altiore inciſio-
ne diſcindam: nec vnq̃ꝫ prorſus quieſcam:quoad-
uſqꝫ diabolicum illud diſpergam theatrum: vt mũ
dus eccleſie cetus/puruſqꝫ reddatur. Ita enim et
a preſenti turpitudine liberabimur/et vitam ac-
quiremus futuram:gratia et miſericordia domini
noſtri Ieſu chriſti:cui gloria et imperium:cum pa-
tre/et ſpirituſancto:in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia octaua. Ex capitulo ſecundo.

## T cum ĩtraſſent domum:inuenerũt puerũ cũ maria matre eius:et ꝓcidentes adorauerũt eũ:⁊ aptis theſauris ſuiſ obtulerũt ei munera:aurũ thus et myrrhã.

Quẽadmodũ igitur Lucas ait ꝙ in pſepio poſi-
tus eſſet:quia ſcꝫ cum fuiſſet enixa:ibi eum cõtinuo
reclinauit. Erat em̃ valde difficillimũ vacantẽ re-
perire alicubi domũ: propter conuentũ/ac frequẽ-
tiam iudeorum:quos in vnum eadem tunc deſcri-
ptionis cauſa collegerat:quod certe Lucas euiden
ter expreſſit/dicẽs:(Et reclinauit eum in preſepio:
qꝛ non erat ei locus in diuerſorio.) Poſtea vero eũ
ſuſtulit/et in ſuo gremio collocauit. Si quidem vt
bethleem ingreſſa ẽ:partum celeriter abſoluit/vt
hinc quoqꝫ cauſam totius diſpẽſatõis agnoſceres:
qꝛ ſcꝫ non fortuitu iſta nec ſimpliciter acciderũt:ſed
ſm ꝓuidentiã dei:⁊ ꝓphetie cõſequentiã vniuerſa
cõpleta ſunt. Verũ quid illud eſt qᵭ magis puerũ
adorare perſuaſerit? Nã neqꝫ virgo ipſa erat nobi-
lis:nec domus in qua habitabat illuſtris:nec q̇cq̃ꝫ
ex his omnibꝰ q̃ videbanẗ eiuſmodi erat:qᵭ magis



admirationẽ faceret/eoſqꝫ ad puerum alliceret ado
randũ. At vero illi nõ modo adorant:ſed etiã aper-
tis theſauris ſuis:offerunt munera/⁊ munera cer-
te deo/q̃ꝫ homine digniora:thus ſiquidẽ ⁊ myrrha
ipi potiſſimũ cõgruebant. Quidnã igiẗ illud eſt:ꝙ
eis ⁊ domo/⁊ patria relicta:tãti itineris ſpacia trã-
ſire perſuaſerit? Quod ꝓculdubio fecit:⁊ ſtella quã
viderant/⁊ a deo donata lux:que illoꝝ mentibꝰ q̃ſi
aliud quoddã ſidus effulſerat/eoſqꝫ paulatim ad ꝑ
fectiorẽ ſcientiã ꝓuehebat. Cum enim eſſent cũcta
alia vilia:niſi iſtud eoꝝ animos incitaſſet:nunq̃ꝫ ꝑ-
fecto tãtũ illi honoris paruulo detuliſſent. Iccirco
nihil ibi de ſenſibilibus iſtis grande cõſpicitur:ſed
anguſtũ tuguriũ/ac vile p̃ſepium:et inops mater:
vt melius nuda magorũ philoſophia clareſceret/⁊
diſcas quia non quaſi homini tantũ:ſed etiam deo
auctori omniũ ſupplicarint honoꝝ. Propterea nul
lo eorũ que extrinſecus videbanẗ offenſi ſunt:ſed et
puerum fideliter adorabant:⁊ munera ſuppliciter
offerebant:que tamen plurimũ/et a iudeorũ more
diſtarent/⁊ eccleſiaſtice philoſophie ꝯuenirent. Si
quidẽ ſcientiã illi iſti obedientiã/⁊ charitatẽ figura
liter offerebant.(Reſponſo autẽ accepto inquit in
ſomnis:ne redirent ad herodẽ:ꝑ aliam viam reuer-
ſi ſunt in regionẽ ſuã). Conſidera igitur etiã hoc lo-
co admirabilẽ magorũ fidem:qui in nullũ hinc ſcã-
dalum cõmouentur:ſed ad cuncta obedientes per-
manent/atqꝫ flexibiles/nihilqꝫ omnino turbãtur:
neqꝫ ipſi ſecum retractant/dicentes: Si magnum
quiddã eſſet hic puer:⁊ potentie aliquid obtineret:
nobis adoratoribus eius quid opus eſſet fuga/oc-
cultuſqꝫ diſceſſus? Cur enim nos qui palam/ac li-
bere venimus:nec tanti populi fragorem:nec tyrã-
ni furorem pauentes:quaſi reos quoſdã/atqꝫ fugi-
tiuos angelus ciuitate propellit? Verum nihil om-
nino tale vel ore proferunt/vel mente concipiunt.
Hoc eſt enim fidei inſigne:vt abſqꝫ heſitatione vlla
obediant imperanti:nec tamen mercedẽ repoſcant
obſequij. Qui cum diſceſſiſſent:ecce angelꝰ domini
apparuit in ſomnis ioſeph/dicens:(Surge/⁊ acci
pe puerum/⁊ matrẽ eius/⁊ fuge in egyptum). Di-
gnum eſſe hoc loco iudico trepedationẽ quandã mẽ
tis fateri:⁊ quaſi metuere ꝓ magis/pariter ac pue-
ro. Et ſi enim illi turbati nõ ſunt:ſꝫ fideliter omnia
ſuſceperunt:nos tamen ſcrutari dignum eſt:cur nõ
⁊ magi preſentes ſaluentur/⁊ puer:ſed illi quidem
in perſidem reuertantur:hic aũt cum matre in egy-
ptum transfugiat:cum multo potius fuiſſe videaẗ
in manus cum herodis incidere:nec tamen cum in-
cidiſſet latere:ſed claro prorſus diuinitatis auxilio
vindicari. Verum hoc modo rebus impletis credi-
tum nõ fuiſſet vere illum ſuſcepiſſe carnem/tantiqꝫ
hodie myſterij ſacramenta nutarent. Si enim etiã
cum iſta facta ſint/⁊ plurima iuxta humane nature
diſpenſata rationẽ:aliqui tamen auſi ſunt ſuſpica-
ri:quoniã fabula quedã fuerit carnis aſſumptio:in
que non illi impietatis ꝑrupta recidiſſent:ſi omnia
iuxta qᵭ deo dignum eſt:proprie virtutis potentia
egiſſet? Magos vero celeriter emittit ſimul/⁊ per-
ſarum regioni mittens magiſtros:⁊ inefficacẽ red-
dens furorem tyranni:vt diſcat ſe impoſſibilia mo-
liri/⁊ cõceptam extinguat inuidiam:ſeqꝫ ab ſtudio
vani laboris abducat. Eſt aũt diuinitatis virtute
dignum:non modo conterere inimicos:verumetiã
cum omni illos facilitate decipere. Sic enim ⁊ egy
ptios populi ſui vtilitate ſeduxit. Cumqꝫ palam in
iudeorũ manus illorum poſſet transferre diuitias:
occulte hoc magis fieri/ac decipiendo precepit:qᵭ
certe illum apud inimicos non minus fecit/q̃ꝫ alia
ſigna terribilem. Deniqꝫ Aſcalonite/omneſqꝫ per
circuitũ alienigene qñ archã dei ceperunt:ꝑcuſſiqꝫ
plaga ſuaſerũt ciuibus ſuis:ne aduerſus dei repu-
gnarẽt manũ:cũ ceteris mirabilibꝰ hoc q̃ꝫ in mediũ
ꝓtulerũt/dicẽtes: Quare grauatis corda veſtra:ſi-
cut grauauit egyptus/⁊ pharao cor ſuum? Nõne
poſtq̃ꝫ illuſit eis dimiſerũt pplm ſuũ/⁊ abijt? Hec
vero dicebãt cũ ad documentũ virtutis dei ſignis
manifeſtiꝰ factis:neq̃q̃ꝫ iſtud eſſe inferiꝰ iudicarẽt.
Id igitur etiã in p̃ſenti cauſa factũ eſt:qᵭ certe facile
poſſet tyranno incutere terrorẽ. Itaqꝫ cõſidera que-
nã herodẽ eſſe paſſum:cõſequẽtia reꝝ ipa declarat:
qui certe ſuffocari etiã pre indignationis nimietate
potuit:cũ ſe ita illuſum/atqꝫ irriſum doleret. Qᵭ ſi
nõ eſt hinc melior effectus:nõ deus qui iſta diſpen-
ſauit in culpa eſt:ſed nimia liuentis inſania/qui ne
his quidẽ ceſſit:que vtiqꝫ cõſolari:et a tanta eũ ab-
ducere malignitate potuerũt. Sed alio rurſus adi-
tu/ac malignitate in vlteriora ꝓceſſit:vt multo gra-
uiorẽ ſtulticie ſue reciperet vltionẽ. Et cuiꝰ tandem
inquies rei gratia in egyptũ paruulꝰ mittiẗ? Pri-
ma quidẽ illa cauſa eſt/quã euãgeliſta ſignauit/vt
impleret inquit qᵭ ſcriptũ eſt:(Ex egypto vocaui
filiũ meũ). Deinde vt in illa quoqꝫ regiõe melioris
ſpei ponerentur exordia. Quia enim babylon atqꝫ
egyptus pre omnibꝰ terris flamma impietatis ar-
debãt/⁊ ab ipſis ſtatim ꝑncipijs oſtendit:qꝛ vtrãqꝫ
emendaturꝰ eſſet:⁊ igne potius fidei ſuccenſurꝰ:ex
his vtiqꝫ ꝑſuadens etiã de alijs mundi ꝑtibꝰ ſperã-
da eſſe meliora. Nam ꝑſidi quidẽ magos remittit:
ipe vero cum matre in egyptũ deſcendit. Supra ve
ro iſta que diximꝰ/etiã hinc aliqd aliud addiſcitur:
qᵭ certe nõ ad exiguã philoſophiã ꝑtinere doceaẗ.
Quid vero iſtud eſt qᵭ ab ipſis vicꝫ vite initijs ad
temptatiões debeamꝰ/atqꝫ inſidias ꝑparari? Cer-
ne igitur ab ipis omnino incunabulis xpi iſtud effe-
ctum. Nam ſtatim vt ortus eſt:cõtra eum tyrannꝰ
furit:⁊ ipe in egyptũ fugit/continuoqꝫ in montana
tranſitur:⁊ mater innoxia in regionẽ barbarorum
fugatur:vt tu videlicet hec audiẽs cum dignus fue
ris ſpecialis alicuius negocij miniſter effici:⁊ vide-
ris te tribulationes varias:⁊ mille ſuſtinere diſcri-
mina:nihil omnino turberis:neqꝫ tecum ratiocine
ris/ac dicas: Quidnam iſtud eſt:qᵭ mihi infertur
immerito? Cui certe laus potius/⁊ corona cõgru-
it. Quiqꝫ eſſe deberem clarus ac nobilis:vtpote do
minica precepta perficiens. Sed vt iſto munitꝰ ex-
emplo viriliter cuncta ſuſtineas:ſciens tribulatio-
nes maximas/et ĩſeparabiles quaſdã comites eſſe
virtutũ. Perſpice igitur iſtud nõ tantum in matre
pueri:verumetiam in illis barbaris fuiſſe cõpletũ.
Nam ⁊ illi reoꝝ more clam fugiunt:⁊ iſta que nũq̃ꝫ
domũ ſuam fuerat egreſſa/tam erumnoſum cõfice-
re iter iubetur:propter partum illum mirabilem/
ac ſpiritualem laborem. Sed conſidera rem pror-
ſus nouam/atqꝫ mirificã paleſtina inſidiatur/egy-
ptus recipit/ac ſeruat eum cui tenduntur inſidie. Nõ
ſolum quippe in filijs patriarche:verũetiam in ipo
domino preceſſerunt ſecuturorum figure. Si qui-

dem multa etiam que in ip̄o tunc facta ſunt precinebant ea que poſtea erant futura. Quod in aſina q̄ȝ ⁊ pullo eius impletum eſt. Apparuit igitur nō angelus marie: ſed ioſeph loquēs/ ⁊ quid ait? (Accipe puerum ⁊ matrē eius). Hic iam nō dicit coniugem tuam: ſed matrē eius: quia abſoluta ꝑ ſignum partus: ⁊ exploſa ſuſpitio eſt: ⁊ abſqȝ vlla ambiguitate vir credidit libere iam: ⁊ aperte angelus neqȝ filiū: neqȝ coniugem eius appellās: ſed puerum inquit: accipe/ et matrē eius/ et fuge in egyptū. Cauſam q̄ȝ iūgit fuge: quoniā inquit (herodes querit puerū ad perdendū eum). Que cum audiſſet ioſeph: nequaq̄ȝ paſſus eſt ſcandalū: neqȝ dixit incerta iſta res eſt/ ac prorſus ambigua: tu pauloante dicebas: quia ſaluabit populū ſuum: ⁊ nunc ſeip̄m quidem nō poteſt de ꝑiculis liberare. Aut ſi poteſt: quid nobis ē op⁹ labore/ ac tranſmigratiōe longinqua: ꝯtraria omnino ſunt facta promiſſis: ſed horum nihil prorſus opponit. Uir enī erat fidelis: neqȝ curioſe reuerſionis tempus inquirit: qđ vtiqȝ ab angelo nō ſignate fuerat expreſſum: ſed eſto ibi inquit vſquequo dicā tibi. Uerū ille nec per iſta quidē factus eſt ſegnior: ſed obediuit libenter/ ⁊ credidit omnes prorſus tribulationes cum gaudio ſuſtinendo. Enimuero miſericors deus meſtis rebus: quedā etiam iocunda permiſcuit. Quod certe in ſanctis omnibus fecit: quos neqȝ tribulatiōes/ neqȝ iocunditates ſinit habere cōtinuas: ſed tum de aduerſis: tum ex proſperis iuſtorum vitam quaſi admirabili varietate contexuit: quod hic quoqȝ eum feciſſe conſidera. Uidendo quippe ſanctus ioſeph grauidam ſponſam: in cōturbationem incidit maximam: atqȝ in horribilem quendam cogitationis tumultū. Jugis enim illū de puella adulterij ſuſpicio mordebat: ſed affuit repente angelus ſuſpitionem ſoluēs malignam: et timorem hunc prorſus extinguens: Deinde videns puerum ſigno natum: maxima exultatione replet⁹ eſt: ſed rurſus huic etiam gaudio periculum grande ſucceſſit. Cum tota itaqȝ ciuitas turbaretur: ipſe rex fureret/ ⁊ ad necem puerū quereret. Sed ⁊ hūc merorem alia rurſus leticia ſubſecuta eſt: apparitio videlicet ſtelle: et adoratio magorum. Poſt hanc quoqȝ iocunditatem iterum periculum/ iterumqȝ formido. Querit inquit herodes animam pueri/ et fugere neceſſe eſt/ et in longinqua tranſire. Nondū quippe oportunum erat: vt ſignorum miracula coruſcarent. Si enim a prima prorſus infantia mirabilia monſtraſſet homo ꝓculdubio creditus nō fuiſſet. Jccirco nanqȝ non vtcunqȝ tempus fugitur: ſed ⁊ tumor vteri cernitur/ ⁊ nouem menſium tempus voluitur: ⁊ ip̄e partus abſoluitur/ ⁊ nato nutrimētum lactis adhibetur: perqȝ aliquot annos ſilentio res tanta celatur/ ⁊ virilis expectatur etas: vt per hec omnia credibile efficiatur ſuſcepti homini ſacramentum. Qua igitur ex cauſa non ſunt facta miracula? ꝓpter matrem: propter ioſeph: propter Symeonem iam iamqȝ moriturum: propter paſtores: propter magos: ꝓpter ip̄os quoqȝ iudeos. Si quidem voluiſſent ea que fiebant diligenter experire: nō paruum inde ad illa que ſecutura erant/ habuiſſent profectū. Et ſi nihil prophete de magis loquūtur: nequaq̄ȝ omnino turberis. Nā neqȝ omnia predixerunt prophete: nec cuncta ſiluerunt. Quemadmodum enim ſi vidiſſent homines factum qđ nunq̄ȝ audiſſent futurum: ⁊ conturbationis plurimū/ et ſtuporis habuiſſent: ita rurſus ſi cuncta omnino ante didiciſſent: ⁊ illi etiam ſomnum (vt ita diximus) de ſecuritate paterentur: nec quicq̄ȝ nouum euāgeliſtis fuiſſet relictum. Si vero de prophetia iudei ambigerēt/ dicentes: (ex egypto vocaui filiū meum): de ſe dictum potius/ q̄ȝ de chriſto eſſe predictum: reſpōderem profecto eſſe hunc quoqȝ prophetie morem: vt multa ſepe in alijs dicantur quidem: ſed in alijs impleantur: vt illud qđ de Symeone/ et leui dicitur: (diuidam eos in iacob: et diſpergam eos in iſrael). Hoc enim nō in ip̄is: ſed in eis etiam factum eſt: qui de illorū ſtirpe proceſſerunt. Et qđ in cham a Noe dictū eſt in gabaonitis/ poſteris ei⁹ impletur. De iacob quoqȝ ſimiliter intelligitur accidiſſe: ſiquidem benedictio illa que dicit: Eſto dominus fratrum tuorū/ ⁊ adorent te filij patris tui: nō in ip̄o habuit effectū. Queadmodū .n. id poſſit itelligi cū ecōtrario iſte timuerit frēm/ atqȝ tremuerit/ eūqȝ milies adorarit. Sed vtiqȝ in eis q̄ ex ei⁹ ſtirpe deſcenderunt. Hoc igitur etiam in preſenti poteſt queſtione defendi. Quis enim magis/ ac ꝓprie dei filius eſſe dicitur: ille ne populus qui adorabat vitulum: qui idolis initiabatur: quiqȝ filios ſuos demonijs immolabat: an vero dominus ieſus chriſt⁹ qui natura filius dei eſt: ⁊ toto patrē honore veneratur? Jtaqȝ niſi adueniſſet iſte: nequaq̄ȝ prophetia dignum finem habere potuiſſet. Conſidera igitur quemadmodū iſtud ip̄e euangeliſta deſignet dicendo: (vt impleretur). Oſtendit enim quoniā niſi veniſſet iſte: non vtiqȝ fuiſſet impletum. Quod quidē ipſum beatā virginē non mediocriter claram facit/ ac nobilē: que id habuit qđ toti illi erat populo glorioſum: qui ſuperbius ſe/ atqȝ inſolētius efferebāt: quod deducēte deo de egypto fuiſſent reuerſi/ idqȝ ad gloriam ſuam ſepe iactabant. Hoc enim etiam propheta denotans ait: Nōne alienigenas adduxi de capadocia: ⁊ ſyros ex fouea? Fecit etiam ꝟginis hunc eſſe primatū. Quinimmo ⁊ populus/ ⁊ patriarcha cum deſcenderēt in egyptum/ et inde rurſus aſcenderent: iſtius reuerſionis ſignabant figuram. Nam ⁊ illi fugiendo mortē quā cōminabat̄ fames: deſcenderunt in egyptum/ et hic mortem fugit que per inſidias īminebat. Sed illi quidē a fame q̄ tūc acciderat/ liberati ſunt: hic vero etiam deſcendens in egyptum: omnē illam regionem ſuo ſanctificauit ingreſſu. Diligenter vero perpende: quemadmodū cum humanitatis humilib⁹ diuinitatis excelſa clareſcant. Nam cum dixit angelus (fuge in egyptū): nequaq̄ȝ ſe ſocium itineris futuꝝ eſſe pollicitus eſt: neqȝ illuc ſcilicet euntib⁹/ neqȝ redeuntibus procul dubio deſignans maximo ip̄i⁹ ꝓpter quē fugiebāt paruuli eſſe munitos comitatu: qui vbi certe prim⁹ apparuit: in melius cuncta cōuertit. Nam et magi illi et barbari ſuperſtitionē patriā reliquentes: ad verum dominū veniunt adorandū: ⁊ auguſtus ip̄e futuro in bethleem partui per deſcriptionis ſeruit imperiū: et egyptus ſuſcipit/ ac tuetur inſidias fugientē tyranni. Namqȝ tactu ipſo domini guſtum quendā ſanctificationis adipiſcitur: vt cum illum audierit ab apoſtolis predicari: huius quaſi priuilegij honore decoretur: ꝙ dominū prima ſuſcepit. Et certe ſolius hic paleſtine videbatur eſſe ꝓmat⁹: ſed facta eſt poſtea iſta feruētior. Deniqȝ ſi q̄s nunc ad egypti veniat ſolitudines: paradiſo ꝓrſus omnē illam videbit heremū digniorem/ ⁊ innumerabiles angelorū cetus in corꝑibus fulgere mortalibus/ et populos martyꝝ/ ⁊ choros virginū/ ⁊ omnē quidē tyrannidē diaboli diſſolutā: xp̄i aūt regnum coruſcans/ ⁊ illā magoꝝ quondā/ ac philoſophoꝝ parētem/ cunctarūqȝ huius generis artium repertricē: quāqȝ etiā ceteris ꝓpria inuenta tradiderat/ videbit modo piſcatorū magiſterio gloriantē/ ⁊ contemptis omnibus iam illis/ repudiatiſqȝ doctoribus publicanos/ vbiqȝ ac ſutores pellium circūferentē: atqȝ ad maximā fidei ſue gloriā crucē dn̄i ꝓferentē. Et hec omnia bona nō in vrbibus ſolū: ſed etiam in deſertis florent locis. Eſt enim cernere tota illa regione diffuſum exercitū xp̄i/ ⁊ admirabilē illum regium gregem/ virtutūqȝ celeſtiū conuerſationē in terris micantē. Atqȝ hec nō in viris ſolum: verumetiā in feminis ſplendere cōſpicias. Nam ille quoqȝ nō minori q̄ȝ viri virtute decorant̄. Non clypeo arrepto in equū inſilire callentes: vt honeſtiſſimi illi/ ac ſapientiſſimi gentiliū iubent magiſtri: ſed multo certe vehementius bellum gerentes. Cōmunis enī illis/ ac viris aduerſus diabolū pugna eſt/ cōtraqȝ huius mundi poteſtates: nec vſpiā teneritudo ſex⁹ his congreſſibus impares facit. Non enim natura corporis: ſed voluntate animi exercentur iſta certamina. Propterea ſepe in huiuſmodi acie fortius viris femine decertarunt/ ac tropheis inſignibus claruerunt. Non ita varijs aſtrorū choris celum refulget: vt egyptus innumeris monachorum/ ac virginum diſtinguitur/ atqȝ illuſtratur habitaclis. Si quis illam egyptū veterem nouit rebellem deo/ ac nimietate ſuperſtitionū furentē adorantē irrationales animantes/ porros etiā/ cepaſqȝ pauitantem: hic optime chriſti poteſt noſſe virtutē: per quē facta eſt tam admiranda mutatio. Nec ſane antiquis teſtibus indigem⁹: adhuc enim ſtultiſſime illius gentis reliquie manent in exemplo p̄oris amentie. Sȝ ex his tamē plurimi ſuperſtitionē priſtinā reſpuentes/ iamqȝ depoſito inſultātis furore de celo/ et his que in celos philoſophantur: ⁊ patrijs morib⁹/ obloquuntur/ ⁊ progenitores ſuos ſepe miſerantur/ ⁊ philoſophos nihilipēdunt. Jpſis enim rerum vocibus eruditi ſunt: ꝙ illorum inuenta verba ſint anilium fabularū: veram autē/ celoqȝ dignam hanc ſolam eſſe philoſophiam: que illis a piſcatoribus predicata eſt. Propterea cum hac dogmatū veritate: plurimo etiā ſtudio virtutis ornant̄/ cunctis quippe preſentibus rebus exuti: mundoqȝ crucifixi: nihilominus ad perfectionis vlteriora cōtendunt: proprij ſiquidem opera corporis ad indigētium vtunt̄ alimoniam. Neqȝ enim quia ieiunant: aut vigilāt: iccirco otium ſibi indulgent diurnum: ſed noctes quidē ſacris hymnis/ ac vigilijs: dies ꝟo orationibus manuumqȝ operib⁹ exercēt: apoſtolice curſum virtutis imitantes. Si enim ille inquiunt toto pene ad ip̄m reſpiciente mundo/ vt inopes paſceret: et opificem profeſſus eſt: ⁊ vſum ꝓſtine artis exercuit/ idqȝ faciens/ ne nocturno quidē ſopore laſſatus eſt: quanto nos magis qui ſecreto heremi fruimur: vacatione quietis huius ad ſpiritualē vti decet operā Erubeſcant hoc loco locupletes omnes: ſed in ip̄is diuitijs: paupēs q̄n̄ illi quidē nihil ꝓter corp⁹ proprium poſſidentes: vim quandā manibus ſuis afferunt: adnitētes oīo/ atqȝ certātes fruct⁹ hinc egentib⁹ inuenire. Nos vero cum plurimū opū occultemus interi⁹: ad miſericordie opa: nec de ſupfluis aliquid attingim⁹. Quā igit̄ (reſponde queſo) ſatiſfactionē poterim⁹ inuenire? quā veniā? Et certe ꝯſidera ꝙ iſti aliqn̄ pecunie fuerint amatores: quinetiā cū ceteris vitijs ventris imperio ſuicētes: ibi erant enī olle carniū quarū iudei in heremo recordant̄: ibi multa tyrannis vētris/ et gutturis: ſed tn̄ quia noluerūt: in ꝯtrariū repēte mutati ſunt/ ⁊ xp̄i ſuſcipiētes ignē: in celū ſubito ſubuolarūt. Quiqȝ ꝓus ad iracūdiā ardētiores oībus fuerāt/ ⁊ ad libidinē corporis ꝓniores: nūc incorporeas poteſtates tēperantia/ ceteriſqȝ ſpecieb⁹ virtutū imitant̄. Quiſqs regionis illi⁹ gnarus eſt: iſta que dicim⁹/ recognoſcit. Si vero habitacula illa nondū nouit: ꝯſideret virū ꝑ cunctoꝝ vſqȝ hodie ora volitantē: quē apoſtoloꝝ ſimilimū egyptus ꝓtulit: beatū dico/ ⁊ magnū illū: de quo ſepe audiſtis antoniū: ⁊ reſpiciat: qȝ hic quoqȝ illi⁹ fuerit regionis indigena: cui⁹ etiam pharao: ſed nihil ſit inde vitiat⁹. Nam ⁊ viſione dei dignus eſt habitus/ ⁊ talē vitā ꝓrſus oſtendit: qualē habere ſtudēt milites xp̄i. Hoc aūt facile cognouerit: quiſqs eum legerit librū: qui vite ei⁹ texit hiſtoriā: in quo etiā ꝓphetiā lucentē videbit. De his enī quos arriana peſtis inuaſit manifeſtiſſime ꝓphetauit: quātaqȝ eccleſijs labes immineret: edocuit deo vtiqȝ reuelante hec/ ⁊ cuncta ante oculos eius figura pingente. Quod certe/ vel p̄cipuū catholice fidei documentū eſt: nullū videlicet hereticoꝝ talē poſſe monſtrari. Sed ne a me hec audire videamini ip̄m potius librū legentes: diligētius cūcta diſcetis/ vt maxima inde philoſophie incitamēta capiatis. Obſecro autem vt nō ſolum meditemur ſcripta illa: ſed ea quoqȝ/ que ibi exprimuntur/ imitemur: neqȝ deſidiam noſtrā: aut regionū/ aut nutritoꝝ: aut ip̄orū aut parentū vitijs obumbrem⁹. Si enim noſipſos diligenti⁹ voluerim⁹ excolere: nihil nos hoꝝ ꝓrſus impediet. Et ſiquidē: ⁊ ſanctus Abraam habuit patrē impiū: neqȝ tamē illi⁹ heres impietatis effect⁹. Et ezechias ꝓphaniſſimi achaz fili⁹ fuit: ſȝ dei amicus eſſe promeruit. Et ioſeph in ea quondā ſeruiuit egypto: ſed glorioſam ſibi texuit caſtitatis coronam. Jn medio quoqȝ babylonie tres pueri. Jn media quoqȝ caldeoꝝ domo inter illos delitiarum varios apparatus: in ſūma tn̄ arce philoſophie cōſtiterūt. Et moyſes in egypto: ⁊ paulus in toto orbe teraꝝ: nec tamen his omnibus quicq̄ȝ horū impedimento fuit: quo minus curſum virtutis impleret. Et nos igitur cuncta hec exempla cernentes: ſupfluas quidem curas/ ⁊ varias peccādi occaſiones penit⁹ amputemus/ eūqȝ quo virtus paratur/ amplectamur laborem. Sic enim ⁊ deum ad maiorē in nos beniuolentiā prouocabimus/ ⁊ merebimur vt nobis in ſpirituali certamine cooperetur: atqȝ ita bonis potiemur eternis: que omnes nos percipere ꝯtingat/ gratia et miſericordia domini noſtri ieſu chriſti: cui gloria ⁊ imperium cum patre/ ⁊ ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia nona Ex capitulo ſecundo.

t Unc herodes videns: quoniam illuſus eſſet a magis:

**iratus eſt valde: ⁊ mittens occidit omnes pueros: qui erant in bethleem ⁊ in omnibus finibus eius a bimatu: et infra: ſecundum tempꝰ quod exquiſierat a magis.**

Et certe nō eum oportuerat iraſci: ſed comprimi potius / ac timere / atqꝫ intelligere: quoniā impoſſibilia conaretur. Sed coherceri omnino nequit animus / praua ſemel voluntate vitiatus. Jamqꝫ immedicabiliter egrotans: neqꝫ cedit magnis quālibeta deo remedijs indultis. Conſidera deniqꝫ iſtū prioribꝰ malis addere poſteriora certantē: ⁊ homicidia homicidijs iungentē: per que omnia velut furibundum in precipitia labentē. Quaſi enim ab aliquo demonū ira / iracundia / inuidiaqꝫ vexatꝰ: nulla prorſus ratione frenatur: ſed cōtra ipam omnino furit naturam: ⁊ iram qua aduerſus magorū illuſionem fremebat: in paruulos vertit innocuos: tale quiddā in paleſtina facere agreſſus quale pharao ille in egypto perpetrarat. (Mittens enim inquit interfecit omnes pueros in bethlcem / ⁊ in omnibꝰ finibus eius a bimatu / ⁊ infra ſecundū tempus qꝺ exquiſierat a magis). Hic iam vos diligenter attēdite: etenim multi multa ſuper huiuſmodi infantibus dicere conantur: ⁊ alij quidem modeſtius patiuntur / magiſqꝫ faciunt queſtionem: alij vero confidentius certant: imo furioſius. Ut igitur hos quidem ab inſania: illos autem ab imperitia liberemꝰ: patimini nos de hac cauſa / vel breuiter diſputare. Si enim illud criminari volunt: quoniam deſpecti ſunt a deo paruuli: cum iuſſu occiderētur tyranni: criminentur etiam illorum militū necem: qui traditum ſibi petrum aliquando cuſtodiebant. Sicut vero hic fugiente puero iheſu: alij paruuli pro illo qui ſolus querebatur intereunt: ſic etiam tunc petrum de cathenis / et carcere ab angelo liberatum: tyrannus quidem huic de quo loquimur ⁊ opere iunctus / ⁊ nomine cum requiſiſſet: nec tamen inuenire potuiſſet: pro illo eos a quibus cuſtodiebatur / milites interemit. Et quid hoc inquies / ſpectat ad cauſam. Jſtud enim non eſt ſolutio: ſed geminatio queſtionis. Et ego id quidē noui: proptereaqꝫ omnia eiuſmodi profero: vt vno abſoluā cuncta compēdio. Quonam ergo modo iſta ſoluēda ſunt: quāue poterimus probabilem proferre rationem: quoniā non quidem chriſti fuga paruulis cauſa mortis extitit / ſed crudelitas regis. Sicut etiam illis militibus non petri liberatio cauſa interitus fuit: ſed herodis profecto vecordia: qui ſi vidiſſet parietem carceris temere perfoſſum: ſeras violenter reuulſas: habuiſſet colorem: quo vel dolum / vel deſidiam cuſtodientibꝰ apoſtolum militibus imputaret. Cum vero integra: atqꝫ ita vt fuerant omnia ꝑmanerēt: cum clauſa oſtia cernerentur: cum ⁊ petri ⁊ cuſtodū manus eadem cathena conſtringeret: erant quippe pariter colligati: potuit ex his facile conijcere: ſi iuſte id qꝺ acciderat iudicaſſet: quia neqꝫ virtute / neqꝫ calliditate hominū id fuiſſet effectum: ſed diuina proculdubio potentia / atqꝫ mirifica: ex quo illud quoqꝫ fuiſſet ſecutum: vt non inique vindicaret in milites: ſꝫ deum qui id egerat ſuppliciter adoraret.

Sic enim fecit cuncta que fecit / vt non modo cuſtodes in periculum non induceret: verumetiam per illos regem ipm in viam veritatis adduceret. Si vero ille ſapientiſſimo animarum medico / ⁊ ad commodum hominum cuncta facienti eſſe voluit ingratus: inobedientia languentis in culpa eſt: non peritia curantis. Quod in puerorum quoqꝫ cauſa dici conſequentiſſime poteſt: quo enim herodes ſeuiſſime colore rationis iratus es: cum te a magis illuſum videres? Nō cognoueras ortum illum eſſe diuinum? Non tu principes conuocaueras ſacerdotum: nō ipſe cōgregaueras ſcribas? Non etiam illi qui a te fuerant conuocati prophetam ſecum in iudicium illius concilij protulerunt: qui olim iſta predixerat? Non intellexiſti noua veteribus conſonare? Non audiſti quoniā magos ſtella deduxerit? Cur nō erubuiſti tam laudabile ſtudium barbarorum? Cur non libertatem illorum / fiduciamqꝫ miratus es? Cur non es reueritus veritatem? Cur non ex precedentibus etiam extrema penſaſti? Cur non ex his omibus collegiſti: nequaqꝫ magorum illuſioni deputandum eſſe quod factum eſt: ſed diuine vtiqꝫ virtuti ꝓuide omnia / atqꝫ vtiliter ordināti? Quod ſi eſſes etiam magorum fraude deceptus: quid hoc preiudicaret innocuis? His inquit aſſentior. Bene enim herodem omni excuſatione nudaſti: ⁊ oſtendiſti ſceleſtiſſimū prorſus homicidam: nondum tamē ſoluiſti de iniqtate ipſius operis queſtionem. Et ſi enim ille egit iniuſte: cur tamen deus agi iſta permiſit? Quid igitur ad huiuſmodi obiecta reſpondeā? Jllud profecto qꝺ ſemper / ⁊ in eccleſia: et in domo / ⁊ in publico / ⁊ omnino vbiqꝫ inculcare non deſino: quodqꝫ a vobis ſumma cum diligentia cupio ſeruari. Stat enim certa illa / fixaqꝫ regula / ⁊ vna cōtra omnes huiuſcemodi aptiſſima / ac validiſſima qſtiones. Quenam igitur hec regula eſt: queue ratio? Quia videlicet qui ledere velint multi ſint: qui vero ab alio ledatur omnino nullus. Et ne in longū vos ſententie huius conturbet ambiguum / rem celeriter abſoluam. Quicquid illud a quolibet hominum paſſi fuerimus iniuſte: aut remiſſione peccatorum deus: aut amplioris mercedis retributione cōpenſat. Atqꝫ vt lucidius incipiat eſſe qꝺ dicitur: rationum iuuemur exemplis. Ponamus enim aliquem ſeruum multarum pecuniarum proprio eſſe domino debitorem: vim quoqꝫ perpeti ab iniquis hominibus hunc ſeruum: ⁊ aliquanta eorum que habebat amittere. Si igitur dominus valens cohercere raptorem / atqꝫ violentum: non quidem ſeruo reſtituat erepta: ſed tamen cuncta que perdidit ſibi illa cōputet reddidiſſe: putaſne leſus eſt ſeruꝰ? Nequaqꝫ. Quid vero ſi receperit plura qꝫ perdiderit: nōne etiā lucra damni occaſiōe collegit? Quod certe ab omnibus abſqꝫ vllo probatur ambiguo. Hoc igitur ⁊ in nobis: cuꝫ iniuſte aliquid patimur cogitemus: quia ſcilicet pro illatis nobis afflictionibus / aut remiſſionem accipiamus omnium peccatorum / aut ſi tanta in nobis delicta non fuerint: clarioribus honoremur coronis. Audi enim paulum loquentē ſuper eo qui fuerat fornicatus. Tradidi (inquit) huiuſmodi hominem ſathane in interitum carnis: vt ſpiritus ſaluꝰ ſit in die domini ieſu. Quorſum inquies / dicuntur iſta? Nobis enim de illis ſermo eſt leſis: qui ab aliquibus leduntur ini-



micis: non qui a doctoribus corriguntur. Nullo ſi quidem ſi diligenter inſpicias hec medio ſeparant̄. Etenim in queſtionē vertitur: ſi pati quippiam mali noxium dicatur eſſe patienti. Sed vt de eo qꝺ prius queritur ſermonē faciamus: recordare beati dauid: qui cum videret ſemei illum amariſſime inſtantem: exqꝫ periculis inſultantem: ac mille cum opprobrijs obruentē: duces vero militie ardere in cōuiciatoris interitum / prohibuit: ⁊ dixit: Dimitte illum / vt maledicat / vt videat dominus humilitatē meā / et reddat mihi bonum ꝓ maledicto hoc in iſto die. Jn pſalmis quoqꝫ canēdo dicebat: Reſpice inimicos meos quoniā mltiplicati ſunt: ⁊ odio iniquo oderunt me / ⁊ dimitte omnia peccata mea. Lazarꝰ quoqꝫ propterea intrauit in requiem: quia patiēter innumera huius vite aduerſa ſuſtinuit. Nō igitur leduntur qui ledi nobis videntur: ſi modo viriliter illata patiantur. Quin etiam hinc cumulatiora ꝑcipiunt: ſiue corripiantur a deo: ſiue a diabolo verberentur. Et quod inquis peccatum habebant paruuli: vt illis opus fuerit ignoſci? De his quidē qui fuerunt etate legitima: cōſequēter hoc dicitur. Qui vero tam immaturum ſuſtinuere finem: quenam illa propter que interfecti putent̄ / delicta fuerunt? Non me audiſti pauloante dicentē: quoniam ſi ea que ſoluantur peccata non fuerint: erit tamen retributio mercedis his qui iniuſte aduerſa aliqua patiuntur. Quid igitur obfuit in tali cauſa paruulis interemptis / ⁊ ad tranquilliſſimum / tutiſſimumqꝫ portum celeriter euectis? Quoniam ſi vixiſſent iniquis / multis potuerant florere virtutibus. Sed iccirco non exigua eſt preſtanda merces. Quoniam in tali cauſa interitū ꝑtulerūt. Poſſumus vero illud referre: quod ſcilicet non eos permiſiſſet deus tam celeriter hinc rapi: ſi eos preclari cuiuſdam meriti futuros eſſe preciſſet. Si enim etiam illos qui in ſūma malignitate victuri ſunt: tanta tamen cum patientia ſuſtinet: quanto magis hos non ita ſciuiſſet auferri: ſi eos magnos quoſdam preuidiſſet futuros. Et hi quidem ſunt noſtri ſuper hac queſtiōe ſermones. Jmmo ne ipſi quidem noſtri omnes: ſed ſunt alij multo his remotiores: quos diligenter nouit ille qui cuncta diſpenſat. Jgitur comprehenſiōe huius rei certiore cōceſſa: ad ſequentia ꝓcedamur: ⁊ ex afflictionibus ceterorum fortiter omnia ferenda diſcamus. Etenim non parua tunc bethleem luctus tragedia comprehēdit: cum paſſim paruuli ab ipſis matrum raperentur vberibus / ad crudelem illum interitum ducerentur. Quod ſi adhuc animo paruus es: ⁊ infra perfectionem probate in aduerſis philoſophie iaces: diſce illius qui iſta preceperat finem tyranni: ⁊ in hac aliquantulū conſolatione reſpira. Satis enim ille tunc celerem ob tale facinus penam recepit / tantoqꝫ congruentia ſceleri ſupplicia perſoluit. Si quidem vitam iſtam morte teterrima: ⁊ multo hac quā inſontibus intulerat miſerabiliore finiuit / malaqꝫ alia mille ſuſtinuit: que facile noſtis quotquot ioſeph ſuper his legiſtis hiſtoriam. Quam ego ne in longum verba producerem: neue: continuum textum expoſitionis inciderem: ſuperfluū duxi pſenti inſerere ſermoni. (Tunc impletum eſt quod dictum eſt per hieremiā prophetam / dicentem: Uox in rama audita eſt / ploratus: ⁊ vlulatus multus. Rachel plorans filios ſuos: ⁊

noluit conſolari: quia non ſunt.) Admirabilis conſequentia: quia vero auditorem magnitudine horroris impleuerat: cum vtiqꝫ violentum illum iniquum / atqꝫ crudelem deſcripſiſſet interitum: rurſus eum conſolatur / et dicit ꝙ non iccirco illa facta ſint: quia ea deꝰ prohibere nequiuerit: aut futura non viderit: ſed que certe ⁊ preſcierit: ⁊ per prophetam longe ante predixerit. Nequaqꝫ igitur turberis / ⁊ concidas ad ineffabilem prouidentiam eius proſpiciens: quoniam ⁊ per illa que operatur ipſe: ⁊ per iſta que ab alijs fieri ſinit: perſpicue poſſumꝰ intueri. Ex igitur dominꝰ diſcipulis loquēs / ait: Hic etiam coaptandum eſt: quibus quoniā tumultuaria iſta etiam iudicia / ⁊ erumnationes varias / ac totius impugnationes orbis / nulloqꝫ federe ſoluenda prelia precinebat: releuās eos / et conſolās / ait: Nōne duo paſſeres aſſe veneūt: et vnꝰ ex illis nō cadet in terram ſine patre veſtro qui in celis eſt? Hec vero dixit oſtendēs: quia nihil fieret eo neſciēte: ſed ſpectante quidem cuncta: non tamen cuncta faciente: ac ſi diceret: Nihil omnino turbemini: neue paueatis: ille enim qui et / preuidet iſta omnia: que ⁊ ſuſtinetis: ⁊ poteſt profecto prohibere: vobis vtiqꝫ proficiendo non prohibet. Quod in noſtris qꝫ temptationibus cogitare / ⁊ ſatis hanc idoneam cōſolationem poterimꝰ accipere. Et quid inquis etiā Racheli cum bethleē commune dicit? (Rachel inquit plorans filios ſuos). Quid autem rama pertinet ad rachel? Rachel mater fuit Beniamin: quā defunctam ſepelierūt in hypodromo: qui eſt iuxta bethleem. Quia igitur et ſepulchrū vicinum erat / ⁊ tempus ipſe in Beniamin ſorte contigerat: rama quoqꝫ ad eandem pertinebat tribum / ⁊ a principe tribus: et ab ipſo interfectionis loco conſequenter eos qui occiſi ſunt filios eius vocauit. Deinde cum oſtendiſſet incurabile illud vulnus infixū / ait: (Et noluit conſolari: quia non ſunt). Rurſus etiam hic dicimus quod pauloante dicebam: nunqꝫ nos debere omnino turbari: cum accidunt aliqua que promiſſionibus dei aduerſari videant̄. Ecce enim adueniente ipo domino ad illius populi: immo totius orbis ſalutem: qualia populi exordia mater fugit intolerabilibus patria calamitatibus occupatur: cedes innumere / omnibuſqꝫ amariores mortibus perpetrantur. Cum ciues tunc vtiqꝫ fugarentur / cum apoſtoli poſtea varia vbiqꝫ / ⁊ innumera etiam diſcrimina ſuſtinerent: verberatores tamen ſuos / ac perſecutores facere dignatus eſt diſcipulos. (Defuncto autē herode: ecce angelus domini apparuit in ſomnis ioſeph in egypto / dicēs: Surge et accipe puerum et matrem eius / et vade in terram iſrael). Non iam dicit fuge: ſed vade. Uideſne rurſum tribulationem requiem ſuccedentem: deinde periculū imminere poſt requiem? Rediens enim montanā illam regionem reliquit: ⁊ in propriam rurſus habitationem reuertitur: et crudelem illum paruulorū interfectorem vidit extinctū. Deinde ingreſſus domum: priorum diſcriminum reliquias offendit: filium ſcilicet tyranni viuentem / atqꝫ regnantē. Quonam autē modo in iudea regnabat archelaus: cum ipi prouincie pilatus certe pontius preſideret: cum etiam recens adhuc eſſet herodis interitus: et necdum regnum illud fuiſſet in multa diuiſum: niſi qꝫ nuper patre defuncto filius interim pro ipſo tene-

bat imperium. Nam frater quoqȝ herodis eodem erat nomine: propter qđ euangeliſta ſignanter addidit: (pro herode inquit patre ſuo). Quod ſi in iudeam propter archelaũ inquies venire metuebat: debuit etiam galileam propter herodem timere. Sed mutande regionis cauſa iam nulla remanebat: cum iam res ꝑfecto eſſent quiete. Omnis quippe impetus perſequentis in bethleem/ eiuſqȝ finib⁹ deſiuerat: qua vtiqȝ cede completa opinabatur archelaus omnia iam peracta: atqȝ in illa multitudine paruulorum: eum quoqȝ qui ſolus querebatur extinctum. Alioquin ſi ſciſſet mortuo patre: nõ occiſum eum quem regem timebat futurum: ſollicitior ipſe fuiſſet in reliquum/ atqȝ in perſequendo paterne crudelitatis imitator. Uenit igitur ioſeph in nazareth: non ſolum periculi timore: verumetiam patrie amore cogente/ vt ſcilicet: ⁊ ſecurius ibi habitaret/ ⁊ gratius. Super qua reſponſo angeli cõmonetur: quãqȝ lucas nõ dicat eũ illuc ex reſponſi auctoritate veniſſe: quia more purificationis impleto reuerſi ſunt in nazareth. Quidnam igitur ſciendum eſt ꝙ ſcilicet lucas illud tempus ꝑfecto deſcribens: qđ fuit priuſqȝ in egypto fugarent᷑: hec dixerit. Neqȝ enim ante emundationem illuc eos deus ire iuſſiſſe: ne vtiqȝ contra legem aliquid videretur admiſſum. Sed ritum quidem illos purificationis implere: non tamen nazareth redire precepit/ ac tum demum in egyptum fugere. Sed illi regionem patrie diligentes: iſtud vltro fecerunt. Qui enim in bethleem non niſi ob cauſam deſcriptionis aſcenderant: cum prope ne ſtandi quidem ibi haberent locum: ea re propter quam illuc ventũ fuerat impleta: reuerſi ſunt nazareth. Propterea quippe/ ⁊ angelus cum ipſorum faciens voluntate in propriam illos domũ remittit. Uerum ne iſtud quidem ocioſe factum putemus: quod certe porro ante predictũ eſt: (vt impleretur inquit quod dictum eſt a propheta: quoniam Nazareus vocabitur). Quis igitur hoc aſſeruit prophetarum? Nequaqȝ ſcruteris iſta: neque in huiuſmodi fueris curioſus. Multa enim ex propheticis periere monimentis: qđ de hiſtoria paralipomenon probare poſſibile eſt. Deſides eñi cum eſſent iudei: nec deſides modo: ſed ⁊ impij alia quidem perdiderunt negligenter: alia vero tum incenderunt: tum conciderunt prophane. Et de prophanitate quidem tali hieremias refert. De negligentia vero in quarto regum libro legim⁹: quoniã poſt multum temporis vix Deuteronomij ſit volumen repertum: defoſſum quodam in loco/ ac pene deletum. Si autem abſqȝ vlla incenſione templi/ abſqȝ vllo impugnante ciuitatis tumultu ſacri tamen libri varie deperiebant: quis iam iſtud inter illas depopulationes/ vaſtationeſqȝ hoſtium inter illa templi/ ac totius vrbis incendia cõtigiſſe miretur. Ceterum quia prophete predixerãt: iccirco etiã apoſtoli nazarenũ eum frequenter appellant. Hoc ergo eſt inquis qđ prophetiam de bethleem fecit obſcuram. Nequaqȝ: imo hoc ipſum illos potius ammonebat: ⁊ ad perſcrutandum ea que de illo dicta ſunt/ concitabat. Sic etiam nathanael ad eum inquirendum venit/ dicens: A nazareth poteſt aliqd boni eſſe. Erat enim viculus ipſe viliſſimus: immo non ille tantummodo: ſed cuncta prorſus regio galilee: propter hoc dixit: Interroga/ ⁊ vide: quoniã propheta a galilea nõ ſurgit. Uerum ille tamen ne inde quidem erubeſcens vocari oſtendit ꝙ nulli⁹/ que ſecundũ hominẽ magna vident᷑/ indiget. Nam ⁊ diſcipulos de galilee regiõe elegit/ vbiqȝ occaſiones amputans deſidia/ ac torpore languentibus/ ac docens ꝙ nullius rei indigeamus externe: ſi voluerimus ſtudere virtuti. Propterea ne domũ quidem vſpiam poſſedit. Fili⁹ (inquit) hominis nõ habet vbi caput reclinet/ et herodis inſidias fugit/ et natus in preſepio collocat᷑/ et in diuerſorio manet/ ⁊ matrem elegit pauperem/ nos videlicet erudiens ne quid horum eſſe erubeſcendũ putem⁹. Itaqȝ ab ipis omnino principijs vniuerſam mundi pompã/ omnẽ ſuperbiã: atqȝ arrogantiã calcãs: ſolius nos ſectatores precipit eſſe virtutis. Cur enim tu de nobilitate patrie tumeſcas: cum te ego totius mundi iubeam eſſe peregrinũ? Cunqȝ talem eſſe te liceat: vt ad comparationem tui totus hic orbis iudicetur indign⁹. Quemadmodũ enim xp̄ianus iſta debet deſpicere: que ne ab ipis quidem gentilium philoſophis alicuius precij iudicant᷑: ſed longe extra bona hominis cõſtituta/ ⁊ extremi cuiuſdã ſtatus ſortita regionẽ. Et cur inquis paulus tale quid dicit? Secundum electionem autem chariſſimi (inquit) ꝓpter patres. Sȝ require qñ/ ⁊ de qb⁹ et ad quos loquens hoc apoſtolus dixerit. Ad eos nempe his ſermo eſt qui ex gentilibus chriſtiani de fidei priuilegio magnum quiddam tumebant: contraqȝ iudeos ſeſe inſolentius iactabãt: atqȝ hoc ipo eos a ſocietate fidei repellebant. Reprimens igitur illorũ tumorem: ad fidem iſtos trahit: atqȝ ad eundem zelũ credulitatis accendit. Ceterum quãdo de magnis loquit᷑ viris: atqȝ in omni virtute fortiſſimis: quẽadmodum loquatur: attende. Qui autem (inquit) hec dicunt: ſignificant ſe patriam inquirere/ ⁊ ſiquidem illius meminiſſent de qua exierant: habebant vtiqȝ tempus reuertendi: nunc autem alteram meliorem expectant. Et rurſus ſecundum fidem mortui ſunt omnes iſti non reportantes promiſſiones: ſed de longe eas aſpicientes/ ⁊ ſalutantes. Et iohãnes quidem ad ſe venienitibus inclamabat: Ne velitis dicere quia patrẽ habemus abraam. Et iterũ paulus: Nõ enim om̃es qui ex iſrael hi ſunt iſraelite: neqȝ qui filij carnis hi filij dei. Quid enim filios ſamuelis neceſſitudo iuuit parentis: cuius nõ fuerunt virtutis heredes? Quid autem etiam moyſi liberis paterne profuit cura iuſticie: cuius eis nõ ſucceſſit imitatio. Itaqȝ neqȝ ad illos patris poteſtas quaſi ex ſucceſſiõe defertur: qui illum vocabulo tm̃ ſignabant parentem: ſed ad eum migrat/ qui illius erat fili⁹ virtute nõ genere. E regione vero quid timotheo nocuiſſe credit᷑: ꝙ fuit de p̄re gentili? Quid aũt e diuerſo noe filius de patris virtute lucratus eſt/ qui ex ingenuo fact⁹ eſt famul⁹? Uidiſti certe q̄ȝ nõ ſuffecerit ad ſuffragiũ liberis paterna nobilitas Uitia ſiquidẽ voluntatis vicerũt ꝑuilegia nature/ ⁊ peccantẽ nõ modo de nobilitate patris: verum de ipa libertate etiam pepulerunt. Eſau quoqȝ nonne ſancti yſaac erat filius: magno etiam patris fauore munitus/ qui ſcilicet ſtudebat: atqȝ cupiebat primatus ei benedictionẽ donare/ ꝓpter qđ etiam ille oĩa patris iuſſa faciebat. Sed tamẽ quia prauus moribus erat/ nihil ex his omnib⁹ adiutus prorſus eſt: ſed ⁊ iuxta nature ordinẽ prior/ ⁊ de patris volun-



tate ſecurior. Quia tñ diſplicebãt deo oĩa que iam tenere videbat᷑/ amiſit. Et quid ego de hominib⁹ loquor? Iudei quondã filioꝝ dei honore gaudebãt: ſȝ decoloratos vitijs nihil iuuit tanta nobilitas. Si igit᷑ dei quis fili⁹ fact⁹: niſi huic nomini meritũ virtutis addiderit/ etiam mai⁹ ſubito ꝑfecto habebit ſupplicium. Quid mihi iam auoꝝ: atqȝ proauoꝝ memoras dignitates? Hoc aũt nõ in veteri ſolũ: ſȝ in nouo etiã teſtamento ꝯtigiſſe certũ eſt. Quotquot (inquit) receperũt eũ: dedit eis ptãtem filios dei fieri. Sed plurimis tñ ex huiuſmodi filijs nihil patrẽ paul⁹ ꝓfuiſſe denũciat. Si circũcidamini (inquit) xp̄s vobis nihil ꝓderit. Quõ igit᷑ his qui curã ſui hr̄e voluerint: humanũ poterit prodeſſe ſuffragiũ? Nequaqȝ ꝗ hominũ accedam⁹ ſnĩe q̄ de nobilitate/ ac diuitijs gloriant᷑: ne in extremã inopiam decidamus: ſȝ illã poti⁹ expetam⁹ opulentiã: que ꝯſiſtit in ſplẽdore ꝟtutũ. Illã vero pauptatẽ refugiam⁹: que nos cõſtituit in ſqualore vitiorũ: per quã ille diues verſus in pauperẽ eſt: q̄ ne vni⁹ qdẽ erat gutte dñs aquã certe multis precibus ambiebat. Nec eſt oĩno inter nos qſpiã qui tãta egeſtate teneat᷑. Quãlibet eñi aliqui nimia tabeſcãt fame: aque tñ nõ gutta ſolũ: ſȝ ⁊ copia eq̄liter ꝑfruunt᷑: nec ea ſolũ: ſed multo etiã maiore ſolatio. At nõ etiã ille diues qui vſqȝ ad gutte q̄ȝ inopiã ſingulari egeſtate deuenerat: qđqȝ erat multo acerbi⁹ nullũ oĩno aliud pauptatis ſolamen poterat inuenire. Quid igit᷑ tota mente diuitijs inhiam⁹: quando quidẽ nos iſte in celũ euehere nõ poſſunt. Reſponde queſo: ſi terren⁹ forte rex diceret: nõ poſſe diuitũ queq̄ȝ in ipius fulgere regno aut aliquo honore decorari: nunquid non certatim omnes abijcerent inhonoratas repulſaſqȝ diuitias? Si igitur apud terrenũ regem honorẽ nobis auferrent opes: continuo deſpicabiles fierent: rege vero celoꝝ inclamante nobis/ ac dicente: quia difficile ſit nos cum diuitijs diuine illi⁹ habitatiõis intrare veſtibulũ: nõ impendim⁹ omnia? Nunqd nõ libentiſſime carebim⁹ vniuerſis/ modo vt celoꝝ regnũ introire mereamur? Et qua tandẽ digni venia ſumus: q̄ his nos omni ambitiõe circũdam⁹ qb⁹ reiectis: interclusam hanc nobis viã facile poſſumus aperire. At vero nos theſauꝝ nr̄m nõ ſolũ in archis recondimus: veꝝ etiã terre defodim⁹: modo ne illũ cuſtodiendũ trãſferam⁹ in celũ? Quod faciẽdo tale quiddã facis/ q̄le ſi aliq̄s agricola accipiens frumẽtũ in terra fertili ſeminandũ: vberẽ qdẽ agrũ relinquat/ in lacũ vero frumentũ oẽ demergat: vt eo nec ipe potiat᷑/ ⁊ frumẽtũ ſui corruptõe depereat. Sed illa videlicet ab eis mira/ et ꝓrſus electa ratio ꝓferat᷑. Quotiẽs eñi nos iſta culpam⁹/ dicere ſolẽt nõ parũ ſibi ꝯſolatiõis afferri/ ꝙ ea videant cũ diligẽtia ſibi cũcta ſuari. Quinimo nõ videre ſibi iſta repoſita eẽ: grãde ſolatiũ eſt/ ⁊ mira ſecuritas. Tu ꝟo ꝓpter reconditas tibi opes nõ ſolum ſollicitudinis anxietate cruciaris: ſed etiã mala cetera/ multoqȝ his grauiora perpeteris/ formidando mortes/ pugnas/ ⁊ iſidias/ tũ ne publica ſeuiat fames/ ⁊ populus vacui vẽtris impulſu aduerſans domũ tuã corripiat. Cũ certe ipe tu poti⁹ amãdo diuitias/ ⁊ famẽ in vrbem/ ⁊ qđ eſt fame graui⁹/ hoc ipm domui tue diſcrimẽ iportes. Neqȝ. n. facile videas aliq̄s inopie neceſſitate deficere. Poſſunt qppe m̃lta varijs modis ad huiuſce miſerie ſolaciũ ꝓuideri: ꝓpter pecunias ꝟo/ atqȝ diuitias/ ceteraſqȝ hmõi cauſas plurimos tũ occulte/ tũ publice iterẽptos eſſe monſtrauerim. Et multis qdẽ taliũ exẽplis maloꝝ/ vie/ agri/ fora/ oĩaqȝ iudicioꝝ loca plena ſunt. Quinimo ſi reſpicias mare ipm: hũano ſanguine videas cruẽtari Nõ eñi in terra tm̃mõ tyrãnis iſta dñat᷑: ſȝ in pelago q̄ȝ multa cũ inſolẽtia/ temulẽtiaqȝ bacchata eſt. Nã hic qdẽ ꝯgregandi auri cupidus nauigat: alter ꝟo ꝓpter ipm necat᷑ aurũ/ ⁊ vna: atqȝ eadẽ tyrãnis aliũ mercatorẽ: aliũ fecit homicidã. Quid igit᷑ põt erũnoſius amore pecunie: vel etiã ꝑnitioſi⁹ iueniri qñ ꝓpter eã plurimi/ ⁊ peregrinant᷑/ ⁊ periclitant᷑/ ⁊ ſepe etiã trucidant᷑. Et q̄s inq̄s miſerebit᷑ incantatoris a ſerpente ꝑcuſſi? Oportebat eñi vt ſciẽtes hãc crudeliſſimã tyrannidẽ/ ꝓcul ei⁹ refugerẽt ſuitutẽ: atqȝ a tã inutili/ ⁊ imperioſo amore redeſcerẽt. Et q̄nam (inq̄s) hoc ratiõe poſſibile eſt? Si ſcȝ aliũ id eſt celeſtis regni amorẽ itra tuũ pect⁹ incluſeris. Qui eñi ꝯcupiſcit illi⁹ regni gloriã/ facile irridebit auaritiã. Qui ſemel xp̄i ſuus effect⁹ eſt: nõ erit mãmone famul⁹. Cui⁹ certe e regione fit dñs: illa eñi vt fugientẽ ſequi: ita fugere cõſueuit ſequentẽ. Nullũ ſic honorat: vt contẽptorẽ ſui: nec ita irridet aliquẽ: vt eos qui illã nimie ꝯcupiſcũt: nec irridet modo verũ etiã vinculis eos mille circũligat. Itaqȝ ſoluamus aliqñ hos peſſimos/ arctiſſimoſqȝ nodos. Quid rationalẽ animã in famulatũ adducim⁹ irrationalis materie oĩumqȝ maloꝝ parẽtis? Sed o grande ridiculũ. Nos eñi illã inceſſim⁹: at vero illa nos rebus impugnat: ſicut ſuos quoſpiã ꝑ orbẽ nos iugiter inhonorãs/ ⁊ q̄ſi venales per cũcta circũferens. Quo quid turpius poſſit: quidue indigni⁹ inueniri? Si eñi inſenſibiles materias nõ vincim⁹: quẽadmodũ incorporeas poſſumus ſuperare virtutes? Si viliſſimã terrã/ ⁊ abiectos lapides minime deſpicim⁹: ꝑncipatus q̄ȝ quõ nobis/ poteſtateſqȝ ſubdemus? Quẽadmodũ vero ipſum illud poterim⁹ decus caſtitatis tenere. Si eñi aſpectu ſubito ſplendor auri etiam nos ſui cupiditate ſuccendit: quonam modo poſſum⁹ pulchram faciem pudico animo/ ac oculo p̄terire? Eteñi tanto quidẽ in hanc tyrannidẽ amore cõcurrũt: vt eos ipe quoqȝ aſpectus auri ſepe perturbet. Qui etiã facetũ ſe loqui aliqd arbitrant᷑: cũ quaſi ludendo dicũt: iuuari quoqȝ oculos quotiẽs aure⁹ numm⁹ aſpicit᷑. Sȝ periculoſe o homo in talibus ludis. Nihil eñi ꝑinde/ ⁊ anĩe oculis/ ⁊ corꝑis: vt hmõi cupiditatis morbus incõmodat. Hic quippe eſt amor ille teterrim⁹ qui lampades ſtultaꝝ virginũ extinxit/ eaſqȝ a ſponſi excluſit thalamo. Hec enim vt dicis ſpecies oculis accõmoda: nõ ſinit iudam ad dñi reſpicere volũtatẽ: quin etiã vt tecũ eo duxit in laqueũ: mediũqȝ dirupit/ poſtqȝ illa oĩa ad gehenne ſupplicia trãſmiſit. Quid eſt hac igit᷑ peſte iniqui⁹: qdue ꝑnitioſi⁹/ nõ dico ꝺ materia pecuniarũ: ſȝ importuna iſta cupiditate hominũ: atqȝ furioſa? Nã crebro ⁊ pugnas ciet/ ⁊ m̃lto ſanguine mortaliũ madet: omniqȝ fera ꝓrſus imanior incidẽtes ſibi rabido ore dilaniat. Quodqȝ his multo eſt grauius: ne ipſos qdẽ facit ſentire laniat⁹. Oportebat eñi eos q̄ tam dira patiunt᷑/ ⁊ ad p̄tergradiẽtes q̄ſqȝ tendere ſupplices man⁹/ ⁊ impenſe in auxiliũ cõuocare: qui e diuerſo etiã delectant᷑/ ⁊ gratificant᷑ his morſib⁹. Quo qd vnquã põt infelici⁹: qdue furioſius iudicari? Hec igit᷑ omnia intelligẽtes fugiam⁹

morbū hunc oīno letalē/ ⁊ venenatiſſimos auaritie morſus remedio ꝯgruēte curemꝰ. Satis ab hac ꝓcul peſte fugiamꝰ/ vt ⁊ hic tutā vitā habeamꝰ: atq; tranqllā/ ⁊ theſauros conſequamur futuros: grā ⁊ miſericordia dn̄i noſtri ieſu chriſti: cui honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia. x. ex capitulo tertio.

i In diebꝰ illis venit iohannes baptiſta predicans in deſerto iudee: ⁊ dicens: Pn̄iam agite: appropīquabit enī regnū celorū.

De q̄bꝰ hoc vult ītelligi diebꝰ? Neq; illud hic videt̄ tempus notare quo adhuc ieſus puer nazareth veniſſe legit̄. Nā poſt triginta fere annos aduenit iohānes ſic lucas euāgeliſta ſignificat. Queadmodum ait igit̄ in illis diebꝰ? Mos eſt ſcripturarū/ ⁊ vtiq; celeberrimꝰ hoc vti locutiōis mō: nō ſolū cum ad p̄teritā narrationē aliud ꝯtinuo tempꝰ adiūgit̄: veꝝ etiā cū illa narrat q̄ poſt multoꝝ annoꝝ ſpacia cōtingūt. Si deniq; ⁊ dn̄s cū in oliueti mōte reſideret/ ⁊ accedētes ad eū ſollicite diſcipuli de captiuitate hieruſalē: deq; ipiꝰ ſciſcitarent̄ aduētu/ ⁊ certe noſtis q̄ȝ grādi vtrūq; hoc tempꝰ medio diuidat̄: cum de vrbis ſubuerſiōe dixiſſet/ ſmonēq; de his diſputans terminaſſet: iāq; ad dicendū de mūdi fine trāſiret: tūc (inquit) hec vel illa erūt. Dicēdo aūt tūc nō vtiq; temp̄a q̄ plurimū a ſe erāt diſcreta/ cōiūxit: ſed illud tm̄modo q̄ hec euētura erant/ tēpus notauit/ dicēs: (in diebꝰ illis). Nō em̄ quaſi ꝯtinuo hec ſecutura mōſtraret id poſuit: ſed in illis (inquit) diebꝰ in quibꝰ certe iſta ꝯtingerēt: ad que narrāda ꝓgredit̄. Et cuiꝰ inq̄es rei gratia poſt triginta annos ieſus venit ad baptiſma iſtō cū legē erat veterē ſoluturꝰ? Propterea vſq; in hanc etatē que oīa poteſt capere peccata in legis obſeruatione ꝑmanſit: ne quis diceret ideo eum ſoluiſſe legē: quia eam nō valuiſſet implere. Neq; enim omnis ꝓrſus etas cunctis vitijs oportuna eſt. Nam primos adhuc annos imprudētia/ ⁊ imbecillitas animi ſimul obſidet. Adoleſcētie vero tempꝰ feruentior impugnat libido. Reliquā vero etatē habendi maxime ſollicitat cupido. Propterea igitur omnē hanc xp̄s expectauit etatē: per qō omne tempus iuſticiā legis impleuit/ ac tum demū venit ad baptiſma quaſi cumulū illud cūctis obſeruationibꝰ legis imponēs. Audi etenī quid loquat̄. Sic inquit decet nos implere oēm iuſticiā. Quod dicit huiuſmodi eſt: Omnia iam legittima/ cōpleuimus: nec vllū tranſgreſſi ſumus aliquādo mandatum. Unum adhuc deeſt ſolūmodo: oportet etiam iſtud adiūgi/ ſicq; a nobis iuſticia omnis implebit̄. Juſticiam vero hic complementū cunctoꝝ nominat mandatoꝝ. Chriſtū igitur ꝓpter eam quā diximus cauſam ad baptiſma veniſſe manifeſtum eſt. Sed inquirendū videtur: vnde ipm̄ baptiſma/ ⁊ q̄ȝobrē fuerit inſtitutū. Quia enim nō a ſemetipo iohānes: ſed deo illum mittente ad myſteriū iſtud acceſſerit: etiam lucas euidenter oſtendit/ dicens: Uerbū dn̄i factum eſt ad iohannē filiū zacharie: id eſt preceptū dei. Et ipe ait: Qui me miſit baptizare in aqua: ille mihi dixit ſuper quē videris ſpiritūſanctū deſcendētem: hic eſt qui baptizat in ſpiritūſancto. Qua vero de cauſa ad baptizandi eſt miſſus officium. Et hoc nobis idem baptiſta declarat/ dicens: quoniā venerit in regiōe iordanis p̄dicans baptiſma penitētie: in remiſſionē peccatorū. Et certe remiſſionē hoc baptiſma nō habebat. Hoc enim munꝰ illius baptiſmatis erat: qō poſtea xp̄s inſtituit. Jn hoc enī verꝰ homo noſter crucifixus eſt/ ac ſepultus/ ⁊ ante crucem nuſquā prorſus remiſſio extitit peccatoꝝ. Siquidē/ vbiq; ipſius hoc ſanguini deputat̄. Jdē em̄ iſtud paulus affirmās: ſed emundati (inquit) eſtis: ſed ſanctificati eſtis/ nō ꝑ baptiſma Johānis: ſed in nomine dn̄i noſtri Jeſu xp̄i/ ⁊ ſpiritu dei noſtri. Et alibi ipe dicit iohānes q̄dem p̄dicauit baptiſmū penitentie/ ⁊ nō ait remiſſionis: ſed vt crederent in aduenientē poſt eū. Cum em̄ nondū ꝓ peccatis mundi hoſtia fuiſſet oblata: cum necdū ſpirituſſanctus deſcendiſſet: nec peccatū eſt ſolutū: nec inter dn̄m: atq; homines inimicicia ſublata: nec maledictū remotum: quo modo remiſſio peccatoꝝ facta dicitur? Quid igit̄ eſt qō ait in remiſſionē peccatoꝝ? Erant omnino iudei prauiſſime voluntatis: nec peccatoꝝ ſuorū mordebant̄ reatu: ſed cum maximis ſcelerībꝰ tenerent̄ obnoxij/ audebāt ſibi tm̄ arrogare iuſticiā. Quod certe precipue a fidei illos veritate decuſſit. Hoc. n. ēt paulꝰ accuſans ait: Qm̄ ignorātes dei iuſticiā/ ⁊ ſuā q̄rētes ſtatuere: iuſticie dei nō ſūt ſbiecti. Et rurſus q̄d ḡ dicemꝰ? ꝙ gētes q̄ nō ſectabāt̄ iuſticiā: app̄henderūt iuſticiā: iſrael aūt ſectādo legē iuſticie: in legem iuſticie non peruenit. Quare? quia non ex fide: ſed quaſi ex operibꝰ: per quod omnino clare cauſam ipſorum ſignauit malorū. Uenit autē iohannes nihil aliud faciens: q̄ȝ vt illos ad peccatorum ſuorum cognitiōem trahat. Hoc illius etiam habitus ipe oſtendit: qui vtiq; compunctioni/ ac penitentie congruebat. Hoc ipa quoq; predicationis verba eius declarant. Nihil enim aliud aiebat: q̄ȝ facite fructus dignos penitentie. Quia igit̄ ꝓpriorum obliuio peccatorū ſicut etiam paulus oſtendit inſolentes eos aduerſus chriſti dona faciebat/ e regione vero delictoꝝ memoria requirendi liberatoris/ ⁊ ꝯſequende venie deſideriū ſuſcitabat. Ad hoc iohannes preparaturus aduenit/ ſuadens eis refugium penitentie ne ſcilicet puniantur/ non vt emendentur omnino: ſed vt humiliores penitendo facti/ ⁊ peccatorum ſuorum crebrius recordantes: ad dona remiſſionis accurrant. Uide igitur q̄ȝ hec diligēter expreſſerit: cum enim dixiſſet/ quia venerit predicare baptiſma penitentie: intulit in remiſſionē peccatorum: quaſi diceret ego illis ꝯfiteri peccata ſua/ ⁊ penitentiam agere perſuaſi/ non vt purgarentur oīno: ſȝ vt dignius poſtea remiſſionis dona ſuſciperēt. Si ṽo nō ſeipos ante culpaſſēt: neq̄q; grām req̄ſiſſent. Nō q̄rētes ṽo grām: neq; remiſſionē ꝑfecto meruiſſent/ ita iſtō baptiſma alteriꝰ: id eſt xp̄i batiſmatis p̄paratio ē: ⁊ iccirco dicebat vt crederēt ī aduenientem poſt eum p̄ter illā/ quā diximus/ aliam quoq; cauſam baptiſmatis ponens. Neq; enim dignum erat vt beatus iohannes ſingulas adiret domos/ et quaſi apprehenſa manu circumcideret chriſtum: atq; ipſum credendum eſſe clamaret/ ac preſentibus cunctis: atq; cernentibus beatam illam vocem emitteret: ceteraq; cuncta compleret. Propterea igitur venit ad baptiſma. Nam et baptizantis fama/ et cauſe dignitas om̄es trahebat: atq; ad iordanem vocabat/ ⁊ frequentiſſimū quoddā colligebat theatrum: propterea/ ⁊ aduenictium ad ſe tumorē reprimit/ eiſq; ſuadet nequaq̄ȝ de ipſo magnū aliquid ſuſpicari/ oſtendens illos extremorum eſſe reos malorum: per que ob maximū illis imminere ſupplicium: niſi agant penitentiam/ ⁊ parentibus derelictis: eaq; quā de illis habeāt iocūditate cōtēpta toto aduenientem chriſtū corde ſuſcipiāt. Quo adhuc tempore in occulto erat nō modo dignitas: verūetiā preſentia ipſa chriſti/ ita vt a plurimis/ et mortuus crederetur recordantibus videlicet eā cedem que paruulos depopulata eſt. Et ſi enim duodecimo oſtendit ſe etatis ſue anno: rurſus tamen ſe celauit/ ac texit. Propterea igit̄ ad manifeſtādā cognitionē ſui: clariore opus habebat/ ⁊ celſiore principio. Et iccirco tunc primū incepit beatus Johannes ea que iudei nuſq̄ȝ vel a prophetis vel a quibuſcunq; alijs audierāt voce clariſſima predicare. Nihil vero iam de terrenis promiſſionibus loquēs regnū profecto annūcians inſtare celoꝝ regnū: hic autem aduētū chriſti/ abſq; dubio chriſti/ ⁊ priorem ſignificat/ ⁊ ſcōm. Et quid inquies ad iudeos? Neq; enim quid dicit intelligunt. Sed propterea inquit tectus loquor: vt ipſa permoti obſcuritate dictorū: ad inquirendum illum veniant quem audiūt predicari/ in tantum venientes ad ſe ſpebus melioribus erigebat: vt ⁊ publicani plurimi/ ⁊ milites q̄d eos facere oporteret/ inquirerēt/ ac ſollicite interrogarent queadmodum vitam ſuam inſtituere deberēt. Quod certe ſignū euidens erat: eos preſentium rerum curis leuatos: ad celſiora ſuſpicere/ iamq; fideliter imaginari/ tum ſupplicia/ tum premia futurorum. Cūcta quippe que audiebāt: queq; cernebant ad altiorem eos ſapientiā ſubleuabant. Conſidera em̄ quale tunc fuerit videre hominem poſt triginta annorum ſpacia ab heremi vaſtitate venientem filium certe pōtificis: nullius prorſus ex rebus neceſſarijs indigentē: mirabilem profecto omnibus/ ⁊ ꝑ cuncta reuerendum: quem Eſaias quoq; teſtimonij ſui auctoritate decorabat. Nā ⁊ ipſe aderat p̄dicans eū/ ac dicēs: Hic eſt quē olim venturū promiſi clamātem in heremo voce clariſſima/ ac predicantem. Tanta enim gratie largitate omnia hec futura ꝓpheticus ſermo predixerat: vt nō ſolum ipſum dominum: ſed etiam ipſum miniſtrū eius multo ante precineret: nec illum ſolūmodo prenunciaret: verūetiam locum in quo erat habitaturus: ſed ⁊ modum predicationis eius doceret: quantaq; per illū morum emēdatio eſſet futura exprimeret. Conſidera igit̄ queadmodū in eaſdē ſententias/ ⁊ ſi nō in eadem omnino verba conueniant euangeliſta ſcȝ ⁊ ꝓpheta. Quid enim de iohāne Eſaias ait? Cum inquit aduenerit clamabit parate vias dn̄i: rectas facite ſemitas eius. Jpſe vero cū aduenīſſet/ aiebat: Facite fructus dignos penitentie. Quod vtiq; tale eſt: quale ſi diceret parate vias dn̄i. Uides igit̄/ ⁊ ꝑ illa que ꝓpheta predixerat/ ⁊ per iſta que ipſe predicebat iohānes vnū/ idemq; monſtrari ſcilicet/ ⁊ ꝙ p̄curſor/ ⁊ viā domini paraturus aduenerit: nō vt remiſſionem pctōꝝ daret: ſed vt eoꝝ prepararet aīas: qui oīm dominum erāt recepturi. Lucas vero etiā amplius aliquid adiecit. Neq; em̄ initiū ſolūmodo indicaſſe contentus: omnem de ipſo ꝓphetie ordinē narrationis inſeruit. (Omnis inq̄t vallis implebitur/ ⁊ oīs mons/ ⁊ collis humiliabit̄/ ⁊ erūt praua in directa: ⁊ aſpera in vias planas: ⁊ videbit oīs caro ſalutare dei). Uidiſti certe queadmodū ante veniens propheta cūcta predixerit: videlicet/ ⁊ q̄ȝtus etiam ad chriſtum ppli concurſus: et q̄ȝta ꝑ xp̄m in melius rerū eſſet futura mutatio/ quāq; affluēs bonorum celeſtiū largitas: queue hoꝝ omnium cā eēt bonoꝝ q̄ȝq̄ȝ hec ipſa per allegoricā ſignificauerit figuram: quod certe genus loquēdi maxime prophetas decet. Cū enim dicit (om̄is vallis implebitur: ⁊ omnis mons: ⁊ collis humiliabit̄/ ⁊ erunt praua in directa: ⁊ aſpera in vias planas) oſtēdit: ⁊ humiles ſublimādos: ⁊ e diuerſo ſublimes hūiliandos/ ac difficultatē legis fidei facilitate mutandam. Nō iam inquit ad iuſtificationē merēdam ſudores pctōribus imminentes: ⁊ labores: ſed gratia omnibus occurrit/ ac venia plurimo ſalutis plena cōpendio. Deinde cām q̄ȝ ipſam que id faceret oſtandens (qm̄ inquit videbit oīs caro ſalutare dei) Nō iudei iam ſolūmodo: atq; ꝓſeliti: ſed omnes terre prorſus ac maria atq; vniuerſum humanum genus. Siquidem appellatione prauoꝝ: omnē corruptā vitā/ vitioſamq; ſignauit: publicanos ſcȝ/ atq; meretrices: latrones/ magoſq; ſignificās: qui de priori cōuerſatione prauiſſimi ratis in reliquū greſſibus cucurrerunt. Quod certe etiā dominus ipſe dicebat. Publicani/ ⁊ meretrices precedent vos in regno dei q̄niam crediderunt. Jd ipſum etiam alio ſermone ꝓpheta predixit. Tunc lupi inquit: ⁊ agni paſcentur ſimul. Sicut em̄ ibi valliū appellatione vel colliū inequalitatē morum vna dixit philoſophie equalitate miſcēdam: ita hic quoq; per irrationalium differentiam oſtendit vitā hominum cultibus/ moribuſq; diuerſam: in eandē religionis coiturā eſſe cōcordiam. Hic quoq; cauſam ipſius ſocietatis adiūgens. Et qui inq̄t inſurget eſſe gentiū rector: in eū gentes ſperabunt. Quod ibi/ vtiq; alio ſermone ſignauerat dicēdo: Qm̄ videbit omnis caro ſalutare dei. Jllud ſurſum/ deorſumq; ſignificans qō ſciētia euangelij huius ac ſingularis potentia toto diffundenda eſſet orbe terrarū: que humanum genus a feris moribus/ ⁊ lapideis cordibus ad plurimam manſuetudinē/ ac teneritudinē mentis repente conuerteret (Jpſe aūt iohannes habebat veſtimentum de pilis camelorum ⁊ zonam pelliceā circa lumbos ſuos) Animaduertiſtis nempe queadmodū ipſi prophete aliqua p̄dixerint: aliqua vero euāgeliſtis dicēda ſeruauerint. Et iccirco matthęꝰ/ ⁊ ꝓphetiā poſuit: ⁊ ꝓpria ſubiūxit/ nō vtiq; q̄ſi ſupfluū eſſet/ atq; ocioſū putans: ſi de ſcti habitu q̄ȝ dixiſſet. Erat em̄ oīno mirabile hūano in corpe tātam videre tolerantiam. Quod certe iudeos magis ad credendum trahebat/ cum in iohanne heliam cernerent/ atq; in illius beati recordationem: per iſtius virtutem redirent: immo multo etiā maiore admiratiōe caperentur. Siquidē ille in vrbibus paſcebat̄: hic vero ab ipſis incunabulis in heremo ſꝑ inhabitauit. Oportebat em̄ p̄curſorē illiꝰ q̄ oīa vetera diſſolueret: id ē maledictionē/ merorē/ dolorē/ laborē/ atq; ſudorē: aliq̄ ab his p̄uilegio vindicari/ ſupraq; iſta ꝯſiſtere. Jtaq; nō aratro curuꝰ īcubuit: nō in ſulcos cāpum ſcidit: nō in ſudore faciei ſue panē comedit: ſed erat illi in preparata mēſa: ⁊ facilis amictꝰ/ ⁊ habitatio facilior amictu. Neq; em̄ vel tecto indiguit ille/ vel lecto: non menſam vel aliqua huiuſmodi req̄ſiuit: ſed

angelica quadam vita mortali in carne reſplenduit. Propterea etiam veſtimẽtum de pilis camelorꝝ habuit: vt habitu quoqꝫ ipſo mundi cõtemptum doceret/ ſuadens ceteris nihil cum terra habere commune: ſed ad priorem nobilitatem reuerti: quã certe habuerat adã/ priuſq̃ꝫ de victu/ veſtituqꝫ curaret: ita ille tunc habitus penitentie pariter: ⁊ regni iudicia preferebat. Neqꝫ vero dixeris: ⁊ vnde ille cilicinum veſtimentũ: vnde etiam ipſa zona qui certe in heremo ipſe verſabatur? Si enim hinc pateris q̃ſtionem: alia/ quoqꝫ horum ſimilia plura reperies. Quemadmodum in ſolitudine hiemes/ pluuiaſqꝫ ſuſtinuit: ⁊ hoc tenero adhuc corpore/ atqꝫ etate puerili. Quemadmodũ valuit rudis adhuc natura carnis tantas inequalitates aerum cum illa ciborum tenuitate tolerare: vt de reliqua heremi afflictione ſileamus. Ubi nũc illi ſunt qui nimis illam inanẽ/ atqꝫ vanam Cynicorum impudentiam pro virtute ſectantur? Que enim philoſophia aliq̃ꝫdiu quidem incluſum dolio coartari: poſt hec vero ingenti luxu intemperãtiaqꝫ diſſolui fulgere anulis: prolui phialis/ puerorum atqꝫ puellarum miniſterijs abundare: multaqꝫ alia pompe vanitate circũdari: ⁊ ſub profeſſione philoſophie vtraqꝫ immoderatione delinquere? At non etiam iohãnes talis apparuit: ſꝫ heremũ ita ille habitauit vt celũ: omniſqꝫ vere philoſophie virtute decoratus eſt: ⁊ quaſi angelus aliquis e celo: ita in ciuitatẽ a ſolitudinis vaſtitate deſcendit. Ingens quidem athleta pietatis: ac velut toto ſpectante mundo dei iudicio coronatus: ⁊ celeſtis cuiuſdam philoſophie dignitate reſplendens. Et hoc nondum deſtructo/ vtiqꝫ peccato: nec dũ lege ceſſante: aut morte deuicta: nec confractis certe eneis portis: ſed vetere adhuc morte regnante. Tãtum em̃ valet fortis animus/ ac virtutis ſemꝑ amore flammatus: ⁊ vbiqꝫ obuia ſibi impedimenta trãſiliens: ſicut etiam paulus in noui iã teſtamenti obſeruatione faciebat. Et cur inquis etiam zona vſus refertur? Mos iſte apud antiquos vigebat priuſq̃ꝫ in mollem iſtum/ ac fluidum habitum laberentur/ ſic itaqꝫ ⁊ petrus cinctus inuenitur ⁊ paulus. Uirũ inquit cuius hec zona ẽ. Helias quoqꝫ/ ſanctiqꝫ ceteri iſtud virtutis inſigne geſſerunt: quod ſcilicet in iugi opere verſabantur/ ſiue iter agerent: ſiue aliud quid neceſſarij/ ac properãdi laboris arriperẽt. Nec propter iſta tãtummodo: ſed vt omnem/ quoqꝫ habitũ calcarent placendi/ ſeqꝫ ad cunctos labores ipſo quoqꝫ habitu prepararent. Quod quidem ipſe chriſtus ꝓ maxima predicat laude virtutis. Quid inquit exiſtis videre in deſertum hominem mollibus veſtimentis indutum? Ecce qui mollibus veſtiũtur in domibus regum ſunt. Si vero ille in omni vite ratione mundiſſimus/ celoqꝫ ipſo clarior: et prophetis celſior: quo nullus hominum maior fuit/ quiqꝫ tãta apud deum familiaritate gaudebat: ad oẽm tñ patientiã durabat laborꝝ: ſatis alta delitiarũ fluxa deſpiciens: atqꝫ ad oẽm ſe vite rigorẽ coartans: quã nos ſatiſfactionẽ afferre poterimus: q̃ poſt tot chriſti beneficia: poſtqꝫ mille noſtrorꝝ onera pctõꝝ: ne minimã q̃dem partẽ illius caſtigationis imitamur: ſꝫ comeſationibꝰ: ⁊ potatiõibus dediti: ac peregrino odore fragrãtes: vel potiꝰ fetentes nihilqꝫ a theatralibꝰ feminis diſcrepãtes: ac noſmetipſos eneruãtes vndiqꝫ/ ac vndiqꝫ relaxantes: in ꝓdam diaboli preparamur? Tũc exibat ad eũ oĩs iudea: ⁊ hieroſolyma: ⁊ om̃is regio iordanis: ⁊ baptizabanť ab eo confitentes peccata ſua. Videſne q̃ꝫtũ preſentia valebat ꝓphete? Queadmodũ ad ſe fecit vndiqꝫ populos conuolare: queadmodum illos ad peccatorꝝ ſuorum cognitionẽ reduxit. Erat ſi quidẽ admiratione digniſſimũ tantam in hoĩs habitu fulgere virtutem: tantaqꝫ in illo ſplendere cõſtantie dignitatẽ: quẽ vtiqꝫ tam ingentẽ videbãt: ⁊ aduerſus omnem illam multitudinẽ quaſi contra pueros inſurgentẽ: plurimaqꝫ vultus gratia coruſcãtem/ cũ id quoqꝫ ad cumulũ admiratiõis accederet: ꝙ multo poſt tꝑe apparuiſſet propheta. Si quidem diu illis iam gratia iſta defecerat/ poſtqꝫ longũ tempus ad eos fuerat reuerſa/ ipſum quoqꝫ predicatiõis genus nouũ erat/ atqꝫ diuerſum. Nihil quippe vſitatum annũciabat/ ac ſolitũ: nulla prelia/ nulla certamina/ nullas de terreno hoſte victorias/ nõ morbos/ ac fames: nõ expugnationes babylonicas/ ac perſicas/ non vrbis captiuitatem: ne eorꝝ oĩno q̃cq̃ꝫ que prius audire cõſueuerant: ſed celum annũciabat: ⁊ illud qͦ ibi ꝓmittitur regnũ/ atqꝫ gehenne e diuerſo ſupplicium. Et hec cum illi quoqꝫ qui priꝰ habitabant heremum refugiſſent: nõ multum ante tempus occiſis hominibus: qui iude: ⁊ theode coniurationẽ fouebant. Iſtos tamen nec hec q̃dẽ exempla ad ꝯueniendum illuc fecerant tardiores. Neqꝫ enim iohãnes ad tale aliq̃d illos cõuocabat vt eis tyrãnidem/ diſſenſionemqꝫ ſuaderet: aut eiuſmodi q̃cq̃ꝫ/ aut qͦ iuueniles animi ardere conſueuerunt. Sed vt auditores ad celorũ regnũ vocaret ſcꝫ: ideo neqꝫ ſecũ illos retinet: nec ꝑ heremũ circũducit ſeq̃ntes: ſꝫ veniẽtes ſuſcipit: ⁊ ad celeſtẽ erudiẽs philoſophiã: ꝯtinuo domũ remittit: ꝑ oĩa illos docẽs/ cuncta etiã terrena deſpicere/ atqꝫ ad p̄mia regni futurorꝝ bonorꝝ: ⁊ in eorꝝ quottidie deſiderio concitari. Hũc igiť etiã nos ſtudeamꝰ imitari: ⁊ oẽm luxuriam/ ac temulentiã relinquẽtes: ad p̄cioſiorẽ vitam nos/ vndiqꝫ coartemꝰ. Tẽpus q̃dẽ ꝯfeſſionis incũbit his quoqꝫ q̃ baptiſma cõſecuti ſunt: alijs q̃dẽ vt poſt patentia criminum vulnera penitentia interueniente curentur: et ad ſacra myſteria redire mereantur: alijs vero vt eam quã poſt lauacrũ celeſte cõceperãt maculã diluẽtes: ad dominicam mẽſam munda iam cõſcientia/ ſecuraqꝫ conueniant. Abſiſtamus igitur ab hac fluida/ diſſolutaqꝫ vita. Neq̃unt em̃ omnino/ nequeũt aliq̃n in vnũ: ⁊ cõfeſſiõis lachryme: ⁊ corporis conuenire delitie. Et hec vos doceat beatꝰ iohãnes: ⁊ cibo ſuo/ ⁊ habitu/ ⁊ habitaculo. Quid igitur inquies? Ad huius tu vite arduũ nos imperas coartari? Non impero plane: ſed ſuadeo: quod ſi facitis: ⁊ laudo. Sin vero iſtud vobis impoſſibile iudicatis: ſaltem in vrbibus ꝯſtituti penitẽtie opera monſtremus. Etenim iam iudicium aſſiſtit in ianuis/ qͦ ſi adhuc eſſet ꝓcul: nec ſic q̃dem oportebat agere ſecuriꝰ. Si quidem generalẽ illũ mundi finẽ vniuſcuiuſqꝫ nr̃m vite finis imitať. Quia vͦo ꝓpe ſit/ atqꝫ in ianuis: audi paulũ monẽtẽ: Nox p̄ceſſit/ dies aũt appropinquit. Et rurſus q̃ꝫtulũ q̃ꝫtulũ donec veniat q̃ venit: ⁊ nõ tardabit. Et ſigna quidem iam conſtant impleta: que illum diem quodammodo videntur vocare. Et predicabitur inquit hoc euangelium regni in vniuerſo mũdo in teſtimonium omnibus gentibus: ⁊ tũc veni-



et conſumatio. Diligẽter cõſiderate que dicta ſunt. Non dixit: cum creditum fuerit a cunctis: ſed cum omnibus inquit fuerit predicatũ: et propterea ſubiunxit in teſtimonium omnibus gẽtibus: oſtendẽs non ſe expectaturum vt omnes prius credant: ⁊ ita ipſe qui predixit/ adueniat. Quod enim ait in teſtimonium omnibus gentibus hoc eſt dicere in accuſationem/ ⁊ redargutionem eorũ qui euangelio credere noluerunt. Uerũtamẽ nos audientes iſta: immo cernentes: altiſſimo torporis ſopore deprimimur: ⁊ illudentia nobis phantaſmata ſomniamuſ: quaſi nocte omnino profundiſſima ſoporati. Nihil ſiquidem a ſomnij vanitate preſentium differt rerum figura: ſiue ille triſtes: ſiue ſint proſpere. Exurgite/ ergo iam deprecor a ſomno teterrime iſtius noctis: exurgite vt poſſitis ſolem videre iuſticie. Nemo enim ſolem dormiẽs ĩtuetur nec radiorum eius decore oculos illuminat: ſed cũcta que ſe opinatur videre/ figmenta ſunt ſomnij. Proptereaqꝫ maxime indigemus cõpunctione penitentie/ multarũqꝫ lachrymarum: ⁊ ob hoc ipſum: qꝛ cũ peccamus nullo dolore compungimur: et quia magna peccamꝰ: atqꝫ omnino talia que modum indulgentie videantur excedere: agamus tamen penitentiam: ⁊ nõ modo venia peccatorum: verumetiam premiorum gloria perfruemur. Penitentiam vero dico: nõ ſolum vt a malis prioribus deſiſtamus: verũetiam vt bonorum operum fructibꝰ impleamur. Facite inquit fructus dignos penitentie. Quo autem modo fructificare poterimus? Si vtiqꝫ peccatis aduerſa faciamus. Aliena rapuiſti: ⁊ ĩcipe donare iam ꝓpria. Longo es tẽpore fornicatus: a legittimo quoqꝫ vſu ſuſpendere coniugij/ ac perpetuam continẽtiam ſepius paucorum dierum caſtitate meditare. Iniuriam vel opere cuiq̃ꝫ vel ſermone feciſti: refer benedictionis verba conuitijs/ ⁊ percutientes te/ nunc officijs/ nunc etiam beneficijs placare contende. Neqꝫ enim vulnerato ſufficit ad ſalutem tantummodo ſpicula de corpore euellere: ſꝫ etiam remedia adhibere vulneribus. Delitijs ante: ⁊ temulentia diffluebas: ieiunio ⁊ aque potu vtrumqꝫ compenſa/ vt famem ſuperes imminẽtem. Uidiſti impudicis alienum decorem oculis: feminam iam omnino nõ videas: maiore tactus cautione poſt vulnera. Declina inquit a malo: et fac bonum. Et rurſus: Prohibe linguam tuam a malo: ⁊ labia tua ne loquantur dolum. Sed doce me etiam bonum facere: qui malum vitare docuiſti. Inquire inquit pacem: et perſequere eam. Non tantum hanc dico pacem que cũ hominibus: verumetiam que cum deo eſt copulanda. Et bene ait: perſequere: exagitata eſt enim vndiqꝫ: ⁊ prorſus exploſa/ ac terram relinquens in celum profecta. Sed tamẽ poſſumus eam rurſus reuocare ſi volumus: ſi vtiqꝫ iracũdiam/ ſuperbiam/ atqꝫ iactantiam/ omniaqꝫ abijcientes impedimenta pacis: modeſtam hãc vitam/ puramqꝫ ſectemur. Nihil eſt enim ira ac temeritate deteriꝰ. Hec nãqꝫ eſt que nunc in tyrannicã quandam ſuperbiam animos extollit. Nunc eoſdem prorſus ſeruili deiectione cõmutat: ⁊ hinc quidẽ ridiculos: inde vero reddit odioſos: contrariaqꝫ in vnum vitia coniungit: adulationem arrogãtie copulando. Quid ſi nimietatem circumcidamꝰ ire: ⁊ modeſte humiles: et tute ſublimes eſſe poterimus. Nam ⁊ corporibus noſtris intemperantia de nimietate contingit. Cunqꝫ fines proprios/ certamqꝫ menſuram vſus naturalis exceſſerit: tunc mille morbi: tunc funera acerba conſurgunt: vt animalibus quoqꝫ inuenimus accidere. Circũcidamus igitur a nobis intemperantiam: et ſalutare poculum bibentes: in corporis/ atqꝫ anime ſanitate maneamus. Sic enim etiã orationi digne/ ac perſeueranter poterimus incumbere. Nam et ſi non continuo accipimus quod rogamus: nihilominus permaneamus petentes: vt mereamur accipere. Neqꝫ enim vult deus ſua dona differre: ſed tardius dando quod petimus: inſtãtiam nobis oratiõis indicit. Propterea: ⁊ aliq̃ꝫdiu: ⁊ annuere precantibus differt: ⁊ tribulationes irruere permittit: vt ad ipſum: ⁊ frequẽtius confugiamꝰ: ⁊ expreſſius: nec ab eo diſcedamus aliquando. Tale aliquid faciunt manſuetiores filiorum parẽtes: cum paruulos ſuos viderint a ſe quidem ſepe diſcedere: equeuorum autem ſuorum luſibus detineri: precipiũt famulis terribilia multa ſimulare: vt exagitati etiam metu paruuli: ad maternũ ſinum confugere feſtinent. Ita etiam deus/ nõ modo ab alijs nos ſepe tribulare ſinit: ſed nõnunq̃ꝫ etiam ipſe plagam minatur: nõ vt eam in nos inducat: ſed vt nos ad ſe potius adducat. Si quidem cum ad ipſum fuerimus reuerſi: cõtinuo diſſoluit timorem. Quod ſi quales in tribulatiõe ſumus: tales etiã eſſemus in requie: nequaq̃ꝫ egeremus afflictionibus erudiri. Et quid ego de nobis loquor? illis quoqꝫ quos legimus ſanctis plurimum eruditionis de tribulatione veniebat: ꝓpter qͦ propheta dicit: Bonũ mihi quia humiliaſti me: vt diſcã iuſtificatiões tuas. Ipſe q̊ꝫ dñs dicebat apoſtolis: In mundo tribulationes habebitis. Idipſum ſignificabat et paulus cũ diceret: Datus eſt mihi ſtimulus carnis mee angelus ſathane q̃ me colaphizet. Et iccirco ter dñm deprecatus eſt: vt ab eo illa temptatio diſcederet: ſꝫ impetrare nõ potuit: qꝛ ſcꝫ maxima per illam cõmoda colligebat. Qͦ ſi etiã ſcti dauid vitã velimꝰ inſpicere/ inuenimus eũ profecto inter pericula clariorem: nec illũ tãtũmodo: verũetiã ceteros ſanctos. Nã beatus iob maxime cũ tribularetur/ effulſit: et ioſeph deo in tribulatione plus placuit. Iacob q̊ꝫ/ ⁊ eiꝰ pater: quiqꝫ vnq̃ꝫ iuſtorũ fuerũt: clariores de tribulationibus texuerunt coronas: quorum aliq̃ ipſa etiam morte coronati ſunt. Que omnia cõſiderantes iuxta ſermonẽ ſapientie: nõ deficiamus: nõ feſtinemus in die tẽptationis: ſed ad illud precipuum erudiamur vnũ vt viriliter cũcta toleremꝰ: nec de his que nobis accidũt queſtionẽ curioſitate moueamus. Noſſe em̃ q̃n tribulationes auferri oporteat: illius ẽ qui eas ꝑmiſit inferri. Illatas vero cũ omni gratiarũactione tolerare noſtre opus eſt volũtatis: quod ſi fiat: bona proculdubio etiam oĩa conſequemur. Ut igitur hec cuncta ꝓueniant: ſcꝫ vt: et hic probatiores: ⁊ illic clariores eſſe mereamur: ſuſcipiamꝰ equo animo quicq̃d fuerit illatũ/ gr̃as agẽtes ei q̃ mľto ampliꝰ q̃ꝫ ipſi nos q̃d nobis expediat/ agnoſcit. Quiqꝫ in amore nr̃i facile parẽtũ vincit affectũ: ⁊ ad ſingula queqꝫ diſcrimina vtraqꝫ hec nobiſmetipſ iugiter incantãtes triſticiã cõprimamꝰ. Glorificemus vero in omnibus dñm pro nobis cũcta facientem nobiſqꝫ oĩa prouidentem. Sic em̃ facile: ⁊ eas que virtuti opponunť repellemus inſidi-

as: ⁊ immarceſſibiles conſequemur coronas: gratia/ ⁊ miſericordia domini noſtri ieſu chriſti: cui gloria: et imperium cum patre: et ſpirituſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia. xi. Ex capitulo. iij.

**v Jdens autem multos phariſeorum: et ſaduceorum venientes ad baptiſmum ſuum: dixit eis: Genimina viperarum quis demonſtrabit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignū penitentie. Et ne velitis dicere intra vos patrem habemus Abraā. Dico enim vobis: quoniam potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrae. Jam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor que non facit fructum bonum excidetur: ⁊ in ignem mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in penitentiam: qui autem poſt me venturus eſt: fortior me eſt: cuius non ſum dignus calceamenta portare.**

Quemadmodum igitur chriſtus ait: quia nō crediderunt iohāni: quia ſcilicet non erat aliud nō credere iohanni: niſi quem ille predicabat nolle ſuſcipere. Nam ⁊ prophetias: ⁊ legiſlatorem videbātur audire: ſed tamen obedire eos illis negauit: quoniam prophetatum ab illis dominum ſuſcipere noluerunt. Si enim inquit crederetis moyſi: crederetis forſitan ⁊ mihi. Et cū interrogarentur a chriſto: baptiſma iohannis vnde eſſet: dixerunt: ſi dixerimus de terra timemus populum: ſi vero dixerimus de celo dicet nobis: quomodo ergo non creditis ei? Et ex his omnibus illud liquido cōprobatur: qđ aduenerint quidam: ⁊ baptzati ſunt: nō tamen ad fidem quoqꝫ que predicabat acceſſerint/ nā iohānes euāgeliſta quoqꝫ malignitatem eorum euidenter oſtendit: ex eo ſcꝫ ꝙ ad baptiſtam miſerant ſciſcitandum: ſi tu es helias: ſi tu es chriſtus: propter quod intulit: Qui autē miſſi fuerant: erāt ex phariſeis. Quid igitur populi? nonne idipſum quidem putabant? Sed illi ſimplici illud ſuſpicabantur animo: nulla prorſus ratione fuſcato. Phariſei vero occaſionē qua aliquid reprehenderent/ querebant. Quia em̄ manifeſtum erat ex vico regis dauid chriſtum eſſe venturum: hic vero de leuitica veniebat tribu: inſidias ei in interrogatione poſuerūt: vt ſi hic aliquid loqueretur: illi ad accuſandum repente conſurgerent. Hoc igitur etiam per ea que ſequuntur/ expoſuit Johanne quippe nihil horum que illi expectauerant confitente: tamen reprehendere non morantur dicentes: Quid ergo baptizas ſi tu non es chriſtus? atqꝫ vt diſcas quoniam alia quidem phariſei: alia vero populi ad eum voluntate veniebant: audi quemadmodum euangeliſta iſtud quoqꝫ declaret de populo quidem dicens: quia aduenirent vt baptizarentur ab eo: confitentes peccata ſua. De phariſeis vero haud ſimiliter: quoniam vidēs multos venientes ad baptiſma dixit ſerpentes genimina viperarum. O admirabilem animi magnitudinem/ ſtupendamqꝫ conſtantiam: q̃ꝫ libere illis omnibus loquitur qui propheticum ſemper ſitiebant cruorem/ quiqꝫ in nullo erant ſerpentibus mitiores. Quanta: et ipſos: et ipſorum parentes libertate caſtigat. Sed dicat hic aliquis libertatem quidem illam fuiſſe precipuam. Ceterum illud eē querendum vtrum narrationē aliquam habuerit ipſa libertas. Neqꝫ enim peccantes viderat: ſed poſt peccata conuerſos: propter quod nec increpare debuerat: ſed e regione laudare/ atqꝫ ſuſcipere: quia ſcꝫ vrbibus ac domibus derelictis ad heremum cucurriſſent: vt veritatem predicatiōis audirent. Quid ergo dicemus? Non vtiqꝫ illum abſqꝫ conſideratione tanta ſeueritate fremuiſſe: et neqꝫ preſentibus: neqꝫ abſentibus pepercisse. Nam quia reuelante ſibi deo cordis eoꝝ occulta perſpexerat/ eoſqꝫ ſupbum ſapere de parentum nobilitate cognouerat: hanc illis perditionis eſſe cauſam: et hinc in vltimam eos ſciebat precipitatos eſſe deſidiam: ſatis neceſſarie radicem arrogātie huius incidit. Propterea illos Eſaias ſodomorum principes/ et gomorreorum plebem vocat. Et alter propheta dicit: Num ſicut filij ethiopū vos eſtis mihi? Et prorſus omnes ab hac eos iactatione deducunt: reprimentes illorum tumorem qui eis īnumerabilium cauſas: pariebat etiam malorum. Sed prophete inquies conſequēter: ſi quidē illos peccantes videbant: hic vero qua de cauſa: quaue ratiōe idipſum facit: cum eos certe videat ad obediēdum paratos? proculdubio vt faciat paratiores. Nam ſi ſermonem ipſius diligenter intendas: increpationi temperamentū laudis admiſcet. Hec quippe dixit admirans ꝙ ea que illis pene impoſſibilia videbantur: vel ſero implere potuerunt. Huiuſmodi igitur increpatio inuitantis eſt potius/ atqꝫ ad vigorem animi coartantis. Cum enim illos reſipuiſſe miratur: et peſſimam prius eorum conuerſationem fuiſſe: nunc laudabilem eſſe conuerſationem declarat. Quid inquis factum eſt: quod cum illorum eſſent filij tanq̃ꝫ nequiter educati: ſuſceperunt ſubito penitentiam/ et eam nobis non ſuis parentibus offerentes? Unde hec facta eſt repente tanta cōuerſio? Quis voluntates eorum aſperas mitigauit? Quis vulnera immedicabilia curauit? Et conſidera quemadmodum illos ab ipſis omnino principiis attentos/ attonitoſqꝫ reddiderit: de gehenna ſcꝫ inferendo ſermonem. Non enim aliquid vſitatum locutus eſt: neqꝫ dixit: Quis vobis demonſtrauit bella vitare/ et irruētes fugere impetus barbarorum captiuitates/ morbos ac fames? Sed aliud quoddam ſupplicium comminatur: quod nunq̃ꝫ certe illis fuerat ante manifeſtum. (Quis inquit demonſtrauit vobis fugere a ventura ira)? Bene autem illos etiam genimina viperarum vocauit. Siquidē id ſerpentiū gen⁹: ita in parentis feſtinat



exitium/ vt aluo qua portat̄ exeſa/ in vitā prodeat morte gignentis: qđ iſti quoqꝫ faciebant patrū ſanguine/ ac matrū madētes: ⁊ ſceleratis manib⁹ eos a quibus ad veritatis lumen ducebant̄/ interficiētes magiſtros. Nec ſola tamen increpatione cōtentus: adiungit etiam verba cōſilij (Facite inquit dignos fruct⁹ penitētie) Nō inquit ſufficit a malignitatē fugiſſe: niſi ad virtutis ſtudia trāſeatis. Nō hic vſitata illa opus eſt etiam mobilitate: vt ad temp⁹ quoddam ꝑ compunctionē repreſſi: rurſus ad malitie veſtre familiare redeatis. Non enim tali conditione venimus: quali etiam priores ꝓphete: multo ſublimiorem in partē reꝝ eſt facta mutatio. Siquidem adeſt ipſe iudex ⁊ dominus regni ad celſiorem homines philoſophiā ducēs/ atqꝫ in celum vocās: ⁊ ad eam que ibi fulget conuerſationem trahens: ꝓpterea occultatum etiā de gehēna pando ſermonē. Nam ⁊ bona/ ⁊ mala que annūciantur eterna ſunt. Nolo te ergo in eiſdē vitijs permanere: nec proprias culpas obumbrare ſuffragijs/ Abraā/ iſaac/ et Jacob: ſupba voce reſonātes/ ac de ſanctorum vob parentum nobilitate plaudentes. Hec vero dicit: nō quo prohibeat eos ſeſe ex illis genitos cōfiteri: ſed quo ꝓculdubio moneat: ne preclare ille iuſticie confidant parentum: cū tanta illi ſqualeant vitioſitatis incuria. Simul ⁊ cōſcientiarum ſecreta prodit/ ⁊ futura predicit. Nam poſtea inueniuntur hec ita dixiſſe: Nos inquiunt patrem habemus Abraam/ ⁊ nulli ſeruiuim⁹ vnq̃ꝫ. Quia igit̄ hoc erat qđ in ſupbiam eos maxime erexerat/ atqꝫ perdiderat. Jd etiā ipſe reprimit in primis. Cōſidera vero quēadmodū patriarche honore ſeruato iſtos ad ſtudiū correctiōis hortet̄. Dicēdo em̄ ne velitis dicere quoniam patrem habemus Abraam: nō ait nihil vobis ꝓdeſſe pōt patriarcha: ſed minus quodāmodo id locutus/ ac lenius. Poteſt (inquit) de⁹ de lapidib⁹ iſtis ſuſcitare filios abrae. Nonnulli quidem opinantur/ hoc illum dixiſſe de vocatione gentiliū/ q̃s metaphoricos lapides nominauerit. Ego tamē aliam quoqꝫ huius dicti intelligētiam eſſe proſpicio. Que vero ē iſta? Ne inquit putetis q̄m ſi pereatis ipſi abſqꝫ filijs patriarcham deus eē patiatur. Nō erit iſtud omnino: nō erit. Deo enim poſſibile eſt filios ei etiam de lapidibus ſuſcitare: atqꝫ ad nobilitatem ꝓpinquitatis eius adducere. Siquidē ⁊ ante ſic factū eſt: homines quidē ex lapidibus fieri tale eſt: quale fuit puerum de ſterili matre procedere. Quod etiam propheta ſignificans: aſpicite inquit in ſolidā petrā de qua exciſi eſtis: ⁊ in foueā lac⁹ de quo effoſſi eſtis. Aſpicite in Abraam patrē veſtrū: ⁊ in ſarā que genuit vos. Huius igitur illos ꝓphetie admonens ⁊ oſtendens: q̄m prius quoqꝫ tā admirabili modo eum feciſſet parētē: vt quodāmodo ex lapidib⁹ ei filiū dediſſe videat̄: nūc q̃ꝫ iſtud dicit eſſe poſſibile. Et cōſidera quēadmodū terreat q̄dē: nec tn̄ prorſus abſcindat. Nō em̄ dixit: iam ſuſcitauit: ne ſemetipſos deſperare cogātur: ſed poteſt inquit ſuſcitare. Nec vero ait poteſt homines ex lapidibus facere: ſed qđ multo erat p̄cioſius: filios inq̄t Abrae. Nempe ꝯſidera quemadmodū illos a iactatione etiā carnali: ⁊ refugio iſtius ꝓpinquitatis abduxerit: vt potius in conuerſione vera et conuerſatione ſancta ſpem ſalutis locarēt. Uidiſti quemadmodū cognationē carnis excludēs: hāc q̄ ꝑ fidem cōſtat/ induxerit. Perpēde igit̄ quēadmodū ex cōſequētibus q̃ꝫ augeat hūc timorē: ⁊ ſollicitudinē mētis extēdat. Cū em̄ dixiſſet pōt de⁹ ex lapidib⁹ iſtis ſuſcitare filios Abrae: intulit (Ecce ſecuris ad radice arboris poſita eſt) vt ſermonē faceret ꝑ cūcta terribilē: opus quippe erat taliū auditoꝝ magiſtrō caſtigationis plena doctrina: ꝑ quā cōmoueret/ atqꝫ excitaret animos/ multo iam tp̄e in terrenis opib⁹ volutatos. Quid em̄ dico inq̄t? ꝙ a patriarche ſitis cognatiōe remouēdi: ꝙ viſuri alios ex lapidib⁹ in veſtrā ſuccedere dignitatē? Nō em̄ hucuſqꝫ tantū ſupplicia veſtra ꝑueniūt: verūetiā in vlteriora ꝓcedūt. (Ecce iā inq̄t ſecuris ad radicē arboris poſita ē) Nihil terribilius hac ipſa exhortatione ſermonis. Nō em̄ adhuc illis falcē volantē: nō deſtructionē ſepis: nō cōculcationē vinee cōminat̄: ſed ſecurim ſecantē: quodqꝫ multo eſt terribilius īminentē: ⁊ iā/ iāqꝫ cedentē. Quia em̄ in prophetarū verbis increduli ſepe dicebant: Ubi eſt dies domini? ⁊ veniat conſiliū ſancti iſrael/ vt ſciamus: eo ꝙ m̄lta annoꝝ ſpacia q̄ dicebant̄/ venirent: neceſſarie ab hac illos deſidia retrahēs mala ipſoꝝ vicina ꝯſtituit. Jd em̄ egit dicendo iā ⁊ radicibus ſecurim admotā eē mōſtrādo. Nihil inq̄t eſt mediū: ſꝫ ipſi iā radici īminet prorſus abſciſio. Neqꝫ em̄ aut ramis minat̄: aut fructibus: ſed ipſi vtiqꝫ radici/ oſtendens illos ſi forte neglexerint īmedicabiliter eſſe feriēdos: ⁊ ne ſpem q̄ dē curationis eſſe habituros. Non em̄ q̄ aduenit ſeru⁹/ vt priores: ſed profecto omnium domin⁹ grauiſſimā certe cōtemptoribus ſuis/ ac potentiſſimā inferens vltionē. Attamē cū etiā maxime terruiſſet: non eos ſinit deſperatione cōcidere: ſed vt paulo ſupius non dixit: quoniam ſuſcitabit deus: verum quia poteſt ſuſcitare filios Abrae: cōſolationē quandam admiſcendo terrori: ita hic quoqꝫ non ait ꝙ radicem iam ipſam ictus ſecuris attingat: ſed quia interim poſita ſit: ⁊ radici prorſus admota. Nec quicq̃ꝫ iam eſſe dilationis oſtendit. Cunqꝫ eam iuxta inquit admouerit: vos tamen ipſius facit inciſionis auctores. Si velitis quippe conuerti et eſſe meliores: ſecuris iſta remouebitur: nihil prorſus operata. Si vero in eiſdem ſtudijs permaneatis: radicitus arbores deſecabit. Propterea nec a radice remouetur: nec tamen aduerſus radicem mouetur ⁊ cedit: quorum vnum agit ne voſmetipſos in ocium reſoluatis: aliud vero vt diſcatis poſſe: vos etiā breuiſſimi temporis poſſe conuerſione ſaluari. Et idcirco vndiqꝫ auget timorem: excitans eos ad penitētiam et pene compellens. Nam et a ſtemate abduci parētum: ⁊ in filiorum locum alios induci: ⁊ penam iam in ianuis aſſiſtere/ et intolerabila eſſe patienda: vtraqꝫ hec enim que per radicē/ ſecurimqꝫ monſtrauit/ idonea erant: etiam nimis iacentes/ oppreſſaſqꝫ torpore animas ſuſcitare: ⁊ ad ſtudium virtutis attollere. Hoc igitur etiam paulus oſtēdens ait: Quoniam dominus breuiatum faciet verbum ſuper vniuerſum orbem. Sed nihil timeas: quinimo vel maxime time modo ne in deſperationem venias per timorē. Adhuc q̄ppe habes ſpem ꝯuerſionis incolumē: nō em̄ ꝓceſſit īmutabilis illa/ iāqꝫ ad puniēdū definita ſn̄ia: neqꝫ vt cederet venit ſecuris: alioq̄n q̄d illā ferire ꝓhiberet iā radicib⁹ iminentē: ſed vt te terrore faceret meliorē: ⁊ expectatū fructum afferre cōpelleret. Propter qđ intulit (Omnis arbor quē

non facit fructum bonum: excidetur et in ignē mittetur. Cum vero dicit (omnis) vniuersum honorem carnalis nobilitatis excludit: etiam si ipsius inquit Abrae fuerit nepos / ⁊ mille a quibus ducis genus patriarchas enumeres: duplicem penam subibis: si bonorum fructuum inanis extiteris. Horū itaqꝫ seueritate verborum ⁊ publicanos terruit: ⁊ militū corda tremere fecit: non in desperationē / illos vtiqꝫ mittēdo: sed ab omni prorsus desidia liberādo. In ipso siquidem timore plurimum erat consolationis inclusum: dicendo enim (que non facit fructum excidetur / ⁊ in ignem mittetur) ostendit ꝙ que facit fructum bonum ab omni ꝓculdubio supplicio vindicetur. Et quomodo inquiūt fructum facere possumꝰ: ictu iam securis instāte / ⁊ breuitate temporis coartante / atqꝫ induciarum federa resoluente: Potestis inquit. Non enim talis est iste fructus: qualis ē arbor / longum nimirū tempus expectans: ⁊ horarū necessitatibus seruiens: nec absqꝫ magna difficultate proueniēs: sed velle sufficit / statimqꝫ arbor erūpet in germina. Neqꝫ enim tātuūmodo radicis natura: verūetiam ars agricole arborem istam colentis plurimū ad ferendum fructum opitulatur. Ne igitur dicerent: nimia nos festinatione conturbas: vrges prorsus / atqꝫ angis: superponendo vtiqꝫ securim / ⁊ excisionem celerem comminādo: tum etiam exigendo fructus tempore instantis supplicij intulit: quo ostenderet afferendi fructus facilitatē (Ego inquit vos baptizo in aqua. Qui autē post me venit: fortior est me: cuius nō sum dignus corrigiam soluere calciamēti. Ipse vos baptizabit in spiritusancto / ⁊ in igne). Per hec profecto demonstrat: qꝛ sola opus sit voluntate ac fide: nō laboribus ac sudoribus: q̄tꝫ est facile baptizari: tam sit etiam facile imitari: fieriqꝫ meliorem. Postqꝫ vero mētes eorum cōcussit terrore iudicij / ⁊ expectatiōe supplicij: ⁊ nomine securis: ⁊ ipsorum repulsione: ⁊ alioꝝ introitu filiorū / ⁊ geminatione pene abscisionis scꝫ ⁊ cōbustionis. Cūqꝫ vndiqꝫ eoꝝ duritiā mitigasset / atqꝫ ex tot maloꝝ timore ad liberationis desideriū suscitasset: tum demū de christo intulit mētionem: neqꝫ vero simpliciter: sed multo cū cumulo / eminentiaqꝫ sermonis. Deinde cū ostendisset grande illud medium quod inter se / christūqꝫ distingueret: ne gratiose id ipsum dicere videretur: ab eo qꝺ ex alterius rei comparatione cōceditur: etiam istud destruxit. Neqꝫ enim cōtinuo dixit: Nō sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius: sed postqꝫ baptismatis sui professus est vtilitatē: nec quicqꝫ illud amplius habere monstrauit: q̄ꝫ vt eos ad penitētiā duceret. Non enim dixit in aqua remissionis: sed penitētie. Tum demū ponit etiam christi baptisma ineffabilium donorum liberalitate cumulatū / ac si diceret: Neqꝫ quia post me illum audistis venire: quasi posteriorem despiciendum putetis: donoꝝ eius audite virtutem / ⁊ liquido cognoscetis: quia nihil grande: nihilqꝫ dignū illius honore protulerim dicēdo: Non sum dignus soluere corrigiā calciamenti eiꝰ. Cūqꝫ audieritis ꝙ me ille sit etiam fortior: nequaq̄ꝫ putetis me istud comparationis more dixisse: q̄ ne inter seruos q̄dem eius sum dignꝰ collocari: etiā seruos eius extremos / neqꝫ vilissimā partem in ipius mihi ministerio vēdicare. Propterea enim non posuit calciamenta simpliciter: sꝫ corrigiam: que certe omnium videtur extrema. Deinde ne humilitatis potiusqꝫ veritatis putetur esse quod dicitur: ex ipsis documentū rebus assumit (Ipse inquit baptizabit vos in spiritusancto / ⁊ in igne) Videsne q̄ꝫta sit baptiste: quāqꝫ admiranda sapientia. Quando enim ipse predicat: affert omnia plena terroris: ⁊ que animos auditorum maxima prorsus cōminatione concutiant. Quādo vero illos ad christum remittit: iocunda ponit / ac prospera: ⁊ que facile possint recreare metuentes. Non enim cōminantē securim: non excidēdam ⁊ cōburēdam proponit arborem: nō irā futurā adducit in mediū: sed indulgētiam peccatorum / interitumqꝫ penarū iustificationē / sanctificationē / liberationem / filiorū adoptionem / fraternitatem / cohereditatem / cōionēqꝫ christi: ⁊ sanctispiritus dona largissima. Hec etenim vniuersa pariter complexus est / dicēdo: Ipse vos baptizabit in spiritusancto: ipsa quoqꝫ trāslatione sermonis exprimēs gratie largitatem. Non enim dixit: dabit vobis spiritūsanctū: sed baptizabit vos in spiritusancto. Iā vero cōmemoratione ignis adiūcta: rursus ipsius gratie vehemēs / atqꝫ incomprehensibile signauit. Perpende igitur quales tunc fieri cōsequens fuerit auditores: cū certe cernerent posse se subito effici similes prophetarū illorum vtiqꝫ magnorū. Propterea quippe etiam ignis intulit mētionē: vt eos ad illorum recordationē vocaret: quibus in hac specie apparuerāt visiones. Sic deniqꝫ beato Moysi in rubo locutus est deus: sic omni populo de monte sina. Sic Ezechieli quoqꝫ de cherubin. Considera vero quēadmodum etiā suscitet auditorem: primum vtiqꝫ illud ponens: qꝺ post omnia esset futurum. Oportebat quippe prius ⁊ agnū occidi: ⁊ interim peccatum ⁊ inimicitias solui: ⁊ fieri sepulturam / ⁊ resurrectionem sequi: ⁊ tum demū aduenire spiritumsanctum. Verūtamē interim nihil horum dicit: sꝫ illud ponit extremū: propter qꝺ certe facta sunt omnia: quodqꝫ tale est / vt libentissime / ⁊ ab illis audiri possit / ⁊ recipi: vt cum didicerit auditor: quoniam spiritum accipiat dei: ipse iam secū retractet: q̄ nā id fieri possit modo tam late regnāte peccato. Unde illum rursus excipiens sollicitudine attonitum / atqꝫ ad discendum paratum: consequenter infert etiā de passione sermonē: nullo vtiqꝫ iam hinc scandalo subsistente: post tam grande donationis augmētum: propter qꝺ clamat rursus / ⁊ dicit: Ecce agnus dei qui tollit peccata mūdi. Non dixit remittit: quod profecto maioris pietatis est: sꝫ qui tollit / inquit. Non enim tale est peccatum indulgere simpliciter: q̄le suscipe. Illud enī absqꝫ periculo fieri pōt: hoc vero ꝑ mortē. Rursus vero dicebat: qꝛ filiꝰ dei est. Sed ne hoc q̄dē apertā illius ostēdebat audientibꝰ dignitatē: neqꝫ enī iā nouerat illū eē dei filium naturalē: sꝫ de tāto spūssctī munere etiā illud ꝓfecto firmatur. Propterea etiam pater mittens Iohānē: hoc dignitatis christi documētū dedit. (Super quē videris inq̄t spiritū descēdentem sicut colūbā: ⁊ manentē super eum: hic est qui baptizat in spiritusancto). Unde etiam ipse pronunciat: Et ego vidi / et testimonium perhibui: quia ipse est filius dei: vt videlicet ostenderet: ex illo etiam istud liquido claruisse. Deniqꝫ quia prospera nunciando recreauerat auditorem: atqꝫ aliquātulum a timore laxauerat: seq̄nti eū rursus ſmone restrinxit: ne ad desidiā



a securitate transiret. Talis nāqꝫ erat natio iudeorum: vt si paulo amplius fuissent in leticiā per iocūda laxati: facile in deterius verterētur: propter qꝺ terribilia rursus inducens / ait: Cuius ventilabrū in manu sua. Superius tantūmodo suppliciū memorauerat: hic vero ostendit / ⁊ iudicē Iamqꝫ signate penā ipsam mortē esse dicit eternā / dicendo (Paleas autē cōburet igne inextinguibili) Videsne eū / ⁊ dn̄m esse rerū / ⁊ eūdem rursus agricolam pariter ac patrem: de quo alibi: Pater meus inquit agricola est. Quia enim dixerat securis ad radicem arboris posita est: ne necessariū huic operi laborē putares / virqꝫ inter abscindendum vnūquēqꝫ / ⁊ reseruandū haberi posse iudicium: ex alio opere inducit etiam facilitatē: ostēdens ipsius vniuersum esse mūdum: neqꝫ eū vocasse alienos: nūc vero cūcta permixta sunt. Et si enim appareat frumentū refulgens: sed tamen quasi in area sparsum est: nō quasi in horreo congregatū: in futuro erit multa discretio. Ubi nunc illi sunt qui gehēnam esse nō credunt: duo q̄ppe pariter hic posuit: qꝛ scꝫ / ⁊ credentes baptizet spiritusancto: ⁊ cōburat incredulos. Si igitur illud verum est: ꝓculdubio ⁊ istud ē verū. Propterea enim simul vtrumqꝫ predixit / vt ex hoc qꝺ iam factum ē: etiam illud qꝺ adhuc differtur: credamus futurū. Nam ipse quoqꝫ christus dominus seruat hanc dispēsationem loquēdi: sepe in eisdem rebus: sepe etiā in cōtrarijs duas prophetias pariter collocādo: q̄rum vnam hic impleat: alteram spōdeat in futuro: vt ab his qui de promissionibus eiꝰ pertinaciꝰ dubitant: ex hac que iam facta est: etiā illa que impleta nōdum est / credatur implenda. Siquidē ⁊ illis qui propter ipsum mundi huius cūcta cōtēnerent: centuplum in presenti tpe: in futuro aūt vitam promisit eternā. Ex his vtiqꝫ que in presenti seculo prestat: vera esse etiā futura declarans. Quod etiā Iohānes hoc fecit loco simul vtrūqꝫ ponendo: qm̄ scꝫ ⁊ baptizet in spūsancto: ⁊ comburat igne inextinguibili. Si igitur nō ⁊ apostolos baptizasset in spiritu: ⁊ quottidie om̄es volentes: posses de eo quoqꝫ qꝺ simul posuit fortasse dubitare. Si vero qꝺ difficiliꝰ videbatur ⁊ grandius: ac supra omnē prorsus ire rationē factū tn̄ est: fitqꝫ quottidie: quomodo illud qꝺ et facile ⁊ iuxta rationē fit: nō verū esse contendis: Quia vero dixerat baptizabit vos in spiritusancto ⁊ igni / magnaqꝫ hinc repromittebat bona: ne cūcta que erant dicta despiciēs: in turpe te ocium relaxares: intulit ventilabrum: perqꝫ hoc iudiciū designatum. Nolite inq̄t putare sufficere baptisma: si post illud praui esse persistitis. Opus enim nobis ē multa philosophia / multaqꝫ virtute. Propterea illos post cōminationem securis: ad lauacrum cohortatur: post gratiam vero lauacri de ventilabro / igniqꝫ deterret: atqꝫ illoꝝ qui necdū batizati sunt / nullam prorsus discretionem facit: sꝫ generaliter. Omnis inquit arbor / que non facit fructum bonū: excidetur / et in ignem mittetur: per qꝺ cūctos profecto infideles significat puniendos: inter baptizatos vero distinguit: quia proculdubio sic sciebat futurū: vt plurimi: ex his etiam qui credidissent: īdignum fide fructum sue ꝯuersationis ostenderent. Nullus igitur efficiatur ex parte palearum: ne ventilabro huc / illucqꝫ facile rapiatur: neqꝫ malis cogitationibus applicetur miserabiliter ab illis per cuncta iactādus. Si enim in frumenti soliditate permanseris / etiam si tribulatio irruat: nihil tibi suadebit incomodi. Ille siquidem in aeris rote speciē seratum gerentes: frumentum vndiqꝫ nō ꝯferunt. Si vero in infirmitatem decideris palearū: ⁊ hic intoleranda patieris a cunctis omnino concisus / ⁊ ibi immortale supplicium sustinebis. Siquidem omnes huiusmodi etiam ante illius fornacis incendium: pabulum hic efficiuntur irrationalium passionum: sicut ⁊ palee ab irrationalibus / vorantur animalibus / ⁊ ibi rursus esca erunt ignium / atqꝫ materia. Neqꝫ vero istud loquēdi genus ociosum esse aliquis existimet. Nā simpliciter / nudeqꝫ dicere: qꝛ ipse de vniuscuiusqꝫ actibus iudicabit: nō tanta facit suscipi facilitate sermonem. At vero eundem sensum comparatione vestire / atqꝫ hoc mō totum exequi ad penetrandos animos multo est acomodatius. Cūqꝫ maxima ad se auditoꝝ delectatione ꝑducit: propter qꝺ plurima eis dn̄s quoqꝫ ipse loquitur sic. Nā ⁊ agrū ⁊ aream ⁊ messem ⁊ vineam ⁊ torcular: ⁊ sagenā et piscium capturam / ceteraqꝫ huiusmodi: in quorum quotidie versabatur vsu: verbis suis sepe miscebat. Qꝺ etiā baptista hoc fecit loco: eoꝝ q̄ ꝑdicta sūt ꝑhibet grāde documētū: sancti scꝫ spūs donū / ac si diceret: Qui tātū pōt: vt etiā pctā dimittat: ⁊ sctm̄ spiritum largiatur: q̄ꝫtomagis poterit ista perficere: Vidisti nempe: q̄ꝫ consequenter resurrectionis verbum ante premiserit / ⁊ qua inq̄t ex causa noluit ea signa memorare: que ab ipo ꝯtinuo erāt futura: qꝛ scꝫ hoc qꝺ ait maius omnibus erat: propter quoqꝫ istud cūcta illa facta sunt miracula. Itaqꝫ caput ipsum ponens honoꝝ: simul omnia cōprehendit: destructionem profecto peccatorū: mortis iteritū: maledictionem remotā: prelia dissoluta: in paradisum introitum: in celos ascēsum: cōuersationē cum angelis copulatam: futurorū cōmunionē bonorum. Pro his quippe omnibus sanctispiritus pignus accipitur: quē scꝫ euangelista memorando simul: ⁊ resurrectionem corporū nominauit: ⁊ miracula illa signorū: et in celorum regno consortiū. Et illa vtique bona que oculus non vidit: nec auris audiuit: per illud nāqꝫ donū hec nobis cuncta prestantur. Erat ergo superfluum mentionē facere signoꝝ: que paulopost essent futura / ⁊ certissima oculoꝝ probanda iudicio. Magisqꝫ oportuit disputari: qꝺ filiꝰ eēt dei: ꝙ Iohannem absqꝫ collatione precederet: ꝙ peccatū tolleret mundi: ꝙ de cunctis opibꝰ exigeret profecto rationē: ꝙ spes nostre vltra mēsuram presentis seculi tenderentur / atqꝫ in futuro digna: vnusquisqꝫ aut premia susciperet: aut suplpicia sustineret. Ista enim oculis interim inferri non poterant. Hec igitur scientes om̄ia: maximo virtutis studio ferueamus: dum adhuc certe in area sumus. Licet enī q̄ꝫdiu hic degimus: de palea in frumenta mutari. Nequaq̄ꝫ ergo iaceamus: neqꝫ ad omnē ventū huc / illucqꝫ rapiamur. Neqꝫ scindamur a fratribus: etiam si exigui nobis videantur / ⁊ viles. Nā ⁊ frumentū paleis mensura quidem minus est: sed natura preciosius. Ne igitur preteruolans seculi huius vmbras / atqꝫ imagines cōcupiscas: que vtiqꝫ ignibus preparantur: sed amplectere humilitatem deo placitā / firmā scꝫ / ac dissolui omnino nesciam: quam nullus gladius incidere: nullus queat ignis exurere. Propter huiuscemodi enim ⁊ paleas patienter expectat: vt si

ant ex illius cõiunctione meliores. Propterea nõ-
dum iudicij examen agitatur: vt omnes pariter co-
ronẽtur: vt multi ad virtutem a vitijs trãſeamus.
Inhorreſcamus igitur audientes huius parabole
ſermonẽ. Siqdem ignis ille neſcit extingui: ⁊ quo-
modo inextinguibilis perſeuerat? Nõne cernis ſo-
lem iſtum ſemꝑ ardentẽ: ⁊ nunꝙ prorſus extinctũ?
Nõ legiſti incenſum rubum: nec tamen ipſo incen-
dio cõcrematum? Si ergo tu quoqꝫ extinguere vis
flãmã: miſericordie operibꝰ abunde circũdare / atqꝫ
hoc modo ne experimentũ quidem illius ignis acci
pies. Si enim his que dicuntur abſqꝫ vlla ambigui
tate credideris: nec videbis quidem illud incendi-
um. Si vero incredulus perſeueres / ibi ipſo ſatis
experimento diſces: quãdo iam nõ valebis effuge-
re. Ineuitabile quippe ſupplicium ẽ his qui rectã
vitam habere neglexerint. Neqꝫ eñ ſola cuiqꝫ fides
ſufficit ad ſalutẽ. Nam et demones credunt: immo
etiam contremiſcũt: ſed maximo etiam prorſus mo
rum quoqꝫ ĩdigemus ornatu. Propterea quippe /
⁊ in eccleſia vos ſepius congregamus: nõ vt huc tã-
tũmodo introiſſe videamini: ſed vt aliquẽ fructum
ex ipſa congregatiõne referatis. Si vero ſemper aſ
ſitis / abſqꝫ vllo aũt hinc diſcedatis profectu: nihil
vobis ingreſſus iſte nihil hec poterit prodeſſe ſedu-
litas. Si enim pueros tradentes magiſtris: cũ ni-
hil eos proficere viderimꝰ acerrimi continuo accu-
ſatores efficimur magiſtrorũ / abductoſqꝫ ab eis di-
ſcipulos ad alium doctorẽ ſepe transferimus. Qua
poſſumus ſatiſfactione defendi: qui ne tantum qdẽ
ſtudium virtuti tribuimus: quãtũ terrenis iſtis exi
guis rebuſqꝫ ſolemus impendere: ſed vacuas ſemꝑ
domum tabulas reportamꝰ: cum certe plures hic
ſint / ac mlto potiores magiſtris? Nam ⁊ ꝓphetas /
⁊ apoſtolos / ⁊ patriarchas omneſqꝫ iuſtos per ſin-
gulas quaſqꝫ eccleſias vobis adhibemꝰ magiſtros:
et nec ſic quidem aliquid ꝓfectus acqritur. Sed ſi
duos / aut tres pſalmos ex more ſonãtes / ⁊ ſolẽnes
orationes negligenter / ⁊ omnino prout caſus qui-
dem attulerit effundentes habeatis / abunde ſuffi-
cere vobis creditis ad ſalutem: nec auditis prophe
tam loquentem: quin dñm potius per ꝓphetã: Po
pulus iſte labijs me honorat: cor autẽ eorꝫ longe eſt
a me. Ne igitur ⁊ nobis iſtud proueniat: dele litte-
ras / vel potius ſigna confuſa q̃ in tua diabolus mẽ
te formauit / atqꝫ affer mihi cor liberum a ſeculariũ
curarũ tumultu: vt ibi que voluero omni cum licen
tia / diligentiaqꝫ cõſcribã. Nunc autem nihil ibi po
teſt aliud agnoſci: qꝫ peſſimi magiſtri teterrimeqꝫ il
le littere: auaricia ſcꝫ / rapina / dolꝰ / zelus / ĩuidia.
Et iccirco tabulas veſtras accipio: eas nec legere q̃
dem poſſum. Nõ enim illas inuenio ibi litteras q̃s
vobis reliquimꝰ cũctis certe dominicis diebus in-
ſcriptas: ſed ꝑ illis alias quaſdã detortas: ſcꝫ atqꝫ
confuſas: quas cum deleuerimus: aliaſqꝫ denuo q̃
ſunt de ſancto ſpiritu ſcripſerimꝰ: vos nihilominꝰ
abeũtes / ac diaboli magiſterio veſtra corda preben
tes: offertis illi: vt ſuas ibi litteras rurſus inſcri-
bat. Quiſnã igitur horum finis ſperaꝝ malorꝫ: etiã
ſi ipſe non dicã: vniuſcuiuſqꝫ veſtrũ cõſcientia reco-
gnoſcit. Ego tamẽ opus meum implere nõ deſinã:
rectas vobis litteras ſcribens. Sin aũt vos ſtudia
veſtra caſſetis: nobis quidem merces manebit im-
mobilis: vobis autem nõ: ſed nihil volo triſtius di

cere. Obſecro itaqꝫ rurſus / ac deprecor: ſaltem ſtu-
dium imitemur: erga iſta puerorũ. Illi eñ primo q̃-
dem ſolas diſcũt: in ſcholis litterarũ figuras: dein
de legere illas: licet deprauãdo meditantur: ꝑ que
iſta paulatim ad certã viã perueniũt lectionis: que
eiſdem nihilominus litteris cõtinetur. Hoc igitur
nos etiam faciamus / totamqꝫ iuſticiã ſingulas eiꝰ
partes mẽti dando diſcamꝰ. Et primo quidem nõ
iurare: ac nõ peierare meditemur. Inde q̃ſi ad alia
elemẽta veniẽtes / diſcamus nõ liuore mentis: non
amore corrũpi: nõ cura vẽtris: nõ ebrietate: nõ cru-
delitate delinquere / omnẽqꝫ prorſus animi ſupera
re torporem. Poſt hec vero ad ſpiritualia tranſeun
tes: meditemur continentiam / ventriſqꝫ neglectũ /
iuſticiam / caſtitatem. Deinde vt inanem quoqꝫ glo
riam reſpuamus: ⁊ ſic modeſti / ac mente cõpuncti /
atqꝫ hec ſimul omnia copulantes: noſtris inſcriba-
mus animabus / ⁊ eadem ſemꝑ in domo / ⁊ in publi
co apud amicos: cũ coniugibus retractemus / ⁊ li-
beris. Sed a primis interim / ac ac facilioribus in-
choemus: a nõ iurando videlicet: qꝺ quaſi primum
diſcipline elementũ ſepe meditemur: ⁊ precipue do
mi. Ibi enim plurimi ſunt qui hanc bonam medita
tionem frequẽter impediãt. Nũc eñ / aut negligẽs
famulus: aut nequã mẽtem a ſui quiete deturbat.
Nunc etiã contriſtat vxor: ⁊ ad indignationẽ / iraqꝫ
conuertit: nũc indocilis / atqꝫ indiſciplinatus filius
ad minas / ac iuramẽtũ remittit. Quod ſi in domo
ſepius ab his irritatus: nihilominus ceperis obti-
nere: ne facile ad iuramẽtũ traharis / poteris victor
etiam in publico permanere / atqꝫ ita neqꝫ in vxorẽ:
neqꝫ in ſeruũ: neqꝫ in aliũ quẽqꝫ contumelioſus exi
ſtere. Nã ⁊ vxor vel laudando alterũ quẽpiam / vel
ſemetipſam ſepe miſerando: virum in maledictiõis
verba ſuccendit: tu tñ ne cogaris vituperare lauda
tum: ſed cũcta viriliter ſuſtineto / et cũ a tuis ſeruis
dominos videris laudari alienos: nihil oĩno turbe
ris: ſed fer cũcta patiẽter. Sit tibi prorſus domus
tua quaſi quidam certaminis locus / ⁊ paleſtra vir-
tutis / vt ibi viriliter exercitatus: et omni cautione
vallatus: his qui foris ſunt: abſqꝫ periculo miſcea-
ris. Hec etiam in gloria contẽnenda facere te cõue-
nit. Si enim inanem gloriã apud vxorem / ſeruoſqꝫ
calcaueris: apud nullum prorſus alium hac facile
peſte capieris. Vbiqꝫ eñ morbus iſte arcem tenet:
maxima tamen vxoris preſentia cõualeſcit. Si igi
tur ibi eius violentiã deſtruamus / facile illã apud
omnes ſuperabimus. Idipſum vero aduerſus alia
quoqꝫ vitia ſeruemꝰ domi cõtra illa exercentes ani
mum: ⁊ quottidiana meditatione firmãtes: hac ſpi
rituali aſſidue vtentes paleſtra. Vt autem facilio-
res huiuſmodi exercitationes nobis eſſe poſſint / et
caſtigationũ nobis aliquid inferamus cum de pro
poſiti quippiã lege trãſgredimur. Sit vero caſtiga
tio ipſa nõ damnum aliquod inferẽs: ſed mercedẽ /
ac lucrũ maximũ referẽs. Id aũt eſt: vt ſcꝫ noſipſos
cõdemnemus / ⁊ longiore ieiunio laniemꝰ / atqꝫ hu
iuſmodi tolerantiã indicamus laborum: ſic eñ vn-
diqꝫ multa nobis lucra ꝓuenient. Nam ⁊ hic dulcẽ
vitam virtutũ ipſarum delectatione ducemꝰ / ⁊ fu-
turorꝫ dono potiemur bonorum / deiqꝫ inſolubiles
amicitias ſortiemur. Verũtamẽ ne iſta proueniãt:
cum hic vtilia fueritis dicta mirati negligenꝫ: ⁊ vt
cuiqꝫ libuerit: ꝓijcientes mẽtis veſtre tabulas dia-



bolo eas ſcribendas rurſus offertis. Quid ergo fa
ciendum eſt: cũ hinc vnuſquiſqꝫ diſcedit? Vocet con
iugem ſuam cui oĩa iſta memoriter replicet / eamqꝫ
ſibi in hoc opꝰ copulet adiutricẽ / atqꝫ ab hodierna
iam die bonam iſtam frequẽtet paleſtrã: quaſi oleo
quodam: ita ſancti ſpiritus vſus auxilio. Sed et ſi
ſemel / ⁊ ſi iterũ / ⁊ ſi ſepe cecideris hec exercẽs: nihil
omnino deſperes: ſed iſta rurſus / rurſuſqꝫ cõgrede-
re: nec ante prorſus abſiſtas: qꝫ claram victo diabo
lo tibi texas coronã / ⁊ theſauro tutiſſimo opes vir-
tutũ recondas. Si eñ in vſum ſemel bone iſtiꝰ phi
loſophie trãſeas: etiam ſi poſtea aliquis ibi torpor
obrepat: nõ tamen facile poteris horũ quippiã que
precepta ſunt trãſgredi: bona ſcꝫ cõſuetudine firmi
tatem iã imitante nature. Quã eñ facile eſt dormi-
re / comedere / bibere / reſpirare / tã nob facilia erunt
etiam opera virtutis: ex qua etiã capiemꝰ honeſtiſ-
ſimam voluptatem: quietiſſimo in portu ſedentes /
et ſerenitate continua perfruentes. Sic enim na-
uim noſtram varijs opibus onuſtam: in diẽ perdu
cemus futurum: ⁊ coronas perpetuas ꝯſequemur
quas omnibus nobis eueniat promereri: gratia et
miſericordia domini noſtri Ieſu chriſti: cui gloria
et imperium: cum patre / et ſpirituſancto / in ſecula
ſeculorum. Amen.

Homelia. xij. Ex capitulo tertio.

## Tunc venit Ieſus a galilea in iordanem vt baptizareꝝ ab eo. Iohannes aũt prohibebat eũ dicẽs: Ego a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me?

Cum famulis / cũ reis baptizandis iudex venit:
verum nihil tibi hinc conturbatiõis oriatur: in his
quippe humilibus illius ſublime reſplendet. Qui
enim dignatus eſt tanto tempore geſtari vtero vir-
ginali: cumqꝫ noſtra in diem ꝓcedere natura / ⁊ ver
berari palmis / atqꝫ crucifigi: cunctaqꝫ perpeti: que
ille paſſus eſt: quid miraris etiã ſi baptizari ſuſcipi
at: cũqꝫ alijs ad ſeruũ venire nõ reſpuat. Illud ẽ qp
pe admirationis oĩmodo plenum: ꝙ ſcꝫ ille qui erat
deus / homo fieri voluit. Iam vero alia iuxta ratio
nis ordinem cõſequũtur. Propterea eñ / ⁊ Iohan-
nes in antecedentibus dicit: qm̃ non ſit dignus ſol
uere corrigiam calciamenti eius / cũctaqꝫ alia ex q̃-
bus illud eſt: qꝺ ſit omniũ iudex: ⁊ ſm meritum vni
uſcuiuſqꝫ retribuat: quodqꝫ ſanctum ſpiritum om-
nibus liberaliter largiatur: vt cum eum videris ad
baptiſma venientem: nihil prorſus humile ſuſpice-
ris. Iccirco enim Iohãnes preſentem quoqꝫ illum
prohibet / dicẽs (Ego a te debeo baptizari / ⁊ tu ve-
nis ad me) Quia eñ illud erat baptiſmum penitẽ-
tie: ne quis putaret: quoniã ⁊ ipſe tali propoſito ad
Iordanẽ veniret / procuratione vtiꝝ maxima: agnũ
certe illũ ac redemptorẽ vocãdo ab omni ĩmunẽ qꝺ
in toto erat orbe peccato. Qui enim cuncta humani
generis poterat peccata delere: multo magis abſqꝫ
omni erat ipſe delicto. Sed quod vtiqꝫ multo erat
amplius qui tollit inquit peccatum mundi / vt poſt
ipſum: illud quoqꝫ cũ oĩni iam facilitate ſuſcipias:
cũqꝫ ſuſceperis: animaduertas / ꝙ duo pariter ma-
gna diſpenſans veniat ad baptiſmũ: ꝓpter qꝺ ⁊ ve-

nienti clamat Iohannes. (Ego a te debeo baptiza-
ri: ⁊ tu venis ad me)? Quid igiꝝ chriſtus: qꝺ poſtea
fecit in petro: hoc prius in Iohãne ſeruauit. Nam ⁊
ille pedes ſibi eum lauare prohibebat: ſed cum au-
diſſet qꝺ facio ego: neſcis modo: ſcies aũt poſtea / et
non habebis partem mecum: celeriter ab intentio-
ne ſua deſtitit / atqꝫ in diuerſam tranſiuit repẽte ſen
tẽtiam. Et iſte ſimiliter cum audiſſet: Sine modo:
ſic enim decet nos implere omnẽ iuſticiã: parere nõ
diſtulit. Non enim erant pertinaciter cõtentioſi: ſꝫ
dilectionẽ ſuam / atqꝫ obedientiã publicabãt: per q̃
omnia domino meditabantur eſſe ſubiecti. Cõſide-
ra vero quẽadmodum illum per hec ipſa a cunctati
one deducat: per que precipue id qꝺ fiebat videbaꝝ
eſſe ſuſpectus. Deniqꝫ non ait: ita iuſtum eſt: ſed ſic
inquit decet. Quia enim ſatis ipſo eſſe ducebat in-
dignum / vt baptizaretur a famulo aduerſus inde-
centiam contrariũ eius oppoſuit / ac ſi diceret: Nõ-
ne iſtud vt quoddã indecẽs refugis / ⁊ iccirco me ꝓ-
hibes? Propterea ergo dimitte: q̃ eſt vtiqꝫ decen-
tiſſimũ. Nec vero ait ſimpliciter ſine: ſꝫ addidit mõ.
Nõ eñ inquit erũt iſta cõtinua: cito me in his q̃ cõ-
cupiſcis videbis: nũc vero ſine iſtud ĩpleri: deinde
quẽadmodũ deceat oſtendit. Vnde igiꝝ illud dece-
re mõſtrauit? Quia inquit oẽm iuſticiam implebi-
mus. Hoc quippe ſignauit / dicẽdo (Sic eñ decet
nos implere oẽm iuſticiam). Iuſticia ſiquidem eſt
omnium mãdatorꝫ plena cuſtodia. Quia vtiqꝫ iam
inquit cũcta mandata perfecimus: hoc autẽ ſolum-
modo erat reliquũ: id quoqꝫ ipſum oportet adiũgi.
Venit enim ſoluere maledictũ: qꝺ erat de preuari-
catiõe legis impoſitũ. Prius igitur me inquit illã
oportet implere / voſqꝫ a maledictione eius eruere /
ac tum demũ ei ceſſationem dare. Decet itaqꝫ omnẽ
me implere legẽ: quia vtiqꝫ decet etiã maledictũ ſol
uere: qꝺ ob preuaricationẽ legis illatũ eſt: ꝓpterea
quippe ⁊ carnẽ aſſumpſi / ⁊ veni. Tũc dimiſit eum.
(Et baptizatus confeſtim aſcẽdit de aqua. Et ecce
aperti ſunt ei celi / ⁊ vidit ſpiritũ deſcẽdentẽ ſicut co
lumbam / ⁊ veniẽtẽ ſuꝑ ſe) Quia enim multo maio-
rem illo eſſe Iohãnem putabãt / eo ꝙ omni tempore
in heremo verſareꝝ / eſſetqꝫ ſũmi filiꝰ ſacerdotis: ſto
la q̃ꝫ ex ipſius certe ordinis more circũdatus: qꝺqꝫ
maxime admirationẽ mouebat / de ſterili matre ꝓ-
genitus. Ieſus vero / ⁊ de ignota natꝰ puella. Nã
plurimis adhuc virginitatis erat partꝰ incognitꝰ /
⁊ nutritus in domo / ⁊ in omniũ medio verſatus: ⁊
cõmuni hac veſte tectꝰ: facile illũ ĩferiorẽ putabãt.
Nondũ eorꝫ ſciẽtes aliquid q̃ adhuc habebanꝝ ab-
ſcõdita. Acceſſit aũt / vt etiã baptiſma ipſum a Io-
hãne ſuſciperet: quod certe maxime abundat ad cõ-
firmandum iſtius ſuſpitionis errorẽ: etiam ſi illa q̃
prius poſuimus / defuiſſent. Arbitrabãtur enim ꝙ
hic vnus eſſet quidem e vulgo: nec putabãt: ꝙ ſi il-
le ſingulare / ac magnũ aliquid obtineret: ad baptiſ
ma inter ceteros venire potuiſſet. Propter qꝺ vide
batur Iohannes multo illo admirabilior: multoqꝫ
preſtãtior. Ne igitur apud plurimos opinio iſta fir
mareꝝ baptizato illo: ⁊ celi aperiunꝝ: ⁊ ſpũſſctũs cõ
tinuo deſcendit / ⁊ cũ ſpũſancto vox patris vnigeni
ti ſui predicat dignitatẽ. Quia eñ vox illa q̃ dixit:
Hic eſt filiꝰ meꝰ dilectus: credebaꝝ a multis Iohã
ni potiꝰ ꝯuenire: nec eñ adiecit / vt diceret: iſte q̃ ba
ptizatꝰ eſt: ſꝫ iſte ſimpliciter / ⁊ vnuſquiſqꝫ id qꝺ au-

ditū eſt de baptiſta/magiſqꝫ de baptizato dictū putabat: tum ob ipam baptizātis dignitatē: tum propter oīa illa q̄ diximꝰ. Venit ſpūſſanctꝰ in ſpecie columbe/⁊ vocē traxit ad filiū/cunctiſqꝫ fecit eſſe perſpicuū: quia iſtud quod ait: Hic eſt filiꝰ meus dilectus: nō de Johāne baptiſta: ſed de filio baptizato deberet intelligi. Queadmodū igit̄ nō crediderunt qui ſub moyſe: quādo ⁊ ſi non talia plurima tñ ſunt facta miracula: nihilominus poſt illa oīa: poſt voces: poſt tubas: poſt tonitrua: poſt fulgura: ⁊ vitulum fabricauerūt/⁊ beelphegor initiati ſunt: ita et hi ipſi qui tunc aderant: cum vidiſſent Lazarū ſuſcitatū: tam longe tñ a credendo ei qui hoc ipſum operatꝰ fuerat/refugerūt: vt ipſum q̄ꝫ interficere ſepe conati ſint. Si igit̄ reſurrectionē a mortuis añ oculos habentes: ita tñ erāt maligni: q̄d miraris ſi delatam celitus vocē minime receperūt? Quando em̄ anima ī grata fuerit/ac praua/morboqꝫ languoris oppreſſa: nullo om̄ino horum ſuperat̄: vt e regione voluntas bona non ſatis indiget ſignis iuuari. Ne igitur queras quomodo nō crediderūt: ſed illud require ſi nō omnia facta ſint: ꝓpter qð illos oportuerat credere. Si quidem per prophetam deus pro illis omnibus que facere cōſueuit: carmē quoddam ſatiſfactionis inſtituit. Quia enim erant iudei profecto perituri/extremoqꝫ ſupplicio deputādi: ne q̄s de illoꝝ malignitate prouidentiā culparet dei/ait: Quid faciam vinee mee quod ei non fecerim? Idipſum itaqꝫ etiā hoc eſt conſiderādū loco. Quid ſcꝫ oportuerit fieri: qð a deo factū eſt poſſit negari: vt ſi quādo de dei ꝓuidentia aliquis ſermo moueat̄: hoc vtaris ſatiſfactionis mō aduerſus eos q̄ illi de multorū malitia obtrectare conant̄. Cōſidera igit̄ q̄ꝫ ta hic faciat opera mirāda/⁊ initia futurorū. Non em̄ paradiſus: ſꝫ celum aperitur ipſum: vt diſcas etiā cum tu baptizaris: hoc fieri deo te iam ad patriā celeſtem vocāte/nihilqꝫ cōmune cū terra habere ſuadente. Quod ⁊ ſi nō vides: tamen nō iccirco diſcredas. Semper em̄ inter initia ſpiritualiū/ac mirabilium diſpenſationū apparēt ſenſibiles viſiones/taliaqꝫ ſigna preſtant̄: vt ea cum vel ſemel/vel poſt ea fuerīt p̄dicata: ſtatim fidei ardore ſuſcipias. Nā ⁊ ſuper apoſtolos ſonus factus eſt ſpiritus vehemētis/⁊ ignearū vtiqꝫ linguarū ſpecies apparuit: ſed ꝓpter aſtātes profecto iudeos. Nūc vero etiā ſi euidentia ſigna nō fiāt: ea tñ que olim facta referunt̄/ſuſcipimus. Ceterū ⁊ columba tunc ideo apparuit: vt extenti quodāmodo digiti vice dei filiū Johāni/ceteriſqꝫ mōſtraret/vt diſceres: quoniā ſuꝑ te q̄ꝫ cū ſacro fonte dilueris ſanctuſſpiritus veniat: iam vero nō viſibili ſpecie: qua vtiqꝫ non egemus cum nobis pro cunctis ſola fides ſufficiat. Cur autē in ſpecie venit columbe? Māſuetum hoc animal/ac mūdum eſt. Quia igitur eſt māſuetudinis ſpiritus: ꝓpterea in eius ſpecie apparuit. Simul etiam veteris nos videt̄ admonere hiſtorie. Nā cum vniuerſum aliquādo orbem naufragiū cōmune merſiſſet: ⁊ omne prorſus hoim genus periclitaret̄: iſtud interim certe animal apparuit/finemqꝫ illius tempeſtatis oſtendit/atqꝫ ore ramū portans oliue: pacem mundo redditam nunciauit. Que omnia erant futurorum figura: tunc enim multo erat hominum vita deterior: multoqꝫ maiore digna ſupplicio. Ne igitur ipſe deſperes: illius te hiſtorie confirmat admonitu. Nā tum quoqꝫ deſperatis iam oīno rebus: liberatio facta ē/atqꝫ correctio: ſꝫ tūc vtiqꝫ per penā: mō vero ꝑ gratiā/atqꝫ ineffabilem indulgentiā redemptoris. Propterea/⁊ columba cernit̄ nequaq̄ꝫ oliue ramum ferens: ſed omnium liberatorē nobis euidenter oſtendēs/ſpemqꝫ ſuggerens ꝓſperoꝝ. Nō enim ex archa vnum educit hominem: ſed poſtq̄ꝫ apparuit: vniuerſum prorſus orbem attollit in celum que certe pro olee ramo omni generi hominum adoptionem detulit filioꝝ. Cōſiderās igit̄ tāti amplitudinē muneris: nequaq̄ꝫ illius inferiorem exiſtimes dignitatem: quia ſe in hmōi ſpecie demōſtrauit. Audio quippe dicentes aliquos/q̄ꝫtū inter hoīes/columbāqꝫ diſcrimē eſt: tātā chriſti/⁊ ſanctiſpiritus eſſe diſtantiam: q2 ille quidē in noſtra vtiqꝫ natura: hic vero in ſpecie ſit viſus colūbe. Quid igitur ad talia reſpōderi poteſt: niſi quia filius quidē dei naturam hoim ꝓfecto ſuſceperit: ſpiritus vero ſanctus non aſſumpſerit naturā columbe: nec vnq̄ꝫ oīno poſtea: ſed tūc certe ſolū in hac viſus ē figura. Si vero propterea minoris illum eſſe autumas dignitatis: inuenient̄ iuxta ratiocinationem tuā cherubin quoqꝫ/multo eſſe potiora: et tanto vtiqꝫ q̄ꝫto columbe aquila precellit. Si q̄dem iſtiꝰ quoqꝫ illa ſuſcepere figurā ⁊ rurſus preſtātiores angeli eſſe credent̄. Sepe em̄ in figura hoīs oſtēſi ſunt: ſꝫ nō eſt/iſtud oīno nō eſt. Aliud nāqꝫ ē diſpēſatiōis veritas ꝑmanētis: aliud vero tempalis cōdeſcēſio viſionis. Noli igitur tā grādi beneficio ingratus exiſtere: noli ei vicem referre contrariā: qui tātorum rigauit te fonte donorum. Ubi enim adoptio filiorum eſt: ibi etiā omniū maloꝝ prorſus interitus/⁊ cūctoꝝ collatio fit bonorū. Propterea iudaicū q̄dē baptiſma aboletur/ac deſinit: noſtrum vero ſumit exordium. Quodqꝫ in paſche mutatione factū eſt/idipſum efficit̄ innouatiōe baptiſmatis. Nā ⁊ paſcha cū vtrūqꝫ dominus celebrauerit: illi quidem terminū poſuit: huic vero p̄ncipiū. Hic ꝟo iudaicū poſtq̄ꝫ impleuit baptiſma: cōtinuo etiā ianuas eccl'ie reſerauit. Sicut ergo in vna tunc menſa: ita in vno nūc flumine/⁊ recepit vmbrā/et addidit veritatem. Sancti em̄ ſpiritus gratia in chriſti baptiſmate eſt. Johannis vero baptiſma hac donatōe priuat̄. Propterea igitur cū q̄dem aliȷ̄ baptzarent̄: nihil tale factū eſt omnino. In iſto vero ſolo qui illud erat traditurus implet̄: vt cū his que dicta ſunt: etiam illud addiſcas: q2 ſcꝫ nō erat meritū baptizantis: ſed baptizati virtus operata eſt. Tunc em̄/⁊ celi aperti ſunt/⁊ ſpūſſanctꝰ ſuꝑuenit. A veteri quippe nos in nouū trāſferens teſtamētum/⁊ portas nobis ſupernas recluſit/et ſctm̄ inde ſpiritū miſit: q̄ ad illā nos patriā cū dignitate maxima ꝯuocaret. Nō em̄ angelos nos/neqꝫ archāgelos faciēs: ſed dei filios/atqꝫ dilectos ad gloriā ducit eternam. Hec igitur vniuerſa cōſiderans videlicet/⁊ charitatē vocantis/⁊ illius ad quā vocaris patrie claritatē/⁊ honorem quo vtiqꝫ donatus es: vitā exhibēs/muneribus cōgruentē/crucifige te mundo tibiqꝫ mundum/cūqꝫ omni diligentia celeſtis in te decus ꝯuerſatiōis exorna. Nec quia corpus tuum tranſlatum adhuc in celum non eſt/ideo iam putes cum terra aliquid te habere cōmune/cū caput iam certe tuū regnet ī celo. Et iccirco cum in terris adhuc dominus verſaretur: angelos inde deduxit: cūqꝫ eis rurſus aſcendit/vt tu q̄ꝫ



priuſqꝫ illuc aſcēdas: ita tibi poſſibile eſſe dicas: habitare nunc terram: vt tūc habitaturus es celum. Permaneamus igitur cuſtodientes eam: quā initio ſuſcepimus dignitatē/et futura quotidie regna queramus: oīaqꝫ preſentia vmbras eſſe prorſus: ac ſomnia iudicemus. Neqꝫ ſi rex terrenus aliquis aſſumens te pauperem/ac mēdicū repēte ſibi adoptaret in filiū tu iam ad tugurȷ̄ tui reſpiceres vilitatē. Et certe nō grandi hec diſcrimine ſeparant̄ ita nūc igitur nihil preſentium putes eſſe precioſum. Longe quippe maiora ſunt ad que vocatus es capeſcenda. Qui enim vocat dominus angelorum eſt: ea vero que conferent̄ bona/⁊ explicationem ſermonis/⁊ cogitationem mētis excedunt. Non enim te a terra tranſponit in terram: vt terrenus iſte rex: ſꝫ a terra extollit in celum/⁊ a mortali ad īmortalem ꝓfecto naturam/atqꝫ ineffabilem gloriā: que tūc ſolūmodo cernēda a nobis erit: quādo etiam poſſidēda. Tantoꝝ igit̄ particeps futuroꝝ bonorum: noli auri/argentiqꝫ curis onerare mētem/ceteriſqꝫ huiuſmodi vmbris/atqꝫ imaginibꝰ illudere. An forte nō putas omnia iſta que cernimus comparatione celeſtis regni mēdicorū pāniculis eſſe viliora? Et quēadmodū illo eris honore dignus/quamue ſatiſfactionem parabis: imo que non ſupplicia perſolues poſt tam grande donū ad vomitū priorem trāſcurrens? Non tam enim quaſi homo ſimpliciter: ſed vt dei filius peccans/ſeuerius punieris: ⁊ ipſa excellētia dignitatis maioris tibi fiet cauſa ſupplicȷ̄. Nā nos quoqꝫ haud ſimiliter famulos peccantes caſtigamus/⁊ filios/⁊ maxime quādo magna a nobis aliqua fuerint beneficia cōſecuti. Si enim ille q̄ paradiſi fuerat ſortitus habitaculum: propter vnum vtiqꝫ delictū tāta poſt honorem pertulit mala/nos poſtq̄ꝫ celum accepimus/⁊ coheredes vnigeniti facti ſumus/q̄ꝫue viā ſperare poterimus: ſi ad ſerpentem curramus poſt columbā? Nō eſt/hic enim terra es/⁊ in terram ibis: nec dicēdum eſt operaberis terrā nō illa inq̄ꝫ hic audiemus priora: ſꝫ qð eſt multo his amarius triſtiuſqꝫ exteriores tenebras: inſolubilia vincula: vermē ꝑpetua venena fundentem/⁊ ſtridorē dentiū flebiliter inſonantē. Et ſane merito/qui enim nec inter tanta beneficia melior effectꝰ es: iuſtiſſime extrema illa: atqꝫ ſeuiſſima tormenta patieris. Celū aliquando helias aperuit/⁊ clauſit: ſed vt pluuiā aut emitteret aut teneret/tibi autē nō iccirco apertū eſt celū: ſꝫ vt illuc profecto conſcenderes. Quodqꝫ eſt amplius nō vt aſcēderes tm̄: verū vt alios quoqꝫ ſi velles: ſimul leuares/tantam tibi in ſuis om̄ibus poteſtatē fiduciāqꝫ donauit. Quia igitur ibi eſt domus noſtra: ibi etiam omnia recōdamus: nihil hic penitus relinquētes: quicquid enim hic dimiſerimus amittimꝰ. Hic ſi q̄dē/et ſi hoſtȷ̄s theſauros tuos/⁊ ſi clauibꝰ ſeriſqꝫ cōmunias: ſi apponas famuloꝝ mille cuſtodias/⁊ ſi ſuperas om̄es inſidias malignoꝝ/⁊ ſi oculos effugias īuidentiū/⁊ ſi nulla per tineas dāna patiaris/etiā ſi nullū oīno rebus inferat detrimentū vetuſtas (qð vtiqꝫ inter impoſſibilia numerandum eſt) mortem tñ nunq̄ꝫ valebis effugere: ſed vno tibi momēto temporis oīa illa rapient̄. Nec rapientur mō: ſed in manus etiā inimicoꝝ plerūqꝫ tradent̄. Si vero in ſuꝑnā illā domū opes tuas trāſferas: oīa proculdubio iſta ſuꝑabis. Non enim hoſtium/non ſeras/⁊ claues ſuperponi erit neceſſe. Tanta eſt ſecuritas illiꝰ ciuitatis: tam indeſpoliabilis regio/⁊ que omnino inuia corruptioni malitieqꝫ permaneat: quod certe conſtat eē veriſſimum. Nonne igitur extreme vecordie eſt: hic quidem vbi repoſita corrumpunt̄/ac pereūt omnia congregare: ibi vero vbi ſi aliquid recōdamus etiā augeri poterit: nō minimā quidem cōmendare partem/⁊ hoc cū ibi ſumꝰ ſine fine victuri? Propterea nec gentiles fidem his que a nobis dicūtur accomodant. De actibus enim non de ſermonibus noſtris futurorum volunt habere documentum. Nunc vero cum videant edificari a nobis ſplendidas domos/agros/balnea: atqꝫ hortorum amenitates parari: nolunt credere ꝙ alterius nos vrbis perfectionem paremus. Si enim inquiunt verū eſſet iſtud vendentes prorſus cuncta que poſſident: illuc profecto premitterent. Itaqꝫ de preſentibus facile coniectant. Vident quippe locupletiores quoſqꝫ domos: atqꝫ agros illis maxime iunctas vrbibus cōparare in quibus habitationem locarūt. Sed nos e contrario facimus/⁊ terram quidem quam paulo poſt relicturi ſumus/m'to cum ſtudio nobis parantes pro paucis certe iugeribus/⁊ exiguis habitaculis non modo aurum: ſed proprium quoqꝫ ſanguinem frequenter impendimus. Ut vero celum nobis emamus ipſum/ne hec quidem que noſtris vſibus ſuperant erogamus. Et hoc cum et exiguo illud precio emere poſſimus/et in perpetuum poſſidere: ſi ſemel emerimus. Propterea extremas merito penas luemus: nudi illuc euntes/ac pauperes. Quinimmo non pro noſtra paupertate tantum/verumetiam pro eorum quos noſtri ſimiles facimus intolerabilia etiam ſupplicia perferemꝰ. Cum enim videant gentiles eos quoqꝫ erga iſta ſtudium omne figentes qui celeſtibus myſterȷ̄s perfruuntur: multo iam ipſi magis preſentia contuentur plurimum ſane ſuper noſtrum caput ignium cōgregantes. Quādo enim nos qui eos deberemus docere cuncta hec contemnere que videntur: ipſi ex omnibus maxime in iſtorum deſiderium concitamur: quemadmodum ipſi ſalui eſſe poterimus/qui certe penas pro alioꝝ quoqꝫ perditione ſoluemus. Nonne audis chriſtum loquentem quoniam pro ſalibus nos eſſe in hoc mundo velit: atqꝫ lampadibꝰ: vt ⁊ diffluentes delitȷ̄s reſtringamus/et pecunie ſollicitudine obtenebratos illuminemus? Quando igitur ipſi potius properamꝰ in tenebras: quādo ipſi potius relaxamur: que tandem nobis ſupererit ſpes ſalutis? Nulla eſt omnino nulla: ſed mugientes prorſus/preſſiſqꝫ dentibus infrementes/manibus ſimul/ac pedibus colligatis: in gehenne trudemur incendium. Et hoc poſtq̄ꝫ nos abunde vite huius cura confecerit. Hec igitur omnia conſiderantes: vincula tanti abrumpamus erroris/vt nec in illa incidamus q̄ nos inextinguibili igni tradant: ⁊ preſenti hac cathena ſollicitudinum liberemur: qui enim pecunie ſeruit/⁊ preſentibus compedibus ſtringitur/⁊ futuris paratur. Qui vero iſtius cupiditatis immunis eſt: vtraqꝫ libertate potietur: quam vt ipſi etiam conſequamur: grauiſſimū auaricie conterentes iugum: ad celi faſtigia ſubleuemur/gratia et miſericordia domini nr̄i ieſu chriſti/cui gloria ⁊ honor cum patre et ſpirituſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia.xiij. Ex capitulo quarto.

Tunc ductus eſt ieſus a ſpiri-
tu in deſertū: vt temptaretur
a diabolo. Et cum ieiunaſſet q̄dra-
ginta diebus: ⁊ q̄draginta nocti-
bus: poſtea eſuriit. Et accedēs tē-
ptator dixit ei: Si filiꝰ dei es: dic vt
lapides iſti panes fiāt. Qui rn̄dēs
dixit: Scriptū eſt: Nō in ſolo pane
viuit hō: ſꝫ in oī verbo qđ procedit
de ore dei. Tūc aſſūpſit eū diabolꝰ
in ſctām ciuitatē ⁊ ſtatuit eū ſuper
pinnaculū tēpli: ⁊ dixit ei: Si filius
dei es: mitte te deorſū. Scriptū eſt
eñ q̄ āgelꝭ ſuis mādauit de te: ⁊ in
nam ſedit: ⁊ in alijs oīno multis ea que de illo pro-
phete aliquādo predixerant euidenter ipleuit: q oīa
niſi veniſſet ipſe / impleta proculdubio non fuiſſent.
Legē vero nō vno tātū: ſed altero: ⁊ tertio impleuit
modo. Uno qđē q2 nihil ex legittimis ipſe trāſgreſ-
ſus eſt. Nā de omni a ſe lege completa: audi quid di
xerit (Sic em̄ decet nos iplere oēm iuſticiā) Iudeis
quoqꝫ dicebat: Quis ex vobis arguet me de pecca-
to? Rurſus vero diſcipulis: Uenit inquit princeps
mundi huius: ⁊ in me inuenit nihil. Olim autē eti-
am predixerat ꝓpheta: q2 peccatū nō fecit. Uno igi-
tur iſto legē impleuit mō. Alio vero q2 per nos qꝫ id
ipſum facit. Hoc eſt ꝗppe mirabile: q2 non ſolū legē
impleuit ipſe: ſed idē iſtud nobis quoqꝫ facere dona
uit. Qđ paulus ſignificando dicebat: Qm̄ finis le
gis chriſtus ad iuſticiā omni credenti. Et peccatum
illū dānaſſe dixit ī carne / vt iuſtificatio legis imple
retur in nobis qui non ſm carnem ambulamꝰ. Et
rurſus: Legem ergo deſtruimꝰ per fidē? Abſit. Sꝫ
legem ſtatuimus. Quia em̄ ſtudebat lex hoīem fa-
cere iuſtū / atqꝫ ad hoc inueniebať infirma: veniens
Chriſtus: ⁊ per fidem certiſſimū modū iuſtificatio-
nis inducens: voluntatem legis impleuit. Qđ em̄
illa nō potuit: hoc per fidē ipſe cōfecit: propterea qꝫ
dixit (Nō veni ſoluere legem: ſed adimplere) Si ve
ro aliquis diligēter examinet: aliū qꝫ tertiū modū
īplere ab eo legis īueniet. Quē vero iſtū? Ipſa vti-
qꝫ precepta ꝗ erat daturus. Non em̄ interitꝰ prio-
rum: ſed augmētū potius / ⁊ cōplemētū erāt ea ꝗ di
cebanť a xp̄o. Illius ꝗppe ſn̄ie qua dicit: Non occi-
des: nō interemptio: ſꝫ adimpletio magis / atqꝫ mu-
nitio ē dicere: nō iraſcaris / oīmqꝫ ſimiliter ceteroꝝ.
Propter qđ cum iam ſemina hoꝝ inſuſpecta premi
ſerit: nūc cū manifeſte futurꝰ eſt: ex veterū precepto
rū cōparatiōe ſuſpectus: neceſſario vtiť procuratio
ne ſermonis. Nā hec ipſa recte qđem: ſed tn̄ iam an-
te premiſit per ea profecto que dicta ſunt. Si quidē
dicere: beati pauperes ſpiritu: tale eſt: quale etiā di
cere nolite iraſci. Et beati mūdo corde: ſimile huic ē
qđ ait: ad cōcupiſcēdū mulierē nō videndam. Et no
lite theſaurizare theſauros ſuꝑ terrā: ⁊ hoc ꝯcinit qđ
ait: Beati miſericordes. Et lugere / ⁊ perſecutiones
pati: ⁊ opprobria ſuſtinere ꝓfecto tale eſt: quale etiā
per anguſtam viam perſeueranter incedere / ⁊ eſuri
re / ac ſitire iuſticiā: nihil aliud eſt qꝫ qđ etiā poſt in cō
ſequētibus loquitur. Quecūqꝫ vultis vt faciant vo
bis homines: hec etiam vos fa ite illis. Et cum pa-
cificum appellaret beatū: illud pene dicebat: vt re-

linqueret ante altare munus/ et ad reconciliationē leſi a ſe fratris accurreret/ atqꝫ aduerſario celerit̃ cōſentiret. Sed ibi quidem premia his qui virtutē ꝓficerent/ ordinauit: hic vero nō facientibus ſupplicia cōminatur. Propter quod ibi equidem dixit: qꝛ manſueti hereditabūt terrā: hic vero ꝙ qui fratrem fatuū vocet: reus efficit̃ gehenne. Et ibi quidē quoniam mūdo corde videbūt deum: hic vero ꝙ perfectus adulter ſit qui feminā obſceno cernat aſpectu. Et ibi pacificos filios appellauit dei: hic vō diſcordes aliūde deterret: ne forte tradat te inquit aduerſarius iudici. Sic ⁊ lugētes perſecutionē ferētes ſuperius vocat beatos: in cōſequētibus vero his qui nō ea ingrediunt̃ vita perditionē minatur. In qua vtiqꝫ illi ſunt qui latā viam ſpacioſamqꝫ cōcelebrāt. Sed ⁊ qđ dicitur: Nō poteſtis deo ſeruire ⁊ mamone: huic videtur equale qđ ait: Beati miſericordes: ⁊ qui eſuriunt/ ⁊ ſitiūt iuſticiam. Uerum qđ paulo ante memoraui: quia hec ipſa lucidius erat profecto dicturus: nec lucidius modo: verūetiā cumulati⁹: plurima ſcꝫ alia illis ꝙ̃ dixerat/ additurus Non iā enim vſitatum miſericordem requirit: ſed etiam tunica te exui iubet ad tegēdam alterius nuditatem. Neqꝫ ſimpliciter mitē: ſꝫ illū ꝗ alterā ꝗꝫ maxillā prebeat ferire cupiēti: ꝑ ꝗ̄ oēm obiectionē/ ꝗ̄ naſci videbatur/ extinguit. Quia inqꝫ cumulatica erat precepta poſiturus: iccirco ſatiſfactionē ipam non ſemel: ſed iterū/ iterūqꝫ congeminat. Cū enim dixiſſet: nolite putare quoniā veni ſoluere legem: aut prophetas: intulit (nō veni ſoluere: ſed implere. Amē amen dico vobis donec trāſeat celū ⁊ terra: iota vnū: aut vnus apex: nō preteribit a lege donec omnia fiant) Quod vero dicit: eiuſmodi eſt: Impoſſibile ē legis decreta nō perfici. Nam minimū quoqꝫ eius oportet impleri: quod certe ipſe fecit: omni illam diligētia/ curaqꝫ ſeruando. Hic iam illud nobis profecto ſignificat: quoniā totius mundi figura mutāda ſit. Nec vero idipſum ſimpliciter poſuit: ſed vt auditorem doceret atqꝫ oſtenderet perfectiorem ſe introducere diſciplinā. Si quidem trāſfiguranda cūcta omnino creatura: ⁊ hominū genus ad alteram patriā ſit vocandum: atqꝫ ad ſublimioris vite gloriam preparandum (Quicunqꝫ ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis/ ⁊ docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno celoꝝ) Poſtqꝫ em̄ ſuſpitione ſe vindicauit maligna: ⁊ volentiū contradicere ora clauſit: tunc iam cōſequenter: ⁊ terret/ atqꝫ in honorē cōſtituēde a ſe legis penam preuaricantibus maximā cōminatur. Quod enim nō de veteri hoc lege dictū eſt ſed de illa quā ipſe erat poſitur⁹: ex his diſce que continuo ſubſequūtur (Dico enim vobis: niſi abundauerit iuſticia veſtra pluſꝙ̃ ſcribarum ⁊ phariſeorum: nō intrabitis in regnū celorū). Si vero de veteri hoc lege dixiſſet: queadmodū diceret: niſi abundauerit. Ea enim facere que phariſei/ ſcribeqꝫ faciebant: nō erat in ratione abūdātie iuſticie. Sed quid erat hoc abūdanti⁹? ſcꝫ nec iraſci: ⁊ adulterium: nec videndi obſcenitate cōmittere. Qua igit̃ gratia vocauit minima mandata: cū tam magna certe ſint/ atqꝫ ſublimia. Quia enim conditurus erat ipſe legē: ſicut ſemetipſum humiliat/ interdū ⁊ mediocria de ſeipſo loquit̃: ita nūc etiā de preceptis ſuis nos ſcꝫ: per hec quoqꝫ docens mediocritatem vbiqꝫ ſeruare: et inuidiam noue legis attenuans vtitur quippe ſermone qui diuerſis intellectibus poſſit aptari. Cum vero audis minimū in regno celorum: nihil aliud intelligas ꝙ̃ in tempore regni/ atqꝫ ſupplicij. Solet etiam celorū appellare regnū: nō ſolum ipſa gaudia premioꝝ: ſed etiam reſurrectionis tempus: ⁊ preſentiā illam per cūcta terribilē. Ceterum quenam eſſet hec ratio/ vt ille quidē qui fratrem fatuū vocaſſet/ vnumqꝫ mandatū ſoluiſſet: iret in gehennam? Hic vero qui ⁊ mādatum ſolueret/ ⁊ nō ſolueret ſolum: ſed ad ipſum alios etiā induceret: eſſet tamen vel minimus in regno. Nō igit̃ hoc dixit. Sed quia reſurrectionis tempore huiuſmodi preuaricator erit minimus/ ⁊ abiectus. At vero oīm minim⁹ poſt iudiciū incidet in gehennā. Deinde quaſi vere deus futuram multoꝝ deſidiā preuidebat: qꝛ videlicet opinaturi erant exaggerationis illa eſſe precepta/ ⁊ aduerſus euāgeliū ratiocinaturi/ atqꝫ dicturi: Ergo ne ꝗ fratrem tantūmodo fatuum vocauerit punietur: ⁊ qui incaute feminā viderit: iter adulteros deputandus erit? Porro ante impatientiam cuſtodiēde legis interimēs/ vtriuſqꝫ penam eſt maximā cōminatus/ ⁊ preuaricatoribus ſcꝫ/ ⁊ his qui ad preuaricationē alios cohortantur. Sciētes igit̃ cōminationis iſtius magnitudinē/ neqꝫ trāſgrediamur ipſi legē/ neqꝫ eos qui illā ſeruare cupiūt/ reſoluamus (Qui aūt fecerit inqt/ ⁊ ſic docuerit: hic magnus vocabit̃ in regno celoꝝ) Nō em̄ ſibi ipſi tātū/ vnuſquiſqꝫ vtilis eē debet: ſed etiā ceteris. Neqꝫ em̄ equa merces eſt eius qui ſolūmodo ſeipſum regit/ ⁊ illius qui etiā alios acqrit. Sicut em̄ docere/ abſqꝫ operib⁹ cōdemnat docētē. Qui inqt doces aliū/ teipſum non doces: ita facere quidē nec tn̄ alijs facienda ſuggerere: nō parū de illa plena mercede decerpit: oportet igit̃ in vtroqꝫ eſſe perfectū. Cūqꝫ primū ſe aliqs ipe correxerit: tūc eundem etiā erga ceteros cōgruit fieri diligentē. Iccirco em̄ etiā ipſe prius poſuit facere ꝙ̃ docere/ oſtēdens ꝙ ſic aliqs bene accedere valeat ad docēdum. Nec talis oīno aliquando audiet: Medice cura teipſū. Qui enim cū ſeipſum docere nequiuerit: alios emēdare conatur: irriſioni eſt expoſitus plurimorum: imo ne docere quidē ſeipſum valebit: cum ſcꝫ verbis eius clariores hoīm voces reclamēt. Si vero fuerit ex vtroqꝫ perfect⁹: magnus vocabit̃ in celoꝝ (Dico vobis qꝛ niſi abundauerit iuſticia veſtra pluſꝙ̃ ſcribarū ⁊ phariſeoꝝ) Hic iuſticiā vniuerſam dicit ꝓfecto virtutē. Sicut etiā de ſancto Iob loquens/ ait: Erat homo iuſtus ſine querela. Iuxta hunc modū etiā paulus ſignanter iuſtū vocabat: cui nec legē poſitā eſſe dicebat. Iuſto inquit lex nō ē poſita. Sepiſſime quidem in ſcripturis generaliter poſitum hoc virtutis nomen inuenies. Tu vero attentius gratie augmenta cōſidera queadmodum ſcꝫ rudes adhuc diſcipulos veteris legis obſeruatoribus velit eſſe meliores. Scribas hic enim atqꝫ phariſeos nō iniquos (vt putat̃) appellat: ſed eos qui legis precepta cuſtodiunt. Neqꝫ enim illos qui nō cuſtodirent diceret habere iuſticiam: neqꝫ ei que non eſſet eam ꝗ̄eſſet iuſticiam/ cōpararet. Perſpice igitur etiā quemadmodū hoc loco legem commendet antiquā/ dum eam confert noue. Cuius ſane illam eſſe quaſi cognatam docet/ et omnino germanam. Plus enim/ ac minus einſdē generis manifeſtum eſt. Non igitur legi obtrectat antiq: quā profecto cumulare vult. Que ſi ſtatuta fuiſſet a malo: nunꝗꝫ eius incrementa queſiſſet: nec impleſſet illam: ſed penitus explodiſſet. Ex queadmodum igitur ſi talis eſt: nō inducit in regnū? Sꝫ modo vtiqꝫ nō introducit/ iam poſt chriſti aduentū ꝑfectiori deditos diſcipline: vtpote qui maiori gratie ipſius virtute potiamur: per que hec maiora debeant inire certamina. Ceteꝝ electos illa ſui temporis alūnos: in regnū omnes ꝓrſus induxit. Etem̄ multi ab oriente/ ⁊ occidente venient inquit: ⁊ recūbent: cum Abraam/ et iſaac/ et Iacob in regno dei. Et abraā igitur/ ⁊ iſaac/ ⁊ iacob/ et Lazarus ꝗ magnis certe premijs fruitur/ atqꝫ in Abrae ſinib⁹ inuenit̃ epulari: et omnes qui ꝑfecte in lege veteri de virtute fulſere per ipſam profecto fulſerūt. Deinde ſi illa lex mala/ ſi fuiſſꝫ aliena: nequaꝗꝫ totam illam veniens ipſe xp̄s impleſſet. Si enim iſtud tātūmodo attrahendi ad ſe iudeos ſtudio feciſſet: nō autem vt oſtenderet cognatam eē illam legi noue/ eiqꝫ per omnia cōgruentem: quanā queſo ratione: non etiā gentiliū ritus/ et legittima ſeruauit? vt ꝑ hoc quoqꝫ gentes poſſit attrahere. Per que manifeſtiſſime vndiqꝫ relucescit: nō ideo veterem legē deſijſſe ī regnū inducere: qꝛ mala ſit: ſed qꝛ perfectiorū vtiqꝫ mādatorum tempus aduenerit. Si vero ad cōparationē legis noue: vetus imperfecta monſtrat̃: ne hoc quidem illā malam eſſe cōuincit. Si quidē ſ̃m hūc modum: idem iſtud etiā noua ipſa patietur. Nam ⁊ huius ſcientia ſi future ſcientie cōparet̃: portionalis ⁊ imperfecta quedam eſt: que cū illa venerit deſtruatur. Cū aūt inquit venerit: qđ perfectū ē: euacuabit̃ quod ex parte eſt: quod certe vetus a noua lege perpeſſa eſt. Nec tamen continuo aduerſus noue legis loquitur dignitatē. Cum tamē nobis celorū regno potiētibus: illā quoqꝫ ceſſaturā eſſe dicamus: tunc inquit euacuabit̃ qđ ex parte eſt. Sed ꝗꝫuis maiora ſuccedant: hāc tn̄ eſſe magnā nihilominus confitemur. Quia igitur ⁊ ampliora ſunt premia/ ⁊ eminentior ſantiſpiritus gratia: cōſequenter requiruntur etiā maiora certamina. Non enim iam lacte/ ac melle manās terra promittitur: nō ſenectus vberior: nec numeroſitas filiorum: nō frumēti/ viniqꝫ copia: non ouiū/ atqꝫ armētoꝝ greges: ſed celum/ ⁊ ea que ſunt in celo bona/ ⁊ filioꝝ adoptio: et cū vnigenito iūcta fraternitas/ ⁊ ſocietas hereditatis/ ⁊ glorificari/ ⁊ cōregnare/ ⁊ premia illa que promittunt̃ innumera. Quia enim etiā maiore in regno honore potiemur: audi paulum loquētem: Nihil igitur iam dānationis eſt his qui ſunt in chriſto Ieſu: qui nō ſ̃m carnē ambulant ſꝫ ſ̃m ſpiritum. Lex em̄ ſpiritus vite in chriſto Ieſu liberauit te a lege peccati ⁊ mortis. Cum igit̃ fuiſſet preuaricantibus cōminatus ſupplicia/ ac premia obedientibus ampla poſuiſſet/ cūqꝫ oſtēdiſſet: quia merito a nobis ſupra prioris iuſticie mēſuras requirat: incipit recentis legis ordinare ꝑcepta: nō ſimplicit̃: ſꝫ ꝑ cōparationē legꝭ antique. Propter qđ ſtuduit oſtendere: qꝛ ⁊ precedentibus nō repugnans: ſed valde etiā per cūcta cōſentiēs iſta precipiat: ⁊ qꝛ cōſequēter/ atqꝫ oportune prioribus ſecūda preponat. Quod vt poſſit eſſe lucidius: ipſius ꝯditoris legis verba diligentius audiamus. Quid igitur ipſe ꝓnūciat (Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides) Et certe idem ē: qui etiam illa preceperat. Sed abſqꝫ illius cui⁹ hoc interim poſuit commemoratione perſone. Siue em̄ dixiſſet: audiſtis quia dixi antiquis: fuiſſet nihilominus ſermo receptus difficilis/ cunctiſqꝫ audientibus inacceſſus: ſiue dixiſſet quia dictū eſt antiqs a patre meo: deinde intuliſſet: Ego aūt dico vobis: maioris hoc profecto eſſe inſolētie iudicaſſent. Propter qđ medie illud poſuit/ atqꝫ ſuſpenſe: vnū illud ꝑcipue cōficiēs/ vt oſtenderet oportuniſſimo eueniſſe tempore/ iſta dicēdo. Cum em̄ poſuit: quid dictū eſt antiquis: plurimū iam eſſe tempus aſſeruit: ex ꝗ iſtud accepere mandatū. Hoc vero fecit vt auditorem ad ſublimiora progredi precepta cūctantē acrius incitaret: vt ſi quiſpiā doctor dicat puero negligenti: Neſcis iam ꝗꝫtum temporis in ſyllabarū meditatione ꝯſumpſeris? Tale igitur aliquid etiam ſignificās antiquorum cōmemoratione facta: ad doctrinā illos aduocat celſiorē/ ac ſi diceret: Habuiſtꝭ ſufficiēs omnino tempus iſta meditādi iamqꝫ oportet vos ad ſublimiora ſuccēdi. Bene autē ꝙ nec ipm preceptoꝝ confundit ordinē: ſed ab eo primū cepit: a quo in parte moraliū etiā lex fuerat exorſa. Nam id quoqꝫ eſt in omnibus cōuenientiā legis oſtēdere vtriuſqꝫ (Ego aūt dico vobis: quoniam qui iraſcit̃ fratri ſuo ſine cauſa reus erit iudicio) Uidiſti ꝑfectā vtiqꝫ poteſtatē: vidiſti dignitatē ꝗ̄ latorē certe legis deceret. Quis enim prophetarū: ita vnqꝫ locut⁹ ē: quis iuſtoꝝ? quis patriarcharū? Nullus omnino. Nam illi per ſingula ſepius īferebāt: Hec dicit dominus: ſed non ita loquitur et filius. Illi enim dn̄i verba: hic vero patris annūciat. Cum aūt dico patris: ſua vtiqꝫ dico. Mea inqt tua ſunt/ ⁊ tua mea. Et illi conſeruis ſuis loquebant̃: hic ſeruis. Interrogem⁹ igitur eos qui veterē legem penitus explodunt. Non iraſci contrariū eſt eius precepto quo ꝓhibemur occidere: an poti⁹ ſuppletorium: ꝑ quod illud quoqꝫ ipſū cuſtodiri queat? haud dubiū hoc illius ſit ſupplementū/ ꝓptereaqꝫ perfecti⁹. Qui em̄ in iracundiā nō effertur: quanto longius ab homicidio ſeparatur? Et qui animi indignationem refrenat: ꝗꝫtomagis manus ſuas innoxias continebit? Radix quippe homicidij iracūdia ē. Qui igitur radicem abſcindit ipſam: multo facilius ramos ei⁹ poterit amputare: immo ne germinare quidē illos omnino patietur. Nō igitur in legis interitū: ſꝫ ad maiorem eius ꝓfecto cuſtodiā iſta precepta ſunt. Quid enim lex volebat efficere: cū iſta mandaret? Nonne vt ne quis occideret proximum? Igitur impugnatorem legis homicidia oportuerat imperare. Occidere enim ⁊ nō occidere duo ſunt abſqꝫ ambiguitate cōtraria. Sin vero ne iraſci quidē ſinit: hoc vtiqꝫ ſtatuit: ⁊ perfectius ſtatuit: qđ etiā lex volebat. Nō enim ſimiliter aduerſatur homicidium: qui tātūmodo in occidere meditatur: et qui irā quoqꝫ ipſam prorſus īteremit: ſatis em̄ ꝓcul ab huiuſmodi receſſit audacia. Ut autem illos etiam aliunde capiamus: cūcta que ſolent dicere proferamus in medium. Quenam ergo ſunt illa que dicuntur? Deus inquiunt ꝗ fecit hunc mūdum: qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos et malos: ⁊ qui pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos: malus eſt. Qui vero ex illis quaſi modeſtiores videntur: iſtud quidem repudiant: iuſtum vero illum eſſe dicentes: boni tamen appellatione defraudāt. Alterum vero quēdam qui certe omnino nō eſt: nec eorum que ſunt quicqꝫ creauit patrē attribuūt chriſto/ et illum quidem non bonum in ſuis manere di-

tunt/ſua ꝗ̄ ſeruare: bonum vero in aliena irruere:
eorūqꝫ quorum nō ſit creator ſubito velle fieri ſalua-
torem. Vidiſti diaboli certe filios quemadmodum
de fonte ipſo patris loquant/alienantes a deo cre-
aturas eius. Cum Beatus Johānes e regione cla-
met: In propria venit: ⁊ mundus per ipſum factus
eſt. Deinde legē diſcutiētes priorē que oculū ꝓ ocu-
lo: ⁊ dētem pro dente eijci iubet: inſiliunt ꝯtinuo di-
cētes: Et quēadmodum eſſe bonus poteſt qui tam
dira precepit? Quid igitur ad iſta referemꝰ? Quia
ſcꝫ maximā miſericordie ſpem hec precepta contine-
ant: nō eñ vt nobꝰ viciſſim effunderemꝰ oclos ſanxit
hanc legem: ſed vt metu quo ab alio iſtud timeamꝰ
pati: ipſi quoqꝫ tale quippiā in alios cauaremꝰ ad-
mittere: ſicut eñ niniuitis euerſionē minatus ē: nō
vt eos interficeret: ſi eñ voluiſſet iſtud: nihil potiꝰ
oportuerat ꝗ̄ tacere: ſed vt eos faceret timore melio-
res/iramqꝫ cōpeſceret: ſic etiā temere in alienos in-
ſilientibus oculos penā ſtatuit/ vt ⁊ ſi ipſo volunta-
tis bono nollēt a crudelitate deſinere: ſaltē metu co-
gerentur oculis parcere proximorū. Si vero illud
crudele dicatur/ ⁊ homicidiū ⁊ adulteriū arceri cru-
dele dicatur: ſed inſipientium oīno iſta verba ſunt:
⁊ extremo furore dementiū. Ego eñ adeo metuo di-
cere hec eſſe crudelia: vt his contraria etiā iniqua ꝑ-
doceam: qđ certe cōmunis quoqꝫ ratio deprehēdit.
Qui eñ dicis quia oculum ꝓ oculo iuſſit auferri/
iccirco crudelis. Ego autē refero: quia niſi precepiſ-
ſet iſtud: tūc vere apud plurimos talis fuiſſet qualē
tu eū falſo cōquereris. Deniqꝫ ſermone fingamus
omnē legē eſſe reſolutā: nec quēꝗ̄ pro huiuſcemodi
fratris formidare ſuppliciū: ſed cūctis prorſus ma-
lignis licere vti moribus ſuis/ ⁊ adulteris/ ⁊ homi-
cidis/ ⁊ furibus/ ⁊ periuris/ ⁊ parricidis: nōne ſub
hac licētia oīa pariter vna confeſſio iniquitatis in-
uolueret? Nōne mille ſceleribus ⁊ cedibus vrbes/
fora/ domꝰ/maria/ totuſqꝫ omnino mundus fuiſſet
impletus? Nam ſi legibus certe dominantibus/ ⁊
vigente cōminatione/ atqꝫ terrore: vix tamē volun-
tates cohibentur maligne: ſi etiā hoc preſidiū defu-
iſſet: quanā poſſet malicia ratione frenari: aut ꝗ̄ nō
in vitā hoīm peſtis irrueret? Nec tamē ſolum iſtud
crudele eſt permittere ſcꝫ malis agere que velint: ſꝫ
aliud quoqꝫ iſto certe nihilo minꝰ: id eſt leſum/ ⁊ im-
merito afflictū negligere/ atqꝫ deſpicere. Dic eñ mi-
hi: ſi quis feros hoīes/ ac ſemꝑ malignos in vnum
colligens gladijs armaret/ totāqꝫ circuire ciuitatē
iuberet/ atqꝫ obuios ſibi quoſqꝫ cōfodere: quid tan-
dem hoc eſſet imanius? At ſi alius eos quidem qui
ab illo armati eſſent ligaret/ violenterqꝫ cōſtringe-
ret: eos vero qui interimēdi erant ab iniquis illius
manibus liberaret: qđ e regione iſto īueniretur hu-
manius? Hec igit etiā ad legē trāſfer exēpla. Que
eñ oculum pro oculo effodi precepit: timorem qua-
ſi carnificū pectoribus imittēs: illiꝰ ſimilis inueni-
tur: ꝗ illos (quos dixi) cohibuit armatos. Qui ve-
ro nullam omnino penā decreuit nocenti: nōne ar-
maſſe tibi iniquitatē videt/ eūqꝫ imitatꝰ fuiſſe: qui
ſceleratos illos gladijs inſtruxit inqꝫ totius ciuita-
tis miſit exitiū? Videſne quēadmodū nō ſolum nul-
lius crudelitatis: verūetiā maxie pietatis ſint illa
precepta? Si vero ꝓpter iſta importabilem legiſla-
torem vocas/ ac prorſus oneroſum: quid eſt dic mi-
hi laborioſiꝰ nō occidere ſolūmodo: aut ne iraſci ꝗ-
dem? Quis iudex ſeuerior/ atqꝫ diſtrictior ꝗ̄ de ho-
micidio: an qui etiā de ira exigit vltionē: qui adulte-
rum poſt cōmiſſum opꝰ pene ſubijcit: an qui etiā ꝓ
ſola cōcupiſcentia: iubet ſubire ſupplicium ſempiter-
num? Perſpicite igitur etiā in cōtrariū illoꝝ cōuer-
ſum eſſe ſermonē. Nā veteris quidē legis deus quē
dicūt illi eſſe crudelē: inuenitur eſſe māſuetꝰ/ ac mi-
tis: noue autē quē bonū fatentur: oneroſus/ ac du-
rus ſm ſtulticie illorū duntaxat errorē. Nos vero
vnū/ atqꝫ eundem vtriuſqꝫ ſacramēti aſſerimus cō-
ditorē: qui ad varias hominū vtilitates omnia diſ-
penſarit: ⁊ diuerſitati temporū diuerſitatē vtriuſqꝫ
legis aptauerit. Igit nec illa precepta crudelia: nec
iſta oneroſa ſunt/ atqꝫ moleſta: ſed vnius/ eiuſdēqꝫ
omnia prouidentie. Quod enim etiā veterē ipſe cō-
diderit: audi prophetā loquentē: imo ipſum magis
deum per prophetā: Diſponā vobis teſtamentū qđ
diſpoſui patribus veſtris. Si vero iſta nō ſuſcipit ꝗ
manicheorum tabe infectus egrotat: audiat paulū
eadē rurſus iſta dicētē. Abraā enim duos filios ha-
buit: vnum de ancilla: aliū de libera. Hec aūt ſunt
duo teſtamēta: ſicut ergo diuerſe ibi ſunt quidem fe-
mine: ſed vir vnus vtriuſqꝫ: ſic etiam ibi duo teſta-
menta: vnus vero vtriuſqꝫ legis eſt ꝯditor. Atqꝫ vt
diſcas vnā/ eandēqꝫ in vtroqꝫ manſuetudinē con-
tineri/ ibi quidē dicit oculū pro oculo: hic vero ſi ꝗs
te (inquit) percuſſerit in dexterā maxillā prebe illi
et alterā. Sicut enim ibi alienus timor ad modeſti-
am ducit nocētem: ita hic quoqꝫ dum cōmēdat leſo
patientiā: ledentem multo maiore vltione deterret.
Et quēadmodum inquies ille terrebitur: cū hic al-
teram prebere iubeatur? Et quid tandem huiuſmo-
di ꝯficere geſtit obiectio? Non eñ ideo hoc precepit:
vt reſolueret percuſſoris timorē: ſed vt hunc quē ꝑ-
bere iuſſerat ad oēm tolerantiā prepararet. Nec di-
xit ꝙ impune ille inferret iniuriā: ſꝫ hūc interim re-
ferre ꝓhibuit: duo pariter efficiens: ⁊ percuſſorē ſcꝫ
ſupplicio maiore terrēdo/ ⁊ eū qui percutitur de ipa
ꝗ̄ patientie virtute ſolādo. Sed hec velut in tranſi-
tu de mādatis oībus quaſi generaliter diximus.
Neceſſariū vero eſt ad inceptū reuerti/ ⁊ conſequēti-
am eorū que prius ſunt dicta cōtexere (Qui iraſcit
inqt fratri ſuo ſine cā reus erit iudicio) Nō eñ oīno
iſtū extinxit affectū. Primo quidē: qꝛ impoſſibile ē
hoīem paſſionibꝰ liberari. Nā vt regere illas poſſi-
mus ita abſqꝫ illis per oīa eſſe nō poſſumꝰ. Deinde
quia etiā multis vtilis eſt affectus iſte: ſi illo videli-
cet oportune ac ſcienter vtamur. Itaqꝫ conſidera ꝗ̄
ampla quondam bona operata ſit ira pauli. Hanc
enim ille aduerſus corinthios exercēdo: a maxima
illos erroꝝ peſtilentia liberauit. Per hanc etiā ga-
latharū gentē: que fere a chriſto iam exciderat refor-
mauit/ alioſqꝫ his plures illius ire cenſura correxit
Quodnam igitur oportunū eſt tempus ire? qñ non
ſcꝫ noſmetipſos vlciſcimur: ſed cū reprimimus erga
alios inſolētes/ cūqꝫ deſides increpatione cōuerti-
mus. Qđ vero inportunū eſt tēpus ire? cum ſcꝫ vt
noſmetipſos vindicemus/ iraſcimur: qđ paulus ꝗ̄
prohibēdo dicebat: Non voſmetipſos defendentes
chariſſimi: ſed date locū ire. Qñ etiā de pecunijs li-
tigamus. Nā hoc ē qđ idē magiſter oīno deſtruxit/
dicēdo: Quare nō magis fraudē patimini? Sicut
enim hinc iraſci ſuꝑfluū/ ⁊ inutile eſt: ita inde ⁊ neceſ-
ſariū eſt: ⁊ cōmodiſſimū. Sed plurimi ecōtrario ef-



feruntur quidē: cū ipſi aliquid patiunt iniurie. Re-
ſoluuntur vero ⁊ oīno molleſcunt: cū alios vel ma-
ximā afflictionē viderint ſuſtinere: qđ certe vtrūqꝫ
euangelij verbis repugnat. Non ergo ipſum iraſci
malum eſt: ſꝫ oportune/ ac leuiter iraſci. Propterea
etiam ꝓpheta dicebat: Iraſcimini/ ⁊ nolite peccare
(Qui autem dixerit fratri ſuo racha: reus erit cōci-
lio) Concilium hic iudicium hebreoꝝ vocauit: qđ iō
nūc poſuit: ne noua vbiqꝫ videret docere/ atqꝫ pere-
grina. Racha vero nō grandis alicuius ē ſermo cō-
uitij: ſed magis de cōtēptu veniens/ īpatiētiaqꝫ di-
centis/ vt ipſi nōnunꝗ̄ vel ſeruulis: vel inferioribꝰ
quibuſqꝫ aliquid imꝑantes dicimus: Vade tu dic
illi. Sed etiā qui lingua vtūtur ſyroꝝ: racha pro eo
ꝙ es tu dicere ſolēt. Sed miſericors dñs cū maiori-
bus etiā/ minima queqꝫ delicta pariter euellit: pre-
cipiens vt mutuo nobiſmetipſis: ⁊ honorabiliꝰ vta-
mur/ ⁊ cautius: vt ꝑ hec maiora quoqꝫ peccata mo-
riantur (Qui autem dixerit fatue: reus erit gehēne
ignis) Multi hoc graue atqꝫ oneroſum putant eſſe
mādatum: vt ſcꝫ pro vno/ nudoqꝫ ſermone tanta no-
bis pena ſubeunda ſit. Unde quidā iſtud exaggera-
tione magis dictū eē voluerūt. Sed vereor ne noſ-
metipſos his verbis oīno friuolis: vel potius infi-
delibus ſeducētes: ibi rebꝰ ipſis ſupplicia extrema
ſoluamus. Sed cur queſo mandatū iſtud videt one-
roſū. An forte neſcis qꝛ plurima pars culparū/ atqꝫ
penarū a ſermonibus ſumat exordium. Nam ⁊ blaſ-
phemia per verba: ⁊ dei negatio ꝑ verba: inde ⁊ ma-
ledicta ⁊ iniurie/ atqꝫ periuria/ ⁊ falſa teſtimonia/ ⁊
ipſa frequēter homicidia. Noli igit aſpicere ꝙ vnꝰ
hic ſermo ſit: ſed ꝗ̄tum periculi habeat expende. An
ignoras inimicitiarum tempore inde aſcēdente ira/
animoqꝫ prorſus ardente etiam minimum aliquid
magnū videri? Tūc ꝗppe ⁊ qđ nō valde iniurioſum
eſt: nimis tñ putatur oneroſum. Nam hec ipſa par-
uula ⁊ homicidia ſepe pepererūt: ⁊ vrbes crebro in-
tegras ſubruerūt. Sicut eñ manēte amicitia: etiā
que moleſta ſunt/ leuia dicuntur: ſic inimicitijs ob-
ortis leuia queqꝫ pro grauiſſimis audiunt. Nā ⁊ ſi
ſimpliciter aliqua dicātur: de malo tamen animo ꝓ-
lata creduntur: atqꝫ vt in igne cū ſcintilla exigua ē/
etiam ſi plurimū lignoꝝ admoueas: nō ea facile cō-
prehendit: ſi vero ſatis in excelſum flāma cōſurgat:
nō iam ligna: ſed ⁊ ſaxa: ⁊ oēm prorſus incidētē ma-
teriā ſibi vendicat: ⁊ ꝑ que extingui ſolet: ꝑ ea ipa po-
tius accēditur. Quidam quippe aiūt ꝙ hmōi flam-
mam: nō ligna tantū/ ⁊ ſtuppa/ aliaqꝫ ignis alimē-
ta: ſed aqua etiam maiori īpetu iactata magis/ ma-
giſqꝫ ſuccendat: ita accidere etiā in ira ſolet. Quicqđ
aliquis dixerit: cōtinuo pabulū peſſimi huius effici-
ētur incēdij. Que oīa chriſtus ante iam cōprimēs:
eum quidē qui ſine cauſa iraſcitur iudicio ꝯdemnat.
Et iccirco dixit (Qui iraſcit fratri ſuo ſine cā: reus
erit iudicio) Eū vero qui dixerit/ racha reum ꝓnun-
ciat eſſe ꝯcilio. Sed adhuc iſta nō magna ſunt. Hec
eñ iccirco nō ſunt memorata ſupplicia: vt eū ꝗ fra-
tri fatue dixiſſet: gehēne ignibus deputaret: mō cer-
te ꝑmū nomē gehēne cōmemorās. Cū eñ prius de
regno mlta dixiſſet: nūc iſtius intulit mētionē: oſtē-
dēs qm̄ illud ꝗdē illiꝰ voluntatis ſit/ atqꝫ pietatis:
hec vo noſtre ꝑfecto deſidie. Reſpice aūt quēadmo-
dum gradatim faciat augmēta penarū quodāmō
ſatiſfaciēs tibi/ atqꝫ demōſtrās: qm̄ ipſe ꝗdem nihil
velit tale imitari. Nos vo illum ad hmōi ſentētias
pertrahamus. Idipſum itaqꝫ diligēter expēde. Di-
xi inquit: Noli iraſci ſine cauſa: ceterū reus eris iu-
dicio. Cōtempſiſti fratrem. Vide quid ꝑpit iracun-
dia ad iracūdiā te ꝯtinuo prouocauit. Racha enim
fratrem vocaſti: cui rurſus culpe penā concilij cōmi-
minatur. Quod ſi iſta quoqꝫ deſpiciens: ad maius
volueris ꝓmoueri cōuitiū: nō iam vltra his ī teme-
diocribus vindicabo: ſed immortali illo gehēne ſup-
plicio: ne iā etiā ad homicidiū forte ꝓſilias. Nō ē oī-
no nō ē intolerabiliꝰ aliqđ iniurijs: quodqꝫ poſſit
magis hoīs aīam remordere. Qđ ſi ſermo ipſe pau-
lo fuerit auſterior: duplex cōflat īcēdiū. Ne igit le-
ue aliquid exiſtimes fatuū fratrē vocare. Quando
vero iſto quo ab irrationalibus ſeꝑamur: ⁊ quoma-
xime hoīes ſumus intellectu ſcꝫ/ atqꝫ prudentia fra-
trem ſpolias: omni illum nobilitate priuaſti. Nō er-
go verborū tātūmodo ſonum ſimpliciter audiamꝰ:
ſed in res ingrediētes ipſas/ ⁊ paſſionē illam ꝯuitij
ponderātes: cōſideremus ꝗ̄tū ſermo iſte operat do-
lorē: atqꝫ ad ꝗ̄tū malū ſepe perueniat. Propterea
igit ⁊ paulus nō adulteros ſolū: ⁊ maſculorū cōcu-
bitores: verūetiā maledicos a regno dei excludit/ ⁊
merito. Cōuitiator ꝗppe bonū charitatis oīno cor-
rūpit/ ⁊ mille ꝓximū inuoluit incōmodis/ ac iuges
inimicitias frequenter operatur/ ⁊ chriſti mēbra di-
ſcerpit/ ac deſiderabilē deo pacē ſinglis/ ꝗbuſqꝫ die-
bus exagitat ampliſſimā diabolo viam per cōuitia
parans/ eumqꝫ efficiens fortiorē. Propterea etiam
chriſtus neruos potētie eius excidēs: induxit hanc
legē. Eſt quippe illi cura maxima charitatis. Om-
niū eñ mater bonoꝝ/ ⁊ diſciplinaꝝ ſcia/ ⁊ ea que in
nobis ſunt bona/ cuncta cōplectens. Hec eſt preci-
pua ex cunctis oīno virtutibus. Igitur cōſequēter
radices inimicitiarū/ ipſoſqꝫ fontes per quos chari-
tas necari ſolet: multa cum vehemētia chriſtus īter-
cipit. Ne igitur hec dicta cuiuſdam exaggerationis
exiſtimes: ſed intelligens ea que ex his ſepe gignū-
tur: legum ſtatutarū manſuetudinē demirare. Ni-
hil eñ ita ſtudet deꝰ: vt nos mutuis charitatis ne-
xibus colligare. Propterea/ ⁊ per ſemetipſum/ ⁊ ꝑ
diſcipulos ſuos: tā in nouo ꝗ̄ in veteri teſtamento
plurimo hoc mandatum ſermone cōmendat. Et ve-
hemēs animaduerſor/ atqꝫ punitor eſt coꝝ qui pre-
ceptum tale ꝯtēnunt. Nihil quippe eſt qđ ita omnē
malitiā/ ⁊ pariat/ ⁊ firmet: vt interēptio charitatis.
Nam ⁊ dominus iccirco dicebat: Quoniā abunda-
bit iniquitas: refrigeſcet charitas mltorū. Sic etiā
cain eſt fatricida factus: ſic eſau ⁊ patri obſtat: ⁊ fra-
tri minatur īteritū. Sic etiā contra Joſeph ſanctū
fremuit male cōiurata germanitas. Sic mille alia
pululauere mala hac virtute ſubtracta. Propterea
⁊ chriſtus omnia incōmodantia charitati diligēter
interimit. Neqꝫ eñ hec tantūmodo que poſuimꝰ di-
xiſſe cōtentus: alia quoqꝫ plura ſubiungit: per que
ꝗ̄tum illorū curā habeat/ oſtēdit. Cōminatus eñ
per concilium/ atqꝫ iudicium: cōminatus etiam per
gehennā: intulit rurſus ⁊ cetera que prioribus con-
ſtarent/ dicēs (Cū offers munus tuum ante altare:
et ibi recordatus fueris ꝙ frater tuꝰ habet aliqđ ad-
uerſus te: relinque munus tuū ante altare: et vade
prius recōciliare fratri tuo: ⁊ tūc veniens offer mu-
nus tuum) O admirabilē benignitatē/ atqꝫ ineffa-
bilem erga hoīes amorē dei. Honorē ſuum deſpi-

cit: dum in proximo charitatem requirit: oſtendẽs quoniã nec priora que etiam cõminatus eſt: de odio aliquo hominum: vel de cupiditate inferẽdi ſupplicij cõminatur: ſed de amore precipuo. Quid em̃ his verbis mitius eſſe poſſit: quid lenius? Interrũpatur inquit miniſterium meum: vt tua charitas integretur. Sacrificium mihi eſt fratrum recõciliatio. Propterea quippe non dixit poſtq̃ obtuleris: aut priuſq̃ offeras: ſed munere ipſo iam poſito ⁊ inchoante ſacrificio reconciliandum mittit ad fratrem: et neqꝫ propoſita etiam munera auferri iubet: neqꝫ priuſq̃ offerantur id memorat: ſed propoſito palam ſacrificio: illuc currere imperat offerentem. Quã igitur ob cauſam iſtud fieri iubet? Duo ſunt: vt certe ego arbitror: q̃ per iſta/ ⁊ deſignat/ ⁊ conficit. Unũ quidem qđ vtiqꝫ iam dixi oſtendere ſcꝫ volẽs ꝙ honoret maxime charitatem: et hanc acceptiſſimũ eſſe ſacrificium ducat. Abſqꝫ iſta vero nec illud profecto ſuſcipiat. Aliud vero quo irrefutabilẽ quandam neceſſitatem reconciliationis imponat. Qui em̃ iuſſit nõ prius munus offerri q̃ reconcilietur offenſio: etiam ſi nõ ob proximi charitatẽ: ſaltem ne ſacrificium maneat imꝑfectum: currere ad contriſtatum iubet/ inimicitiaſqꝫ diſſoluere. Propterea ⁊ taxanter cuncta memorauit: terrens illum videlicet/ ac ſuſcitãs. Cum enim dicitur: relinque munus tuũ non ibi reſtitit: ſꝫ intulit ante altare/ atqꝫ ob hoc rurſus ad honorandum fratrem remittens/ ait/ ⁊ vade. Nec ſimpliciter dixit/ vade: ſed addidit prius: ⁊ tũc veniens offer munus tuũ: per omnia iſta ſignificans: quia ꝑ aliquas inter ſe inimicitias diſſidẽtes nequaqꝫ mẽſa illa ſuſcipiat. Audiant hi q̃ ſacris certe myſterijs iniciati: cũ inimicitijs ad cõmunionem altaris accedunt. Audiant etiã illi qui nõdum iniciati ſunt. Nam ad ipſos quoqꝫ habet aliquid ſermo iſte commune. Offerunt nãqꝫ ⁊ ipſi munus ⁊ hoſtiã: orationem dico ⁊ elemoſynam. Quia enim ⁊ hec ſacrificij inſtar obtineãt: audi prophetã loquẽtẽ: Sacrificiũ laudis honorificabit me. Et rurſum: Immola deo ſacrificium laudis. Et eleuatio manuũ mearum ſacrificium veſpertinũ. Itaqꝫ etiam ſi orationẽ cum tali offeras voluntate: melius eſt orationẽ relinquere: et ad reconciliationem fratris excurrere: ⁊ tũc orationem cõſequenter offerre. Propter hoc enim facta ſunt omnia. Icirco ⁊ deus hõ factus eſt: atqꝫ om̃ia illa geſſit: vt nos in vnũ ſine dubio cõgregaret. Et ibi quidem eum qui leſit mittit ad leſum. In oratione vero leſum ad eũ qui leſit/ adducit/ ac ſibi vtrũqꝫ cõciliat. Nã ibi quidẽ dixit: Dimitte hominibꝰ debita eorũ: hic vero iuſſit: ſi frater tuꝰ habet aliq̃d aduerſus te: vade ad eũ prius. Immo hic quoqꝫ mihi videtur leſum: ⁊ icirco nõ dixit: reconcilia tibi fratrem tuum: ſed reconciliare fratri tuo. Et videtur q̃dem ſuper eo qui cõtriſtauerit eſſe ſermo: totum vero de cõtriſtato potiꝰ dicitur. Si enim illi inquit reconciliatus fueris: per illã quã in eũ oſtenderis charitatẽ: me quoqꝫ incipies habere placabilem/ cũqꝫ multa fiducia poteris munus offerre. Si vero adhuc indignaris ac tumes: reſpice quia ⁊ ego libẽter mea iubeo cõtemni vt amicitia vr̃a renouetur. Atqꝫ vt tibi ad conſolationẽ maximam hec ipſa proficiãt: nõ dixit cum plurimum ſenſeris: tũc reconciliare: ſꝫ cum extenuatiõe. Si aliquid frater tuus habet aduerſus te nec addidit ſi tamẽ iuſte: nec ſic q̃ppe inimicitias oportet extẽdi. Nam ⁊ chriſtus iuſtiſſime nobis poterat iraſci: ſed tamen ſemetipſum pro nobis dedit: tanta certe illa peccata non imputãs. Propterea igitur ⁊ paulus alio modo de recõciliatione dicebat: Sol nõ occidat ſuper iracũdiam veſtram. Sicut em̃ hic dñs de ſacrificio: ita ibi a die ipſo ad pacem paulus impellit. Secretũ quoqꝫ noctis veretur: ne forte ſolum cauſa excipiẽs ſauciatũ maius profecto vulnus efficiat. In die nãqꝫ multi ſunt aduocantes atqꝫ retrahentes in nocte vero quia ſolus relinquitur in vtraqꝫ ſemetipſum cogitationũ eſtibus huc/ illucqꝫ iactat: in im̃enſum verticem minarum fluctus tumeſcũt/ fitqꝫ maior om̃ino/ ſeuiorqꝫ tempeſtas. Icirco preueniẽs paulus vult iam recõciliatum nocti tradere: ne ſaltem vnã occaſionem de ſolitudine diabolus inueniat: per quã iracũdie fornacem poſſit accẽdere/ eamqꝫ efficere ſeuiorem. Sic etiam chriſtus nõ concedit ne paululũ quidem omnino differre: ne huiuſmodi anima impleto abſqꝫ recõciliatione ſacrificio deſidia maiore capiatur: quotidie diſſimulet in pacem reuerti. Nouit em̃ talẽ eſſe huiuſmodi paſſionem: que ſatis velocis curationis indigeat. Et ſicut ſapiens quiſqꝫ medicus non mõ imminenteſqꝫ morbos preuenientibus remedijs excludit: verumetiam iam tenentes alio medendi genere iam repellit. Ita etiam chriſtus facit. Nam fatuum quidem vocare prohibendo aduerſus inimicitias auditorũ corda ꝑmunit. Recõciliationẽ vero poſt inimicitias iperãdo: vim morbi iã obtinẽtis interficit. Et ꝯſidera q̃ vehemẽter: vereqꝫ ponat. Ibi em̃ gehennã eſt cõminatꝰ. Hic vero munꝰ niſi p̃cedente recõciliatione nõ ſuſcipit. Maximam ſane ꝑ hec omnia indicãs iracũdie pertinaciam/ atqꝫ icirco ⁊ radicẽ eius interimit/ ⁊ fructũ. Et primo quidẽ Nolite inquit iraſci. Poſtea vero ait: nolite maledicere. Si quidẽ vtrũqꝫ iſtud ex alterutro augeri ſolet: ex inimicicijs ſcꝫ maledictio: et ex maledictione rurrſum inimicitie. Et ideo primo quidẽ malũ ipm naſci vetat: deinde ſi iportuniſſime pullularit: ⁊ noxiũ germẽ attulerit/ vndiqꝫ illud exurit. Iõqꝫ cũ et iudiciũ ⁊ ꝯciliũ añ memoraſſet/ cũqꝫ etiã de gehenna/ ſuoqꝫ ſacrificio diſputaſſet/ etiã alia ſubiũxit/ dicens (Eſto conſentiens aduerſario tuo cito: dum es cum illo in via) Ne enim diceres: quid ſi iniuriam patiar/ ac fraudem? Quid ſi mea mihi aliquis eripiat: perqꝫ hoc me ad iudicium ire compellat: hanc quoqꝫ occaſionem vel excuſationem remouit. Iubet enim ne ſic quidem te inimicitias aliquando ſuſcipere. Deinde videns magnum hoc preceptum: de preſentium illud vtilitate cõmendat: que certe craſſiores quaſqꝫ mentes magis permouent q̃ futura. Quid ais inquit ſi potentior ſit ille qui nocet. Amplius igitur nocebit: niſi reconciliatione placetur. Sed ad iudicium te venire compellet. Et hoc ipſum eſt: qđ p̃cipue debes cauere. Nã priꝰ quidẽ tãtũmõ rebꝰ exutꝰ: corpꝰ ſaltẽ liberũ poſſidebas. Cũ vero ſub iudicis cepis ſtare ſñia: etiã vincula ſuſtineb/ et ſupplicia extrema ꝑſolues. Si ṽo illud iurgiũ fugeris: duo bona pariter acq̃res. Dũ et nihil triſte ipſe perpeterꝭ: ⁊ abſolutio negocij nõ de illius potẽtia: ſed de tua virtute preſtat. Si aũt huic volueris cõſentire p̃cepto: nõ tãtũ certe illi: q̃tũ tibimetipſi ꝓfecto nociturus es. Cerne igitur hic quoqꝫ queadmodum illum ad pacem ſtudeat adducere. Cum enim



dixiſſet (eſto conſentiens aduerſario tuo) intulit (cito) nec tamen hoc addidiſſe contentus: aliud queſiuit augmentum/ dicens: (dum es cum illo in via) (Per hec illum prorſus vrgens/ ac ſatis vehementer impellens. Nihil quippe eſt quod ita vitam noſtram valeat euertere: vt operum actionem bonorum diſſimulare/ ſemperqꝫ differre. Sepe enim iſtud omnibus nos bonis fecit excidere. Sicut ergo p̃cepit ⁊ paulus: priuſq̃ ſol occidat inimicitiaꝝ vincula diſſoluere: ⁊ vt ſuperarius ipſe dominus imperauit: anteq̃ ſacrificium celebretur: reconciliari fratri: ita hic quoqꝫ cito inquit dominus: (dum es cum illo in via) ante ſcilicet q̃ ad iudicis accedas fores: priuſq̃ ante illius ſiſtaris tribunal/ iamqꝫ in iudicãtis trãſeas poteſtatem: ꝑus eñi q̃ illuc introeas: tu es totius negocij dñs: cum vero ad veſtibulum illud fueris ea que ad te attinent: ꝓut volueris ordinare: ſub ditione iam cõſtitutꝰ alteriꝰ nõ poteris. Quid eſt igitur cõſentire? hoc eſt oĩno qđ dicit: eligere rerũ magis ſubire diſpendiũ: aut certe ſic negocium qđ agitur apud te ip̃e dĳudica: vt ꝑſonã diuerſe partis nõ aſſumas: nec iuſticiam ita tractabis vt propriam: tunc enim demum iuſtam poteris ferre ſententiam. Si vero grande quidem iſtud videtur: nihil omnino mireris: Icirco enim omnes illa beatitudines poſuit: vt preparans/ atqꝫ permolliẽs auditoris animam oportuniorem illam ad ſuſceptionem totius huius legis efficeret. Et nonnulli quidẽ aduerſarij noĩe diabolũ ipm ſignificari putant/ ac iuberi ne quid illiꝰ ꝓrſus habeat: idqꝫ eẽ ei cõſentire: nihil ex eiꝰ rebꝰ attingere. Noſqꝫ poſtq̃ hinc fuerimꝰ ꝓfecti ineuitabile expectare ſuppliciũ. Mihi aũt de his qui in preſenti ſunt videtur dixiſſe iudicibus/ ac de illa via que ad iudicium ducit/ ſuperqꝫ iſto vſitato carcere diſputaſſe. Qui enim ad ſublimia fuerat cohortatus: non modo de futuris: verumetiam de preſentibus addidit timorem: quod certe facit frequẽter ⁊ paulus nunc de futuris: nũc etiam de preſentibꝰ animũ auditoris inſtituens inuitos aliquos a malis operibus reuocans: iudicẽ illis oſtẽdit armatũ/ dicens: Quod ſi malefeceris/ time: nõ enim ſine cauſa gladiũ portat: dei enim miniſter eſt. Et rurſus poteſtatibus ſubditos eſſe precipiens non ſolum timorem ponit dei: ſed humane quoqꝫ poteſtatis minas: comodũ ſcilicet cõmune curans. Neceſſe eſt enim eſſe ſubiectos: nõ ſolum propter iram: ſed ⁊ ꝓpter cõſcientiã. Siquidẽ inſipientiores quoſqꝫ vt ante paulo premiſi: magis ſolent iſta corrigere que videntur: queqꝫ prius aſſiſtunt. Propter quod etiam chriſtus non ſolum gehennã: ſed iudicium ⁊ traditionẽ et carcerẽ: ⁊ omnẽ que ibi: eſt commemorauit erumnã: per cuncta hec radicem homicidij penitꝰ excidẽs. Qui enim nec maledicit: neqꝫ litigat: neqꝫ dilatione pacis inimicicias extendit: quonã eſt modo futurꝰ homicida? Ex hoc quoqꝫ liquido apparet: quia in proximi comodo/ noſtrũ quoqꝫ comodũ collocetur. Qui enim aduerſario cõſentit: multomagis ſemetipm iuuabit a iudicijs ſe videlicet/ ac vinculis omnibus: queqꝫ ibi ſunt miſeris abſtrahendo. Conſentiamꝰ ꝗ his que dicta ſunt nec vltra inobedientiã contentione foueamus/ maxime cum premia: ⁊ voluptatẽ in ſe ⁊ vtilitatem habeant ipa precepta. Que ſi moleſta pleriſqꝫ/ ⁊ ingentis cuiuſdam videntur laboris: intellige ꝓpter chriſtum te illa ſuſcepiſſe facienda: ⁊ qđ videtur eſſe triſte iocundiſſimũ iudicabis. Quod ſi ſermonẽ hunc abſqꝫ intermiſſione tenceamꝰ: nihil experiemur oneroſum: ſed e diuerſo plurimã capiemus vndiqꝫ voluptatem. Siquidẽ labor ip̃e nõ iam apparebit labor: ſed quãto magis fuerit extentus: tanto pleniori ſuauitate/ ac delectatione mutabitur. Quando igitur quaſi quodã te infundens veneno cupiditas pecuniarũ: aliorũqꝫ obſederit conſuetudo vitiorum illa ex aduerſo te cogitatione armato: que dicit: Nequaq̃ nos vmbra hec fugitiua ſeducat: largiſſimã ꝓfecto mercedẽ pro cõtempta temporali voluptate capiemus: atqꝫ ip̃e ad tuam animã loquere: Triſtaris quia te corporis voluptate defraudo: ſed letare potius quia celorũ tibi regna ꝓuideo. Nõ eñi ꝓpter hominẽ: ſed ꝓpter deũ: certe iſtud opari̇s: paululũ igitur expecta/ ⁊ videbis q̃ ſit comodũ grande patientie. Diſce preſentis vite incomoda magnanimiter ſuſtinere: ⁊ ineffabili apud deũ fiducia/ ac libertate gaudebis. Si enim iſta ſemꝑ noſtrẽ inculcemꝰ anime: nec ad ſola reſpiciamꝰ onera virtutũ: ſed eas quoqꝫ que illis prouenIant conſideremus coronas celeriter ab omnibus illam vitijs ſubtrahemus. Nam ſi diabolus oſtendens iocunditatem equidẽ temporalem: dolorem vero perpetuum/ tamen inualeſcit ⁊ ſuperat: nobis ſcilicet in contrarium iſta vertentibus: qui ⁊ dolorem illum q̃ breuem negligimus: et voluptatem hanc quaſi ſit eterna/ conplectimur. Quanã poterimus ratione defendi: qui virtutẽ nec poſt tanta promiſſa ꝑficimus: cum certe cauſa laboris ipſa pro omni nobis retributione ſufficiat: qui certiſſime credimus propter deum nos hec omnia ſuſtinere. Si enim mortalem hunc certe regem habẽs quiſpiam debitorem: grande ſe omni ſue vite tempore credit inueniſſe predium: quantus ſit futurus ille perpende qui miſericordẽ deũ/ ſemꝑqꝫ viuentẽ bonoꝝ operũ paruoꝝ ſimul atqꝫ magnorũ ſibi fecerit debitorẽ. Noli ergo mihi labores imponere atqꝫ ſudores: neqꝫ enim ſpe ſolum/ ac fiducia futurorum: ſed alio etiam modo facilem deus facit eſſe virtutẽ: videlicet coopꝫrãdo nobis/ noſqꝫ ſemꝑ in bonis actibus adiuuãdo. At vbi enim volueris exiguũ quid deuotionis afferre: reliqua omnia celeriter ſubſequentur. Propterea enim vult: ⁊ te aliq̃d laborare: vt tua quoqꝫ poſſit eſſe victoria. Et vt plurimũqꝫ rex aliquis vult quidẽ filiũ ſuũ in acie verſari: in hoſtẽ iacula torquere exercicij eſſe cõſpicuũ: vt illum ꝓfecto habeat cõſortẽ triumphi: totũ vero ip̃e bellum gubernat/ ac peragit: ita etiam deus in hoc prelio facit quod aduerſus diabolũ geritur. Unum enim illud a te ſolum requirit: vt aduerſus hoſtem veras inimicitias ꝓ honore regis/ ⁊ tua ſalute ſuſcipias. Itaqꝫ ſi ei iſtud obtuleris: omne iam bellũ ip̃e ꝯficiet. Et ſi vel iracũdie paſſiõe: vel pecunie cupiditate flãmaris: vl' ab alijs q̃buſpiã vitijs q̃ſi im̃aniſſimis hoſtibꝰ obſideris: aderit ꝓfecto velocit': ſi mõ te expeditũ/ ſibiqꝫ viderit p̄paratũ: ⁊ facilia tibi eſſe cuncta preſtabit/ teqꝫ totius flamme facit eſſe victorẽ. Sicut etiã pueros illos in babylonia fornace tutatꝰ eſt: qui certe nihil ei aliud ꝓrſus obtulerãt p̃ter voluntatem. Ut ergo nos quoqꝫ ſupantes hic omnẽ fornacẽ illicite voluntatis ibi gehẽne effugiamꝰ incendia/ hec quottidie: et cogitemus: et curemus agamꝰ voluntate ſemel bonis operibꝰ deſtinata: ⁊

orationū frequētia beniuolentiā nobis recōciliātes
dei. Ita eni etiā illa que importabilia nūc putamꝰ/
facilia ꝓrſus ac leuia/amabiliaqꝫ ducemꝰ. Quam-
diu eni in vitiis ꝑmanemus:aſperā/atqꝫ difficilē:⁊
oīno arduā opinamur eſſe virtutē. Ipſa vero vitia
deſiderabilia ꝓrſus ac dulcia. Sin aūt illa vel bre-
ui tꝑe deſeramꝰ:tūc ⁊ hec horribilia/turpiaqꝫ ⁊ vir-
tus delectabilis appebit:⁊ facilis. Hec aūt ex illis
habūde valemꝰ addiſcere qui vitā ſuā facta in meliꝰ
cōuerſatiōe mutarūt. Audi igiṫ queadmodū paulꝰ
eos aſſerat de vitiis erubeſcere qui iam ab eis fue-
rant liberati. Quem inquit fructū habuiſtis tūc in
illis in quibꝰ nunc erubeſcitis? Queadmodū vero
virtutē leuē eſſe dicat/eam laborē momentaneū/ac
leuem tribulationē appellās/atqꝫ in paſſiōibꝫ ſuis
gaudens/plurimūqꝫ glorie ſibi vēdicās de ſtigma-
tibus ꝓ xpi nomine ſuſceptis. Ut igiṫ nos quoqꝫ
in tam ſancta/tanqꝫ vtili ꝑmanētes cōſuetudine ro
boremur:quotidie nobis ex his que hactenus ſunt
dicta modulemur:⁊ p̄teritoꝝ quidē obliti:ad ea vo
que priora ſunt ſemꝑ extenti:ſupne brauiū vocatio-
nis ſequamur:ad qð omnis ꝑuenire cōtingat:grā/
⁊ miſericordia dñi noſtri ieſu chriſti:cui gloria ⁊ im-
perium in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia.xvii. Ex capitulo.v.

## In illo tempore dixit ieſus diſcipulis ſuis: Audiſtis q2 dictū eſt antiquis: Nō mechaberis:ego autē dico vobis q2 omnis qui viderit mulierē ad concupiſcendum eam:iam mechatus eſt eam in corde ſuo.

Poſtqꝫ pleniſſime quid primū mandatū contine
ret edocuit:qð certe vſqꝫ ad ſupremū philoſophie
cacumē extendit:certa iam via/inſtitutoqꝫ pergēs
ordine prouehiṫ ad ſecundū:hic quoqꝫ legi ꝓfecto cō
ſentiens. Qui tamen mandatū hoc in parte morali
um nō ſecundū dixit eſſe:ſed tertium/neqꝫ totius de
calogi primū mandatū eſt:nō occides:ſed dominꝰ
deus tuꝰ deus vnus eſt:propter qð inquiſitiōe di-
gnum videtur:cuius rei gratia nō inde fuerit exor-
ſus:quam igitur ob cauſam? Quia inde ſcilicet in-
choantē:⁊ mandatum illud oportebat augere:⁊ ſe-
metipſum noticie hominū pariter inferre:nondum
vero erat tempus tale de ſe aliquid predicandi. Ali
ter vero vt moralē interim exercendo ſermonē tunc
ex preceptis ipſis:tunc etiam ex mirabilibus dei ſe
filium audientibꝰ eſſe ſuaderet. Si igitur priuſqꝫ:
⁊ faceret aliquid:⁊ doceret/dixiſſet: Audiſtis quia
dictum eſt antiquis: Ego dominus deus tuus:et
preter me nō eſt. Ego autem dico vobis:vt me quo-
qꝫ adoretis ſicut ⁊ patrem/feciſſet ꝓfecto vt omnes
illum furere iudicarent. Si enim poſt doctrinam
quoqꝫ tantaqꝫ miracula:nondū eum manifeſte lo-
quentem:ipm demoniū habere clamabant:ſi ante
hec omnia tale quid dicere voluiſſet:quid iam illi vl'
cogitare aduerſus eum:vl' ꝓnunciare dubitaſſent?
At vero ſuper hac re doctrinā oportuno tempori re-
ſeruaſſe hoc fuit facilitatem ſuſcipiendi huiꝰ dogma
tis preſtitiſſe. Propter quod nunc quidem conſul-
to illud cōmemorare preteriit:ſignis vero id vbiqꝫ
confecit:qð tamen poſtea implendo optimā doctri-
nam etiam ſermonibus reuelauit. Nam modo clari
tati ſignoꝝ/modo nouitati dictoꝝ ſenſim/atqꝫ pau
latim iſtud admiſcet/ſiquidem cum poteſtate talia
ſanciendo/legemqꝫ ſupplendo quiſnā eſſet facile mō
ſtrabat/oſtendens ſeſe:ex ipo etiam precipiendi ſer-
mone mirabilē:ita vt euangeliſta diceret: Erat eni
in poteſtate ſermo eius. Non enim ita docebant ſcri
be eorum ⁊ phariſei. A principalibus quippe vitiis
exorſus ab iracundia ſcilicet:⁊ ꝯcupiſcentia:hec eni
ſunt que tyrannidem quandā in hominū pectoribꝰ
exercent:ita vt ſola ex omnibꝰ magis naturalia eſſe
videantur cum ingenti illa:⁊ que ꝓrſus latorem le
gis decebat auctoritate correxit/omneſqꝫ hos affe-
ctus doctrine ꝑfectiōe compoſuit. Neqꝫ enim illum
hic dixit adulterū puniendū:qui opere adulterium
ꝑpetraſſet:ſed quod fecit in homicida:hoc etiam in
iſto facit:⁊ nō actum ſolūmodo:ſed impudicū quoqꝫ
cohercet aſpectū:vt diſcas vbi conſiſtat illud qð ſuꝑ
ſcribarū:⁊ phariſeoꝝ noſtra p̄cipitur abundare iu-
ſticia. Propter quod ait:(Qui viderit mulierē ad
cōcupiſcendum eam iam mechatus eſt eam in corde
ſuo).hoc eſt dicere: Qui dat operam in venuſta cor-
pora curioſius intueri:⁊ decoras aucupari facies/
taliqꝫ animā ſpectaculo:⁊ obſcenos pulchris etiam
vultibꝰ oculos affigere. Nō enim iccirco dñs adue
niſſe cōtentus eſt:vt ſolūmodo corpus a malis acti
bus:ſed vt ꝑus animā quoqꝫ ab huiuſmodi cogita-
tionibꝰ liberaret. Quia eni ſancti ſpūs gratiā mēte
ſuſcepimus/merito ipam ante purificat. Et queād-
modum inquis poſſumus a cōcupiſcentia liberari?
Maxime quidē ſi velimus etiam ipam mortificare
poſſibile eſt/atqꝫ a tali ꝓrſus eſtu ocioſum pectꝰ ma
nere. Hic eni nō oīno generaliter cōcupiſcentiā inte
rimit:ſed illā que ex forme decore cōcipiṫ. Qui eni
ſtudet elegantes facies inſpicere/ipe p̄cipue fornacē
ſibi iſtiꝰ paſſionis accendit:⁊ captiuā faciens aiam
ad opꝰ q̄ꝫ celeriter adducit. Propterea nō dixit qui
ꝯcupiuit ad adulterandū:ſꝫ qui viderit ad ꝯcupiſcē
dū. Et cū quidē de ira loq̄reṫ:certe quadā peccatū
ipm definitiōe ſignauit/dicendo ſine cauſa. Hic vo
nō ita:ſꝫ ex integro eiuſmodi cōcupiſcentiā penitus
amputauit. Et certe vtraqꝫ hec ingenita/vtraqꝫ vti
liter inſtituta ſunt:⁊ ira videlicet:⁊ ꝯcupiſcētia/illa
quidē vt coerceamꝰ malos/atqꝫ incōpoſitos ordine
mus:hec vero vt ꝓpageṫ ſoboles:et genꝰ ſucceſſiōe
ſerueṫ. Quanā ergo ratiōe nō etiā hic rē ipam ꝓprie
diffiniuit? Maximā q̄dē ſi voluer̄ intēdere/hic q̄ꝫ
poſitā diffinitionē videbis. Nō eni paſſim dixit q̇ cō
cupiuerit. Poteſt nāqꝫ etiā aliq̇s iter ſecreta montiū
reſidēs cōcupiſcere:ſꝫ q̇ inq̇t viderit mulierē ad cōcu
piſcendū:id eſt q̇ cōcupiſcentiā vidēdi curioſitate col
legerit/quiqꝫ nullo oīno cogēte q̇eſcenti anime ferā
ſubito immiſit. Hoc eni nō iā nature eſt:ſꝫ ꝓprie oīno
deſidie qð certe olim etiam veteri lege ꝓhibeṫ. Noli
inq̇t addiſcere pulchritudinē alienā. Deinde ne q̇s
diceret: Quid aūt:⁊ ſi inſpiciā:nec tñ capiar? Cohi
buit aſpectū ne hmōi licētia fidēs:etiā in pctm̄ q̄nqꝫ
corrueres. Quid āt inq̇s ſi video ad ꝯcupiſcendū:ſꝫ
tñ turpe nil egero? Et ſic q̄dē iā i adulṫoꝝ ꝑte nūera
ris. Pronūciauit.n.lator leg̃ nec āpliꝰ aliq̇d hinc
oportet iq̄ri. Deīde ſemel q̄dē:⁊ ſcđo ⁊ ṫtio ſic vidēs
ꝑoſſis animū ꝯtinere. Si vo freq̄nṫ id fecer̄ forna-



cemqꝫ iſtam ſponte ſuccendens ꝓfecto capieris. Nō
enim ex natura humana lubricus conſiſtis. Sicut
enim nos cum gladiū teneri videamꝰ a puero:etiā
ſi nondū eum vulneratū inde eſſe cernamus:verbe
ramus tamē ac ſepe minātes denunciamꝰ/ne quā-
do illum rurſus attingat:ita etiam deus inuerecū-
dum coercet aſpectū/ne quādoqꝫ in ipam quoqꝫ in-
cidat actionē. Qui enim in ſe flammā cupiditatis
accenderit:etiam abſente muliere quā vidit iugiter
apud ſemetipm turpiū rerum ſimulachra depingit.
Et neceſſe eſt huiuſmodi nōnunqꝫ ad flagitiū:ipm
etiam opere peruenire. Propterea illos quoqꝫ qui
in ſolo fiunt corde cōplexus chriſtꝰ interimit. Quid
ergo hic iam reſpondent qui auſi ſunt temere coha-
bitare virginibus? Huius enim ſanctiōe legis mil
le ſunt adulteriorū rei quottidie illas ad cōcupiſcen
dum videntes. Propterea etiam beatus Iob hanc
ſibi ab initio legem ipe decreuerat:periculoſum hoc
ſpectaculū/vndiqꝫ a ſuis oculis repellēdo. Siqui-
dem poſt huiuſmodi aſpectū multo iam difficilius
certamen efficitur/cum ⁊ viderit aliquis:⁊ tamen
ea quā viderit nō fruatur:nec tantā de cōtemplatio
ne ipa capimus voluptatē:quantū patimur de au-
gmento iſtius cupiditatis dolorē fortiorē ꝯtra nos
facientes hoſtem:⁊ ampliorē locum diabolo prepa
rantes vt nequaq̄ꝫ illum vlterius ꝓpulſare valea-
mus:quē ſemel in intima cordis admiſimus/cuiqꝫ
temere mentis noſtre clauſtra reſerauimꝰ. Iccirco
p̄cipit ne fornicer̄ ocl'is:ne ꝑ hoc ſꝫ aīo forniceris.
Eſt eni poſſibile:⁊ aliter aſpicere vt certe aſpiciunt:
⁊ pudici ⁊ ideo nō aſpectū ipm:ſꝫ cōcupiſcētie vinctū
interimit aſpectū. Si eni id voluiſſet efficere ꝓfecto
dixiſſet: Qui viderit mulierē:ꝓfecto mechatus eſt
eam in corde ſuo:nunc vero id oīno nō dixit:ſed qui
viderit mulierē ad cōcupiſcendū eam:qui ſꝫ ad hoc
aſpicit/vt oblectet eiꝰ aſpectum. Neqꝫ ꝓpterea tibi
deus oculos effinxit/vt ꝑ illos ad animū adulteria
trāſmittas:ſed vt creaturas eius aſpiciens mireris
auctorē. Sicut ergo eſt ſine cauſa iraſci:ita etiam ad
ꝯcupiſcendū videre. Si enim vis videre/atqꝫ ex vi
ſu capere voluptatē aſpice ꝓpriam coniugē:⁊ illius
ꝑpus amore ꝑfruere. Hoc eni nulla lex ꝓhibet oīno.
Si vero erga alienū curioſius decorē tuā deſpicis:
⁊ ipam ꝓfecto ledis a qua in aliam oculos auertis:
⁊ iſtam etiam quā illicite cōtingis. Si eni nequaq̄ꝫ
illam attrectaſti manu:ſed oculis tamē/ac volūtate
palpaſti:ꝓpterea etiā hoc ꝓculdubio adulteriū eſſe
reputaṫ:⁊ ante futura illa tormenta nō leue iam in
p̄ſenti inueniṫ afferre ſuppliciū. Nā ꝑturbatiōibꝰ/
ac tumultu intrinſecus cuncta cōpleṅṫ:et multus
quidē eſtus plurimus etiā ſentitur dolor. Nec oīno
hmōi homo melius affectus eſt:q̄ꝫ qui affliguṅṫ:vl'
captiuitate:vel vinculis. Et illa quidē que letalem
hanc eiecit ſagittam:ſubito auolans te relinquit:tu
vero mortiferā tibi ipi plagam dediſti:effrenato ſe-
mel vſus aſpectu. Et hoc dicēs pudicas quidem ab
omni accuſatiōe ſubmoueo. Si qua vo ideo ornaṫ:
⁊ comitur vt in ſe oculos omniū irritet:etiam ſi nul-
lū pulchritudine ſua potuerit vulnerare:dabit tñ
extrema ſupplicia. Parauit quippe virus/tempe-
rauit venenū:porrexit poculum/etiam ſi nullꝰ qui
mortē biberet/inuētus eſt. Quid igitur? Num etiā
ad ipas inq̇s loquiṫ dñs? Qm̄ q̇s cōmunes ponit
vbiqꝫ leges:etiam ſi ad ſolos interdū viros videaṫ
attēdere/abſqꝫ vllo ambiguo cum capiti loquitur:
toti ꝓfecto corpi admonitio ipa cōmunis eſt. Mu-
lierē nāqꝫ ⁊ virum vnum eſſe nouit animal:⁊ iccir-
co nuſq̄ꝫ lege diuidit quod genere coniunxit. Si vo
etiam ſpecialiṫ prolatā in feminas correctionē audi
re mauis:audi eſaiā plurima in illas inuectione cla
mantē/earūqꝫ ⁊ habitū/⁊ aſpectū/⁊ inceſſū notan-
tem:⁊ veſtes in humū defluas:laſciuientes pedes:
⁊ luxurioſis motibus colla ludentia. Audi cum eo
etiam beatū paulū:multa illis p̄cepta ponentē:tū
de auri/ac veſtis ornatu/tum de intortis arte crini
bus:tum de ipis quoqꝫ deliciis/aliiſqꝫ huiuſmodi
eas vehementius increpantē. Ipſe etiam chriſtus
in cōſequentibꝰ tecte quidē:idipm tamen proprie ſi-
gnauit:cum ea que etiam nos ſcandalizant erui/ab
ſcidiqꝫ p̄cepit:ꝑ quod certe ira qua in eiuſmodi femi
nas vti debemꝰ oſtendiṫ. Et iccirco ſubiunxit.(Si
oculus tuus dexter ſcandalizat te:erue eum:⁊ ꝓii-
ce abs te). Ne enim diceres quid igiṫ ſi propinqua
ſit:ſi aliqua mihi neceſſitudine copulata:propterea
iſta mandauit:cum vtiqꝫ nō de mēbrorū diſturban
da compage diſſerat:abſit hoc enim. Nullū quippe
eſſe crimē carnis enunciat:ſed vbiqꝫ malum arguit
voluptatis. Non enim oculi:ſed per oculos animꝰ
intuetur. Deniqꝫ nobis interdū ad alia mente con-
uerſis:oculi ante ſe poſita nō cernunt:nō igitur to-
tum ad illorum ſpectat effectū. Quod ſi de mēbris
iſta loquereṫ:nequaq̄ꝫ vel de vno/vel de dextero id
oculo:ſed indifferenter de vtroqꝫ:qui enim dextro
ſcandalizatur oculo:haud dubiū quin ipm patiaṫ
etiam de ſiniſtro. Quā igitur ob cauſam/⁊ oculum
dextre partis? vt ſcilicet diſceres:nō de mēbris eſſe
ſermonē:ſed de his potius qui nobis familiaritate
iunguntur. Et ſi igitur tantū aliquē diligas:vt eo
oculi vtaris vice:aut ita tibi quēpiam eſſe vtilē pu-
tes:vt eum dextre manus ducas loco:⁊ hi tamen
anime tue fortaſſis incōmodent:etiam iſtos a te in-
quit abſcinde:⁊ diligentiꝰ vim ipam ſermonis exa-
mina. Non eni dixit:a taliū ſocietate diſcede:ſꝫ ma-
ximam ſeparationē indicēs:erue inquit/ac proiice.
Deinde quia ſatis ſeuera p̄ceperat lucrū ex vtroqꝫ
ipſius ſeueritatis oſtendit ⁊ tranſlationē verbi:tam
in bonoꝝ/q̄ꝫ etiā in maloꝝ parte ſeruando.(Expe-
dit eni tibi inquit:vt pereat vnum mēbroꝝ tuoꝝ q̄ꝫ
totū corpus tuum mittaṫ in gehennā). Si enim nec
ſeipam certe ſaluet:que tibi fuerit adiuncta:⁊ te ꝑdi
tionis ſue ſocium faciat:licet vnum ſaltē ſeperatiōe
ſaluari. Cur enim paulus optabat anathema fieri?
Nō vtiqꝫ vt nihil inde lucri caperet:ſed vt alios ac-
quireret in ſalutē. Hoc vero idipm etiā de cauſa re-
probi fratris intellige:vtiqꝫ noxiꝰ eſt:⁊ iccirco nō
ait tantūmodo erue:ſꝫ proiice inquit abs te:vt eum
nunq̄ꝫ recipias vlterius ſi qualis fuerat ꝑſeuerat.
Hoc eni modo ⁊ illū maiori crimine liberabis:⁊
te a ꝑditione ſaluabis. Ut aūt manifeſtius comodū
iſtius legis aſpicias:ſi placet etiā in corꝑe iuxta cau
ſam id quod dictū eſt req̄ramꝰ. Si eni dareṫ electio
vnūqꝫ eſſet neceſſariū de duobꝰ:videlicet aut cū am
bobꝰ oculis in foueam ruere:atqꝫ ibidē deꝑire:aut
etiā abſqꝫ vno ocl'o reliquū ſaluare corpꝰ:putas nec
duobꝰ ſuſcipe nō malles ſcđm? At iſtđ oībus abſqꝫ
ambiguitate ꝑſpicuū eſt. Nō.n.hō eēt odiētis oculū:
ſꝫ corpꝰ reliquū diligēt̄. Hoc ēt in viris ꝯſidereṫ/⁊
feminis:ſi q̄ enim tibi noceat amando/incurabiliſqꝫ

permanent ⁊ te/omni peſte dum ſic abſcinditur/li-
berabit/⁊ ipſa a maioribꝰ eſt erepta peccatis: nō iam
vltra cum ſuis malis etiam crimen tue perditionis
admiſcēs. Uidiſti quāta lenitate xpi lex plena ſit: ⁊
q̄ a plurimis nimie ſeueritatꝭ putat̄: q̄tū apd̄ hoīes
pietatis oñdat? Audiāt iſta q̄ ſepiꝰ ad theatrū feſti-
nāt/ſeqꝫ ibi pene q̄ttidie adulterij obſcenitate cōma
culāt. Si enī ē̄ familiaritate deuinctū: ſꝫ ſcādalizā
tem tamē abſcīdi/atqꝫ abijci lex iubet: qua tandē po
terunt ſatiſfactiōe defendi: qui nunq̄ꝫ ſibi cognitos
ꝑ artē ſpectaculis deditā illuc quottidie trahūt/ac
mille illis occaſiōes ꝑditionis miniſtrāt. Neqꝫ enī
ſolum impudice nō cōcedit aſpicere: ſed poſteaq̄ꝫ no
xam de ſocietate patefecit: progrediens etiā p̄ceptū
ipſum legis extendit iubens/ſcilicet: vel eruere nos
eiuſmodi: vel abſcindere/lōgeqꝫ ꝓijcere. Et hoc qui
innumera deſeruanda charitate mādauerat: vt ex
vtra illius curā/ac prouidentiā diſceres: ⁊ queād-
modū vbiqꝫ noſtrā vtilitatē requirat. Dictū eſt aūt
Quicūqꝫ dimiſerit vxorē ſuā: det illi libellū repu-
dij: ego aūt dico vobis: Quicūqꝫ dimiſerit vxorem
ſuam excepta cauſa fornicationis: facit eam mecha
ri: ⁊ qui dimiſſam duxerit/adulterat. Nequaq̄ꝫ ad
ea que ſunt vlteriora ꝓgredit̄: niſi bene priora man
dauerit. Ecce enim nobis etiam ſpeciē adulterij de-
monſtrat. Que vero iſta eſt? Erat hoc veteri in lege
mādatū: vt qui ꝓpriā quacūqꝫ de cauſa odiſſet vxo-
rem: nō eam ꝓhiberet̄ eijcere: inqꝫ illius locū alte-
rā ducere: quod certe nō paſſim fieri lex iuſſerat: ſed
vt quicūqꝫ dimitteret librū repudij cōiugi daret ne
ius haberet ad illā iterū reuertendi: ſed nihilominꝰ
hec nuptiarū ſaltē figura remaneret. Niſi enim p̄ce-
piſſet iſtud/⁊ ſine repudij libro hanc quidē expelle-
re: aliā vero ei liceret accipere. Deinde reducere po-
rem plurima fuiſſet ſecutura cōfuſio: omnibꝰ videli
cet maritis alternis vicibꝰ eiectas ſepe/receptaſqꝫ
ducentibꝰ/eſſetqꝫ adulteriū oīno manifeſtū: ꝓpter
quod nō ob paruā cōſolationē repudij librū reppe-
rit. Quod quidē factū eſt ꝓpter aliam quoqꝫ mole-
ſtiam/multoqꝫ maiorē. Si enim retineri etiam exo
ſam p̄cepiſſet vxorē: facile ꝓfecto illā qui oderat oc-
cidiſſet: talis quippe erat natio iudeorū. Qui enim
ne filijs quidē proprijs parcere: ⁊ prophetas ſole-
bant frequēter occidere: vt aquā ita humanū effun-
dentes cruorē: multo illi minꝰ odioſis coniugibꝰ pe
perciſſent: propterea igitur cōceſſit minus: vt quod
longe erat maiꝰ incideret. Quia vero ipſe omnē inte
remit iram: nō ſolum certe homicidiū: ſed etiā irra-
tionabilē indignationē vetando: iſtius quoqꝫ prece
pti intulit mentionē. Icirco etiā priorū ſemper ver
borū memor eſt/vt oſtendat nō ſe dicere illis aduer
ſa ſed cōſona: cumulat namqꝫ illa nō deſtruit: et ex-
tollit precepta aliqua nō ſoluit. Conſiderā vero illū
ſemper viro loquentē. (Qui enim dimiſerit inquit
vxorē ſuam facit eam mechari/⁊ qui dimiſſam du-
xerit adulterat). Ille quidem ſi alterā duxerit: tunc
ſe cōſtituit criminis reum qui adulteram fecit ex cō
iuge: hic vero accipiendo alienam adulter effectus
eſt: nequaq̄ꝫ enim mihi referas: quia illam alter eie-
cit. Nam expulſa quoqꝫ vxor eſſe eiꝰ qui eam expu-
lit perſeuerat. Deinde ne totum in eijciente referēs
magis ſuperbam faceret vxorem: poſt hec etiam ſu-
ſcipientis ei ianuam claudit dicendo: qui autem di-
miſſam duxerit adulterat. Per quod certe mulierē
facit nolentē pudicam: ad omnes illi aditum clau-
dens: neqꝫ permittens vt aliqua viro impatientie
occaſio miniſtretur. Cum enim didicerit mulier q̄
omni modo neceſſe ſit: aut eū habere quē ab initio
ſortita ſit: aut illius ſemel eiectam domo nullum ſe
iam aliud inuenturā eſſe ſuffugium: etiam nolens
coniugem ſuuam amare cogetur. Si vero nihil ipſi
de hoc proprie loquitur: minime mireris. Eſt enim
mulieris ſexus infirmior: propterea illā relinquēs:
dum deterret virum: vitium quoqꝫ vxoris emen-
dat: vt ſi aliquis laſciuū habens filium: illum qui-
dem relinquat: eos vero corripiat: ꝑ quos ille talis
efficitur/eoſqꝫ ab illiꝰ comitatu diſcedere: nec ei ꝓ-
ſus appropiare precipiat. Quod ſi hoc videtur one-
roſius: priorū recordare dictorū: quibus beatificat
audientes/⁊ valde iſtud poſſibile eſſe videbis/ac fa
cile. Māſuetus quippe atqꝫ etiam pacificus/⁊ hu-
milis/ac miſericors quemadmodū eijciet vxorem?
Qui alios quoqꝫ in pacem reducit: quo pacto ipſe di
ſcordabit a coniuge? Neqꝫ vero hoc ſolum: ſed alio
etiam modo leuem hanc legem facit/ac facilem. Si
quidem reliquit viro vnum expulſionis modum
dicēdo: excepta cauſa fornicatiōis: alioquin in can-
dem rurſus turpitudinē cuncta remearent. Si enī
iuberet etiam pluribus mixtam retineri: tamē a vi-
ro coniugem rurſus in adulterij licentiam negotiū
omne converteret: cernis nempe queādmodum pre
cedentibꝰ iſta conueniant. Qui enim nō videt alie-
nam cōiugem oculis impudicis: nequaq̄ꝫ vtiqꝫ for-
nicatur: nec prebebit occaſionē viro q̄ propriam ei-
ciat vxorem. Propterea igitur libertati iūgit timo
rem/atqꝫ progrediens magnum viro periculum ſi
eijciat opponit: ipſum quippe de vxoris adulterio
facit reum. Ne enim cum audiſſet eijce oculum: pu-
tares iſtud de vxore mandari: oportuniſſime corre-
ctionem huiꝰ ambiguitatis induxit: dum vno tan-
tum: nec vllo alio prorſus modo cōiugem permiſit
expelli. (Iterū audiſtis: quia dictum eſt antiquis:
Non periurabis: reddes aūtē dño iuramenta tua.
Ego aūtē dico vobis nō iurare omnino) Quanam
queſo ratione nō continuo venit ad furtum: ſed ad
periuriū/illudqꝫ mandatū omnino preterijt? Quia
videlicet qui nō furatur: ne iurare quidem cogitur:
qui vero neqꝫ iurare: neqꝫ mētiri ſolet: multo magis
furtum facere vitabit. Itaqꝫ ꝑ iſtud etiam illud de-
ſtruit ꝓfecto peccatū. Nam precipue mendacij cau-
ſa de furto eſt. Quid vero eſt: reddes aūt domino
iuramēta tua: Hoc eſt iurans verū loqueris. (Ego
aūt dico vobis non iurare oīno) Deinde auditores
ſuos ad vlteriora perducēs: neqꝫ per terram inquit
iurate: neqꝫ per celum: quia thronus dei eſt: neqꝫ ꝑ
hieroſolymam: quia ciuitas dei ē magni regis) vtēs
ſcilicet ſermonibus ꝓphetarum/⁊ oſtēdens nequa
q̄ꝫ ſe veteribus eſſe contrarium habentibus conſue-
tudinē per iſta iurandi. Nam ⁊ erga euangelij finē
morem iſtum fuiſſe declarat. Tu vero conſidera vñ
de dominus extollat elementa. Nam de ipſorū pro-
fecto quam diximus: rurſus eſt ad dei maieſtatem
reuerſus. Nō enim dixit: q2 pulchrū eſt/magnūqꝫ
celū: nec quia vtilis terra: ſed q2 illud quidē thronꝰ
dei eſt: hec aūt ſcabellū ꝑ q̄ oīa ad dei illos cōpellit ti
morē (. Neqꝫ ꝑ caput tuū inq̄t iurauer̄: q2 nō potes
vnū capillū albū facere/aut nigrū). Nō h̄ vtiqꝫ hoīeꝫ
vtilitatis gr̄a accuſans intulit de capite iurmētū: ſꝫ



gloriā ad deum referens/⁊ oſtendens: quia nec tui
ꝓfecto ſis dominus: ergo nec vllius ꝓrſus qd̄ ꝑ ca-
pitis exigit̄ iuramentū. Si enim agrū alteri nemo
dat ꝓpriū: mlˀto magis deus opus ſuū ipſe nō ꝑdit.
Nam ⁊ tuū caput eſt: ſed alterius ꝓfecto creatura:
tamqꝫ lōge abeſt: vt capitis tui ipſe ſis dñs: vt ne mi
nimū quidē qd̄ in eo eſt poſſis operari. Neqꝫ enī di-
xit: nō potes ꝓducere capillū: ſed nec ipſam coloris
eius cōuertere qualitatē. Quid igit̄ ſi aliquis exi-
gat iuramentū/et neceſſitatē iurationis imponat?
Sit tibi timor dei/omni neceſſitate violentior. Si
enī velis huiuſmodi occaſiones ſemꝑ obijcere: nihil
de his que ſunt imperata cuſtodies: Nam ⁊ de vxo
re dicturꝰ eſt: Quid ſi litigioſa? quid ſi fuerit ſum-
ptuoſa? Et de oculo dextro: Quid ſi eum diligo: et
amore eius inflāmor? Et de impudico aſpectu: q̄d
ſi nō aſpicere nō poſſum? Et de cōuitio in fratrē pro
hibito: quid ſi petulans fuero? Et ita ꝓrſus omnia
que ſūt p̄cepta calcabis. Et certe in legibꝰ quas ho-
mines cōdiderūt: nihil auſus es tale ꝓferre/ac dice
re: Quid ſi illō vl̄ iſtud? ſꝫ volēs ꝓrſus/ac nolēs ſu-
ſcipis cūcta que ſcripta ſunt. Quod ſi legē volueris
cuſtodire xpi: neceſſitatē quidē nullā que te ab obſer
uatione eiꝰ impediat/aliquando patieris. Qui enī
ſuperiꝰ dictas btitudines audiuit/et talē ſe p̄buit:
qualē p̄cipit chriſtus: nullā ꝓrſus neceſſitatē ꝑ ali-
quē ſuſtinebit: cū certe ſit apud oēs venerādus ⁊ ad
mirabilis/atqꝫ reuerendus. (Sit aūt ſermo veſter
eſt eſt: nō nō: qd̄ aūt abūdātiꝰ eſt/a malo eſt). Quid
eſt abūdantiꝰ? ſupereſt abſqꝫ dubio iuramentū: nō
vtiqꝫ ꝑiuriū: illud ſiquidē oīno manifeſtū eſt/et qd̄
a malo eſt doceri nullus indigeat: ⁊ nō tam ſuꝑfluū
q̄ꝫ oīno cōtrariū. Suꝑfluum vero eſt qd̄ ſuꝑuacue/
atqꝫ abundanter adiectū eſt: qd̄ certe vt oſtendamꝰ:
iuramentū eſt. Quid igit̄ a malo hoc eſſe dicet̄: et ſi
ex malo erat quō iubebat̄ in lege? id igitur etiā ipſm
de vxore dicturꝰ es: Queādmodū nunc eſſe adulte
rium iudicat̄: quod fuerat aliquādo cōceſſum: quid
igit̄ ad iſta dicemꝰ? Niſi quia pleraqꝫ que tūc dicta
ſunt/accipientiū legē infirmitas exigebat. Nā ⁊ fa-
uillas coli ſatis indignū deo eſt: ſic etiā philoſopho
balbutire nō congruit: adulteriū ḡ nec dicit̄ tale re-
pudiū a malo iuramentū. Ad ꝑfectū ſui venerūt in-
crementa virtutū. Si vero hec ab initio diaboli lex
fuiſſet: nūq̄ꝫ in tātū vtiqꝫ ꝓfeciſſet. Niſi. n. illa p̄iſſet
nō tā facile iſta fuiſſent ſecuta. Noli igit̄ eorū vim de
ſiderare dictorū: q̄ꝛ iā vſu nihil penitꝰ īdigemꝰ: tūc
enī ꝓfecto valuerunt: cū tp̄s petebat: imo ſi vis etiā
nūc. Nā mō q̄ꝫ eorū v̄tus oñdit̄: h̄ ipſo q̄ꝫ q̄ maxime
accuſat̄ a nob. Talia q̄ppe nūc apparere illa ipſorū eſt
grāde p̄coniū. Niſi enī nos bñ/atqꝫ vtiliter enutriſ-
ſent: ⁊ ad ſuſceptionē ꝓfecto maiorū oportunos eē fe
ciſſent: neq̄ꝫ mō eē nobis viderent̄ exigua. Sicut
enī mamilla nutricis cū oē ſuū impleuerit officiū: ⁊
puerū ad mēſurā firmioris etatis adduxerit: inutilis
iā videt̄/⁊ parētes q̄ p̄us neceſſariā eſſe filio eiꝰ iudi
cabant mamillā: mille illā poſtea irriſionibus ꝓſe-
quunt̄. Pleriqꝫ āt eā nō ſolū v̄bis horribilē faciūt:
ſꝫ etiā amaris q̄buſdā herbarū ſuccis obliniūt: vt cū
ſ̄mone nequerint importunū iā circa illā deſideriū
pueri cōpeſcere: ipſis ſaltē illud rebꝰ extinguāt. Sic
etiā xp̄s a malo illā eſſe dixit/nō vt oñderet a diabo
lo veterē eē legē: ſed vt etiā vehementiꝰ ab antiqua
eos vilitate reuocaret. Et iudeis q̄dē iſta dicebat/
vtpote inſenſibilibꝰ/⁊ in eadē impietate durātibꝰ:
velut quadā amaritudine: ita captiuitatis timore
eorū circūliniēs ciuitatē/eāqꝫ quaſi inuiā ſolitudinē
faciēs. Quia vero nec hoc quidē illos ab ea poterat
arcere: ſed rurſus illā videre cupiebāt: ſicut ad ma-
millā pueri recurrētes/ꝑfecte illā occuluit deſtruē
do/⁊ plurimos eorū in longinqua diſꝑſit/ſicut ple-
riqꝫ abductos a m̄ribꝰ vitulos includūt/vt eis tp̄e
ipſo ꝑſuadeant a ſolito nutrimento lactis arceri. Si
vero diaboli eēt teſtamentū vetꝰ: nequaq̄ꝫ coli ſimu
lachra vetuiſſet: ex aduerſo aūt eiuſmodi cultū etiā
p̄cepiſſet: hoc enī diabolꝰ fieri volebat: nūc vero ecō
trario legē ipſam videmꝰ egiſſe: q̄ ob hoc eſt p̄ncipalit̄
ꝓmulgata: ne hoīes/aut ſimulachra colerēt/aut ꝑ
ſimulachra iurarēt. Iurate inquit ꝑ deū verū. Nō
igit̄ paruū aliquid hominibꝰ bonū: ſꝫ oīno magnū
lex ipſa ꝯtulit: ſi ad ſolidū eos cibū ſtuduit adducere.
Quid igitur mali inquit habet iurare? Et plurimū
ſine dubio mali: ſꝫ nūc tñ poſt tāta ſcilicet augmēta
virtutis: tūc vero neq̄q̄ꝫ. Et quonā modo inq̄s fieri
poteſt: aliq̄d nūc q̄dē bonū: nūc vero nō bonū? Ego
vero ecōtrario aſſero. Quonā enī modo nō eſt ⁊ bo-
nū aliquid/idemqꝫ nō bonū cum id eſſe clamet quic
quid in rebꝰ eſt/⁊ educationes videlicet/⁊ artes/et
fructus/⁊ cetera. Primū itaqꝫ in noſtra iſtud ꝑpen
de natura: portari enim in humeris hominū in p̄ma
etate bonū eſt: poſtea miſerrimū: immēſis vti cibis
inter principia vite bonū eſt: poſtea vero abhomina
tionis/horroriſqꝫ pleniſſimū. Lacte nutriri/atqꝫ ad
mamillarū alimēta cōfugere: in initio q̄dē vtile/ac
ſalutare eſt: poſtea vero ꝑnitioſum ꝓrſus/ac noxiū.
Uides queādmodū eadē ipſe res ſecundū tempora
nunc bone: nūc vero cōtrarij eſſe generis appareāt.
Nam ⁊ veſtē nō indui ꝑuulo quidē honeſtū eſt: viro
aūt pudendū. Viſne etiam e diuerſo diſcere: queād-
modū puero apta nō ſint ea que viro ſūt? Da puero
veſtem virilē/⁊ plurimꝰ oīno riſus ſequit̄/maiuſqꝫ
erit incedentis ꝑiculū: ⁊ ſepe huc/illucqꝫ nutantis.
Da illi negocia curare ciuilia/⁊ vel mercari/vl̄ ſere
re/ac metere: ⁊ erit rurſus grāde ridiculū Et q̄d ego
iſto cōmemoro: quādo homicidiū q̄ꝫ ipſm qd̄ a diabo
lo inuentū eſſe manifeſtū eſt: oportune aliquādo fa-
ctū: cū qui id oꝑatus eſt: phinees ſcꝫ maxime fecit ſa-
cerdotij honore decorari? Quod aūt homicidiū dia
boli opꝰ ſit audi in euāgelio docentē xp̄m: Uos opꝰ
patris veſtri vultis facere: ille homicida erat a p̄nci
pio/⁊ ab initio. Sed tñ occidit phinees hoīem/⁊ re
putatū eſt ei ad iuſticiā. Abraā vero nō homicida ſo-
lū verūetiā parricida: qd̄ certe eſt grauiꝰ effectu: ma
gis deo/magiſqꝫ cōplacuit. Sed ⁊ petrꝰ geminū fe-
cit homicidiū: fuit tñ opꝰ ſpūale qd̄ factū eſt. Nō ſo-
la igit̄ reſpiciamꝰ opera: ſed tēpꝰ ⁊ cauſā/⁊ volunta
tē/⁊ ꝑſonarū differentiā/⁊ quātacūqꝫ alia ipſis ope-
ribꝰ acciderint: diligētiſſime requiramꝰ: nō enim
poſſumꝰ ad v̄itatē aliter ꝑuenire. Studeamꝰ igit̄ ſi
celorū regnū cōſequi volumus/ſupra vetera facere
p̄cepta: quaſi vtiqꝫ aliter illud nequeamꝰ accipere.
Nam ſi ad menſurā tantūmō veterū ꝑuenimꝰ: inue
niemur extra illiꝰ domicilij ſtare veſtibulū. Niſi enī
abundauerit inquit iuſticia veſtra pluſq̄ ſcribarū/⁊
phariſeorū: nō īntrabitꝭ in regnū celorū. Cūqꝫ nob cō-
minatio ſit tāta ꝓpoſita: ſunt tñ aliqui qui nō modo
non ſupergrediant̄ illam iuſticiam: ſed nimis etiam
infra ipſam iaceāt. Nō ſolū enim iurare nō fugiūt:

veruetiam peierare nō metuunt. Non modo impudicum aſpectū minime deuitant: veruetiam in turpiſſimā illam incidūt actionē/ omniaqꝫ alia que vetant̄/ audent abſqꝫ cunctatione cōmittere: vnū expectantes illum diem profecto penarum/ ⁊ quādo pro delictis ſuis ſupplicia extrema perſoluantur: qđ eſt eoꝝ certe ꝓpriū: qui vitam iſtā in vitijs terminarūt/ illos enī ꝓrſus deſpare iam cōuenit/ nihilqꝫ in reliquū expectare niſi penā. Qui vero in iſta adhuc luce verſant̄/ ⁊ pugnare poſſūt/ ⁊ vincere/ atqꝫ ad coronā facile ꝑuenire. Noli ergo o hō in ocium reclinari: nec diſſoluas bonā animi volūtatē: neqꝫ enī que operant̄ oneroſa ſunt. Qui tandē qſo te laborē fugere iuramentū? Nūquid pecuniaꝝ id parat̄ impenſa? Nunquid erūnis/ ac ſudore pficit̄? tantūmō velle ſufficit/ ⁊ totum qđ iubet̄ impletū eſt. Quod ſi mihi conſuetudinē tuam opponis vt legem: ꝑ hanc ipam te admoneo q̄ꝫ ſit facilis iſta correctio. Si enī in aliā cōſuetudinē ex alia te cōuerteris: hoc qđ tibi difficile videt̄/ effeceris. Cōſidera igitur queādmodū gentiliū aliqui quarundā ſyllabarū nō bene exprimentes ſonū: offendentē ſepe linguā longa meditatione limauerint: qui humeꝝ quoqꝫ indecent̄ mouentes gladio ſuꝑne ſuſpenſo/ iugulumqꝫ ipm ſepe tangentes: conſuetudinē timore vicerūt. Qui enim ſcripturis ſacris nō acquieſcitis: ſeculariū vos admonere cogor exēplis: quod etiā deꝰ ꝓpter iudeos fecit. Abite inqt in inſulas cethim ⁊ in cedar mittite ⁊ cōſiderate ſi mutauit gens deos ſuos/ ⁊ certe ipſi nō ſunt dij. Ad irrationalia quoqꝫ animalia hoīes ſepe tranſmittit/ ac dicit: Uade ad formicā o piger/ ⁊ emulare vias eius: ⁊ vade ad apē/ ⁊ diſce q̄ꝫ operatrix ſit. Tale igitur aliquid/ ⁊ ego nunc vobis loquor: ſaltē philoſophos cōſiderate gentiliū/ ⁊ tunc ꝓfecto diſcetis quāto ſimus digni ſupplicio: qui diuine legis p̄cepta cōtemnimus: quādo quidē inueniunt̄ illi ꝓpter humanā hanc honeſtatē innumera feciſſe: nos vero nec ꝓpter celoꝝ quidē tale regnum ſtudiū comodamꝰ. Quod ſi etiam poſt iſta dixeris magnā vim eſſe cōſuetudinis/ ⁊ que nobis poſſit cōtra ꝓpoſitum noſtrū multa furari/ et ipſe conſentio. Sed cū hoc nihilominꝰ etiam illud adiungo: quia ſicut ad vitandū ꝯſuetudo eſt violenta: ita fit potēs ad corrigendū. Si enim multos tibi volueris domi p̄ficere: cuſtodes ⁊ ſeruos ſcilicet ⁊ amicos: compulſus/ atqꝫ exactus a cūctis a vitioſa illa cōſuetudine facile diſcedes. Et ſi quadraginta ſaltem diebus hac te meditatione firmaueris: nequaq̄ꝫ ad ſimilē laborē alterius vltra tēpis indigebis: ſed tutiſſime repoſitum in te manebit: qđ ſtudendo queſiueris. Et quidē multa optime iſtius cōſuetudinis firmitate fundatū. Cum igit̄ iſtud corrigere temptaueris/ ⁊ ſi ſemel: ⁊ ſi iterū legem cōſuetudine fueris fallente trāſgreſſus: ſed ⁊ ſi tertio: ⁊ ſi vicies: ne tūc quidē oīno deſpes: ſed rurſum reſurge/ atqꝫ idipm ſtudiū ſollicitius apprehende/ ⁊ abſqꝫ vlla prorſus ambiguitate ſuperabis. Non enī leue quippiā malum putes eſſe periuriū. Nam ſi iurare a malo eſt: iam peierare ipm quantū opinaris eſſe ſuppliciū? Nempe oīa dicta laudaſtis: ſed nequaq̄ꝫ ego plauſum requiro: nec fauentiū ſonos: ⁊ vocum tumultus. Unum eſt omnino qđ cupio/ vt omni cum diſciplina ſcilicet: ⁊ quiete audiatis que dicimus/ eademqꝫ faciatis: hic eſt mihi maximus plauſus: iſta pergrata p̄conia. Sin vero dicta laudes: nec ſtudeas facere que laudas/ et tibi magis acquiritur ſine ambiguitate ſuppliciū/ ⁊ mihi cōfuſio/ ac manifeſta ꝓrſus irriſio. Neqꝫ enī theatrū eſt iſte cōuentꝰ: nec ad ſpectandū hic tragedū ſedetis: vt tantummodo verba laudetis. Magiſteriū hic eſt abſqꝫ dubio ſpiritale: ꝓpter qđ illud vnū ſtudendū eſt: vt q̄ dicunt̄ opere cōpleatis/ ⁊ obediētia teſte mōſtretis: tūc enī acceptiſſima omnia cōfitebor: que nunc etiā deſperare compellor. Nam cū ⁊ priuatim plurimos veſtrū admonere nō ceſſem/ ⁊ rurſus vobis in cōmune diſſerere: nihil tamē cerno plus fieri: ſed prima vos adhuc elemēta meditari: quod certe maximā poteſt docenti inferre deſidiā. Uide igit̄ ⁊ paulū: ꝓpterea erubeſcentē: quia auditores eiꝰ plurimū immorabant̄ p̄oribus diſciplinis. Nam cū deberetis (inquit) magiſtri eſſe ꝓpter tēpus: rurſus indigetis vt vos doceā: que ſunt elementa exordij ſermonis dei. Propterea nos quoqꝫ lamentamur/ ⁊ plangimꝰ: ⁊ ſi viderimus vos in eiſdē manentes: etiā interdicemus oīno vobis ſacri iſtius ingreſſionē veſtibuli: ⁊ celeſtis participationē myſterij: ſicut etiā fornicatoribꝫ/ ⁊ adulteris: ⁊ his qui de homicidijs arguunt̄. Melius nāqꝫ eſt cū duobꝰ/ ac tribꝰ diuine legis p̄cepta ſeruantibꝰ orationes deo offerre ſolitas: q̄ꝫ inique agentiū/ ceteroſqꝫ perdentiū multitudinē cōgregare. Nullus aduerſum me hoc loco potens: nullꝰ diues inflectur: nec ſuperbū attrahat ſupercilīū: cūcta enī apud me iſta/ vel fabula vident̄/ vel vmbra/ vl̄ ſomniū. Nemo quippe mihi ex his qui locupletes habent̄: ibi cum accuſatus fuero patrocinabit̄: cum mihi pro crimine fuerit: dei a me lex nō cū omni vehementia/ conſtantiaqꝫ defenſa. Hoc enim hoc inq̄ꝫ etiā illū quondā admirabilē perdidit ſacerdotē: cuiꝰ cum vita eſſet irrep̄hēſibilis: tamē quia filios calcantes dei legem/ nō cum ſeueritate corripuit: cum illis etiam iure punitus eſt. Si vero ille quoqꝫ cui certe neceſſitudinis vinculum/ ⁊ tyrannis repugnabat tanta nature: nō tamen cum ſeueritate propria congrua filijs ſuis ſeueriſſimā vſus exactus eſt vltionē: quā nos veniam habere poterimus: qui cum ſimus tyrannide illa liberi: omnia tamen adulatione corrumpimus. Ne igitur voſqꝫ/ ac nos vna perire faciatis: obedite obſecro cōmonenti/ et mille vobis conſtituentes redargutores/ ⁊ iudices: conſuetudinem fugite iurādi/ vt cepto itinere pergentes: poſt hanc aliam quoqꝫ perficiatis omni cum facilitate virtutē: ⁊ ita bonis potiamur futuris: que omnes nos cōtingat adipiſci gratia ⁊ miſericordia domini noſtri ieſu chriſti: cui gloria ⁊ imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia. xviij. Ex capitulo quinto.

a Udiſtis: q2 dictū eſt: Oculū pro oculo: ⁊ dentē pro dente Ego autem dico vobis nō reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam: prebe ei ⁊ alteram. Et volenti tecum in iudicio contendere: ⁊ tunicam tuā tollere: dimitte ei et pallium.



Uides nēpe nō eū de oculo dixiſſe: cū nos ſcandalizantē oculū iubet eijcere: ſed eū ꝓculdubio qui nobis ꝑ familiaritatē noceret/ noſqꝫ in baratrū ꝑditionis impelleret. Qui enī ad tantū hic cacumē beniuolētie ꝓuocauerat: vt nec eiꝰ quidē oculū eijci ſineret qui effodiſſet alteriꝰ: quonā pacto aliquē ꝓpriū ſibi oculū iuberet eruere. Si vero veterē legē aliqs accuſat: ꝙ talē videlicet exigi p̄ceperit vltionē valde mihi videt̄ hmōi ab illiꝰ ꝯſideratiōe ſapiētie (que latorē legis decet) deficere. Satis ēꝫ hic ⁊ vim temporꝫ/ ⁊ vtilitatē cōdeſcenſiōis ignorat. Si enī ſatis diligēter inſpexeris: qui nā illi legis fuerint auditores/ ⁊ in qua ꝯuerſatiōe degētes: ⁊ quādo hec p̄cepta ſuſceperint: facile intelliges/ maximeqꝫ miraberis legiſlatoris ſapientiā certiſſime ꝑſpicies ꝙ vnꝰ atqꝫ idē ſit q̄ ⁊ illa tūc: ⁊ poſtea iſta p̄cepit/ et vtrāqꝫ vtiliſſime ſcripſerit/ atqꝫ ad diuerſū tēpꝰ aptiſſime. Et enī ſi īter ipa principia doctrine: ſublimia hec/ atqꝫ eminētia p̄cepta poſuiſſet: neqꝫ iſta neqꝫ illa ēt/ forſitan recepiſſent. Nūc vero oportuno in tēpe duo hec diuerſa diſponēs: totū ꝓrſus orbē ex vtroqꝫ correxit. Aliter vero p̄cepit iſtud/ non vt mutuo nobis oculos eruamꝰ: ſꝫ vt potiꝰ innocētes manꝰ ꝯtineamus. Siquidē cōminatiōe tali impetū frenauit iniurie/ ſicqꝫ paulatim maximā philoſophiā ſeminauit: dum interim iubet leſum equali ſupplicio iudicari: cum certe maiori pena ille dignꝰ ſit: a quo hec iniquitas cepit exordiū. Hoc enim ratio equalitatis efflagitat. Sed quia miſerationē quoqꝫ voluit admiſcere iuſticie: eum qui magis ꝓfecto deliquit/ minori punit ſupplicio q̄ꝫ meret̄: docēs videlicet vt patientie virtutē etiam ꝑ mēbroꝝ damna ſeruemꝰ. Cum igitur de p̄ore iam lege dixiſſet/ omniaqꝫ fere eius precepta numeraſſet: rurſus oſtendit nequaq̄ꝫ illū eſſe fratrē qui ea operatus eſt: ſed malignū. Et icirco intulit. (Ego aūt dico vobis nō reſiſtere malo). Nō dixit nō reſiſtere fratri: ſed ait malo: oſtēdēs qđ illo vtiqꝫ inſtigāte talia ꝑpetrent̄. Per quod certe plurimū de ira leſi erga eū qui leſit relaxat/ ⁊ imminuit indignationē dolentis: dum quaſi in alium trāſfert cauſam doloris. Quid igit̄ nō oportet nos reſiſtere malo? Oportet quidē ſed nō hoc tamē modo: verum eo quo ipe p̄cepit/ vt ſcilicet ad patiēdas nos iniurias p̄beamus: ſic enim illū profecto ſuperabimus. Nec enim aliquādo ignis igne: ſed aqua vtiqꝫ ignis extinguit̄. Ut aūt diſcas: ꝙ etiā in veteri lege patiendo quiſqꝫ ſuperaret: ⁊ tunc quoqꝫ hic eſt dignus corona: idipm diligenter expende: ⁊ videbis multo iſtum virtutis honore cōſpicuū. Nam ille qui prior noxias manus intulit ipe vtrumqꝫ/ ⁊ fratris videlicet: ⁊ ſuū effodit oculū: ꝓpter qđ iure omnibꝰ odioſus eſt. At vero leſus etiam cum ſe talione vltus eſt: nihil tn̄ fecit īmaniter: et icirco iſte plurimos inuenit cōdolētes: vtpote mūdus ab hoc delicto etiā cum exegerit vltionē. Nam calamitas quidē in vtroqꝫ exiſtit equalis: ſꝫ diſpar eſt meritū: ⁊ apud deum profecto/ ⁊ apud homīes: et ideo iam nec ipſa calamitas equalis eſt. Sufficiēter vero dixerat: quoniam qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa: et qui fatuū vocat/ reus erit gehenne. Hic vero etiam maiorem exigit philoſophiam: non modo quieſcere percuſſum iubens: ſed ecōtrario etiam honorare cedentem/ aliamqꝫ illi maxillā parare. Hoc aūt dicit nō ad hanc vnam tantūmodo iniuriā imperans patientiā: ſed in omnibꝰ quoqꝫ alijs ad iſtius nos exercitationē virtutis erudiens. Sicut enim cum dicit: qui fratrē ſuū fatuū vocat reus erit gehenne: nō de ſola iſtud pronunciat illiꝰ ſermonis iniuria: ſed de omni profecto maledicto: ita hic quoqꝫ nō vt tātummodo palmis ceſi fortiter feramus iubet: ſed vt quodcūqꝫ illud nobis fuerit illatū: abſqꝫ vlla ꝯturbatione patiamur. Propterea ibi extremā elegit iniuriā: ⁊ hic faciei verberationē locauit: qđ certe maxime exprobrabile: ⁊ precipue eſſe iniurioſum ſolet. Cum aūt de illo qui ꝑcutitur/ diſſerat: pone etiam ꝓ percutiēte p̄ceptum: quādo enim ille qui patitur iniuriam: nihil ſe graue exiſtimat ſuſtinere. Siquidem ad philoſophandū paratus quodammodo: ne ſenſum quidē ipm experitur iniurie. Certat enim potius ille qui ceditur: tunc ꝓculdubio ꝑcuſſor pudore ſuffunditur: nec iam ictū infert ſecundū: etiam ſi omni prorſus fera exiſtat immanior: immo plurimū ſe etiam de priore culpabit. Nihil enī ita ledentes cohercet: vt patientia/ modeſtiaqꝫ leſorū: nec ſecuturū modo cohercet impetū: ſed de p̄cedente exigit penitentiā/ cogitqꝫ cedentē: vt a ꝑcuſſo cum modeſtie illius admiratiōe diſcedat. Quinimo ⁊ familiares facit: nec ſolū amicos de inimicis: ſꝫ ſepe etiā famulos. Sicut ecōtrario vltōis exactio vtrūqꝫ cōfundit/ ac deteriorē facit/ ⁊ iram ad maius inflammat incendiū: ad mortē quoqꝫ ipam ꝑuenit malū/ in vlteriora ꝓgrediēs. Propterea eū qui palmis ceditur: nō modo ꝓhibuit iraſci: ſed etiam ꝑcutientis irā exſaciare p̄cepit: vt ne primā quidē iniuriā ſuſtinuiſſe videret̄ inuitꝰ. Hoc enī inqt mō etiā impudētiſſimū plaga certiore ꝑcuties: q̄ꝫ ſi cū ferires manu Et non ſolū tibi eū tolerabiliorē facis: veruetiā ſibi modeſtiorē. (Et q̄ vult inqt tunicā tuā tollere: ⁊ iudicio cōtēdere: dimitte ei ⁊ palliū). Neqꝫ enī tantūmō in plagis verumetiā in pecunijs/ rebuſqꝫ diuerſis: nos vult p̄ſtare patiētiā: etiā icirco rurſus ſimilem virtutis cumulū poſuit. Sicut enī ceſum iubet patiēdo ſuꝑare: ita eū q̄ ſpoliat̄: p̄cipit etiā plura dimittere q̄ꝫ raptor petebat: ⁊ tn̄ nō ſimplicit̄ idipm: ſed cū additamento poſuit. Neqꝫ enī dixit da obuio veſtimentū ſꝫ ei q̄ vult tecū iudicio cōtēdere. i. ſi te ad iudiciū ꝓpter tunicā trahat/ ac negociū tibi/ moleſtiamqꝫ cōmoueat. Queādmodū aūt primo q̄dē fatuū fratrē vocare/ ac ſine cā te ꝓhibuit iraſci: ꝓgrediens vero plus aliq̄d exegit: qn̄ q̄dē: iuſſit etiā dexterā te maxillā parare: ita hic ēꝫ cū dixiſſet: eſto cōſentiens aduerſario tuo: rurſus extendit īperiū. Nō ſolū enī illa q̄ auferre vult dari p̄cipit: ſꝫ maiorē etiā virtutē liberalitatis oñdit. Quid igit̄ nudū circuire me iubes? Nūq̄ꝫ eſſemꝰ oīno nudi: ſi his p̄ceptꝭ diligēter/ ⁊ ꝑ oīa crederemꝰ/ ſꝫ cūctis ꝓfecto oībꝫ bonis cultu abūdantiori circūdati. Nā p̄mo q̄dē in talē forſitan nullꝰ irrueret/ deinde etiā ſi eēt aliqs tā ferox/ tanqꝫ īmitis/ vt eo vſqꝫ immanitate ꝓcederet/ mlꝰto tn̄ plures rep̄irent̄ q̄ ita philoſophantem/ nō veſtibꝰ ſolū/ ſꝫ ſi fieri poſſet/ ipis ēꝫ corꝑibꝰ tegere certarēt. Qđ ſi neceſſe eſſet ob philoſophiam nudum rurſus incedere/ nec ſic quidem eſſet pudendū/ quia et adam nudus erat in paradiſo/ nec erubeſcebat tamē. Et eſaias nudus ⁊ diſcalciatus ſed/ omībus iudeis longe honeſtior incedebat/ ⁊ clarior. Et ioſeph qn̄ nudatꝰ eſt/ tunc potiꝰ effulſit. Non enim hoc modo nudari malū eſt/ ſed ita vt vos indui ſcꝫ p̄cioſis veſtibꝫ/ hoc

ꝟo turpe/hoc oīno ridiculū eſt: ꝓpterea illos quidē
laudauit deus: hos vero ⁊ ꝑ ꝓphetas: ⁊ ꝑ apl'os ſe-
pe culpauit. Ne igiť impoſſibilia putemꝰ eſſe prece-
pta: que certa ⁊ vtilia nobis ſunt/⁊ valde facilia: ſi
tota vtiqꝫ mēte vigilemꝰ: tantūqꝫ in ſe lucri cōtinēt:
vt nō ſolū nobis/ſed ipis q̄ʒ ledentib⁹ maxime pro-
ſint. Et hoc eſt eoꝝ oīno p̄cipuū: ꝙ hoc ipo quo nos
iubent patiēter iniurias ſuſtinere: eos q̄ʒ faciūt/do
centqꝫ philoſophari. Cum enī ille quidē rapere alie
na feſtinat: tu vero ei oſtendas: qm̄ id tibi dare leue
ſit/ac minime moleſtū: illius quoqꝫ pauperiē copia
tue liberalitatis exſatias. Perpende quāta doctri-
ne vbertate potiať: qui ad malitie cōtēptū/ſtudiū-
qꝫ virtutis: nō iam vtiqꝫ ſmonibꝰ/ſed factis aiať.
Nō enim nobis ipis tantūmodo vtiles nos eē vult
deꝰ: verū etiā ceteris. Si igitur dederis/et forenſe
certamē effugerſ: tuū tantūmodo comodū reqſiſti.
Si vero aliud addideris: illū quoqꝫ meliorē ꝑ te fa
ctū remittes. Tale eſt quippe ſal/qđ certe dn̄s vult
eſſe diſcipulos: qđ vtiqꝫ/et ſeipm̄ ſeruat: et ea q̄bus
ꝯſeruandis fuerit admotū: talis eſt oculus/nam ⁊
ſibi lucet/⁊ ceteris mēbris. Quia igiť huiꝰ te voluit
vicē tenere: ſedentē in tenebris illumina: docens ne
illud quidē qđ prius ꝯcupiuerat/rapuiſſe violenť:
ꝑſuade illi/quia te oīno nihil leſerit. Hoc enī modo
eris apđ eum ipe reuerendꝰ: ſi ſcilicet donaſſe te nō
amiſiſſe mōſtraueris. Modeſtie igiť ꝟtute pollēs:
fac đ cupiditate illiꝰ liberalitatē tuā. Si vero ſatis
eſſe hoc magnū putas/pauliſper expecta/⁊ liquido
cognoſces: nondū te ad ꝑfectionē veniſſe mandati.
Neqꝫ enī qui patientie leges poſuit: hic ſtetiſſe cōtē-
tus eſt: ſed ꝓcedit/ac dicit: (Siquis te angariaue-
rit mille paſſus: vade cum illo alia duo). Vidiſti nē
pe cumulū ſapientie: poſt ꝯceſſam tunicā palliumqꝫ
dimiſſum etiā ſi nudo inquit corꝑe tuo ad iniurias/
ac labores vti inimicus; velit: ne ſic q̄dē illū oportet
vetari. Vult enim oīa nos poſſidere cōmuniť: ⁊ pe-
cunias videlicet ⁊ corpora/nō cum indigentibꝰ ſo-
lum verūetiā cum iniuriā facientib⁹. Vnū enim mi
ſericordie eſt: alteꝝ vero patiētie: ⁊ iccirco dixit: Si
q̄s te angariauerit mille paſſus: vade cum eo alia
duo: ad priorē vtiqꝫ adducens te virtutē: eandēqꝫ li
beralitatē ſeruare p̄cipiēs. Nam ſi ea que inter ini-
tia precepit: cum multo certe ſint minora: tantas tn̄
beatitudines habēt: ꝑpende quinam illos expectat
ſtatus/qui iſta ꝑfecerint: quales etiā efficianť ante
illā gloriā p̄mioꝝ: qui in paſſibili ꝓfecto corꝑe: qua
dā (vt ita dixerim) impaſſibilitate potiunť. Quādo
enī neqꝫ iniurijs/neqꝫ plagis/neqꝫ rerū direptione
mordenť/neqꝫ alij cuiqꝫ moleſtie cedunt: verū econ-
trario/et ad tolerandū fortiores fiunt: et ad dandū
paratiores: ꝯſidera quāta illoꝝ animꝰ cumuleť vir
tute in paſſionibus certe ipis. Propterea qđ in pla
gis/quodqꝫ in pecunijs iubet: idipm̄ q̄ʒ fieri p̄cepit
⁊ in laboribꝰ. Quid īquit iniurias ac pecunias lo-
quor: Etiam ſi ipſo corꝑe tuo ad laborē atqꝫ dolorē
vti quis velit: ⁊ hoc inique tn̄: rurſus exſuꝑa/⁊ illi-
us iniuſticiā virtute trāſcende. Angariare vero eſt:
inique aliquē trahere: ⁊ abſqꝫ vlla oīno ratione op-
primēdo ſcʒ atqꝫ ledendo: ſed tn̄ ad hoc q̄ʒ ita eſſe de
bes: paratus: vt amplius pati velis; q̄ʒ ille optat in
ferre. (Petēti te da: ⁊ volentē a te mutuari/ne auer
ſeris). Hec ſuperiꝰ dictis minora ſunt: ſʒ nihil oīno
mireris. Hoc enim ſemꝑ fere facere cōſueuit: vt ma
ioribus minora ꝑmiſceat. Si vero hec illoꝝ cōpara
tione inueniunť exigua: audiāt illi qui aliena diripi
unt: vel qui ꝓpria meretricibꝰ largiunť: duplicē ſibi
accendentes ignem: ⁊ de iniquis certe fructibus: ⁊
de ꝑnitioſis ſumptibꝰ puniēdi. Hic vero mutuū nō
vſurarū illud fenus appellat: ſed ſimplex bn̄ficium
comodandi. Alibi vero idipm̄ manifeſtiꝰ explicauit
illis/dicēs eſſe tribuendū/a quibus nihil nos rece-
pturos putemus. (Audiſtis quia dictū eſt: Diliges
ꝓximū tuū: ⁊ odies inimicū tuū. Ego aūt dico vob
Diligite inimicos veſtros: ⁊ orate ꝓ calūniantibꝰ ⁊
ꝑſequētib⁹ vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in celis
eſt: qui ſolē ſuū oriri facit ſuꝑ bonos ⁊ malos: ⁊ plu
it ſuꝑ iuſtos ⁊ iniuſtos). Perſpice obſecro quemad-
modū vltimā poſuit coronā bonoꝝ. Propterea qui
dē docet nō modo ceſum palmis ferre patiēter: aliā-
qꝫ etiā maxillā parare: ⁊ auferenti tunicā etiā palliū
cōcedere: ſʒ ⁊ mille angarianti paſſus: ꝑ duo quoqꝫ
alia p̄bere comitatū: vt qđ his maius erat cū omni
facilitate ſuſciperes. Et quidnam inquis his maiꝰ
eſt: Videlicet iſta facientē nulli eſſe ꝓrſus inimicū:
imo qđ potiꝰ eſt/atqꝫ ꝑfectiꝰ/etiā illius a quo lediť
amicū. Nō enim dixit nō oderitis: ſʒ diligite inquit
Nec ait: nolite nocere: ſʒ benefacite: quod ſi aliquis
diligēter examinet: horū q̄ʒ ipoꝝ aliud: ⁊ multo his
maius additamētū videbit. Neqꝫ enī vt cūqꝫ inimi-
cos amari docuit: ſed ꝓ inimicis etiā ſupplicari. Vi
diſti nempe quātis ad ꝑfectionē gradibꝰ aſcenderit:
⁊ quēadmodū nos ad ipm̄ virtutis cacumen eduxe
rit: a ſuꝑiorib⁹ igiť ad inferiora numerando deſcen-
de. Primus gradꝰ eſt: nequaq̄ʒ priorē ad ledēdum
venire. Secundus/vt nō ampliꝰ referat: q̄ʒ qđ a le
dente ſuſtinuit. Tertius/ne leſus faciat illa q̄ paſ-
ſus eſt/ſed quieſcat. Quartus/vt etiā p̄beat ſeipm̄
ad iniuriā ſuſtinendā. Quintus/vt etiā ad maiora
ſe p̄beat: q̄ʒ vult ille qui fecit. Sextus/nō odiſſe a q̄
iſta perpetiť. Septimꝰ/etiā diligere ledentē. Octa
uus/beneficijs quoqꝫ eū libenter afficere. Nonus/
etiā deū ꝓ aduerſario deprecari. Perſpexiſti celſitu
dinē philoſophie: et iccirco tā claro eſt digna p̄mio:
quia tam magno eſt ſubiecta p̄cepto: quodqꝫ ingen
tē ſemꝑ animā: ⁊ ſtudiū oīno multū requirat. Nam
⁊ premiū illi tale proponit quale priorū oīno nulli.
Neqꝫ enī terre hic meminit: ſicut in mitibꝰ: nec cōſo
lationis/ac miſeratiōis: ſicut in lugentibꝰ/atqꝫ mi-
ſerentibꝰ. Neqꝫ regnū celoꝝ memorat: ſicut in pau-
peribꝰ ſpū ꝑſecutionēqꝫ patientibꝰ: ſed qđ his erat
longeqꝫ ſublimiꝰ: vt ſcʒ fierent ſimiles dei: ꝓut tn̄
hoībus/id eſſet poſſibile: vt ſitis/inquit ſimiles pa
tris veſtri/qui in celis eſt. Tu vero diligēter nota:
quēadmodū/neqꝫ hic/neqꝫ in ſuꝑioribꝰ/patrē ſuū
vocet. Nam ibi quidē/vbi de iuramentis agit: deū
appellat/magnūqꝫ regem: hic vero eoꝝ patrē voca
uit. Id aūt facit/vt ſermonē: de hoc oportuniꝰ in tē
pus reſeruet. Deinde ipam quoqꝫ ſimilitudinē ꝓfe-
rens: qui (inquit) ſolem ſuum oriri facit ſuꝑ bonos
⁊ malos: ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. Nam ⁊ ipe
quoqꝫ/nō modo/nō odit (inquit) ꝯtemptores ſuos:
verūetiā beneficijs munerat. Et certe neq̄q̄ʒ eſt eq̄le
peccatū: nō modo ꝓpter cumulū beneficij: verūetiā
ꝓpter eminentiā dignitatis. Tu enī a cōſeruo nō pa
teris iniuriā/ille vero a ſeruo: ⁊ quidē mille benefi-
cijs affecto. Et tu quidē verba donas/ꝓ illo videli-
cet ſupplicādo: deus vero res ipas ſatis magnas/



ſatiſqꝫ mirificas: quottidie ſolē reducēs: ⁊ oportu-
nas ꝑ totū annū pluuias ſubminiſtrās. Sed tamē
cōcedo ita eſſe te illi ꝓrſus equalē: vt hoīem homini
eſſe poſſibile eſt. Noli igiť odiſſe malū tibi hic aliqđ
inferentē: ſed magis ama/quaſi multoꝝ tibi cōſilia-
torē bonoꝝ: teqꝫ ad ampliſſimū honorē ledēdo du-
centē: alioquin ⁊ dolorē paſſus es: ⁊ futura merce-
de nudatus. Quod certe extreme oīno demētie eſt:
vt aliqui cū maiora prepeſſi ſint neq̄q̄ʒ minora ſuſti
neāt. Et quēadmodū iquies fieri iſta poſſibile eſt:
Vidiſti deū hominē fieri: ⁊ euſqꝫ ꝓ tua deſcendēte
ſalute: tantaqꝫ ꝓpter te eſſe perpeſſum: ⁊ adhuc inq̄-
ris/⁊ dubitas quemadmodū poſſibile ſit iniurias
donare ꝯſeruis: Nō audiſti eum in patibulo dicen
tē: Pater dimitte eis: nō enī ſciūt quid faciūt. Nō
audiſti paulū dicentē: Chriſtus ieſus qui mortuus
eſt: qui ⁊ reſurrexit: qui ⁊ ſedet ad dexterā dei: qui
etiā interpellat ꝓ nobis: Nō vides q̄: ⁊ poſt crucē:
⁊ poſt reſurrectionē iudeis īterfectoribꝰ ſuos apl'os
miſerit: bona illis innumera portātes: ſʒ ab eis ma
la innūera paſſuros: At tu plurimū oīno leſus es:
Verū quid tandē tale perpeſſus es: quale tuꝰ imo
omniū dn̄s: vinctus loris: verberatꝰ flagellis: pal
mis ora temeratꝰ: cōſputus a ſeruis: ad mortē vſqꝫ
deductꝰ: ⁊ mortē omni mortis genere peiorē: ⁊ hoc
poſtq̄ʒ bn̄ficia eis mille cōtulerat. Sin aūt oīno ni-
mis leſus es: iccirco nihilominꝰ beneficiū refer no-
centi: vt ⁊ tibi facias maiorē coronā: et fratrē ꝑiculo
grauiſſimi languoris abſoluas. Nā ⁊ medici quan
do iniurijs ⁊ calcibus ceduntur furentū: tunc illoꝝ
magis/magiſqꝫ miſerentur: cum maxime ad reddē-
dā illis ſanitatē paranť: ſcientes ꝙ ſupremꝰ ſit egri-
tudinis cumulus iniuria. Et tu igitur de inimicis
eandē teneto ſententiā: ſicqꝫ vtere tibi iniuriari cupi
entibꝰ. Illi nāqꝫ ſunt maxime egroti: omnēqꝫ vio-
lentiā ſuſtinētes. Libera te igitur a peſſima leſiōe/
et tumeſcentē in te irā remitte. Libera te a ſeuiſſimo
demone/ꝓprie ſcilicet mentis furore. Nam ⁊ cū ali-
quos a demone/actos videmꝰ: ſepe lachrymamur:
non aūt agimus vt ipi quoqꝫ eadem illa patiamur.
Hoc igitur etiam in eorū: quos diximꝰ ratione ſer-
uemus. Illorum enim ſunt ſimiles iracūdi: immo
illis longe miſeriores: qui vtiqꝫ ſcienter inſaniunt.
Propter quod ⁊ inueniabilis eſt eoꝝ iſta demētia.
Noli igiť opprimere iacentē: q̄nimmo miſere. Ete-
nī ſi videamꝰ aliquē horribiliter vexatū: ⁊ vertigi-
nis ſue tenebris obtectū: quiqꝫ etiā malignū illū hu
morē vrgeať euomere: porrigimꝰ manū ⁊ ſupporta
mus huc/illucqꝫ iactatū. Et ſi veſtimēta ille noſtra
polluat/nō aduerſamur: neqꝫ abijcimus egrotū: ſʒ
illud tm̄mō vnū req̄rimus: quēadmodū a tam grā
di/hac eum anguſtia liberemus. Hoc igitur etiā er
ga iſtos faciamꝰ: vt ⁊ ſupportemꝰ vomētes/⁊ cōfo-
ueamus egros: nec eos vſpiā reliquamꝰ p̄uſq̄ʒ totā
ꝓrſus amaritudinē ponant: ⁊ tūc tibi gratiā qui ta-
lis fuerit exſoluet. Qn̄ enī eiuſmodi eger a paſſione
req̄euerit: tunc liq̄do cognoſcet/a q̄nta illū cōturba
tiōe ſanaueris: ⁊ q̄d dico ab illo tibi grām referēdā:
Deus te illico coronabit/⁊ inumeris remunerabit
bonis: q̄ fratrē tuū grauiſſima egritudine liberaſti
ſed etiā ille te honorabit: vt dn̄m/modeſtiā tuam ꝑ
cuncta miratus. Nōne vides parientes feminas:
quēadmodū aſſiſtētes ſibi ſepe cōmordeant: ⁊ tamē
ille minime dolent: imo dolent quidē/ſed ipm̄ dolo
rem fortiter ferūt/ac dolētibꝰ/⁊ partꝰ vexatione cō
ſciſſis/maxime cōdolent. Haꝝ igiť etiā meminerſ/
⁊ noli eſſe feminis mollior. Cū enī mulieres iſte q̄p-
pe ꝑtulerint: ſi pepererint hm̄oi mulieribꝰ de impa-
tientia fluxibilior nō es: tūc te viꝝ eſſe cognoſcent.
Sin aūt videnť grauia p̄cepta/cōſidera q̄ ideo ad-
uenerit xp̄s: vt hec in noſtris mētibꝰ ſereret: ⁊ vtilia
nō amicis mō: verūetiā inimicis efficeret. Propte-
rea vtrāqꝫ hr̄e etiā curā iubet: et fratrū videlicet q̄n̄
dicit: cū aūt offers munꝰ tuū ad altare: et inimicorū
cum tibi eos diligere imperat/⁊ orare ꝓ ipis deum.
Et nō ſolū dei ad hoc hortať exēplo: verūetiā viliū
ꝑſonaꝝ. Si enī dilexeritſ/inq̄t diligētes vos: quā
mercedē habebitis: nonne ⁊ publicani hoc faciunt.
Tale q̄d dicit ⁊ paulꝰ. Nondū vſqꝫ ad ſanguinē re
ſtitiſtis aduerſus peccatū repugnātes. Si igiť hec
feceris: cum nō vtiqꝫ perſtitiſti: ſi vero neglexeris in
publicoꝝ ꝑte numeraberis. Nēpe cōſideras/quē-
admodū nō tanta ſit p̄ceptorū magnitudo/quanta
differentia ꝑſonaꝝ. Non modo igiť rem cogitemus
ipam: ꝙ ſit videlicet difficile p̄ceptum: ſed reſpicia-
mus/⁊ p̄miū/⁊ cōſideremꝰ cuiꝰ efficiamur ſimiles
implendo p̄cepta: quibꝰ etiam cōparemur peccata
faciēdo. Et fratri q̄dem recōciliari fratrē iubet: nec
ante ꝓrſus abſiſtere q̄ʒ inimicitias extinguat. Quā
do vero de omnibꝰ diſputat: nō iam huic nos neceſ-
ſitati ſubicit: ſed ea tātū que a nobis debenť efflagi
tat: hoc quoqꝫ ipo efficiens facilia p̄cepta. Quia enī
dixerat: ita ꝑſecuti ſunt ⁊ prophetas: qui fuerūt an-
te vos. Ne propter hec eos amariꝰ haberent: iubet
nō modo/vt ſuſtineant iſta facientes: verūetiā dili-
gant. Perſpicis ne igiť quēadmodū radicitus pror-
ſus euellať/⁊ iracundiā ⁊ cōcupiſcentiā: tum illam
que erga corpora eſt: tū iſtam que erga pecunias: vl
erga gloriā/vitamqꝫ p̄ſentē: Hoc aūt quāq̄ʒ ⁊ ante
iam fecerit/multo tamē nūc ampliꝰ facit. Quando
enī pauper aliq̄s fuerit/ac mitis ⁊ lugens/irā pror-
ſus excludit. Qn̄ iuſtꝰ ⁊ miſicors habendi cupidita
tem repellit: ſʒ ⁊ cū mūdo corde q̄s fuerit: obſcena ꝓ
fecto cōcupiſcētia liberať. Qui vero ꝑſecutiones pa
titur: ⁊ tolerat iniurias: ⁊ equanimiť diuerſoꝝ ob-
trectatiōe lacerať: p̄ſentia etiam iam cūcta deſpicit:
atqꝫ ab omni faſtu: ab omni gl'ie vanitate ſeiūgitur.
Cum igiť abſoluiſſet his vinculis auditorē; atqꝫ ad
varia eū certamina p̄paraſſet: aliter q̄ʒ ⁊ maiori oī-
bus diligētia/hec vitia rurſus euellit. Cū enim ab
ira fuiſſet exorſus: ⁊ vndiqꝫ neruos iſtiꝰ paſſiōis ex-
cidiſſet docēdo/atqꝫ dixiſſet: ⁊ qui iraſciť fratri ſuo:
⁊ qui racha vocat ⁊ qui fatuꝰ puniatur: et qui offert
munus: ne ad altare accedat priuſq̄ʒ inimicitiaꝝ no
dos exſoluat: ⁊ qui habet aduerſariū/anteq̄ʒ ingre-
diať ad iudicium/⁊ ex inimico faciat amicū: rurſus
ad cōcupiſcētiā regrediť ⁊ dicit: Qui viderit oculis
impudicis; ſicut adulter puniať. Qui ſcandalizať
a muliere turpi: vel ea que iuncta eſt coniugio: vel
a quolibet/qui ei per vſum familiaritatis incom-
modat: omnia hec penitus abſcindat. Qui mulie-
ri iunctꝰ eſt lege cōnubij: nūquā eam expellat: ⁊ al-
terā ducat. Per hec enim pudende cōcupiſcentie ra
dices ꝓrſus euellit. Iam vero hinc pecuniarū amo-
rem cohercens/precipit nunquā omnino iurare: nū
q̄ʒ omnino mentiri: nec tunicam qua quis induitur
aliquādo defendere: quinimo etiam pallium indul
gere rapienti/ipam quā exigitur corporis ſui operā

ſponte geminare. Quod certe pleniſſimū fecit deſideriū: quo erga pecunias ardorē extingueret. Poſt horū igit̄ variā p̄ceptoꝝ coronā inducit cōſequēter/ ⁊ dicit: Orate ꝓ calūniantibus ⁊ ꝑſequentibꝰ vos. Per qđ ſcꝫ auditorē ad ſupnū philoſophie cacumen eduxit: ſicut enī maius eſt cedi palmis: q̄ȝ eſſe mitē: vt ꝑfectꝰ eſt: cum tunicā etiam palliū ſuum cedere q̄ȝ eſſe miſericordē: vt conſtantiꝰ eſt ꝓ iuſticia paſſum aliquid ferre patiēter: q̄ȝ ipam exercere iuſticiā/ atqꝫ vt grandiꝰ eſt: vel ad operā cōprehenſam/ libenter ſequi vel maxillā alterā p̄bere ferienti: q̄ȝ eſſe pacificum: ita celſius eſt/ ꝑſequētibꝰ benedicere: q̄ȝ ipſam ꝑſequētiū moleſtiā ſuſtinere. Uides certe vt paulatim auditores ſuos ad faſtigia ꝓrſus euellet ipa celorū. Quonā igit̄ digni ſupplicio ſumus: qui cū ad ſimilitudinē dei vitā noſtrā informare iubeamur: forſitan ne gentilibus quidē inueniamur equales. Si enim diligere diligētes te publicanorū eſt/ atqꝫ gentiliū: quādo ne id quidem faciamus: cum iuſtis fratrū laudibꝰ inuidemꝰ. Que nō tormenta patiemur? Qui enī iubemur iuſticia ſupra ire phariſeos: gentilibꝰ quoqꝫ inferiores iacemꝰ. Quemadmodū igit̄ reſponde queſo videbimꝰ regnū futurū? Quēadmodū ſacrum illud merebimur adire veſtibulū: qui nec publicanis quidē ipis īuenimur meliores? Id enim ſignauit dicendo: Nōne ⁊ publicani hoc faciūt? Quod vero vel p̄cipue doctrinā eius admirabilē facit/ vbiqꝫ cum multo etiā cumulo p̄mia ponit bonoꝝ/ vt eſt deū videre/ regnū accipere celorū: ⁊ in dei filios adoptari/ ⁊ miſericordiā cōſequi/ ⁊ cōſolationē mereri: ⁊ mercedē recipe copioſam. Sic vbi vero opus eſt: etiā triſtiū mentiōe ſtrictius iſtud attingit ⁊ partiꝰ. Nam gehenne quidē nomē ſemel in tātis ſmonibus poſuit: ⁊ in alijs quibuſdā ſimili breuitate ꝑſtrictis: ſepe aūt cohortatorio magiſq̄ȝ cōminatorio ſmone vtēs/ corrigit auditorē/ dicēdo: Nōne ⁊ publicani hoc faciūt? Et ſi ſal īfatuatū fuerit/ ⁊ minimus vocabitur in regno celorū. Eſt vero vbi etiam ponit peccata pro penis/ vt ſupplicij pondus potius per ſemetipſum auditor intelligat: vt cum dicit mechatus eſt eam in corde ſuo/ et facit eam mechari: et quod abundantius eſt/ a malo eſt. Intellectu quippe potientibꝰ ad emendationē ſui: pene nomīe cōmemorata peccati ſufficit magnitudo. Propter qđ hic etiā publicanos/ atqꝫ gentiles producit in mediū: vt tales diſcipl'is cōꝑando ꝑſonas: ad virtutē illos etiam pudore ſuccēdat. Quod etiā paulus fecit/ dicendo: Sicut ⁊ ceteri qui ſpem non habent: ⁊ ſicut gentes que ignorāt deū. Oſtendēs quoniā nihil ab eis ſupra modū exigat: ſꝫ mediocre quiddā ⁊ plurimis vſitatū. Nōne ⁊ gentiles inquit hoc faciūt? Sed nō hic tamē ſermonē terminat: quē certe oportuniꝰ finit in p̄mijs/ ſpebuſqꝫ melioribꝰ: dicēs: (Eſtote ergo ꝑfecti/ ſicut ⁊ pater veſter celeſtiſ perfectus eſt). Sepiſſime celorū nomē ac fere vbiqꝫ diſſeminat: ab ipſo etiā premiorū loco eorū animos ſuſcitando: adhuc enim infirmiꝰ quiddā/ deriſiuſqꝫ ſapiebant. Omnia igitur que dicta ſunt iugiter mēte voluentes: plurimā etiā inimicis ſtudeamus impendere charitatē/ ⁊ ridiculū illum tumorē omnino pellamꝰ: quē rationis inopes plurimiqꝫ patiunt̄: expectantes vt prius ſalutent̄ ab amicis/ quiqꝫ illud qđ plurimā certe beatitudinē continet negligētes: hoc quod eſt plenū irriſionis adamarūt. Cuiꝰ enim rei gratia cum ſalutatiōe nō p̄uenis? quia hoc inquit expectat. Propterea ḡ p̄cipue: ad hoc oportet accurrere: vt tu potiꝰ accipias humilitatis coronā. Nō inq̄t: ſed qꝛ idip̄m ille q̄ſiuit. Et q̄d hac ſatiſfactione deteriꝰ? Quia inq̄t ille mihi factꝰ eſt mercedis occaſio: nolo hanc accipe mercedē. Si enim ille te ſalutet prior: nihil tibi ꝓficiet ampliꝰ: q̄ȝ etiā ſalutanti: imo illi potius hoc ꝓderit/ qui te anticiparit officio. Si vero tu p̄us ad ſalutandū ꝓperes/ lucꝝ de illiꝰ tumore cepiſti/ ⁊ largiſſimū quendā fructū: de illiꝰ ſupbia etiam meſſuiſti. Queadmodū igit̄ nō extreme oīno verecūdie eſt: vt qui nudis etiam verbis tantū capere fructū poſſumꝰ: eum tamē ſponte ꝑdamus/ ⁊ ſuper quo culpamꝰ alterū: in idip̄um nihilominꝰ incidamꝰ. Si enim culpas quoniā prius ab alio ſalutationis expectet̄ officium: cur obſecro qđ reprehendis imitaris? Quodqꝫ ipſe malum eſſe conquereris: cur ⁊ hoc quaſi bonū rurſus exequeris? Uides certe q̄ȝ nihil ſit omnino vecordiꝰ hoīe/ inter vitia viuente: propter quod obſecro fugiamꝰ hunc tumorē malignū pariter/ atqꝫ ridiculū. Mille quippe hic animorū morbus/ amicitias diſſipauit: multaſqꝫ operatꝰ eſt ſimultates: ⁊ iccirco huius quoqꝫ homines nos preueniamus officio. Qui enī ⁊ cedi palmis: ⁊ angariari/ atqꝫ nudari ab inimicis iubemur: ⁊ tamē ferre patienter: qua tandem digni venia ſumus/ qui in ſalutatione nuda tam grande vitium contentionis oſtendimus? Deſpiciemur inquis/ ⁊ conſputabimur prorſus/ cum ei hoc donauerimus. Et ne contemnaris homo offendis deū. Ne cōtemnat te conſeruū furēs: deū ipe cōtemnis: ⁊ eum certe qui tantis beneficijs te honorauit. Si enim indignū eſt: vt te qui eiuſdē honoris es deſpiciat: quāto indigniꝰ eſt a te cōtemni deū: qui omniū eſt creator ⁊ dn̄s. Poſt hec vero etiam illud expēde: q̄m quando te ille cōtempſerit: tūc tibi maioris fiet mercedis occaſio. Propter deū enī nimis iſta ꝑpeteris: quia ſcꝫ legē eius audiſti. Hoc enī quo tandē digno honore penſandū eſt: q̄bus diadematibꝰ conferendū? Mihi vero magis ꝓueniat inimicitias ſuſtinere ꝓpter deū/ atqꝫ contemni: q̄ȝ vel a cūctis regibus honorari. Nihil enī prorſus/ nihil huic pōt glorie cōparari. Hanc igitur inſequamur/ ſicut ipe precepit: ⁊ omnino nihil eſſe omnia humana ducamꝰ. Sed certam oſtendētes philoſophiā/ vitam noſtrā in cūctis ꝓrſus officijs ordinemus. Hinc enim merebimur frui: ⁊ poſſeſſiōe celorū/ ⁊ gloria eorū/ que ibi ſunt p̄miorū: quaſi angeli quidam cum hoibus ambulātes/ tanquā virtutes celoꝝ in terraꝝ regione degentes: vt extra omnem cōturbationē poſiti: omnēqꝫ merorē/ etiā bona ineffabilia cōſequamur: quibus nos oēs cōtingat potiri gratia/ ⁊ miſericordia dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: cui gl'ia in ſecula ſeculoꝝ. Amē.

Homelia. xix. Ex capitulo ſexto.

a **Ttendite autē ne faciatis elemoſynā veſtrā corā hominibus: vt videamini ab eis.**

liber/ poſſis quietem agitare. Quo qui tandem
queat infelicius inueniri: huiuſmodi quippe de-
terius qꝫ quilibet ſeruus afficitur: tyrānidi huic



ſeuiſſime ſubiugatus: queqꝫ omnibꝰ potiora ſunt
pariter abijciēs proprie ſcꝫ libertatis/ ac nobilita
tis inſignia. Quātacunqꝫ enī tibi aliquis volue-
rit de veritate diſſerere: mente pecunijs affixa:
nihil ex vtilibus poteris audire: ſed quaſi quidā
canis ad ſepulchrum reuinctus/ ⁊ tyrānide pecu-
niarum omni cathena tenacius illigatus: adeun
tes te/ atqꝫ poſcentes latratibus tuis perſonas:
vnum atqꝫ idem iuge opus exequens: vt alijs re
poſita conſerues. Quo quid vnqꝫ poſſit noxius
iudicari: Sed tamen quia hoc celſius erat: qꝫ vt
ad illud auditorum mens poſſit aſcendere/ ⁊ neqꝫ
cuſtoditi theſauri dānum/ neqꝫ cōtempti lucri fa
cile poterat intelligi. Sed opus erat ſapientiore/
ac perfectiore ſententia: que id vtrumqꝫ perpende
ret: ſic quidem illa premiſit: vt tamē poſtea mani-
feſtiora ſubiungeret: Ubi enim fuerit theſaurus
tuus: ibi erit et cor tuum. Facit vero illud etiam
alio ſermone lucidius (Lucerna corporis tui eſt
oculus tuꝰ) ac ſi diceret: Ne defoderis aurū tuū:
nec quicqꝫ aliud eiuſmodi: ſi quidem tinee illa/ ⁊
erugini/ ac furibus congregabis: ſi vero has ali-
quo modo peſtes effugeris: tuū tamen cor ſerui-
tio ſubiugare terreqꝫ affigere non omnino effugi-
es. Ubi enim fuerit theſaurus tuꝰ: ibi erit ⁊ cor
tuū. Igitur ſi theſaurum tuū condideris in celo:
magnam iam hic mercedem capeſcis: quod illuc
mēte trāſgrederis: ⁊ ea que ibi ſunt cogitas/ deqꝫ
illorū es profectiōe ſolicitus. Ubi enim theſaurū
tuum reponis: ⁊ illuc trāſponis ⁊ mentem. Cete
rum ſi id facias in terra: in ipſa proculdubio totꝰ
herebis. Sed ſi obſcurū putas eſſe quod dictum
eſt: audi etiam cetera que ſequūtur (Lucerna cor
poris tui: eſt oculus tuꝰ. Si fuerit oculus tuus
ſimplex/ totum corpus tuū lucidum erit. Quod
ſi fuerit oculus tuus nequā: totum corpus tuū te
nebroſum erit. Si ergo lumen quod in te eſt tene
bre ſunt: ipſe tenebre quāte ſunt/ ⁊ erunt:) Ad ea
que ſenſibilia ſūt ſermonē rurſus adducit. Quia
enim de animo iam dixerat in ſeruiturē iam et in
captiuitatem redacto: hoc autem nō a multis po-
terat intelligi: ad ea que extrinſecꝰ ſunt/ oculiſqꝫ
propoſitam doctrinam ſuam transfert: vt ex iſtis
etiam que de interioribus dicuntur intelligant.
Si enim ignoras inquit quanta per hoc infera-
tur noxa mēti: a corporalibꝰ iſtud addiſce. Quod
enī oculus corpori: hoc intellectus eſt anime. Si
enī nequaqꝫ prorſus eligeres ornari auro/ et ſe-
rica veſte circundari: oculiſqꝫ fedari: ſed horū pro
culdubio ſanitatē deſiderabiliorē rebus omnibꝰ
iudicares: que ſi tibi certe depereat: nihil te iam
tota vita delectat: quāto hoc magis pro oculis de
bes mētis efficere: Sicut enim poſtqꝫ corporaliū
oculorum lumen extinctū eſt: omnia iam mēbra
in miſeria verſantur/ ac tenebris: ita etiam mēte
cecata innumeris prorſus malis hominū vita cu
mulatur. Queadmodū igitur in corpore hoc ma-
xime prouidemus: vt oculos habeamus incolu-
mes: ſic etiā in anima intellectus cōſeruemus ſa-
lutem. Si vero cecamus iſtum: quo alijs quoqꝫ
debemus lumē inferre: vnde iam ipſi poterimus
aſpicere: Sicut enim qui caput ipſum fontis ob
ſtruxit: totum ſimul exſiccauit ⁊ fluuiū: ſic etiam

qui oculū mētis tenebris obduxit: omnes quoqꝫ
vite iſtius actus vna cōfuſione cecauit. Propter
quod ait: Si lumen quod in te eſt tenebre ſunt:
ipſe tenebre quāte erunt: Quādo enī lucerna ex-
tinguitur: quando gubernator mergitur: quādo
dux ipſe capitur: que tādem obedientibꝰ ſuperit
ſpes ſalutis: Propterea nūc quidem omiſit dice
re eas/ que diuitijs tenduntur inſidias: lites vi-
delicet ac pugnas: quanqꝫ ſuperius memorauit:
etiam iſta dicēdo: ne forte tradat te miniſtro/ ⁊ in
carcerem mittaris. Sed ponens his omnibꝰ ſe-
uiora: et que abſqꝫ dubio ſemper accidunt: a ma-
ligna cōcupiſcētia liberat audientes. Etenī mul-
to horribilius eſt mentē huic egritudini mācipa-
re qꝫ carceris ſqualore macerari. Et hoc quidem
nō ſꝑ accidit. Illud vero īdiuiſibile habet cū pecu
nie cupiditate cōſortiū. Et iccirco poſt illud con-
tinuo iſtud locauit: vtpote peſſimū qd̄ ſoleat acci
dere. Dedit enī nobis intellectum deus: vt igno
rantiam fugemus emētibꝰ/ vt rectū teneamus/
iuſtumqꝫ iudiciū/ atqꝫ ad alia hmōi dirigamur/ ⁊
cōtra diuerſaꝝ impugnationū varios incurſus/
hoc quaſi quodam ſcuto vſi/ ac lumine maneamꝰ
innocui/ atqꝫ muniti. Nos vero tantum hoc dei
donum temere prodimus: propter ſuperflua/ ac
vana prorſus. Quid enī prodeſt auratis armis
milites refulgere: cum ducitur rex ipſe captiuꝰ:
Quod lucrū eſt ornate depicteqꝫ nauis: cū ipſius
mergitur gubernator: Que nā illa eſt bene cōpo-
ſiti corporis pulchritudo: cum facies oculos ami
ſit: Queadmodū igit̄ ſi medicū: cuius ad aliorū
egritudines depellendas ſanitas neceſſaria eſt:
ipſum in egritudinē mittas: ⁊ in deaurato cubi-
culo/ lectuloqꝫ argēteo iacere ꝑcipias: nihil pro-
ficiet oīno languētibus: ita etiā ſi mentis princi-
pale corrūpēs: quo ſcꝫ ingruētibus potes vitijs
repugnare theſauro feceris aſſidere: nō mō nihil
omnino profeceris: ſed totū prorſus animū leſe-
ris. Conſideraſti nempe queadmodū ꝓpter que
hoīes habendi maxime cupiditate capiunt̄: ꝑ hec
ipſa ꝑcipue ab ea illos reducit. Cuiꝰ (inquit) rei
gratia pecunias concupiſcis: Nōne vt volupta-
te ac delitijs ꝑfruaris: Hoc qdē h̄ penitus nō ha
bebis: imo ecōtrario hinc tibi erit afflictio maior.
Si eī oculis effoſſis nulla fere iocūditate mulce-
mur: ꝓpter miſeriā quā de illorū priuatione ſen-
timꝰ: mlto id magis in ſubuerſiōe mētꝭ ⁊ cecitate
perpetimur. Quam igit̄ ob cauſam theſaurum
tuum terre defodis: Ut diligentius inquit cuſto
diatur/ ac tutius. Sed hic quoqꝫ contrarium ti
bi rurſus occurrit. Sicut enim ⁊ ieiunantem/ et
largiētem/ ⁊ orantem per ea ipſa ab inani gloria
retraxit per que illi ipſius cupiditate etiā flagra-
bant/ ac ſi diceret: quam ob cauſam ita ieiunas/
oras/ ac mirereris: nempe quia gloriam hominū
diligis: noli igitur ita orare/ et tunc eam in futu
ro maximam conſequeris: ſic etiam pecunie cupi
dum: per q̄ illā maxime diligebat: ꝑ ea ipſa ab eo
ſtudio dehortat̄. Quid inqt cupis: nēpe vt ⁊ tua
pecunia cōſeruet̄/ et ipſe delectatiōibꝫ ꝑfruaris.
Hec tibi equidē multo cū cumulo vtraqꝫ preſta-
bo: ſi mō ibi repoſueris theſaurū vbi ipſe ꝑcipio.
Apertius quidem in cōſequentibꝫ leſionem men

tis que ex diuitiarum accidit amore patefecit:
quando ſcilicet ſpinarum lacerationi eas com-
parauit. Uerūtamen hic quoqꝫ non tranſitorie
idipſum notauit: oſtendens eum qui illis fuerit
deditus: tenebris eſſe circumdatum. Ut enim
in tenebris ambulantes: nihil manifeſte/ vereqꝫ
conſpiciunt: ſi enī funem viderint: ſerpentem pu-
tant: ſi inter montes ac prerupta deuenerint pre
moriuntur pauore: ſic etiaꝫ iſti nulla prorſus me
tuenda cernentes: de ſola ſuſpitione formidant.
Nam pauperiem contremiſcunt: immo non pau
periem tantum: ſed etiam quantulumcunqꝫ di-
ſpendium. Nam ſi exiguum aliquid ſaltem ami-
ſerint: magis etiam q̄ꝫ hi qui neceſſario victu indi
gent lamentantur/ ac deflent. Multi igitur ex
diuitibus iſtis etiam ad laqueum concurrerunt
nequaq̄ꝫ ſcilicet tantum merorem ferentes: ſed et
iniuriam pati/ ac detrimenti aliquid incurrere.
Ita illis intollerandū videtur/ vt ob hoc quoqꝫ
plurimi vite iſtius blandimenta reſpuerint. Si
quidē molles eos/ ⁊ ad omnia prorſus infirmos
diuitie reddiderunt: niſi ꝙ fortes in ſolo earuꝫ ſer
uitio perſeuerant. Quando enim ille ſibi eos ſer
uire compellūt: nec verbera: nec obprobria refor
midant: non ignominiam prorſus vllam: nō peri
culum capitis perhorreſcunt: quod certe infelici-
tatis eſt extreme. Ad hec quideꝫ in quibus philo
ſophari decet/ eſſe omnibus molliores: ad ea ve-
ro in quibus pudore opus eſt/ ac timore: impudē
tiores omnibus fieri/ atqꝫ omnibꝫ ſeuiores. Ta-
le enim aliquid his accidit quale eſt quod ille per
petitur: qui pecuniam ſuam in ea que non oportu
erat impendit. Hic enim tempore neceſſarij feno
ris imminente: non habens quod poſſit credere
mutuanti intollerabilia mala ſuſtinet: male iam
omnibus que habuerat expenſis/ et quemadmo-
dum illi in theatro artium laſciuarum periti: in
ipſis quidē plurima ⁊ admiranda faciūt/ ⁊ peri-
culoſa patiuntur: in alijs vero vtilibus neceſſa-
rijſqꝫ rebus imperitiores omnino cunctis ⁊ irri-
ſione ſunt omnibus digniores. Nam qui ſupra
funem per ſublime tenſum cum ſecuritate gradi-
entes tantā fortitudinem mentis oſtendunt: cuꝫ
aliqua neceſſaria certe cauſa audaciam ⁊ fortitu-
dinem flagitat: nihil prorſus virile: nō modo fa-
cere poſſunt: verum etiam cogitare. Sic ſunt pro
fecto etiam iſti locupletes qui cum omnia pro di
uitijs audeant: pro philoſophia non grande ali-
quid non exiguum ſe ſuſtinere patiuntur. Ac ſi-
cut illi ridiculum opus exequuntur/ ⁊ vanum/
et omnino infructuoſum: ita hic quoqꝫ pericula/
ac precipitia ſuſtinent multa: que omnia inutili
fine clauduntur. Hinc quidem mentis confuſio-
ne cecati: inde vero inanium curarū caligine ob-
ducti: propter qd̄ nec facile poſſunt ea/ que ſunt
diſcēda percipere. Qui enim noctis tenebris im
peditur: ſtatim vt radij ſolis affulſerint: a tene-
bris liberatur. At vero captus oculis/ etiam ſo-
le vbiqꝫ rutilante noctem ſuam patitur: quod
hi quoqꝫ profecto qui ne ſole quidem ipō: iuſticie
tam ſplendido coruſcāte/ eiſqꝫ maximam oſtendē
te lucem: ab animi ſui tenebris liberātur: ita eo-
rum oculos clauſere diuitie. Propter quod/ et
duplicem ſuſtinent cecitatem: vnam quidē quā
patiuntur ex opibus: alteram vero quam perfe-
runt dum obedire tali nolunt magiſtro. Obedi-
amus igitur ei/ et obediamus attentius: vt tan-
dem aliquando incipiamus lumen aſpicere. Et
quemadmodum te ad viſum redire poſſibile eſt:
niſi prius didiceris quomodo cecatus es? Quo-
modo ergo cecatus es? De mala vtiqꝫ concupi-
ſcentia: amor ſiquidē diuitiarum pupillam mē-
tis tue quaſi quidam malignus humor influxit/
denſamqꝫ iam nebulam prorſus operatus eſt.
Sed ⁊ dirumpi/ atqꝫ diſpergi hāc nebulam fa-
cile eſt: ſi ſcilicet radium doctrine chriſti volueri-
mus exhortantem admittere: ſi illū audierimus
exhortantem/ atqꝫ dicentem: Nolite theſauriſa-
re vobis theſauros in terra. Et quid mihi inquit
prodeſt huiuſmodi audire vocem: quando con-
cupiſcētie vinculis teneor aſtrictus? Sed ⁊ ipſaꝫ
certe concupiſcentiam diſſoluere poteſt maxime
aſſiduus auditus. Quod ſi illius nodis perma-
nes obligatus: intellige quia non eſt concupi-
ſcentia ipſa huius mali cauſa. Que enim concu-
piſcentia eſt ſeruire duriſſime ſeruituti/ tyrānidi
impotentiſſime ſubiugari/ vinciri vndiqꝫ ango-
rum cathenis/ ac teterrimis animi tenebris obſi-
deri/ ⁊ turbationibus ſemper impleri: et infru-
ctuoſis doloribus ſemper cruciari/ atqꝫ alijs pa
trimoniū reſeruare/ et frequēter inimicis. Qua
ergo hec tandem concupiſcentia digna ſunt: im-
mo qua non fuga: quibus nō curſibus relinquē-
da? Que tandem cōcupiſcentia eſt theſaurum in
ter fures recondere? Si enim omnimodo diuiti-
as concupiſcis: fac eas tutiſſimas permanere/
nulliqꝫ patere violentie. Quod vero nunc facis
non eſt diuitias amantis: ſed ſeruitutis damna/
doloreſqꝫ continuos expetentis. Tu vero ſi ali-
quis tibi hominum tutum a fraude/ atqꝫ violen
tia demonſtret locū/ facile etiam ad auias ſolitu-
dines paras abſcedere. Cum vero id tibi nō ho-
mo: ſed ipſe certe polliceatur deus/ ⁊ nō heremū
tibi proponat vtiqꝫ: ſꝫ celum: contraria magis re-
cipis: ſed etiam ſi innumeris munitionibus in
terra diuitie recondantur: nunq̄ꝫ tamen earum
dominus/ vel potius ſeruus curarū poterit mor
ſibus liberari. Nam etiam ſi nunq̄ꝫ eas fortaſ-
ſe perdat: nunq̄ꝫ tamen carebit timore perdendi.
Ibi vero nihil prorſus tale patieris: vbi qd̄ eſt
amplius/ non modo defodis aurum: ſed ⁊ ſemi-
nas. Idem enim theſaurus ⁊ ſemen eſt: immo ve
ro longe hoc vtroqꝫ preſtātius: ſemen quippe nō
ſemper manet: hoc autem iugiter ꝑſeuerat. Hic
theſaurus omnino non germinat: ille vero imor
tales tibi affert fructus. Si vero de ipſo tempo-
re/ ⁊ redditionis dilatione conquereris: poſſum
tibi ⁊ ego dicere: Quanta ⁊ alia non recipies in
preſenti: que cum maximo etiam labore cōmen-
das: ⁊ ex his certe quottidianis/ atqꝫ ad vitā ne-
ceſſarijs te docere temptabo: vanas tibi excuſa-
tionum materias requirentem. Multa quip-
pe etiam in preſenti vita paras/ quibus non es
fruiturus: que ſi tibi aliquis opponat: filios tu
illico proferens ac nepotes: idoneam te habere
credis: et rationem/ et conſolationem laborum.



Cum enim in extrema iam poſitus ſenectute am-
plas edifices/ ⁊ claras domos: quarum ante finem
tuū perfrui habitatione deſideras: cū frequenter et
arbores ſeras: poſt longum certe tempus fructum
daturas: cū nouellis campum plātarijs impleas:
nunc eſt preſens quidē labor: ſed poſt multos anno-
rum circulos fructus futurus: ſed ⁊ cum patrimo-
nia coemis: ⁊ hereditates pluriūqꝫ cernis: quibus
dominari poſt grande tēpus expectas: cū alia quo-
qꝫ iſtiuſmodi plurima paras de quibus cum labo-
rem maximū ſentias: nullū fructum interim cape-
ſcis: putaſne ꝓpter temetipſum iſta: an propter ali-
os facis: qui poſt te vtiqꝫ etiā victuri ſunt? Queād-
modū igitur nō extreme vecordie eſt: hic quidē pro-
pter dilationē temporis nihilominꝰ cunctari: ⁊ hoc
certe cū multos per annos expectantes: laboꝝ no-
ſtrorum fructibus excidamus: ibi vero propter dila
tionē iſtam laxari/ atqꝫ marceſcere cum certe maius
tibi abſqꝫ dubio lucrū ꝯferat ipſa dilatio: nec ad ali-
os bona a te expectata trāſmittat: ſed tibi omnia cer
te tradenda cuſtodiat. Preter hec autē nec longa eſt
ipſa dilatio. Eſt quippe res iſta prorſus ambigua/
⁊ oīno neſcimus: an etiam noſtra etate hec oīa finiā
tur: ⁊ dies ille metuendus adueniat: atqꝫ horribile
illud nobis oſtendatur tribunal. Nam ⁊ ſigna mul
ta prorſus impleta ſunt/ ⁊ euāgeliū toto iam fere or
be perſonuit/ ⁊ prelia ⁊ terrarum tremores ⁊ fames
vt predictum fuerat/ acciderūt: nec grande iam me-
dium eſt: ſed nō vides ſigna: at hec ipſa quidem que
modo poſui ſigna ſunt maxima. Uerū neqꝫ ſub noe
quondam vlla totius mūdi generalis interitus in-
dicia deerunt: ſed inter epulandum/ atqꝫ ludendū:
inter edificationes domoꝝ/ ⁊ leticias nuptiarū: in-
terqꝫ opera iſta ſolēnia ſubito deprehenſi ſunt ab il-
la vltione terribili. Similiter in ſodomis cum deli
tijs ſoluerentur: cū criminibꝰ pollucrentur: nihilqꝫ
eorū que ſunt facta proſpicerēt: dilapſis celo fulmi-
nibus exuſti ſunt. Que omnia conſiderantes: ad eā
qua hinc nos abſceſſuri ſumus profectionem pare-
mus. Nam licet cōmunis illius finis nōdum inſtet
dies: peculiaris tamē iſte vniuſcuiuſqꝫ noſtrū finis
in proximo eſt. Et ſi enim ſenex ſit aliquis: et ſi ado-
leſcens: morti tamen in qualibet etate vicinus eſt.
Nec putemus nobis/ cum illuc venerimus miſeri-
cordiam eſſe tribuendam: qui non agimus/ vt ve-
niam mereamur accipere: ⁊ ſi abraam pro nobis ro
get/ ⁊ ſi noe/ ⁊ ſi iob/ ⁊ ſi daniel. Dum igitur eſt tem
pus in manibus: plurimā nobis apud deum fiduci
am preparemus: miſericordiā nobis largiſſimā con
gregemus: noſtraqꝫ omnia trāſferamus in celum:
vt oportuno tempore quādo eis maxime indigemꝰ
omnibus perfruamur: gratia ⁊ miſericordia domi
ni noſtri ieſu chriſti: cui gloria ⁊ imperium in ſecula
ſeculorum. Amen.

Homelia. xxij. Ex capitulo ſexto.

**n** **Emo poteſt duobus domi-
nis ſeruire. Aut enim vnum
odiet ⁊ alterum diliget. Aut vnum
patietur ⁊ alterum contemnet.**

Uides vt paulatim a preſentibus auditorem re-
bus abducat: perqꝫ multa ſermonem de cōtemptu
habendi inferens: tyrannidem cupiditatis extin-
guat. Neqꝫ enim ea que ſuperius ait/ dixiſſe contē-
tus eſt: et certe cum multa alia/ et magna ſint: ſed
alia quoqꝫ plura et terribiliora ſubiūgit. Quid enī
his que nunc dicta ſunt: ad vtrūqꝫ excitandum mē-
tis affectum cumulatius proferatur? Quidue ter-
ribilius eſt: q̄ꝫ ſi propter pecunias chriſti etiam ſer-
uitio dicamur excidere: vel deſiderabilius q̄ꝫ ſi de-
ſpectu pecuniarum tota illi poſſimus mente ⁊ dile-
ctione coniungi. Quod enim dicere ſemper ſoleo id
nunc rurſus admoneo: ꝙ ſcꝫ auditorem/ ad eorum
que dicit obediētiam etiam per aduerſa compellat:
non ſolum ſcꝫ per iſta que proſunt: verumetiam per
illa que ledunt: ſicut optimus quiſpiam medicus:
qui ⁊ ex intemperantia egritudinem oſtendat eſſe ſe
cuturam: ⁊ ex obediētia ſoſpitatem. Conſidera igi
tur q̄ꝫtum hic lucrum rurſus oſtendat: et quemad-
modum vtilitatem de aduerſariorum vituperatio-
ne conficiat. Non inquit hoc ſolo vobis diuitie no-
cent: modo quō contra vos latrocinantium armant
manus. Nec quia magno cum cumulo intellectum
veſtre mentis obtenebrant: verūetiam ꝙ vos a ſer-
uitute dei diuellunt/ et inſenſibilium pecuniarum
captiuos efficiunt: ſatis proculdubio ex vtroqꝫ le-
dentes: dum et earū vos ſeruitio ſubiugāt: in quas
oportuerat exerceri dominatum/ et ab eius vos ob
ſequio excludūt: cui ſupra omnes profecto ſeruire:
et neceſſarium eſt etiam vobis pariter/ ⁊ comodum
Sicut enim duplex dānum eſſe perdocuit: hic qui-
dem recondere: vbi erugo ⁊ tinea demolitur: ibi ve-
ro non reponere vbi incorruptibilis theſaurus ma-
nebit: ita hic quoqꝫ geminum in auaritia poſuit de-
trimentum/ ⁊ hoc ſcꝫ per qd̄ a deo retrahit: et illud
per qd̄ ſub iugo mā̄mone premit. Nec tamen ſtatim
aperte illud poſuit ac nude: ſꝫ primo de cōmunium
illud ſenſuū aſſertione cōſtruxit: ait quippe: Nemo
poteſt duobꝰ dominis ſeruire: duos hic eſſe dicēs.
nam et illius que in chriſtum crediderat multitudo
erat cor vnum et anima vna. Et certe cum in corpo-
ra illi eſſent multa diuiſi: ſed concordia tamen vnū
fecit ex plurimis. Deinde vt qd̄ dicit cumulet: non
ſolum inquit non ſeruiet: ſed et aduerſabitur/ et ha-
bebit exoſum. Aut enim (inquit) vnum odiet/ ⁊ alte-
rum diliget: aut vnum patietur et alterum contem
ner. Et videtur quidem idipſum eſſe repetitum: ſed
nequaq̄ꝫ/ aut ocioſe/ aut redundanter hoc poſuit: ve
runtamen vt oſtenderet/ quia facilis eſt ad meliora
mutatio. Ne enim diceres ſemel iā ſum ſeruitio ſub-
iugatus: et tyrannide pecuniarum grauiter oppreſ
ſus: oſtendit poſſibile eſſe conuerti/ et quemadmo-
dum inde huc ventum eſt: ita hinc quoqꝫ illuc poſſit
redire. Cum hoc igitur ſine vllius dixiſſet ſignifica
tione perſone: quo videlicet auditori facilius per-
ſuaderet/ equum ad ea que dicerentur afferre iudi-
cium. Poſtq̄ꝫ illum ad ſibi conſentiendum parauit:
cum demum etiam ſe releuat: intulit quippe: Non
poteſtis deo ſeruire ⁊ mā̄mone. Hoc loco et animo
prorſus toto perhorreſcamus ⁊ corpore: intelligen
tes iſtud qd̄ chriſtum dixiſſe memorauimus: ex ad-
uerſo ſcꝫ deum aurumqꝫ conſiſtere. Si igitur iſtud
ſono quoqꝫ ſermonis horribile eſt: q̄ꝫto eſt horribili-
us: cum ipſis operibus tyrānus aurum dei timori
ꝑfert? Quid ergo apud veteres ſctōs? Nōne hipſe
auri potētatus vigebat? Nequaq̄ꝫ. Ait enī: Quō

abꝛaam:quomodo etiam iacob placuerunt deo At
noli tu mihi cõtra hanc ſentẽtiam pꝛoferre diuites:
ſed diuitijs ſeruientes. Alioquin etiam Job erat q̄-
dem diues:non tamẽ pecunie ſeruiebat:ſꝫ habebat
diuitias:eiſqꝫ vt cõgruit imperabat:nec erat famu
lus eaꝝ pꝛofecto/ſed dominus. Sicut enim alieni
patrimonij diſpẽſatoꝛ:ita illa omnia poſſidebat:nõ
modo aliena nõ rapiens:ſed pꝛopꝛia quoqꝫ indigen
tibus largiens:quodqꝫ his maius eſt:nec habere ſe
illa gaudebat. Si letatus ſum inquit quia mihi eſ-
ſent multe diuitie. Unde etiam cõſequẽter:qꝛ gau-
dium de poſſeſſione nõ habuit:doloꝛem de amiſſio-
ne nõ pertulit. At nõ tales noſtra ſunt etate locuple
tes:ſed captiuis omnibus deteriꝰ effecti:⁊ ſicut in-
uiti cuidam tyrãno tributa pendentes nõ quieſcũt
a miſeria ſeruitutis. Quaſi em̃ arcem quãdam: ita
eoꝛum mẽtem amoꝛ auri inſedit. Unde per dies ſin
gulos pꝛecepta eis plena iniquitatis imponit. Nec
eſt oĩno aliquis qui nõ obediat imperãti. Noli igi-
tur ex ſuperfluo argumentari:ſemel ſi quidem pꝛo-
nũciauit deus impoſſibile eſſe dicens: vtrũqꝫ hoc ſi
mul eſſe ſeruitiũ. Ne ergo tu dixeris hoc eſſe poſſibi
le. Quãdo enim te vnus dominus pꝛopꝛijs quoqꝫ
exui iubet:alter vero etiam aliena diripere: quãdo
ille tibi imperat caſtitatẽ:iſte luxuriam:quando hic
tibi caſtigationẽ ventris indicit:ille ebꝛietatẽ atqꝫ
delitias:quando te alter oĩa iſta iubet deſpicere:al-
ter vero inherere/atqꝫ inhiare pꝛeſentibus. Cũ hic
quidem pꝛecipit tecta:marmoꝛa:parietes pictos:⁊
laquearia deaurata mirari. Jlle vero inhoꝛreſcere
hmõi oĩa/⁊ vere philoſophie pulchꝛitudinẽ/ac mo-
rum oꝛnamẽta ſuſcipere:quẽadmodum poſſibile eſt
tam contraria hec pariter cõuenire? Dominũ hic au
tem mãmonam id eſt pecuniam nũcupauit: non ob
pꝛobam ipſius vtiqꝫ naturã:ſed ob eoꝝ miſeriã qui
ſe ad illius inclinauere ſeruitiũ. Sic etiã vẽtrẽ apo
ſtolus appellat deum:nõ vtiqꝫ a dignitate dominã
tis:ſed ab infelicitate famulantium. Quod ſuppli-
ciũ certe omni etiam maius eſt:ſatiſqꝫ idoneum etiã
ante penam punire captiuũ. Quibꝰ enim captiuis
nõ infeliciores etiam putãdi ſunt:qui cum dominũ
habeant deum:ab illo rege mitiſſimo recedẽtes:ty-
rãnnõ ſe huic ſeuiſſimo dederũt:⁊ hoc cũ nobis etiã
in pñti iſta res noceat. Nam ⁊ dãna per hanc cãm
ineffabilia cõtingunt:⁊ lites frequenter ⁊ calũnia:
atqꝫ certamina/⁊ aſſidui doloꝛes/⁊ cecitas mẽtis:
quodqꝫ eſt grauius etiam bonoꝛũ nob celeſtiũ ꝑ hec
infertur amiſſio:que ſolo certe poſſumus dei ſerui-
tio pꝛomereri. Cum igiť ex his omnibus oſtẽdiſſet
q̄ꝫ eſſet vtilis deſpectꝰ pecuniaꝝ/ atqꝫ ad cuſtodiã/
⁊ ad anime voluptatẽ/⁊ ad virtutẽ tenendam/⁊ ad
pietatẽ que erga deum eſt munimentũ:cõficit iã poſ
ſibile eſſe quod pꝛecepit. Hoc eſt quippe optime le-
gis inſigne:nõ vtilia tãtũmodo: verũ etiã poſſibilia
ſancire. Pꝛopter qđ intulit dicẽs: Nolite cogitare
anime veſtre quid mãducetis. Ne ergo diceret/ q̄d
ergo ſi abijciãmꝰ oĩa: iccirco huic cõtradictioni opoꝛ
tune rurſus occurrit. Sicut enim ſi inter pꝛincipia
ipſa dixiſſet: Nolite de cibo eſſe ſoliciti:ſermo abſqꝫ
dubio eſſet oneroſus:ita poſtq̄ꝫ oſtẽdit miſeriam/ di
ſtentionẽqꝫ animi de pecunie amoꝛe naſcẽtẽ:coarta-
tionẽ ſuã reddidit facilioꝛẽ:pꝛopter qđ ne nunc qui-
dem ſimpliciter ait: Nolite eſſe ſoliciti:ſꝫ pꝛius adie
cit ⁊ cauſam:ſicqꝫ iſtud vtiqꝫ pꝛecepit. Poſtq̄ꝫ enim
dixit:nõ poteſtis deo ſeruire et mammone/intulit.
Pꝛopterea dico vob: Nolite ſoliciti eſſe:per qđ oſtẽ
dit ineffabile detrimẽtũ. Nõ ſolam enim noxã in pe
cunijs inquit:verũ etiã plagam in rebus/⁊ quidem
pꝛincipalibus ſentietis/ac ꝓpꝛie etiã ſubuerſionem
ſalutis. Si quidẽ vos excludunt a deo qui vos cre
auit/⁊ tuetur/⁊ diligit: ꝓpterea dico vobis:nolite
ſoliciti eſſe. Quia em̃ ineſtimabilẽ eſſe noxam mon-
ſtrauerat:cõſequẽtiſſime p̃ceptũ quoqꝫ ipſum:quo
aduerſus illam armemur oſtendit. Neqꝫ em̃ tantũ-
modo ea que parta ſunt abijci iubet: verũ ne ſuꝑ ne-
ceſſario quidem cibo eẽ ſolicitos anime veſtre:quid
manducetis. Non qꝛ anima indigeat cibo:cũ ſit in-
coꝛpoꝛea pꝛofecto:ſed iuxta cõmunẽ hoc eſt moꝛẽ lo-
cutus. Et ſi enim alimẽtis ipſa nõ indiget:nõ tamẽ
poteſt permanere in coꝛpoꝛe:niſi vtiqꝫ alimẽta ſumẽ
te. Cum igitur de cibo eos curare vetuiſſet:nequa-
q̄ꝫ illud inexpletũ reliquit:ſed magis adhuc/ac ma-
gis animos cõmouet audiẽtiũ:tum quidẽ his que i
nobiſmetipſis gerimus:tum vero illis que ſunt ex-
emplis. Et de his quidẽ que in nobis ſunt ita diſſe-
rens: Nõne anima plus eſt q̄ꝫ eſca/⁊ coꝛpus pluſq̄ꝫ
veſtimentũ? Qui igiť hoc qđ maius eſt tribuit quõ
nõ etiam/qđ minus eſt largietur? Qui foꝛmauit eã
que tali indiget carne:quõ nõ etiam alimẽta pꝛeſta-
bit? Pꝛopter qđ nõ ſimpliciter ait:nolite ſoliciti eẽ
quid mãducetis:aut q̄d induamini:ſed omnino ſi-
gnãter anime inquit ⁊ coꝛpoꝛi:qꝛ ex ipſis erat vtiqꝫ
ꝓbaturus ſuꝑfluũ eſſe de victu veſtituqꝫ curare. Et
iccirco ſermonẽ ſuũ vtriuſqꝫ ſubſtãtie muniuit exẽ-
plo. Sed animã quidẽ qualẽ ſemel dedit:talis ⁊ ꝑ-
manet:coꝛpus vero vſqꝫ ad ſui mẽſuram quotidia-
nis diebus augetur. Deinde ꝓpꝛium indicãs vtri-
uſqꝫ nature/⁊ vnius immoꝛtale aſſerẽs alterius tẽ
poꝛale intulit/dicẽs: Quis ex vobis poteſt addere
ad ſtaturam ſuam cubitum vnũ? Nam de anima q̄-
dem conticuit:vtpote que incremẽta nõ caperet:de
coꝛpoꝛe autẽ ſolo diſputauit. Et quo etiã iſtud oſtẽ-
dit/quia coꝛpus ipſum non tã alimonia ſui creſcat:
q̄ꝫ pꝛouidentia cõditoꝛis. Qđ etiam per alia demõ-
ſtrans paulus aiebat: Jgitur neqꝫ qui etiam plan-
tat eſt aliquid/neqꝫ qui rigat:ſed qui incremẽtũ dat
deus. His igitur que in nobis ſunt ita eſt cohoꝛta-
tus:alijs vero exẽplis:aſpicite inq̄t volatilia celi.
Ne quis em̃ diceret: ꝓdeſt nobis eſſe ſolicitos:et ex
maioꝛibus ⁊ ex minoꝛibus a ſolicitudine dehoꝛtať.
A maioꝝ quidẽ parte:cũ ⁊ animi eos ⁊ coꝛpoꝛis ad-
monuit. A minoꝛum vero:cum ad auium miſit eos
exemplum. Si enim etiã longe inferioꝛum tãtam ſe
oſtendit deus habere curam: quẽadmodum inquit
vobis neceſſaria iſta non tribuet? Et ad iſtos quidẽ
hoc modo: Erat enim vulgus auditoꝛ:diabolo au-
tem longe aliter omnino reſpõdit. Non in pane ſolo
inquit viuit homo:ſed in omni verbo quod pꝛocedit
de oꝛe dei. His vero etiã volucrum exemplũ:⁊ ma-
xima quidem cum increpatione pꝛopoſuit:qđ certe
in cohoꝛtationis rõne validiſſimũ eſt. Sed in tantũ
q̄dem impioꝝ pꝛoceſſere demẽtie:vt hoc ipſum rep-
hendere nõ vereantur exemplũ. Eſt inquiũt ꝓꝛſus
incongruũ:vt ille qui volũtatẽ in audiẽtibus ſuſci-
tabat:naturaliũ ad hoc rerũ exẽpla pꝛoferret. Aui-
bus quippe hoc ineſt de pꝛopꝛietate nature. Quid
igitur ad iſta dicemꝰ? quia videlicet:⁊ ſi illis hoc iu-
xta naturam ineſt:nobis tñ idipſum poſſibile ẽ per



ſtudium voluntatis. Nõ em̃ dixit:reſpicite quia vo
lant aues:quod nobis certe impoſſibile eſt pꝛoꝛſus
imitari:ſed quia abſqꝫ ſolicitudinis ſue pꝛeparatio-
ne paſcantur:qđ nos quoqꝫ ſi volumus facile qui-
mus implere. Et hoc illi oſtẽdũt pꝛofecto:qui iſtud
operibus executi ſunt:pꝛopter qđ dignum eſt docẽ-
te ſapiẽtia:magis magiſqꝫ mirari. Qui cũ hominũ
pꝛoponere poſſet exempla ⁊ moyſen:heliam:iohan
nem:ceteroſqꝫ pꝛoferre qui eoꝛũ ſimiles de victu nõ
fuerunt ſoliciti:vt magis audientiũ ꝯſciẽtias verbe
raret:de irrationalium illos ſecuritate cõmonuit.
Si em̃ iuſtos illos memoꝛare voluiſſet:dicturi iſti
ꝯtinuo fuiſſent nec dũ ad eoꝝ ꝟtutis cacumẽ aſcẽdi-
mus. Nũc vero iſtos q̄dẽ reticẽs:⁊ celi eis volatilia
ꝓponens:oẽm pꝛoꝛſus occaſionẽ huiuſmodi cõtra-
dictionis incidit. Jn hoc quoqꝫ legẽ imitatus anti-
quã. Nam vetus quoqꝫ lex/⁊ ad apem homines:et
ad foꝛmicã remittit:ſed ad turturẽ aliquando:⁊ ad
hirũdinẽ. Uerũ hoc quoqꝫ grande documẽtum eſt
ad honoꝛẽ q̄ in libertate eſt hominis exprimendum:
quandoquidẽ qđ illa habet lege nature:hoc nos aſ-
ſequi poſſumus voluntate. Si em̃ etiam illoꝛum q̄
pꝛopter nos vtiqꝫ creauit:tantã deus curam gerit:
quãto potius noſtri quos dominꝰ fecit. Reſpicite
volatilia:⁊ nõ ait/que nõ cauponũ/ac negociatoꝝ
moꝛe viuũt:hec enim deſperatoꝛum omnino pꝛofeſ
ſio eſt:ſed quia nõ ſeminãt inquit nec metũt. Quid
igitur? Nõ opoꝛtet inquies ſeminare? Non dixit qꝛ
ſeminare non debeas:ſed quia ſolicitꝰ hinc atqꝫ an-
xius eſſe nõ debes: nec ait:non opoꝛtet operari:ſed
quia puſillanimum eſſe non opoꝛteat/⁊ curarũ an-
goꝛe diſtendi. Nam ⁊ cibo refici vtiqꝫ iuſſit:ſed ne-
quaq̄ꝫ de hac eſſe neceſſitate ſolicitos. Hinc ⁊ beatꝰ
dauid ſermonem poꝛro ante pꝛemiſit:ſub quadam
idipſum expꝛimẽs cohoꝛtationis figura. Aperis tu
(inquit) manũ tuam/⁊ imples omne animal bene
dictione. Et rurſus: Qui dat iumentis eſcam ipſo-
rum/⁊ pullis coꝛuoꝛũ inuocantibus eum. Et quis
inquit aliquãdo iſtius cure manſit immunis? Non
audiſti q̄ꝫ tos iuſtoꝛum pauloante pꝛotulerim? Nõ
vides in illis patriarchã iacob nudum ex patria ꝓ-
fectum domo? Non audis oꝛãtem illum atqꝫ dicen
tem? Si dederit mihi deus panem ad manducan-
dum/⁊ veſtem ad operiendum:qđ certe non erat ſo-
licitudinem gerentis:ſed a deo cuncta querentis.
Hoc etiam apoſtoli perfecerãt:omnia que habebãt
ſubito relinquentes/⁊ rerũ ſimul/curarumqꝫ one-
ra ponentes. Hoc etiam tria milia credẽtium chꝛi-
ſto ſe impleſſe letata ſunt. Sin vero tot verba audi-
ens:tot exempla:nihilominus retrahis aſſenſum:
ne his pꝛofecto moleſtiſſimis ſolicitudinum vincu-
lis libereris:intellige nihil tibi pꝛofuturã eſſe hanc
ipſam quã de curarum nodis pateris erumnam:et
ſic ſaltem ſolicitudinum tuarum vincula diſſolue.
Quis enim inquit poteſt ex vobis adijcere ad ſtatu
ram ſuam cubitũ vnum? Uidiſtine quẽadmodum
ex hoc qđ apertũ eſt:illud etiam qđ occultum erat/
fecerat eſſe perſpicuum. Sicut enim coꝛpoꝛi inquit
ne exiguũ quidem augmẽtum ſui potes adijcere cu-
rando:ſed abſqꝫ tua ſolicitudine illius incrementa
conſequeris: ita te opoꝛtet etiã alimoniam congre-
gare:ſi tamẽ vel ſic eam putaueris congregãdam.
Ex quo pꝛofecto manifeſtum eſt:nequaq̄ꝫ noſtra in
duſtria:ſed pꝛouidentia dei etiam ea perfici in qui-
bus ipſi videmur operari:quod ſi ille nos deſerat:
nõ ſolicitudo vlla:nõ cura/nõ laboꝛ/nec quicq̄ꝫ bo-
rum aliud apparebit:ſed cuncta pꝛoꝛſus infeliciter
laboꝛata et effuſa inaniter vaneſcẽt. Ne igitur opi-
nemur impoſſibilia eſſe pꝛecepta:plurimi q̄ppe ſũt/
qui etiam nũc iſta perficiãt. Si vero iſtud ignoꝛas:
nihil omnino mirandũ eſt. Nam ⁊ helias ſe eſſe iam
ſolum putabat:ſed audiuit a domino:qm̃ Reliqui
mihi ſeptẽ milia viroꝛũ. Ex quo perſpicuũ eſt:quia
nunc quoqꝫ multi ſunt apoſtolicã vitam tenẽtes ſi-
cut que pauloante dixi octo milia credentium illa.
Si vero tales modo eſſe nõ credimus:nõ quia de-
ſunt qui iſta perficiãt. ſed quia lõge nos ab illoꝛum
virtute diſtamꝰ. Sicut ergo ebꝛietatis cũ aliquis
vitio obſeſſus eſt:difficile omnino credit eſſe quem-
piã hoĩm qui nequaq̄ꝫ vinũ q̄dẽ guſtet:⁊ certe pluri
mi id apud nos monachi fecerunt: Et ſicut ille q̄ cũ
mille meretricibus voluptatur:virginem quẽq̄ꝫ ꝑ-
manere poſſe deſperat:⁊ vt alienoꝛũ raptoꝛ etiã pꝛo
pꝛia quẽq̄ꝫ facile contẽnere poſſe/nõ annuit:ita et q̄
mille curarũ languoꝛibus contabeſcũt:nõ facile ac
cipiunt hanc que a ſaluatoꝛe pꝛecipitur in alijs eſſe
virtutem. Nos vero qꝛ multi iſtud ĩpleuerint:ipſo
rum quoqꝫ qui etiã noſtra etate iuxta euãgeliũ phi-
loſophanť poſſumus exemplis docere. Sed vobis
interim ſatis eſſe poterit:ſi nõ appetere diſcatis ali-
ena/⁊ miſericoꝛdie opera cõplere:ac recõditas pecu
nias erogare. Hec enim ſi feceris dilectiſſime:cito
etiam ad illa ꝑficies. Nũc interim abundantiã/at-
qꝫ oĩne qđ ſuperfluit deponamus:ſimuſqꝫ maxime
mediocritate ꝯtenti:atqꝫ diſcamus omnia:quibus
opus habemꝰ de iuſtis operibus et laboꝛibus poſ-
ſidere. Quia et beatus iohannes: quando his qui
vectigalibus exigendis vacauerant diſputabat:et
milites ſtipendijs ſuis eſſe contentos iubebat:nole-
bat quidẽ etiã ad aliã eos celſioꝛẽ phiam ꝓuocare:
verum quia nõdum ad eam opoꝛtuni erant:ſaltem
minoꝛa dicebat:ne vtiqꝫ ſi eis eminẽtioꝛa ſuaſiſſet:
nec illa fuiſſent ſecuti:et hec foꝛſitan perdidiſſent.
Pꝛopterea igitur et ipſi in his nos adhuc inferioꝛi-
bus exercemus. Nouimꝰ quippe ſupꝛa nos eſſe in-
terim amoꝛem ex toto cõtemnere poſſidendi. Quan
tum enim celum a terra:tãtũ illa philoſophia diſtat
a nobis. Appꝛehendamus igitur ſaltẽ extrema hec
et minima pꝛecepta: nec ipſa enim exigua conſola-
tio eſt. Et certe gentiles quoſdam iſtud ſcimus im-
pleſſe:q̄ꝫq̄ꝫ non qua debuerant animi ſententia pꝛo
pꝛia reſpuerint. Uerum nos ſufficere interim credi-
mus:ſi miſericoꝛdia a vobis larga pꝛeſteť:cito em̃
etiam illuc peruenire poterimus:ſi ad hoc fuerimꝰ
ante pꝛogreſſi. Sin autem ne hoc quidẽ fecerimus:
quo tandem non digni iudicabimur eſſe ſupplicio?
Qui cum veteris teſtamenti iuſtos ſuperare iube-
amur: inferioꝛes etiam gentilium philoſophis in-
uenimur. Quid ergo dicemus:qui cum angeli/ac
dei eſſe filij debeamus:ne hoc quidem nobis vt vi-
deamur homines eẽ ſeruamus? Rapere enim ⁊ in-
uadere violenter aliena:non hominum manſuetu-
dinis:ſed ĩmanitatis eſt beluarũ:quinimo ipſis q̄ꝫ
deterioꝛes ſumus:qui in alienum tranſimus affe-
ctũ. Jllis em̃ hoc naturaliter inſitũ ẽ:nos vero qui
ratione honoꝛati ſumꝰ:⁊ tñ in eã que pꝛeter naturã
eſt excedimꝰ vilitatem:qua tãdẽ venia digni eẽ po-
terimus? Conſiderãtes igitur ꝓpoſite nob philoſo-

pħ'e menſuras: vel ad media peruenire ꝓperemꝰ: vt ⁊ a ſupplicio liberemur futuro/ ⁊ virtutū iter cō-tinuo carpētes: ad faſtigia bonoꝝ ipſa veniamus: q̄bus oēs nos cōtingat potiri: grā ⁊ miſericordia domini noſtri ieſu chriſti: cui gloria ⁊ imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia. xxiij. Ex capitulo ſexto.

## Onſiderate lilia agri quō creſcūt: nō laborant: neqꝫ nent. Dico autem vobis: quoniam nec ſalomon in omī gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis.

Poſtq̄ꝫ de neceſſario diſputauit cibo: ⁊ oſtēdit q̄ nec ſuper hoc q̄dē nos oporteat eſſe ſolicitos: tranſit ad leuius. Neqꝫ em̄ ita per oīa veſtimētū neceſſariū eſt vt alimētū. Cuiꝰ igiṫ rei grā nō hic quoqꝫ ſimili eſt vſus exēplo: Cur nō ex auibꝰ pauū [illegible] obis ꝓpoſuit/ aut cygnū/ vel ex pecoribus agnū: Multa q̄ppe ex hoc aīantium genere ſumere exēpla potuiſſet. Quia ſ[illegible] vtrūqꝫ cumulū voluit exaggerationis attollere/ ⁊ ab herbarū ſcꝫ vilitate: q̄ tanto tamē adornaṫ decore/ ⁊ ab illius pulchritudinis dignitate q̄ ſplendet in floribus: minꝰ em̄ exquiſite veſtis ambitum depreciaret: ſi ei nō ornata ſolū/ verūetiā aīata preponeret. Et iccirco poſtq̄ꝫ iſta ꝯfert nō iam lilia/ ſed agri illa fenū vocauit. Et ne hac q̄dem appellatione cōtentus: rurſus aliā quoqꝫ illis addit vilitatē. Qđ inquit hodie eſt: ⁊ nō dixit: cras vero nō ē: ſed multo adhuc inferiꝰ ac vilius: ⁊ cras inq̄t in clibanū mittiṫ. Nec dixit deus illa veſtit: ſed deus illa ſic veſtit. Uides certe multos exaggerationū cumulos: magnaqꝫ elationis augmēta. Hoc aūt facit vt eos magis magiſqꝫ caſtiget: propter qđ intulit: Quātomagis vos: multā quippe hic ſermo vim cōtinet: ꝙ em̄ dixit vos: nihil egit oīno aliud q̄ꝫ vt oſtēderet: q̄ꝫto genus humanū deus honore cumulauerit: q̄ꝫtam etiā eoꝝ curam gerat ſalutis: ac ſi diceret: Uos quibꝰ rationalē animā dedit/ corpuſqꝫ formauit: vos ꝓpter quos fecit oīa que videnṫ: ꝓpter q̄s miſit ꝓphetas: legemqꝫ cōſtituit: ꝓpter quos bona operatus eſt innumera: ꝓpter quos etiā vnigenitū filium ſuum dedit. Et q̄ manifeſte iſta mōſtrauerat: merito eos poſtea corripit dicēs/ modice fidei. Talis eſt qui precipit: nō ſuadet ſolū/ ſed ⁊ increpat: vt magis excitet audientes ad eoꝝ q̄ dicunṫ aſſenſum. Per hec vero nō mō docet/ nequaq̄ꝫ debere eſſe ſolicitos: ſꝫ nec arrogare nobis aliq̄d de precioſe veſtis ornatu: quādoquidē pulchritudo floꝝ ⁊ decor varius herbarū: ipſumqꝫ oīno fenū amictu noſtro inuenitur precioſius. Cur igitur ex his in ſuperbiā mētis erigeris: in quibꝰ perfacile de te obtinet/ etiam herba victoriā: Et vide quēadmodū ab initio leue oſtēdat eſſe preceptū: dum per aduerſa rurſus/ perqꝫ illa que maxime timēt: eos a timore deducit. Cū enim dixit cōſiderate lilia agri/ intulit: Nō laborāt igiṫ volēs nos a laboribus liberare: hec ipſa precepit. Nō itaqꝫ de his rebus nō curare labor eſt: ſed labor eſt ꝓfecto curare. Et ſicut dicendo nō ſeminant: haud ſemina excluſit: ſꝫ curarū onera decuſſit. Sic etiā cū dixiſſet: neqꝫ nent: nō opus: ſed ſolicitudinē ſuſtulit. Si aūt ſalomon ipē floꝝ decore ſuꝑatus ē: ⁊ nō ſemel/ aut iterū: ſꝫ tota prorſus illa qua regnauit etate. Poſſet em̄ quiſpiā dicere: q̄ nūc q̄dē pulchritudinē florum ſplendore veſtis equauit: nūc vero candore eoꝝ/ vel fulgore ſuperatus eſt: qui vtiqꝫ ne in vna quidem die tāto eſt ſplendore decoratus. Hoc enim oīno ſignificauit dicēdo: In omni regno ſuo: nec ab vno quidē flore victus: aliū vero inuenitur imitatus: ſed ab omnibus pariter obſcuratꝰ abſcedit: propter qđ ait/ ſicut vnū ex iſtis. Quātū vero diſtat a veritate mendaciū: tātū illoꝝ amictꝰ: ⁊ horum quoqꝫ floꝝ diſcrimē iteriacet. Si ergo ille inq̄ꝫ victū ſe eſſe cōfeſſus eſt: q̄ cunctos certe qui vnq̄ꝫ fuere reges claritate ſuꝑabat: q̄n tu poteris vincere: vl' ꝓximus huic tāte pulchritudini aliqua ex parte cōſiſtere: Hic etiā nos admonet: ne ad hmōi ambiamꝰ decorē. Reſpice nāqꝫ finē eius: in ignē poſt victoriā mittiṫ. Si autē erga hec vilia/ nec vllo prorſus digna ſermone: neqꝫ magno vſui neceſſaria/ tantā ꝓuidētiā creator oſtēdit: q̄n te negligere poterit: atqꝫ deſpicere aīal longe oībus que ꝓpter te vtiqꝫ creauit: honoratius: Cuius vero rei gratia tāto etiā herbas decore veſtiuit: vt ſuā ſcꝫ ſapiētiā creator oſtenderet/ copiāqꝫ virtutis: vt vndiqꝫ illius gloriā diſceremus. Nō em̄ celi tātūmodo gloriā narrant dei: verūetiam terra. Nā hoc quoqꝫ dauid ipſe dicit in pſ: Laudate dn̄m de terra: ligna fructifera/ ⁊ oēs cedri. Alia quippe de fructu/ alia de magnitudine/ alia de decore/ laudē deo videnṫ emittere. Id autē ipſum maximas ꝓfecto deſignat diuitias ſapiētie: q̄n etiā in hec que ſunt vtiqꝫ viliſſima: q̄d em̄ viliꝰ q̄ꝫ hodie q̄d eſſe: cras vero deſinere: tātū decoris effudit ꝙ nullo vſui eſſet futurū: Quid em̄ ad ignis alimoniā florum pulchritudo cōfert: Quēadmodū tibi nō dabit qđ vtiqꝫ neceſſe ē ad vſum: qui illud qđ omnibus rebus eſt vilius tam abūdanter ornauit: Et hoc nō ad aliquē (vt dixi) vſum faciens: ſed diuitias ſue liberalitatis oſtendens: multomagis te oībus certe honoratiorē in his q̄ ad vſum pertinēt honorabit. Cū igiṫ oſtendiſſet plurimā eſſe erga hoīes ꝓuidentiā dei: cūqꝫ iā oporteret virgā eis correctionis adhibere: pleniſſime etiā iſtud exequiṫ. Uerꝫ hic quoqꝫ admixta vtitur lenitate: non enim infidelitatē eis imputat: ſed fidei paruitatē. Si aūt inquit fenū agri qđ hodie eſt/ ⁊ cras in clibanum mittiṫ: deus ſic veſtit: q̄ꝫtomagis vos modice fidei: Et certe oīa iſta idē ꝓculdubio ſemꝑ operatur: ⁊ ſine ipſo factum eſt nihil. Et tn̄ nuſq̄ꝫ aliquid de ſe adhuc cōmemorat. Sufficiebat quidē ad oſtendendam interim auctoritatē ſuā dicere per ſingula queqꝫ precepta. Audiſtis q̄ dictum ē antiquis: ego aūt dico vobis. Nequaq̄ꝫ ergo mireris: cū etiam poſt iſta vel occulit ſemetipſum/ vel aliquid de ſe humiliꝰ enūciat. Unū em̄ interim illud ſtudet: vt facilius illi poſſint capere ſermonē: per quē cuncta ipſe demonſtret/ nō ſecē aduerſariū quēdā dei: ſed cōfitētem patri per oīa qđ eum hic quoqꝫ feciſſe perſpicimus. Cū enim tā multa iā dixerit: ipſum tn̄ adhuc ſolū ⁊ perſepe memorauit: ſapientiā prouidentiamqꝫ eius admirās: vt potē oīm rerū curā gerētis: magnarū ſcꝫ atqꝫ minimarum. Nā ⁊ cū per hieruſalem iurare ꝓhiberet: ciuitatem illam magni regis vocauit/ ⁊ quando per celum: dei illud appellauit thronū. Et cū de mūdi adminiſtratiōe loq̄reṫ: ipſi oīa ꝓrſus aſcripſit/ dicēs: Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos ⁊ malos/ ⁊



pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. Et in oratione nos docuit confiteri: quoniā ipſiꝰ ſit regnū ⁊ potentia ⁊ gloria. Hic quoqꝫ cum de eiuſdē prouidentia diſputaret/ ⁊ oſtenderet: quēadmodū etiā in minimis optimum impleret artificiū/ qui fenū (inquit) ſic veſtit: nec adhuc vſpiā ſuū illum: ſed eoꝝ patrē vocauit: vt hoc itaqꝫ auditorū animas onere laxaret: ne quando cum ſuū patrē eſſe diceret/ indignū putarēt. Sin vero de vilibus neceſſariiſqꝫ rebus non oportet eſſe ſolicitos: qua tandē digni venia iudicandi ſunt: qui curam ſuā multo precio coemptis/ ⁊ ſuꝑfluo omnio rebꝰ impendūt: imo qua erunt venia digni qui nec ſomnū quidē capiūt/ dum aliena diripiant: (Nolite ergo (inquit) eſſe ſoliciti dicentes: Quid mā ducabimꝰ/ aut quid bibemꝰ/ aut quo operiemur: Hec enī omnia gentes inquirūt). Uidiſti nempe quemadmodū eos rurſus/ ⁊ amplius increparit/ ⁊ manifeſtius docuerit: qui nihil vel oneroſum preceperit/ vel moleſtū. Sicut enim pauloante cū diceret: Si diligitis diligentes vos: nihil amplius facitis: nā et gētes hoc faciūt: Cōmemoratiōe gentiliū eos ad id quod erat perfectius incitauit: ita nūc quoqꝫ coſdem adducit in mediū: corripiens ⁊ oſtendens neceſſariū ſe a nobis debitū flagitare. Si enim amplius nos q̄ꝫ etiā ſcribas: atqꝫ phariſeos oportet efficere: qua pena videbimur eſſe digni: qui nō ſolum illos non vincimus: ſed in vilitate quoqꝫ gentiū permanemus: eoſqꝫ parcitate dilectiōis imitamur. Uerū non vſqꝫ ad correptionē tantūmō ſermone progreſſus eſt: ſed cū eos ſeuerius caſtigaſſet: perqꝫ hoc etiā ſuſcitaſſet: plurimūqꝫ in eis ſuccendiſſet pudorē: cōſequenter illos aliunde ſolatur. Nouit (inquit) pater veſter celeſtis: quia his omnibꝫ indigetis.) Non dixit/ nouit deus: ſed nouit pater veſter: vt eos profecto ad ſpem certiorē vocaret. Si ergo et pater veſter: ⁊ talis pater nequaq̄ꝫ profecto patiṫ deſpici a ſe filios/ mala vltima ſuſtinētes: q̄n ne homīes quidem patres hoc aliquādo patiunṫ. Sed aliū quoqꝫ preter hunc intulit ſenſum dicendo: q̄m his omnibꝫ indigetis. Quod vero dicit eiuſmodi eſt: Nunquid ſuperflua iſta ſunt: vel vos ea deſpicit requirentes. Et certe herbas quoqꝫ ne in ſuperfluo quidē deſpexit ornatu: nunc aūt iſta neceſſaria ſunt. Quā ergo tu opinaris cauſam tibi eſſe curādi/ hanc ego idoneam eſſe dico: que te ab omni liberet intentiōe curaꝝ. Si enim dixeris: propterea me oportet eſſe ſolicitū: quia ſunt neceſſaria: ego e regione reſpondeo: ꝓpterea nō oportet te eſſe ſolicitū: q̄ ſunt vtiqꝫ neceſſaria. Si enī eſſent ſuperflua nō ita deberes de eorū preſtatione cōfidere: nūc vero q̄ neceſſaria ſunt/ ꝓrſus non oportet ambigere. Quis enī pater inueniṫ aliquādo qui liberis ſuis neceſſaria quidē ſe nō p̄ſtare patiaṫ: igiṫ ob hoc quoqꝫ proculdubio deus iſta preſtabit: quia nature creator ipē eſt/ ⁊ ſatis plene quorum illa īdigeas agnoſcit. Nā ne hoc quidē poteris opponere: ꝙ ſit quidē pater: ſint etiā neceſſaria que a filiis requirunṫ: ignoret aūt ille/ quia in eorū ſint indigentia conſtituti. Eſt enī omnio clarū/ ꝙ deꝰ q̄ naturā ipām nouit: ⁊ eiꝰ creator exiſtit: quiqꝫ illam talē creando formauit: indigentiā quoqꝫ eiꝰ magis profecto proſpiciat: q̄ꝫ tu certe ipſe qui huiuſmodi neceſſitatibꝰ coartaris. Nam ipſi vtiqꝫ/ ſic placuit: vt hāc indigentiam natura pateretṫ: nequaq̄ꝫ erit ergo cōtrariꝰ in his quibꝰ ei opus eſſe decreuit: nec ille q̄ in tanta illam indigentie neceſſitate cōſtituit: neceſſariaꝝ eam rerum perceptiōe fraudabit. Nihil horū itaqꝫ curemꝰ: neqꝫ enim curando quicq̄ꝫ ampliꝰ cōſequemur: niſi ꝙ noſmetipſos ſolicitudinum angore diſtendimus. Cum enī etiā nobis nō curantibꝫ preſtat: immo tunc magis: quando nihil hinc omnino curamꝰ. Quid tibi ampliꝰ ſolicitudo preſtabit: niſi ꝙ ſuperfluā a te exigit vltionē: Neqꝫ ei quiſpiam ad conuiuiū iturus opulentū: de ipſius diei cibo ſe curare patietur. Nec ad fontē aliquis accedens: ſolicitudinē de ſitis neceſſitate perpetietur. Nequaq̄ꝫ ergo etiā nos cum habemus liberalitatē ⁊ prouidentiam dei cunctis omnino fontibꝰ affluentiorē/ inopes nos putemꝰ. Nā poſt illa/ que dixi/ rurſus aliū quoqꝫ ſenſum ſuper eiuſmodi rebus fiduciā ſuggerentē imponit/ ac dicit: (Querite autē primū regnū dei/ ⁊ iuſticiā eius: ⁊ hec omnia adiicientur vobis.) Poſtq̄ꝫ enī animos audientiū onere curarū leuauit: tunc [illegible]os etiā de celi regione cōmouit. Uenit quippe ver[illegible] a ſoluturꝰ/ ⁊ ad meliorē/ veramqꝫ patriam vocaturꝰ. Iccirco igiṫ cuncta perficit/ vt nos a ſuperfluis liberet: atqꝫ a terrena eximat paſſione. Propterea etiam gentiliū meminit dicens: [illegible]ec omnia gentes inquirunt: quorū videlicet er[illegible] preſentē vitā ſtudiū omne cōſumiṫ: quibꝰ nulla ꝓrſus cura eſt futuroꝝ/ nec cogitatio aliqua de celo. Nob aūt iſta nō ſunt principaliter requirenda: ſed alia ꝓfecto. Neqꝫ propterea creati ſumus: vt ederemus/ atqꝫ biberemus/ veſteqꝫ tegeremur: ſed vt placeremus deo/ ⁊ bonis potiremur futuris. Sicut ergo in vſu ipſo hec trāſitorie ſunt habēda: ita etiā in oratione tranſitorie poſtulanda. (Querite autē primū regnū dei/ ⁊ iuſticiā eius/ ⁊ hec omnia adiicienṫ vobis.) Non dixit dabunṫ: ſed adiicienṫ/ vt ſcꝫ diſceretis horū que in preſenti danṫ: nihil eſſe omnino magnū: ſi futuroꝝ magnitudini comparenṫ. Et iccirco nec peti illa q̄dē iuſſit: ſed alia q̄dē ſollicite poſtulari: illa vero his adhibēda eſſe preſumi. Quere igiṫ tm̄ futura: ſic enim etiā optime preſentia conſequeris: noli querere que videntur/ ⁊ ea abſqꝫ ambiguitate percipies. Eſt quippe ꝓrſus indignū: vt ſuꝑ eiuſmodi rebꝰ interpelles deum. Qui enim omne ſtudium/ totamqꝫ curam pro illis ineffabilibꝰ gerere debes bonis: ſatis teipē depretias/ atqꝫ confundis qui erga cupiditatē rerum mundanaꝝ inſtar fluentum temetipm̄ ſemꝑ impēdis. Quemadmodū igiṫ panē me petere p̄cepit: ſꝫ addidit q̄tidianū/ ⁊ cū dixiſſet: da nobis hodie ſignāter adiecit hodie: ſic etiā hoc fecit loco. Non enim dixit nolite eſſe ſoliciti: ſed nolite (inquit) ſoliciti eſſe in craſtinū. Per quod certe ⁊ nobis libertatē donauit/ petendi/ et animā noſtram magis neceſſariis rebus affixit. Nam et illa ideo peti precepit: non quia deus noſtrarū precū indigeret admonitu: ſed vt abſqꝫ dubio diſceremus ꝙ cum illius auxilio faciamus bona cuncta que facimus/ ⁊ vt ipſa aſſiduitate poſcēda ei nos proprie dederimus. Conſideraſti certe quemadmodū etiā per iſta ſuaſerit ꝙ preſentia quoqꝫ ab ipſo abſqꝫ dubitatione percipiant. Qui enī maiora preſtat: multo magis tribuit ⁊ minora. Non enim propterea (inquit) dixi: nolite iſta depoſcere: vt vel fame deficiatiſ/ vel nuditate deformes ſitis: ſed vt abunde vobis etiā neceſſaria iſta ſuppeterent: quod certe omnium maxime idoneum erat: vt illos poſſet attrahere. Nam

ſicut in elemoſyna dehortans eos ſeſe hominibꝫ oſtẽ-
tare: hac illis precipue ratione ſuadebat: qua doce-
bat multo eis maiorẽ gloriam eſſe tribuendã: ſi eã
ipſi vltro non quererent. Pater enim (inquit) tuus
qui videt in occulto reddet tibi: ita hic quoqꝫ abſtra-
hens eos ab inquiſitiõe preſentiũ: hoc eis maxime
ſuadet: modo quo non requirentibꝫ multo abundã-
tiꝰ dandũ eſſe promittit. Propterea (inquit) iubeo
iſta non queri/ non ne accipias: ſed vt habundãter
accipias. Cumqꝫ ea que tibi competit vtilitate etiã
preſentia conſequaris/ ne ſolicitudinibꝰ afflictꝰ: et
curarũ morſibꝰ ſepe diſcerptus: non modo iſtis ve-
rumetiã ſpiritalibus bonis te facias indignũ/ ne ⁊
ſuperfluã patiaris erumnã/ ⁊ quod eſt ampliꝰ pro-
poſitam tibi amittas coronã. [Nolite ergo ſoliciti
eſſe in craſtinũ: craſtinus enim dies ſolicitꝰ erit ſibi
ipĩ: ſufficit diei malitia ſua] id eſt miſeria ipã atqꝫ cõ-
tritio. An forte non ſufficit tibi illa ſentẽtia: In ſu-
dore vultus tui manducabis panẽ tuum: qꝛ alium
quoqꝫ addis curarum laborem: qui certe etiã a prio-
ribus es ſudoribus liberandus. Malitiã vero hic
nõ malignitatẽ vocat: abſit hoc enim: ſed miſeriam
vel laborem. Sicut enĩ cum alibi dicit: Si eſt ma-
licia in ciuitate quã dominꝰ non fecit: non auaritiã
ſignificat/ ac rapinas: nec eorũ quicqꝫ aliud omnio
ſed eas profecto plagas: que diuinitus inferũtur:
de quibꝰ rurſus loquitur per prophetam: Qui fa-
cio pacem ⁊ creo mala. Neqꝫ enim hic malitiã volu-
it intelligi: ſed peſtilentias profecto ⁊ famẽ: ceteraqꝫ
huiuſmodi que mala eſſe putantur a plurimis. Eſt
quippe iſte mos: vt multi hec mala eſſe pronunciẽt
ſic enĩ ⁊ quinqꝫ illarũ prouinciaꝝ ſacerdotes/ atqꝫ
diuini/ quando arche ſubiunxerunt boues: illatas
a deo plagas: ⁊ merorẽ illum/ ac dolorẽ quẽ de ea-
rum afflictionibꝰ ſentiebãt/ malitiã nominabant.
Ita hic quoqꝫ malitiã pro afflictione poſuit/ dicens
Sufficit diei malitia ſua. Nihil enĩ perinde animã
vt ſolicitudo/ ⁊ cura eius excruciat. Sic enĩ paulꝰ
ad amorẽ virginitatis accedens: conſiliũ ſubmini-
ſtrat/ dicens: Uolo aũt vos ſine ſolicitudĩe eſſe. Qꝛ
vero ait: craſtinus dies ſolicitꝰ erit ſibi ipi: nõ ipm
prorſus diem aliquid curare dixit: ſed quia etiã ad
imperfectum vulgus ei ſermo eſt: volens expreſſiꝰ
eſſe quod protulit: perſonã quandã aſcripſit tempo-
ri: iuxta multorũ profecto ad illos morem locutus.
Idipſum autẽ hic ſuadet conſilio: quod ad altiora
progreſſus ſanxit imperio. [Nolite (ĩquit) poſſide-
re aurum neqꝫ argentũ/ neqꝫ peram in via] Poſtqꝫ
enim hec ipſa operibꝰ oſtendit: tunc etiã verbis fir-
miora precepta conſtituit: vnde etiam receptu faci-
lis ſermo eius effectus eſt: quia ſcilicet operibꝫ eius
fuerat ante firmatus. Ubi hoc ergo per opera mon-
ſtrauit? Audi ipſum loquentẽ: Filius aũt hominis
non habet vbi caput ſuum reclinet. Neqꝫ hoc tamẽ
ſolum dixiſſe cõtentus eſt: verũ in diſcipulis quoqꝫ
virtutis huius preſtat ſplendoris documentũ. Nã
et cum ipſos ad huiuſmodi inopiã coartaſſet: nullo
eos indigere permiſit. Conſidera vero eiꝰ admira-
bilem erga ſuos prouidentiã: ⁊ queadmodũ omnes
prorſus patres pietate dilectõis exſuperet. Hoc eĩ
inquit iubeo ob nihil aliud omnino niſi vt vos libe-
rem ab inaniũ afflictione curaꝝ. Si enĩ ⁊ hodie cu-
res de craſtino: ⁊ rurſus craſtino ipſo cures die: nõ-
ne ſuperfluo ac nimio temetipm deprimes onere cu-

rarũ? Cur ergo cogis diẽ pluꝰ qꝫ ipẽ ſortitus eſt affli-
ctionis accipere: ⁊ ſupra proprios eius labores etiã
ſequentis ei diei pondus imponis? ⁊ hoc cũ nil iſtiꝰ
adiectione faſcis alterius diei leuiora ſis onera fa-
cturus laborũ? Cum igiť eos acriꝰ increparet: ipm
pene tempus animauit: ⁊ velut afflictũ ab omnibꝰ
introduxit: quaſi qꝛ contra illos de impoſita ſibi af-
flictione clamaret: Et reuera accepiſti diẽ vt ea qui-
bus in ipſo opus eſt cogitares: quã igiť ob cauſam
curas ei etiã alteriꝰ adiungis? Nunquid enĩ nõ ha-
bet ſufficiens onus ſolicitudinẽ ſui: cur igiť maiore
illum opprimis faſce curaꝝ? Quando enĩ ipẽ hoc la-
tor legis enunciet: ⁊ qui de noſtris certe cõſcientijs
iudicabit. Cõſidera qꝫ bonas ſpes ipẽ nobis alter ꝑ-
ſul ꝑſentis iocũditatis miniſtret: qñ vtiqꝫ ipẽ teſtať
qm̃ vita iſta ſit miſera/ atqꝫ ita erũnis varijs onu-
ſta/ vt in afflictionẽ/ cõtritionẽqꝫ noſtri vniꝰ quoqꝫ
diei cura ſufficiat. Et tñ cũ tãta nobis dicanť ac ta-
lia nos nihilominꝰ horũ ſolicitudinẽ gerimꝰ: de ce-
lo aũt nihil omnio curamꝰ: ſed reꝝ ordinẽ per cũcta
peruertimꝰ/ cõtraqꝫ ꝓcepta xp̄i vtrinqꝫ pugnamꝰ.
Itaqꝫ diligenter hec ipa cõſidera. Nolite (ait) ꝑſen-
tia iſta prorſus inquirere: nos hec ſola etiã/ abſqꝫ in-
termiſſione ſectamur. Querite (inquit) ⁊ ſemper: et
ſola celeſtia. Nos vero ne vniꝰ quidẽ hore ſpacio il-
la perſeueramus inquirere: ſed quantã in his q̃ ad
corpus neceſſaria ſunt/ curã oſtendimꝰ: tantã in ſpi-
ritalibꝰ habemus incuriã: imo longe etiã/ longeqꝫ
maiorẽ: ſed nequaqꝫ nobis ꝓſpere iſta ꝓuenient: nec
longũ impunita huiuſmodi licẽtia relinqueť. Ecce
enĩ contẽnimꝰ .x. diebꝰ: ecce .xxx. ecce iã centũ. Nõ-
ne iam erit prorſus neceſſe in manꝰ dicentis incide-
re: ſed habet cõſolationẽ quandam ipa dilatio. Et q̃
nam iſta cõſolatio eſt? quotidianis ꝓrſus diebꝰ ter-
ribile expectare iudiciũ. Qꝛ ſi cupis conſolationem
aliquã de hac dilatione ꝑcipere/ correptionẽ de pe-
nitẽtie dolore fructifica. Si enĩ ex dilatiõe pene ali-
quod tibi putas eſſe ſolaciũ: multomagis lucrũ eſt
nũqꝫ in illud ſuppliciũ deuenire. Quod igiť eſt lon-
ge/ longeqꝫ preſtantiꝰ futuri hac dilatiõe iudicij ad
euitationẽ maioris pene iminẽtis vtamur. Neqꝫ .n.
aut onerosum aliq̃d aut moleſtũ eſt impatiũ: ſed ſic
facilia cũcta ꝓrſus ac leuia vt ſi afferamꝰ prompta
ſolũmõ voluntatẽ: omnia efficere poſſumus/ etiã ſi
peccatis pleni fuerimꝰ innumeris. Nã ⁊ manaſſes
ſcelera multa cõmiſerat: quippe qui etiã in ſctõs ma-
nus ſue crudelitatis extendit: ⁊ abominãda in tem-
plo dei ſimulachra conſtituit: et ciuitatẽ homicidijs
impleuit/ multaqꝫ alia perpetrauit maiora prorſus
qꝫ vt videreť venia poſſe donari. Uerũtamẽ poſt tot
ille/ tãtaqꝫ flagitia ab omnibꝰ eſt mũdatꝰ ac dilutꝰ
Quo autẽ iſtud effecit modo? penitẽtie ꝓfecto fletu:
et ſtudio voluntatis. Non eſt quippe nõ eſt aliquod
omnio peccatũ quod nõ cedat penitẽtie virtuti/ imo
gratie dei: qui cũ ad meliora cõuertimur/ continuo
nobis cooperator efficiť. Si ei bonꝰ eſſe malueris:
qui ꝓhibeat nullus omnio eſt: imo eſt quidẽ diabo-
lus ꝓhibens: ſed ꝓfecto nil poterit te eligẽte melio-
ra: magis autẽ hoc deo tibi in adiutoriũ copulante
Quod ſi tu certe nolueris/ retroqꝫ receſſeris: quem-
admodũ te ille tutabiť? Non enĩ neceſſitate ac violẽ-
tia: ſed cũ tua te vult voluntate ſaluare. Si ei tu ſer-
uum habẽs odientẽ te: ac ſemper horrentẽ: ſepe etiã
recedentẽ a te/ atqꝫ fugientẽ: nequaqꝫ iã illũ cõpre-



hendis ac retines: ⁊ certe cum obſequio eiꝰ indige-
as multomagis deus: qui non propter ſuã aliquã
neceſſitatẽ: ſed omĩa propter noſtrã facit ſalutẽ: non
vult te violenter aſtringere quemadmodũ e regiõe
ſi ſolam ad placendũ ei oſtẽderis voluntatẽ: nunqꝫ
te ille deſtituet: quãtalibet aduerſus te diabolꝰ mo-
liatur. Nos ergo nos ipi cauſa noſtre perditiõis exi-
ſtimus/ nõ enĩ inſtãter ad eũ accedimꝰ: nõ interpel-
lamus aſſidue: nõ rogamꝰ queadmodũ pro tãta eſt
dignũ cauſa rogare: ſed ⁊ ſi eũ adeamꝰ: aliqñ ita fa-
cimus hoc: quaſi nõ deſideremus accipere/ neqꝫ cũ
ea fide qua cõgruit deprecantes: ſed oſcitãtes pror-
ſus ac tota mẽte torpẽtes: ea que videmur poſtula-
re negligimus. Et certe vult ſe a nobis exigi deus.
Hec quippe illi omnio vis gratia eſt. Nam ſi vehe-
mentius inſtare viderit exigẽtes/ etiam illa que nõ
petimꝰ largieť. Nũc aũt liberalitatẽ ſuã differt/ nõ
quia preſtare nolit: ſed quia noſtra illũ delectat exa-
ctio. Et propterea tibi aliud quoqꝫ poſuit exemplũ.
Nunc illiꝰ amici qui noctu inſtabat petẽdo/ nũc iu-
dicis/ neqꝫ deũ timẽtis/ neqꝫ hominẽ omnio reuerẽ-
tis. Nec vero tantũmõ vſqꝫ ad exempla ꝑuenit: ſed
ipſis quoqꝫ operibꝫ oſtendit: cum ſcꝫ chananeã illã
mulierẽ magno certe dono impletã remiſit. In hac
vero euidenter oſtendit: quoniã deus etiã illa q̃ no-
bis parata nõ ſunt/ dare poſſit: ſi vehemẽtiꝰ poſtu-
lentur. [Non (inquit) eſt bonũ tollere panẽ filioꝝ: ⁊
dare canibꝫ] ⁊ tamẽ dedit: quia illa etiã vehemẽter
exegit. Iudeis vero e regione mõſtrauit: quia deſi-
dioſis nec illa quidẽ tribuat: que eis fuerãt ꝓpara-
ta. Deniqꝫ illi acceperũt nihil: imo etiã ꝓpria ꝑdide-
runt. Et ideo quia minime queſierũt: ne ſua accepe-
runt quidẽ. Illa vero quia violẽter incubuit vendi-
care/ ⁊ rem filioꝝ accepit canis. Tantũ quippe bo-
nũ eſt fides ſedula: et deprecatio perſeuerans. Noli
ergo dicere: quia tibi ſit inimicus deus/ teqꝫ omnio
nolit audire. Cito tibi reſpõdebit ſi aſſidue illũ (⁊ vt
ita dixerim) moleſte interpellare nõ deſinas: et ſi ei
non ob amicitiã: at propter ſedulitatẽ iſtud efficiet:
neqꝫ inimicitiarũ importunitates: neqꝫ vllũ patieť
impedimentũ omnio. Nec dicas nõ ſum dignꝰ au-
diri/ ⁊ iccirco non oro. Nam ⁊ chananea illa etiã ta-
lis fuit: ſed nihilominus impetrauit. Nec dicas: ⁊
multũ peccaui/ ⁊ nõ poſſum ad me iratũ vocare. Nõ
enĩ meritũ tuũ deus: ſed ſolam interim cõſiderat vo-
luntatẽ. Si enĩ iudicẽ nõ timentẽ deũ: neqꝫ homi-
nes erubeſcentẽ vidua inflexit: multomagis bonũ
iudicẽ ĩterpellatio aſſidua. Et ſi igiť nõ fueris ami-
cus: ⁊ ſi nõ ea que tibi cõpetere videnť/ expoſtules:
et ſi bona patris luxurioſus abſumpſeris/ longũqꝫ
temporis a facie eiꝰ abfueris: ⁊ ſi deneger/ atqꝫ oĩm
prorſus extremus/ ⁊ indignantẽ illũ/ iratũqꝫ cõue-
nias: incipe tantũmõ orare: atqꝫ ad ipm redire: ⁊ re-
cipies ꝓfecto cũcta/ ⁊ cõfeſtim omnẽ irã/ penãqꝫ re-
ſtingues. Sed ecce inquis oro: ⁊ nihil ampliꝰ ſequi-
tur. Non eĩ ita poſtulas: queadmodũ illos legimꝰ
poſtulaſſe: chananeã dico/ et amico nocte pulſantẽ:
et viduã iudici frequẽter moleſtã: et filiũ qui patris
cũcta decoxerat. Si enĩ ſic oraſſes: proculdubio ce-
leriter impetraſſes. Nam etſi a te accepit iniuriã: tñ
pater eſt: ⁊ ſi iratus eſt: tamẽ amãtiſſimus filiorum
eſt: ⁊ vnũ eſt tantũmõ qđ requirit. Nõ exigere de in-
iurijs vltionẽ: ſed te videre ad meliora conuerſum/
ſibiqꝫ iugiter ſupplicantẽ. Utinã nos ita erga illũ

ſeruaremus affectũ: vt illiꝰ viſcera noſtra charita-
te flãmenť. Sed tantũmõ occaſionẽ deꝰ iſtiꝰ ignis
requirit/ ⁊ ſi modicam ſcintillã ipẽ ꝓbueris ingentẽ
oĩno flãmã beneficioꝝ in te eiꝰ accẽdes. Nõ ei qꝛ in-
iuriã accepit iraſciť: ſed qꝛ tu es auctor iniurie: per
quã etiã velut ebriꝰ deſipis. Si enĩ nos cum ſimꝰ
maligni iniuriã accipiẽtes a filijs: tñ pro illis dole-
mꝰ: multomagis q̃ nullã oĩno ſentit iniuriã: ꝓ tuo
tm̃ comodo q̃ illã facere auſus es/ iraſciť. Nã ſi nos
qui ſcđm naturã diligimꝰ filios: ſatis tñ ꝓfecto eos
diligimꝰ: multomagis ille diligit qui diligit vltra
naturã. Sed ⁊ ſi obliuiſcať mulier infantẽ (inquit)
vteri ſui: ego tñ nõ obliuiſcar tui dicit dñs oĩpotẽs
Accedamꝰ igiť ad eũ/ atqꝫ dicamꝰ: Etiã dñe: nã et
canes edũt de micis q̃ cadũt de menſa dñoꝝ ſuoꝝ.
Accedamꝰ inquã importune: immo hoc nũqꝫ eſt im-
portune accedere. Sicẽ enĩ reſpirare ĩportune oĩno
nũqꝫ eſt: ita etiã nõ quidẽ petere: ſed nõ petere potiꝰ
importunũ eſt. Sicut enĩ reſpirare hoc iugiter indi-
gemus: ita etiã eo qđ a deo ꝑſtatur auxilio. Qꝛ ſi vo-
luerimꝰ facile illum ad nos poterimꝰ inflectere. Et
hoc ꝓfecto declarãs/ atqꝫ oſtẽdẽs deũ promptũ eſſe
ſemꝑ ad bñficia largiẽda dicebat/ ſicut diluculũ pa-
ratũ inueniemꝰ eũ. Quotiẽſcũqꝫ ei venire/ ⁊ ad illũ
voluerimꝰ accedere/ expectatas ab illo eſſe ꝑces no-
ſtras: cõtinuo ſentiemꝰ. Si vero nihil de redũdãte
illo fonte bonitate haurimꝰ: noſtra eſt oĩs culpa nõ
fontis. Hoc etiã iudeis imputãdo dicebat: Miſeri-
cordia vt nubes matutina: ⁊ ſicut ros diluculo ca-
dens. Quod vero dicit hmõi eſt: Ego quidẽ q̃ a me
petẽda erãt: cũcta largitꝰ ſum: vos vero quaſi q̃dã
ventꝰ vrẽs aduerſus nebulã/ roreqꝫ cõtenditꝭ: ⁊ ic-
circo retrahiť a vobis: ita pre nimia malignitate ve-
ſtra facitis immẽſe liberalitatis dei dona cohiberi:
qđ tñ ipm diſpẽſatio ꝓuidẽtie eſt. Cũ enĩ nos vide-
rit nõ mereri: digniſſime ꝓculdubio bñficia ſua cõti-
net: ne nos vtiqꝫ deſides faciat: nõ digne inq̃rẽtibꝰ
largiẽdo. Si vero paululũ in meliora mutemur: et
vel tãtulũ q̃dẽ vt nos saltẽ peccaſſe doleamꝰ: ſupra
qꝫ oẽs fõtes ſubito ebullit copioſiꝰ: qꝫ oẽ ꝓrſus pela-
gus effũdiť. Quãtoqꝫ ampliꝰ accepis: tãto ille plꝰ
gaudet: ⁊ hoc ipo ad dandũ plura cõſurget: diuiti-
as enĩ ſuas noſtram eẽ ducit ſalutẽ: ⁊ ipam dãdi pe-
tẽtibꝫ largitatẽ: qđ certe dicebat Paulus: Qui di-
ues eſt in oĩbꝫ q̃ inuocãt illũ. Nõ .n. niſi qñ nõ poſtu-
lamꝰ iraſciť: tũc ẽt nos ſolũ qñ nõ poſſumꝰ auerſať
Propterea .n. ⁊ pauꝑ factꝰ eſt: vt nos diuites face-
ret: ⁊ illa oĩa ſuſtinuit/ vt nos ad petẽdũ pleniꝰ ĩcita-
ret. Nequaqꝫ igiť deſperemꝰ: ſed habentes tot occa-
ſiões ſalutꝭ/ ſpeiqꝫ meliores: ẽt ſi q̃tidie peccemꝰ: ac-
cedamꝰ tñ rogãtes: proqꝫ delictꝭ aſſidue veniã deꝑ-
cemur. Sic enĩ ⁊ ad peccandũ efficiemur (abſqꝫ du-
bio) tardiores: ⁊ diabolũ repellemꝰ/ ⁊ dei in nobis
miſericordiã ꝓuocabimꝰ/ ⁊ bona cõſequemur futu-
ra gratia ⁊ miſericordia dñi noſtri Ieſu xp̄i: cui glo-
ria imperiũ in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia .xxiiij. Ex capitulo ſeptimo.

## n Olite iudicare: et non iudi-cabimini: nolite cõdemna-re et nõ cõdemnabimini.

Quia igitur non debemꝰ arguere peccãtes. Nã
et Paulꝰ hoc dicit: immo ipẽ rurſum xp̄s in Pau-

lum: Tu quid iudicas fratrē tuū? Et tu q̄s es q̄ iudicas alienū ſeruū? Et iterū: Nolite ante tempꝰ iudicare quoaduſqꝫ veniat dn̄s. Quēadmodū igitur alibi dicit: Argue/ obſecro/ increpa. Et alibi: Peccantes corā oībꝰ argue. Et xp̄s quidē in euāgelio precipit: Si peccauerit in te frater tuꝰ: vade ⁊ corripe eū inter te ⁊ ip̄m ſolū/ ⁊ ſi te audierit: lucratus es fratrē tuū. Si vero nō audierit/ adhibe tecū adhuc vnū/ vel duos: vt in ore duorū vel triū teſtiū ſtet oē verbū: ꝙ ſi nō audierit/ dic eccl'ie. Et certe tam multos cōſtituit increpātes/ ⁊ nō increpātes mō: verūetiā vindicātes: cū eū qui nullū horū vellet audire quaſi ethnicū et publicanū eſſe p̄cipit: quēadmodū vero illis etiā claues dedit. Si enī iudicaturi oīno non erūt: priuabuntur omniū poteſtate: ⁊ fruſtra illā accepert ad ligandū/ atqꝫ ſoluendū. Nam ⁊ aliter ſi hec peccādi īpunitas obtineret: cūcta pariter diſperirēt/ ⁊ que in eccleſijs ſunt/ et que in vrbibꝰ/ ⁊ q̄ in domibꝫ ſingulorū. Nā ⁊ dn̄s ſeruū/ ⁊ dn̄a ancillam et filiū pater/ ⁊ amicū amicꝰ: niſi iudicauerit ad maximū oīno incrementū ſui vitia cūcta peruenient. Et quid dico amicꝰ amicū: vbi de ip̄is quoqꝫ iudicemꝰ inimicis? Nunq̄ȝ poterimꝰ oīno inimicitias diſſoluere/ ⁊ abſqꝫ vllo ꝓrſus ordine/ ac diſtinctiōe meritorū ꝑmixta erūt omnia atqꝫ cōfuſa. Quidnā hoc ſit ergo qđ diligentiꝰ ponderemꝰ: ne aliq̄s diuerſa hec remedia ſalutis: leges eſſe quaſdā/ aut expellēde pacis/ aut introducēde cōfuſiōis exiſtimet. Et prudentibꝰ quidē ex his q̄ ſequuntur luciſiſſime virtutē iſtiꝰ legis oſtēdit/ dicēdo: [Quid vides feſtucā in oculo fratris tui: trabē aūt q̄ eſt in oculo tuo non vides?] Si vero plurimis tardorū iſtud videatur obſcurū: plenius idip̄m elucidare temptabimus. Hic enī vt apparet non generaliter pctā oīa ꝓhibuit iudicari: nec prorſus omnibꝰ iſtiꝰ rei abſtulit poteſtatē: ſed his ꝑfecto ſolis: q̄ cū flagitijs impleantur innumeris: alios de leuiſſimis quibuſqꝫ delictis: tota temeritate condemnāt. Videtur aūt mihi etiā hic iudeos notare: qui de paruulis quoqꝫ oīno culpis accuſatores amariſſimi ꝓximorū: ip̄i nihilominꝰ ſua: nec maxima quidem crimina cohibebāt. Qđ eis etiā in fine euāgelij dn̄s exprobrat. Alligatis (inq̄t) onera grauia ⁊ importabilia: ipſi autē digito nō vultis ea mouere. Et decimatis mentā/ ⁊ ciminū/ ⁊ anetū/ ⁊ dereliquiſtis que grauiora ſunt legis/ iudiciū/ ⁊ miſericordiā/ ⁊ fidem. Ergo ī iſtos quoqꝫ ſermonē videtur extēdere/ vt ſcꝫ ante eos cōpeſcat/ ⁊ cōprimat/ q̄ auſuri erāt accuſare diſcipulos. Etſi enī iſti nihil tale peccauerāt: ſed tn̄ illis videbantur eſſe delicta/ vt nō obſeruare ſabbatū/ vt veſci manibꝰ illotis/ ac publicanorū intereſſe ꝯuiuijs. Qđ alibi quoqꝫ culicē (ait) liquātes camelū aūt glutiētes: hic vero cōſtituit/ ⁊ legē q̄ in cōmune ſeruetur. Nā et beatꝰ Paulꝰ Corinthios nō oēs iudicare ꝓhibuit: ſed eos qui audebāt iudicare meliores/ et in cauſa nō manifeſta. Nō enim vetuit eos corripere peccātes: neqꝫ infinite oēs increpauit ſed diſcipulos ꝑfecto q̄ de doctoribꝰ iudicabāt. Et cū ipſi mille eſſent malorū rei inſontibꝰ detrahebāt: qđ hic quoqꝫ xp̄s notauit: ſed eis plurimū etiam incuſſit timorē ineuitabile ſuppliciū cōminando/ atqꝫ dicēdo: [In quo eī iudicio iudicaueritis: iudicabitur de vob.] Nō eī illū cōdēnas (iq̄t) ſʒ temetip̄m ꝑfecto cōdēnas/ ⁊ facis tibi terribilius eſſe iudiciū/ cogiſqꝫ aduerſus te diligētiſſimā fieri etiā de minis vltionē.

Sicut enī in venia pctōrū ꝓmerēda a nobis principia ſumuntur: ſic etiā in ip̄o iudicio a nobis cōdēnationis mēſura ꝓcedit. Nec enī oportet exprobrare delictū: neqꝫ illū q̄ pctō aliquo ſit ꝑuentꝰ inſoelnt̄ obruere: ſed clemēter monere. Nec ꝑſequi iurgio: ſʒ iuuare cōſilio: nec cū iactatiōe in eū erigi: ſed cū dilectiōe corrigere. Nō enī illū: ſed te ꝑfecto extremo adijcis ip̄e ſupplicio: nō ei vtiqꝫ parcēdo: cū te petit de pctis ſuis exercere iudiciū. Videſne quēadmodū duo iſta mādata leuia ſint/ ⁊ obediētibꝰ ingentiū cauſa exiſtāt bonorū: ſicut e regiōe inobediētibꝰ ingentium malorū. Qui enī remiſit ꝓximo ſe priuſqꝫ illū reatibus liberauit: nihil laborās: cū vtiqꝫ parcens/ atqꝫ ignoſcens de pctis alteriꝰ iudicaret/ magnū ſibi indulgētie theſaurū tali ſentētia recōdendo. Si igitur ſi peccauerit inquis non ei dicā q̄ malū eſt fornicari: neqꝫ corrigere increpatiōe laſciuū. Sed noli vt hoſtis/ neqꝫ vt inimicꝰ exigens vltionē: ſed vt medicꝰ remedia ꝓfutura cōficiēs. Nō enī dixit: Noli cohibere peccantē: ſʒ noli vtiqꝫ iudicare: hoc eſt noli effici iudex amarus. Nā ⁊ aliter nō de magnis/ deſperatiſqꝫ criminibꝫ qđ paulo an̄ p̄miſi: ſed de illis id dictum eſt: que videtur crimina eſſe/ cum nō ſint: propter qđ ait: [Quid aūt vides feſtucā ī oculo fratris tui: trabē aūt q̄ eſt in oculo tuo nō vides?] Qđ certe nūc plurimi faciūt: qui ſi viderit monachū habere ſuperfluū veſtimentū: legē illā dominicā impudenter imponūt: cū milies ip̄i aliena diripiāt: ⁊ q̄tidie auaritie crimē exerceāt. Et ſi eū cibo vti viderit largiori accuſatores exiſtūt amari: ip̄i q̄tidie crapulati/ atqꝫ temulēti/ ignorātes: q̄ cū ꝓprijs admiſſis hic quoqꝫ ſibi cōgregēt maiꝰ incendiū/ oīqꝫ ſemetip̄os excuſatiōe denudēt. Vt enī diligētiꝰ pctā examinentur tua: legē primꝰ ip̄e poſuiſti: ſeueriꝰ de his q̄ ꝓximꝰ peccauerat iudicādo: ne igitur graue eſſe credideris: ſi talia ſuſtineas ēt ip̄e ſupplicia. [Hypocrita eijce p̄mū trabē de oculo tuo.] Hic iā irā vult mōſtrare plurimā/ quā habet in eos q̄ iſta cōmittūt. Quotieſcūqꝫ enī voluerit oſtēdere aliqđ magnū eſſe peccatū/ magnāqꝫ ēt ꝓpter illud ⁊ penā ab iniuria facit correctionis exordiū. Sicut ergo ⁊ aduerſus illū q̄ a cōſeruo ſuo centū denarios exigebat: cū indignatione dixit Serue nequā oē debitū dimiſi tibi: ita hic q̄ȝ ait hypocrita. Nō enī pietatis eſt: tā rigida hec aduerſus delicta ſn̄ia: ſed inhumanitatis. Et ꝑſonā ſibi q̄dē dilectiōis imponit: opꝰ. n. malitie implet extreme: dū falſa ꝓximo obprobria affigit/ ⁊ crimīa/ ⁊ inuadit locū mgr̄i: cū nō ſit dignꝰ tenere diſcipuli: ꝓpter qđ illum etiā hypocritā noīauit. Qui enī tā acer (inq̄t) in alienis fuiſti: vt ēt exigua denotares: quēadmodū ī tuis tā negligēs extitiſti: vt ēt magna trāſcurreres. [Eijce primū trabē de ocl'o tuo.] Vides certe q̄ nō vetuerit iudicare: ſʒ iuſſerit eijcere p̄mū d ocl'o ꝓprio trabē: ⁊ tūc aliorū errata corrigere: nā ⁊ ſua vnuſq̄ſqꝫ faciliꝰ cognoſcit: q̄ȝ vtiqꝫ ceterorū. Et maiora citiꝰ ꝑſpicit q̄ȝ minora/ ⁊ ſeip̄m magis amat ꝑfecto q̄ȝ ꝓximū. Itaqꝫ ſi alteriꝰ curā gerere cupis: temetip̄m an̄ curato: in q̄ ⁊ manifeſtiꝰ inuenitur peccatū ⁊ grādius. Sin aūt temetip̄m cōtēnis/ ac deſpicis: liquet oīno q̄ fratrē tuū ipſe odio iudices: nō ſtudio diſcipline: nec emendare illū cupias: ſed notare. Qđ et ſi oporteret hmōi aliquē iudicare: nō tn̄ a te hꝫ fieri debet: verū ab eo q̄ nihil tale cōmiſit. Quia. n. magna philoſophie dogmata/ ⁊ excelſa cōſtituit: ne q̄s diceret: q̄m



in talibꝰ philoſophari ſermone ꝓmptiſſimū eſt: volens mōſtrare fiduciā cōſciētie: ⁊ ꝙ in nullo ſit horū que dixit obnoxiꝰ: ſed q̄ cūcta oīno ꝑfecerit: hāc cōparationē ꝯſequenter inſeruit/ ſiquidē ip̄e quoqꝫ erat iudicaturꝰ/ dicēdo: [Ve vob ſcribe ⁊ phariſei:] ſed nō erat eorū reꝰ: de quibꝰ alios iure culpabat: neqꝫ enī aut trabē/ aut feſtucā de ſuo eijcit oculo: ſed ab his oībꝰ purꝰ/ ⁊ mūdus: aliorū pctā correxit: nō enī debet aliquis cōdemnare alterū: cū ip̄e ſit reꝰ. Et q̄d miraris ſi dn̄s poſuit hāc legē/ q̄ etiā a latrone ſeruata eſt: q̄ in cruce dicebat ad ſociū: Neqꝫ tu times deū qui in eadē pena es. Protulit ei vocē xp̄i oīno ſentētie cōſonantē. Tu vero quidē tuā trabē: nō mō nō eijcis: ſed ne ſentis quidē: fratris vero nō mō vides: ſed ⁊ iudicas: et eijcere conaris. Velut ſi aliq̄s ſeuiſſimo ydrope: vel quolibet īmedicabili languore cōſtrictꝰ: hūc quidē etiā negligat: eū vero culpet qui exiguū in aliqua corporis ſui parte nō curet tumorem. Si v̄o malū eſt ꝓpria pctā nō cernere: duplex iā/ aut triplex malū eſt iudicare alios/ ⁊ in ſuo ocl'o trabē abſqꝫ dolore geſtare. Omne quippe eſt grauius trabe peccatū. Hoc eſt ergo ꝙ ꝑ hec q̄ ſunt dicta precepit/ ne ſcꝫ ille q̄ mille ē vicijs obnoxiꝰ acriorē ſe iudicē in aliorū velit p̄bere delictis/ ⁊ p̄cipue ſi hec eſſe inueniantur exigua: nō ſcꝫ arguere alterū ꝓhibēs atqꝫ corrigere: ſed diſſimulare propria negligenter: et inſultare impudēter alienis. Siquidē ad magnū iſtud ꝑficeret malignitatis augmentū: ⁊ duplex malum iniquitatis inferret. Nā quicūqꝫ ſtudet ſua q̄dē etiā cū ſint magna negligere: aliena v̄o amariꝰ delicta diſcutere: ēt paruula videlicet/ ac vilia duplex ſibi importat incōmodū: tū quidē ꝓpria negligēdo: tū vero inimicitias in ſe/ ac ſimultates oīm cōmouēdo atqꝫ ad extremā oīno feritatē duritiamqꝫ cordis ſemetip̄m ſꝑ acuēdo. Poſtq̄ȝ igitur hec cūcta ſanctiōe ſaluberrime huius legis excluſit: aliud quoqꝫ p̄ceptū intulit/ dicēs: [Nolite dare ſanctū canibꝫ: neqꝫ mittatis margaritas veſtras ante porcos.] Et certe in cōſequētibꝰ p̄cepit: qđ audiſtis in aure p̄dicate ſuꝑ tecta. Sed ne hoc q̄dē mādatū aduerſatur priori: nec indifferenter oībꝫ p̄dicari iuſſit: ſed his quos doceri oporteret: p̄cepit cū fiducia p̄dicari. Canes igitur hic ſignificāt hoīes in impietate viuētes/ ſpēqꝫ oīno cōuerſiōis in meliꝰ nō habētes. Porcos vero in luto infrenis luxurie iugiter cōmorātes: quos ſupra oēs hmōi doctrīa ꝓnūciauit īdignos. Hoc ergo ⁊ Paulus aſtruēs/ ait: Anīalis autē hō nō ꝑcipit ea q̄ ſunt ſp̄us dei: ſtulticia eſt. n. illi ⁊ nō pōt intelligere. Alibi quoqꝫ corruptionē dixit eſſe morū dogmata ꝑfectiora nō cape: ꝓpter qđ iubet ne hmōi hoībꝰ cūcta pandamꝰ. Fiūt quippe magis poſtq̄ȝ didicerit ſecreta temerarij. His enī q̄ benigno ſunt aīo/ atqꝫ prudēti honeſtiſſima apparent: cū fuerint reuelāta. Imprudētes vero magis ea ignorata reuerentur. Quia vero diſcere illa naturali ratiōe nō poſſunt vel ignoratione venerentur. Neqꝫ enim porcus aliquādo nouit: cuius ſit precij margarita: ⁊ hic ergo quia neſcit ideo cōculcat. Nihil enī hinc affertur ampliꝰ his q̄ eiuſmodi ſunt: et tamē audiūt niſi noxa cumulatior. Siquidē ab illis: ⁊ ſancta temerantur: neſcientibꝫ vtiqꝫ cuiꝰ illa ſunt meriti: ⁊ ip̄i deſperatius inſoleſcunt/ contraqꝫ nos potius armantur. Hoc eſt enī qđ ait: [Ne forte cōculcēt ea pedibꝫ ſuis/ ⁊ cōuerſi dirūpāt vos.] Sʒ ita inq̄t ſoli ſi publicarentur: manerent

tamē ſemper inuicti: nec aduerſum nos reprehenſionū materias miniſtrarēt. Prorſus aſſentior. Sed noſſe tu debes nō in illis reprehenſionū eſſe cauſas: verū in eis qui porci meruerunt vocari. Sicut etiā calcata brutorū pedibꝰ margarita: nō ideo quia vilis eſt cōculcatur: ſed quia in porcorū incidit vilitatē. Et bn̄ ait: [Cōuerſi dirumpāt vos.] Modeſtiam enim ſimulant/ vt ſecreta cōdiſcant: cum vero didicerint: repente alij ex alijs effecti irrident/ inſultant/ atqꝫ illudūt quaſi quadā a ſe arte deceptis: ꝓpterea ⁊ Paulꝰ Thimotheo dicebat: Quē et tu deuita: valde enī reſtitit verbis noſtris. Et rurſus alibi: Increpa huiuſmodi/ ⁊ iterū: Hereticū hominē poſt vnā: ⁊ ſecundā correctionē deuita. Non enī ex his que didicerint armantur: ſed eorū occaſione ſuꝑbiꝰ efferuntur/ atqꝫ inſolētia fediori cōplentur: ⁊ idcirco nō exiguū lucrū ē in ſua illos ignorātia ꝑmanere. Nō enī tam recta temeritate deſpiciūt. Si vero diſcant geminū eſt oīno damnum: cum certe ⁊ ipſi nihil oīno fructificent: immo magis/ magiſqꝫ ledantur: ⁊ tibi negocia/ ac pericula mille cōmoueant. Audiāt hoc loco illi qui impudenter omnibꝰ/ ac temere copulantur deſpicabilia ea que ſunt reuerenda facientes. Nam et myſteria ideo clauſis ianuis celebramus: ⁊ eos q̄ nondū iniciati ſunt adeſſe ꝓhibemus: nō quia infirmitatē myſteriorū aliquā deprehendimꝰ: ſed q̄ ad ꝑticipationē eorū illi adhuc quos arcemꝰ īfirmi ſunt. Propter qđ etiā ip̄e multa ad iudeos in parabolis diſſerebat: q̄m nō videbant videntes: ꝓpterea iuſſit et Paulus ſcire nos/ quēadmodū debeat vnicuiqꝫ reſpōderi. [Petite: ⁊ dabitur vobis. Querite/ ⁊ inuenietis. Pulſate/ ⁊ aperietur vobis.] Quia eī paſſiōibꝫ eſſe liberos iuſſerat: ad ip̄m quoqꝫ celū oīno ſuſtulerat docendo/ vt ſtuderēt nō angelis: neqꝫ archangelis: ſed ipſi omniū dn̄o inquantū poſſibile eſt eſſe cōſimiles. Diſcipulos vero nō mō ip̄os iſta ꝑficere: verumetiā alios emēdare p̄ceperat/ ⁊ malos oēs atqꝫ iuſtos canes diligenti iuſſerat cōminatiōe diſcerni. Grande autē eſt in homībꝰ mētis ocultū: ne dicerēt q̄ importabilia ſunt iſta ꝓrſus/ ac dura. Nam ⁊ in cōſequentibꝰ Petrꝰ ait: Quis pōt ſaluus eſſe? Et rurſus idē: Si ita eſt cauſa homīs cū vxore: non expedit nubere. Ne igitur hic quoqꝫ ſimilia ꝓferēt: quāq̄ȝ etiā in p̄cedētibꝰ oſtēderit facilia eſſe p̄cepta: multas ꝓferens oīno ſententias: ⁊ ſane tales q̄ illis ſufficerēt ſuadere: hic tn̄ etiā ipius facilitatis infert leue aliquod laboribꝰ eorū genus cōſolatiōis inueniens auxiliū. ſ. dei: qđ orationū ꝑſeuerātia ꝓmeretur. Non ſolum (inquit) vos oportet ſtudere virtutibꝰ: ſed ad tātū opus diuinū quoqꝫ aduocare p̄ſidiū. Veniet enī prorſus atqꝫ aderit/ ⁊ vobiſcum certamina ip̄a tractabit/ ac facilia vobis cūcta ꝑficiet. Propterea ⁊ petere p̄cepit/ eiſqꝫ ſe daturum ſpopondit: nec tn̄ trāſitorie poſtulare iuſſit: ſed cum ſedulitate multa/ ⁊ magna patientia/ crebroqꝫ pulſatu: hoc eſt enī qđ ait: Querite: ſiquidē ille qui querit aliq̄d cuncta profecto alia mente proijciens: vnū intēdit illud qđ ſolum requirit/ ac p̄ſentiū rerū nihil omnino cōſiderat. Norunt certe illud quotq̄t/ vel auro/ vel ſericis vt plerumqꝫ cōtingit amiſſis: experti ſunt hanc quā dico diligentiā req̄rendi. Ex eo q̄dē ꝙ ait [querite] iſtud oſtēdit. Ab eo vero qđ dixit [pulſate] vehementer accendi ⁊ ardere prorſus mente p̄cepit. Noli ergo hō ſponte cōcidere: neue inferius ſtudiū impēde

virtuti: q̄ꝫ cum aurū requiris amiſſum: illud enī fre
quenter requirens: nequaq̄ꝫ forſitan reperis: verū
tamen cum oīno neſcires inueniendū eſſe qđ fuerat
amiſſum: omnes nihilominꝰ ꝑſcrutādi excogitares
modos. Hic vero etiā ſponſionē xp̄i tenēs: ꝙ abſqꝫ
dubio ſi queſieris/accipias; ne nimiā quidē partē il
lius ſtudij conaris oſtendere: ꝙ ſi nō cōtinuo accepe
ris: ne ſic quidē deſperare te cōuenit. Propter hoc
quippe ait pulſate: vt oſtenderet: qꝛ ⁊ ſi nō cōtinuo
aperuerit: te nihilomīꝰ oporteat ad ianuā ꝑmane
re. Si mō (inquit) mee nō vis credere ſponſiōi: cre
de vel huic quod a me ꝓferꝛ exemplo. [Quis ait ex
vobis eſt pater quē ſi filiꝰ ſuus petat panē: nūquid
lapidē porriget ei?] Ab homīb9 quidē cū aliquid ex
poſcis: ⁊ moleſtus oīno ⁊ onerosus videris: deū ve
ro qn̄ id nō facis: tunc ampliꝰ vt tibi indigneꝛ accen
dis. Si vero ꝑmaneas poſtulando: etiā ſi nō conti
nuo accipias: accipies tn̄. Propterea quippe oſtiū
clauſum eſt: vt tu pulſare cogaris. Iccirco nō celeri
ter annuit: vt tu diutiꝰ inquiras. Permane igitur
in querendo/atqꝫ pulſando/⁊ abſqꝫ ambiguitate ꝑ
cipies. Ne enī diceres: quid ſi petiero/neqꝫ accepero?
Tamē parabolica locū ratiōe concluſit: de cōmuni
bus certe rebꝰ ſententias ꝓferendo/ ⁊ exemplis ho
minū ad impetrandi te fiduciā nutriēdo / perqꝫ iſta
monſtrando: qꝛ nō ſolum petere oporteat: verūetiā
illa tantūmō q̄ ſola ſunt poſcēda depoſcere. [Quis
enī eſt (inquit) ex vobis pater: quē ſi filius ſuus pe
tat panē: nunquid lapidē porrigit ei?] Itaqꝫ ⁊ ſi nō
accipis qꝛ lapidē petis: iccirco nō accipis? Nam ⁊ ſi
filꝰ ſis: nō tn̄ tibi ſufficit ad oē qđ popoſceris impe
trandū: ſed hoc ip̄m eſt qđ vetaris accipere: ꝙ cū ſis
filius dei: ea q̄ tibi nō expediūt depcaris. Et tu igiꝛ
noli aliqn̄ petere: ſeu querere ſecularia: ſꝫ ſpiritalia
oīa/⁊ ꝓſus accipies. Nam ⁊ Salomō popoſcit ea
que oportuit poſcere/ ⁊ reſpice q̄ꝫ celeriter acceperit.
Duo igiꝛ adeſſe oportet oranti/ vt ſcꝫ ⁊ vehementer
petat/ ⁊ illa ꝓculdubio q̄ petēda ſunt [Quia ⁊ vos
(inqt) cū patres ſitis/rogari tn̄ expectatis a filijs:]
et ſi inutile aliquid petierit: data veſtra cohibetis.
Si vero illi qđ eſt petendū: ⁊ vtile poſtularint: an
nuitis/atqꝫ ꝑſtatis. Et tu igitur iſta cōſiderās: non
deſiſtas: donec accipias: quādiu inuenias ne rece
das; nec oīo abeas: quoadusqꝫ clauſa reſerenꝛ. Si
enī cū hoc ſtudio mētis acceſſeris/⁊ dixeris: niſi ac
cepero nō recedā/ ꝓſus accipies. Modo ſi talia po
ſtulaueris que ⁊ illum qui petiꝛ dare deceat/ ⁊ acci
pere tibi qui precaris expediat? Que vero iſta ſunt
Si ſcꝫ ſpiritalia cuncta depoſcas. Et primo quidē
his qui in te peccauerant: incunctāter remittas/ac
tum demū accedas ad tibi quoqꝫ veniā poſtulandā
atqꝫ ſine ira/⁊ diſceptatione ſanctas ad deū manus
eleues: ſi ergo ſic petierimꝰ: accipiemꝰ ꝓfecto. Quē
admodū vero nunc petimꝰ: riſus quidē eſt noſtra pe
titio/⁊ riſus nō ſobriorū hominū: ſed temulētia ſau
ciorū. Quid ergo ⁊ qn̄ ſpiritalia petiero: nec tamen
ea fuero cōſecutꝰ? Non ſtudioſe ꝓculdubio poſtula
ſti: aut teip̄m feciſti qui acciperes indignū: aut certe
petere celeriter deſtitiſti. Et cuiꝰ inquies rei gratia
non dixit: que debeant poſtulari? Et quidē cuncta
dixit in his que memorata ſunt/⁊ oſtendit pro qui
bꝰ oporteret rogari. Noli ergo dicere quia aceſſi ad
petendū: nec tamē accepi. Cum enī non petas deū:
ab eo te nō accepiſſe cauſaris: qui ⁊ ita te diligit: vt

pater ſit ⁊ tantū omēs patres dilectiōe p̄cellit: quā
tum in hoc affectu malignitas a benignitate ſupera
tur. [Si enim vos (inquit) cū ſitis mali: noſtis bo
na data dare filijs veſtris: quantomagis pater ve
ſter celeſtis?] Hec vero dixit: non vituperans hu
manā naturā: neqꝫ mortaliū genus malū eſſe ꝓnun
cians: ſed ad exprimendū diſtinctionis inter deum/
atqꝫ homīes pergrande diſcrimē / ⁊ ad comparatio
nem benignitatis ſue: amorē patrū malignitatem
vocat: tanta quippe eſt in illo excellentia charita
tis. Vidiſti etiā ſenſum prorſus ocultū: qui potuit
etiam nimia deſperatiōe deiectū: ⁊ ad ſpes ſubleua
re meliores. Nam hic quidē ſub exēplo patrū redun
dantiā diuine benignitatis oſtendit: in ſuperioribꝰ
vero de maioribꝰ idipſum probauit: ex anima vide
licet ⁊ corpore: quibꝰ nos creator ꝓfecto cōpoſuit: ⁊
nuſqꝫ adhuc caput ip̄m bonoꝝ: neqꝫ ſuā preſentiam
adducit in mediū. Qui enim filiū ſuū pro nobis ad
occidendū dedit: quemadmodū nobis non cūcta do
nauit? Nondū enī erat ad vlteriora progreſſus: ſed
paulꝰ qdē hoc ita ponit ac dicit: Qui ꝓprio filio ſuo
nō pepercit: ſed pro nobis omnibꝰ tradidit illū quō
non etiā cū illo omnia nobis donauit? Ipſe aūt ad
huc eis de humana vult conuerſatione differere: de
inde oſtendens: qm̄ nec orationi ſolum debeāt fide
re ea que in ipſis ſunt negligentes: neqꝫ rurſus cum
virtuti ſtudet proprie totū cōmittere voluntati; ſed
diuinū quoqꝫ adiutoriū poſtulare: et ea que ipſorū
ſunt pariter inferre/ vtrūqꝫ iſtud frequēter inculcat
Nam ⁊ ſalubriter admonens: plurimū eos oratiōi
docuit inſiſtere: ⁊ cū orare docuiſſet: rurſus ad eoꝝ
que agenda ſunt cohortationē reuertiꝛ: a quo iterū
redijt ad docendū: quia oporteat frequentet orare.
Rurſus vero dicendo: [Petite/querite/atqꝫ pul
ſate:] ad ſtudiū illos incitat volūtatis. [Omīa (in
quit) quecunqꝫ vultis vt faciant vobis homīes: hec
et vos facite illis.] Hoc aūt dicit in breui cūcta re
plicans/ ⁊ oſtendens cōpendioſam rem eſſe virtutē
ac facilem omnibꝰ/atqꝫ manifeſtam. Neqꝫ ſimplici
ter ait [quecūqꝫ vultis] ſed omīa ergo quecūqꝫ vul
tis. Hic enim ergo iſtud non ocioſe poſuit; ſed neceſ
ſarie prorſus/atqꝫ ſignanter/ac ſi diceret: Si ergo
cupitis audiri preter illa que dixi: etiā iſta perficite
Que vero iſta ſunt? Quecūqꝫ vultis/vt faciant vo
bis homīes. Vidiſti certe: quēadmodū ⁊ hoc quoqꝫ
oſtendat loco: quia cum oratione opus ſit etiā diſci
plina virtutū. Et non dixit: quecūqꝫ vis tibi a deo
fieri: hec ipſe fac proximo: ne diceres: quonā modo
hoc effici poteſt: cum ille ſit deus: ego vero homūcu
lus: ſed que vis tibi fieri a conſeruo: ea tu erga pro
ximum (inquit) oſtende. Quid vnq̄ꝫ hoc precepto/
aut leuius inueniaꝛ/aut iuſtius? Deinde declarās
ſeruati iſtius precepti ante premia quoqꝫ grande ꝑ
coniū. [Hec eſt (inquit) lex ⁊ prophete.] Unde ma
nifeſtum eſt ſecundū naturam nobis eſſe virtutem.
Domeſtico ſiquidem magiſterio omnes que facere
debeamus agnoſcimus/⁊ impoſſibile omnino no
bis eſt: ad ignorantie preſidium aliquādo confuge
re. [Intrate per anguſtam portam; quoniam lata
et ſpacioſa via eſt que ducit ad mortē / ⁊ multi ſunt
qui intrant per eam: q̄ꝫ arta et anguſta eſt via que
ducit ad vitam: ⁊ pauci ſunt qui inueniunt eā.] Et
certe poſt illa clamat/ ⁊ dicit: [Iugum meū ſuaue
eſt; ⁊ onus meū leue.] In his quoqꝫ que pauloante

dixit/idip̄m omnino ſignauit. Quomodo igitur hic
artam illam/anguſtamqꝫ pronunciat? Quam ſi di
ligenter inſpicias: hic quoqꝫ illam leuē valde dicit/
et facilem. Et quemadmodū inquies: que arta ⁊ an
guſta eſt facilis iudicatur? Quia ⁊ via eſt videlicet
et porta: ſicut etiam illa ip̄a lata ⁊ ſpacioſa via eſt: tn̄
ſimiliter ⁊ porta: in vtroqꝫ vero nihil eſt oīno ꝑma
nens. Nam cuncta pertrāſeunt/ ⁊ aſpera vite huiꝰ/
et proſpera: nec tn̄ hoc ſolum eſt: facile etiā virtutꝭ:
quā certe etiā facilem ip̄e preſtat finis viandi. Non
enī pertrāſire ſolum cum labore/atqꝫ ſudore: ſed ad
bonū quoqꝫ properare finē (ad facilem vitā quippe
contendit) poteſt conſolationē afferre certantibus/
ita ⁊ temporale ſudorū/ ⁊ perpetuū coronaꝝ. Et qꝛ
prius ſunt laborioſa que tranſeunt: poſtea glorioſa
que permanēt: maximū poteſt laborum eſſe ſolaciū.
Propter quod ⁊ Paulus tribulationē leuē voca
uit: non vtiqꝫ ad qualitatē tribulationū: ſed ad cer
tantiū voluntatē/ ⁊ ſpem reſpiciens futurorū. Qđ
enim (inquit) momentaneū/ ⁊ leue eſt tribulationis
noſtre ſupra modū ſublimitatē eternū glorie pondꝰ
operatur in nobis / non cōtemplantibꝰ nobis que
videntur: ſed que non videntur. Et ſi nautis mina
ces illi pelagi fluctus; ſi tempeſtates/atqꝫ hyemes
agricolis: ſi vulnera/cedeſqꝫ militibꝰ: ſi grauiſſimi
illi ictus/plageqꝫ pugilibus leues videnꝛ: atqꝫ to
lerabiles propter ſpem temporaliū/ac pereuntium
comodorū: multomagis cum celum proponaꝛ in ꝑ
mio/ et ineffabilia illa bona/atqꝫ perpetua nihil ex
preſentibꝰ his aduerſitatibꝰ ſentietur. Si vero ali
qui etiam ſic viam iſtam eſſe laborioſam putant: de
ſola eorū ꝓfecto deſidia oritur iſta ſuſpicio. Vide igi
tur quemadmodū illam facilem etiā aliunde faciat;
iubens eos non cōmiſceri canibꝰ/porciſqꝫ ſe prode
re/ ⁊ a pſeudo ꝓphetis cauere; ⁊ vndiqꝫ illos docēs
debere eſſe ſolicitos. Sed hoc quoqꝫ ip̄m ꝙ illam ar
tam vocauit: maxime ad faciendā illam facilem pro
fuit: per hoc ſiquidē/ vt ſemꝑ vigilarent admonuit.
Nam ſicut Paulus cum ait: Non eſt nobis collu
ctatio aduerſus carnē/ ⁊ ſanguinē: non iccirco dixit
vt deijceret animos militū: ſed vt potiꝰ erigeret: ita
hic dominus velut a ſomno ſuſcitans viatores viā
eorum aſperam nuncupauit. Nec hoc tantum illos
modo ad vigorem mentis hortatꝰ eſt: ſed illud etiā
cōmonendo: quia multos habeat via ip̄a ad ſupplā
tandum paratos: quiqꝫ (qđ eſt periculoſiꝰ) nō aper
te proferant: ſed callidiſſime tegant: talis q̄ppe eſt
fictorum natio prophetarum. Sed tu nequaq̄ꝫ (in
quit) iſtud aſpicias; quia hec/ vel arta/ vel aſpera eſt
nec quia lata ⁊ ſpacioſa eſt illa contraria: ſed quonā
hec vtraqꝫ perducat. Hec vero cuncta cōmemorat:
vt alacritatem in nobis voluntatis exſuſcitet: ſicut
⁊ alibi dicit: [Regnum celorū vim patitur/ ⁊ vio
lenti diripiunt illud.] Qui enim certamen ingredi
tur ſi videat ſpectatorem ſuum ardua ipſius cōgreſ
ſionis horridaqꝫ mirantem: maiore profecto animi
alacritate ſuccenditur. Non igitur angamur cum
nobis multa in hoc itinere meſta contigerint. Arta
eſt enim via et porta prorſus anguſta: ſed non talis
etiam illa eſt ad quam tendimus ciuitas. Et iccirco
neqꝫ hic oportet ſperare requiem; neqꝫ ibi triſte ali
quid iam timeri. Dicēdo vero [pauci ſunt qui inue
niunt eam:] ſegnitiem plurimorum euidēter expreſ

ſit ac docuit auditores: vt non ad multoꝝ proſpera
hec/ac leta reſpicerent: ſed potius ad laborioſa pau
corum. Nam plures (inquit) nō modo per hanc nō
ingrediuntur viam: ſed eam ne eligunt quidem: qđ
extreme eſt omnīo deſidie. Uerum nequaq̄ꝫ ad mul
titudinē oportet aſpicere: neqꝫ hac exemploꝝ den
ſitate turbari; ſed imitari paucos qui hoc nos itine
re cautiſſime incedere cohortantur. Nam cum ipſa
via arta ſit; tum etiam plurimi ſunt viātum: qui ab
eius nos excludere conanꝛ ingreſſu: propter quod
intulit: [Attendite a falſis prophetis: veniūt enim
ad vos in veſtitu ouium: intrinſecus autem ſunt lu
pi rapaces.] Ecce cū canibꝰ/ac porcis aliud quoqꝫ
inſidiarum genus: multo illis profecto efficatiꝰ ad
nocendum. Illi quippe profeſſi ſunt; ⁊ omnino ma
nifeſti; iſti vero fraudulenter obtecti: et iccirco ab il
lis quidem imperat ſeperari: iſtos vero etiam dili
genter examinari/atqꝫ diſcerni: quaſi omnino diffi
cile ſit ad primū illos intelligere ꝯgreſſum; propter
quod dixit: [Attendite] vt nos ad eos excutiendos
redderet acriores. Deinde ne cum audiſſent artam/
atqꝫ anguſtam viam: ⁊ quia illos multis aduerſan
tibꝰ per eam oporteret incedere; porcos quoqꝫ ⁊ ca
nes eſſe cauendos/cumqꝫ iſtis aliud quoqꝫ malitio
ſius genus luporum ne in tot triſtiū q̄ꝫ rerum agge
ſtione conciderent / ac ſatis durum putarent: tam
multis inſidiantibus iter tale conficere/ et de omni
bus mādatis preterea eſſe ſolicitos / malorū quoqꝫ
illos que ſub patribus eorum ſunt facta cōmonuit;
huiuſmodi homīes falſos prophetas vocando. Nā
et ante talia cōtigerunt. [Nolite (inquit omnīo ter
reri] nihil ꝓſus vob nouū accidet/nihilqꝫ ꝑegrinū:
ſempꝫqꝫ diabolus ad oppugnationē veritatis ſubor
nat terrorem per pſeudo prophetas. Hic autē non
mihi ſignificare videꝛ hereticos: ſed eos qui cū ſint
vite prauitate corrupti: ſpeciē tamē virtutis induti
ſunt: qui vulgo impoſtores vocari ſolent: propter
quod intulit/dicens: [Ex operibus eorum cogno
ſcetis eos.] Nam apud hereticos quidem ſaltē vita
honeſta frequenter oſtendiꝛ: apud hos vero nec vi
ta. Quid ergo inquis ſi etiam mores fingant hone
ſtos: ſed facile deprehēdentur/atqꝫ capientur. Ta
lis quippe eſt natura iſtius vite quā vos cōficere p̄
cepi: laborioſa prorſus /ac dura: virtutꝭ vero ſimu
lator recuſat laborē/ſolamqꝫ ſui oſtentationē requi
rit: propter quod etiam de ſimulatione cōuincitur.
Quia vero dixerat: [Pauci ſunt qui inueniūt eā]
ſanctā proculdubio paucitatē ab eis ſecernit: qui cū
non inueniant iter illud anguſtum: tamē ſe inueni
re ſimulant. Et ceteris precepit: vt non ad eos qui
virtutis ſpecie tegūtur aſpiciant: ſed potius ad eos
qui illam viam in veritate concelebrant. Et cuius
inquies rei gratia non eos facit eſſe manifeſtos: ſed
nobis potius curam huiuſcemodi examinatiōis im
ponit? Ut profecto vigilemꝰ: ſimus abſqꝫ intermiſ
ſiōe ſoliciti: nō ab apertis modo: ſed ab occultis quo
qꝫ inimicis cauendo: quos ſignificat ⁊ Paulus di
cens: Et per dulces ſermones ſeducunt corda inno
centiū. Nequaquā ergo turbemur: cum huiuſmodi
homines/noſtraqꝫ etate plurimos videmus. Nam
hos quoqꝫ chriſtus pauloante predixit. Et conſide
ra lenitatem: nō ait punite tales: ſed tantūmodo ne
ab eis ledamini precauete. Et ne incircumſpecti/

atq; imuniti ī eoꝝ īſidias īcidatꝰ: deīde ne diceres
impoſſibile eē hmōi hoīes dephēdi: rurſum ſimilitu
dinē a cōmuni hoīm ponit exēplo. [ Nūqd colligūt
de ſpinis vuā: aut de tribul' ficꝰ? Sic oīs arbor bo
na/ bonos fructꝰ facit: mala autē arbor/ fructꝰ ma
los facit. Nō pōt arbor bona/ fructꝰ malos facere:
neq; arbor mala: bonos fructus facere. [ Ex vero
dicit hmōi: nihil habēt mire/ vel dulce: q oues vſq;
ad ſupficiē metiunt: ꝓpter qđ oīno diſcretio eſt. Et
ne vel ī exiguo qdē ad eoꝝ maliciā cōuenire videat
naturalibꝰ iā neceſſitatibꝰ cōpat ea q ab ill' nō alit
ſunt futura q more loquebat ⁊ Paulꝰ: Sapientia
(inqt) carnis mors eſt: legi eni dei nō ſubijcit: nec ei
poteſt. Qđ et idipm ponit ſecūdo: nō eſt ſuperflua
repetitio verborum. Sed ne quiſpiam diceret: ar
bor mala affert quidem fructus malos: affert tamē
etiam bonos/ fitq; ex duplici fructuū qualitate di
ſcretio ipa difficilis. Non eſt hoc (inquit) omnio: ma
los vero tantūmodo affert: bonos vero nequaq; po
terit afferre. Sicut ⁊ arbor bona non niſi iuxta ſuā
naturam fructificare ſolet. Quid igitur? Nunq; ne
homo bonus in malū verſus eſt/ aut malus rurſus
in bonū/ atq; multoꝝ omnio in diuerſa mutatio ta
lia nobis abunde miniſtrat exempla? Chriſtus aūt
non dixit impoſſibile eſſe malū ad meliora cōuerti/
nec bonū negat in deterius poſſe tranſire: ſed quia
quamdiu malitie affixus eſt: bonū vtiq; fructū non
poſſit afferre. Nam tranſire quidē ad virtutē: etiam
cum ſit malꝰ poteſt: ſed nunq; bonū affert fructum
quādiu in malitia perſeuerat. Quid ergo? Dauid
nōne cum bonus eſſet: malū attulit fructū. Immo
non permanēs bonus: ſed vtiq; mutatus. Ceterū ſi
qualis erat cōtinue perſeueraſſet: nequaq; talē fru
ctū tuliſſet: neq; permanēs incepto virtutis vſu fe
ciſſet illa q fecit. Hec aūt iccirco pcipue dicebat: vt
eorum quoq; qui temere obloqui etiā īnocentibꝰ ſo
lent/ linguas reprimeret/ paſſimq; accuſantiū ora
frenaret. Quia eī plurimi bonos quoq; de maloꝝ
ingenijs extimāt/ vt oī eos excuſatiōe nudaret/ hoc
intulit: Non enim (inquit) potes dicere circūuentꝰ
ſum/ atq; deceptus. Siquidē manifeſtā tibi diſcre
tionē ex operibus oſtendit: ⁊ vt etiam diſcuteres eo
rum opera precepit/ ne ſcilicet temere cuncta cōfun
deres. Deinde eos qui puniri nō iuſſerat: ſed tantū
caueri: hos quidē conſolatur qui eoꝝ patiebantur
inſidias/ illos vero deterret: et ſi nolint ad meliora
cōuerti: quaſi quodam muro: ita ſupplicij eos con
minatiōe cōcludit. [ Omnis arbor que nō facit fru
ctum bonū excidetur/ ⁊ in ignē mittet. ] Deinde vt
ſermonē ipm aliquantulū temperaret intulit: [ Igi
tur ex fructibus eoꝝ cognoſcetis eos. ] Ne eni cer
tam illam: ⁊ iamq; cōplendā cōminationē videret
inducere: ſed eam que cōſilij vicem/ atq; admonitio
nis impleret: hac eorum animos interminatione/
atq; examinatione concuſſit. Quo quidē loco mihi
etiā iudeos videtur notare huiuſmodi fructus ſepe
monſtrantes. Propterea etiā Joannis verbis vti
maluit per eadē ſcilicet rerum vocabula illis ſuppli
cium cōminando. Talia quippe etiā ille dicebat cū
inſtantē ſecurim: ⁊ excidendā arborem/ ignemq; in
extinguibilem nominaret. Et videtur quidem vna
tantūmodo pena eſſe cōburi. Si vero aliquis dili
genter expendat: duplex hoc inuenit eſſe ſuppliciū.

Qui eni in gehenna vritur: ⁊ celoꝝ regnū prorſus
amittit: que certe pena maior eſt: q cruciatꝰ ille flā
marū. Noui autē quia plurimi pertimeſcant gehē
nam: ego tamē illius glorie amiſſionē multo amari
us q ipius gehenne dico eſſe ſuppliciū. Si vero id
non poſſum ſermone monſtrare/ nihil eſt omnio mi
randum. Neq; enim nouimus illoꝝ beatitudinem
premioꝝ/ vt infelicitatē quoq; de eorum ammiſſio
ne ſcire poſſimus. Ceterum Paulus qui iſta cōpa
rat certiſſime nouit quoniā excidere a dei gratia om
niū ſit profecto miſerrimū. Nos aūt hoc tūc/ abſq;
dubio diſcemus: cum experimento ceperimus do
ceri. Sed iſtud nequaq; patiamur omnes vnigeni
te fili dei/ neq; experiamur intollerabile iſtud/ hor
rendumq; ſuppliciū. Quam grande ſit/ nanq; ma
lum illorum bonoꝝ portione priuari aperte quidē
exprimi non poteſt: tamē prout mihi poſſibile fuerit
conabor/ atq; contendam per exempla vobis illud
facere vel ex parte manifeſtū. Ponamꝰ igitur ado
leſcentem aliquē eſſe mirabilem/ eundēq; ⁊ cunctis
florere virtutibus: ⁊ totius tenere orbis imperiū:
tanq; in omnibꝰ eſſe perfectū: vt vniuerſos erga ſe
homies patrio ardere faciat affectu. Quid nō ergo
iſtiꝰ patrē pati exiſtimatꝰ libenti anio ne talis filij
priuetur alloquio: quod vero vel exiguū vel gran
de malū non eſſe ſubiturū modo/ vt illum etiam vi
deat/ atq; illiꝰ preſentia perfruatur. Hoc igitur de
futura quoq; gloria cogitemus. Neq; eni ſic filius
patri etiam ſi virtutibus mille decoretur: deſidera
bis eſt/ atq; mirabilis: vt celeſtiū fructus bonoꝝ/
ac reſolui: ⁊ eſſe cū xpo. Intolerabilis quidē res eſt
etiā gehēna quis neſciat: et ſuppliciū illud horribi
le. Tamē ſi mille aliquis ponat gehēnas nihil tale
dicturꝰ eſt: quale eſt a brē illiꝰ glie honore ꝓpelli/
exoſumq; eē xpo: ⁊ audire ab illo nō noui vos/ atq;
argui ꝙ eſurienti/ ⁊ ſitiēti negauerimꝰ cibū/ ⁊ potū
Eſt eni satiꝰ mille fulmina ſuſtinere: q vultū illum
māſuetudīs/ pietatiſq; plenū: nos tū aduerſantē vi
dere: ⁊ illos totiꝰ trāquillitatꝰ oculos nequaq; nos
aſpicere ſuſtinētes. Si eni ille me cū ei inimicꝰ exi
ſterē/ eūq; odiſſem/ atq; auerſarer: ita eſt tū ſecutꝰ vt
ne ſibi qdē parceret/ ſeſeq; ipm in mortē traderet o
pꝰ illa oīa eſurientē illū ne pane qdē duco dignū
bꝰ iā illū potero ocul' ītueri? ſȝ h ēt illiꝰ ꝯſidera loco
leuitatē. Neq; eī bñficia ſua imputādo cōmemorat
Nec qr illi cū deſpiciāt qb tāta pſtiterit nec eni dicit
me q cū nō eſſes/ eē te pſtiti: ⁊ tibi iſpiraui animā: q
te ſupra ea q in terra ſunt cūcta cōſtitui: q ꝓpter te
celos/ ⁊ aerē/ ⁊ pelagꝰ/ ⁊ terrā/ ⁊ oīa q exiſtūt/ cre
ui: q a te ihonoratꝰ ſū/ ⁊ diabolo ipo vilior exiſtima
tꝰ: q nec ſic quidē deſtiti: ſȝ īnumera tibi bñficia etiā
poſt iſta donaui: q ob tuā ſalutē fieri ſeruꝰ elegi: qui
palmis ora temeratꝰ: ⁊ faciē ſputamib aſperſus: ⁊
ſeruili ſupplicio deputatꝰ: vt te de morte redimerē
crucis mortē ipe ſuſtinui: q ꝓ te ēt in celo interpello
prēm: q ſpm ſctm tibi dono: q te ad regnū inuito ce
loꝝ: q tibi ēt tāta ꝓmiſi/ q et caput tuū eſſe volui/ ⁊
ſpōſus/ ⁊ veſtis/ ⁊ domꝰ/ ⁊ radix/ ⁊ paſtꝰ/ ⁊ potꝰ/ ⁊
paſtor/ ⁊ frat/ q te heredē/ coheredēq; delegi: q de te
nebris in luce te duxi: cū hec eni/ hiſq; plura ꝓferre
poſſet: nihil eorū oīno cōmemorat. Sed quid? ſolū
ipſum profecto peccatū. Hic quoq; charitatē ac de
ſideriū quod erga te habet oſtendēs. Neq; enim



rit: Ite in ignem paratū vobis: ſed paratum diabo
lo. Et prius dicit: Quenam illi peccauerint. Et ne
tūc quidē cūcta: ſed pauca/ et ante hos illos qui mā
data eiꝰ impleuerint ī regnū vocat/ vt ex hoc quoq;
oſtendat iuſte ſe culpare quos damnat. Quonā er
go ſupplicio non ſunt vba eiuſmodi ſeuiora? Si eni
hoīem aliqs a q bñficijs affectꝰ eſt eſurientē minime
deſpicit: ſȝ etſi fortaſſe deſpiciat: certe cū ei ille expro
brare bñficia ſua ceperit: eligit magis in terrā oīno
demergi: q corā duobꝰ tribuſue amicis: tale aliqd
audire. Quid nos patiemur ꝑpēdite: q toto iā teſte
mūdo hec q memorata ſunt/ audiemꝰ: q ne qdē dñs
diceret: ſi eqtatē ꝓprie vellet declarare ſnīe? Quid
eni haud exprobrās ea ꝓferret: ſȝ qſi ſatiſfaciens: ⁊
oñdēs qr nō eis fruſtra: nec abſq; certa iuſtitie ratōe
dicturus ſit: diſcedite a me ipſa ſatis bñficioꝝ que
eis ante contulerat liberalitate patefecit. Si vo ex
probare voluiſſet oīa illa que dixi/ adduceret in me
dium: nunc autem dicit ſola illa que paſſus eſt. Ti
meamus igit dilectiſſimi huiuſmodi tūc audire ſer
mones. Non eſt luſus hec vita: immo eſt quidā pre
ſens vita luſus: ſed nō eſt luſus etiā futura. Nunc
autē non tam luſus eſt vita noſtra q aliquid forte
deterius. Non eni tendit ad riſum: ſed intollerabi
lem quoq; portabit dolorē eis qui mores ſuos non
mature/ ac diligenter inſtituūt. Quo enim diſtamꝰ
a pueris ludēdi gratia caſulas edificātibus: nos q
ampla pretoria/ ⁊ clara cōſtruimus? Que autē diſ
ſimilitudo eſt inter eoꝝ prandiola ad ludū parata/
⁊ noſtra hec ſplēdide/ ac delicate apparata cōuiuia?
Nulla plane: niſi ꝙ ea nos ad ſuppliciū noſtrū ſepe
faciamus: que illi imitant ad ludū. Quod ſi necdū
perſpicimus/ eorūq; agimus vilitatē: non eſt profe
cto mirandū. Nondū enim venimus ad maturita
tem viroꝝ: quo cum venerimus: intelligemus hec
oīa eſſe puerilia. Nam et illos cum ad virilē tranſi
mus etatē ridere conſueuimus: ob ea certe ipſa que
cum pueri eſſemus: etiā ſtudioſe credebamus eſſe fa
cienda. Nam ⁊ teſtas aliquādo et lutum ſepius ag
gerantes: nō minus gloriabamur: q hi qui certa
tim amplas porticus: et triclinia gaudent ſuperba
conſtruere: ſed tamē peribāt illa continuo: et conti
nuo corruebāt. Uerum ne ſtantia quidē vtilia no
bis eſſe potuiſſent: ſicut ne iſte quidē ſplendide do
mus: que certe iā celi ciuē capere non poſſunt. Sed
neq; iſte in illis ſe habitare patietur qui patriā ſpe
ctat eternā. Uerum vt nos pedibus ludicra illa edi
ficiola plerūq; deſtruimus: ita hec ſapienti ille men
te ſubuertit: ⁊ ſicut nos paruulos de illa flētes de
ſtructione ridemus: ſic iſti quoq; viri nobis de hac
ſubuerſione merentibꝰ: non modo ridēt: ſed etiam
flent. Siquidē: et eorum viſcera compaſſiōe plena
ſunt: ⁊ nobis ingētia hinc naſcunt incōmoda. Jam
igitur in viros tranſeamus aliquādo: quādiu terre
prorſus affligimur: de lignis/ ac lapidibus gloriā
tes? Quouſq; luſibus occupamur/ ac ſalutē noſtrā
ipſi deſpicimus ac prodimus? Nā vt pueri cum ne
glectis litteris ad hmōi nugas ſua ſtudia conuerte
rint/ duriſſimis verberibus ſubiacebunt: ſic nos
quoq; q in his rebus ſtudiū oē conſumimꝰ: cū a no
bis ſpūaliū exiget operū diſciplina: niſi q reddenda
erūt habuerimꝰ parata: horrēda illa ſupplicia ꝑfere
mus. Nec erit vllus oīno q liberet/ etiā ſi pr/ etiā ſi

frater vel qlibet alius aſſiſtat. Sed hec qdē qb nūc
dediti ſumꝰ cūcta pariter euaneſcēt: q vo ex iſtis pe
na colligit imortalis erit/ atq; ꝑpetua. Qđ qdē ac
cidere cōſueuit in paruulis quoꝝ puerilis illa ꝯſtru
ctio a pre tota ſubruit: ipſi etiā verberati poſt luſus
cōuertunt ad lachrymas. Atq; vt hec ita ſe hīc di
ſcas: illud ipſum erga qđ maximū ſtudiū videt eſſe
ponendū id eſt diuitias in mediū ꝓferamus: ⁊ cōſti
tuamꝰ quālibet e regiōe virtutē: ⁊ tūc pcipue illarū
ꝑſpicies vilitatē. Duos igit hoīes eſſe ponamꝰ nec
de auaritie opibꝰ ſermo ſit: ſȝ de honeſtis adhuc/ iu
ſtiſq; diuitijs. Duo ergo taliū opū dñi fingant: quo
rū vnus qdē ad pecunias cōgregādas maria naui
get/ terras excolat/ multaq; alia reperiat genera lu
crandi q q; ignoro ſi hec faciēs iuſte prīmoniū poſſit
augere. Uerū cōcedat iſtud: ⁊ cōſtituat interī lucra
illū iſta iuſta conquirere. Iſte igit ⁊ agros coemat:
⁊ ſeruos/ ⁊ quātacūq; ſunt talia/ nullaq; ad hec ini
qtate ducat. Alter vo eqliter locuples vēdat agros
vēdat domos: vaſa quoq; argētea ⁊ aurea: atq; ho
rū oīum pciū indigētib largiat: curet egrotos/ ī ne
ceſſitate poſitos abſoluat: alios vinculis eximat/
alios eripiat de metallis/ alios egeſtatis impatien
tia ad laqueū ꝯuolātes: in vite amorē reducat/ libe
ret de ſeruitute/ ac morte captiuos. De cuiꝰ vos tā
dē eē parte malletis? Et certe nōdū futura diximꝰ:
ſed interim iſta pñtia. Cuiꝰ inq; ſil'es eſſe malletis?
Cōgregātis auꝝ: an plurimoꝝ ꝑicula ſubmouētis
emētis agros/ an hoīb diuerſa calamitatū tēpeſta
te vexatis/ ſemetipm portū parātis: multo auro ar
gētoq; circūdati: an mille laudibꝰ coronati? Nonne
eni hic qdē videt angeli alicuiꝰ ſil'is q de celo ad ꝯſo
lationē hoīum/ emēdationēq; deſcēderit? Alter vo
nec hoī ꝯferēdus: ſȝ cupiā paruulo vane cūcta ⁊ in
aniter cōgregāti. Sin aūt ꝓnūciatꝰ hmōi hoīem eē
ridiculū/ extremeq; vecordie: qñ etiā iniq opes cō
gregat: qd eo pōt infeliciꝰ iudicari? Si eni tāta illiꝰ
ſola deriſio eſt: cū addita fuerit ⁊ gehēna: ⁊ regni ce
leſtis amiſſio: qb lachrymis/ qbꝰ tandē lamētatiōi
bus ꝓſequendꝰ eſt ⁊ viuus ⁊ mortuꝰ? Sȝ alterā q;
ſi placet virtutis partē/ eiuſq; cōtrariū pōderemꝰ.
Aliū igit rurſus hoīem ꝓferamꝰ in ſumma potētia
cōſtitutū: oīb impantē ingenti ꝓrſus honore cōſpi
cuū: pclara pconis ſui voce terrificū: cīctū baltheo
ptātis gemino/ ac lōgo peuntiū ordine gl'iantē: mul
toꝝ officioꝝ ſtipatū caterua: nōne magnū hoc eē qd
dā credit/ ac beatū? Age igit cōtra hūc quoq; aliū e
regiōe ponamꝰ ſplēdentē virtute patiētie: hūilitate/
ac māſuetudine refulgentē: ⁊ hictū patiat iniurias
atq; etiā verberet: cūctaq; hec facile portet/ ac forti
ter: eoſq; a quibus iniurias accepit/ benedictioni
bus proſequatur: reſponde queſo quis magis ho
rum tibi admirandus videtur: ille inflatus ⁊ tumi
dus: an iſte preſſus ac placidus? Nonne rurſus hic
quidem celeſtibus eſt virtutibus comparādus: que
maxima impaſſibilitate potiunt? Ille vo hoi mor
bo hydropis/ ⁊ plurimo ꝓrſus tumore turgēti: ⁊ h
qdē medico ſpūali: ille āt iflatis ac reſupinis? Quid
tibi arrogas hō/ qr ſublimi curru veheris: qr te tra
hūt mulaꝝ qdrige. Et qle iſtud ē? Nā ⁊ ſaxa ita ple
rūq; ⁊ ligna geſtant. Sȝ ſpecioſa veſte circūdaris?
Sȝ reſpice ꝓ cultu veſtiū vtute decore fulgētē/ ⁊ vi
debis te qdē putrefacto iā feno eē ſil'imū: illū vo arbo

ri admirabiles fructus ferenti maximã prebẽti cer/
nentibus voluptatẽ. Tu q̄ppe circũfers paſtũ ver/
miũ / atqꝫ tinearũ: q̄ cũ tibi incubuerint celeriter te
hmõi ornatu nudũ relinquẽt. Nã veſtimentũ / ⁊ au
rum aliud quidẽ vermiũ cibus eſt: aliud ꝟo terra / ⁊
cinis / ⁊ iterũ terra. At ꝟo ille qui virtutũ decore cir
cũdatus eſt: talẽ ꝓfecto habet ſtolã: quã non modo
tinea: ſed ne mors quidẽ valeat ipſa corrũpe. Siq̇/
dẽ iſte virtutes animi nequaq̃ꝫ a terra ſortiunť exor
diũ: fructus quippe ſunt ſp̃us: ꝓpterea neqꝫ verminĩ
oribus deputanť. In celo nãqꝫ hmõi veſtimenta te/
xunť: vbi nõ eſt tinea / nõ vermis: nec hmõi quicq̃ꝫ
aliud oĩno. Quid igiť eſt melius? reſponde queſo /
ſublimari potẽtia: an potius inhonoratum iacere?
Splendere diuitijs: an ſqualere pauperie? Abũda
re delitijs: an fame / atqꝫ egeſtate cruciari? Procul/
dubio melius / atqꝫ optabiliꝰ inhonoratũ eſſe: q̃ꝫ in
diuitijs / atqꝫ delitijs. Si ergo bona eligis magis
ipſa q̃ꝫ minima relinq̄ terras / et tranſgredere totus
ad celũ. Si quidẽ p̄ſentia iſta vmbre ſunt / ⁊ quedã
vanitates imaginũ: futura aũt veritas rerũ immo/
bilis ꝓrſus / ac ſolida nec ab vllo tibi aliquando ra/
pienda. Hec nos igiť omni cũ ſtudio diligamus: vt
ex horũ q̄ hic ſunt liberemur tumultu / ⁊ ad portum
illũ trãquilliſſimũ nauigãtes: multa onuſti merce
veniamus / ⁊ ineffabilibꝰ miſericordie operibus re
dundemus: quibꝫ nos oẽs cõtingat potiri: gratia ⁊
miſericordia dñi noſtri ieſu chriſti cui gloria et impe
rium in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia. xxv. Ex capitulo ſeptimo.

n **On omnis q̄ dicit mihi do/ mine dñe intrabit in regnum celorũ: ſed qui facit voluntatẽ pa/ tris mei qui in celis eſt: ipſe intra/ bit in regnum celorum.**

Cuius rei gratia non ait: ſed qui facit vnluntatẽ
meã? Quia hoc interim poterãt amabilius audire
qđ dixit: citiuſqꝫ ſuſcipere: illud aũt ad eorũ infirmi/
tatẽ nimis erat grãde qđ tacuit. Aliter ꝟo idipſum
quod reticuiſſe viſus eſt / iſtud dicendo ſignauit.
Preterea hoc quoqꝫ poſſumꝰ dicere / expreſſum hic
eſſe manifeſte: qꝛ nõ ſit in patris / ac filij volũtate di
uerſitas. Mihi aũt videť iudeorũ hic ꝓprie cõſcien/
tias verberare: oẽm prorſus religionẽ in dogmatũ
ratiõe ponentiũ: de ſctã ꝟo conuerſatiõe nihil oĩno
curantiũ. Unde illos etiã paulus coarguit / dicẽs:
Cognominaris ⁊ requieſcis in lege / ⁊ gloriaris in
deo ⁊ noſti voluntatẽ eius. Ipſe autẽ dñs nõ ſolum
hoc dixiſſe cõtentus eſt: ſed ⁊ maiora lõge ⁊ terribi/
liora ſubiunxit. [Multi (inq̄t) dicẽt in illa die: dñe
dñe nõne in noĩe tuo ꝓphetauimꝰ?] Non modo ille
inquit qui habet fidẽ / conuerſatiõe neglecta / regnũ
nõ poterit introire celorũ: ſed ⁊ eũ q̄ fide multa etiã
ſplenduit claritate ſignorũ: nec tamen aliquid in vi/
ta boni operis exercuit: a celeſtibus ſimiliter ianu/
is repelleť. Multi enim mihi dicẽt in illa die: Do/
mine dñe nonne in nomine tuo prophetauimꝰ. Nẽ/
pe conſideras quemadmodũ ſe quoqꝫ introducat la
tenter: quia enim prope finẽ ſui eſt prolatus ad po/
pulum ſermo doctrine ſue: merito iam ſe iudicẽ eſſe
demonſtrat. Nam ꝙ expectat pena peccãtes in ſupe
rioribus euidenter expreſſit. Quis ꝟo ſit puniens
hic reuelat: nec tamẽ apte dixit ego: [ſum ſed multi
inquit in illa die dicẽt mihi: dñe dñe]. Idip̄m rur/
ſus hac moderatione conficiens. Si eni iudex ipſe
non eſſet: quomõ ad eos diceret: [tunc cõfitebor eis
diſcedite a me nunq̃ꝫ noui vos.] Nõ vtiqꝫ futuri ſo
lũmodo iudicij tempore: ſed ne tunc quidem inquit
quãdo vos faciebatis ſigna mirabilia. Propterea
etiã diſcipulos admonebat: [Nolite gaudere quia
vobis demonia ſubiecta ſunt: ſed quia nomina ve/
ſtra ſcripta ſunt in celis.] Et vbiqꝫ prorſus ad plu/
rimam eos curam conuerſationis hortatur. Neqꝫ
enim accidit vt homo recte / honeſteqꝫ viuens / atqꝫ
ab oĩbus vitijs liberatus aliquando deſpiciatur a
deo. Sed etſi ĩ aliquo errore teneatur: cito illũ deꝰ
ad noticiã pertrahit veritatis. Uerum ſunt quidã
qui opinenť mentiri tunc illos iſta dicendo: ⁊ pro/
prerea inquiunt nec merebuntur omnino ſaluari:
quod ſi ita eſt: ipſe aduerſus illũ ſenſum venit: quẽ
voluerat inducere. Uoluit enim hoc loco aſſerere ꝙ
fides abſqꝫ operũ ſanctitate nil etiam valeat: dein/
de idipſum vlterius extendens: adiecit et ſigna vt
videlicet oſtenderet quia nõ modo fides: ſed ne ipſa
quidem cuipiã mirabilia profutura ſint / ſi ea ope/
ratus fuiſſet abſqꝫ poſſeſſione virtutũ. Sin autem
illi nequaq̃ꝫ iſta fecerint quemadmodũ hec conficie/
tur aſſertio? Aliter ꝟo / neqꝫ auderẽt hi ipſi domino
iam vtiqꝫ iudice preſente mentiri: ſed et ipſorum in/
terrogatorie ſermo prolatus: ⁊ deinde ſecuta reſpõ/
ſio hec eos feciſſe demõſtrat. Illi quippe quia con/
trariũ expectationis ſue finem videbunt: quia hic
fuerint mirabilia faciẽdo conſpicui: ibi ſe intelligẽt
puniendos: quaſi ſtupẽtes dicent / atqꝫ mirantes
[Dñe dñe nõne in nomine tuo ꝓphetauimus?] quẽ
admodũ nos aduerſaris modo? Quid ſibi vult no/
uus iſte finis: nec a nobis aliquãdo prouiſus? Sed
mirentur illi qui cum tot ſigna fecerint puniẽtur:
tu vero nihil oĩno hoc mireris. Omnis quippe g̃
tia donũ eſt ſolũmodo largientis. Illi autẽ nihil
de proprio copularũt: ꝓpter quod etiã merito puni/
untur: qui erga eum a quo ita honorati ſunt: vt ta/
lia etiã indignis dona conferret: ingrati exiſtere ma
luerunt: tantorũqꝫ beneficiorũ prorſus ĩmemores.
Cur inquis iniquitatis oparij mirabilia fecerunt?
Sunt quidam qui dicãt eos nõ eo tempore quo ſi/
gna faciebãt operibus iniquis vacaſſe: ſed poſtea
eſſe mutatos ⁊ ad iniquitatis opera cõuerſos. Sed
ſi id eſſet: alio rurſus modo falſum eſſe monſtrareť
illud quod dñs curauit aſtruere. Ex enim ſtuduit
oſtendere iſtud profecto eſt: quoniã neqꝫ fides neqꝫ
mirabilia quicq̃ꝫ valeant ſi non aſſiſtat vita. Quod
certe dicebat ⁊ paulus: Si habuero omnẽ fidẽ: ita
vt montes transferã: ⁊ nouero myſteria omnia: ⁊ ſi
habuero omnẽ ſcientiã: charitatẽ autẽ nõ habeã ni/
hil ſum. Quid igitur iſti ſunt inquies? Multi pro/
fecto credentiũ acceperant dona gratie: ex quibus
erat ille qui cũ in chriſti noĩe demonia eijceret: non
tamẽ eum etiam ſequebať: qualis erat ⁊ ipſe iudas.
Nam hic quoqꝫ quanq̃ꝫ eſſet malus: gratie tamen
munus acceperat. Quin etiã in veteri teſtamẽto id/
ip̄m q̄ q̄rit inuenit: videlicet ĩ ipſis quoqꝫ indignis:
ad alioꝝ vtilitatẽ gratiã frequẽter oꝑatã. Quis eni



non oẽs in oĩbus idonei ſunt reꝑti. Nã alij q̇dẽ vite
erãt honeſtate conſpicui: nõ tñ pari etiã ardore fidei
feruebãt. Alij ꝟo ecõtrario fidei bonũ abſqꝫ vite ho
neſtate ſeruabãt ꝑ vniꝰ atqꝫ eiuſdẽ ineffabilẽ g̃re lar
gitatẽ / ⁊ illos eque hortabať: vt fidẽ ſtuderẽt habe/
re maiorẽ: ⁊ hos / vt eſſent etiã in cõuerſatiõe melio/
res. Et iccirco cũ eis ad liberalitatẽ maxima gratie
dona p̄ſtabat: [virtutes inquiũt mľtas fecimꝰ: ſed
ꝯfitebor illis qꝛ nunq̃ꝫ noui vos.] Nũc quidẽ eos ſe
eſſe amicos putãt: tũc ꝟo ſcient / qꝛ nõ vt amicis iſta
donauit. Et q̇d oĩno miraris ſi hoĩbꝫ q̃ꝫq̃ꝫ vite ſuffra
gia nõ habẽtibꝫ: ip̄m tñ credentibꝫ g̃re ſue dona lar/
gitus eſt: qñ tale aliquid in his etiã q̄ vtroqꝫ hoc nu
dabanť bono inueniť oꝑatus. Balaam q̄ppe a fide
ac ꝓbitate vite erat ꝓrſus alienꝰ: ſed tñ oꝑata eſt in
illo dei g̃ra in edificationẽ proculdubio ceterorũ. Et
etiã pharao talis extiterat: verũtamẽ ip̄i quoqꝫ oſtẽ
dit futura. Et nabuchodonoſor iniq̇ſſimus fuit: ſed
huic quoqꝫ etiã ea q̄ in nouiſſimo ſeculo futura ſunt
reuelauit: ſꝫ ⁊ ipſiꝰ filio q̄ facile patrẽ impietate ſu/
perauerat mirabilia futura patefecit: per quẽ certe
oĩa maxima diſpenſatiõis ſue oꝑa mõſtrauit. Quia
igiť / ⁊ tũc ipſa adhuc erãt euãgelice p̄dicatiõis exor
dia: multaqꝫ oportebat diuine potẽtie clarere docu
mẽta: plurimi quoqꝫ ĩdignoꝝ accipiebãt dona g̃re:
verũtamẽ nihil ꝓpter hec illi ſigna lucrati ſunt: ſed
magis etiã punienť: ꝓpter qđ ⁊ terribilẽ minať eis
ſermonẽ dicẽdo: nunq̃ꝫ noui vos. Multos q̄ppe hic
odit atqꝫ auerſať etiã añ iudiciũ: timeamꝰ igiť dile/
ctiſſimi: maximãqꝫ curã ſctẽ ꝯuerſatiõis adamemꝰ:
nec putemus minꝰ aliq̇d nos hr̃e: qꝛ nos mõ ſigna
nõ facimꝰ. Nihil nãqꝫ tũc nobis ꝓpter illa ampliꝰ
reddeť: ſicut nec minus dabiť: qꝛ ſigna nõ facimꝰ.
Si vtiqꝫ oĩbus ſtuduerimus abũdare virtutibus:
de mirabilibus ſiquidẽ nos abſqꝫ dubio debitores
efficiemur dei: ꝓ bene aũt acta vita deũ habebimꝰ
debitorẽ. Quia igiť cũcta ꝑfecte de ꝟtute diſſeruit /
⁊ ſilľatores eius plurimos / ac diuerſos eſſe mõſtra/
uit / cũ eos q̄ ad oſtẽtationẽ ſui orãt / atqꝫ ieiunãt: tũ
etiã eos q̄ ſimplicitatẽ ouiũ tñmõ habitu ꝓfitenť:
tũc illos quoqꝫ q̄ doctrine ipſiꝰ ſtudio malignitatis
aduerſi ſunt: q̄s etiã porcos ⁊ canes vocauit. Hinc
iã p̄ceptis ſuis cõſolationẽ rurſus admiſcẽs: oſtẽdit
quãtũ ſit virtutis cõmodũ: quãtũ etiã malignitatis
incõmodũ. [Oĩs ait q̄ audit ꝟba mea / ⁊ facit ea: aſ/
ſimilabiť viro ſapiẽti.] Que q̇dẽ paſſuri ſunt / q̄ mã
data nõ faciũt: q̃uis faciãt ſigna / ſine dubio audi/
ſtis. Oportet ergo vos diſcere: q̇bꝫ ſint illi fruituri
bonis: q̄ oĩa q̄ p̄cepta ſunt obediẽter impleuerint: q̄
certe nõ in futuro tm̃: verũ etiã in iſto ſeculo de cuſto
diti euãgelij vtilitate gaudebũt. [Oĩs (inq̄t) q̄ audit
verba mea / ⁊ facit ea aſſimilabiť viro prudẽti.] Cõſi
dera q̃ꝫ admirabili orneť varietate doctrine: mõ q̇dẽ
dicẽs. [Nõ oĩs q̄ dicit mihi dñe] ſeqꝫ ip̄m reuelãs:
mõ ꝟo inferẽs q̄ facit volũtatẽ p̄ris mei. Et rurſus
iudicẽ ſe demõſtrãs. [Multi (inq̄t) dicẽt mihi ĩ illa
die: dñe dñe nõne ĩ noĩe tuo ꝓphauimꝰ? ⁊ dicã illis
nunq̃ꝫ noui vos]. hic quoqꝫ rurſus oñdit hr̃e ſe oĩmꝫ
ꝑtãtẽ: ꝓpter qđ ait: [Qui audit ꝟba mea hec] Quia
eni cũcta diſputarerat de futuris / regnũ cõmemo/
rando celoꝝ: ⁊ mercedẽ ineffabilẽ pollicendo: ⁊ cõ/
ſolationẽ dei: ⁊ q̄ntacũqꝫ ſint talia: vult eis etiã hic
tribuere fructꝰ laboꝝ: ⁊ oſtẽdere quãta ſint in p̄nti
quoqꝫ vita bñficia virtutis. Qđ eiꝰ erga primũ bñ/
ficiũ eſt? Tutũ viuere / atqꝫ munitũ: nulliqꝫ aduer/
ſantiũ rerũ in p̄dã patere: quinimo cũctis q̄ obſiſtũt
ſuꝑiorẽ oĩno conſiſtere. Cui bono q̇d vnq̃ꝫ inueniať
eq̄le? Hoc eni ne ille q̇dẽ ipſe ſibi p̄ſtare poſſet q̄ dia/
demate coronať. Solus eni ⁊ q̇dẽ multo cũ cumu/
lo bonoꝝ ſuoꝝ poſſidet firmitatẽ / q̄ potẽtiſſima ꝟtu
tũ cohorte muniť: atqꝫ inter hos tumentes ſecľi flu/
ctus / plurima tranq̄llitate ꝑfruiť. Hoc eſt eni oĩno
mirabile: qꝛ cũ nulla ſerenitas ſit: immo cũ ſit vali/
da tẽpeſtas ⁊ crebra tẽptationũ: ipſe ne tãtulũ q̇dẽ
poterit cõmoueri? [Deſcẽdit (inq̄t) pluuia / venerũt
flumina: flauerũt vẽti: ⁊ impulerũt in domũ illã et
nõ cecidit: fũdata eni erat ſupra petrã.] Hic autẽ / ⁊
pluuia / ⁊ flumina / ⁊ vẽtos trãſlatione verboꝝ: af/
flictiões ⁊ ingruẽtia hoĩbꝫ ꝑicula nũcupauit: calũ/
nias videlicet: inſidias / fluctus / interitꝰ / alioꝝ im
pugnatões / deſertões ſuoꝝ: ceteraqꝫ oĩa vite p̄ntis
incõmoda. Sed nulli inq̄t horũ talis aĩa ſuccũbit.
Cauſa ꝟo iſtiꝰ firmitatis ẽ ſupra petrã eſſe fundatã.
Petrã hic autẽ doctrine ſue munimentũ vocauit.
Siq̇dẽ oĩ petra illiꝰ ſunt fortiora p̄cepta / ⁊ obediẽ/
tẽ deo cunctis preſtãt tribulationũ fluctibꝫ celſiorẽ.
Quicũqꝫ eni diligẽter hec cuſtodit / ac fortiter: non
mõ hoĩbꝫ nocere cupiẽtibꝰ verũ etiã ipſis demonibꝫ
ſibi inſidiãtibꝰ ſuꝑior eminebit. Quia ꝟo nõ ad hiu
nientẽ doctrine põpã iſta dicanť: iob certe teſtis eſt:
q̄ vtiqꝫ ⁊ oẽs diaboli in ſe excepit ictus: ⁊ tñ ꝑmane/
bat immobilis. Idip̄m teſtanť ⁊ apľi q̄ torrẽte totiꝰ
orbis in ſe pariter irruẽte: tyrãnorũ ſcꝫ: atqꝫ ppľoꝝ
iudeoꝝ / atqꝫ gentiliũ / ⁊ ſuorũ / ⁊ alienorũ / ⁊ diaboli
ꝓrſus ⁊ demonũ: ad cunctos cõiurara aduerſus ſe
impugnatiõis machinas pulſata fluctibꝫ rupe fir/
mius cõſtiterũt. Qđqꝫ eſt adhuc ampliꝰ oĩa iſta do/
muerũt. Quid igiť hac vita beatiꝰ poſſit inueniri?
Hoc eni nõ magnitudo diuitiarũ: nõ corporis forti
tudo. nõ potẽtia vlla: nõ gľia: nõ q̇cq̃ꝫ hoꝝ ſiľe pote/
rit polliceri: ſed poſſeſſio ſola ꝟtutis. Nõ eſt eni / nõ
eſt oĩno alterã inuenire vitã malis oĩbꝫ liberã: niſi
hãc ꝓfecto ſolã. Et teſtes huiꝰ rei: vos certe ip̄i eſtis
q̄ aulicas noſtis inſidias: ⁊ illos ſtrepitꝰ / ac tumul/
tus q̄ domos diuitũ ſepe ſubuertũt noſtis. Sed in
apľis tale oĩno nihil cõtigit. Quid igiť? Nihil ne er
ga illos hmõi factũ putamus? Nihil ne illi ab aliq̄
triſte ꝑpeſſi ſunt? Hoc eſt eni p̄cipue maximeqꝫ mira
bile: qꝛ cũ plurimas q̇dẽ illi paterenť inſidias: ma/
ximeqꝫ in illos tẽpeſtatũ turbines frequẽter irrue/
rẽt: nequaq̃ꝫ tñ eoꝝ aĩos labefactare potuerũt: nec
eis aliquẽ ĩcutere merorẽ. Obtinuerũt vbiqꝫ / vbiqꝫ
valuerũt / nudis oĩno corporibꝫ nauigando cũctaqꝫ
aduerſa vincẽdo. Et tu igiť ſi volueris cum diligẽti
oĩa cautiõe ꝑficere: cũcta hec impugnationũ genera
ridebis. Si eni fueris harũ adhortationũ munitꝰ
armis: nulla tibi oppugnatio poterit inferre meſti/
tiam. Quid eni nocebit q̄ diuerſas ꝯtra te moliť in/
ſidias? pecunias forte tibi diripiet? Sed etiã ante
illius minas: hec vniuerſa iuſſus es deſpicere: ⁊ cũ
tãto ꝑfectiõis cumulo: vt ne ab ipſo quidẽ dño tale
aliq̇d poſtulares. Sed recludet in carcerẽ: ſed ⁊ añ
carcerẽ: ita te viuere vtiqꝫ p̄cepit: vt toti iã mũdo oĩ
no eſſes crucifixꝰ. At malignitate obtrectatiõis ma/
cerabit: ſꝫ ab hoc quoqꝫ dolore te xp̄s eripuit mul/
tã tibi ꝓ ſuceptis maledictiõibꝫ: pollicẽdo mercedẽ:
ſicqꝫ te eſſe mundũ iubẽdo ab ea q̄ inde oriť ira / atqꝫ
triſtitia: vt tibi ꝓ inimico etiã orare p̄cepit. Sed ex/

agitabit te vndiqꝫ et afflictionibꝰ milleū circūdabit:
ſed clarioꝛē tibi ꝓfecto texet coꝛonā. Sed afficiet te
plagis: vl' etiā interficiet: ⁊ iccirco rurſus tibi maio
ra p̄ſtabit/ ſuoqꝫ te ſcelere ad martyrij palmā para/
bit: citiuſqꝫ ad tranq̄lliſſimū poꝛtū ire cōpellet: am/
plioꝛis tibi proculdubio mercedis occaſionē mini/
ſtrās: teqꝫ ab illiꝰ diei timoꝛe liberās/ quo diuerſoꝝ
actuū ratio in cōi reddēda eſt. Qđ aūt p̄cipue miran
dū eſt: nō mō nihil oīno ledūt q̄ talibus inſidias ma
chinant̄: ſed eos etiā faciūt oppugnatiōe melioꝛes.
Cui bono q̄d vnq̄ ſil'e valeat inueniri: talē vitā vi/
delicet elegiſſe q̄lis hec ſola eſt? Qđ eni dicere ſemꝑ
ſoleo: id nūc quoqꝫ inculcare nō deſino. Ubiqꝫ ferē
ex vtroqꝫ auditoꝝ operat̄ ſalutē: tū amoꝛē virtutū:
tū hoꝛroꝛē inſerēdo vitioꝝ. Quia eni dixerat artā ⁊
anguſtā viā: rurſus huic afferēs cōſolationē laboꝛi:
q̄ꝫ tuta ſit via ipſa/ quāqꝫ etiā ſuauis oſtēdit: ſic etiā
cōtrarij illius itineris ⁊ aſperitatē plurimā/ ⁊ maxi
ma indicauit eſſe diſcrimina. Ut eni virtutis in p̄nti
bñficia monſtrauit: ita etiā vitioꝝ pādit incomoda.
Quia eni futurū erat: vt ipſa quidē dicta aliq̄ mira
rent̄: nec tñ bonoꝝ documēta operū p̄berēt: p̄ueni/
ens eos terret/ ac dicit: Quia ⁊ ſi bona ſint q̄ dicunt̄
nequaq̄ꝫ tñ ad aīe firmitatez ſufficit ſolus auditus:
ſed obediētia quoqꝫ ſit neceſſaria: q̄ certe opibꝰ oſtē/
dit̄. Nā totū ꝓfecto in his p̄cipue cōſiſtit. Itaqꝫ hic
iā interim ſermoni ſuo terminū poſuit: vbi maxime
vigentē in eis timoꝛē reliq̄t. Sicut eni ad ſtudia vir
tutū nō ſolū de futuris eos p̄mijs incitauit: ꝓmittē
do regna celoꝝ/ ⁊ ineffabilē oīno mercedē et cōſola/
tionē futurā/ ac bona ꝓꝛſus innumera: ſed etiā de p̄
ſentibꝰ: dū. ſ. petre noīe firmū atqꝫ īmobile culmen
veritatis oñdit. Sic etiā ab amoꝛe vitioꝝ nō modo
ſupplicijs deterret futuris: excidēdā cōmemoꝛādo
arboꝛē/ ignēqꝫ inextinguibilem: ⁊ a celeſti regno ex
cluſionē minādo ⁊ dicēdo: Non noui vos: ſed de p̄/
ſenti quoqꝫ dū trāſlatiōe verboꝝ domꝰ cōmemoꝛa/
uit ruinā. Hoc q̄ppe ipſo cōmendatoꝛē fecit ꝓfecto
ſermonē: quo illū etiā cōꝑatiōe veſtiuit. Nō eni tātā
etiā ſñia eius pōdus habuiſſet/ ſi ſimpliciter dixiſſet
ac nude. Inſuꝑabilis erit q̄ virtute munit̄: ⁊ facile
in pꝛedā patebit vnuſq̄ſqꝫ vitioſus: quātū certe nūc
obtinet: cū ad ipſum cumulatius expꝛimendū ⁊ pe/
tra/ ⁊ arena/ ⁊ domus/ ⁊ flumina/ ⁊ vēti/ ac pluuie
ꝓferunt̄. Bene aūt auditoꝛē huiuſmodi ſtultū vo/
cauit. Quid eni poſſit ſtultiꝰ/ q̄due infelicius inue/
niri ſuꝑ arenā edificare domū: ⁊ laboꝛē q̄dē neceſſa/
rio ſuſtinēte: fructu v̄o ipſius laboꝛis/ ac reqe non
fruēte: ꝑ qꝫ hoc etiā ſupplicia debente. Qr aūt do/
mus edificatoꝛ laboꝛet: cunctis oīno manifeſtū eſt:
itaqꝫ ⁊ raptoꝛ/ et adulter/ et calūniatoꝛ multū labo/
rāt: ⁊ plurimū afflictiōis ꝓfecto ſentiūt: vt vel ma/
liciā vel luxuriā ſuā ad ꝑfectū poſſint oꝑis adduce/
re: ſed nō mō nullū de hmōi laboꝛibꝰ fructū pariūt:
verū etiā dānū grāde patiunt̄. Nā ⁊ paulus hoc ſi/
gnificando dicebat: Qui in carne ſeminat: de carne
⁊ metet coꝛruptionē. Huius oīno ſunt ſil'es q̄ edifi/
cāt in arenis/ in foꝛnicatiōe/ videlicet atqꝫ luxuria/
in iracūdia/ ⁊ ceteris talibꝰ. Hmōi erat et achab: ſꝫ
nō ⁊ helias: eteni e regione ponētes/ ⁊ virtutes/ et
vitia diligētius q̄ꝫ ſint hec inter ſe diuerſa cōſidere/
mus: nā hic quidē ſuꝑ petrā edificauit domū: ille v̄o
ſuꝑ arenam. Et iccirco ille diademate coꝛuſcus: ac
purpura cōtremiſcebat ꝓphetā ſola certe pelle circū

datū: tales etiā iudei/ ſed nō ⁊ apl'i. Nā pauci illi cū
eſſent atqꝫ etiā vincti: firmitatē petre ꝯſtantie v̄tute
ſuꝑabāt. Illi v̄o q̄ plurimi armatiqꝫ cōſtiterāt are/
narū imitabant̄ īfirmū: deniqꝫ q̄ſi trepidi cedēteſqꝫ
dicebāt: Quid faciemꝰ hoībꝰ iſtis? Uides nēpe ſtu
pēda rerū anguſtia coartari nō cōp̄hēſos ⁊ vinctos
ſꝫ cōp̄hēdētes: atqꝫ etiā vinciētes: q̄ q̄d magis nouū
valeat inueniri? Tu alterū vinculis aſtringis/ et
ipſe potiꝰ coartaris/ ⁊ merito. Si q̄dē cūcta edificas
in arenis/ ꝓpterea ⁊ imbecillioꝛes oībꝫ erāt atqꝫ di/
cebāt: Quid faciemꝰ volētes inducere ſuꝑ nos ſan/
guinē hoīs huiꝰ? Quid agis? Cedis ⁊ metuis: aliū
ꝑſeq̄ris: ⁊ ipſe foꝛmidas. Tu iudicas: et tñ tremis:
ita eſt q̄ppe malicia infirma. At nō ſil'r et apl'i: ſed q̄
nāmō? Nō poſſumꝰ: inquint nos q̄ vidimꝰ ⁊ audiui
mus nō loqui. Cōſideraſti certe grāde inuicte men/
tis excelſum. Uidiſti petrā vndarum murmura de
ridentē. Uidiſti domū contra ventoꝝ flatus ꝓꝛſus
immobilē. Qđ eni multo eſt ampliꝰ admirandū nō
mō deterriti ꝑ aduerſa nō ſunt: verū etiā maioꝛē in
de aſſumpſere cōſtantiā: ⁊ ꝑſecutoꝛes ſuos in trepi/
dationē maximā cōpulerūt. Quicūqꝫ eni adamātē
ꝑcutit: magis ipſe percutit̄. Et q̄ aduerſus ſtimulū
calcitrat: ſine dubio ipſe cōpūgit̄: ſuiſqꝫ ꝓprijs ictibꝰ
vulnerat̄: ⁊ q̄ impugnat virtutē tenētes: ipe ꝓfecto
ſubruit̄ ⁊ malitia tāto efficit̄ infirmioꝛ/ quāto cōtra
virtutē diutiꝰ ꝓliat̄. Et ſicut q̄ ignē obligat in veſti
mēto: illū quidē nō extinguit: veſtē v̄o comburit: ita
etiā q̄ in virtute poſitos ꝑſequebant̄ cōpꝛehēdebāt
ac ſepius cololligabāt: illos quidē reddebāt ex his
omnibus clarioꝛes: ſe autem omnino perdebant.
Eteni quātacūqꝫ ob iuſtitiā paſſus fueris aduerſa:
tāto ingētioꝛ efficeris: ⁊ firmioꝛ: quātoqꝫ ſtudueri/
mus celeſtē honoꝛare philoſophiā: tātomagis nul/
lius pꝛoꝛſus alterius indigebimꝰ. Quāto aūt non
indiguerimꝰ alterius/ tanto foꝛtioꝛes erimꝰ oībus
atqꝫ oībus celſioꝛes: talis ꝓfecto erat ioannes: illū
quidē cōtriſtare poterat oīno nullus: ipſe aūt hero/
dem merere faciebat. Nā ille quidē inops rerū ad/
uerſus regē cōſtanter inſurgit. Hic v̄o diademate
oſtroqꝫ fulgēs: ⁊ mille alijs vmbꝛe iſtius oꝛnatꝰ in/
ſignibꝰ tremit/ ac foꝛmidat pauperē pꝛoꝛſus/ ac nu
dū. Sed nec abſciſum eius caput ſecure poterat/ ac
libenter aſpicere: qꝛ poſt moꝛtē quoqꝫ ioānis in illo
terroꝛ vigebat: audi itaqꝫ q̄d dicat: Hic eſt ioannes
quē ego interfeci. Hoc eni q̄ ait interfeci: nō eſt ſe/
metipſum ſuꝑbius efferētis: ſed timoꝛē ſuū vtcūqꝫ
ſolātis/ et cōturbate mēti ſolicite ſuadētis/ ipm eſſe
qui a ſe fuerat occiſus: tāta eſt vis q̄ppe virtutis: vt
poſt moꝛtē quoqꝫ ſit viuētibꝫ foꝛtioꝛ. Nā ⁊ cū adhuc
in heremo p̄dicaret: multarū dñi diuitiaꝝ veniebāt
ad eū/ atqꝫ dicebāt: Magiſter q̄d faciemꝰ? tāta cer/
te habetis: ⁊ a nihil habēte cupitis viā vīe felicitatis
addiſcere: ab īope locupletes: ab eo q̄ nec domū poſ/
ſidet militātes. Quid v̄o iſte: etiā helias erat: ꝓpter
qđ eadē libertate ⁊ regē increpat ⁊ ppl'm: nā ille qui
dē dicebat: Uſqꝫquo claudicatis vtroqꝫ femoꝛe vro?
Iſte v̄o ſerpētes genimina viperaꝝ: ⁊ ille q̄dē impu
tabat aliq̄n regi: Tu ꝑdis iſrl' ⁊ domꝰ p̄ris tui: hic
āt dicebat herodi: Nō licet tibi habere vxoꝛē philip/
pi fr̄is tui. Uides certe petrā: vides rurſus ⁊ arenā
q̄ꝫ celerit̄ coꝛruit: q̄ꝫ cito cedit aduerſis: q̄ꝫ facile ꝑ cū/
cta ſubꝛuit̄: adeo eſt imbecillis neq̄tia etiā ſi honoꝛe
regis iuuet̄: etiā ſi p̄ſidio mł'titudinis: atqꝫ vniuerſa



huiuſmodi potētia fulciat̄: oēs tñ q̄ꝝ pectoꝛibꝫ ineſt
cūctis oīno rebꝰ fragilioꝛes facit. Et iccirco nec ſim
pliciter ruit: ſed cū magno etiā fragoꝛe collabit̄. Et
facta eſt (inq̄t) ruina eius magna: neqꝫ eni exiguaꝝ/
leuiūqꝫ rerū ꝑiculū eſt: ſed de aīe diſcrimine: de im/
moꝛtalibꝰ ſupplicijs ſuſtinēdis: deqꝫ celeſtis regni
amiſſiōe res agit̄. Quin etiā p̄ter iſta tā grādia in p̄
ſenti quoqꝫ ſecl'o: nimis erūnoſe vite/ atqꝫ oībus mi
ſerioꝛi malicie ſectatoꝛ addictus eſt cū timoꝛibꝰ aſſi/
duis: atqꝫ etiā moꝛibꝰ ſub diuerſo onere curarum ⁊
trepidationū angoꝛe viuēdo. Qđ certe ille ſapiens
ſignificādo dicebat: Fugit impius nemine ꝑſequen
te. Huiuſmodi quippe hoīes etiā vmbꝛas tremūt:
etiā de amicis ꝑicula ſuſpicant̄. Multo itaqꝫ de ini
micis magis: quinimo etiā ſeruulos refoꝛmidant:
⁊ nō mō notos ſibi hoīes: ſed ⁊ ꝓꝛſus ignotos: atqꝫ
ſuppliciū ante illud futurū: hic iā ſibi toꝛmenta etiā
multiplicāt. Et hec oīa xp̄s manifeſtādo ſignabat/
cū diceret: Facta eſt ruina eius magna. Ibi aperto
pꝛoꝛſus fine bona hec p̄cepta cōcludēs eos q̄ nō ple/
ne credūt futura de p̄ſentibꝫ vitia fugere cohoꝛtatꝰ
eſt. Et ſi eni maius lōge ꝓfecto doctrine pondus eſt
futuris: vl' ꝓuocare p̄mijs: vl' deterrere ſupplicijs:
tñ craſſioꝛes quaſqꝫ aīas hic magis ſermo cohibet:
atqꝫ a ſtudio malignitatis abducit. Propter quod
etiā tali fine ſermo eiꝰ impletus eſt: vt magis i coꝝ
mentibꝰ tā vtilis ſñia figeret̄. Hec igit̄ ſcientes oīa
⁊ p̄ſentia ſcꝫ ⁊ futura vitia cūcta fugiamus. Ample
ctemur v̄o v̄tutē: ne vane/ atqꝫ inaniter laboꝛemꝰ:
ſed ⁊ hic certo munimine: ⁊ ibi celeſti gl'ia ꝑfruamur
quā oībus nobis cōtingat adipiſci: gratia ⁊ miſeri/
coꝛdia domini noſtri ieſu chꝛiſti: cui gloꝛia et impe/
rium in ſecula ſeculoꝛum. Amen.

Homelia. xxvj. Ex capitulo ſeptimo

e T factū eſt cum conſumaſſet ſermones iſtos: mirabantur turbe ſuper doctrina eius. ⁊c.

Certe videt̄ fuiſſe cōſequēs: vt q̄ſi de oneribꝰ p̄/
ceptoꝝ doleret: ac velut quodā toꝛpoꝛe fatiſcerēt:
conſiderātes ſubtilia ſibi dictoꝝ: nunc v̄o ecōtrario
etiā admirant̄/ ⁊ laudāt. Tāta q̄ppe erat virtus do
cētis: vt plurimi audientiū ea q̄ dicebant̄/ adama/
rēt: ⁊ in admirationē maximā cogerent̄: deqꝫ ipa de
lectatōe dictoꝝ ꝑſuaſionē cohoꝛtatōis accipent: nec
cū ſermonē ipſe finiſſet/ nuſq̄ꝫ oīno diſcederēt. Neqꝫ
eni qꝛ deſcēdit e monte: iccirco auditoꝝ eſt frequen/
tia diſſoluta: ſed aſcēdentē quoqꝫ oē illud ſequebat̄
theatrū: tāta q̄ppe illis dictoꝝ ſuoꝝ infuderat volu
ptatē. Admirabant̄ v̄o eiꝰ inter multa alia p̄cipue
poteſtatē. Nō eni q̄ſi ex alterius ꝑſona p̄cepta pone
bat: ſic moyſes fecerat/ ac ꝓphete: ſed fere vbiqꝫ ſe in
dicabat eſſe: q̄ imperādi auctoꝛitatē teneret. Deniqꝫ
cū p̄cepta ipſa ſanciret: ſepe dicebat: Ego autē dico
vobis: ⁊ terribilis illius iudicij faciēs mētionem/
ſe mōſtrabat eſſe iudicē: de p̄mijs atqꝫ ſupplicijs/ et
certe hic quoqꝫ cōſequēs erat illos etiā ꝑ iſta turba/
ri. Si eni phariſei ipſis illū oſtendentē oꝑibꝰ p̄tātē
ſepe nec exagitare timuerūt/ ⁊ lapidare moliti ſunt:
quātomagis hi cū audirēt ſola verba: q̄ iſtud ſignā/
ter oſtēderet: pene etiā cōſequēter poterūt in ſcanda/
lū cōcitari: p̄ſertim cū hec inter ipſa adhuc pꝛincipia
diceret/ ⁊ pꝛiuſq̄ꝫ ipſe potētie ſue documēta p̄ſtaret.

Sed tñ iſti nihil tale patiunt̄. Quādo eni bona au/
diētis ⁊ grata mens eſt: facile aſſentit̄ ſermonibꝫ ve
ritatis. Propterea eni illi q̄dē ſignis ipſis dñi oīno
potētiā p̄dicantibꝫ ſcādalū de p̄tāte patiebant̄ ope/
rantis. Iſti v̄o cum ſolum audiſſent/ nudumqꝫ ſer/
monem/ ei tamen ſedulo iungebantur/ eiuſqꝫ veſti/
gijs inherebant: hoc nāqꝫ ſignificans euangeliſta
dicebat: [ Quoniam ſecute ſunt eū turbe multe.]
nō aliqui ſcribarū videlicet ac pꝛincipū: ſed q̄ erāt a
malicia liberi/ incoꝛrupteqꝫ ſñie/ ⁊ ꝑ totū ꝓꝛſus euā
geliū hos ei cernis affixos. Si q̄dē cū doceret/ audie
bāt ſilētes: nihil vtiqꝫ ꝑſtrepēdo: nec aliciuiꝰ q̄ſtiōis
obiectu cōſequētiā interrūpēdo doctrine: neqꝫ pha/
riſeoꝝ moꝛe tēptātes/ et rep̄henſionē aliquā in illo
reperire cupiētes. Itaqꝫ etiā ſermone finito ꝑmane
bāt/ ſequētes illū atqꝫ mirātes. Tu v̄o dñi ꝑpende
ſapiētiā queadmodū diſpēſatiōes etiā ſuas ꝓ vtili/
tate variat audientiū: vt nūc q̄dē a ſignis ad verba
trāſeat: nūc aūt a doctrina migret ad ſigna. Nam ⁊
pꝛiuſq̄ꝫ in mōtē p̄cepta daturus aſcēderet: multos
vtiqꝫ curauit: vt his q̄ dicēda erāt viam pararet. Et
rurſus ꝓlixo hoc doctrine ſue ſermone finito: ad fa/
ciēda nihilominꝰ ſigna regredit̄: vt ex his ꝓfecto di
cta cōfirmet. Quia eni q̄ſi hñs p̄tātē docebat: ne pu
taret̄ oſtētatio eſſe q̄dā/ tqꝫ p̄ſumptio: genꝰ iſtud do/
cēdi idipſum etiā opibus exercet. Curat eni q̄ſi hñs
ꝓculdubio p̄tātē: vt nihil iā oīno turbent̄: ita eū au
diētes docentē/ queadmodū vidēt etiā ſigna facien
tē. Cū eni de monte deſcēderet/ acceſſit ad eū lepꝛo/
ſus dicēs: [ Dñe ſi vis/ potes me mundare. ] Ma/
gna eſt pꝛudētia accedētis ⁊ fides. Nō eni q̄ſi incōſi
deratus ſermonē docētis incidit: nec illud auditoꝝ
theatrū impoꝛtunꝰ intercidit: ſed expectauit tēpus
aptiſſimū/ ⁊ deſcendēti iā ei opoꝛtuniſſime ſupplica
uit. Nec ſane negligēter/ ac tepide: ſed cū ingēti men
tis ardoꝛe. Nā ſicut alter euāgeliſta dicit: ſupplica/
uit fixis in terra genibꝰ aduolutus/ cūqꝫ fide pura
ꝓꝛſus ⁊ vera/ ac ipa exiſtimatione digniſſima. Non
eni dixit/ ſi oꝛaueris: potes me mūdare: neqꝫ ait: do
mine mūda me: ſed ipſi cūcta cōmiſit: eūqꝫ cōferēde
ſanitatis dñm eſſe cōfeſſus eſt: atqꝫ in ipſo cōſtituit
oīum p̄tātem. Quid v̄o inq̄s ſi pꝛaua erat opinio le
pꝛoſi: ꝓculdubio illā q̄dē d̄ſtruit: iſtū v̄o coꝛripi opoꝛ
tebat ⁊ coꝛrigi. Putaſne igit̄ h̄ facit? Nequaq̄ꝫ: ſꝫ
e regiōe totū qđ dixerat ⁊ aſſenſiōe ꝓꝛſus et oꝑatiōe
cōfirmat. Et iccirco nō dixit mūdare: ſed volo: Mū
dare: vt nō iā vltra illius opinionē: ſed dñi volūta/
tē ſanitatis munꝰ ſequat̄. At nō ita ⁊ apl'i: ſed quo/
nāmodo? Quid igit̄ inquiūt? attēditis nobis q̄ſi ꝓ/
pꝛia p̄tāte ⁊ virtute fecerimꝰ hunc ambulare. Dñs
aūt cū multa fuiſſet mediocri ſermone locutus: ſepe
etiā q̄ infra gloꝛiā eiꝰ iacerēt mō vt dogma veritatis
inſereret. Hic tñ plurimis de ipſiꝰ p̄tāte mirātibꝰ/
q̄d ait? [ Uolo: mūdare. ] Et certe tot ſigna/ ⁊ talia
oꝑatus: nunq̄ꝫ hoc verbo vſus refert̄. Hic v̄o vt de
p̄tāte ſua opinionē ⁊ lepꝛoſi firmaret et ppl'i/ addi/
dit: Uolo: ⁊ nō ſolū id q̄dē dixit v̄bo/ ⁊ nō impleuit
effectu: verū e regiōe cōtinuo opus ſermonē ſecutū
eſt. Si v̄o nō bene ille dixiſſet: ſed blaſphemia fuiſ/
ſet vlla qđ dixerat: cohibēda fuerat virtutis oꝑatio.
Nūc aūt ceſſit extēplo iuſſui natura: cū tanta vtiqꝫ
celeritate: quāta deū conuenit operari/ ⁊ ꝓfecto ma
ioꝛe q̄ꝫ euāgeliſta memoꝛauit. Nam cōfeſtim quoqꝫ
ipſum multo eſt tardius illiꝰ oꝑis celeritate quo le/

ꝓſi eſt facta curatio:nõ aũt ait ſimpliciter: Uolo.
Mũdare:ſed extendẽs manũ tetigit eũ. Qđ eſt cer
te inquiſitiõe digniſſimũ. Cuius enĩ rei gratia cum
eũ volũtate ac ſermone mũdaret:extendẽs manum
ſuã adiecit ⁊ tactũ? Mihi ꝓrſus videt̃:nõ ob aliam
illud feciſſe cãm:q̃ꝫ vt huic quoqꝫ oſtẽderet nõ ſe ſub
ditum legis eſſe:ſed dñm/⁊ qꝛ cuiqꝫ mundo nihil ſit
ꝓrſus immundũ. Propterea heliſeus q̃dẽ neqꝫ vi
det naaman: ſed ⁊ ſcãdaliſatũ eſſe audiẽs : qꝛ eũ nec
inſpicere voluiſſet ipſe/nec tãgere/ diligentiã legis
obſeruans: nihilominꝰ manet domi:eũqꝫ ad iorda
nis fluẽta mittit lauãdũ. At ꝟo xp̃us oſtẽdit : qꝛ nõ
vt famulꝰ:ſꝫ vt dñs curet/ac tãgat. Nõ enĩ tãgẽtis
manus immũda eſt facta ꝑ lepꝛã:ſed ꝑ ſanctã manũ
lepꝛoſi corpus oẽ mundatũ. Nõ ſolũ enĩ corꝑa cura
turus:ſed aĩas quoqꝫ ad verã philoſophiã inductu
rus aduenit. Sicut ergo veſci manib̃ illotis oĩno
nõ ꝓhibet optimã illã ꝓfecto legẽ de indifferẽtia in
ducẽs ciboꝝ:ita hic quoqꝫ oſtendens aĩas opoꝛtere
curari eoꝝ quos ab exteriorib̃ imũdiciis liberaue
rat:etiã interiora purificat/⁊ aĩe tm̃ lepꝛã docet eſſe
metuendã:qđ eſt vtiqꝫ pctm̃. Ceterũ lepꝛoſũ eſſe cor
pore nullũ põt impedimẽtũ afferre virtuti. Primꝰ
itaqꝫ lepꝛoſum ipm̃ tangit:atqꝫ ex tãto pp̃lo nullus
accuſat. Nõ erãt q̃ppe ibi iudicia corrupta: neqꝫ ſpe
ctatores liuore vitiati. Propterea nõ mõ nõ calũ
niati ſunt ſignũ: verũ etiã cũ ſtupore venerati:ꝓcul
q̃ppe ab huiuſcemodi criminatiõib̃ receſſerũt: potẽ
tiã eiꝰ de ipa quoqꝫ opis celeritate mirãtes. Cũ igit̃
curaſſet corpus eius : ne cui id diceret impꝛauit : ſed
vt oſtenderet ſe ſacerdoti/⁊ munꝰ offerret qđ p̃cepit
moyſes in teſtimoniũ illis. Sũt q̃dã q̃ opinant̃ hoc
eũ ꝓpterea iuſſiſſe: ne.ſ.ꝑ malitiã ſacerdotes non eũ
dicerẽt fuiſſe mũdatũ:qđ q̃ putãt:ſtultiſſime atqꝫ in
eptiſſime ſuſpicant̃. Nõ enĩ ſic eũ ille mũdauerat: vt
emũdatio ipſa eſſet ambigua: ſed ⁊ ꝑfecte oĩno mun
dauit/⁊ nulli hoc eũ iuſſit etiã fateri: docens q̃ꝫ eſſet
alienus ab aura glĩe põpaqꝫ iactãtie. Et certe noue
rat qꝛ nõ eſſet ille taciturus:ſed paſſim tã grãde bñ
ficiũ p̃dicaturus: ⁊ tñ quãtũ in ipſo eſt fugit oſtenta
re qđ fecerat. Et quẽadmodũ inquies alibi publica
ri talia ipſe p̃cipiat: nõ cõtra ſe veniẽs:neqꝫ dictorũ
compugnãtia ſñias ſuas deſtruẽs: ſed curatos a ſe
gratos quoqꝫ eſſe ipſe p̃cipiẽs. Nõ enĩ ſemetipſum
p̃dicari iuſſit:ſed dari gloriam deo: vt ⁊ ꝑ lepꝛoſum
glĩe atqꝫ iactãtie renũciandũ doceret : ⁊ ꝑ illũ quẽ a
legione mũdauerat:gr̃as nos deo referre cõmone
ret/eiuſqꝫ bñficia cõfiteri/ atqꝫ vt oſtẽderet ſemꝑ ex
mirabilibꝰ ſuis laudẽ nõ niſi deo eẽ referẽdã. Quia
enĩ hoĩes q̃ꝫdiu q̃dẽ grãdi aliq̃ egritudine detinent̃:
dei ſepe meminerũt: morbo aũt liberati grauius ob
ſident̃ lãguore deſidie:iccirco p̃cipiẽs vt ⁊ egroti vi
delicet/⁊ ſani deũ iugiter recordemur/ ei quẽ cura
uerat/ait: Da gloriã deo. Qua ꝟo de cauſa iuſſit vt
ſeipm̃ oſtẽderet ſacerdoti/⁊ munus offerret? Ut le
gẽ vtiqꝫ rurſus impleret:nõ enĩ vbiqꝫ illã reſoluit:
ſed nũc q̃dẽ illud/nũc iſtud effecit: tũ future viã phi
loſophie p̃ſtruẽdo:tũ ipudẽtiſſima iudeoꝝ ora frenã
do/⁊ infirmitati eorũ neceſſaria cõdeſcẽſiõe medicã
do. Et q̃d oĩno miraris/ſi hoc in p̃dicatiõis ſue fecit
exordio: qñ ⁊ apl̃i quos certe ad gentes ire p̃cepit/ꝑ
quos ⁊ doctrine ianuas toti ꝓrſus orbi iuſſit aperi
ri ⁊ excludi legẽ/⁊ inſtituta p̃ceptorũ nouari/ oĩaqꝫ
fere vetera ceſſare inueniunt̃:aliq̃ñ q̃dẽ cuſtodire le
gẽ:aliq̃ñ ꝟo trãſcurrere. Et q̃d hoc inq̃s ad legis vi
det̃ ſpectare cuſtodiã/ſi dixit oſtẽde te ſacerdoti? im
mo vel maxime. Erat q̃ppe lex vetꝰ/ne lepꝛoſus de
emundatiõe ſua ipſe decerneret: ſed vt cõſpectui ſa
cerdotis ſe offerret/⁊ ꝓbationẽ ſuã oculis eiꝰ expo
neret:atqꝫ ex illiꝰ ſñia in numerũ mundoꝝ rediret.
Niſi enĩ dixiſſet ſacerdos lepꝛoſum eſſe mũdatũ: ad
huc cũ immũdis erat extra caſtra manſurus. Pro
pter qđ ait: oſtẽde teipſum ſacerdoti/⁊ offer munus
qđ p̃cepit moyſes. Nõ dixit qđ ipſe p̃cipio: ſed eũ in
terim ad legẽ remiſit : vndiqꝫ ora obloquentiũ con
ſuẽdo. Ne enĩ eũ dicerẽt rapuiſſe gloriã ſacerdotum
opus q̃dẽ impleuit ipſe: ꝓbationẽ ꝟo ꝑmiſit illis: q̃
bus etiã de ſignis ſuis iudicãdi tribuit ꝑtãtẽ / acſi
diceret: Tã ꝓcul ſum: vt vel moyſi videar/vel ſacer
dotibus repugnare: vt eos quos ipſe curaui ad iu
diciũ illoꝝ remittã. Quid ꝟo eſt qđ ait/ [in teſtimo
niũ illis?] In redargutionẽ ꝓfecto/ in accuſationẽ
atqꝫ documentũ : ſi ꝑuerſe voluerint eſſe ſñie. Qui
enĩ dicebãt vt ſeductorẽ/ac deceptorẽ iure ꝑſeq̃mur:
tu inq̃t mihi in illo t̃pe in teſtimoniũ eris q̃ a ꝑuari
catiõe ſim legis alienus: q̃ppe cũ te curauerim/ad le
gẽ remitto: atqꝫ ad ſñiam ſacerdotũ: qđ certe erat ho
norãtis legẽ: ⁊ moyſi p̃cepta venerãtis : nec antiq̃s
dogmatibꝰ reſiſtẽtis. Si ꝟo nihil iã illis obſerua
tio iſta p̃ſtabat: hinc quoqꝫ maxime poſſumꝰ quan
tus penes illũ ſit honor legis agnoſcere: qꝛ ⁊ p̃reui
dẽs: nullũ iã eos fructũ de obſeruatiõe eiꝰ habitu
ros: tñ q̃ ꝑtinebãt ad illã cũcta ꝓrſus implebat. Nã
⁊ hoc totũ vtiqꝫ p̃ſciebat/ ⁊ illud nihilominꝰ impꝛa
uit: nõ ad inſtructionẽ illoꝝ: neqꝫ correctionẽ ꝓfe
cto: ſed in teſtimoniũ illis: hoc eſt ĩ accuſationẽ atqꝫ
in redargutionẽ eoꝝ/ q̃ me legis eſſe aduerſariũ mẽ
tiunt̃: q̃ a me inquit etiã faciẽda erãt/facta ſunt oĩa.
Nã ⁊ p̃ſciẽs vos abſqꝫ emẽdatiõe mãſuros: ne ſic q̃
dẽ q̃ facere opoꝛtebat omiſi: vos ꝟo in malitie vr̃e cõ
tinuatiõe duraſtis: tale eſt qđ alibi dicit: Predica
bit̃ hoc euãgeliũ in vniuerſo mũdo/ in teſtimonium
oĩbus gẽtibꝰ: ⁊ tũc veniet cõſumatio. Quibꝰ genti
bus? nõ obediẽtibus.ſ. neqꝫ euãgelio cõſentiẽtibꝰ.
Ne enĩ aliq̃s diceret: cuiꝰ rei gr̃a oĩb̃ p̃dicat̃ : ſi oẽs
credituri nõ ſunt? Ut inq̃t clareat me ea q̃ debui fa
cere cũcta feciſſe: ⁊ poſt hec nemo culpare me poſſit:
q̃ſi q̃ nõ audierit p̃dicantẽ: ipſa aduerſus illũ p̃dica
tio teſtis ĩſurgat. Nec poterit poſt hec aliq̃s dicere:
nõ audiui/cũ ad fines orbis terre pietatis ſermo ꝑ
uenerit. Hec igit̃ etiã nõ cõſiderãtes: q̃ expetunt̃ a
nobis cũcta faciamꝰ ſeruãtes/ videlicet ⁊ erga ꝓxi
mos charitatẽ/ ⁊ erga deũ cũ ardẽti dilectiõis affe
ctu/ cũ etiã pleno mẽtis timore. Eſt enĩ ꝓrſus abſur
dũ nos ope quidẽ ipſo bñficiis eiꝰ quottidie ꝑfruen
tes gr̃as ei: nec ſmone ꝑſoluere/ ⁊ hoc cũ nobis rur
ſus ꝓſit ipſa cõfeſſio. Neqꝫ enĩ ille alicuiꝰ nr̃i eget:
ſed nos oĩum q̃ illius ſunt/ indigemꝰ. Siq̃dẽ gratiarũ
actio: illi q̃dẽ nil oĩno addit: nos aũt magis illi fami
liares facit. Nos enĩ hoĩum bñficia recordãtes: ve
hemẽtiꝰ eoꝝ amore ſuccẽdimur : multo magis bñfi
cioꝝ ĩ nos dei memores: ſtudioſiores erimꝰ ad ipſiꝰ
mãdata ſeruãda: iccirco apl̃s dixit: Et grati eſtote.
Optima q̃ppe bñficioꝝ cuſtos eſt ipſa memoria be
neficioꝝ ⁊ perpetua gratiarũ cõfeſſio. Propterea ⁊
reuerenda ac ſalutaria illa myſteria que omni cer
te eccleſie cõgregatione celebramus eucharistia: id
eſt gratiarũ actio nuncupatur. Sunt enim benefi



cioꝝ recordatio plurimorum : caputqꝫ ipſum diui
ne erga nos charitatis oſtendunt: noſqꝫ faciunt de
bitas deo gr̃as ſemꝑ exſoluere. Si enĩ dñm ex vir
gine eſſe natũ grande miraculũ eſt/ ⁊ euangeliſta cũ
admiratiõe dicebat: Hoc aũt totũ factũ: in quo tan
dẽ beneficioꝝ ponemus loco: illũ etiam mortuũ eſſe
ꝓ nobis? Nã ſi illius tm̃modo naſci totũ vocat̃/ iã
⁊ ſemetipſum nobis cibũ dare : ⁊ ſp̃ũales illas p̃be
re epulas: q̃d vocandũ eſt? Agamus igitur ei iuges
gr̃as: ⁊ nõ modo verbis hoc nr̃is: verũ etiã opibus:
immo ipſis principaliter impleamꝰ. Agamꝰ ꝟo gra
tias nõ de ꝓpꝛiis tm̃ : verumetiã de alienis bonis.
Ita enĩ ⁊ inuidiã poterimꝰ extinguere/ ⁊ alere cha
ritatẽ: eãqꝫ in nobis efficere pinguiorẽ. Neqꝫ enĩ iã
illis poteris inuidere: de quorũ bonis gratias deo
deferẽdo letaris. Iccirco enĩ altari aſſiſtẽs ſacerdos
ꝓ vniuerſo orbe terrarũ : ꝓ abſentib̃ atqꝫ p̃ſentibꝰ:
ꝓ his q̃ ante nos fuerũt: ꝓ his q̃ poſtea futuri ſunt:
ſacrificio illo propoſito deo nos gr̃as iubet offerre.
Hoc q̃ppe ⁊ a terra nos liberat/ ⁊ trãſponit in celũ/
atqꝫ ex hoĩbus angelos facit. Nã ⁊ illi ordinantes
choros ꝓ his q̃ nobis collata ſunt bonis: gr̃as age
bant deo atqꝫ dicebãt: Glĩa in excelſis deo/ ⁊ in ter
ra pax hoĩb̃ bone volũtatis. Et q̃d ad nos inquies
illud exemplũ qđ non de habitatorib̃ terre neqꝫ de
hoĩbus ꝓtuliſti? Quinimo ad nos maxime/ qui ita
docemur diligere cõſeruos/ vt illoꝝ bona/ nr̃a eſſe
bona diſcamus. Propter qđ etiã paulus in cũctis
fere epl̃is ſuis ꝓ totiꝰ pene orbis ſalute / gr̃as agit
ipſius ſalutis auctori. Et nos igit̃: tũ de ꝓpꝛiis : tũ
de alienis bonis/ tũ de magnis/ tũ de exiguis gra
tias ei referamus aſſiduas. Et ſi enĩ paruũ aliquid
fuerit forte fit magnũ: tñ de honore donãtis: immo
nihil exiguũ eſt: qđ illo largiẽte ꝯfert̃. Nõ ſolũ etiã/
qꝛ dat̃ a deo: ſed qꝛ tale eſt quicq̃d ille cõfert: vt dici
nõ mereat̃ exiguũ. Ut enĩ alia vniuerſa p̃tereã: que
multitudine ſua numerũ exuperant arenarũ: q̃dnã
poterit ei q̃ ꝓpter nos facta eſt diſpenſatio in equale
ꝓferri? Qđ enĩ erat apud eũ oĩbus p̃cioſius vnige
nitũ ꝓ nobis filiũ dedit: ⁊ quidẽ cũ adhuc eſſemus
ipſius inimici: Nec dedit ſolũ/ ſed ⁊ noſtrũ illũ fecit
eſſe cibũ/ oĩa faciẽs ipſe ꝓ nobis: ⁊ donando videli
cet et gratiarũ actores ipſa donorũ ſuorũ vbertate
faciẽdo. Quia enĩ in multis hõ deo exiſtit ingratꝰ:
ipſe vbiqꝫ ſuſcipit vicẽ noſtrã: ⁊ ea q̃ ad nos ꝑtinent
ꝑ diuitias ſue diſpenſatiõis operat̃. Nã qđ ꝓ iudeo
rũ/ aliquãdo ſalute faciebat: t̃pibus ac feſtiuitatib̃
variis in memoriã/ illos ſuoꝝ bñficioꝝ reducẽs: id
nunc equidẽ magno cũ cumulo eſt opatus in nobis
ip̃o genere ſacrificii/ ad iugẽ nos ꝓ bñficiis ſuis gr̃a
rũ incitans actionẽ. Nemo quippe ita ſtuduit pro
bos efficere aliquos: ac magnos ſemꝑqꝫ gratos: vt
nos deus ipſe condidit. Propterea etiã nolẽtibus
nobis ſua interdũ beneficia largit̃ : et iuuat ſepius
neſcientes. Sin autẽ mirũ videt̃ quod dictũ eſt: nõ
in obſcura aliqua viliqꝫ ꝑſona: ſed in ipſo tibi paulo
iſtud accidiſſe monſtrabo. Etenĩ beatus ille/ mul
tis periculis/ magniſqꝫ tribulationibus aggraua
tus: deũ frequenter rogabat vt ab eo tẽptatio tan
ta diſcederet: verũtamẽ nõ ad petitionẽ eius: ſed ad
vtilitatẽ potius aſpexit: idqꝫ declarãs ait: Suffi
cit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate ꝑficit̃.
Itaqꝫ anteq̃ꝫ ei cauſam panderet: beneficiũ p̃ſtabat
inuito/ ac penitus neſcienti. Quid igit̃ magnum re
poſcit : qui ꝓ tãta liberalitate in nos ſua ſolũmodo
gratos ſibi eſſe nos precipit? Obediamꝰ igit̃ deo/
atqꝫ hoc vbiqꝫ ſeruemus. Nã ⁊ iudeos nihil magis
ꝑditiõi dedit: q̃ꝫ q̃ ingrati deo eſſe voluerũt. Mul
tas quippe illas/ ⁊ viciſſim ſibi ſuccedẽtes plagas:
nihil in eos aliud q̃ꝫ iſtud induxit: imo ante plagas
quoqꝫ aĩas coꝝ hoc malũ corrupit/ ac perdidit. In
grati inq̃t ſpes/ ſicut hyemalis pruina : ita enĩ tota
reſoluit̃ prorſus ac deperit. Hoc aũt vitiũ ex arro
gãtia potiſſimũ gigni ſolet: cũ ſe aliq̃s dignũ eſſe be
neficiis exiſtimat: quẽ humiliatũ potius/ atqꝫ ꝯtri
tũ nõ ꝓ bonis modo: verũ etiã ꝓ his/ vt q̃buſdã vi
det̃ aduerſis: ita deo referre gr̃as ꝯgruebat: vt quã
tacũqꝫ pateret̃ : nihil ſe dignum crederet ſuſtinere.
Age igit̃ nos quoqꝫ quãtũ in virtute ꝓficimus: tã
tũ noſmetipſos amplius cõteramus: qm̃ ⁊ hoc ma
gne oĩno virtutis eſt. Sicut enĩ quãto acutius vi
derimus/ tanto magis diſcimus : q̃ꝫ longe a celi re
gione diſtamꝰ: ſic etiã quãto ſuperius ad virtutis
aſcendimus excelſum: tãto amplius docemur: q̃ꝫ ſit
inter nos ⁊ deũ grande diſcrimẽ. Nec ſane minima
eſt pars iſta philoſophie meritum ſuũ poſſe dinoſce
re/ Ille eſt maxime ſeipſum ſciẽs: q̃ ſe eſſe nihil exiſti
mat. Propterea q̃ppe ⁊ dauid ⁊ abraam poſtq̃ꝫ ad
ſummũ iã faſtigiũ virtutis euaſerãt: tũc iſtud qđ di
co p̃cipue vident̃ impleſſe. Nam vnus quidẽ ſe eſſe
dixit ⁊ cinerem: alter ꝟo ſe vermẽ vocabat: ⁊ cuncti
oĩno ſctĩ horũ ſe more deſciũt: e regione ꝟo q̃ arro
gãs eſſe mauult: ipſe eſt qui ſe cũctis deterius igno
rat. Propter quod more cõmuni ſolemus dicere de
ſuꝑbis: Neſcit ſeipſum/ ſeqꝫ prorſus ignorat. Qui
vero ſe neſcit/ quem nam poterit agnoſcere? Nam
ſicut ille q̃ ſeipm̃ agnoſcit: ꝓfecto nouit ⁊ reliquos:
ita etiã q̃ ſe neſcit: cõſequẽter ignorabit ⁊ ceteros: ta
lis erat/ q̃ dixit: Supra ſydera celi ponã thronum
meũ. Quia enĩ ignorauit ſeipſum: alia quoqꝫ ſimul
cũcta neſciuit? Sed nõ ſic etiã paulus. Nã et abor
tiuũ ſe/ ⁊ minimũ ſctõꝝ vocabat: ⁊ ne appellatione
quidẽ apl̃i dignũ ſe eſſe dicebat : poſt tot certe illas
tãtaſqꝫ virtutes. Hũc igit̃ emulemur/ atqꝫ ardẽter
imitemur: imitabimur aũt ſi a terra ⁊ eis q̃ in terra
ſunt negotiis liberemur. Nihil enĩ perinde/ quo te
ip̃m ignores facit: vt t̃palibus his eſſe reb̃ affixũ: ⁊
rurſus: Nihil ita t̃palibus rebus hoiem affigit : vt
ipſa ſui ignoratio: ſiquidẽ vtrũqꝫ hoc pendet ex alte
ro. Sicut enĩ q̃ gloriã mũdi huius req̃rit: ⁊ magna
credit eſſe p̃ſentia: etiã ſi multũ oĩno ꝯtẽdat : nunq̃ꝫ
tñ ei ſemetip̃m ſcire cõcedit̃ : ſic etiã ſi ſeipſum deſpi
cit: ſemetipſum facile cognoſcet. Cũ ꝟo ſe didicerit:
hoc ip̃o iam itinere: ad alias quoqꝫ partes virtutis
accedet. Ut igit̃ bonã hãc poſſimus ꝑcipere diſcipli
nam cunctis tẽporalibus liberati : que plurimã in
nobis flammã cupiditatis accendũt/ diſcẽtes ꝓpꝛiã
vilitatẽ: oẽm oſtendamus humilitatẽ atqꝫ philoſo
phiã: vt ⁊ p̃ſentia bona/ ⁊ futura cõſequamur : gr̃a
et miſericordia domini noſtri ieſu chriſti : cui gloria
et imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia. xxviii. Ex capitulo. viii.

**Intrante autẽ ieſu in caphar
naũ aduenit ei cẽturio depre
cãs eũ ⁊ dicẽs Dñe puer meꝰ iacet
ĩ domo paraliticꝰ ⁊ male torquet̃.**

Lepꝛoſus quidā vt audiſtis cū a monte ieſus de-
ſcendiſſet ad eū acceſſit. Centurio autē hic cū iam in
capharnaū introiſſet aduenit. Qua nā igit̃ de cau-
ſa neqꝫ hic neqꝫ ille ad montē ꝯſcenderūt / nō negli-
gentia ꝓfecto / cū vterqꝫ fide ferueret: ſed ne pꝛedicā-
ti obſtreperēt: acceſſit itaqꝫ verecūde cēturio ac ait:
Dn̄e puer meus iacet in domo paraliticus: ⁊ male
toꝛquet̃. Excuſando ſe vt quidā aiunt: cauſam adie-
cit / qua de re puerū nō adduxit. Quippe cū nō fue-
rit facile paraliticū qui doloꝛibus nō paruis vexa-
ret̃ ⁊ vltimos iam ſpūs traheret longius depoꝛta-
re. Quod eni in vltimis eſſet lucas ſignificauit dicēs:
et erat moꝛiturꝰ. Ego aūt id ardentiſſime illius fi-
dei ſignū dixerim. Multo eni ꝓfecto maioꝛē iſtius
eoꝝ qui per tectū immiſerūt fidē arbitroꝛ. Quia eni
nō dubitabat vel ſolo dn̄i verbo iacentem: excitare
poſſe: idcirco minime depoꝛtandū putauit. Cur igit̃
dn̄s qđ nuſqꝫ ante fecerat hic peragit: Nā cū vbiqꝫ
voluntati tm̄modo ſupplicantiū obtēperaret: hic
nō curaturū ſe ſolū: ſed domū quoqꝫ centuriōis ꝓfe-
cturū pollicet̃. Certe id ita facit / vt quāta ſit cēturio-
nis fides ꝑdiſcamꝰ / niſi eni ita feciſſet: ſꝫ illico pue-
rum donaſſet: ſyncera illius feruenſqꝫ fides ignota
nobis fuiſſet. Idipſum etiā ī pheniſſa muliere quā-
uis ꝯtrario quodā modo ꝑfecit: hic eni nō vocatus
vltro ſe domū pollicet̃ ꝓfecturū: vt tu eximiā cētu-
rionis fidē ⁊ p̄cipue humilitatē perdiſcas. At vo in
pheniſſa negauit ſe facturū qđ petebat ⁊ illā ꝯſtan-
ter iterū atqꝫ iterū petentē ꝑterruit. Cū eni ſapiens
potēſqꝫ medicus ſit: nō ignoꝛat ꝯtraria ex cōtrarijs
facile elicere. Ita hic vltro ſe iterū offerēdo centurio-
nis ibi vo ꝓrogando / ⁊ quaſi retinēdo mulieris fi-
dem cūctis apperuit. ſic ad abꝛaam quoqꝫ facit di-
cens: Non celabo puerū meū abꝛaā: vt nos ſummā
eius charitatē ꝑcipiamꝰ / ⁊ quāta vel erga ſodomi-
tas vſus ꝓuidētia fuerit / ſic deniqꝫ qui ad loth miſ-
ſi erāt ingredi ad ip̄m volebāt: vt inaudita ipſiꝰ ho-
ſpitalitas nō lateret. Quid igit̃ ait centurio: (Dn̄e
nō ſum dignus vt intres ſub tectū meū.) Audiamꝰ
ergo audiamus quicūqꝫ volumus chꝛiſtū ſuſcipere:
poſſumus eni etiā nūc nos ipſum ſuſcipere. Audia-
mus inquā centurionē et imitemur. Audiamus ſi-
mili ſtudio ⁊ ieſum recipiamus. Cū eni pauperē fa-
me ⁊ nuditate cōfectū receperis: chꝛiſtū ꝓfecto reci-
pis atqꝫ nutris. (Sed tantū dic verbo ⁊ ſanabitur
puer meus.) Vides ꝙ centurio veluti etiā lepꝛoſus
verā de xp̄o habuit opinionē. Similiter eni quoqꝫ
nō dixit: oꝛa: ſupplica: dep̄care: ſed ſolū impera. ti-
mens deinde ne quoniā de ipſo magna ꝓtulit nega-
ret xp̄us vt ſermoni eius moderaret̃ illud adiecit:
(Nam ⁊ ego hō ſum ſub poteſtate ꝯſtitutus habens
ſub me milites: ⁊ dico huic / vade ⁊ vadit: ⁊ alio ve-
ni ⁊ venit. Et ſeruo meo fac hoc ⁊ facit.) Sed nō mi-
rū eſt inquies: Si centurio ita eſt ſuſpicatus: verū
non id querit̃: ſed vtrū chꝛiſtus opinionē eius de ſe
acceperit ac confirmauerit an repulerit atqꝫ abiece-
rit. Pꝛobe valde id abs te atqꝫ pꝛudēter obiectū eſt.
Si altius ergo inſpicimus qđ in lepꝛoſo factū didi-
cimus idipſum etiā hic ꝑfectū inuenimus. Nāquē-
admodū lepꝛoſus ſi volueris dixit. neqꝫ ab hac tātū
modo voce de oīpotētia chꝛiſti teſtimoniū verū etiā
ab ipſius chꝛiſti reſponſiōe qui nō ſolū ꝙ de ſe lepꝛo-
ſus credebat nō arguit: Sed etiā mirū in modū cō-
firmauit qđ ſuꝑfluū erat / addendo cū dixit: Volo:
mundare: ac ſi vere illū opinari docuerit. Simile
quoddā hec quoqꝫ diligētius ꝯſiderātes ꝯtigiſſe in-
ſperimus. Cum eni centurio dei nō hoīs poteſtatē
paucis ei verbis attribuiſſet / nō modo nō repꝛehē-
dit / verū etiā laudibus nō paruis cū ꝓſecutus eſt.
Miratus eſt eni inquit euāgeliſta et ita miratus:
vt tanta hoīum turba p̄ſente atqꝫ audiēte imitandū
ip̄m ceteris ꝓpoſuerit. Perpēdis ꝙ ſinguli q̇ diui-
nā ei poteſtatē atteſtati ſine laudibꝰ recipiunt̃. Stu-
pebāt turbe de doctrina ipſius quā diuina cum au-
ctoꝛitate docebat. Nec eos ideo repꝛobauit: ſed vna
cū eis de monte deſcendit: ſententiāqꝫ de ſe illoꝛum
mundatione lepꝛoſi compꝛobauit / clamat ille: Si
volueris potes mūdare me / nec reiecit eū ſed ſic mū-
dauit / vt verbo illius vteret̃ ac diceret: volo: mūda-
re. Deniqꝫ centurio hic non parua voce dicebat: dic
verbo ſolū ⁊ ſanabit̃ puer meus. Et admiratus eū
dixit: (Neqꝫ in iſrael tantā inueni fidem.) Sed vt
vndiqꝫ muniaris / a ꝯtrario quoqꝫ idipſum docebi-
mus. Nihil hoꝝ marthā ſꝫ oppoſita dixiſſe īuenies.
Scio eni inq̄t: ꝙ q̄cunqꝫ a deo petes dabit tibi deꝰ
nec ſolū quāuis ei familiaris eſſet / valdeqꝫ ip̄m dili-
geret laudē ꝯſecuta nō eſt / ſed quaſi nō recte de ipſo
ſentiēs emendat̃. Reſpōdit eni dn̄s: Nōne dixi tibi
qꝛ ſi credideris videbis gloꝛiā dei / ſic apte ipſā ꝙ nō-
dū crediderit accuſauit: Deinde qm̄ illa quecūqꝫ a
deo petis dabunt̃ tibi dicebat / volens eā ab huiuſ-
modi remouere ſententia / doceretqꝫ ꝙ nō aliū deha-
bet: ſed oīum bonoꝝ fons eſt. Ego ſum inq̄t reſurre-
ctio ⁊ vita. i. nō expecto vt ab alio mihi poteſtas cō-
ferat̃: ſed a meipſo cūcta poſſum efficere: ꝓpterea er-
go cēturionē coꝛā oībus laudat: ⁊ ceteris oībus an-
teponit ⁊ regnū celoꝛū ei demū largit̃: vt reliquos
ad imitationē eius facilꝰ ꝯcitet. Quod ſi nō potes
tibi ꝑſuadere / id tu eo hec a chꝛiſto ſic dicta fuiſſe: vt
ceteri oēs hinc ad ſimilē fidem ꝑducant̃ perpēde q̄
pꝛudenter hec euāgeliſta ſignificauit. (Audiēs aūt
ieſus miratus eſt ⁊ ſequētibus ſe dixit: Amen dico
vobis non inueni tantā fidē in iſrl̄.) Ex his ꝓfecto
intelligit̃ id maxime fidē feruentiſſimā regnū celoꝝ
ceteraqꝫ bona nobis p̄bere: ſi magna de ipſo / deoqꝫ
vero digna imaginari velimꝰ: nec verbis ſolū lau-
dē illi attribuit / ſed egrotū quoqꝫ filiū ꝓpter merita
fidei ſanū fecit: fulgētēqꝫ ipſi coꝛonā ac magnis oꝛ-
natā muneribꝰ ꝯtexuit / cū ſic dicat: (Dico aūt vob
ꝙ multi ab oꝛiēte ⁊ occidēte veniēt ⁊ recūbent cum
abꝛaā ⁊ iſaac in regno celoꝝ: filij aūt regni ejicient̃
in tenebꝛas exterioꝛes.) Liberius certe nūc poſtq̄
pluribus ſignis animos eoꝝ attraxit: cum ipſis lo-
quit̃ / verū ne adulatiōe aliqua vſum fuiſſe cēturio-
nē quiſq̄ putet / vtqꝫ oēs ex animo locutū ītelligāt:
Audi qđ infert̃: (Vade inq̄t: ⁊ ſic̄ credidiſti fiat tibi.)
⁊ ꝯtinuo res ipſa ꝯſecuta certiſſimū animi ⁊ volun-
tatis illius teſtimoniū ꝑhibuit: et ſanatus eſt puer
eius ab illa hoꝛa. Idipſum etiā in pheniſſa pariter
factū eſt: ſic eni illi quoqꝫ dixit: Magna ē fides tua
o mulier fiat tibi ſicut vis: ⁊ ſana facta eſt illico filia
eius. Verū qm̄ idipſum in filiū centuriōis ſignum
lucas exponēs: alia quedam iſtis apponit / eaqꝫ no-
bis dilucidāda ſunt / ne diſcrepantiā facere videant̃
aut credant̃. Lucas igit̃ ſcribit eū pꝛeſbyteros iu-
deoꝝ miſiſſe ad ipſum depꝛecans vt veniret. Ma-
theus vo accerſiſſe ac dixiſſe: Nō ſum dignus. Nō
ignoꝛo quoſdā quāuis multis ꝯueniāt / aliū tamē



hūc aliū illū opinatos fuiſſe: de illo eni dicitur: qꝛ ⁊
ſynagogā cōſtruxit: de hoc aūt ip̄e ieſus adiecit: Nec
in iſrl̄ tātā fidē īueni. Nec apud lucā ſcribit̃: multos
vēturos ab oꝛiēte: vn̄ cōſequēs eſſe videt̃ ex iudeoꝛū
illū genere fuiſſe. Nos aūt ⁊ ſi hoc modo facilꝰ vita-
re diſcrepantiā fatemur: de eodē tn̄ ⁊ hic ⁊ ibi dici ar-
bitramur. Quomō igit̃ inquies mattheū nō eſſe di-
gnū dixiſſe ſcribit: ſub cuiꝰ tectū dn̄s introiret. Lu-
cas vo miſiſſe vt iret / duo hic nobis lucas / vt mihi
quidē videt̃: oſtēdit quāta ſit iudaica adulatio: et ꝙ
calamitate oppꝛeſſi hoīes modo hoc / modo illud cō-
ſiliū anteponūt. Quare veriſimile mihi videt̃: cum
voluiſſet ad ieſum ꝓficiſci cēturio / detentū a iudeis
fuiſſe: qui ei aſſentarent̃ atqꝫ dicerēt: nos ibimus ⁊
adducemꝰ ip̄m: qđ ita eſſe ꝑſpicies ſi plenā aſſentati-
onibꝫ oꝛationē eoꝝ diligētiꝰ cōſiderabis: diligit eni
(aiunt) gentem noſtrā / ⁊ ſynagogam ipſe nobis cō-
ſtruxit. Adducētes ꝙ ne vnde ſit cōmendādus cen-
turio ſcire videat̃. Nam cū voluiſſe quidē ipſum ve-
nire: ſed nos caſum ſuū et calamitatis magnitudinē
conſiderātes: vt domi manere vellet ſuaſimus / di-
cendū eis fuerit / ne magnā illiꝰ eſſe fidē oſtenderēt /
atqꝫ hinc celſitudo dn̄i centurionis iudicio celſitudo
dei eſſe videretur: virtutem eius animū et fidem in
ieſum celare maluerint: nec ad finē perducere illud
curarūt: cuius gratia venerāt / magnas ꝓfecto ad
cecādas hoīum mētes inuidia poſſidet vires. Verū
is qui occulta coꝛdiū nouit / centurionis fidē etiā in-
uitis illis patefecit: qđ vt verū eſſe credas: ipſum lu-
cā queſo rurſus audias: ait eni: quia nō longe diſtā-
te eo miſit dicēs: Dn̄e nō vexeris nō eni ſum dignꝰ
vt ſub tectū meū intres. vnde patet illū quando a iu-
deoꝛū moleſtia liber fuit: tunc miſiſſe q̇d dicerēt non
negligētia factū ꝙ illico ip̄e nō acceſſerit: ſed potius
quia indignū ſe putauit / q̇ dn̄m domi reciperet. Quod
ſi mattheus nō per alios / ſed per ſeipſum iſtud dixiſ-
ſe aſſeuerat: nihil pꝛoꝛſus ad rem / nō eni id querit̃:
ſed vtrū euangeliſtarū vterqꝫ qđ iā apertū eſſe arbi-
troꝛ magnā de chꝛiſto fidē habuiſſe cēturionē teſtat̃.
Nō eſt abſurdū miſſos eſſe / p̄mo aliquos qui illud
dicerēt: deinde quoqꝫ ipſum acceſſiſſe ac per ſe iterū
eadem dixiſſe. At vo inquies: lucas alterū non ſcri-
pſit / ego autē tibi alterū a mattheo p̄termiſſum eſſe
reſpondebo / idqꝫ nō eſſe eoꝛū qui repugnātia dicāt:
ſed eoꝛū potius qui quecūqꝫ ab alterutro p̄termiſſa
ſunt diligēter ſupplēt. Tu vo etiā cēturionis fidē a
luca p̄dicatā eſſe intellige ꝙ dixit qꝛ moꝛiturus erat
puer. Nec enim id deſperationē adduxit patri. Quod ſi
mattheus a chꝛiſto dictū ait: Nec in iſrl̄ tantā fidē in-
ueni / ⁊ hinc nō fuiſſe illū iſrahelitā / ac iudeū putas
ſignificari. Lucas aūt ſynagogā cōditā eſſe ab illo /
noli hec pugnātia credere / poterat eni etiā cū iudeꝰ
nō eſſet iudeoꝛū ⁊ ſynagogā cōdidiſſe et gentē vehe-
mēter amaſſe. Tu vo verba centurionis diligētius
perſcrutare / et ꝙ p̄fectus erat nō p̄termitte / vt hinc
facile quanta virtus ipſius fuerit poſſis perſpicere.
Tāta certe eoꝛū ſuperbia eſt q̇ pꝛincipatus pꝛefectu-
raſqꝫ gerūt / vt neqꝫ calamitatibus victi ad humilio-
ra cōdeſcendāt. Unde ille de quo ioānes ſcribit tra-
hēs illū dicebat: Pꝛopera atqꝫ deſcēde: at vo hic nō
ita: ſed tam illo q̄ his qui per tectū demiſerūt lectu-
lum multo p̄ſtantioꝛ. Non eni pꝛeſentiā chꝛiſti que-
rit coꝛpoꝛalē / neqꝫ ipſum egrotū duxit ad medicū:
ſed ſumma de chꝛiſto imaginatus / ac deū ipſum eſſe
nō dubitans: Dic verbo ſolo inquit: nec id cōtinuo
incipiens dixit: ſed erumnā ſuā tantū expoſuit. Ex
nimia namqꝫ humilitate factū eſt / vt putaret nō tā
facile chꝛiſtū ita obtēperaturū ſue volūtati vt etiam
domū eius petere vellet. Qua ꝓpter ſtatim cū audiſ-
ſet dicentē: Ego veniā ⁊ curabo ip̄m tūc exclamauit:
Non ſum dignus: ſed dic verbo ſolū: ſic nec doloꝛis
magnitudo adeo animū eius confudit / vt tāta cala-
mitate pꝛeſſus nō philoſopharet̃. Non eni ſalutem
ſolū filij reſpiciebat: ſed ne quid ipſe minus decēter
faceret / aut diceret aīaduertebat: ⁊ q̄uis non ipſe
petierit vt iret: ſed chꝛiſtus ſe iteꝝ obtulerit: veritus
tn̄ ſic fuerat / ne videret̃ maioꝛa q̄ dignitas ſua pa-
taret̃ accipere: ac rem grandē pꝛoꝛſus / ac ſuis viri-
bus imparē ſubire: vides pꝛudentiā hoīs / vides ex-
cellentiā animi / vides ſingularē quoqꝫ iudeoꝛū de-
mentiā. Dicūt eni dignū eſſe cui gratiā tribuat. Nā
cum magis humilitatē felicitatēqꝫ ieſu admirari de-
buiſſet: ad dignitatē cēturiōis cōfugiūt: dignū eē
dicentes: nec quare dignus eſſet pꝛoſpiciētes: ſed nō
ſic cēturio: ſed valde ſe indignū eſſe aſſerebat: nō ſalu-
tari bn̄ficio ſolū: verū etiā vt domi ieſum reciperet /
pꝛocerto etiā cum dixiſſet: iacet filius meus: nō intu-
lit / dic vt curet̃: veritus ne tanto munere eſſet indi-
gnus: ſed nudā calamitatē ſuā expoſuit. Cūqꝫ xp̄i
pollicitatiōes ꝑcepit / nec ſic auſus eſt oblata ꝑcipe:
ſed adhuc conſtanter pertinentē ad ſe menſurā con-
ſeruat. Dicit foꝛtaſſe quiſpiā / et cuius rei gratia pa-
riter eū chꝛiſtus nō honoꝛauit: Reſpondebimꝰ pa-
riter et magis q̄ pariter chꝛiſtū ipſum habuiſſe ho-
noꝛatū. Pꝛimū quia benignū ⁊ humilē mentē illiꝰ
declarauit: qđ inde maxime apparuit ꝙ domū ipſiꝰ
nō adijt / ⁊ filiū curauit. Deinde quia regni celoꝛum
participē ipſum cōſtituit / ⁊ generi iudeoꝝ oīum pꝛe-
poſuit: ita q̇ ſe indignū recipiendi chꝛiſtū arbitrabat̃
celo digniſſimus factꝰ: incoꝛrupta bona q̇ abꝛaā im-
petrauit cōſecutus eſt a dn̄o. Et qua de cauſa inq̄nt
es lepꝛoſus qui etiā iſtis maioꝛa ꝑfecit / nō eſt lauda-
tus a chꝛiſto: Non eni dic verbo / ſed qđ vulgo ma-
gis erat / velis ſolūmodo dixit. Id vo eſt qđ de p̄ſe
ipſo ꝓpheta ꝓtulit dicens: Oia quecunqꝫ voluit fe-
cit. Ego autē lepꝛoſum etiā laudatū exiſtimo: cū eni
ſibi dictū ſit: Offer donū qđ iniunxit moyſes in teſti-
moniū illis: nihil aliud dictū eſt / niſi ꝙ tu accuſabis
cōdēnabiſqꝫ iudeos īcredulos / qm̄ credidiſti: q̄uis
alioquin nō ſit eq̄le qđ fecerūt: maius eni eſt alieni-
genā q̄ iudeū credidiſſe. Non fuiſſe aūt cēturionē ex
genere iudeoꝝ tū a noīe ipſo vocabuloqꝫ cēturionis
ꝑſpicuū eſt: tū etiā qꝛ dictū eſt: Nec in iſrl̄ tantā fidē
fuiſſe inuentū. Et erat ꝓfecto arduū hoīem q̇ in iu-
deoꝛū ſcripturis educatus nō fuit tā magna de xp̄o
cogitaſſe: imaginatus eni mihi fuiſſe videt̃ celeſtem
militiā cuiꝰ chꝛiſtū ducē ac dn̄m eſſe credidit: cui etiā
moꝛtem ipſam et moꝛbos ipſos / ceteraqꝫ omnia ſic
eſſe ſubiecta nō dubitauit / vt nonnulli milites ſibi /
immo etiā multomagis: ꝓpterea dicere nō ambige-
bat: Ego eni homo ſum / tu videlicet deus: ego ſub
poteſtate / tu ſcꝫ ſub poteſtate nō es. Si ergo ipſe qui
homo ⁊ ſub poteſtate aliena: tot tātaqꝫ facile poſſum
efficere / q̇d eſt qđ facere ipſe nō poſſis / qui ⁊ deꝰ es:
⁊ ſub aliena poteſtate nō es. Non enim quaſi ſimile
quoddā affert: ſed cōparatōis pꝛeſtātia quaſi nimiū
chꝛiſtus p̄cellat / hoc dicit: ꝙ ſi ego q̇ ſilꝰis ſum: quibꝫ
impero ⁊ ſub alterius poteſtate: tn̄ ꝓpter paruā ex-

cellentiã p̄fecture nemine repugnante fiũt q̃ iuſſero:
q̄ꝫuis magna diuerſaqꝫ ſint. [Alij enĩ dico: vade et
vadit: ⁊ alij veni ⁊ venit.] Quãto magis ipſe ad fi-
nem perducere poteris que iuſſeris. Quidã hunc lo
cum ita legũt: Si enĩ ego q̃ homo ſum/ vbi interual
lo ſuſpendẽtes: poſtea inferũt: ſub poteſtate/ habẽs
ſub me milites. Tu etiã ꝟo illud mihi ꝑpende quo
pacto breuiter ſubiecit/ morti quoqꝫ ipſum dñm im
perare poſſe quaſi ancille atqꝫ ſeruiẽti. Cũ enim di-
xerit: dico veni ⁊ venit: ac vade ⁊ vadit: illud ꝓfecto
ſignificare voluit ꝙ minime poterat ĩ quenq̄ꝫ mors
peruenire: ſi ieſus ei abſcedere iuſſerit: vides fidelẽ
hoĩem. Nam qđ oĩbus poſtea fuit apertũ atqꝫ clarũ
ꝙ mortis ac vite poteſtatẽ chriſtus habeat: ꝙ inferi
ianuas deducat atqꝫ reducat/ ipſe multo ante ⁊ aĩo
credidit et alijs p̄dicauit/ nec militũ ſolũ: ſꝫ volẽs ſer
uitutẽ oĩum ad chriſti ſubiectionẽ oſtendere: ſeruoꝝ
quoqꝫ fecit mentionẽ: ⁊ tamẽ in tã ſingulari atqꝫ mi
rabili fide tãta humilitas reſplẽdebat: vt ſe indignũ
putaret: dñs aũt vt digniſſimũ etiã oſtẽderet/ cuius
domũ intraret multo maiora ei cõtulit: fidem eius
cum admiratiõe predicãs/ pluraqꝫ ſibi cõcedens q̄ꝫ
flagitauerit: venit enĩ corporis ſalutẽ filio querẽs:
et regnũ celorũ etiã inuenit: vides in hoc iam adim-
pletũ illud fuiſſe quo dicit̃: Petite primo regnũ dei
et hec oĩa adijcient̃ vobis. Nam quoniã ⁊ inauditã
fidẽ ⁊ eximiã humilitatẽ pre ſe ferebat/ celos ei pre-
buit/ ⁊ ſalutẽ filij nõ negauit. Neqꝫ hinc ſolũ magni
ipſum fecerat: ſed inde multomagis/ ꝙ oĩbus ſigni-
ficauit: poſt quorũ eiectionẽ ipſe reciperet̃/ vt iã ne-
minẽ fugere poſſit his verbis declarari/ nõ ex ope-
ribus legis: ſed ex fide ſalutẽ hoĩbus eternã p̄ſtari.
Jccirco nõ iudeis tm̃/ verũ etiã gentibꝫ hoc donũ ꝓ-
poſitũ eſt/ ⁊ gẽtibꝫ potius q̄ꝫ iudeis. Nõ enĩ cẽturio-
ni ſolo: ſed in toto terrarum orbe ſic futurũ predicit.
Jta et meliore ſpe gentiũ aĩos excitabat/ cũ multi a
galilea gentiũ ciuitate ipm ſequerent̃/ ⁊ iudeorũ ar-
rogãtiã deprimebat. Nã ne q̃ri aut turbari iure poſ
ſent/ nõ a ſe nec ex ꝓpoſito q̄ſi principali: ſed data ꝑ
cẽturionẽ occaſiõe illũ de gẽtibꝫ ſermonẽ introduxit:
nec tñ noĩe ipo gẽtes nuncupauit: ſed cũ multos ab
ortu atqꝫ occaſu vẽturos eſſe dixerit: vt nõ inuidio-
ſe ſit ſatis luculẽte gentes ſignificauit. Neqꝫ hac ra-
tione tantũmodo nouũ vt videat̃: atqꝫ inauditũ hũc
docendi modũ reddat atqꝫ moderatiorẽ: verũ etiam
q2 celeſte regnũ nõ ſuo noĩe/ ſed ſinũ abrae appella-
uit: q̃ appellatio ⁊ ſi erat ignota illis: attamẽ nõ po-
terat nõ excitare: ⁊ q̄ſi mordere abrae noĩe in medio
allato: quã de cauſa etiã ioannes nõ ſtatim de gehẽ
na quicq̄ꝫ dixit: ſed illud ꝓpoſuit qđ iudeos maxime
contriſtabat/ ne videamini dicere qm̃ pueri ſumus
abrae: q̄ꝫuis his verbis etiã efficiat: ne diſcipline ac
religioni maiori oppoſitꝰ q̃dẽ eſſe videat̃/ nulla enĩ
talis de ipſo poteſt haberi ſuſpicio: q2 adeo patriar-
chas/ ⁊ abraã admirat̃ ac laudat/ vt ſinus eorũ vlti
mũ honorũ oĩum finẽ arbitret̃ ac predicet. Sed du
plicẽ quendã ⁊ iudeis dolorẽ ⁊ gentibꝫ leticiã ex hu-
iuſmodi ſaluatoris ſermone afferri ꝑſpicio. Nam et
illis/ tũ q2 deiecti ſunt dolendũ eſt. Et his tũ q2 ho-
norũ cõpotes facti ſunt: tũ q2 q̃ nõ ſperarũt cõſecuti/
certe gaudendũ. His tertiũ quoqꝫ adijci poſſet ꝙ il-
li videãt/ negligentia ſibi ea excidiſſe q̃ iſti ſtudio ra-
puerũt. Regni enĩ filios illos vocauit q̃bꝫ regnũ fue
rat p̄paratũ. Que res maiorẽ poterat ipſis ĩferre do

lorẽ q̄ꝫ ſinus abrae repromiſſiõe ſuos q̄ſi a manibꝰ
eoꝝ extorqueat. Verũ q2 ſnĩe cuiuſdã ac iudicij ꝓnũ
ciatio ſermo is erat/ fidẽ verboꝝ ſigno cõfirmat: ſic
⁊ ſigna vere facta euẽtu p̄dictaꝝ rerũ credunt̃. Qua
re ſi q̃s verbo ſaluatoris ſalutẽ tũc puero p̄ſtitã du-
bitauerit: a ꝓphetia xp̄i q̃ iã ſicut dixerat in finẽ exijt
ad aliud quoqꝫ credendũ animũ inducat. Sic enim
ꝓpter ꝓphetiã ante rerũ euẽtũ ĩſigno: tũc merito nõ
dubitat̃: iccirco anteq̄ꝫ iacentẽ ſuſcitaret paraliticũ:
illa p̄dixit/ vt a rebꝫ p̄ſentibꝫ fidẽ oratiõi acquireret:
ac minus a maiore cõfirmaret. Multo enĩ minꝰ eſt
ꝙ ſtudioſi virtutis cultores felicẽ finẽ cõſequant̃/ ⁊
his oppoſiti finẽ q̄ꝫ oppoſitũ: iure nãqꝫ id ita eueni-
re nemo dubitat q̄ꝫ mẽbra corꝑis ꝯquaſſata robora
re mortuũ ſuſcitare. Jd enĩ iã ⁊ naturã ipam ꝓfecto
excedit: ad qđ ita ingẽs atqꝫ mirabile: nõ paruãrẽ
cẽturio cõtulit: ſic enĩ xp̄s dixit [Vade ⁊ ſicut credi
diſti fiat tibi.] Vides ne queadmodũ ⁊ dñi oĩpoten
tiã/ ⁊ cẽturionis fidẽ ſalus pueri patefecit: ac etiã ꝓ
phetiã oĩno fore cõfirmauit: immo ꝟo hec cũcta xp̄i
oĩpotentiã magna voce p̄dicabãt: q̃ nõ ſolũ paraliti
cũ pueri corpus cõfirmauit: ſed cẽturiõis q̄ꝫ animũ
in fidẽ magnitudine miraculoꝝ attraxit. Tu ꝟo nõ
tm̃ fidẽ vniꝰ ⁊ ſalutẽ alteriꝰ: verũ etiã celeritatẽ cõ
ſidera/ quã ante oculos ponit euãgeliſta cum dicat:
[et ſanatus eſt puer ex illa hora.] Qđ ſil'r in lepro-
ſo q̄ꝫ ſignificauit dicẽs: Et cõfeſtim mũdatꝰ eſt. Nõ
enĩ curatio/ ſed miraculoſa ac in momẽto tꝑis/ facta
curatio: omnipotentiã oſtẽdit. Jta ſignis pariter ac
doctrina q̃ celeſte regnũ aperiebat̃: oẽs hoĩes ad ſe
ipſos trahere ſtudebat. Nã etiã q̃bꝫ minabat̃ iudeis
eiecturũ ſe eos e regno/ nõ vt eijciat minabat̃: ſed vt
eiectiõis timore ad ipm ꝯuerſi nõ eijcerent̃: ꝙ ſi etiã
minis meliores ipi facti nõ ſunt: maius tã ad eos q̄ꝫ
ad oẽs q̃ pariter cõmittũt crimẽ redũdat. Nõ enĩ iu-
deis ſolũ id accidit: ſed multis q̄ꝫ fidelibꝫ. Nã iudas
filius regni erat: audiuitqꝫ vna cũ alijs diſcipulis il
lud: in duodecim ſedes ſedebitis: factus eſt aũt gehẽ
ne filiꝰ. At ꝟo ethyops q̄ꝫuis barbarus q̃dẽ eẽt hõ:
vnꝰ tñ eoꝝ factꝰ eſt: q̃ ab ortu atqꝫ occaſu erãt: ſuntqꝫ
vẽturi: vt vna cũ abraã/ iſaac ⁊ iacob/ eternis bonis
fruant̃. Jdipm in nobis q̄ꝫ iudeis fit. Nã multi erũt
ait: primi vltimi: ⁊ vltimi primi. Vnde cauendũ ne
aut illi quaſi nõ poſſint redire: oĩno negligãt: aut iſti
q̄ſi iã ſtabiles ſint/ cõfidẽtia corrũpant̃. Jta ioãnes
quoqꝫ anteq̄ꝫ hec fierẽt clamãs dicebat: Poteſt deꝰ
ex lapidibꝫ his erigere filios abrae. Nã ne rei noui-
tate quiſq̄ꝫ turbaret̃: ſtatim ab ipis euãgelij incuna
bulis id p̄dicit̃. Verũ ioãnes qm̃ ꝑmũ p̄dicauit: q̄ſi
poſſibile futurũ predixit: chriſtus ꝟo vel operibus
docuit/ non aliter q̄ꝫ predixit futurum. Non ergo
nimiũ cõfidãt q̃ ſtant/ ſed ſecũ crebro illud repetãt:
Qui eſtimat ſe ſtare: videat ne cadat. Nec deſperẽt q̃
ceciderũt: ſed dicãt ſecũ: Nunq̃d q̃ cadit nõ reſurgit:
Nouimꝰ enĩ multos ad ipſiꝰ celi fere verticẽ cõſcen-
diſſe: oẽs virtutes numero habuiſſe: deſerta deuiaqꝫ
loca/ a vita hoĩum aliena coluiſſe: ac deniqꝫ feminã
neqꝫ in ſomnis quidẽ vidiſſe: ⁊ tñ negligẽtia lapſos
ad vitioꝝ baratrũ deueniſſe. Cõtraqꝫ nõ ignoramꝰ
fuiſſe nõnullos q̃ a vitioꝝ baratro cõmoti: celibẽ vi
tã acceperũt: tantũqꝫ virtute potuerũt: vt demones
deijcerent: alijſqꝫ multis ſignis p̄fulgerent. Quorũ
oĩum ſic plene ſũt ſcripture: ſic plena eſt vita hoĩum
hmõi exẽploꝝ: vt iã adulteri ⁊ molles/ manicheoꝝ



ora queant cõprimere: q̃ cõmiſſa ſemel delicta q̃bus
animꝰ maculatus eſt: abſtergi ampliꝰ nõ poſſe affir
mant: diabolo ſeruiẽtes: ac hoĩum aĩos ne virtuti
poſſint intẽdere deijciẽtes: totãqꝫ hũanã vitã euer-
tẽtes. Nã q̃ ꝑſuadere conant̃/ vt abijci nõ poſſe pra
uitatẽ credamꝰ. Hi nõ ſolũ vt futura ꝑdamꝰ effici-
unt: ſed p̄ſentia q̄ꝫ quantũ in ipſis eſt oĩno ꝑturbãt.
Quomõ enĩ quiſpiã cũ male vixerit/ relictis vitijs
virtuti ſe tradere ſtudebit/ ſi nõ eſſe reditũ ad ipſam
putabit. Nã ſi mõ cũ ſint leges q̃bus pene inferunt̃
tũ ꝓpoſiti honores q̃bus pleriqꝫ ad bene viuendum
cũ gehennã male agẽtes timeamꝰ: cũ celeſte regnũ
ad noſmetipſos cõuerti ſperemꝰ: cũ deniqꝫ improbi
dedecore ꝓbi laudibꝫ afficiant̃: vix tñ pauci arduas
virtutis labores: vitioꝝ ſpreta voluptate ſequunt̃.
His oĩbꝫ ſublatis/ q̃d poterit hoĩes detinere ne ru-
ant/ ꝓfecto nihil. Nõ ignorãtes igit̃ quãta ſit fraus
⁊ malitia diaboli: apteqꝫ vidẽtes ſecularium legũ lato
ribus: dei oraculis rationi natura duce nobis inſi-
te: oĩum gentiũ viri/ barbaris/ ſchitis/ thracibus:
ac cũctis ſil'r ceteris hoĩbꝫ/ tã manicheos q̄ꝫ eos q̃ fa-
to: oĩa neceſſitateqꝫ fieri arbitrant̃ oppoſitos atqꝫ re
pugnãtes. Caueamꝰ chariſſimi: ac ꝑ anguſtũ iter il
lis contẽptis ita ꝑgamꝰ: vt cõfidere ⁊ timere vere vi
deamur. Timẽtes qm̃ ex vtraqꝫ itineris parte/ va-
ria p̄cipitia ſunt: ꝯfidẽteſqꝫ qm̃ ieſus dux nr̃ eſt: ma
ture viã ſobrij atqꝫ vigiles ꝑgamus. Nã etiã ſi mini
mũ q̃d cõmiſerimꝰ: cõfeſtim delapſi in immẽſam p̄ci
picij voraginẽ deferimur. Non enĩ ſumꝰ ſtabiliores
nos q̄ꝫ dauid/ q̃ parua negligẽtia in ꝓfundũ pcti de
truſus fuit: ſurrexit tñ velox: ſuſcepitqꝫ ſeipm admo
nitus. Nõ ergo delinquentẽ ſolũ inſpicias: ſed etiã
multomagis delictoꝝ maculas abluentẽ. Nõ enim
iccirco hec tã exq̃ſite hyſtoria ſcripta eſt: vt eiectũ tu
illũ videas: ſed vt ſurgentẽ recipiẽtẽqꝫ ſe admireris:
ſic ꝓfecto diſces: ſi qñ decides quo pacto tibi ſurgen
dũ ſit. Nã queẽadmodũ medici grauiſſimoꝝ morbo-
rũ cauſas atqꝫ curã diligẽtius docẽt: vt in difficilio
ribus exercitati q̃ diſcũt: facile q̃d ſibi in alijs facien
dũ ſit intelligãt: ſic diuine lr̃e maxima delicta ĩ me-
diũ poſuerũt/ vt inde minora etiã cõmittẽres: faciliꝰ
rationẽ curatiõis inueniãt. Cõſideremꝰ igit̃ quo pa
cto egrotauit: quõqꝫ cito curauit ſeipm beatiſſimus
ille vir. Quo igitur morbo cõtentus fuit: vxorẽ alie
nã ſeduxit: virũ innocentẽ occidit. Nõ enĩ vereor ma
gna hec voce publicare. Nam cũ ſpũſſctũs nõ in de-
decus: ſed in laudẽ vniuerſam hãc hyſtoriã ꝑ ſcriptu
rã expoſuit: cur me ſuboccultare oportebit: ꝓpterea
nõ ſolũ facinꝰ p̄dicare: ſed facinoris appẽdicias adij
cere cõſtitui. Qui enĩ occultãt: mihi vident̃ obſcurio
rẽ illius virtutẽ reddere/ ac veluti q̃ certamine/ quo
goliath illũ obtrũcauit trãſeũt: nõ parũ de laudibꝰ
ſuis deducere conant̃. Nõ aliter oẽs q̃ hanc rẽ taciti
p̄tereũt/ de gl'ia eius detrahere vident̃. Admirabi-
le forſan videt̃ eſſe qđ dicit̃: ſed ſi equo aĩo in audien
do ꝑſtabitis: merito vos ita ſentire cognoſcetis: ideo
enĩ crimẽ magnũ eſſe fateor/ ⁊ lõgo amplificãs vtor
ſermone/ vt magnis quoqꝫ ac mirabilibꝫ ipm curis
atqꝫ remedijs auſim nõ nequeã affirmare. Que igi-
tur facinoris appẽdices: Virtꝰ hoĩs: q̃ ĩtolerabile
crimẽ faciebat. Nõ enĩ pariter cõmiſſa in oĩbus ac-
cipiẽda. Potẽtes enĩ ait/ potenter fuſtigabuntur: ⁊
Qui nouit volũtatem dñi ſui et nõ facit/ vapulabit
plagis multis. Jta plurimũ rerũ cognitio acerbio-

res pctõꝝ efficit penas. Jdeo ſacerdos ſi pariter cũ
ceteris peccat/ magis q̄ꝫ ceteri ſupplicio punit̃/ ſed
forſan amplificatõe criminis trepidatis de me: atqꝫ
timetis q̄ſi ad inuia ꝑiculoſaqꝫ loca delato. Ego aũt
tm̃ iuſto illi tribuo: vt vlterius etiam audeã ꝓgredi.
Nõ enĩ dubito quin quãto magis delicti magnitu-
dine extabat: tãto maiores dauid laudes cõſequet̃.
At inquies/ q̃d cede ac adulterio magis excogitari
põt: poteſt ꝓfecto: nã ſicut cayn nõ cedẽ ſolũ cõmiſit:
ſed multo etiã cede maius: cum non alienũ/ ſed ger-
manũ: nõ iniuriatũ: ſed iniuriã perpeſſum occiderit:
nec exemplo alioꝝ ꝯcitatus: ſed primus inuẽtor ſce-
leris: alijs ſe ad exemplũ ꝓpoſuit. Sil'r q̄ꝫ ⁊ in hac ⁊
nõ cedes ſolũ cõmiſſa fuit: ſed multo magis q̄ꝫ cedes
cũ nõ vnus de mil'tis dauid fuerit: ſed ꝓpha eximiꝰ
nec iniuriantẽ interfecerit/ ſed ꝑpeſſum iniuriã. Nõ
enĩ mediocris iniuria eſt ſtuprũ vxoris: ⁊ tñ vxorem
rapuit: ⁊ eũ cuiꝰ vxor erat trucidari curauit: ꝑpẽdi-
tis nullo me pacto illi iuſto pepꝑciſſe/ nec q̃cq̄ꝫ de de-
lictis detraxiſſe: ⁊ tñ tm̃ illi attribuo: vt poſt exq̃ſitã
oĩum criminũ expoſitionem: Manicheos q̄ꝫ in his
maxime illuſos: ⁊ marciõis morbo laborãtes adeſ-
ſe optarẽ: vt hinc eorũ ora ſũmopꝫ obſtruerẽ/ nec id
iniuria. Nã cũ iſti adulteriũ cedẽqꝫ ſimplicẽ factã aſ
ſerãt: nõ mõ minime nos id negamꝰ: verũ etiã mul-
tiplicia hec crimina fuiſſe affirmamꝰ: idqꝫ tũ ab eo q̃
paſſus fuit iniuriã: tũ a conditiõe pctõris cõproba-
mus. Nõ enĩ pariter ꝓfecto delinquit̃: ſi q̃s cũ ſpũſ-
ſcti gratiã ſit cõſecutus/ cui multa magnaqꝫ bñficia
diuinitus collata ſint/ qui vnicã auctoritatẽ obtine
at: q̃ deniqꝫ ad ſenilẽ iã ſit etatẽ ꝓuectꝰ ea cõmiſerit/
q̃ alius hoꝝ oĩum expers ꝑpetrauit. Sed tñ iccirco
maxime tã prudentiã q̄ꝫ robur illius animi admira
mur: ſed ad neq̃tie ꝓfundũ delapſus nõ decidit aĩo:
nõ deſperauit: nõ tãtis vulneribꝫ letaliter a diabo-
lo ꝑcuſſus: q̄ſi victus humi: ſe reſupinũ ꝓſtrauit: ſed
velociter immo certe cõtinuo/ maiora q̄ꝫ accepit in-
tulit vulnera. Jta nõ aliter factũ eſt q̄ꝫ cũ a barbaro
q̃dã in acie fortis vir dimiſſo telo ꝑiculoſe ꝑcuſſus:
neqꝫ id ſemel/ ſed iterũ atqꝫ grauius ꝑpeſſus/ nõ ceſ-
ſerit: ſed vndiqꝫ ſanguine ꝑfuſus: magno in hoſtem
impetu ruerit/ cõfeſtimqꝫ trucidauerit. Sic etiã da-
uid: quãto magis ſauciũ dices: tãto maioris illũ ani
mi oñdes: q̃ poſtq̄ꝫ ita miſere deꝑſſus fuit atqꝫ deie-
ctus: velociter ſurgere/ ac ante primã aciẽ ſtare: per-
cuſſoreq̄ꝫ ipm humi ſternere potuit: qđ q̃le quãtũqꝫ
ſit: hi maxime nõ ignorãt q̃ in ſũmas pctõꝝ erũnas
deciderũt: nõ enĩ ita magni excelſiqꝫ animi ego iudi
co: ſi cũ recte vadas iter tuũ/ felici curſu ꝑficies. Ha
bes enĩ dũ curris: ſpem optimã q̃ te hortat̃ incitat/
roborat/ vires addit/ queadmodũ ſi ꝓpe victoriã et
coronã atqꝫ trophea grauiter lapſum ad eundẽ cito
curſum te recipiẽs victoriã cõſequaris. At vt vobis
apertius pateat: qđ dicit̃ alia quoqꝫ ſil'itudo añ ocu
los ponat̃. Finge igit̃ gubernatorẽ quendã ꝑ mille
maria ĩcolumẽ nauigaſſe: deinde poſteaq̄ꝫ magnas
tẽpeſtates ⁊ ꝓcellas horribiles ⁊ fluctus ĩſanos ar
te ſagaci euaſerit: cũ in ipſo portus hoſtio mergeret̃:
vir inde nudũ effugiſſe. Quẽ animũ ad mare ⁊ naui
gatiões hmõiqꝫ labores iſte habebit: putaſne ꝙ vn-
q̄ꝫ voluerit: niſi animi ſit ficti vel litꝰ ipm: aut nauẽ
aliquã aut portũ aſpicere. Nõ equidẽ arbitror: imo
ſeipm occultãs: ſpe oĩ ad nauigandũ deſtituꝰ: mal
let medicus vitã agere q̄ꝫ ad primos labores ꝑicu-

laqꝫ redire: ſed non fuit huic ſil'is ille: verū magno
naufragio poſt multos laboꝛes pene ſubmerſus nō
deſperauit: ſed nauis ſurſum in pellagus deducta:
dare vela vētis poſt naufragiū auſus: ⁊ clauo rur-
ſum vſus et plures ꝑpeſſus laboꝛes: maioꝛes iterū
accumulauit pecunias. Qꝫ ſemꝑ ſtare ac nunq̄ꝫ ceci
diſſe diuinū eſt atqꝫ mirabile. Quibꝫ eſt laudibꝫ di-
gnus / q̄ ſe et a caſu recipit et multa maioꝛa ꝑficit in-
trepidus? Et certe nō erāt pauca: q̄ in deſperationē
detrudere ipm̄ potuiſſent. Primū delictoꝛū inuſi-
tata magnitudo: deniqꝫ ꝙ non in ipſo aggreſſu vite
atqꝫ iuuēta: q̄ ſpem ſolēt nutrire: ſed in ſenectute iam
cōſtitutꝰ labit᷑. Nec enī gubernatoꝛ q̄ nuꝑ mare in-
greſſus / naufragiū fecit ꝑiter dolet atqꝫ ille qui poſt
multa annoꝛū ſpacia domū / immēſa onuſtaqꝫ gaza
renauigās: in ſcopulos deuecta cūcta momēto tp̄is
ꝑdidit. Ad hoc tertio / qm̄ partas magnis laboꝛibꝰ
ingentes virtutū ac meritoꝝ ſuoꝝ diuitias his de-
lictis ſubuertit: nō enī paruus quidē / ſed maximus
ſingulariſqꝫ diuitiaꝝ cumulus ſibi diſpoſitus erat:
multa ſibi a pꝛima etate qn̄ paſcebat fuerūt cōgeſta:
multa qn̄ gigātēū illū / atqꝫ hoꝛribilē goliath ſuꝑa-
uit atqꝫ deiecit. Multa cū ſepius euāgelica magna
nimitate atqꝫ philoſophica erga ſaul vſus fuerit: nā
cū centies pene in manꝰ ſuas icidiſſet inimicus igno
uit ſemꝑ: maluitqꝫ patriā ipſe libertatē vitāqꝫ (ſi eēt
opus) amittere q̄ꝫ ꝑſequentē occidere inimicū. Neqꝫ
his minoꝛa regnū adeptus fecit. Preter hec aūt po
puli de ipſo exiſtimatio: cui ſe nō reſpōdiſſe videbat:
nō parū poterat animū eius cōturbare: cū intellige
ret nō tm̄ ſe purpura exoꝛnari / quantū poteſtate de
foꝛmaret᷑. At hec oīa nō ignoꝛatis ꝓfecto quāta ma
gnitudine animi opus ſit: vt cū detegant᷑ pctā: in pu
blicū quoqꝫ efferant᷑ / vt multi iā carꝑe ac teſtes tur-
pitudinis eſſe queāt / nō turbet᷑ tn̄ rex ꝑ̄ſertim / neqꝫ
decidat: ſed melioꝛi ſpe ꝑ̄ſumpta: ſeipm̄ recognoſcat:
his oībꝰ ex aīo ꝓpulſis: adeo poſt illa vulnera dauid
refulſit: ſic ſe a maculis abluit: ita mundū effecit ani
mū / vt vel moꝛtuus peccātibꝰ ſuccurrerit: et qꝺ de
abꝛaā / id quoqꝫ de dauid deū dixiſſe ſcriptura teſta
tur: immo ꝟo multo magis de dauid. De abꝛaā enī
ſcriptū eſt: Recoꝛdatꝰ ſum teſtamēti mei qꝺ erat ad
abꝛaam: hic ꝟo nō dicit teſtamēti: ſed ꝓpter dauid
ſeruū meū ꝓtegā ciuitatē hāc. Salomonē etiā q̄ ne
pharia crimina cōmiſit: charitate pr̄is placatus deꝰ
a faſtigio regni nō deiecit: ſed tanto de illo apud iu-
deos merito ſemꝑ fuit opinio / vt apl'us petrus poſt
multos annos ſic in contione dixerit: licet dicere ad
vos libere de patriarcha dauid: qm̄ ⁊ obijt et ſepul
tus eſt: ſed xp̄s quoqꝫ tanta ipm̄ poſt hec pctā ſpūſſcī
gr̄a fulſiſſe oſtēdit: vt rurſus de diuinitate ſua vt ꝓ-
pheta potuerit ꝓ̄uidere: ꝑ ꝓphetiā enī eius iudeoꝝ
cōpꝛimēs oꝛa / xp̄s dicebat: Cur igit᷑ dauid in ſpiri-
tu dn̄m eū vocat dicēs: Dixit dn̄s dn̄o meo: ſede a
dextris meis. Scimus etiā queadmodū vel nolēti
moyſi / dedit penas maria: qn̄ cōtumelioſa in fratrē
fuit: ſic huic q̄ꝫ nolēti ſceleratus filius dedit penas.
Que quidē pcipuā dei beniuolentiā in illos viros:
magis q̄ꝫ cetera oīa declarāt. Nā cū dei ſn̄iam habe
as / q̄d te amplius opoꝛtet inquirere? Qꝫ ſi velletis
particularius philoſophiā illius ꝑdiſcere facile po-
teritis: ſi q̄ poſt geſſerit ab hyſtoꝛia collegeritis quā-
ta ei loquēdi ad deū libertas conceſſa ſit / q̄ erga deū
charitate arſerit: quō ad virtutū indies acceſſerit in-
cremēta / q̄ꝫ exacte ac exq̄ſite / ad vltimū vſqꝫ ſpm̄ vi-
xerit: hec oīa facile inquā ex hyſtoꝛia cognoſcet᷑. Cū
igit᷑ his exemplis moniti ſimꝰ: inuigilandū nobis
ꝓuidendūqꝫ eſt pꝛimū ne cadamꝰ: deinde ſi foꝛte ce-
ciderimus ne diutius iaceamus. Nō enī vt negligē
tioꝛes vos faciā: Dauid delicta pꝛe oculis poſui: ſed
vt timoꝛe cadendi / maioꝛe vos cura muniā. Nam ſi
tātus vir qꝛ parū neglexit: tot tātiſqꝫ telis cōfectus
pene fuit: q̄d de nobis erit ſi recte viuendi noꝛmā oī-
no contēpſerimꝰ. Quare nō ꝙ ceciderit ſolū cōſide-
ra / ne foꝛte pigrioꝛ inde fias: ſed ⁊ diligenter cogita
q̄d poſt caſum fecerit: quē fletū ſuſcepit: qua peniten
tia die ac nocte ꝯfectus fuerit: ⁊ quo cilicio indutus
lachꝛymis lectū ſuū rigauerit. Qꝫ ſi ille tāta coꝛdis
cōpunctiōe indiguit: quo nos pacto ſalutē acquire-
mus: nullo poſt pctā doloꝛe cōpuncti: pꝛeſertim qm̄
qui multa meruit: pꝛius poterit foꝛſan hinc ab immi-
nentibꝰ telis ſeipm̄ defendere: q̄ aūt nudus oīno eſt:
ad quācunqꝫ coꝛpoꝛis partē telū ꝑuenerit / moꝛtale
vulnus ingerit᷑: qꝺ ne accidat / virtutibꝰ nosipſos ar
memus: ⁊ ſi q̄d macule nos defoꝛmauerit: cōfeſtim
lachꝛymis ⁊ gemitu abluamꝰ: vt ad dei gloꝛiā hac
vita ꝑacta bonis ꝑfruamur futuris / q̄bus oībꝰ vti
nā potiamur: gr̄a ⁊ miſericoꝛdia dn̄i noſtri ieſu chꝛi-
ſti: cui gloꝛia ⁊ imperiū cum patre ⁊ ſancto ſpiritu in
ſecula ſeculoꝛum Amen.

### Homelia XXVIII Ex capitulo VIII

e **T cū veniſſet ieſus in domū petri: vidit ſocrū eius iacentem ⁊ febꝛicitantē: et tetigit manū eius: et dimiſit eam febꝛis. Et ſurrexit ⁊ miniſtrabat illis.**

At marcus quoniā tp̄s ſignificare voluit etiā ad-
iecit: hic ꝟo ſignū nobis tantū expoſuit / tꝑe oīno ne-
glecto: et alij quidē addūt / qm̄ ⁊ rogabat eū que ia-
cebat: hic ꝟo etiā id ꝑ̄termiſit qꝺ certe nō eſt diſcrepā
tiū: ſed alterū bꝛeuitatis / alterū narratiōis exquiſi
te. Sed cuius rei gr̄a domū petri dn̄s petijt? Mihi
q̄dē videt᷑ vt cibū aſſumeret: qꝺ euāgeliſta quoqꝫ ſi-
gnificauit cū dixit: ſurrexit ⁊ miniſtrabat illis. Nō
enī ignoꝛamus diſcipuloꝛū diuerſoꝛiū ipm̄ fuiſſe.
Nā ad mattheū diuertit qn̄ eū vocauit / qꝺ faciebat
vt hoc ab eo affecti honoꝛe diligētioꝛes ad oīa fierēt
Tu aūt etiā hic ſummā petri in xp̄m reuerentiā con
ſidera: nā cū ſocrus ſua domi iaceret: caloꝛeqꝫ febꝛis
arderet: nō traxit eū neqꝫ cogere cogitauit: ſed expe-
ctauit quouſqꝫ ꝑ̄dicationē abſolueret: ceteroſqꝫ oēs
qui tūc ad eū cōfugerāt curaſſet / ⁊ tūc demū cum in-
traſſet ꝑ ipſam iacentē rogauit: ſic ſtatim ab ipſis ini
tijs alioꝛū cōmoda ſuis ꝑ̄ponere diſcebat: petijt aūt
domū eius nō ab eo vocatus: ſed ſponte atqꝫ a ſeipſo
vt qui a cēturione audierat: Dn̄e non ſum dignꝰ vt
intres ſub tectū meū: hinc quāti faciebat diſcipulū
poſſent intelligere. Et quantū cogitatiōe aſſeq̄muꝛ:
quales quoqꝫ piſcatoꝛū domus fuerint: videmꝰ tn̄
ipſum humiles ſpōte caſas petere: vt his oībus de-
ſpiciendā eſſe humanā magnificentiā doceat: et ali-
as quidē verbis ſolis affert curationē: nunc ꝟo ma-
nus poꝛrectiōe febꝛicitantē ſanauit. Nōnunq̄ꝫ autē
vtriſqꝫ vtit᷑: vt multis modis ꝑ̄ oculis curatio addu
cat᷑. Nā cū ad hoc deitatis ſue myſteriū latere m'ltos



comodius fuerit / ac ꝑ̄cipue diſcipulos ne ꝑ̄ gaudio
exclamaſſēt: ideo nolebat nimio ſemꝑ humane cura
tionis modū excedere / qꝺ inde patet / qm̄ cū a monte
deſcēderet / ꝑ̄cepit ne cui dicerēt q̄ viderunt. Tetigit
ergo manū eiꝰ / nec febꝛiū tm̄ ardoꝛes extinxit: aut
certa incolumitatis ſigna reduxit: verū etiā pꝛiſti-
nas coꝛpoꝛū vires recuꝑare illico fecit: vt qn̄ facilis
curatu egrotatio videbat᷑ / curādi modo virtus cu-
rantis oſtenderet᷑. Nā id certe medendi artificiū hō
facere nō poteſt. Nemo quippe ignoꝛat q̄ꝫ lōgo tꝑe
poſteaq̄ꝫ febꝛes ceſſauerūt / opus ſit ad pꝛiſtinū ro-
bur recuꝑandū. Cūcta igit᷑ tunc ſil' facta ſunt: qꝺ
⁊ in mari pariter eueniſſe ꝑpendere poſſumꝰ. Nā vt
ibi nō vētos ſolū ac tēpeſtates ſedauit: ſed qꝺ inau-
ditū oīno erat: fluctus etiā vndaſqꝫ ſtatim cōpoſuit.
Nā ⁊ ſi vis ventoꝝ ceſſauerit: ꝑmanēt tn̄ fluctꝰ vn-
darū diutiꝰ: ſed nō ita hic. Nō enī natura duce aut
arte fiūt que a xp̄o fiūt: ſed ſil' oīa finē ſuū aſſequunt᷑
qꝺ ſuboſtendit euāgeliſta dicēs: [ Surrexit ⁊ mini
ſtrabat illis. ] Id certe tā virtutē xp̄i ſupꝛa hoīem ſi-
gnificabat: q̄ꝫ volūtatē m'lieris atqꝫ affectū erga chꝛi
ſtū apꝑiebat. Illud quoqꝫ hinc diſcimꝰ ꝙ nōnunq̄ꝫ
alioꝛū fide alios dn̄s curat: pariter enim hic: et in
centurionis filio: alij quoqꝫ modo credebāt / alij cu-
rabant᷑. Nā ⁊ ſi nō curet᷑ niſi credēs: tn̄ ſi aut moꝛbꝫ
aut etas impedimento erat: ne magna quedā poſſet
de chꝛiſto quiſpiā cogitare: alioꝛū hoꝛtatu ac fide ad
ductꝰ curabat. [ Veſꝑe aūt facto / obtulerūt ei mul-
tos demonia habētes: ⁊ eijciebat ſpūs verbo: ⁊ oēs
male habētes curauit: vt adimpleret᷑ qꝺ dictū eſt ꝑ
eſaiā ꝓphetā dicentē: Ipſe infirmitates nr̄as accepit
et egrotatiōes nr̄as poꝛtauit. ] Vides iā multitudi
nis fidē adauctā / certe neqꝫ tꝑe ita cogente decedere
poterāt: nec impoꝛtunos ſe putabāt eſſe: ſi etiā veſpe
re iā facto egrotos ad eū adducerēt: tu aūt mihi ꝑpē-
das quantā multitudinē hominū curatā fuiſſe aſſe-
rant euāgeliſte: nō ꝑ ſingulos minutim enarrātes:
ſed vnico verbo miraculoꝛum pelagus exponētes.
Deinde ne magnitudo rerū mirabiliū incredulitatē
cuipiā faciat / cū tm̄ pplm̄ ex tā varijs diuerſiſqꝫ mo
ribꝫ vno momēto tp̄is ab eo liberatos fidē excedere
videat᷑ / ꝓpheta inducit᷑: q̄ iā diu his rebꝫ teſtimoniū
ꝑ̄hibuit: ⁊ ſil' magnā cōflauit / de deitate xp̄i demon
ſtrationē ſcripture oñdit euāgeliū ſigniſqꝫ ꝓfecto nō
minoꝛē: iccirco dicit᷑ ab eſaia ꝑ̄dictū fuiſſe: Qm̄ infir
mitates nr̄as accepit / ⁊ egritudines nr̄as poꝛtauit:
nō dixit / diſſoluit aut curauit: ſed accepit atqꝫ poꝛ-
tauit: qꝺ de pctīs mihi dictū a ꝓpha videt᷑ / vt cū ioā
ne cōueniat dicēte: Ecce agnus dei: ecce q̄ tollit pctā
mūdi. Cur ergo inquies de moꝛbis aut egrotatiōi-
bus id dictum euangeliſta in hoc loco ſcripſit. Certe
aut hyſtoꝛice teſtimoniū ꝓphete accepit / aut ſbapire
voluit: plurimas egrotatiōes ab animi pctīs oꝛigi-
nē trahere. Nā ſi moꝛs que moꝛboꝝ oīum fons ca-
putqꝫ eſt: a radicibus pctī pullulauit / q̄d mirū eſt ſi
egrotatiōes quoqꝫ multe inde naſcant᷑: vnde vel ipa
egrotādi ptās egreſſa eſt. [ Vidēs aūt ieſus turbas
multas circū ſeipſum iuſſit eas abire vltra. ] Vides
ne iterū immo creberrime quāto ſtudio fugiāt oſten
tationē. Nā ceteri quidē dicūt demonibus eū pꝛece
piſſe ne dicerēt ꝙ ipſe eſſet. Mattheus aūt dicit: ꝙ
turbas remouebat: qꝺ faciebat partim / vt nos q̄ꝫ
oſtētationē fugiendā eſſe diſcamus: partim vt iudei
peſtifere veneno inuidie tabeſcerēt. Etenī cū coꝛpoꝝ
incolumitas cure ſibi tantūmodo erat: ſed multo ma
gis aīarū ſaluti ꝓuidebat: ita vtrūqꝫ ſupꝛa hoīem ſe
eſſe oſtēdebat: ⁊ ꝙ moꝛbos verbo aut tactu curaret:
⁊ ꝙ humanā gloꝛiā nō quereret. Repellebat igitur
turbā qm̄ erant ei affixi / nō pauci amātes admiran
teſqꝫ ipm̄: videreqꝫ ipm̄ ſemꝑ cupiētes. Et certe q̄s
ab auctoꝛe talium ſignoꝛum non inuitus recederet:
aut q̄s vel faciē ſolā aſpicere: oſqꝫ ipm̄ ex quo diuina
ꝑ̄ceptoꝛū inſtituta ꝓfluebāt / ingēti deſiderio nō au-
dire. Nā vt in faciēdis ſignis erat mirabilis: ſic vi-
ſu gratioſiſſimus tradit᷑ fuiſſe: idqꝫ ipſe ꝓpheta ſigni
ficans: multo ante clamauerat: Specioſus pulchꝛi
tudine ſuꝑ filios hoīum: ſi aūt dicit eſaias: Non ha-
bebat ſpeciē neqꝫ pulchꝛitudinē: aut qm̄ ad deitatis
ſue ineffabilē gloꝛiā: aut qm̄ paſſiōis cruentā defoꝛ
mationem et liuidos tumoꝛes reſpexit: id ita dixit:
vel etiā qꝛ tenui cū ⁊ victu ⁊ veſtitu vſurū ſignifica-
re voluit. Non aūt pꝛius iuſſit: vltra abire q̄ꝫ moꝛ-
bos curauit: nō enī equo aīo abire potuiſſent: ⁊ quē
in monte nō ſolū ſigna faciēti verū etiā ſilēti adhere-
bāt: eadēqꝫ nūc modo etiā poſt miracula ꝑmanēt ex
ſolo aſpectu nō paruā vtilitatē aſſequētes. Nam ſi
moyſi facies reſplēdebat: ⁊ ſtephani vultus angeli-
cus videbat᷑: q̄d de ipſiꝰ dn̄i facie debemꝰ eſtimare?
Sed foꝛte nūc his ꝟbis adeo nōnulli incēſi ſunt: vt
deſiderēt effigiē eius videre: ſꝫ dū mō velimꝰ multo
illa venuſtioꝛē ſi bn̄ hic vixerimꝰ: tunc aſpiciemꝰ cū
imoꝛtalitatē adepti obuiā i aera ipſi rapiemur. Tu
ꝟo etiā illud cōſidera ꝙ nō dicit᷑ repuliſſe turbas ne
ꝯtemni viderent᷑: nec iuſſiſſe vt oīno recederēt: ſed vt
abirēt vltro: vt ſpe allecti ꝙ illo traiecturus eēt: faci
lius obtēperarēt: verū turbe nō parua charitate de
uicti iuſſa cōtinuo faciūt. Quidā aūt pecunie auidꝰ
nimiūqꝫ inflatus: ſequar te inquit magiſter quocūqꝫ
abieris / ꝑpendis q̄d ſuperciliū ceruiceſqꝫ faciūt: nō
facile patiunt᷑ ſe cū multis inueniri. Nā hic vt alios
nō parū excedere videat᷑ / admodū impoꝛtunus eſt:
huiuſmodi certe moꝛes iudeoꝛū ſunt quos aliena tē
poꝛibus libertate ſepius vti nō ignoꝛamꝰ. Sic enī
alius quidā / cū ceteri oēs detēti taciturnitate aſta-
rēt: ipſe quaſi inſultans ait: Magiſter qꝺ eſt ꝑ̄ceptū
pꝛimū: nec tn̄ moleſte tulit dn̄s: nec opoꝛtunā liber
tatem coꝛripuit: vt et nos ferendos eſſe hmōi hoīes
perdiſcamus: ⁊ q̄ꝫuis nō arguat aperte tā peruerſa
cupientes: tn̄ ita voluntati eoꝛū reſponſum accomo
dat: vt ⁊ ipſi ſe iuſte repꝛehēſos cognoſcāt: duplicem
eis pꝛeparās vtilitatē: ⁊ qꝛ ſibi adapperuit ꝙ ſecre-
ta coꝛdiū ſciret: ⁊ qꝛ oſtētationē ſuā ineptā nō ꝓtra-
xit in mediū: vt ſi vellēt facile ſeipſos poſſent emēda
re: qꝺ hic factū liquido videmus. Nā queſtui ſerui-
ens ille: cū ꝓpter m'ltitudinē ſignoꝝ multos vndiqꝫ
affluere videret: putauit dn̄m inde ditari: ac ideo ſe
qui cupiebat. Sed vnde id nobis patebit inquies /
a reſponſiōe: q̄ nō ad ſonū verboꝛū / ſed ad ſenſum in
terrogātis accomodata eſt. Quid enī ait: pecunias
credis collecturū ſi me ſequaris. Nōne vides nec di
uerſoꝛiū mihi eſſe: nec tantū pecunie vt quedā vite ne
ceſſaria cōparare? Vulpes enī inquit cauernas ha-
bent: ⁊ volucres celi habitationes: filius autē hoīs
nō habet vbi caput declinet: hec ſane nō erāt repellē
tis: ſed eius qui ⁊ prauā illius opinionē carperet: ⁊
poteſtatē daret / ſi cum ſpe huiuſmodi ſequi velllet.
Tu ꝟo etiā vide impꝛobos hoīs moꝛes: intellige ꝙ
cū hec audiſſet nihil ex comodiſſima ꝑutiliqꝫ rn̄ſione

ſeipſo melior factus eſt: nec referre ſaltem valuit pa
ratū ſe eſſe chriſto auſcultare: verū inde alios quoqꝫ
nō paucos ita redarguiſſe inuenit̃: vt a reſpōſis eiꝰ
ſenſum interrogātis ſubaperiret. Nam ⁊ illi q̄ ma
giſtrū bonū appellabat: quiqꝫ hac aſſentaciuncula
verborū tracturū ad ſe dn̄m ſperauit/ cur me bonū
noīas inquit: cū nemo ſit bonus preter deū ſolū: et
qui ei dicebāt. Ecce mater tua ⁊ frēs tui te querunt.
qm̄ more hoīum nō vt aliq̄d boni perciperēt eū adie
runt: ſed vt ſolū oſtenderēt: quāto ſibi eſſent ceteris
cōiunctiores: quippe qui ⁊ matrē ⁊ frēs eius agno
ſcerent: confeſtim audierūt: Que nā eſt mater mea:
vel q̄ ſunt fratres mei: ad frēs quoqꝫ ipos dicentes
manifeſte ipm̄: qm̄ hinc falſe aliq̄d coragiū gl̄ie in
dagabant. Audi quomō reſpondebat: Veſtrū tem
pus ſemꝑ eſt paratū: meū aūt nōdū adeſt: ſed ſub ſilē
tio quoqꝫ de ſeipſis exiſtimationē nōnunq̄ꝫ apperit:
vt de nathanaele inquit: Ecce vere iſraelitā/ in quo
dolus nō eſt. Illud quoqꝫ ab his alienū nō eſt: abe
untes annūciate que audiſtis et vidiſtis. Nam hic
quoqꝫ nō ad verba/ ſed ad mentē eius q̄ miſit reſpō
ſum eſſe videmus: ⁊ turbe aūt mentis ſecreta tetigit
vbi dicit: Quid exiſtis videre in deſertū calamū: nā
quoniā mutabilē quaſi euripū eſſe credebant. Ideo
falſam eorū de ioanne ſuſpicionē arguēs ait: Quid
exiſtis in deſertū videre calamū a vento agitatum:
aut hominē mollib; veſtimētis circūamictū: vtraqꝫ
re ſignificans: neqꝫ a ſeipſo eſſe inſtabilē: nec quoniā
delitijs corrumpat̃ poſſe mutari. Non mireris ergo
etiā hic ad interrogantis mentē/ nō ad ſonū verbo
rum eſſe reſponſum. Quod q̄ꝫ moderatiſſime protu
lit: inde patet: quoniā nō dixit inde habere ſe quidē
pecuniā/ ſed deſpicere: ſed nihil ſe prorſus habere: vt
tu hinc perpēdas q̄ꝫ mirabilis eſſet in eo humilitas.
Nam ⁊ cū eſſet cum publicanis aut biberet aut con
tra q̄ꝫ ioānes aliq̄d facere videret̃/ ꝓpter iudeorum:
immo illud potius totius orbis terrarū ſalutē facie
bat. Sic eni et hereticorū ora obſtruxit: et illos qui
tunc ſecū viuebāt ſummopꝫe attraxit: ſed alius qui
dam ei dixiſſe ſcribit̃: Dn̄e ſine me prius abire ⁊ ſe
pelire patrē meū. Cōſidera quantū inter hos diſcri
men eſt: ille imprudenter ſequar te inquit quocunqꝫ
abieris: hic ꝟo ⁊ ſi rem honeſtā peteret: nolebat ta
men niſi ei cōcederet̃ abire: ſed nō permittit̃ ei: dicit
enī ſibi dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos/ tu
autē me ſequere. Ita vbiqꝫ voluntatē hoīum inſpi
cit. Sed cur nā quiſpiā dicet noluit: Qm̄ videlicet
neqꝫ pater inſepultus iacuiſſet cū ſepeliēdi munus
etiā alius q̄ꝫ filius ſubire poſſet: ⁊ filius a rebus me
liorībꝰ nō euelleret̃. Cū aūt mortuos dixerit ſuos:
oſtēdit ꝑfecto nō fuiſſe ſuū hunc mortuū: vnde mea
quidē ſententia infideliū quendā illius patrē fuiſſe
ſignificat̃. Si ꝟo mirū tibi de adoleſcēte videat̃ ꝙ
cum rem tā honeſtā fereqꝫ neceſſariā intēderet/ non
ſtatim abijt: ſed ieſum conſulere voluit: illud mihi ſo
let videri mirabilius qđ cum ſibi negatū eſſet qđ pe
tebat nō grauiter tulit: ſed equo aīo cum ieſu veluti
iubebat̃ ꝑmanſit. Sed putas ne aliquis dicet non
ingens impudentie crimen illum incurriſſe: q̄ in ſepe
liendo parente nō affuit: ego vero ingratiſſimū ho
minē eum iudicarē ſi negligentia id feciſſet. Cū autē
ne rerum maiorū ſeriē turbaret ieſu obtēperās non
abijt/ nō mediocri laude dignus qm̄ remanſit: dn̄s
quoqꝫ ipſe nō quia deſpiciēdi ſunt parētes abire ve
tuit: ſed quia diſcere nos hinc voluit nil eſſe vtilius
magiſqꝫ neceſſariū nobis doctrina celeſti/ que tāto
ſtudio obeunda eſt: vt etſi magna ſint que abire vr
geant: incūbere tamē omni diligentia atqꝫ inuigila
re debeamus. Quid eni maius videt̃ q̄ꝫ dum ſepe
liant̃ parentes adeſſe. Quid enī facilius aut quid
breuiori tempore peragi poteſt/ ꝙ ſi nunc tam breue
tempus ꝓpter ſepeliendos parētes abeſſe a ſpiritua
libus vetitū eſt: perpēde quo ſupplicio digni ſunt q̄
ſemꝑ a doctrina chriſti abſunt/ qui vilia nimiū atqꝫ
abiecta ſecl'ariū rerū negocia neceſſarijs anteponūt.
Ego autē doctrine illius efficaciā vehemēter admi
ror: nam cū adoleſcentē ſibi perpetuo affixerit: a mil
le malis veluti ab immoderato fletu/ ac dolore alio
rumqꝫ que hinc oriri ſolēt eripuit. Erat enim veriſi
mile poſt parētis ſepulturā ad teſtamēti legatoriſqꝫ
cōſiderationē deuenturū: deinde in aliud ex alio q̄ſi
vndarum fluctibus diſtractus procul a portu ſalu
tis iactaret̃: que ne illi accideret ſecum eſſe ipſum iu
bet: cumqꝫ ſuis volentē affigit/ ac coniungit. Si ꝟo
tu adhuc miraris/ nec equo aīo ferendū putas ꝙ iu
beret̃ adoleſcēs nō adeſſe extremo in parentū officio
illud tecū verſa/ ſepenumero a prudentibus viris/
ſi quis moleſtius parētis aut filij mortē q̄ꝫ oporteat
laturus videatur: nō ſubito neqꝫ in ſepeliendi tem
pore: ſed multo poſt oportunitate data chariſſimoꝝ
interitū fuiſſe nunciatū: nec vllus vnq̄ꝫ illos carpſit
neqꝫ quaſi ihumanos reprehēdit: iure id quidē: cō
tra autē crudeles ac inhumani eſſent/ ſi quos imbe
cilles aīo cognoſcerent illos ad rem aſperā atqꝫ tur
bulentā protraherent. Ac ſi propinquos ita cum de
ciderint lugere vt deiectus mentē eſſe videaris non
laudatur: q̄ꝫ magnū eſſe malū putandū eſt a ſpiritua
li doctrina huiꝰ vite curis abduci: iccirco alibi etiā
ait: neminē q̄ aratro manu impoſita/ ad poſteriora
reuerſus eſt: recte a regnū celorū ꝓficiſci Quid igi
tur hinc precipue diſcimus/ quid aliud niſi ꝙ nullo
momento tēporis caduca hec etiā ſi neceſſaria vide
antur ſpiritualibus anteferēda ſunt/ ⁊ ꝙ aliud lon
ge vita eſt/ aliud ꝟo mors q̄ꝫ vulgo eſtiment̃. Quip
pe cū multi viuere credant̃ qui nihil a mortuis dif
ferant: quoniā in peccātis miſerā vitā agentes nil a
mortuis differre dixi/ immo ꝟo maxime differunt:
cum ſint illis multo deteriores. Nam qui morit̃ ait
iuſtificat̃ a peccato: hic aūt ſeruit peccato. Nec enim
mihi dices nō clauſiſſe hunc oculos/ nec ſepulchro
iacere/ nec inſtitis ligatū detineri: nec poſtremo ver
mibus eſſe proiectū: cum multo peioribus hic q̄ꝫ qui
obierūt vexet̃/ nō deuorant vermes: ſed perturba
tiones animi oīum feroci beſtia truculentius exagi
tant atqꝫ lacerāt: Clauſi oculi ſunt mortuorū/ nihil
prorſus cernentes: hic ꝟo mille ſibi morbos oculis
cernendo quottidie cōtrahit. Ille iacet in monumē
to ad peccandū iā imobilis: hic ī ſepulchro malo a ſe
ipſo intruſus: ingenti peccatorū mole obruitur: ſed
corpus dicet quiſpiā huius pingue ac floridū nō ta
be corruptū videmus. Magna vero res ſi corpore
integro/ iam pridē anima corrupta atqꝫ deꝑdita eſt:
et ille poſt mortem male olet: hic vero per totam vi
tam os habens nihil ipſis e locis ſpurcitius: intole
rabilē expirat fetorem. Quare tanto ille diſcrimine
hoc melior eſt/ quanto naturali ſolū corruptiōi ſub
iectus corā oībuſqꝫ debita patitur: hic vero anteq̄ꝫ
ad illa perueniat que non effugiet: peccatoꝝ vndiqꝫ



fediſſimā ſibi putredinē colligit: mille indies corru
ptionis vias excogitās: ſed phalerato inquit equo
fertur magnifice. Ego vero inq̄ꝫ meliorē illum eſſe
qui in vrna quaſi in lectulo quieſcit quodqꝫ decētiꝰ
eſt: nemo putreſcentē cernit: ſed tegitur vrna diſſolu
tum corpus. Hic aūt fetentē animā in corpore qua
ſi in ſepulchro circumagit. Certe ſi poſſes animā ho
minis peccatis inuolutā oculis cernere: nō dubita
res multo melius eſſe in ſepulchro iacere: q̄ꝫ delictis
irretitum detineri/ et lapide potius q̄ꝫ graui pecca
torū pondere premi: qui quoniā quantis malis ve
xentur ignorant: nō dubitent tamē propinqui eorū
veluti maria cum ad lazarū faceret ieſum adire: tūc
etiā ſi putridū oleat: etiā ſi quadriduanus ſit: nō de
ſperes tamen: ſed adeas ⁊ lapidem inde remoueas.
Primo enim ſtatim vt in ſepulchro iacentē inſtitis
ligatū inſpicias: ſed producamꝰ in mediū inſignem
quempiā atqꝫ potentē: vt in eo que diximꝰ apertius
cōſpiciant̃: nec vereamini: nomino enim neminem:
q̄ꝫuis etiā ſi nominarē nihil oīno timendū eſſet: cum
viuo hoī mortuus nocere nullo pacto poſſit. Conſi
derate igitur ꝑmo huiuſmodi hoīs caput q̄ſi ebrio
ſi: caput opertorijs pluribus atqꝫ vinculis alligatū
ſic vndiqꝫ atqꝫ obrutū vt ſenſibꝰ extinctis: nihil au
diat/ nihil videat/ nihil prorſus ſentiat. Deinde ma
nus ad oculos traducite: videteqꝫ vētri annexas/ ſi
cut mortuorū: nō quidē inſtitis: verū qđ turpius ē:
duriſſimis auaritie vincl'is: q̄ vinctas nō ſinit ad li
beralitatē porrigi: ſed inſenſibiles ad huiuſmodi of
ficia reddit: vultus ⁊ pedes ſimiliter irretitos vide
te. Videte varijs eos curis alligatos/ ac idcirco nō
poſſe dei eccleſiā adire: vidiſtis mortuū nunc ⁊ pol
lictorē videte: quis igit̃ pollictor ibi eſt/ nempe nul
lus alius niſi diabolus/ qui eos diligenter ita fin
git et polit/ vt nō hoīes: ſed ligna ſicca eſſe videant̃.
Nam vbi nō oculi/ nō manus/ non pedes/ non alia
mēbra ſuis officijs fungunt̃ quō hūc hoīem putab:
ꝑſertim cū aīa etiā eius pctōꝝ feditate obruta idolū
magis q̄ꝫ anima eſſe videatur. Quoniam ipſi quaſi
mortui nihil ſentiūt. Adeamus ieſum pro ipſis ore
mus: vt ipſos excitet: lapidē tollamus: inſtitas diſ
ſoluamus. Nam ſi lapidem auferre poteris: inſen
ſibilitatē eorum ſcilicet qua premuntur: velociter ꝑ
fecto ipſos a monumēto educes: ⁊ cum eduxeris ci
tius atqꝫ facilius nexus eorum diſſolues: tunc eos
chriſtus cognoſcet cum excitati fuerint: cū ſoluti: tūc
ad cenamqꝫ ſuā vocabit. Quicunqꝫ igitur chriſtum
diligitis accurrite ad ieſum atqꝫ orate: nam quanto
peius olent huiuſmodi mortui: tātomagis debemꝰ
ſi eos amamus pro eis intercedere: ⁊ ſicuti ſorores
lazari tūc feciſſe videmus nō prius a p̄cibus ac ora
tiōibus abſcedere q̄ꝫ viuos recipiamus. Nō eni du
bito quin ſi et nos et nr̄a: ſic diligenter gubernemꝰ
future vite beatitudinē cōſequemur: ad quā oēs ꝑ
ueniamus gratia ⁊ miſericordia ieſu xp̄i Amen.

Homelia XXIX Ex capitulo VIII

e Et aſcendēte eo in nauiculā:
ſecuti ſunt eū diſcipuli eius.
Et ecce motus magnus factus eſt
in mari: ita vt nauicula operiretur
a fluctibus: ipſe vero dormiebat.

Lucas quidē ne quis ab eo temporū ordinē que
rat: Et factū eſt inq̄t vno dierū ⁊ ipſe aſcēdit in naui
giū: ⁊ diſcipuli eiꝰ. Marcus quoqꝫ ſimiliter: hic ꝟo
cōſequentiā quandā tempoꝝ hic obſeruat: hec a me
predicta ſunt/ ne quis quoniā nō eodem modo ſcri
bunt oēs diſcrepare ipſos arbitretur. Turbas igit̃
premiſiſſe ac diſcipulos tantūmodo ſecū retinuiſſe il
li etiā dicunt. Id autē nō fruſtra/ neqꝫ caſu fecit: ve
rū vt futuri ſigni miraculo ipſos corroboraret. Nā
vt paleſtre magiſter optimus ad vtrūqꝫ eos exerce
bat: ne aut terrore vincerent̃: aut honoribus effer
rerent̃. Ita ne magnū quid ſibi arrogent: quoniam
alijs omiſſis ipſos tantū ſecū retinuit: vt in tempe
ſtatem incidāt permittit: ⁊ ſimul in ferendis aduer
ſis fecit meliores. Nā certe priora quoqꝫ ſigna que
iam ab eo geſta erant magna fuere: verum hoc neqꝫ
parum eos exercebat: et antiquiſſimo illi ſimilimū
erat: iccirco igitur ſolos diſcipulos ſecū duxit: qm̄
vt ſigna tantūmodo demonſtrarent̃/ turbas quoqꝫ
admittebat. Vbi vero ad ſigna timor quoqꝫ/ ac tre
mor imminebat: eos ſolos recipiebat/ quos ad pre
dicationem ⁊ pericula erat miſſurus. Et mattheus
quidē dicit/ quia dormiebat. Lucas ꝟo q̄a in ceruī
cali ſimpliciter: vt ⁊ humilitatē ſuā patefaceret et ꝑ
ſtantis philoſophie preceptis nos inſtrueret. Cum
ergo fluctus vehemētius inſurgerent/ ac mare pro
cellis inſaniret/ tunc excitant ipſum dicentes: Do
mine ſalua nos perimus. Ipſe autē eos priuſq̄ꝫ ma
re ſedaret reprehendit: ſicut enī diximus ad exercita
tionem eorum hec fieri permittebant̃. Erantqꝫ qua
ſi figura tentationū ad quas eſſent peruenturi: ma
ioribus enim eos certe rerū tempeſtatibus poſtea ꝑ
miſit vexari. Unde paulus quoqꝫ dicebat: Nolo au
tem vos ignorare fratres: ꝙ valde grauati ſupra vi
res ſumus/ vt de vita etiā deſperauerimus: qui ex
tātis mortibus nos liberauit: vt hinc igitur eos do
ceret/ quantum in eo confidere oporteret/ cum inſa
ni fluctus inſurgāt: diſcerentqꝫ ꝙ ad melius cuncta
diſpenſat: primum ipſos increpat: nec enī incaſſum
ad extremū vſqꝫ terrorē eos deuenire permiſit: verū
vt ſignum eis ingens videretur/ et perpetua mira
culi memoria reſideret. Nam quoniā poſt rem factā
obliuio ſolet ex negligentia hoīes occupare: ꝓpterea
priuſq̄ꝫ ſigna fiant/ multa fieri permittunt̃: que diu
turniorem memoriā faciāt: ſic ⁊ moyſes ſerpentē pri
mo ꝑorauit: deinde maximi et mēorabilis ſigni mi
niſter factus eſt: ⁊ nunc diſcipuli cum iam ſalutē fe
re deſperaſſent/ tūc ſaluantur: ita ex periculorū con
feſſione/ magnitudinē ſigni perdiſcunt: hac de cau
ſa etiā dormiuit. Nam ſi vigilantē viderēt: aut non
adeo pertimuiſſent: aut petere ab eo ſalutē qui peri
cula eorum videret neglexiſſent/ aut nō poſſe ipſum
fluctus ſedare putaſſent: iccirco dormit vt ⁊ timoris
cauſa ipſis maior preberet̃: ⁊ ſenſus eorum apertior
ad videnda miracula redderet̃. Nam cū non pariter
aliquis ſentiat que in alienis fiunt corporibus: et q̄
in ſeipſo/ oportebat diſcipulos eius qui plurimos
indies liberari videbāt/ vt magis obligarent̃ in ſe
ipſis omnipotentiā eius inſpicere: cunqꝫ nec claudi
eſſent ipſi/ nec ceci/ nec alia egrotatione laborarent:
tempeſtatē fieri permittit/ vt liberati ab ea: firmam
beneficiorum eius in ſe memoriam habeant. Pro
pterea nec preſentibꝰ turbis id facit: ſed ſolos ipſos
corripit: ne modice fidei a multitudine damnarent̃:

et anteq̃ vndas aquarũ deprimeret/ nimios animorum fluctus ſedauit. Corripuit enim eos/ ac dixit: Quid timidi eſtis modice fidei? ad hec etiã reddidit/ non a temptationibꝫ/ ſed ab infirmitate mentis timorem pficiſti. Et ſi quis obijciat: non fuiſſe formidinis/ nec parue fidei ꝙ eum ad ſaluãdos ipſos excitaſſent. Reſpondebimus quinimo/ illud pfecto nõ conuenientẽ ſe de ipſo habere opinionẽ declarabat: ꝙ vigilantẽ poſſe tempeſtati reſiſtere nõ diffidebãt: dormientẽ vo minime. Nec mirũ ſi parũ adhuc credunt; qui vel poſt multa etiã alia ſigna imperfectiores fuiſſe videant. Quo circa ꝛ increpantur ſepius: vt cum ad eos dicit: Adhuc ꝛ vos inſipientes eſtis. Et ſi diſcipuli adhuc deficiebãt; quid mirũ eſt ſi turbe nihil magni nec vltra hominẽ de ipſo cogitabãt? Admirabant enim dicentes: Qualis eſt hic homo quoniã ꝛ mare et venti obediũt ei? Chriſtus autem non arguebat eos nudum hoĩem ipſum putantes/ ſed ſuſtinebat ſigniſq̃ inducebat/ vt viderẽt ſe non recte opinari de ipſo: hominẽ vo ipſum partim viſũ partim quoniã dormiret: etiã ac biberet: tum etiam quia nauigijs vtebat exiſtimabant: propterea etiã admirabantur dicentes qualis eſt. Somnus enim et ſtatura qua videt hominẽ ipſum declarat. At vo maris tãta per eum ſubito facta tranquillitas/ deũ exclamat/ quanq̃ enim ꝛ moyſes tale quid olim fecerat: ſed ille quaſi ſeruus: hic vero quaſi dñs operatur: non enĩ virgã vt ille tetendit: nõ manus in celum ſuſtulit/ nõ precibus indiguit: verũ vt dñs ancille imperans/ et conditor ſue creature/ ſic fluctus maris depreſſit: ſedauitq̃ quaſi freno verbo ſolum atq̃ precepto: omnis enĩ confeſtim ſoluta eſt tempeſtas: nec veſtigiũ fuit vllũ turbationis relictum: qđ euangeliſta oſtendens inquit: Et facta eſt tranquillitas magna: ꝛ qđ de patre quaſi res grandis dictũ eſt/ ꝛ ipſum chriſtus effecit. Scriptũ eſt enim de patre: Dixit ꝛ ſtetit ſpiritus tẽpeſtatis: ꝛ de chriſto hic ſcriptũ eſt: ꝙ verbo ſolo facta eſt tranquillitas magna: propterea etiã mirabãtur ipſum turbe: que certe nõ adeo mirate fuiſſent ſi feciſſet vt moyſes: verũ poſteaq̃ a naui deſcẽdit/ mirabilius quoddã ſignũ ſubſequitur: demonibus enim quidã repleti: quaſi ſerui fugitiui cum dñm viderent clamabãt: Quid nobis ac tibi fili dei? veniſti huc ante tempus vexare nos. Nam quoniã ieſum turbe hominẽ appellabant: acceſſerunt demones: deitatẽ eius predicantes: ita qui mare nec fluctuãs/ nec tranquillũ audierunt: audiebãt demones eadẽ ipſa clamantes/ que mare trãquillitate ſubita predicabat: verũ ne aſſentaciuncula hec dicere videant: rebus ipſis probant dicentes: Veniſti huc ante tempus torquere nos. Ideo ſe hoſtes antea profitentur: ne ſuſpecta eorum ſupplicatio videatur. Nam nemine vidente flagellabãtur: multoq̃ magis q̃ mare pauloante perpũcti preſentia chriſti atq̃ incenſi vexabantur: nec ferre vllo modo poterãt. Acceſſit enim chriſtus ipſe ad eos/ quoniã nemo illos demonibus terribiles adducere ad chriſtũ audebat. Et mattheus quidẽ ſcripſit illos dixiſſe: veniſti huc ante tempus torquere nos: ceteri vero illud etiam adijciunt/ ꝙ deprecabantur eum et adiurabãt ne velit in abiſſum eos immittere: putarũt enim vltimi ſupplicij iam tempus inſtare: ac ideo formidine cõmoti talem penã deprecabãtur. Et ſi lucas vnum fuiſſe ſcribit: hic autem duos/ neq̃ ſic diſſonantiã aliquã eſſe dicimus. Nã ſi vnum lucas ſolũ fuiſſe affirmaſſet: diſcreparet certe a mattheo. Nunc vero cum alter de vno: alter de duobus verba faciat: non dicunt certe pugnantia: ſed aliter atq̃ aliter rem eandẽ exponũt: mihi videt quidem duriore demone vexatũ/ luce ſuffeciſſe quocirca et tragico quaſi genere calamitatẽ enarrat/ ꝙ nulla vincula/ nulle cathene ipſum detinerent: ſed oĩbus diruptis miſer iret per deſertũ. Marcus autem lapidibus ſeipſum cedere ſolitũ adiecit: ſed verba quoq̃ ſua ad ponendũ pre oculis crudelitatem/ ac impudẽtiã ipſorum ſufficiũt. Veniſti enim aiunt huc ante tempus torquere nos. Nam cum non poſſent excuſare ſe ꝙ non peccaſſent ne ante tempus penas darẽt formidare videntur. Quoniã enim iam ſe deprehenſos in pernicioſis atq̃ iniquis factis arbitrabãtur; quibus omni quo poterãt modo creaturas chriſti exagitabant/ propterea putarũt non expectaturũ ipſum cõmodius punitiõis tempus: ſed acerbitate et magnitudine peccatorũ cõmotũ/ tunc vltimis ſupplicijs puniturũ: ideo deprecabãtur: rogabant: obteſtabant. Ita qui ferreis teneri non poterant vinculis: vincti nunc veniũt: qui montes ferocitate arripiebãt: ad campos nunc humiles exeunt/ qui aliorũ itinera occupantes neminẽ tranſire ſinebant: cum eum vidiſſent qui vias ſuas facile obſtruit cõſtiterũt. Sed cur nã in ſepulchris verſant? Quia videlicet pernicioſam opinionẽ ingerere hominibus conãtur: ꝙ hominũ qui abierũt anime demones fiant: quod etiã a cogitatione noſtra vtinam abſit. Sed quid reſpondebis obijciet quiſpiã: cum multi aruſpices aris infantes attulerint/ atq̃ immolauerint ac animabus eorũ quaſi demonibꝰ vſi ſunt? Ego autẽ ꝙ homines a ſceleſtis aruſpicibus atq̃ magis occiſi ſint non negabo. Et vero immolatorum hominũ anime ipſis cooperent: vnde mihi perſuadebitur? an quia ipſos demoniacos clamare nõnumq̃ audiſti/ anima talis ego ſum. Verum quoq̃ hec oratio a fraude atq̃ deceptione diabolica eſt. Non enim anima defuncti ſunt que iſta dicit; ſed demon qui hec vt audientes decipiat/ defingit. Nam ſi poſſibile eſſet animam hominis ĩ demonis ſubſtantiã tranſire: multo facilius poſſet in corpus ſuum redire: preterea que ratio inducet nos vt credamus animã cui illata iniuria eſt illi ipſi patrocinari qui ſibi iniuriã intulit/ aut hominẽ poſſe facere: ne incorporea virtus in aliã ſubſtantiã tranſmutetur. Nam ſi eſt de corporibus impoſſibile: vt vnq̃ hominis corpus in aſini trãſmutetur; quãto minus inuiſibilẽ animã in ſubſtantiã demonis transformare poſſibile erit? Quare vetularum hec verba/ immo deſipientiũ ducenda ſunt/ et puerorũ ludibria. Nec enim poteſt anima e corpore ſeperata/ in his regionibus errare. Iuſtorũ anime enim in manu dei ſunt: infantiũ quoq̃ ſimiliter: non enim peccarunt. Peccatorũ vero poſt hunc exitum continuo abducũtur/ quod a lazaro ꝛ diuite planũ efficit: ſed alibi quoq̃ dñs ait: Hodie aĩam tuã abs te repetẽt. Nõ igit põt aĩa cũ a corpe abceſſerit apđ nos hic errare: nec id iniuria. Nã ſi q̃ iter faciũt cũ in ignotas regiones inciderint neſciũt quo ituri ſint: niſi ducẽ habeant: quantomagis anima relicto corpore cum nouã omnino ſibi vitã et viã ingrediat quo itura ſit ignorabit/ niſi ducẽ conſequatur: multis e locis ſcripture



comprobari poteſt: non errare hic poſt mortẽ iuſtoꝝ hominũ animas. Nã vt ſtephanus ait: Suſcipe ſpiritũ meũ. Et paulus reſolui ac eſſe cũ xp̃o deſiderabat. De patriarcha quoq̃ ſcriptura dicit: ꝛ appoſitus eſt ad patres ſuos; mortuus eſt in ſenectute bona. Et vero nec peccatoꝝ aĩe hic cõmorari poſſunt: diuitem audias quid dicat/ perpendaſq̃ quid petit: ꝛ nõ impetrat/ ꝙ ſi poſſent anime hominũ hic cõuerſari veniſſet ipe vt cupiebat: ꝛ ſuos de tormẽtis inferni feciſſet certiores; quo ex loco ſcripture illud etiã apte patet/ ꝙ poſt exitũ a corpe in locũ quẽdã certũ anime deducunt: vnde redire ſponte ſua nõ poſſunt: ſꝫ terribilẽ illũ iudicij diẽ ibi expectant. Et ſi quis dicet: ꝛ cuius rei gratia demones petierũt: vt ſcꝫ ad gregẽ porcoꝝ poſſent proficiſci: id ſibi xp̃s. pmiſit. Certe nõ illoꝝ gr̃a id fecit: veꝝ vt multa hic diſpẽſando doceret. Primũ enĩ qui liberati a demonibꝫ erant: facile hac ex re intellexerũt: quantũ doloris inſidiatores ſui demones habuerunt: deinde ꝛ omnes hinc diſcimus/ ne in ſuos quidẽ impetum facere demones audere niſi permittat. Tertio docemur niſi vel in ipa calamitate demoniaci diuina puidentia iuuarent: multa peiora ſibi a demonibus fierẽt/ q̃ tũc in porcos illata ſunt. Nã ꝙ maiori homines odio habeant/ q̃ expertes rationis animantes: nullus vnq̃ dubitauit. Quare qui porcis non pepercerũt: ſed cõfeſtim cũ ſibi cõceſſum eſt in precipitia cõpulerũt: multomagis homines quos incoluiſſent/ in deſertũ abegiſſent: niſi diuinitꝰ retinerẽtur: vnde manifeſtũ eſt neminem eſſe qui abſq̃ diuina gratia viuat. Et ſi nõ eodẽ modo cuncti eã percipiamꝰ: hoc ipm certe prouidentie quedã ſpecies eſt: nõ mĩma/ cũ ad id qđ vnicuiq̃ confert gratia puidẽtie accomodet: adhuc etiã illud diſcimꝰ: nõ cõmuniter ſolũ omnibꝫ deũ prouidere: verũ etiã vnicuiq̃ ſeparatim: qđ ꝛ ſi diſcipulis etiã adaperuit/ cũ dicit: pilos quoq̃ capitis ſui enumeratos eſſe: tñ ꝛ ab his demoniacis plane id perficit: de quibꝫ iã oĩno actũ fuiſſet: niſi diuina cura cõſeruarent: his igit de cauſis cõceſſit in porcoꝝ gregẽ abire: vt ſimul omnes q̃ regionẽ illã habitabant: quanta eſſet virtus eiꝰ: nõ ignorarent. Nã vbi magna fama de ipo erat ibi nõ minimũ ſe oſtendebat: vbi vero minus cognoſcebatur: nec quicq̃ de eo ferebat: ibi miraculis ideo magis effulgebat: vt eos ad cognoſcendã deitatẽ eius attraheret. Ipi vo ſic inſenſibiles fuerũt/ ſicut euentus rerũ docuit: vt cũ admirari adorareq̃ virtutem ipius deberent repellerent potius: hortarẽturq̃ a finibꝫ coꝝ recedere. Sed quare a demonibꝫ porci ĩterempti ſunt? Semper in deiectionẽ animos hominũ intrudere demones ſtuduerunt: ſempq̃ gaudẽt cede ac vaſtitate: qđ ꝛ princeps eoꝝ diabolus aduerſus Iob fecit: cũ ſibi deus petenti cõceſſerit: non ſui gr̃a: veꝝ vt ſeruũ ſuũ faceret clariorẽ: ꝛ ipudẽtiã diaboli deprimeret: ac in caput ſuũ cũcta q̃ aduerſus iuſtũ excogitarat cõuerteret. Nã ꝛ hic oppoſitũ certe factũ eſt/ q̃ demones optauiſſent/ cũ et xp̃i virtꝰ preclare predicaretur: et eorũ malitia ꝛ durities ac impotentia manifeſtius appareret: ita vt nec in porcos habere poteſtatẽ videant: niſi creator omniũ deus conceſſerit hec: ſi quis etiam anagogice velit accipere non prohibemus: dũ rerũ veritatẽ ita ſecundũ hiſtoriã habuiſſe ſe credat: vt euãgeliſta preſcripſit. Scire tamẽ licet multos homines: quia porcorum more nõ hominũ viuant: facile a demonibus inuadi ſolere: qui quouſq̃ aliquid hominis ſapiunt: forſan effugere poterint. Si vero porci omnino fient/ nõ a demonibus ſolũ exagitabuntur: verũ etiã per precipitia deferent: ſed ne fictam fabulã hoc eſſe putes: ſed firmiter credas expulſos ab hominibus demones fuiſſe porcoꝝ interitus efficit. Tu vero non omnipotentiã eius ſolũ: ſed etiã clementiã conſidera. Nam cũ a regione ſua qui hec miracula viderũt eũ ingrati abigerent: non repugnauit: ſed ceſſit/ ac ipos qui ſe ſua doctrina indignos faciebãt reliquit. Illi tamẽ qui a demonibꝰ liberati erant/ remanſerunt miraculi expoſitores: vt ab eis que facta erãt omnes percipere poſſent: ipe autẽ ꝛ ſi receſſit: timorem tamẽ ab eis nõ abſtulit. Magnitudo enĩ damni atq̃ iactura porcorũ ſigni famã augebat: ꝛ vndiq̃ miraculi nouitas predicabat ab his qui liberati erant a porcorũ dominis/ ac etiã a paſtoribus ipſis.

Hec ſi altius conſideras etiã nunc fieri videbis multoſq̃ inuenies ĩ ſepulchris demoniacos/ quos ab inſania ſua: nõ ferrũ: nõ cathene: non multitudo hominũ: non exhortatio: non terror: non mine: non aliud quid huiuſmodi abducere poteſt. Quid enim luxuria corruptus atq̃ petulans/ qui ad omnẽ corporis formam hiſcit a demoniaco differt: nõ videt nudus ambulare; ſed corporeis quidẽ veſtibꝫ amictus eſt: veris autẽ veſtimentis priuatus: ſumma hominis gloria caret; non lapidibus ſeipm cedit; ſed ſceleribus: que lapidibus duriora aſperioraq̃ ſunt. Quis igitur hunc hominẽ iuuare poterit? quis eũ a petulantia remouebit? quis ei perſuadebit/ vt laſciuiam aſpernet? Quo fit vt nunq̃ ſit in ſeipſo: ſed ſemper in ſepulchris verſetur. Sepulchra enĩ profecto ſunt meretricum diuerſoria/ cum multo fetore multa putredine: multa immunditia ſunt repleta. Acauarus nõne talis eſt? Quid enĩ ipm ligare poterit? Certe nõ timor: non quottidiane mine: nõ exhortationes: non conſilia: omnia enim hec vincula ſpernit: adiurateq̃ omnes qui eum a cupiditate auri remouere volunt ne faciant: ſuppliciũ putans eſſe maximũ non viuere in ſupplicio. Quid enim miſerius auaro? Nam demoniacus verbo chriſti abactis demonibus liberatus eſt: pecunie autẽ ſeruus xp̃o non auſcultat: nam ꝛ ſi quotidie chriſtũ audit predicantem: non poteſtis deo ſeruire ac mammone: ꝛ ſi gehẽne terror incutitur: ac inferni pene iminere dicuntur: non credit tamẽ: nec chriſti verbo credit: nõ quia robuſtior ipo ſit: ſed quia nolentes nos ad virtutẽ xp̃s nõ adducit: iccirco etiã q̃uis celebres habitet vrbes: deſolatus tamẽ eſt. Quis enĩ mentis cõpos cũ huiuſmõi hominibꝰ cõuerſabitur? Nã mea quidem ſententia cũ mille demoniacis habitandũ potius eſſet/ q̃ cum vno qui hoc morbo laboraret: que quidẽ ſententia mea ab his qui vtriq̃ patiuntur probari facile poteſt. Nam eris quidem auidi beniuolos niſi vtiles ſibi ſint inimicos dicunt et liberum hominem/ ſi poſſent libenter in ſeruitutem ſuam redigerent. Demoniaci vero nihil huiuſmodi faciunt: ſed ipſi ſoli ſuo malo laborant: et illi quidẽ multas domos euertunt: nomẽq̃ dei propter ipas blaſphemant. Cõmunis erumpna ciuitatũ atq̃ orbis totiꝰ: demõibꝫ aũt exagitati lachrymas nob ita mouent/ vt eoꝝ facile miſeremur: ꝛ iſti nõ ſentiunt plerũq̃ qđ agũt: illi pmeditati oĩa faciũt in medijs

vꝛbibus bachantes/ ac nouam iennſanites inſaniam. Quādo enī omēs ſimul demoniaci tantū facinoꝛis cōmitterēt/ quantū iudas ſolū cōmiſit? Qui ad extremā iniquitatem turpi pecuniaꝝ ardoꝛe deuectꝰ eſt: pariterqꝫ oēs qui auaritiā illiꝰ imitantur. quaſi fere beſtie a cathenis ſolute: cunctos homines nullo reſiſtente perturbāt/ ac lacerāt: ⁊ vincula q̄dē etiā his vndiqꝫ cōiecta ſunt/ iudicij timoꝛ/ legū terroꝛ/ multoꝝ odia/ ceteraqꝫ hmōi: ſed his ruptis oīa perturbant: ꝙ ſi quis hos nexus oīno ab eis auferret/ tunc videres peioꝛe hos demone/ q̄ꝫ demoniacos/ ac foꝛtiore vexari: verū quoniā id facere nō poſſumus/ ſaltē oꝛatione ita fingamꝰ/ vt cū omnes cathenas ab eo mente abſtulerimꝰ: clare inſaniā eius perſpiciamꝰ. Sed nolite atrocitatē beſtie cū adapta fuerit foꝛmidare: nā hec nō veritate rerū facimꝰ: ſed ſola oꝛatione confingimus. Fingite ergo videre tetrū quendā hominē/ qui ab oculis ignē emittat: cui ex vtraqꝫ humero dꝛacones pꝛo manibꝫ dependeant/ cuiꝰ os caverne inſtar magnitudine ſit: in q̄ ꝓ dētibꝫ acuti enſes ſtēt: ex lingua venenoſus fons ſcaturiat. Venter omni foꝛnaci ſit ardentioꝛ: cuncta que immittunt̄ ſubito cōſumens: pedes alati ventis quoqꝫ ipis velocioꝛes: facies canis/ ac lupi ſimul faciē oſtendat: nec hominis vocē emittat: ſed inſuaue quoddā atqꝫ terribile mugiat: is ad hec oīa faces ardentes in manibus teneat. Mira hec foꝛſan vobis vident̄: ſed nōdū digne ipm̄ deſcripſimꝰ: ſequi etiā debent hoꝝ inſtrumentoꝝ effectꝰ: itaqꝫ imaginemur eū obuiā factos iugulare: carnes eoꝝ lacerare ac deuoꝛare. Sed quid facio? Nā ⁊ hoc deſcripto multo trululentioꝛ eſt auarꝰ in omnes vt moꝛs inſiliens: omnes vt infernꝰ deglutiens: cōmunis generis hominū hoſtis: quippe qui vellet res oīum ſibi arrogare: nec finē hic facit: verū cū vndiqꝫ cupiditate cuncta collegerit: ipſius etiā terre ſubſtantiā in aurum cōmutari vellet: fontes ac fluuios argento optat defluere: verū vt videatis nondū nos inſaniā illiꝰ oꝛatione aſſecutos: fingamꝰ a nemine ipm̄ accuſari/ nullū ſibi terroꝛē iminere: nō a iudicijs: non a cōſuetudīe hominū: nō a legibꝫ: ⁊ tūc videbis ipm̄ arrepto enſe omēs interimere: nulli parcere nō amico: nō cognato: nō ipis parentibꝫ: ſed quid plura interrogatis auarū/ ſi hec ſecū quotidie verſat: ſi oēs cogitatione inuadat amicos/ cognatos/ parentes. At nec interrogare quidē ipos opus eſt. Scitis enī oēs ꝙ qui hoc moꝛbo pꝛemunt̄: ⁊ vitā parentū ſenū grauiter ferūt: ⁊ dulce illud ⁊ natura ſuauiſſimū liberoꝝ donū aſpernant̄: vnde factū eſt vt multi ſterilitatē vxoꝛū herbis excogitarint: ac naturā oꝛbā effecerint: qui ⁊ ſi filios natos nō interfecerūt: attamē ne oīno naſcerent̄ effecerūt. Quare nolite admirari ſi ſic auaros deſcripſimus: cū videatis non potuiſſe nos pꝛauitatē eoꝝ oꝛatione aſſequi: ſed conſiderate quō poterint ab hoc acerbiſſimo demone liberari. Quo pacto igit̄ liberabunt̄? Si pſuaderi ſibi certe poterit impedimento auaritiā eſſe maximo ad conquirendā grandē pecuniā. Queſtus enī cupidi parui ſpe lucri magnas plerūqꝫ faciūt iacturas. Nam multi cū magnis locare pecuniā ſtudeāt vſuris: cupiditate lucri minus diligēter cōditionē eoꝝ examinauerunt/ quibꝫ pecuniā crediderūt/ atqꝫ ita ſoꝛtis quoqꝫ ipſius iacturā fecerunt. Multi cū in magna pericula deueniſſent: quia parua ſe pecunia redimere noluerunt: vitā vna cū opibꝰ amiſerūt: multi cū aut dignitates/ aut hmōi aliquid adipiſci pecunia potuiſſent: pꝛopter auaritiā omnia perdiderūt: nec mirū nā qui ſeminare negligūt/ ac ſemꝑ ad meſſem ſe pꝛeparant: ipius etiā expertes plerūqꝫ remāſerūt Nemo eſt quippe qui ſemꝑ metere/ aut ſemꝑ emolumenta conſequi poſſit: ita cū velint impenſas fugere: nec lucrari ſciunt: qō vna in re facile ꝑſpicere poteſtis. Nā ſi vxoꝛē ducere volunt: aut decepti inopē pꝛo opulenta eligūt: aut pꝛopter diuitē ductā maioꝛa damna ſuſcipiunt. Nō enī vxoꝛes: opes: ſed virtus/ diuitias pꝛeparat: nā que vtilitas maxie dotis eſt/ cū inepta/ pꝛodiga vxoꝛ ſit/ cū vt ventus oīa diſſipet. Quid poꝛro ſi laſciua petulāſqꝫ ſit/ quam mille cōſequant̄ amantes? Qꝫ ſi etiā ebꝛioſa: nonne citius in ſummā maritū depellet paupertatē? Hec omnia vobiſcū oꝛo ſepiꝰ verſate. Nā a rebꝰ futuris ſiue gehenna ſiue regno celoꝝ nō poſſum vobis pꝛodeſſe. Si enim auari eſtis/ nō recte ſermonē de illis rebꝫ accipietis: ſi erga damna ⁊ iacturas quas ſepe cupiditate queſtus feciſtis: vel in mutuo dando: vl' in emēdo: vl' in vxoꝛē ducēdo: vel in tutelis ac alijs huiuſcemōi pꝛe oculis ſemꝑ habebitis: facile ꝓpter hoc ipm̄ ꝙ eris pauidi eſtis: auaritiā cōtemnetis: ⁊ ſic tā pꝛeſentē vitā tutiꝰ agetis/ q̄ꝫ animi oculis aliquando adapertis ſolē ꝑſpicere: ac ſupꝛeme philoſophie poteritis inſtituta ꝑcipere: quibꝫ efficiet̄/ vt vitā eternā cōſequamur: ad quā omnes perueniamꝰ gratia ⁊ miſericoꝛdia domini noſtri ieſu xp̄i Amen.

Homelia. XXX. Ex capitulo. IX.

## Et aſcendēs in nauiculā trāſfretauit ⁊ venit ī ciuitatē ſuā Et ecce offerebāt ei paralyticū iacentē ī lecto. Uidēs aūt ieſus fidē illoꝝ dixit paralytico: Confide fili remittuntur tibi peccata tua.

Pꝛopꝛiā hic ciuitatē eiꝰ capharnaū appellauit: bethleē enī ipm̄ tulit: nazareth educauit: ſꝫ capharnaū perpetuū ipius erat habitaculū. Paralyticus certe hic nō eſt ille/ de quo ioānes fecit mentionem. Nā ille apud piſcinā hieroſolymis iacebat: hic in capharnaū: ⁊ ille triginta ⁊ octo annis laboꝛauit: de hoc ꝟo nihil tale aſcriptū eſt: ꝑterea nullos ille habuit miſtros: hūc afferri ad ihm̄ miniſtris videmꝰ. Ad hec: [Confide fili dixit: huic remittunt̄ tibi pc̄tā tua.] Illū ꝟo iterrogauit/ an vellet ſanꝰ fieri: accedit ꝙ in ſabbato illū curauit: hūc ꝟo nō in ſabbato. Nihil enī tale hic accuſare iudei vident̄. Poſtremo poſt h̄ ſignū tacuerūt iudei: pꝰ illō impoꝛtuni pſeqbant̄. Hec ñ ocioſe dixi: ſꝫ ne q̇s vnū eūdēqꝫ putās eſſe diſſonātie miracula euāgelio afferat. Tu ꝟo q̄ꝫ clemēs quāqꝫ humilis ſit dn̄s cōſidera. Nā ⁊ antea turbas miti aīo remouit: ⁊ a geraſēis pulſus ñ reſtitit: ſꝫ r̄ceſſit: ñ ꝓcul tñ rurſuſqꝫ cū ēt poſſet pedes trāſire nauigio ſe ac diſcipl'os traiecit. Non enī ſemꝑ ſigna facere volebat: ne humanitat' ſue miſterio derogaret: mattheꝰ igit̄: Attulerūt eū inq̄t. Alij aūt ꝑ tectū demiſſū fuiſſe deſcripſerūt: ac ita xp̄o ꝓpoſitū: vt nihil a miniſtris qui fide adducti rē totā ei tradiderunt diceretur. Nā ⁊ ſi in pꝛincipio pꝛedicatiōis nō tantā ab adeuntibꝫ fidē poſtulabat. Poſtea tamen nō a laboꝛantibꝰ ſolū: verū etiā a miniſtris flagitari fidē nōnunq̄ꝫ videmꝰ: ac maxime quando egrotātes moꝛbo impediti: nō recte ſapiūt: ſed hic etiā qui paraliticū dimiſerunt crediderunt. Videns enī inquit fidē coꝝ: ⁊ paraliticꝰ ipe niſi credidiſſet demitti pꝛofecto non voluiſſet: quoniā ergo tanta illi fide aduenerūt: pꝛopterea dn̄s quoqꝫ virtutē ſuā magis oſtēdit: ſumma cū poteſtate a delictoꝝ vinculis ipm̄ diſſoluens: vt ex omnibꝫ his patri ſe demonſtraret equalē: que quidē altiꝰ mihi repetenda eſſe vident̄. Manifeſtā igit̄ fecit poteſtatē ſuā/ cū ad lepꝛoſum dixit: Volo mundare: cū centurionē dic verbo ſolū ⁊ ſanabit̄ puer meus dicentē: magnis laudibꝫ extulit. Cū mari frenū verbis impoſuerit/ cū demones qui iudicij poteſtatē eū habere cōfitebant̄/ quaſi dominus eiecerit. Nunc rurſus alio quodā multoqꝫ maioꝛi mō inimicos ſuos cogit: equalē ſe patri verbis ſuis confiteri: nā ipe omnē ambitionē fugiens qm̄ magna erat multitudo circūfuſa: adeo vt omni obſtruſo introitu a tecto paraliticū demiſerint. Noluit ſtatim coꝛpꝰ curare: verū vt ab inimicis ſibi occaſio traderet̄/ latentē atqꝫ abditā curā anime cōtulit: cū peccata dimiſit: qō quidē ⁊ paralytico neceſſariū erat/ ⁊ ipi nimiū glorioſum nō erat: hec iudei cū pꝛauitate anī vexati repꝛehenderūt: maioꝛa videri inuiti omnia perfecerunt. Sapiētia enī eiꝰ factum eſt/ vt ex inuidia eoꝝ multo magis ſigna apparerēt Videamꝰ igit̄ poſteaq̄ꝫ illi turbati dixerunt: Hic blaſphemat/ quis poteſt peccata dimittere/ niſi ſolus deus? Videamꝰ inquit quid ipe ait: vtrū opinionē eoꝝ impꝛobauerit: an potius cōpꝛobauerit? niſi enī equalis eſſet patri dixiſſet: Certe recte ſapitis: pꝛocul ego abſum a tanta poteſtate. Nūc ꝟo nihil hoꝝ dixit: ſed contra tā verbo aut ſigno affirmauit: ita qm̄ ſolet eſſe audiētibꝫ moleſtū vt aliq̇s de ſe ipſo apertiꝰ dicat: alioꝝ ꝟbis ⁊ ſigno deū ſe patriqꝫ equalē eſſe oſtendit: qō mirabiliꝰ eſt nō per amicos ſolū: verū etiā per inimicos hoc peragit: vt ⁊ virtutis ⁊ ſapientie ſue pelagus pateat: per amicos quidē qm̄ dixit volo mundare. Et quoniā neqꝫ in iſrael tantā fidē inuenī: ꝑ inimicos vero nūc/ cū enī illi dixiſſent neminē poſſe peccata dimittere/ niſi ſolūmō deū: intulit vt videatis quia poteſtatē habet filius homīs dimittere peccata in terra: tūc dixit paralytico: Surgens tolle grabatū tuū/ et vade in domū tuā. Non aūt ſolū id facit: ſed alibi etiā cū inimici ſui dicerent: Nō de bono opere/ ſed de blaſphemia lapidamus te: ⁊ quoniā cū ſis homo/ deū teipm̄ facis Nō refutauit opinionē illoꝝ: ſed appꝛobauit dicēs Si nō facio opera patris mei/ nolite credere mihi: ſin aūt facio/ ſi mihi nō creditis: ſaltē operibꝫ credite. Verū hic aliud ſignū deitatis ſue: ⁊ ꝙ patri equalis eſſet/ nō paruū oſtendit. Illi enī murmurantes ſecū dicebant: Peccatoꝛū dimiſſionē ſolius eſſe dei Ipe vero nō ſolū peccata dimiſit: ſꝫ occulta etiā coꝛdiū q̄ noſſe ſolius dei eſt manifeſtauit. Nō enī aperte dixerunt: ſed ſecū: hic blaſphemat dixerūt. Ieſus aūt motus animoꝝ nō ignoꝛans. Cur inquit mala cogitatis in coꝛdibꝰ veſtris? Qꝫ vero dei ſoliꝰ ſit ſecreta coꝛdiū noſſe: audi ꝓphetā dicentē: Tu noſcis coꝛda ſolus: ⁊ rurſus: Scrutās coꝛda ⁊ renes deꝰ: ⁊ Hieremias: Graue coꝛ eſt ſuꝑ omnia: ⁊ homo eſt: ⁊ quis noſcet eū? ⁊ homo videbit in faciē: deus aūt videbit in coꝛ: multis q̄qꝫ alijs percipere poſſumus ſolius eſſe dei mentē ac animos hominū cognoſcere Quare equalē patri ſe oſtendit: qui q̄ inimici ſui ſecū cogitabant: nec audebant multitudinē timentes ꝓferre: hec omnibus ſumma eis clementia reuelauit Qꝫ ſi turbationis aliquid ferre quemq̄ꝫ opoꝛtebit/ egrotū magis opoꝛtebat: qui quaſi deceptꝰ potuiſſet exclamare: Ego ad curandū coꝛpus veni: hic vero ad curandū animā refugit: vnde nāqꝫ manifeſtū eſt/ dimiſſa mihi eſſe peccata mea? nunc vero ille nihil huiuſcemodi dicit: ſed ſeipſum curātis poteſtati ſincere atqꝫ integre tradit. Scribe aūt peruerſitate atqꝫ inuidia beneficijs alioꝝ inſidiātur: icirco etiā clementiſſime ipos increpat/ re potius q̄ꝫ verbis vt dicere videatur: Si nō creditis poſſe me peccata dimittere: ⁊ tumoꝛis quodam afflatu id me arripere putatis/ qō nō habeā. Ecce ad illud hoc quoqꝫ adijcio ꝙ ſecreta veſtre mentis reuelabo: ⁊ ad hec tertiū rurſum addo paralitici coꝛpus firmū illico atqꝫ robuſtū cōſtituens: illud vero nō pꝛetermittendū/ ꝙ quādo peccata paralitici dimiſit: nō aperte poteſtatem ſuā manifeſtauit. Nō enī dixit dimitto tibi peccata tua: ſꝫ dimittuntur tibi peccata tua. Inimicis autē vꝛgentibus manifeſtius ſuā poteſtatē oſtendit Ait enī vt ſciatis quia poteſtatē habet filius hominis in terra peccata dimittrere: perpendis neqꝫ longe abeſt vt nolit equalis putari patri. Non enim dixit poteſtatē habere a deo filiū homīs: aut quia dedit ſibi deus poteſtatē: ſed poteſtatē habet filius hominis: nec ad gloꝛiā dico ait: ſꝫ vt vobis perſuadeā quia nō blaſphemo cū meipm̄ patri equalē faciam: ſed vt alibi: certa firmaqꝫ ſignoꝛū vult argumenta pꝛebere: veluti quādo dixit: Vade ⁊ oſtende teipm̄ ſacerdoti: quando ſocrū Petri ad adminiſtrationē vſqꝫ confirmauit: quando deniqꝫ in pꝛecipitia poꝛcos abire permiſit: ſed in hoc loco ꝙ peccata vere dimiſſa eſſent/ ſubita curatione coꝛpoꝛis/ quaſi certo quodā argumento eueſtigio confirmauit. Qꝫ vero coꝛpꝰ curatū erat/ quoniā grabatum tulit/ ac abijt dubitari nō poterat. Hec itaqꝫ facta ſunt/ ne quis putaret ficta fantaſmata videre: nec tamē pꝛius eū curauit/ q̄ꝫ ipos interrogauerit. Quid ſit faciliꝰ dicere: dimittūtur tibi peccata: an tolle grabatū tuū ⁊ vade in domū tuā? Hoc vero huiuſmodi eſt: vtrū vobis facilius videtur diſſolutū coꝛpus confirmare: an anime peccata dimittere? nec eſt dubiū qui cōfirmatio imbecillis coꝛpoꝛis facilius ſit. Nam quāto anima coꝛpoꝛe pꝛeſtantioꝛ/ tanto curatio eius curatione coꝛpoꝛis maioꝛ/ ac difficilioꝛ: verū quoniā alterū latet/ alterū patet: minus quoqꝫ ac manifeſtius adijcio: vt illud maius/ ac inuiſibile confirmatiꝰ/ certiuſqꝫ adhuc manifeſte reddat̄: ſic opere ipſo iā illud ſubaperiebat/ qō Ioannes dixit: Ipe tollit peccata mundi. Mittit autē eū cū ſanaſſet in domū ſuā: partim vt humilitatē oſtēderet: ꝙ eū nō retinuerit: partim ne multi nō ſignū verū: ſed fantaſma factū dicere auderent: qui enī moꝛbi teſtes erant: hos ⁊ ſanitatis teſtes eē volebat/ vt dicere videat̄: Ego quidē optaſſem pꝛeſentes omnes qui cū coꝛpoꝛe ſani ſint: aīa tñ vehemētiꝰ egrotāt/ his q̄ inter vos facta ſunt ad ſanā mentē reduci potuiſſe: ſed qm̄ nolūt vade in domū tuā vt ſaltem tuoꝝ mētes ab egrotatiōe reuoces. Videſne queādmodū tā coꝛpoꝛum q̄ꝫ aīaꝝ cōditoꝛē ſe eſſe oñdat. Nā vtriuſqꝫ ſubſtātie

moꝛbū curauit:⁊ occultū manifeſte patefecit. Sed
nihilominus etiā humi turbe adhuc iacent: mirate
nāqꝫ fuerant/ cū hoc vidiſſent:⁊ gloꝛificauerūt deū
qui tantā dedit hominibꝰ poteſtatē:ſed mentes co-
rū aſſiduis operibꝫ excitabat:⁊ ad ſublimiꝰ ſapien-
dū adducebat:nō enī paruū videbaꝛ/ ꝙ ceteris ho-
mībꝫ maioꝛē ⁊ a deo ipm veniſſe arbitrarenꝛ: que ſi
firmo animo tenuiſſent:hac via a minoꝛibꝫ ad maio
ra pꝛocedentes : cognoſſent pꝛofecto dei filiū fuiſſe:
ſed nō ſeruauerūt hec tenaciter:pꝛopterea ad excel-
lentioꝛa pꝛogredi nō potuerunt:ſed mutato animo
rurſus dicebant: Hic homo nō eſt a deo. Et quomō
ipe a deo eſt? Hec aſſidue vertebant ſecū/ quādo ꝑ-
turbationibꝫ animi victi huc ⁊ illuc incōſtanter fere
banꝛ/ qꝺ etiā nunc multi faciunt:cum equo animo
opoꝛteat ꝑferre ſuis perturbationibꝰ incitati. Deū
ipm vt credūt vlciſcunꝛ:qui cū poſſet in blaſphemā
tes fulmīa iacere:ſolē tamē ſuū oꝛiri ſuper oēs facit
imbꝛes demittit: ceteraqꝫ oīa clemētiſſime pꝛeſtat.

Ipm igiꝛ imitemur/ vt opoꝛtet exhoꝛtemur:cete
ros ad virtutē quieto aīo admoneamꝰ:nulla ira/
nulla ferocitate moueamur. Nec enī deo nocuiſti/ ſi
blaſphemaſti iratus: ſed gladiū in teipm cōuertiſti:
quare ingemiſce /lachꝛyma:lachꝛymis eī dignꝰ eſt
qui peccat:pꝛeterea nullū lachꝛymis melius reme-
diū eſt:ad hec peccatoꝝ vulnera /humilitas enī atqꝫ
contritio coꝛdis omnē vim ſuperat. Et cōſidera qm̄
ipe deus nobis /tā veteri ꝙꝫ noua ſcriptura:tunc lo
quiꝛ cū videaꝛ cōtumelijs fuiſſe iratꝰ. In veteri enī
ſcribiꝛ: Populus meꝰ quid feci tibi. In noua vero
Saule ſaule quid me perſequeris? Paulus enī cū
omni manſuetudine iubet aduerſarios alloqui : ſed
⁊ ipe xp̄s cū acceſſiſſent diſcipl'i/ rogaſſentqꝫ vt ignē
de celo demitteret:vehementer ipos increpauit di-
cens: Neſcitis cuiꝰ ſpūs eſtis vos:hic quoqꝫ nō di-
xit quid cogitatis ſceleſtes/ inuidi/ ⁊ ſalutis huma-
ne hoſtes :ſed cur mala in coꝛdibꝫ veſtris cogitatis?
Opoꝛtet ergo clementer egritudines animi remo-
uere:nā qui humano timoꝛe melioꝛ factꝰ ē:ad pꝛa-
uitatē rurſus cito redit: ꝓpterea zizania iuſſit dimit
ti/ vt penitentie tempus pꝛeberet. Multi certe tā-
ta penitentia cōpuncti ſunt:vt cū antea peruerſi eſ-
ſent:electiſſimi poſtea īuenirenꝛ: vt paulꝰ vt publi
canus / vt latro/ qui cū pꝛius zizania eſſent in opti-
mū triticū mutati ſunt: que quidē mutatio in ſemi-
nibꝫ impoſſibile eſt:at in voluntate facilis /atqꝫ pꝛo
cliua. Nō enī nature terminis ad bonū/ aut ad ma
lum voluntas diſſipaꝛ :ſed libero honoꝛaꝛ arbitrio
Quare cū inimicū vitatꝫ aliquē viderꝫ:oī ſtudio at-
qꝫ cura conare /ad virtutē reducere : ꝑmū viuēdi exē
plis: deinde oꝛatiōis grauitate:ac poſtremū patro-
cinij ⁊ auxilij copia. Nō graueris omnia emēdatio-
nis genera percurrere. Imitandi ſunt enī boni me-
dici/ qui nō vno curatiōis modo vtunꝛ:ſed cū vide-
rit pꝛimis remedijs nō eſſe depꝛeſſum moꝛbū : alia
atqꝫ alia rurſus excogitant:⁊ aliquādo quidē ligā-
tes membꝛa doloꝛibꝫ doloꝛes excutiunt: aliquādo
vero inſcindunt:ita multis varijſqꝫ medēdi generi
bus tandē coꝛpus ad ſanitatē reducūt:quare pari-
ter etiā tu animaꝝ medicꝰ factꝰ :oī curatiōis modo
ſcd̄m leges xp̄i vtaris:vt ⁊ operū tuoꝝ ⁊ alioꝝ ſalu-
tis mercedē accipias. Nā qui hec in gloꝛiā dei facit:
ipe quoqꝫ gloꝛiā cōſequeꝛ. Gloꝛificabo enī inqꝫt eos
qui me gloꝛificant. Quare omnia ad gloꝛiā dei aga-
mus: vt eternā requiē adipiſcamur: ad quā omnes
vtinā perueniamꝰ:gr̄a ⁊ miſericoꝛdia dn̄i noſtri ie-
ſu xp̄i:cui cū patre ſimul atqꝫ ſpirituiſancto /gloꝛia
imperiū/ honoꝛ/ nunc ⁊ ſempꝛ/ ⁊ in ſcl'a ſcl'oꝝ Amen

Homelia. XXXI. Ex capitulo. IX.

e

# T cū tranſiſſet:inde ieſus vi dit hominē ſedentem in te loneo: Mattheum nomīe ⁊ ait illi Sequere me. ⁊c.

Cū ingens ſignū mirabili curatione paralitici fe
ciſſet:nullā ibi moꝛā cōtraxit:ne ſcribe maioꝛi vidē-
tes ipm:arderent inuidia:ſed receſſit: vt turbationē
coꝝ mitigaret:qꝺ nobis quoqꝫ faciendū eſt. Nō enī
debemꝰ cominus in aduerſarios inſurgere :ſed vl-
ceribꝫ coꝝ mederi/ cedentes:vt doloꝛ coꝝ mitigetur
Sed cuiꝰ rei gratia nō cū petro ſimul ac iohanne:et
alijs diſcipulis ipm vocauit? Certe queadmodum
tūc ad illos acceſſit / vocauitqꝫ qn̄ obtēꝑaturos ſcie-
bat:ſic matheū ꝙꝫ nunc vocauit:qn̄ miraculoꝝ fa-
ma ꝑdomitū minime reluctaturū videbat. Qua de
cauſa etiā paulū poſt reſurrectionē piſcatus eſt. Nā
qui coꝛda ſcrutaꝛ/ ⁊ occulta mentiū perſpicit:is etiā
qn̄ vnuſquiſqꝫ ad obediendū paratus erat/ nō igno
rauit:pꝛopterea nō cōtinuo incipiens quando du-
rioꝛ fuit:ſed poſt mille miracula ⁊ inſignē atqꝫ pꝛo-
uulgatā famā aptioꝛē iā ad obtemperandū vocauit
ſed nō eſt ab re grandē euangeleſte philoſophiā ad-
mirari/ qui anteactā vitā ſuā non celauit: ⁊ nomen
ſuum aſcripſit/ qꝺ alij mutata appellatiōe occulta-
uerant. Sed cur dixit in teloneo ſediſſe? Uirtutem
vocantis voluit oſtēdere / ꝗ nō impoſito adhuc fine
pꝛaue publicanoꝝ cōuerſatiōis e medio maloꝝ pe-
lago ipm abſtraxit:ſicut beatū paulū quoqꝫ furiētē
ac oī rabie ardentē:⁊ ignē eccleſie inferentē/ reduxit
quā vocantis virtutē ad galathas ſcribēs expꝛeſſit
cū dicat: Audiſtis fratres aliqn̄ conuerſationē meā
in iudaiſmo: qꝛ ſupꝛa modū ꝑſequebar eccleſiā dei ⁊
expugnabā ipſam. piſcatoꝛes quoqꝫ a medijs operi
bus ſuis vocauit:ſed piſcatura quoddā artificiū eſt
qꝺ ꝙꝫuis rudioꝝ hominū ſit:nihilominꝰ nō vitupe
raꝛ:publicanoꝝ aūt ſtudia ⁊ exercitatio impudētie
ac crudelitatis plena ſunt:queſtus:nota illiberalis
turpis quedā mercatura :immo rapina lege ſecula-
ri cōceſſa:ꝗ oīa nō erubuit dn̄s :ſi ſibi amicū fecit pu
blicanū :nec mirū qn̄ nec meretricē erubuit/ quā nō
a foꝛnicatōe ſolū eripuit: verū etiā pedes oſculari ꝑ
miſit. Uenit enī non vt coꝛpoꝛa ſolū curaret:verum
etiam multomagis vt egrotis animis incolumita
tem pꝛeſtaret:qꝺ planū in paralitico fecit:cuius cū
peccata dimiſerit:tunc ad Mattheū acceſſit:ne tur
barentur:ſi publicanū viderent in diſcipuloꝛū con-
ſoꝛtio collocatum. Nam qui poteſt delictoꝛum diſ-
ſoluere vincula:cur mirum eſt ſi peccatoꝛem apoſto
lum fecit? Uidiſti virtutem vocātis: Diſce nunc vo
cati obedientiam. Non enim repugnauit:nec ambi
gendo ſecum dixit:putas ne publicanum/ peccato-
remqꝫ me recte abſqꝫ fraude vocauerit. Non eſt enī
huiuſcemodi humilitas laudabilis : ſed confeſtim
ita obtemperauit: vt nec domū quidē ad cōmunicā
dū rē cū ſuis pꝛofectꝰ ſit: veꝝ ſicut piſcatoꝛes pꝛius
retibus vna cum nauigio / atqꝫ patre relictis ſic iſte
publico officio ⁊ queſtu relicto ſequebatur: ſic pꝛe-



paratum animū atqꝫ pꝛemeditatū oſtendens:ſic ab
omni ſeculari negocio ſeipm eripiens:mirabili hac
obedientia teſtimoniū vocanti ꝑhibuit:ꝙ opoꝛtune
ipm vocauerit. Sed cur iā inquies nō de oībꝫ ſcri
pſit/ quō vocati ſunt: ſed de petro / iacobo/ iohanne
atqꝫ Philippo ſolū:de ceteris vero nihil? Quia iſti
maxie in humili artificio atqꝫ turpi queſtu verſabā
tur. Quid enī publicano peiꝰ:aut piſcatura humi-
lius? Philippū etiā nō fuiſſe inſignē a patria eius
planū fieri pōt:icci rco de his maxime ſcribūt. Qua
de cauſa cū laudabilia narrāt ſuſpectos habebis:ꝑ
ſertim cū multa ſigna ⁊ miracula bꝛeuiter tranſcur
rant : crucis vero patibulū qꝺ oppꝛobꝛij plenū eſſe
videbaꝛ exactiſſime ꝓſecuti ſunt: diſcipuloꝛūqꝫ ſtu-
dia / artificia / queſtus / cōtemptū / et ipius magiſtri
pꝛogenitoꝛes ꝗ turpitudīe aliqua detinebanꝛ:ma-
gna voce in mediū ꝓferūt. Patet ergo quanta ſibi
eſſet cura veritatis: cū nihil ad gratiā/ nihil ad oſtē
tationē ambitioſe cōſcripſerint:verū matthe9 voca
tus / honoꝛē quoqꝫ nō minimū cōſecutꝰ eſt. Menſa
enī dn̄i cōtinuo dignatꝰ:poterat facile maioꝛa quo
qꝫ ſperare:qui videbat iā ſe libere cū dn̄o cōuerſari:
ꝙꝫuis ieſus nō cū illo ſolū ad mēſam accubuerit:ſed
alijs quoqꝫ cū multis qꝺ ſibi crimini a nobilioꝛibꝰ
dabaꝛ:qui peccatoꝛes depellendos eſſe cēſebāt :ſed
nec hoc ipm celarūt euangeliſte/ qꝺ ab imꝓbis atqꝫ
inuidis ad infamiā dicebaꝛ. Cōcurrunt autē quaſi
ad cōſoꝛtē artificij multi publicani / quos matthꝰ
letitia nō parua ꝓpter acceſſum xp̄i inuitauit: domi
no ita diſponente/ qui omne genus curationis ani-
moꝝ exhibuit: nec diſputando ſolū /aut egrotos cu
rando/ aut inimicos redarguendo: verū etiā come-
dendo/ atqꝫ bibendo:multos a vitijs ad virtutē re-
duxit/ vt nos doctioꝛes his omnibꝫ efficeret. Nō eī
tempus nec opus / ex quo nō poſſumꝰ vtilitatē ſub-
ducere. Et ꝙꝫuis que tūc appoſita erāt/ iniuſte atqꝫ
rapaciter fuerunt acquiſita :non repulit tn̄ ea dn̄s:
ſed aſſumpſit ex illis. Magnū enī lucrū oꝛiebatur:
quinimo eodē tecto/ eadēqꝫ mēſa cū peccatoꝛibꝫ vtiꝛ
Hec certe bonū medicū decent:ꝗ niſi laboꝛantiū pu
tredinē ferat:nō poteſt eos doloꝛibꝫ liberare:ſed do
minꝰ malā mltoꝝ de ſe exiſtimationē/ ad quā deue
nerūt:qm̄ cū publicanis ī domo publica ni comede
ret/ nō timuit. Illi aūt expꝛobꝛabant dicētes: Ecce
hō edax / ⁊ vini potatoꝛ/ publicanoꝝ amicꝰ ⁊ pecca
toꝝ. Audiant hec qui magnā ſibi per ieiuniū gloꝛiā
adipiſci ſtudent: diſcantqꝫ dominū edacē/ viniqꝫ po
tatoꝛē appellatū nō erubuiſſe:omnia enī hec nō de-
ſpiciebat/ vt ad finē optatū perueniret :ſicut ⁊ factū
eſt. Nā ⁊ cōuertit oīno: ⁊ multo melioꝛē publicanū
effecit. Et vt diſcas quantū alijs quoqꝫ pꝛofuit:qn̄
in domo matthei cū publicanis accubuit. Audi qꝺ
Zacheꝰ dicit: Aliꝰ quidē publicanꝰ qui cū xp̄i ver-
ba ꝑcepiſſet dicētis: Hodie in domo tua opoꝛtet me
manere:ſumma iucunditate ꝑfuſus medietatē ſub-
ſtantie pauperibꝫ tribuit: ⁊ cuiqꝫ aliquid calumnio
ſe abſtulit:reddidit quadruplū. Ad quē ieſus hodie
ſalus huic domui facta eſt. Recte enī diximꝰ omni
ex re melioꝛes homines poſſe fieri. Sed quō inqui-
es paulus ꝑcipit: Si qs cū frater nomineꝛ ſit foꝛni
catoꝛ vel rapax:cū eo nō comedere. Pꝛimū quidem
nō patet:ſi magiſtris etiā hec a paulo pꝛecepta ſunt
ſed non fratribꝫ ſolū: deinde nondū erant oīno facti
fratres / quos vitandos dixit. Ad hec:ad conſoꝛtiū
fratrū iā aſcitos:tunc vitare iubet cū in malis ꝑſeue
rent. Publicani aūt illi ab illicitis cōuerſi:iā melio
ra perſequebanꝛ: verū nihil hoꝛū phariſeos melio-
res fecit:ſed diſcipulos aggrediunꝛ dicentes: Cur
cū publicanis ⁊ peccatoꝛibus magiſter comedit ve-
ſter? Ita quando diſcipuli deliquiſſe in aliquo vide
bantur: xp̄m alloquuntur. Ecce inquiunt diſcipuli
tui faciunt/ qꝺ nō licet in ſabbato facere. Hic vero
ad omnes diſcipulos chꝛiſto detrahunt: que omnia
malitioſe agentes :volentes a magiſtro diſcipuloꝝ
multitudinē ſubducere. Quid aūt immenſa ſapien
tia domini ad hec? Non indigent inqꝫt valentes me
dico:ſed qui male habent/ perpendis quomō ad ꝓ-
poſitū maledicta coꝝ cōuertit: illi culpe dabāt quo-
niā cū huiuſmōi hominibꝫ cōuerſabaꝛ. Ipe vero cō
tra nō indignū eſſe aiebat conuerſari :cū his qui me
dici miſicoꝛdia īdigebāt:quare nō ꝓcul a culpa tm̄
hec eſſe oſtēdebat:ſed pꝛincipale pꝛopoſitū ſuū/ ⁊ lau
de maxima dignū:ſed ne videaꝛ turpitudinē vocan
tis annectere/ cū dicat male agentes medico indige
re. Illud adiecit increpans ipſos ac dicēs: Euntes
diſcite quid eſt miſericoꝛdiā volo / ⁊ nō ſacrificiū:qꝺ
dicebat vt paruā eos ſcripturaꝝ habere oſtenderet
peritiā. Quapꝛopter acrioꝛi quoqꝫ oꝛatione vſus ē:
nō cōmotꝰ ipe nequaꝙꝫ:ſed vt illos cōmoneret: ⁊ ꝙꝫ
uis potuiſſet dicere: Non vidiſtis me paralitici mē-
bꝛa firmaſſe: peccatoꝝ nexus diſſoluiſſe? nihil tamē
hoꝛū:ſed cōmunibꝫ ⁊ pꝛobabilibꝫ pꝛimo vtitur. De
niqꝫ ſcripturas in mediū adducit:cū enī dixerit non
eis qui recte valent medico opꝰ eſſe:ſed eis qui ma-
le valent. Et hinc occulte ſeipſum eſſe medicū decla
rauerit:tūc adiecit: Eūtes diſcite quid eſt miſericoꝛ
diā volo / ⁊ nō ſacrificiū:hoc ⁊ paulus facit. Nam a
cōmunibus pꝛimū ⁊ pꝛobabilibꝫ re confirmata vbi
dicit: Quis paſcit gregē:ac ex lacte eiꝰ nō comedit?
tunc ſcripturaꝝ teſtimoniū adduxit. In lege namqꝫ
Moyſi ſcriptū eſt inquit: Non frenabis bouē tritu
rantē: ſic dominꝰ euangeliū annūciaturis cōceſſit
ex euangelio viuere:ac vero ad diſcipulos aliter di
cit:in ſignoꝝ enim memoꝛiā reducit dicens: Obliti
eſtis panū ⁊ hominū quinqꝫ miliū ⁊ coꝛbium quos
tuliſtis. Non ſic aūt ad iſtos nunc ait : ſed cōmunis
imbecillitatis memīſſe facit: vt ex ipſoꝛum numero
eos etiā eſſe oſtendat:quippe qui nec ſcripturaꝝ pe-
ritiā habebant: ⁊ omnē virtutē negligentes:pluri-
mū in ſacrificijs confidebant:id enī occultiꝰ ſignifi-
cans bꝛeuiter tetigit/ qꝺ paſſim ab omnibꝰ dicitur
pꝛophetis / cū dicat: Quid eſt miſericoꝛdiā volo / ⁊
non ſacrificiū:quibus verbis pꝛobat illos eſſe/ qui
iniquiter agant:nō ſe/ quaſi dicat: cuius rei gratia
incuſatis me/ qui peccatoꝛes ad virtutem reduco/
aut cur patrem pꝛopter idipſum non incuſatis: quē
admodū igitur alibi ſimili argumento vtens dice-
bat: Pater meꝰ vſqꝫ modo operaꝛ / ⁊ ego opoꝛ:ſic ī
hoc loco: Eūtes inquit diſcite quid eſt miſericoꝛdiā
volo / ⁊ nō ſacrificiū. Alterū eī cōꝓbauit alteꝝ reꝓ-
bauit oſtēditqꝫ nō mō nō eſſe de malis / qꝺ illi vitu-
perabant : ſed ſcripturis multomagis ꝙꝫ ſacrificiū
laudatum. Cum igitur ⁊ a cōmunibus / a pꝛobabi-
libus ſententijs / ⁊ a ſcripturis ipſos compꝛeſſiſſet/
adiecit: Nō veni vocare iuſtos:ſed pctōꝛes ad peni-
tentiā: ꝗ ironice dicere videꝛ ſicut illud: Ecce adā fa
ctus eſt ꝙſi vnꝰ ex nobis: ⁊ iteꝝ: Si eſuriero nō tibi
dicā. Nā neminē in terris iuſtū fuiſſe apperuit pau-

lus vbi dicit: Omnes enī peccauerunt ⁊ egent gra
tia dei. Verū ꝙ hoc hic dicit / vocatoꝝ cōciliationē
reſpicere videt: adeo enī procul abeſt / ne peccatores
abominet: vt eoꝝ cauſa ſolū aduenīſſe teſtetur: ⁊ ne
his verbis reſupinos ac deſides faceret: quia pec-
catores appellauit: ad penitentiā cōfeſtim adduxit.
Non enī vt in peccato permaneremꝰ aduenit: ſ; vt
cōmutati meliora eligeremꝰ: verū cū vndiq; ora eo
rū partim a ſcripturis: partim a reꝝ ꝓbabilitate ob
ſtruſa fuerūt. Cumq; ipſi rei iā viderent / ac peccato
ſubiecti: quia legib; ⁊ ſcripturis ſe opponebāt: omi-
ſerunt ipm / ac ad diſcipulos iteꝝ crimē trāſtulerūt.
Et Lucas quidē phariſeos / hec vero iohānes diſci-
pulos feciſſe dicit: veriſimile aūt ē ab vtriſq; ſimul
factū fuiſſe. Phariſei enī confuſionē ſuā intelligen-
tes: iohānis diſcipulos mea quidē ſententia: veluti
in herodianis poſtea fecerūt / ſecū acceperunt. Emu
labant enī ſemp iohānis diſcipuli xpo: ⁊ multi ipſi
ſe opponebant: tunc ſolū ad humilitatē redacti / cū
iohannes in carcerē fuit adductus. Modeſtius enī
tunc acceſſerūt ad ieſum / ipſiq; nunciauerūt / ꝗ̄uis
poſtea ad primū inuidie viciū fuerit reuerſi. Quid
igit dicunt: propter quid nos ⁊ phariſei ieiunamꝰ
multū: diſcipuli aūt tui nō ieiunant. Et ecce hec illa
eſt egritudo / quā xps iam pridē depellebat / dicens
Quando ieiunas / vnge caput tuū / ⁊ faciē tuā laua
prouidebat enī quot quantaq; vitia hinc oriantur:
xps vero nō increpat eos acriter / tanq̄ inanē que-
rentes gloriā ⁊ incaſſum ſeſe oſtentantes: ſed maxi-
ma cū clementia reſpondet dicens: Non poſſunt fi
lij ſponſi ieiunare / donec cū ipis eſt ſponſus. Ita qñ
publicanis dicebat / vt animos coꝝ vulneratos cu
raret acriꝰ in ex ꝓbratores inſurrexit. Nūc vo cum
ipm atq; diſcipulos ſuos carperent humillime ſuc
currit: qḋ aūt dixerunt hmōi eſt: cōcedat tibi quaſi
medico ad curationē egritudinū cū egrotis comede
re: diſcipuli autē tui cur ieiunio ſpreto cōmeſationi-
bus attendunt: ⁊ vt crimē in maiꝰ efferat primū ſe
deinde phariſeos poſuerūt: cōparatione peccatum
amplificare ſtudētes. Nos enim inquiūt ⁊ phariſei
multū ieiunamꝰ / qḋ alteri a iohanne didicerūt: al-
teri a lege: veluti ⁊ phariſeꝰ ille dicebat: Ieiuno bis
in ſabbato. Quid igit ieſus ad hec: Non poſſunt fi
lij ſponſi ieiunare: donec cū eis ſponſus eſt. Se priꝰ
quidē medicū / nunc vero ſponſum ſe appellauit: in-
effabilia quedā miſteria his nominib; adapperiens
⁊ quanq̄ cum acrimonia potuiſſet: ſic in eos inuehi
vnde poteſtis vos huiuſcemōi ieiunandi legē tende
re: aut quā vtilitatē vobis ieiunia afferunt / cū mēs
veſtra ſcelerib; repleta ſit / cū alios accuſetis: ac cri-
minū nō paruas ipſi trabes gerentes in oculis / cū
ad aucupandā hominū gloriā omnia faciatis: cum
deniq; potiꝰ inanis gloria eſſet eijcienda / ⁊ oēs vir
tutes adhibende / fratrū dilectio / charitas / māſue-
tudo: nihil tñ hoꝝ dicit: ſed humillime / ac aīo equiſ
ſimo. Nō poſſunt inqt filij ſponſi ieiunare: donec cū
ipſis ſponſus eſt. In memoriā illoꝝ iohānis verba
reducens / quibꝰ ille dicebat: Qui habet ſponſum /
ſponſus eſt: amicus autē ſponſo aſſiſtens ⁊ audiens
ſponſum: gaudio gaudet ꝓpter vocē ſponſi. Id vero
hmōi eſt / gaudij atq; letitie preſens eſt tempus: no-
lite igit adhibere meſta: meſtū aūt quid ieiuniū eſt /
nō natura ſui: ſed cōparatione illoꝝ qui adhuc infir
miores ſunt. Nā prouectioribꝰ qui ad ſublimioris

philoſophie faſtigiū peruenire volunt: iucunda que
dam res eſt: ⁊ valde amabilis: ⁊ queadmodū ex bo-
na corporis habitudine leticia cōſequitur: ſic multo
maior eſt animi voluptas / quādo virtuti deditus
eſt: ſed ad mentē coꝝ ſuſpitioneſq; reſpōdit. Eſaias
vero de ieiunio verba faciens: humilitatē animi ie-
iuniū appellat: Moyſes quoq; pariter: dñs aūt nō
ex his que dicta ſunt tantūmodo ipos retrudit: ve-
rū etiā quia dicit: Veniet dies quando auferet ab
eis ſponſus: ⁊ tunc ieiunabūt. Unde patefacit non
ventris cauſa diſcipulos nō ieiunaſſe: ſed quadā eiꝰ
diſpenſatione mirabili: ⁊ ſimul cū his paſſionis mē
tionē in reſpondendo aduerſarijs fecit: vt aſueſcant
diſcipuli grauiora hec audire: ⁊ dolorē nō aſperna-
ri: nā ad eos ipſos de paſſione apertiꝰ dicere arduū
nimiū adhuc erat. Quippe qḋ multo poſt ad exerci
tatiores dictū / ipos cōturbauit. Ad alios igit dicit
vt mitiꝰ videat / ⁊ quadā ꝑmeditatiōe cōfirmet: ve
rū qm̄ paſſione ioānis ſuperbū quiddā meo iudicio
ſapere / atq; ſublime videbantur: hic quoq; tumorē
ipoꝝ deprimit: de reſurrectiōe tamē nondū fecit mē
tionē: nec erat adhuc oportunū de tanto miſterio di
cere. Nā ſcḋm naturā fit / vt q̄ natꝰ homo ē moriat:
illud oīno ſupra naturā eſt. Deinde qḋ in ſuperiori-
bus faciebat / id etiā cōficit hic. Nā ſicut cū inuidi eo
narent nephanda in eū cogitare crimina: quoniā cū
peccatorib; comederet: cōtra ipe perſuaſit: nō modo
crimē id nō eſſe: ſed laude quoq; digniſſimum: ſic in
hoc loco cū ipſi vellēt oſtēdere / neſcire ipm: vti diſci
pulis: facile probat eos potiꝰ qui hec dicūt ignora-
re ſequētibꝰ vti: ⁊ fruſtra ſine cauſa ceteros culpare
Nullus enī immittitit ait cōmiſſurā panni rudis i
veſtimēto veteri. Vide quō a probabilibꝰ cōfirmat
orationē. Tale namq; eſt qḋ dicit: Nondū diſcipuli
mei ad maiora cōſcenderūt: nōdū ſpū renouati ſunt
propterea hmōi indulgentia adhuc egent: vt maio-
ra ſibi pondera imponenda nō ſint: hoc aūt dicebat
Leges iā diſcipulis atq; regulas prebēs: vt cū etiā
ipſi ab errore gentiū diſcipulos aſciſcant: mites er-
ga eos ⁊ ſuaues ſint: neq; imittūt vinū ait nouū in
vtres veteres. Perpendis hec exempla ſimilia eſſe
priſcis: veſtimentū ſc; atq; vtres. Nā et hieremias
cingulū populū dixit: ⁊ tā de vtrib; q̄; de vino men
tionē fecit: a quib; nunc exempla accepit: quoniā et
de menſa ⁊ de ventris vitio ſermo erat: Lucas aūt
addit: qm̄ ⁊ nouū ſcinditur ſi veteri illud immiſeris
ita nō ſolū cōmodū ſequit: veꝝ etiā damnū cōſeque
tur. Sic eiſdē verbis ⁊ preſentia primo ⁊ futura ꝑ
dicunt: que anteq̄ veniāt nō oportere inquit auſte-
rū quoddā / aut aſperū diſcipulis precipere. Nā que
oportunitate nō expectata altiora homib; dogma-
ta proponit: is cū nec occaſio fuerit apta ad audien-
dū inueniet / cū iam ſemel eos corruperit. Ex nec ſu
ſceptibilis rei cauſa: nec ſuſcipientiū culpa cōtigerit
ſed propter imponentiū / atq; docentiū feſtinationē
importunā hic etiā cām docemur: q̄re humilioribꝰ
verbis ad ipos ſepe diſſeruit: cū itelligamꝰ ꝓpter in
firmitatē audiētiū mlta fuiſſe ab ipo humiliꝰ: q̄; di-
gnitas ſua pateret de ſeipo ñ diſputata: qḋ ⁊ apō io
hānē apertiꝰ exprimit: Multa vobis habeo dicere
inqt: ſed non poteſtis ferre mō. Nā ne putarent illa
ſolum fuiſſe: ſed multa maiora reſtare crederent: in
firmitatem eorū in mediū protulit: quaſi ꝑmittens
tūc illa etiā ipos audituros cum robuſtiores fuerit



quod pariter hic quoq; facit. Venient enim dies in
quit cū ſponſus ab eis auferetur ⁊ tunc ieiunabunt
Quas ob res nō debemꝰ cūcta in principio rerū
expoſcere: ſ; ea ſolū que incipiētib; facilia ſint. Gra
dus ſunt ad futura: ꝙ ſi curris atq; feſtinas veloci-
uſq; rem agere cupis: ideo noli feſtinare: quia quā-
to velociꝰ perficere feſtinas: tanto tardius perages
ideo ergo noli feſtinare q; feſtinas. Sed ne tibi ob-
ſcuritate ſermonis enigma dicere videamur: ipam
rerū naturā conſidera: ⁊ nō latebit te noſtre oratōis
ſententia: nec te quiſq; coꝝ qui te importune crimi-
nant cōturbet. Nā ⁊ tunc phariſei erant / qui crimi-
nabant ⁊ diſcipuli qui obprobrijs vrgebant: ſ; ni-
hil hoꝝ fecit vt xps immutaret ſententiā: nec cōceſ-
ſit dedecus eſſe: nō ieiunare hos / cū illi ieiunarent.
Verū vt gubernator optimꝰ nō cōfundit fluctibꝰ:
cū artificio ſuo confidat: ſic ieſus fecit. Dedecꝰ quip
pe nō erat / ſi nō ieiunabant: ſed qm̄ propter ieiuniū
magis faſtus: vlcerib; exacerbati dirumpebant: q̄
nos intelligētes his inſtitutis noſtris gubernemꝰ
Vxorē habes ornatū corporis nimiū adamātē: que
fuco perfuſa quotidie laſciuia: delicijs: loquacitate
diffundit. Nā ⁊ ſi hec oīa in mulierē vnā cōcidere
nequeūt: fingamꝰ tñ oratione oīa cōcurriſſe. S;
cur inquies de feminis potiꝰ q̄; de viris dicere vo-
luiſti: Sunt certe viri tali muliere corruptiores: ve
rū qm̄ marib; gubernatior natura concedit: idcirco
mulierē nūc deſcripſimꝰ: nō q; plura in mulieribꝰ
q̄; in viris vicia reperiant. Multa enī apud viros
ſepe inuenies: que apud mulieres nunq̄; / aut certe
rariꝰ reperient: vt cedē in ſepulchroꝝ euerſione / vt
inutilē aduerſus feroces beſtias pugnam / ceteraq;
hmōi. Nolite ergo putare ſexus contemptu nos iſta
facere: ſed quia cōmodiꝰ nunc eſt de feminis dicere.
Sit ergo talis mulier / quā deſcripſimꝰ / eāq; velit
vir eiꝰ oīni cura ⁊ ſtudio ad meliorē mentē reducere
Quo nā igit modo id paget: Si nō vniuerſa ſc; ſi-
mul imperabit: ſed faciliora ea q̄ priꝰ / quib; illa mi
nus ſtudere videat. Nā ſi cuncta ab initio i melius
vertere volueris / nihil facies. Nō ergo ſtatī aureis
ornamētis ipam priuabis: habeat interim atq; vta
tur. Nā id minꝰ eſſe malū videtur / q̄; depicta fuca-
taq; facies. Picturā ergo priꝰ auferas / idq; nō ter-
rore: nec minis facias: ſed miti iucundaq; ſuaſione /
partim alias accuſando / partim tuo iudicio atq; au
ctoritate improbando: fac vt a te ſepe audiat nō pla
cere tibi fucatas facies mulierū: abhominationem
atq; faſtidiū inde tibi tm̄ innaſci ſolere / vt ferre non
poſſis: cui tue ſententie aliorūq; oppinionē accomo
da / ꝙ nullā formoſam cōmuniter putēt: que nō ſuo
ſed alieno colore coloret. Interea nihil adhuc de ge
henna dixeris: nihil de regno celoꝝ: ſed ꝑſuade ipſi
magna te affici voluptate: cū talē eius faciē videas:
qualis a deo creata eſt: faciē vero corruptā ⁊ alienā
a natura ſua rubrica vel ceruſa / plena apud omnes
bonos vulgo improbari. Priꝰ igit his tritis ratio
nib; ⁊ cōmuni ſententia morbū ab aīa eiꝰ extermīa.
Et poſtq̄; his verbis ꝑmulſeris / de inferno etiā ac
celo: dicito nec ſemel: ſed iteꝝ atq; iteꝝ hec diſſerere
nō graueris: nō odio aut ira: ſed cū amore ⁊ letitia:
nūc adulando: nunc quaſi ex faſtidio / oculos auer-
tendo: nūc colēdo: nōne vides pictores modos hos
modo illos colores priorib; abraſis imponere: cum
formoſā faciē pingūt. Noli tu pictorib; indoctior fie

ri: illi corporis effigiē tabulis pingentes: tanto ſtu-
dio atq; cura vtunt: nos cū meliores animas facere
volumꝰ: ſedebimꝰ ocioſi nihil cogitantes. Nā ſi cū
faciē vxoris tue probe formaueris: nō videbis cor-
poris ſui faciē figmentis deformatā: nō labia quaſi
colore pertincta: nō os vrſe ore cruentato ſimillimū
nō atra ſupercilia quaſi ad ollā attriuerit: nō pulue
rulētas genas ceu ſepulchri parietes: que oīa cū
calx ⁊ cinis ⁊ puluis ſint: ſummā deformitatē effici
unt. Sed quo nā mō ad hec verba dilapſus ſum: vt
qui alios mouea cū humilitate docere: ipe ad irā vi
dear deuolutꝰ. Redeamꝰ igit ad mitiorē ammoni-
tionē: feramꝰ inq̄; ita noſtroꝝ delicta / vt interea in-
dulgendo emendemꝰ. An nō vides fieri ab omnib;
infantiū matrib; / cū vehementius plorent qñ abla
ctent. Non vides omnia nos equo animo pati: dū-
mō facimꝰ ne peiorē menſam repoſcant: ſimiliter in
corrigendo quoq; agamꝰ. Sufferamꝰ interim cete
ra / vt vnū ſolū cōſequamur: qḋ cū habebimꝰ: ad ali
ud hac via progrediemur: ac ita pariter ſimiliq; mō
de aureis ornamentis diſputabis: ſi paulatī ſic ani
mū vxoris tue formaueris: pictor eris optimꝰ: ſer-
uus fidelis: probꝰ agricola. Cū his ſimul illuſtriū
quoq; mulieꝝ que forma preſtiterunt: mentionē cre
bro facito: ſare videlicet rebecce atq; ſimiliū / quas
oēs cōſtat hmōi vanitatē cōtempſiſſe: qḋ inde pa-
tet / qm̄ lya patriarche iacob vxor: ⁊ ſi formoſa non
erat: nihil tñ hmōi excogitauit: nec faciem a natura
ſua traduxit: ſed permanebat integra nature cōſer-
uans lineamēta: nec ei offuit a gentib; educatā fuiſ
ſe. Tu vero cuiꝰ caput xps eſt que fidelis es: inuen
tiōes ſathane cōprobabis: nec recordaberis inq̄; fa
ciem chriſti: nec ſacramēti qḋ labia tua ornauit: nec
ſanguinis qui linguā tuā coccineā effecit: que oīa ſi
memoria teneres: etiā ſi valde ornatū amares: non
auderes tñ: nec ferre poſſes puluerē / aut cinerē ali-
quē ſuper faciē tuā imponere. Memento xpo te ad-
optatā fuiſſe: ⁊ hanc deformitatē abhominaberis:
nō enī gaudet his colorib;: ſed ſublimiorē pulchritu
dinē flagitat / aīe ſc;: quā etiā valde diligit / quā ⁊ ꝓ
pheta nō parui faciendā ducit: vbi ait: Et concupi-
ſcet rex pulchritudinē tuā. Non ergo inane q̄d atq;
ſuperfluū nobis imponamꝰ. Nulli enī ex operibus
dei aliq̄d deeſt: nec quicq̄; eſt qḋ emēdatione tua in-
digeat: neo imagini q̄ ad ſimilitudinē regis alicuiꝰ
facta eſt apponere / quicq̄; audet: ⁊ ſi audebit nō fa-
ciet impune: hominū igit operi nihil addis: qḋ vero
deus operatꝰ eſt id emendare conaris: nec gehenne
ignis tibi venit in mentē: nec anime periculū perti-
meſcis: que tūc oīno neglecta iacet / cū totā mentē cu
rā ſtudiūq; tuū ad corpꝰ cōtuliſti. Cur dico animā
negligi / cū ipi corpori cōtraria cōtingāt / q̄; optaris
qḋ inde patet: qm̄ cū hac re formoſa videri ſtudeas:
hac certe difformis appares: hac re marito placere
credis: hac nō paruꝰ ipi dolor adducit: nec ipi ſolū:
verū etiā alieni te culpāt: hac re quaſi formoſam glo
riari te poſſe putas: hac tibi nō parū dedecꝰ affert.
Non ſolum equales / atq; amicas: ſed conſcias an-
cillas / ⁊ ſcientes ſeruos cū vides erubeſcis: ⁊ mul-
to plus cum te in ſpeculo videas: ſed cur hec tā mul
ta connecto: maiora illa perteriens / ꝙ deum offen-
dis: modeſtiam ſuffodis: ſuſpitionum flammam in-
cendis: proſtituta ſcorta imitaris: que oīa cogitātes
cōtēnite diabolicos hoc ornatus: ⁊ inutiles artes: ac

ſoꝛmoſitate hac:immo deformitate omiſſa illā pul-
chꝛitudinē in animis cōparate:quā angelici cōcupi
ſcunt/quā deus diligit/que maritis iucunda eſt vt
honoꝛifice vita hic peracta/futurā quoqꝫ gloꝛiā cō-
ſequanꝛ:ad quā vtinā perueniamꝰ:gratia ⁊ miſeri-
coꝛdia domini noſtri ieſu xp̄i Amen

Homelia.XXXII.Ex capitulo.IX.

b **Ec illo loquente ad eos:ec-
ce pꝛinceps vnus acceſſit et
adoꝛabat eū dicēs: Domine filia
mea mō defuncta eſt: ſed veni im-
pone manū tuā ſup eā ⁊ viuet.⁊c.**

Opus iā ſermonibꝫ adiūgiꝛ: ⁊ phariſei magis cō
fundunꝛ:nā ⁊ qui acceſſit/ſynagoge pꝛinceps erat:
⁊ luctu magno pꝛemebaꝛ. Unica enī puella erat et
duodecimū annū ip̄m ferme floꝛē etatis attigerat.
Quā ob rē maxime confeſtim eā voluit ſuſcitari: ꝙ
ſi Lucas ſcribit veniſſe quoſdā qui dixerant: Noli
vexare magiſtrū/moꝛtua enī modo puellla eſt. Dice
mus ꝙ modo illud a tempoꝛe itineris coniĳcientis
erat modo moꝛtuā eſſe:aut foꝛſan calamitatē ampli
ficantis:nā qui re aliqua indigent:ſolent erumnas
ſuas augere:⁊ maioꝛes facere vt exoꝛent. Sed vide
ruditatē pꝛincipis eius:duo quedā a xp̄o poſtulat/
vt veniat ⁊ vt manū imponat:quod erat ſpirare ad
huc puellā qn̄ ab ea pater deceſſerat. Id ſyrꝰ quoqꝫ
naamā a pꝛopheta poſtulabat cū diceret: Exibit et
manū ſuā imponet:viſu enī ⁊ ſenſu indigent/qui ru
dioꝛes ſunt. Et marcꝰ quidē ⁊ lucas tres eū accepiſ
ſe diſcipulos dicunt:hic vero ſimpliciter diſcipulos
ſcripſit. Sed cuiꝰ rei gratia mattheū qui modo ac-
ceſſerat nō accepit:partim vt maioꝛi deſiderio arde
ret:partim qm̄ adhuc imperfectioꝛ erat: hac enī de
cauſa illos honoꝛat:vt alĳ ad ſublimioꝛa imitatione
illoꝝ conſcendere conenꝛ. Mattheo aūt ſatis erat/
ꝙ ſanguinis fluxu laboꝛantem ſanari viderat:ꝙ ea
dem dignatus:ꝙ alioꝝ cōſoꝛtio aſſumptus fuerat.
Euntē vero eū ſequebanꝛ multi:tum vt tantum vi
derent miraculū: tū ꝓpter dignitatē perſone/cuius
filia laboꝛabat. Et ad hec quoniā cū rudioꝛes plu-
rimi eſſent:nō ita integritatē anime/vt coꝛpis cura
tionem querebant/ea pꝛopter cōfluebant. Alĳ ſuis
moꝛbis cōpulſi: alĳ nouas inauditaſqꝫ res deſide-
rantes videre:doctrine autē pꝛedicationiſqꝫ gratia
pauci adhuc ad ip̄m cōcurrebant: et nihilominꝰ nō
dimiſit eos domū intrare: ſed nec diſcipulos quidē
omnes:eruditioꝛes nos faciēs paratioꝛeſqꝫ ad om-
nē oſtētationē depellendā. [Et ecce mulier que ſan
guinis fluxū patiebatur:duodecim ānis acceſſit re-
tro ⁊ tetigit fimbꝛiā veſtimenti eius:dicebat enī in-
tra ſe: Si tetigero tantū veſtimentū eius ſalua ero]
Quā ob rē nō libere atqꝫ apte ad ieſum acceſſit: ꝓ-
pter egrotatiōis genꝰ immundā ſe putabat/ac ideo
erubeſcebat. Nā ſi menſtruoꝝ tempoꝛe immūde pu
tabanꝛ:multo magis que nō natura:ſed pꝛeter na-
turā fluxū ſanguinis patiebaꝛ:immundā ſe non in
merito eſtimabat:pꝛopterea ergo abdit ſe atqꝫ occul
tat:quia egritudo hec imundities ſcd̄m legē iudica
baꝛ. Nōdū eī etiā ipſa recte de xp̄o ſentiebat:ac ideo
arbitrata eſt facile ip̄m poſſe celare. Pꝛima ꝟo hec
mulier publice accedere auſa ē: qm̄ feminas quoqꝫ
ip̄m curare iam audiuit: ⁊ qm̄ ad filiolā archiſyna-
gogi pꝛoficiſci cōſpiciebat: ⁊ ad domū quidē ſuā ꝗ̄-
uis opulenta eſſet:nihilominꝰ nō eſt cauſa vocare:
nec aperte acceſſit:ſed occulte cū fide veſtē ipſiꝰ teti-
git:cū fide dixi:quoniā nō dixit liberaboꝛne ab hac
egritudine ſi veſtē ipſiꝰ tetigero:an nō:ſed nō dubi-
tans ſanitatē ſe ab hmōi tactu conſecuturā acceſſit.
Dicebat enī inq̄t in ſeip̄a: Si ſolū tetigero veſtimē-
tū eiꝰ ſaluaboꝛ:pſpexit antea:vnde xp̄s exiuit e do-
mo videlicet publicani a quibꝫ omnibꝫ firmā nō du
biā ſpem capiebat. Quid aūt xp̄s:non paſſus eſt eā
latere:ſed pꝛoduxit in mediū:⁊ omnibꝫ rē multis de
cauſis fecit manifeſtā:ꝗ̄uis nōnulli ſtolidi ambitio
ne ip̄m cōmotū id feciſſe autument. Cur enī aiūt nō
paſſus eſt eā latere: Quid ais tu oīum ſcelere ſcele-
ſtioꝛ homo:qui mille ſigna tranſcurrit ambitiōe la
boꝛat: Sed cur ais ī mediū duxit: Pꝛimū vt ab oī
foꝛmidine feminā liberaret:ne conſcientie ſtimulis
quaſi furata ſanitatē exagitaretur. Deīde vt queqꝫ
ip̄ius curaret quē putauit latere potuiſſe: adhuc vt
fidem eiꝰ manifeſtā faceret:vt alĳ poſſent eā imita
ri:pꝛeterea nō eſt minus ſignū ſecreta coꝛdiū ſcire ꝗ̄
flumina ſanguinis coercere. Poſtremo pꝛincipē ſy-
nagoge voluit emendare/ne incredulitate oīa coꝛ
rumperet. Uenerūt enī qui dicerēt:noli vexare ma
giſtrū moꝛtua iā puella eſt:⁊ qui erant in domo de-
ridebant ip̄m dicentē qm̄ doꝛmit:ꝙ ne pater ſimili-
ter patereꝛ:fidē aperit mulieris. Id inde quoqꝫ pa-
tet/qm̄ dixit ad eū: Noli timere crede ſolū ⁊ ſaluabi
tur. Data enī opera cōmoꝛabaꝛ vt poſt moꝛtē puel-
le veniret: ⁊ hinc reſurrectiōis miſteriū patefaceret
icci͛rco tardiꝰ incedit ⁊ mulierē pluribus alloquiꝛ ⁊
vt puella moꝛiaꝛ:vt diximꝰ: ⁊ peruenirēt qui dice-
rent: Noli vexare magiſtrū:qđ ⁊ Lucas aperte oſtē
dens ſignanter dixit: [Adhuc ipſo loquēte venerūt
aliqui de domo dicentes: Moꝛtua eſt filia tua:no-
li vexare magiſtrū.] Moꝛtē ergo eius vulgari vo-
luit:ne reſurrectio foꝛet ſuſpecta qđ in omnibꝫ facit
Nā ad laſarū nō pꝰ pꝛimā aut alterā:ſed poſt tertiā
diē acceſſit:his igiꝛ de cauſis ī mediū adduxit ⁊ ait:
[Cōfide filia] Perterrita enī erat mulier:icci͛rco ⁊
cōfide dixit ⁊ filiā appellauit: et certe fides eiꝰ filiā
eam xp̄i effecit. Lucas aūt multo plura de muliere
nobis narrauit:ſcribit enī poſteaꝗ̄ acceſſerit et cu-
rata fuerit:nō pꝛius a xp̄o vocatā fuiſſe/ꝗ̄ queſitū
ſic fuerit: Quis eſt qui tetigit me: Petrꝰ autē ⁊ alĳ
reſpondebāt: Pꝛeceptoꝛ turbe te cōtinent ⁊ cōpꝛi-
munt: ⁊ tu dicis:quis eſt qui tetigit me. Id nō paꝝ
erat ſignū ⁊ verā ip̄m carnē indutū eſſe: ⁊ omnē ſu-
perbiā cōculcare. Nō enī pꝛoſequebanꝛ: ſed vndiqꝫ
ip̄m cōpꝛimebāt:pſeuerabat aūt dicēs: Tetigit me
aliquis:cognoui enī virtutē a me exiſſe: qđ reſpon-
ſum rudicati audiētiū accomodatum facile fecit: vt
mulier quoqꝫ ad cōfeſſionē animū induceret. Ideo
ip̄am nō ſtatim redarguit:vt cū oſtēdiſſet oīa ſe ſci
re:ſponte accederet ip̄a ⁊ factū pꝛedicaret:ꝙ ſi pꝛius
ip̄e dixiſſet ſuſpectus videreꝛ. Uides mulierē longe
archiſynagogo pꝛeſtantioꝛē: nō ap̄phendit:nō ꝗ̄qꝫ
detinuit:digitis ſolū tetigit:⁊ non cū vltima veniſ
ſet pꝛima curata receſſit: ⁊ ille medicū ip̄m ducebat
ad domū:huic vero ſolus tactꝰ ſuffecit. Nā ⁊ ſi egri
tudine tardabaꝛ/fidei tn̄ voluntate volabat:perpē
de aūt quō ipſi rē attribuit dicēs: [Fides tua ſaluā
te fecit] Si ambitionis oſtentatiōiſqꝫ grā in mediū



pꝛoduxiſſet:vt inſani dicunt: nequaꝗ̄ id adieciſſet/
quo ⁊ archiſynagogum ad fidē reduxit: ⁊ nō minoꝛ
vtilitas coꝛpoꝛis curatione/⁊ voluptas mulieri p̄-
ſtita eſt. Ex autē ad mulieris honoꝛē/atqꝫ gloꝛiam
emendationē quoqꝫ alioꝝ:nō ad ambitionem facta
ſunt:inde patet ꝙ abſqꝫ hoc ſigno non minꝰ ip̄e mi-
rabilis eſſet futurus: cū guttaꝝ pluuie copiā multi
tudo ſuperaret:⁊ multo maioꝛa hoc ⁊ poſtea fecerit.
Mulier vero niſi xp̄s factū ſuū manifeſtaſſet tā ma
gnis laudibꝫ caruiſſet:ideo eā in mediū pꝛoduxit:fa
ctū illius p̄dicauit:metū eiecit:tremens enī acceſſit
cōfidere iuſſit/⁊ ad reparationē ſanitatis alia quo-
qꝫ pꝛebuit quietis viatica dicens: [Uade in pace.]
Ueniēs aūt in domū pꝛincipis ⁊ videns tibicines
ac turbā tumultuantē dixit: Diſcedite:nō eſt enim
moꝛtua puella:ſed doꝛmit. Amara hinc archiſyna-
gogo facta eſt coniectura:tibie nāqꝫ ceteraqꝫ inſtru-
menta hmōi/quoniā moꝛtua erat puella ad cōcitā-
dū fletū adhibita fuerunt. Quid aūt xp̄s: ceteros q̇
dē homines eiecit/parentes aūt puelle dimiſit vt te
ſtimoniū pꝛeberēt: a xp̄o nō ab alio ſuſcitatā fuiſſe/
ꝗ̄uis anteꝗ̄ ſurrexiſſet:verbo illā ſanaſſet dicendo
Non eſt moꝛtua:ſed doꝛmit: ⁊ veluti anteꝗ̄ fluctꝰ
maris ſedaſſet: diſcipulos ip̄os increpauit/pariter
quoqꝫ in hoc loco turbationē mentis eoꝝ/qui ade-
rant adiecit: oſtendens quaſi a ſomno facile ſibi eſſe
moꝛtuos excitare. Id alibi quoqꝫ fecit dicēs: Laza-
rus amicus noſter doꝛmit. His etiā docet nō eſſe ti
mendā moꝛtē/cū ad conditionē ſomni iā redacta ſit
Deinde qm̄ ip̄e quoqꝫ moꝛiturus erat: alioꝝ moꝛte
ac reſurrectione faciebat/vt diſcipuli cōfiderent/ac
equiſſimo animo moꝛtē ipſiꝰ ferrent: cuiꝰ aduentu
moꝛs in ſomni cōditionē deueniſſet. Deridebāt aūt
ip̄m:ipſe vero ⁊ ſi viderat nullā eos de verbis ſuis
fidē facere:nihilominꝰ nō moleſte ferebat/ac incre-
pauit deridentes/vt tā deriſio ꝗ̄ tibie atqꝫ luctus
mirabili reſtantia nouitati in maius illud efferrent
Nā quoniā ſolent homines facta p̄teritaqꝫ ſigna nō
credere/ſuis ip̄oꝝ verbis ⁊ riſu eos pꝛeoccupat:qđ
⁊ in lazaro ⁊ in moyſe ſimiliter factū eſt: dixit enim
moyſi: Quid eſt hoc qđ in manu tua eſt: vt cū vidiſ-
ſet ſerpentē ex virga factum nulla obliuione teneret
virgā pꝛius fuiſſe:ſed vocis pꝛopꝛie memoꝛiam ha-
bens vehementer miraret. In lazaro quoqꝫ inter-
rogauit vbi eū poſuerūt/vt qui dixerūt: Ueni ⁊ vi-
de ⁊ ꝙ fetet:quoniā quadriduanus eſt:nullo pacto
negare poſſent moꝛtuū ab eo excitatū fuiſſe: cū ergo
inſtrumenta fletus et turbas vidiſſet: eiecit omnes
⁊ in pꝛeſentia parentū ſignū operatus eſt:nō aliam
in coꝛpus introducendo animā:ſed eandē ip̄am ani
mā ita facile reducēdo/vt quaſi a ſomno excitaſſe vi
dereꝛ:manu aūt ip̄am accepit/vt viſu ip̄o certioꝛes
fierent:qui cernebant a moꝛte ip̄am quaſi a ſomno
excitatā: ⁊ patri quidē dicebat manū impone. Ipſe
vero maius quid fecit: Nō enī imponit manū:neqꝫ
oꝛat:ſed omnia ſibi parere oſtendens:non ſuſcitauit
ſolū:ſed ne fantaſma ſuſcitatio videretur:cibum iu-
bet dare puelle:nec dedit ip̄e:ſed alĳ:ſic etiā in La-
zaro fecit. Soluite dixit eū/⁊ dimittite abire. Dein
de menſe ſue participē accepit: vtrūqꝫ certe ſimul cō
pꝛobare ſolebat: moꝛtem atqꝫ reſurrectionē veram
fuiſſe exquiſitiſſime vndiqꝫ cōfirmans. Tu vero nō
reſurrectionē ſolum puelle mirari velis:verū etiam
quia parentibꝰ pꝛecepit nulli dicere. Qua ex re di-
ſcere potes:ac firmiꝛ credere nihil vnꝗ̄ ab illo ambi
tioſe aut cupiditate gloꝛie factū fuiſſe. Simul etiā
conſidera flentes atqꝫ ploꝛātes/quaſi tā magna vi-
dere miracula indignos oīes eiectos fuiſſe:nec ve
lis tu cū lugentibꝰ exire:ſed cū Petro/Joanne ⁊ ia
cobo vna remaneas. Nam ſi tunc eos qui flebāt eie
cit/quando nō erat ita planū quaſi in ſomnū iā moꝛ
tem eſſe redactā:quid nunc faciet/cū id luce ip̄a iam
clarius ſit: Sed nō ſuſcitauit filiā tuā nunc: ſed ſu-
ſcitabit omnino longe maioꝛi cū gloꝛia:puella nāqꝫ
illa moꝛtua rurſus fuit:tua vero poſteaꝗ̄ reſurre-
xerit/nunꝗ̄ impoſterū moꝛtē videbit Nemo ergo
defunctos ploꝛet:nemo lugeat:nemo moꝛtē chꝛiſti
qua moꝛs ſuperata ē calumnieꝛ. Quid fruſtra fles
ſi moꝛtē in ſomnū redactā eſſe credis: quid te cedis
⁊ luges: Gentes id faciunt/quia nō credunt: ſi aūt
fidelis pariter atqꝫ infidelis hac in re peccat/quid
reſpondebit:quomodo veniā petere audebit:pꝛeſer
tim longis tempoꝛibꝫ poſtea cū iā nemo chꝛiſtianus
de reſurrectiōe ambigat. Tu vero ſedulo ſtudes de
lictū hoc caſu amplificare/et incitatrices fletꝰ mu-
lieres cōuocas/quarū flebili cantu incēdatur/atqꝫ
inflammeꝛ vehementius egritudo tua: nec Paulo
dicenti auſcultas/que conſonantia eſt chꝛiſto ad be
lial:vel que pꝛopoꝛtio fideli cū infideli. Cumqꝫ gen
tiles qui nihil de reſurrectione acceperunt:cōſolan
di rationes inueniant/magno animo dicētes: nec
enī facere poteris/vt quod factū ſit nō eſſe factū vi-
deatur: nec lugendo chariſſima pignoꝛa excitabis
tu qui ſublimioꝛis philoſophie p̄cepta quottidie au
dis:nō erubeſcis grauiꝰ illis ī tuo caſu exagitaris:
Non enī dicitur tibi foꝛtiter feras:non potes facta
infecta facere:ſed equo animo feras. Doꝛmit enim
puella tua non eſt moꝛtua:quieſcit non eſt perdita:
reſurget ac eterna impoſterum/atqꝫ immoꝛtali vita
viuet. Non audis pꝛophetā dicentem: Conuertere
anima mea in requiē tuā/quoniā dominus benefe-
cit tibi:beneficiū deus hanc rem vocat/⁊ tu ploꝛas
et quid nā faceres/ſi hoſtis/ſi inuidus/ſi inimicus
eſſet defuncti: Nā ſi quempiā flere opoꝛtet/atqꝫ lu-
gere diabolū certe opoꝛtet. Ille igiꝛ pectus pugnis
cedat/ille grauiter ferat: quoniā ad immoꝛtalitatē
moꝛtui tendunt:illum hic clamoꝛes ⁊ fletus decēnt
nō te qui ad requiē pꝛoficiſceris: ⁊ certe harū turba
tionū oīum tranquillus quidā poꝛtus in moꝛte eſt
Ex anima quot quantaqꝫ mala ſunt in hac vita te-
cum ip̄e recenſe. Quotiens pꝛeſentibus rebus ma-
ledixiſti/cū ſemper in peius ⁊ videris ⁊ videas om-
nia ruere:ꝗ̄uis ⁊ ab initio non parua pena huic vi
te ſit attributa. In doloꝛibus inquit paries filios/
⁊ in ſudoꝛe vultus tui comedes panē tuū: ⁊ in mun
do tribulationē habebis. Nihil autē huiuſmodi de
futuris rebus ſcribitur: quinimo totū oppoſitum.
Effugit inquit doloꝛ/triſtitia/gemitus: et rurſum:
Aboꝛiente atqꝫ occidente venient/et recumbent in
ſinu abꝛae/iſaac/⁊ iacob: ⁊ alibi: Talamꝰ ſunt que
illic ſunt ſpiritualis:inextinguibile/fulgideqꝫ lucer
ne/celeſtis vita. Cur ergo defunctū exagitas: cur
cōmittis:vt timeant moꝛtē alĳ/atqꝫ foꝛmident: cur
cauſam pꝛebes/vt nonnulli deū incuſare audeant:
ꝙ mala nobis innexerit: immo vero cur poſt moꝛtē
tuoꝝ pauperes conuocas: cur pꝛeſbyteros/vt pꝛo
eo velint oꝛare obſecras: Non ignoꝛo te reſponſurū
vt defunctus requiē adipiſcatur/vt pꝛopitiū iudicē

inueniat: his ergo de rebus flendū/atqꝫ vlulandū
arbitraris: nōne vides q̄ maxīe tibi ipē repugnas?
Nam cū illū abiſſe in prata florentia putes: ingen-
tes tamē aduerſus teipſum fluctus ſuſcitas tempe
ſtatis: ſed quid faciā inquies: talis quedā res natu
ra parentum eſt. Nō eſt natura iſta culpa: nō eſt rei
ipſiꝰ: ſed nos qui omnia huc atqꝫ illuc impellimus:
molles nimiū atqꝫ deiectos noſtros animos effici-
mus: ⁊ diuinā noſtrā perdimus nobilitatē: ⁊ ſimul
infideles facimꝰ duriores. Quomō enī de immor-
talitate anime ſecū diſputabimꝰ: qua ratione reſur-
recturos nos illis perſuadebimus: cū longe magis
q̄ illi mortē formidemꝰ? Multi enī apud eos cum
nihil de immortalitate anime crederent: nihilomi-
nus mortuis filijs: vt inanē quandā gloriā cōſeque
rent: corona ornati ⁊ candidā induti veſtē in publi-
cū prodierūt: oro vt futura illa quidē ⁊ vera gloria
moueat: vt effeminatos hos eneruoſqꝫ mores con-
temnere velis: ſed heredem non habeo inquies: nec
quē rerū mearū ſucceſſorē cōſtituā. Ego vero liben-
ter te interrogarē: tuarū ne rerū an celorū malis fi-
lios tuos eſſe heredes: ⁊ vtrū magis deſideres ca-
duca hec ⁊ corruptibilia poſſideri ab illis: que tamē
poſt omnīo eſſent relicturi: an ſtabilia illa ⁊ eterna.
Non habes heredes filios: ſed habet ipos ꝓ te deꝰ
nō heredes facti fratrū ſuoꝝ: ſed facti ſunt xp̄i cohe
redes. Sed cui p̄cioſas inquies veſtes noſtras: cui
magnificas edes: cui ſeruos: cui agros relinquemꝰ
Illis ipis profecto ⁊ multo tutius q̄ ſi viuerent: ni
hil enī prohibet: nā ſi multe barbare gentes vna cū
defunctis res eoꝝ cremare ſolent: quanto equiꝰ de
functo tu filio tuo tua tradere potes: nō vt in cinerē
redigantur: ſed vt glorioſum magis illū reddāt: pu
tas eū maculis inquinatū abiſſe: da ſibi ſua vt illis
ſe a maculis detergat: putas in iuſtitia ipm deceſſiſ
ſe: prebe ſibi tua ad mercedis ⁊ retributionis adie-
ctionē: ſed videre inquies ipm cupio. Certe igitᷣ vi-
ues? ne dubita cito te ad ipſum profecturum illud
etiam tecum verſa: quoniam ſi hac oratiōe nequaq̄
tibi perſuadebimus: natura ipſa temporis tibi per-
ſuadebit. Nā multitudīe dierū abſqꝫ aliqua merce
de cōſolaberis: quos ſi ſtatim in tuoꝝ morte philo-
ſophari volueris: duas res maximas conſequeris
Nam ⁊ interea tranquilliori animo viues: ⁊ a diui
na retributione fulgentiſſimā habebis coronā: om-
nes enī ceterū virtutes excelſum animi robur quo
calamitates ⁊ erumpnas minui facimus: in eo qui-
dem iudicio ſuperat. Tu aūt tecū ipē continue cogi-
ta: deū quoqꝫ ipm obiſſe: ſed ille quidē propter te: tu
vero tui ipiꝰ cauſa: ⁊ illū dixiſſe quidē ſcribitᷣ. Trāſ
eat a me calix iſte: ⁊ triſtitia agoniaqꝫ affectus: no-
luit tamē mortē nō admittere: ſed pluribus maiori-
buſqꝫ doloribꝰ corporis vexatus q̄ tragedi om̄es
ſcribere poſſent expirauit: non enī ſimpliciter mor-
tuus eſt: ſed turpiſſimū atqꝫ acerbiſſimū genus mor
tis ſuſtinuit: ⁊ anteq̄ moreretur / flagellis atqꝫ con
tumelijs ceſus: propter te om̄ia perpeſſus eſt: vt ad
ferenda omnia ſuo exemplo te inſtitueret / qui vere
mortuus corpus reliquit / ac rurſus ipm cū maiori
gloria ſuſcepit: vt ⁊ tu certā reſurrectionis ſpem re-
tineas. Si hec igitᷣ nō putas fabulā eſſe: noli plora
re: ſi hec vera credis: noli flere: ſin ꝟo ploras ⁊ fles /
qua ratione infideli perſuadebis / ꝙ hec credas: ſed
intolerabilis tibi caſus tuus videtur: propterea er-
go defuncti gratia plorādū nō eſt: quoniā a multis
huiuſmodi caſibus liberatꝰ eſt. Noli ergo facere vt
inuidere videaris: nā qui mortē ſibi optat / quoniā
ante tempus aliquis ſuoꝝ ereptus eſt / ploratqꝫ pro
pter illū: quia nō viuit vt multa huiuſmodi ſubeat:
inuidere magis q̄ amare illū videtur. Noli ergo co
gitare ꝙ nō redibit vnq̄ domū tuā filius: ſed quia
⁊ tu paulopoſt ad ipm gradieris: noli cogitare illū
huc poſtea minime reuerſurū: ſed quia hec que vide
mus: omnia cū ſint caduca ⁊ inſtabilia / nunq̄ eadē
permanent: omnia enī transfigurabuntᷣ: ⁊ celum ⁊
terra ⁊ maria: ⁊ tunc ſuſcipies filios tuos maiori cū
gloria. Q si in peccato mortui ſunt: finē tamē peccā
di habuerūt. Nam ſi penitentiā eſſent acturi: deus
cui omnia patent: nō anteq̄ eā egiſſent ipos rapuiſ
ſet: ſin vero iuſti deceſſerunt: euaſerunt iā a pericu-
lis / ⁊ tuti ſupremā beatitudinē poſſident: his rebꝰ
omnibꝫ planum factū eſt nō eſſe amoris has lachry
mas: ſed turbatōis ⁊ animi parū ſapientis. Nam ſi
defunctū diligeres gauderes profecto exultareſqꝫ /
quia fluctꝰ preſentis vite pernauigauit: quod enim
mirabile aut nouū atqꝫ inauditū factū eſt: an nō ea
dem ipſa quottidie reuolui videmus: diē nox: noctē
dies: hyemē eſtas: eſtatē hyems: modo precedit: mō
ſequitur: nec plus quicq̄ eſt: ⁊ hec quidē de eadem
ſemper: mala vero alia atqꝫ alia indies que filiū tuū
habere quottidie ⁊ tecū eſſe velles omni verbo ſub-
iectū: omni luctui / cū ſua formidine ac horrore vitā
miſere agere: ⁊ alia quidē mala iā ſubeuntē: alia ve-
ro timentē ne ſubeat. Nō enī poteris vnq̄ dicere ꝙ
potuiſſet longū iſtius vite pelagꝰ abſqꝫ dolore me-
ſtitia: cura nauigare: ad hec etiā illius tibi rationis
memoria veniat: non immortalem te genuiſſe: ſed ſi
nūc diē nō ſuū obijſſet: paulopoſt certe ad hoc ipm p
ueniſſet. Sed nō ſaturaſti te amore illiꝰ: ſed ibi om-
nino perfrueris. At vellem inquies hic quoqꝫ ipm
videre: ⁊ quid prohibet licet tibi eū certe hic quoqꝫ
videre / ſi ſapis? Certa enim ſpes futurorū ⁊ iucun-
dior viſu ⁊ clarior eſt. Tu vero ſi ad imperandū re-
gnandumqꝫ hoc caduco mortaliqꝫ regno filius tuꝰ
abijſſet / nolles eū inde redire vt ipm videres: nunc
vero cū ad meliora maioraqꝫ regna proceſſerit: par-
ui temporis abſentiā ferre nō poteris: preſertim cū
loco illius coniugē habeas: ſed nō eſt mihi coniunx
inquies: habes patrē orphanoꝝ ⁊ viduarū iudicem
in conſolatorē. Audi Paulū talē viduitatē extollen
tem atqꝫ dicentē: Que aūt vere vidua eſt / ac ſolita-
ria ſperauit in domino: preſtantior enī hec videbitᷣ:
cū maiori patientia fulgeat. Noli ergo plorare / aut
dolere ea de re qua tibi corona preparatᷣ: pro qua ti
bi merces debetᷣ: reddidiſti ei depoſitū qꝺ tibi credi
tum erat: nō ſis ergo ſollicita ſi vides in inuiolabili
erario theſaurū tuū eſſe depoſitū. Q si etiā tam pre-
ſentis vite / q̄ future conditionē intellexeris: et hāc
quidē araneaꝝ eſſe telam atqꝫ vmbrā: illā vero im-
mobilem ac eternā eſſe firmiter credideris: nō indi-
gebis illa ratione. Nunc enī filius tuꝰ ab omni mu
tatione rerū ereptus eſt: ſi vero hic eſt probus ne an
reprobus futurꝰ eſſet: in ambiguo verſaretur. Nō
ne vides quottidie multos a parētibꝫ abdicari: mul
tos tamē licet abdicatis longe peiores ſint: coactis
parentibꝫ nihilominꝰ detineri. Hec igitur nobiſcū
cogitantes ſublimiori vtamur philoſophia: nā hoc
modo ⁊ defunctis gratiores erimus: et in hac vita
non paruas laudes conſequemur: ⁊ a deo ipſo ma-
gna premia / magnaſqꝫ retributiōes ſuſcipiemꝰ: fu-
turorū ſcilicet bonoꝝ firmā ſtabileqꝫ poſſeſſionem:
gratia ⁊ miſericordia dn̄i noſtri ieſu xp̄i Amen.

## Homelia. XXXIII. Ex capitulo. IX.

**Et tranſeunte inde ieſu: ſecu-
ti ſunt eū duo ceci: clamātes
⁊ dicentes: Miſerere noſtri fili da-
uid. Et cū veniſſet in domū: acceſ-
ſerunt ad eū ceci: ⁊ dixit eis Jeſus
Creditis quia hoc poſſum facere
vobis? Dicunt ei: Vtiqꝫ domine.
Tunc tetigit oculos eorū dicens:
Scd̄m fidē veſtram fiat vobis. Et
aperti ſunt oculi eorum.**

Quā ob rem clamātes ſequi ꝑmittit: docet rur-
ſus ambitionē eſſe fugiendā / ⁊ inanē hanc gloriam
nō conquirendā. Nam cū prope domū eſſet / diſtu-
lit curationē eoꝝ: vt occultiꝰ eos ibi curaret: ac ideo
nulli etiā hac de re quicq̄ dicere precepit: nō paruo
aūt dedecori ceci iudei ſunt / quoniā erutis oculis ni
hil videntes auditu ſolū crediderunt / cum illi ſigna
oculis cernentes: ⁊ optimū viſus ſecū habentes te-
ſtimoniū: contra q̄ ceci ⁊ dicant ⁊ faciant. Ego ve-
ro animi coꝝ ardorē / ⁊ a clamore ⁊ a verbis intelli-
go. Non enī ſimpliciter acceſſerūt: ſed cū magno cla
more: nec aliud quicq̄ petebant / q̄ miſericordiam:
filiū aūt Dauid appellabant: quoniā id nomē ma-
gni erat honoris: vnde prophete quoqꝫ ſepiꝰ reges
quos honorare ⁊ magnos oſtendere volebāt / ſic ap
pellabāt. Cū ꝟo i domū ipos adduxiſſet: ideo rurſū
interrogauit: quoniā ſepius ne quis ambitione ad
miraculoꝝ actionē ſponte ipm accurrere putaret ro
gatꝰ curabat: preterea ne quis obicere queat: ſi mi
ſericordia ſola ſaluos faciebat: cur om̄es ſaluos nō
fecit? Habet enī profecto ipa miſericordia quādā ra
tionē / quoniā in eoꝝ fide qui ſaluantᷣ radices agere
ſolent: nec his de cauſis tantūmodo fidē ab eis pe-
tit: verū etiā quoniā filiū Dauid eū appellabant ad
altius atqꝫ ſublimiꝰ reducere / volens vt dignā de
ipo exiſtimationē rectūqꝫ iudiciū facerent interroga
uit: [Creditis quia poſſum hec facere?] Non dixit
certe quoniā poſſum precibꝫ id a patre meo impetra
re: ſed qm̄ poſſum hoc facere. Quid aūt illi? [Vtiqꝫ
domine.] Non filiū iā dauid appellant: ſed ad ſub-
limiora volātes / dominū ipm tā magne poteſtatis
attributione profitentᷣ. Et tunc demū manū impo-
ſuit dicens: [Scd̄m fidē veſtrā fiat vobis.] Qꝺ fe-
cit vt ⁊ fidē eoꝝ firmiorē redderet / ac ſimul oſtende-
ret nōnullā ad ſalutē ſuā ipos quoqꝫ partē cōtuliſſe
id ſemper pene faciebat / cū anteq̄ corpora curaret
anime fidē manifeſtare ſtuderet. Qua ex re nō ſolū
ipos qui ſalutē acceperant preſtantiores reddebat:
verū etiā ceteros eorū exemplo conficiebat: ſic ante
q̄ paralytici corpus diſſolutū conſolidaſſet: animū
eiꝰ excitauit dicens: Confide fili dimittuntᷣ tibi pec
cata tua. Puellā vero cum a morte excitaſſet / per ci
bū quē ſibi afferri iuſſit: a quo eſſet ſuſcitata inſtru-
xit: eodēqꝫ mō centuriōis fidei totū attribuit: nec di
ſcipulos a furore maris ante liberauit: q̄ de parua
eorum fide queſtꝰ fuiſſet: pariter etiā hic quanq̄ vl'
anteq̄ quicq̄ proferret: mētes coꝝ nō ignorauit ni-
hilominꝰ tamē ad gloriā aperuit: deinde poſtq̄ cu-
rauit / nulli eos dicere iuſſit: nec ſimpliciter: ſed ma-
gna cū vehementia iuſſit: acriter enī ipſis infrenuit
dicens: Cauete ne quis reſciat. [Illi aūt eūtes dif
famauerūt eū in tota terra illa.] Non potuerunt tn̄
illi adeo eſſe ingrati / vt conticerent: ſed tante rei pre
dicatores ac euangeliſte facti / qꝺ celare iubebātur:
magna voce reclamabant: nec repugnat hoc illi qꝺ
alibi dictū eſt: nō ſumꝰ neſcij: Vade ⁊ enarra gloriā
dei: quinīmo inter ſe mea quidē ſententia ſummopere
cōueniūt: his enī nos monet / vt que laudi ſunt non
mō ipſi taceamꝰ: verū etiā alijs predicare nō ꝑmit-
tamꝰ. Que vero ad gloriā dei pertinent / ea nec ipſi
pretereamus ſilentio: ſꝫ ⁊ alios vt efferant exhorte-
mur. [Ipſis autem egreſſis ecce attulerūt ei homi-
nē mutū / demoniū habentē.] Non enī naturali cur
ſu egrotatio: ſed demonis inſidijs illi accidit. Qua
propter ipē per ſe venire orareqꝫ ieſum nō potuit / li
gataqꝫ lingua ſibi vna cū anīa vi demonis ab alijs
affertᷣ: quas ob res nec fidē coꝝ efflagitauit: ſed illi-
co laborantē curauit. Eiecto enī demone ait locutꝰ
eſt mutꝰ: turbe aūt admirate ſunt dicētes: [Nunq̄
apparuit ſic in iſrael.] Qua ex re maximū dolorem
pharisei cōtrahebant / ꝙ cūctis ſimul nō preſentibꝰ
ſolū ac viuis: verū etiā defunctis / ac priſcis ipm an
teponebāt / ꝙ ſcꝫ nō quia curabat: ſed quia q̄ primū
volebat innumeros atqꝫ arte hominū incurabiles
facillime curabat: ⁊ vulgus quidē ita dicebat: pha
riſei vero cōtra nō mō calumnijs obfuſcare fulgorē
ſignoꝝ conantur: ſed ipi ipſis oppugnare nō erube-
ſcunt: ita pernitioſum malū ac ſibiipſi cōtrariū / atqꝫ
repugnans inuidia. Quid enī dicunt? [In princi-
pe demoniorū eijcit demones.] Quid dementius
hoc dici / aut excogitari poſſet? Nā vt progrediēs aſ
ſerit: impoſſibile eſt a demone demonia eijci: ſolent
enī demones iuuare / cōfirmareqꝫ ſuos: nō debilita
re / aut deſtruere: preterea ipē nō demonia eiecit tm̄
verū etiā leproſos mundauit / mortuoſqꝫ dormien-
tes excitauit: mariſqꝫ fluctus freno cōpeſcuit: pecca-
ta hominū poteſtate propria dimiſit: eternā immor
talitatis beatitudinē p̄dicauit ac deniqꝫ ad patrē cō
uerſos adduxit: que om̄ia nec vellent nec poſſent de
mones facere: ad idola enī vt opera manuū demo-
nes hominē adducūt: a deo abducūt: nullā fuiſſe fu-
turā vitā om̄ibꝫ perſuadere conantᷣ: preterea demo-
nes ſi cōtumeliaueris quā ab ipſis ſperabis veniā /
qui vel cultoribꝫ ſuis exitio ſunt: xp̄m aūt videmus
his alijſqꝫ cōtumelijs ⁊ iniurijs affectū: non mō vl-
tū nō fuiſſe: ſed nec cōmotū quidē: quippe qui etiam
poſt hec maledicta vrbes ⁊ villas iudee circumiret:
vt ſcribitᷣ: predicans in ſynagogis euangeliū regni
celoꝝ ⁊ curās omnē morbū / omnēqꝫ languorē: qua
quidē manſuetudine animi accuſationes illoꝝ faci-
le refellebantᷣ. Nā ſignoꝝ cōtinua ſerie cōfirmatio-
nē priꝰ hominū de ſe exiſtimantiū reddere volebat:
deinde rationibꝫ quoqꝫ ipos redarguere. Circūibat
ergo vrbes ⁊ vniuerſam iudee regionē docens in ſy
nagogis / vt nos diſcamꝰ: nō maledictis maledicta
ſed beneficijs atqꝫ meritis eſſe referenda: ⁊ certe q̄
nō gratia hominū: ſed propter deū bene de cōſeruis

ſuis mereri ſtudet: ⁊ ſi maleficia pro beneficijs refe/
rant: minime tamē ſolitā benignitatē emittet. Non
enī latet ei maiorē ſibi ꝓpter hoc mercedē eſſe repoſi/
tā. Qui vero maledictis atqꝫ iniurijs laceſſitus be
nefaciendi ſtudiū neglexerit: is nō propter deū: ſed
vt ab hominibꝫ laudetur beneficus fuit in proximū
qua propter xp̄s (vt luce clare viderem⁹) ſola ipſum
benignitate atqꝫ miſericordia illa oīa feciſſe: nō ex
pectabat ſemper egrotos afferri: ſꝫ ip̄e quoqꝫ ad la/
borantes/ac ſua ope indigentes vltro profectus eſt
duo enī maxima beneficia cōferēs: primū eterni re/
gni euangeliū: deinde oīs morbi atqꝫ languoris
repulſionē. Nullā ergo ciuitatē preibat: nullū vicū
negligebat: ſed ad oīa loca libenter accedebat: nec
id ſibi ſuffecit: ſed alio quoqꝫ modo prouidere voluit
Nam cum vidiſſet turbas miſertus eſt: quia erant
vexati ⁊ iacentes ſicut oues nō habentes paſtorem
tūc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidē multa ope/
rarij aūt pauci. Rogate ergo dominū meſſis vt mit
tat operarios in meſſem ſuā. Uide rurſus q̄ꝫ fugiat
inanē hominū gloriā/quantūqꝫ oſtentationē cōtem
nat: nā ne omnes ad ip̄m cōfluant/diſcipulos emi/
ſit: nec iſta ſolū de cauſa id fecit: ſꝫ etiam vt quaſi in
paleſtra quadā in iudea exercitati totius orbis ter/
rarū curā ſubire poſſent: iccirco in gentes (ſi paruas
vires eorum cōſideras) laboris atqꝫ operis cauſas
ꝓponit: et quaſi teneras e nido auiculas protrahit
ad volandū: vt facilius poſtea maiora capeſcant cer
tamina: vt in preſenti quidē corporū ſolūmō: poſtea
vero animarū curationis que natura prima eſt: po/
teſtatē ſibi elargitus eſt. Tu aūt cōſidera qualiter ⁊
facilē ⁊ neceſſariā ſimul rē oſtendit. Quid enī dicit:
Meſſis quidē multa/operarij aūt pauci. Nō mitto
inquit vos ad arandi/ſeminandiqꝫ laborē: ſed ad ſe
getis iā ꝑparatā meſſem: idip̄m ioānes quoqꝫ alijs
verbis ſcripſit: Alij nāqꝫ inquit laborauerūt: ⁊ vos
in laborē eoꝝ introiſtis: his dictis ſimul ne ſibijp̄is
attribuerent/atqꝫ arrogarent que faciebant: ⁊ cum
magnos labores iā preceſſiſſe oſtenderet: promptio
res eos reddebat: illud etiā perſpice/quēadmodū a
miſericordia quadā ⁊ retributione exorſus eſt: viſce
ra enim expandit miſericordie/qm̄ vexatos ⁊ deie/
ctos/quaſi oues que paſtorē nō habeant turbas vi
debat. Qđ quidē dictū principū atqꝫ pontificū accu
ſationē habet: qui cum eſſent paſtores lupoꝝ officio
fungebantur: quoniā nō mō nō ſtudebant reducere
multitudinē ad virtutē: verū etiā progreſſum ipſi⁹
ad meliora impediebant. Nā vulgus quidē admi/
rabat̃ ⁊ clamabat: [Nunq̄ꝫ ſic apparuit ī iſrael.] Il
li vero cōtra: [In principe demonioꝝ demonia eij/
cit.] Sed quos nā hic operarios vocat: Duodecim
certe diſcipulos. Cur igitur cū dixiſſet operarij aūt
pauci numero diſcipuloꝝ alios nō adiecit: ſed ip̄os
ſolos emiſit: aut cui⁹ rei gratia dicebat: Orate do/
minū meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuā: cū
neminē eis obiecerit: quia videlicet ⁊ ſi numero per
ſonaꝝ nō addiderit: virtutē tamē ac gratiā cōtulit.
Orate aūt inquit dn̄m meſſis: hic ſignanter magni
tudinē doni oſtendit: ⁊ occultius ſe eſſe dn̄m meſſis
patefecit: nā ⁊ ſi neqꝫ orauerint/neqꝫ obſecrauerint
quēpiā ip̄e tamē cōtinuo eos ordinauit/atqꝫ cōſecra
uit: vt hinc ip̄m eſſe dominū intelligerēt: ⁊ verba io
annis memoria recolligerēt: nec obliuiſcerent̃ aree
aut ventilabri/aut palee/aut tritici. Unde clarum
fit ip̄m eſſe agricolā: ip̄m eſſe meſſis ⁊ prophetarū q̄
ſemina meſſis iecerunt dominū. Nam ſi ad meſſem
ſuā operarios miſit: metebant aūt operarij ſegetem
que ꝓphetarū ſeminibꝫ pullulauit: certe ſicut meſſo/
res/ita ipſi quoqꝫ qui ſeminauerūt operarij ei⁹ fue/
runt: neqꝫ verbis ſolū eos ad meſſis hortat⁹ eſt mi/
ſteriū: ſed multomagis quoniā mirabilē eis metēdi
poteſtatē preſtitit. Uocās enī ait duodecim apoſto/
los ſuos/dedit eis poteſtatē immundorū ſpirituū/
vt eos eijcerent ⁊ curarēt omnē infirmitatē ⁊ omnē
languorē. Atqui nondū ſp̄us erat dat⁹: nōdū enim
inquit ſp̄us erat dat⁹: quoniā ieſus nondū erat glo
rificatus. Quō igit̃ ſp̄us eijciebant: Imperio certe
ip̄ius atqꝫ poteſtate. Tu vero diligenter perpende
q̄ꝫ oportuno cōgruoqꝫ tempe ip̄os miſerit: ⁊ ꝙ nō cō
feſtim incipiens: ſed poſteaq̄ꝫ nō oīno paruo tempo/
ris ſpacio ip̄m ſecuti defunctū viderūt ab inferis re/
dijſſe: mare ſibi paruiſſe/demones extruſos/para/
litici membra conſolidata/peccatoꝝ nexus ſolutos
cū ſufficere ad omnipotentiā ipſi⁹ ⁊ verbis ⁊ operi/
bus percepiſſent: tunc eos mittit/nō ad periculorū
negocia plena: cū adhuc nullū his imineret ī iudea
periculū: niſi qđ ad verba maledictaqꝫ ptineret: ⁊ nī
quoqꝫ ſibi futura p̄dicit: vt ab initio ip̄os ſtatim con
firmet: ⁊ maioris anī faciat: aſſidua veraciqꝫ de peri
culis diuinatione: deniqꝫ quoniā binas apoſtolorū
cōiugationes petri atqꝫ Johānis nomine vocatas.
euāgeliſta iā docuit: ⁊ cū illis mattheū quoqꝫ adiū/
xit/nullāqꝫ adhuc aliorū fecit mentionē: neceſſariū
hic cathalogū ⁊ numerū ipſoꝝ atqꝫ nomina manife/
ſtauit: dicit enī: [Duodecim aūt apoſtoloꝝ nomina
ſunt hec:] Primus ſymon qui dicit̃ petr⁹: erat enī
alter etiā ſymon/qui chanane⁹ dicebat̃. Similiter
iudas alt̃ hiſcariotha: alt̃ iacobi. Jacobꝫ eī eodē mō
alter alphei/alter zebedei. Et marc⁹ quidē ex digni
tate ip̄os numero collocauit. Poſt duos enī q̄ api/
cem apoſtolat⁹ tenuerūt andreā poſuit. Sed inſpi/
ciamus a principio apoſtoloꝝ cathalogū: prim⁹ ſy/
mon qui dicit̃ petrus/⁊ andreas frater ei⁹: nō par
uā laudē his attribuit: cū alterū a virtute/alterū a
nobilitate morū appellauerit. Deinde inquit iacobꝫ
zebedei/⁊ ioānes frater eius. Uides nō ex dignita/
te ip̄os numerari: nā mea quidē ſententia: ioannes
nō illis q̄ poſt illū numerant̃: verū etiā fratre maior
erat. Adiecit deinde philippū atqꝫ bartholomeū/et
poſt eos intulit. Thomas atqꝫ matthe⁹ publican⁹
Lucas vero nō ſic: ſed Thome iſtū anteponit. Jaco
bus deīde inquit alphei: quoniā erat (vt iam dixi)
iacobus zebedei: lebeū poſtea nominat/qui thade⁹
vocatus eſt: ⁊ ſymonē zelotē/quē ⁊ chananeū nūcu
pat. Ad proditorē vltimo venit/vt nō inimic⁹ atqꝫ
hoſtis: ſed vt hiſtoriā cōſcribens/ita locut⁹ eſt: nec
dixit ſceleſt⁹ ille iudas: ſed a patria ip̄m appellauit
hiſcariotha. Erat enī alter iudas lebe⁹/quē thadeū
vocauerunt: ip̄m autē iacobi iudā appellat. Judas
vero etiā proditione vocauit eū dicēs hiſcariotha/q̄
⁊ tradidit eū: nec pudebat ip̄m ita ſcribere/cū nihil
vnq̄ꝫ nec eorū quidē que vituperari poſſe videbant̃
ocultarit: ſed apoſtolorum omniū ⁊ quaſi vertex in
doctus ille erat/ac rudis. Animaduertamus autē
quo ⁊ quos miſit: iſtos inquit duodecim miſit ieſus
quos iſtos dicis: Piſcatores ſcilicet ⁊ publicanos
Quatuor enī erant piſcatores: duo publicani/mat
theus ⁊ Jacobus: vnus etiā proditor. Quid igitur



ip̄is precepit: [In viā gentiū ne abieritis: ⁊ in ciui/
tates ſamaritanorū ne intraueritis: ſed potius ite.
Ite autē magis ad oues que perierūt dom⁹ iſrael.]
ita ipſis aperte dicere videtur: nō putetis odio mi/
hi hos eſſe: nec animū meum ab ipſis auerſum eſſe:
quia cōtumelias mihi ingerunt: ⁊ demoniacum ap
pellant. Uidetis enī tantā me curā horū habere: vt
nō ad alios: ſed ad iſtos vos mittā: vt ⁊ doctores et
medici eis ſitis: nec pri⁹ his q̄ꝫ ceteris predicare de/
nūcio ſolū: ſed ne viā facere incipiatis/que ad illos
ducat iubeo nec in ciuitatem ſamaritanoꝝ intrare:
quoniā nō bono in iudeos animo erant ſamaritani:
et quanq̄ꝫ faciliores ad credendū eſſent ſamaritani:
ad difficiliores tamē iudeos mittit: vt quoniā tan/
q̄ꝫ ſui curā gereret: non ignorarent: ⁊ ſic ora ipſorum
obſtrueret: vt ad doctrinā apoſtoloꝝ prepararet: ne
rurſus criminari audeāt ad preputium habentes
chriſti abijſſe diſcipulos/ac ideo iure viderent̃ ip̄os
odiſſe atqꝫ abhomiari. Oues autē que periere ip̄os
appellat: non que fugam ſponte ceperūt: vt vndiqꝫ
paratā eis veniā eſſe oſtēdēdo: mētes coꝝ permulce
ret. [Euntes autē ait predicate dicentes: Appropī
quauit regnū celoꝝ.] Uides diuini miſterij magni
tudinē: vides ſublimē apoſtoloꝝ dignitatem: nihil
qđ ad corp⁹: nihil qđ ad hos ſenſus pertineat: nec ſi
milia moyſi ⁊ prophetarū doctrine: ſed noua quedā
atqꝫ inaudita qualia priores nō docuerūt: quia ter/
rena hec bona promittebant: ſed celorū regnū ⁊ totā
illam beatitudinē predicare iubentur: nec tamē hac
ratione ſolū maiores iſti atqꝫ preſtantiores ſunt: ve
rum etiā quia confeſtim obtemperarunt: nō enī re/
cuſant/quēadmodū nonnulli veteres: ſed pericula
quoqꝫ ip̄a ⁊ bella/ceteraſqꝫ intolerabiles afflictio/
nes audiendo ſingulari obedientia iuſſa capeſſunt:
gaudentes ꝙ regni celoꝝ facti eſſent predicatores.
Sed cur miraris quiſpiā obijciet: ſi nō ad durū at/
qꝫ arduū aliquid ſed ad predicādū miſſi cōtinuo pa/
ruerunt: Quid dicis nō ad ardua miſſos ip̄os fuiſ/
ſe: Non audis carceres/nō vincula/non inteſtina
bella/nō inimicitias oīm hominū: que omnia pau/
lopoſt ſubituros eſſe predixit. Nā alijs quidē predi
catores/⁊ mille bonoꝝ artifices cōſtituit: ipſis aūt
afflictiōes corporis multitudine fere infinitas: ma
gnitudine intolerabiles prenunciauit. Deinde vt ſi
dedignos predicatores regni efficeret: [Infirmos
curate ait: mortuos ſuſcitate: leproſos mundate: de
mones eijcite: gratis accepiſtis: gratis date.] Con
ſidera qualiter nō minorē curā habet: vt mores coꝝ
in melius reducat/q̄ꝫ vt ſignoꝝ prebeat poteſtatem
Nam vt oſtendat abſqꝫ nobilitate morū nihil ſigna
valere: vtqꝫ nullum faſtū animi/atqꝫ tumorē inci/
derent: gratis accepiſtis inquit. Deinde ne cupidita
te pecuniarū mouerentur intulit gratis date: nam
ne quaſi ſua ipſoꝝ poteſtate miracula faciētes inde
ſuꝑbirēt gratis dixit accepiſtis: ſic alijs q̄ꝫ hec bn̄fi
cia quoꝝ nullum poteſt cōdignmu preciū inueniri:
gratis date. Poſt hec cū radicem maloꝝ omniū vo
luerit euellere: viciorū fundamentū diruere. [Non
poſſideatis aurū/neqꝫ argentū dixit/neqꝫ pecuniā
⁊ in zonis veſtris nō perā in via/nec duas tunicas
neqꝫ calciamenta/neqꝫ virgam.] Non dixit non ac
cipiatis vobiſcū: ſed nō poſſideatis: vt ſi ⁊ aliūde ſu
mere poſſent: recuſarēt tn̄ ac pernicioſam hanc egri
tudinem fugerent. Quo quidē recepto multa profe
cto preparantur/atqꝫ comparantur. Primū nulla
de diſcipulis poteſt eſſe ſuſpitio: deinde ab omni ſe
culari cura ſic ipſos liberos reddit: vt predicationi
ſolum vacare poſſint. Ad hec immenſam eius potē
tiā ipſis patefacit: qđ ⁊ poſtea cōmemorauit dicens
Nunquid vobis tunc aliquid defuit: quando vos
nudos/⁊ abſqꝫ calceis miſi. Illud etiā cōſideratiōe
dignū eſt/ꝙ nō incipiēs ſtatim dixit: Non poſſidea
tis aurū neqꝫ argentū: ſed cū prius mūdandi lepro/
ſos: eijciendi demonia poteſtatē eis dederit: tunc in
tulit nō poſſideatis: gratis accepiſtis: gratis date:
ſic rebus ip̄is docuit vtilia ſimul ⁊ honeſta ⁊ facilia
facta eis precipere. Sed inquies cetera quidem nō
abſqꝫ ratione certa dicta eſſe. Quid aūt vt perā non
habeant in via: nec duas tunicas: nec virgam: nec
calceos: Qua nā de cauſa eis iniūxit: Exactiſſime
certe ſublimioris vite fundamenta voluit iacere: ſic
⁊ in ſuperioribꝫ nullā de futuro die curā ip̄os habe
re hortabatur. Nam cū ad vniuerſi terrarum orbis
magiſteriū ip̄os miſſurus eſſet: nō iniuria ad ange/
licam (vt ita dixerim) diſciplinā ex humana vita tra
ducit ab omni cura rerū ſeculariū liberos reddens/
vt vni rei predicationi videlicet euangelij ſolūmo/
do vacarēt: immo vero etiā ab ea ſolicitudie atqꝫ cu/
ra eos liberauit/cū dixerit: Ne ſoliciti ſitis qualiter
vel quid loquamini: ita qđ videbatur horroris la/
borisqꝫ plenum facile ſibi: atqꝫ procliue fecit. Nulla
enī res tranquillitatē animi magis gaudiūqꝫ ſolet
efficere: q̄ꝫ ſi omnē ſolicitā curā ⁊ languorē animi de
poſueris: preſertim cū ſine ſtudio atqꝫ opera tua ope
ac auxilio deus qui tibi adſit in omnibus a nemine
poſſit ſuperari: ſed ne vniuerſis cogitationibꝫ exagi
tarentur ſecum ipſi dicentes: Unde igitur que ad vi
tam neceſſaria ſunt cōſequemur: nō adduxit in me/
diū qđ alīas eis dixerat: Inſpicite volucres celi. Nō
dum enī poterant re ip̄a hoc preceptum preſtare: ſed
multo fortius eſt illud quod adiecit dicens: Dign⁹
enim eſt operarius cibo ſuo: vnde perſpicuū fit a di
ſcipulis eoꝝ cibarios ip̄os aſſumpſiſſe: ne aūt ip̄i ad
uerſus eos quos docebant: quaſi omnia prebentes
⁊ nihil viciſſim accipientes inſurgerent: aut illi qui
audirent/quaſi neglecti atqꝫ ſpreti decederēt: ac ne
eos pudeat: qui quaſi mendicando viuere ip̄os vo/
lebat: operarios vocauit: ⁊ qđ eis dabatur merce/
dem appellauit: vt rem debitā dari ſibi oſtenderet.
Nam ⁊ ſi verbis ſolū operari videbātur: res tamē
erat non parui laboris/⁊ beneficia collata non par
ua. Quare quod apoſtolis dabat̃ nō gratis offere/
batur: ſed ad retributionē beneficiorū reddebatur:
dignus eſt enī operari⁹ cibo ſuo: quia nō tanti ſolū
modo labores illi apoſtolici fuerunt: nequaq̄ꝫ enim
hoc cogitandū eſt/vt ne apoſtoli plus aliquid que/
rant: ⁊ qui ſibi neceſſaria miniſtrabant: nulla iacta
tione liberalitatis tumerent/ſi debitū perſoluebāt
[In quamcūqꝫ autē ciuitatē/vel caſtellū introieri/
tis/quis dign⁹ in ip̄a eſt/⁊ illic manete donec exie/
ritis.] Hic q̄ꝫ dignos eſſe dixit operarios cibo ſuo/
ne opinarentur omniū domos: hoc verbo ſibi pate/
re: ſed magnā quoqꝫ in hoc moderationē ſcirent eſſe
habendā: hoc adiecit/qđ ⁊ laudi eſſe poterat: ⁊ ad ne
ceſſarioꝝ preparationē cōferebat: nā ſi dignū inue/
nirent/dediſſet certe ille cibaria: nō inuitus preſer/
tim cū nihil vltra neceſſaria peterent. Non aūt ſolū
dignos querēdos iubet: veꝝ etiā ne de domo in do

mū tranſeant / vt neqꝫ qui ſuſcepit turbaret: nec ipſi aut leues / aut ventri dediti viderent: quos ſignanter expreſſit cū dicat: [Ibi manete donec exieritis] qđ clarius ab aliꝭ euangeliſtis diſcere poſſumus. Perſpicis qualiter tam ipſos grauiores maturioreſqꝫ reddidit: ⁊ eos qui ſuſcepturi erant diligentiores / cū oſtenderit magnā hinc illos vtilitatem magnamqꝫ gloriā cōſecuturos. Deinde idipm rurſus cōfirmare volēs dixit: [Intrātes aūt in domū ſalutate eā dicētes: Pax huic domui. Et ſi qdē domus fuerit digna: veniet pax veſtra ſupra ipām: ſi aūt nō fuerit digna / pax veſtra ad vos reuertetur.] Vide ꝙ vſqꝫ ad minima nō recuſat deſcendere: nec iniuria athletas eos pietatis / et predicatores veritatis ad vniuerſū orbē erat miſſurꝰ: ac ideo etiā vt moderatiores ſil' ⁊ iucundiores eos faceret adiecit: [Quicunqꝫ nō receperit vos / neqꝫ audierit ſermones veſtros / exeuntes domū vel ciuitatē illā excutite puluerē de pedibus veſtris. Amen dico vobis tolerabilius erit terre ſodomoꝝ ⁊ gomorre in die iudicij q̄ꝫ ciuitati illi.] Nolite inquit cogitare quoniā doctores eſtis: iccirco expectandū vobis eſſe donec illic ſalutatio ab illis vobis afferat: ſed precedite vos honore / primiqꝫ ſalutate: volēs aūt oſtendere nōn eſſe ſalutationē hanc nudā atqꝫ inanē: ſed benedictiōis vires retinere. Si erit inquit digna domus veniet ſuper ipām: ſin vero ſuperba atqꝫ cōtumelioſa: primū quidē pace veſt ra nō perfruetur. Deinde nō minori ſupplicio puniet q̄ꝫ ſodoma. Sed quid ad vos inquient ſupplicia eoꝝ / cū domos dignorū habeatis? Quid autē ſibi vult cū dicit: Excutite puluerē pedū veſtroꝝ / certe vt oſtendant nihil penitus ab illis habuiſſe: vel vt teſtimoniū perhibeant longi itineris / quo ad eos peruenerunt. Tu vero conſidera nondū ipſis omnia eſſe donata: non etiā preſcientiā ipſis adhuc largitus eſt / vt proſpicere poſſent quis dignus quiſqꝫ indignus ſit: ſed inueſtigandi cura ⁊ periculo rerū id intelligēdū cōmiſit: ita ipſe apud publicanū manſit: quoniā dignū ſe per penitentiā prebuit publicanꝰ. Sed illud nō pretermittendū ꝙ cū omnibꝫ eos priuaſſe videatur: cūcta cōceſſit: permiſit enī vt in eoꝝ domos intrarent / qui diſciplinam ſuā ſuſciperent: vt ibi diutius manerent: hoc pacto ⁊ ab omni apoſtolos cura liberabat: ⁊ ceterū pſuadebat propter ſalutē eoꝝ a ſe miſſos apoſtolos fuiſſe. Suadebat autē facile: vel quoniā nihil plus q̄ꝫ neceſſaria doctores ⁊ medici petebāt: vel quoniā nō ad omnes ſimpliciter ⁊ ſine inquiſitione introibant ita nō ſignis ſolū: ſed multo magis propria illorum virtute fieri claros apoſtolos volebat. Nā nihil ita ſublimitatē philoſophie oſtendit: queādmodū ſi nihil ſuperfluū poſſideas: ⁊ magnitudine animi nulla re indigeas: q̄ꝫ etiam illi qui falſo appellati apoſtoli fuerant nō ignorāt: iccirco Paulus quoqꝫ dicebat vt in eo quo gloriantur / inueniātur ſicut ⁊ nos. Et ſi ab alienas regiones petentibꝫ: ⁊ ad ignotos proficiſcentibꝫ nihil plus querendū ſit / q̄ꝫ quottidianꝰ cibus / quāto minora querenda ſunt ab his qui domi ſue morantur. Hec queſo nō audiamus ſolū / ſed diligenter etiā imitemur. Non enī ſolis apoſtolis dicta ſunt: ſed omnibꝫ qui cū ſanctis cōnumerari volunt. faciamus ergo nos dignos a quibꝰ apoſtoli ſuſcipiant. Ex animo enī ⁊ bona ſuſcipientium voluntate pax iſta in domū venit: ⁊ ex mala rurſus euolat: nō enī docentiū preſentia ſolū: ſed dignitate ſuſcipientiū id fieri ſcimus. Nolite ergo paruam putare iacturā / ſi quis hanc pacē amiſerit: quā propheta quoqꝫ pronunciabat / dicens: Quā pulchri ſunt pedes euangeliſantiū pacē: cuiꝰ pacis dignitatem / atqꝫ preſtantiā explicans intulit: euangeliſantium bona: cuiꝰ etiā chriſtus magnitudinē atqꝫ ſublimitatē oſtendēs dixit: Pacē dimitto vobis: pacē meā do vobis. Quare omnia nobis facienda ſunt / vt ea pace ⁊ domi ⁊ in eccleſia potiamur. Nā ⁊ in eccleſia preſul pacē preſtat: ⁊ hoc illius figura eſt: ⁊ oportet omni ſtudio ipm ante menſam libēter recipere. Nā ſi turpe eſt menſe cōmunionē nō offerre / quanto turpius hic faciet / qui pacē offerētem depellet? Cauſa tui preſbyter ſedet: cauſa tui rectus ſtat doctor: laboribꝫ ⁊ afflictione affectus: qua igitur te excuſabis ratiōe ſi ne ad audiendū quidē paratū animū ei prebueris? Cōmunis certe domꝰ eccleſia oīm eſt: quā vos priores: nos ad illoꝝ figurā poſteriores intramus: atqꝫ ideo cōmuniter omnibꝫ cōfeſtim cū intrauerimus pacē ſcđm illā legē offerimus. Nemo ergo deſidia veniendi ſtudio ſuperſedeat: nemo ſecularibus ſuſpenſum animū rebus habeat: cū iā ad predicandū ſacerdotes intrauerint: nō enī parua iminet punitio. Unde ipſe optarē millies domi noſtre cōtēptus eſſe: q̄ꝫ in hoc loco predicans ſemel tantūmodo nō auditꝰ: tāto certe mihi hoc q̄ꝫ illud moleſtiꝰ eſſe videtur / quanto hec domus q̄ꝫ veſtra excellentior eſt. Nā hic magne nobis ſunt poſſeſſiones: hic oīs ſpes noſtra ſita eſt: omnia que hic ſunt ſublimia certe ſunt: atqꝫ fulgentia: hec mēſa precioſior multo eſt atqꝫ iucundior q̄ꝫ tua: hec lucerna magna: fidei oleo hic perūcti a morbo liberati ſunt. Archa etiam hec melior q̄ꝫ tua eſt: magiſqꝫ neceſſaria: non enī precioſas veſtes: ſed miſericordiam incluſam cōtinet: qua qui priuantur / culpa ſua priuantur: hic ⁊ lectulus eſt valde tuo preſtantior: diuinarū enī ſcripturarū lectio omni magnifico lecto ſuauior eſt: ⁊ certe bene nobiſcū ageret / ſi nullā aliā domū preter hanc poſſiderem: qđ dictū ne graue vobis videaturre recte dictū: tria milia hominū ⁊ quinqꝫ milia illi teſtant qui domū vnā ⁊ menſam vnā ⁊ animā vnā habuerunt. Totius enī multitudinis credentium inquit vnū cor erat / ⁊ anima vna: verū quoniā nimiū longe a virtute illoꝝ abſumꝰ: ⁊ diſſipati per proprias domus ſumꝰ: ſaltē quando huc conuenimꝰ / omni ſtudio faciamus. Nā ⁊ ſi in aliꝭ rebus pauperes ⁊ inopes nos ſumus: nihilominus cū huc ad vos intramus: cū charitate nos oro ſuſcipiatis: cumqꝫ pax vobis dicimus / ⁊ ſpiritui tuo: nō voce ſolū: ſed aīo quoqꝫ reſpondeatis: nō ore magis q̄ꝫ mente id proferentes. Et ſi quidē ſpiritui tuo pax hic reſpondeas cū vero exieris impugnas / deſpicis: maledicis: mille obprobriꝭ laceras: qualis nā hec pax eſt? Sed ego quidē etiā ſi centies mihi corā maledixeris / toto ſtudio tibi mente ſincera ⁊ animo integro pacē prebeo nihil vnq̄ꝫ de te maledicens: aut cogitās: habeo enī viſcera paterna: ⁊ ſi aliquādo increpauero / cura tui permotus id facio. Tu aūt occulte mordes / ⁊ cum me in hac dominica domo mēte nō recipis: vehementer timeo ne rurſus maiorē mihi merorē inferas: nō quia cōtumeliatꝰ: nec quia ex animo me eieciſti: ſed quoniā ita pacē repuliſti / vt acerrima illa tibi attraxeris ſupplicia. Nā ⁊ ſi ipſe puluerē aduerſus te nō



excutiā: ſi etiā nō auertā animū meū abs te: permanent tamē immota que tibi chriſtus minatus eſt: ita ego quidē crebro pax vobis dicam: neqꝫ vnq̄ꝫ id dicens finē faciā. Si vero vos cōtemptui et cōtumelie me habebitis: neqꝫ ſic puluerē in vos excutiā: nō quia nolim auſcultare obtemperareqꝫ domino: ſed quia charitate veſtri vehementius ardeo. Nā nihil prorſus aliud noſtri effeci cauſa: neqꝫ longam peregrinationem accepi: nec in illo habitu ita veni: vt nihil prorſus haberē. Quapropter nos ipſos prius accuſemus: nec ſine calceis / nec abſqꝫ ſecunda tunica veni: ac ideo forſan vos quoqꝫ negligentiores facti eſtis. Uerūtamē nō eſt id ſatis ad veſtrā excuſationē ſed quāuis iudiciū nobis maius ipſi preparauimꝰ: nulla tamē hinc vobis venia cōcedetur. Domꝰ priſcis temporibꝫ eccleſie erāt: nūc ipſa etiā eccleſia ī domū redacta eſt. Nihil autē in priuata domo carnale loquebantur: nihil nunc in eccleſia ſpirituale meditatur: ſed huc etiā fori ⁊ iudicij negocia introducitis Cumqꝫ deus loquatur nō modo ipm ſilentio nō auditis: verū etiā aduerſe poteſtatis magna immiſcetis: atqꝫ vtinā ad hāc vitam ſaltem vtilia: ⁊ ad voſipſos pertinentia: ⁊ nō illa que nihil ad vos pertineant / ⁊ diceretis ⁊ audiretis: quas ob res acerbe fleo ⁊ nunq̄ꝫ flendi finē faciā. Nunq̄ꝫ enī poſſum ab hac domo in aliā proficiſci: ſed neceſſe eſt mihi donec a p̄ſenti vita in aliā traducar: hic habitare. Suſcipite igitur nos ſicut paulus quoqꝫ iuſſit: nec enī hec de menſa dixit: ſed de animo atqꝫ mente: hoc ipm ergo nos etiā a vobis querimꝰ: charitatē ſcilicet dilectionemqꝫ feruentē illā propriā. Et ſi hoc etiā recuſatis ſaltem omni languore animi depoſito: vos ipſos diligite: ad meliora progrediētes. Qua ratione maiorē etiā ipſe potero oſtēdere charitatē? Nolite igit̃ facere vt quāto magis vos amē tāto minꝰ a vobis diligar. Multa enī nos coniungūt ac copulant: vna menſa omnibꝫ nobis propoſita eſt: vnus nos omēs genuit pater: eoſdē omnes dolores partꝰ intulimꝰ parenti: idē potus omnibꝫ / quid dico idē ac vnꝰ potus / cū etiā ex vno ⁊ eodē calice detur? Pater enim noſter magno charitatis vinculo ſtudens nos vnire: vt etiā ex vno calice biberemꝰ effecit: que res maxima nos charitate copulat: ſed longe inquies a dignitate apoſtolorū tu abes: fateor nec vnq̄ꝫ negabo nō ſolū nō illis: ſed ne vmbra quidē eorū me dignū eſſe: ſed tamē ſi noſtrū officiū vos cōſeruabitis / nullam iacturā hinc facietis: immo magnā etiā vtilitatem cōſequimini. Nā cū vel erga indignos magna ſitis affecti charitate / cū ſingularē preſtetis eis obedientiam / maiora tunc premia: maiorqꝫ vobis debetur retributio. Non enim noſtra predicamus: quoniā eſt nobis doctor in celis: ſed que recepimꝰ ea tradimus: ⁊ tradētes ea nihil aliud a vobis flagitamꝰ q̄ꝫ vt diligamur. Et ſi etiā diligi ſumus indigni: ſed nos dilectiōe ac veritate veſtra dignos cito facietis q̄ꝫuis mandatū ſit nō amicos ſolū: verū etiā inimicos diligere. Quis ergo ſic durus atqꝫ agreſtis eſt: vt cū huiuſmōi mandata tibi tradita ſint: nihilominus amicos auertat / atqꝫ oderit: etiā ſi mille vicijs mentē irretitā atqꝫ oppreſſam habeant. Cōmunicamus eadē menſa ſpirituali: cōmunicemꝰ ⁊ ſpirituali charitate. Nā ſi latrones cū alteri alteris ſale cōmunicauerint latrocinādi ferocitatē deponāt. Quibus nos rationibꝫ excuſabimꝰ domini corpore communicantes: ⁊ latronū cōſuetudinē atrocitate ſuperātes? preſertim cū multis gentilibꝫ nō quoniā vna menſa vterent: ſed quoniā vniꝰ eſſent ciuitatis ſatꝫ ad amicitiā fuerit: nos autē q̄ eiuſdē ſumꝰ ciuitatis vna nobis domꝰ ē: eadē mēſa / eadē via / ianua / radix / vita: quibꝫ idē caput eſt: idē paſtor: idē rex: vnꝰ ⁊ idē magiſter: iudex: conditor: pater: que omnia nobis equali quadā inſunt cōmunitate: qua erimꝰ indigni: ſi mēte diuiſi alter alteꝝ nō diligimꝰ. Sed ſigna forſan queritis / que apoſtoli faciebāt: velletis videre mūdari leproſos: demoniacos curari: defunctos e ſepulchris exilire. Sed maximū vobiſcū ⁊ ardentis illud charitatis ſignū eſt: ſi abſqꝫ pignoribꝰ firmiter deo credatis. Qua de cauſa iā ceſſaſſe crediderim: q̄ꝫuis etiā aliā ceſſationis cauſam habeam Nam ſi doctrina aut virtute aliqua preſtāt / ſeipſos extollunt: paruiqꝫ ceteros facientes: diſſeperant ſe ab illis atqꝫ ſeiungunt / quot quantaſqꝫ diuiſiones ac ſciſmata eſſe putaretis: ſi miraculo ſignoꝝ aliqui prefulgerent? Hec non coniectura mihi inani dicta ſunt: ſed atteſtantur mihi corinthij / qui multa perpeſſi diſſidia ſunt: quoniā valde ſignis attendebant Non ergo ſigna: ſed animi incolumitatē queras: noli defunctū aliquē ex mortuis ſuſcitari deſiderare / cū didiceris vniuerſos homines reſurrecturos. Nō queras ceci curationē: qui omnes nunc videas acutiſſime aſpicientes ſublimiori atqꝫ vtiliori aſpectu. Quare diſcas tu quoqꝫ cōtinētiſſime aſpicere: vt incolumitatē oculoꝝ poſſideas. Nam certe ſi talis vita noſtra eſſet / qualē ſcripture inſtituūt: multo magis de nobis q̄ꝫ de ſigna facientibꝫ gentiles admirarentur. Signa enī nō vere: ſed fantaſtice nōnunq̄ꝫ apparuiſſe homines ſuſpicati ſunt: ⁊ a demonibus plerūqꝫ fieri credita: q̄ꝫuis noſtra ſemper veriſſima fuerint: vita vero integra nullā vnq̄ꝫ patitur ſuſpitionē: ſed omniū hominū qui detrahūt ora facile obſtruit virtutis poſſeſſio. Uirtutis igitur queſo cura ⁊ ſtudio exardeſcamꝰ: ingentes in ea opes depoſite ſunt: omnes eā admirantur: hec homines vel dū ſeruiūt liberos eſſe oſtendit: nō ſeruitutē depellendo: ſed liberis multo preſtantiores ſeruos faciendo que res ipſa libertate multo excellentior eſt. Hec nō facit quidē ex paupere diuitē: verū vt paucioribꝫ pauper q̄ꝫ diues egeat facile facit. Et ſi velis etiā ſigna videre extermina abs te omne delictū / et vidiſti qđ cupiebas. Magnꝰ enī demon peccatū ē: qđ ſi abs te abieceris / maior tu eris: mihi crede / q̄ꝫ qui demonia eijciūt. Audi Paulū dicentē / et miraculis longe virtutē anteponentē: Emulamini ait charſmata meliora: ⁊ adhuc excellentiorem vobis viam oſtendo: quā viā deinceps exponens: nullam facit mentionē de mortuoꝝ reſurrectione: nihil dixit de leproſorū mūdatiōe: nihil inquā oīno harū rerū: ſed charitatē in medio poſuit. Audi chriſtū etiā ipm dicentē Non letamini quoniā demonia vobis obediūt: ſed quoniā nomina veſtra ſcripta in celis ſunt. Et iterū Multi dicent in illa die: domīe domīe nōne in nomine tuo ꝓphetauimꝰ / ⁊ demonia eiecimꝰ / ⁊ virtutes multas fecimus. Tūc cōfitebor eis qm̄ nō noui vos. Ad crucē etiā iturꝰ vocauit diſcipulos ⁊ dixit eis: In hoc cognoſcēt omēs qm̄ mei diſcipuli eſtis: nō ſi demonia eijciatis: ſed ſi charitatē habeatis inter vos: ⁊ alibi: In hoc cognoſcēt qm̄ tu me miſiſti: nō ſi mortuos hi ſuſcitauerit: ſed ſi vnū fuerit. Nam

ſigna ſepe profecto vtilitati ceteris fuerũt: eũ vero
qui fecit/cũ in tumorẽ inanẽqꝫ gloriã impulerit: plu
rimũ nocuerunt. Virtutis aũt opus tũ alijs/tũ vel
maxime eis qui operantur profuerit. Virtutis igit̃
virtutis inquã curã oro habeatis. Si ex auaritia ĩ
liberalitatẽ trãſieris/ſiccã ⁊ mancã manũ recupera
ſti: ſi theatralibꝫ ludis ſpretis atqꝫ relictis eccleſiam
petieris claudicanti pedi incolumitatem reſtituiſti.
Si ocl'os tuos ab aliena forma/⁊ a meretricio aſpe
ctu reuocaueris: cecũ te illuminaſti. Si diabolicos
cantꝰ deſpexeris/vt eorũ loco ſpirituales pſalmos
didiceris/iam loqueris/cũ antea mutꝰ eſſes. Hec
maxima miracula ſunt: hec ſigna eximia: hec ſi facie
mus noſipſi preclari erimꝰ/atqꝫ illuſtres: ⁊ multos
a feditate viciorꝫ in virtutis fulgorẽ reuocabimus
⁊ vitam demũ eterne beatitudinis cõſequemur: ad
quã vtinã perueniamꝰ: gratia ⁊ miſericordia. ⁊ c̃.

Homelia. XXXIIII. Ex capitulo. X.

## Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum: Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpẽtes ⁊ ſimplices ſicut columbe. Cauete autẽ ab hominibus. Tradent enim ⁊c.

Cum magno animo eſſe/⁊ de neceſſarijs ad fidẽ
cõfidere fecerit: oĩm hominũ domos ſe patefaciendo
⁊ honeſtiſſimã ingreſſus cauſam oſtendẽdo. Nõ enĩ
vt errãtes quoſdã ⁊ mẽdicos: ſꝫ vt ipſis etiã ſuſcipiẽ
tibus excellentiores adire alios iuſſit/qꝺ oſtẽdit di
cendo: Dignus eſt operarius cibo ſuo. Et quoniã p̃
cepit dignos eſſe querẽdos: ⁊ ſuſcipientes eſſe ſalu-
tandos: ⁊ quoniã intolerabilia nõ ſuſcipientibꝫ imi
nere ſupplicia dixit. Cũ igitur his oĩbꝫ oẽm ſollicitã
curã ab ipſis eorũ cordibꝫ eiecerit/⁊ ſignorũ amoue-
rit miracula/oĩqꝫ ſeculari negocio liberos: ferreos
quaſi atqꝫ adamantinos fecerit: tunc euentura ſibi
aduerſa predicit: nõ ea ſolũ q̃ paulopoſt futura erãt
verũ etiã illa que poſt longa temporũ ſpacia/vt ab
initio ⁊ anteqꝫ duri labores acciderẽt aduerſus dia
boli bellũ ipſos inſtrueret. Multi enĩ ex hac predi-
ctiõe futurarũ rerũ in melius rediguntˀ. Primũ vt
ſummã eiꝰ virtutẽ atqꝫ potentiã qua etiã futura no
uerat nõ ignorarent: deinde nemo poterat ſuſpica-
ri de imbecillitate ipſius/qui miſit in tãtas ipſos af-
flictiones incidiſſe: preterea ne ſi repente atrocitate
malorꝫ premerentˀ (quia preter ſpem: ⁊ cõtra opinio
nem aliquid accidiſſet) turbarẽtur: adhuc ne paſſio
nis tempore ſtupeãt nimiũ/⁊ vltra qꝫ oporteret mo
uerentur: qꝺ certe fugere dominice tempore paſſio-
nis nõ potuerunt: vnde ⁊ increpabat ipſos dicens:
iudea fuit effuſa: nec delitijs corruptus robur animi ſui perdidit: ꝓbat hoc amictus ſuus: ꝓbat heremus: probāt carceres. Nā ſi delitijs ille caperet̄: nō heremū: nō carceres: ſed regias domos habitaſſet. Poterat eni ꝑfecto ſi tantūmodo ſilere voluiſſet magnis ab herode affici honorib;. Nam ſi vinctum mirū in modū herodes verebat̄: multo magis tacentē coluiſſet. Quare q̄ geſtis ſuis tantā conſtantiā oſtēdit: quomō poterit in ſuſpicionē incidere leuitatis? Ita partim a loco / partim a veſtimētis / partim a cōcurſu ppl'i: ioānis morib; laudatis: magis q̄d adduxit dicens: Sed q̄d exiſtis videre? Prophetā? vtiqꝫ dico vobis et pluſq̄ꝫ ꝓphetā. Hic eni eſt de quo ſcribit̄: Ecce mitto angelū meū ante faciē tuā / q̄ preparabit viā tuā corā te. Primū iudeorū de ioāne adduxit exiſtimationē: qđ quidē teſtimoniū q̄m ab inimicis ipſis ferebat̄ maximas vires habebat. Deinde arduā viri vitā pre oculis poſuit. Tertio ſententiā ſuā protulit. Quarto auctoritate prophetica ora ipſorū obſtruit: ꝛ ne dicere aut cogitare poſſent magnū quidē illū prius virū fuiſſe: nunc autē mutatū veſtimētis atqꝫ carcere in oppoſitū induxit. Tandē cū dixiſſet ꝓphetis illū eſſe maiorē: quare maior ſit oſtendit. Cur igit̄ maior ꝓphetis ioānes? q̄m ꝓpinquior erat chriſto vēturo. Mittā eni inquit angelū meū ante faciē tuā: q̄ autē ante faciē eſt: is proximus eſt. Nam quēadmodū maiore dignitate hi ſunt q̄ ꝓxime regibus deambulātibus ordinant̄: ſic ꝛ ioannes in ipſo aduētu cōſtitutus maiore gratia fulſit. Nec tn̄ teſtimoniū ꝓphete ad oſtēdendā excellentiā ipſius ſuffecit: ſed ſentētiā quoqꝫ ſuā attulit: [ Amē dico vobis nō ſurrexit inter natos mulierū maior ioāne baptiſta. ] Id eſt nō pepit mulier ioāne vnq̄ꝫ maiorē. Que ſentētia q̄uis per ſeipſam ſufficiat: tn̄ ſi velis a reb; ipſis veritatē inſpicere / veniat in mētem tibi menſa illius et mentis altitudo. Ita eni in terris quaſi in celo verſabat̄. Nature nanqꝫ oīmine ceſſitate ſuꝑata mirabile quoddā peregit. Semper in hymnis ſꝑ ī orōnib; fuit. Nulli hoīum anteq̄ꝫ ad baptizandū accederet / deo autē ſoli ſua ſꝑ offerebat colloquia: neminē vidit vnq̄ꝫ cōſeruorū: nec ab aliq̄ horū viſus fuit: nō lacte nutritus: nō lecto ſuſceptꝰ; nō tecto: nō foro: nō alia re humana / viſus erat tamen mitis ſimꝉ ꝛ acer: quorū alterū ex cōuerſatione ſua cū diſcipl'is: alterū ex rn̄ſione ad iudeos atqꝫ ad regē libera facile ꝑdiſces. Ita dicebat nō ſurrexit inter natos mulierū maior ioanne baptiſta. Uerū ne his ioānis laudibus ab alijs q̄ audiebāt peiora exciderēt: ac chriſto ioannē p̄ponerēt: p̄pende qua ratione ipſos detinet. Nā quēadmodū vnde firmabant̄ diſcipuli / inde mꝉtitudo cōturbat̄ leuitatē de ioāne ſuſpicādo: ſic vnde mꝉtitudo ad meliora reducta eſt: inde maior peſtis ſeq̄ ceteris potuiſſet: maiorē ꝓpter hec dicta de ioāne q̄ꝫ de chriſto exiſtimationē facientibus: id ergo aperte corrigit dicens: [Qui aūt minor eſt in regno celorū: maior eſt illo.] Minor q̄ppe etate: minor multorū opinione. Edacē eni chriſtum appellabāt ꝛ vini potatorē: et nōne hic ē fabri filiꝰ? ꝛ vbiqꝫ ipſum minoris faciebāt. Quid igit̄ īquies? Comparatus ioāni maior erat? Minime. Nec eni ipſe ioannes cū de chriſto dicat: Quia fortior me eſt cōparādo ſe illi dicit: nec Paulus cū de moyſe ſcribat: Ampliori gloria hic q̄ꝫ moyſes dignꝰ eſt: cōparādo id ſcribit: ipſe etiā chriſtus cū dicat: Ecce plus ſalomone hic: nō cōparat ſe ſalomoni. Et ſi quis per cōparationē id dictū contēdat: dicemus de diſpenſatione hoc factū: ꝓpter audiētes qui ꝛ ſemꝑ ante ꝓcliuiores ad ioannē erāt. Et tunc partim ꝓpter carceres / partim ꝓpter fiduciā qua libere regibꝰ loquebatur clariorē exiſtimabāt: ſatiſqꝫ erat ſi ita dictum etiā per cōparationē accepiſſent. Cōſueuit profecto etiā vetus ſcriptura per cōparationē introducēs ea que inter ſe cōparari nō poſſent ab erroribus hoīes liberare: vt q̄n dicit: Nō eſt ſil'is tibi in dijs dn̄e: et rurſus: Nō eſt deus ſicut deꝰ noſter. Dicūt aūt aliq̄ de apl'is id dictū fuiſſe: aliqui de angelis. Nā quia veritate ſemel aberrauerūt: ad mꝉtas variaſqꝫ fraudes deducunt̄. Et que nā ꝯſequētia rerū ſeruare poterit: ſi aut de apl'is aut de angelis dictū accipiamꝰ. Preterea quid ꝓhibet nominatim diſcipulos dicere? Nā ſeipſo minorē noīatim nō dicit: ꝓpter ſuſpicionē hoīum / ꝛ ne multū arrogare ſibi videret̄: qđ in alijs quoqꝫ locis factitat. Quid aūt eſt qđ dicit in regno celoꝝ? In ſpiritualibꝰ ſcilicet oībuſqꝫ celeſtibꝰ. Uerū etiā cum dixerit: in natis mulierū: diſtinguebat / diſſeparabatqꝫ ſe ab hoc cōparatione. Nā ſi ex muliere natus eſt: ſed nō ſicut ioannes: nec oīno nature hoīum lege: ſed inaudito quodā atqꝫ mirabili partu. [A diebus aūt ioānis baptiſte ait vſqꝫ nunc regnū celorū vim patit̄ ꝛ violenti rapiūt illud.] Et quā nam conſequentiā inquies hoc habet ad ea que iam dicta ſunt. Magnā certe valdeqꝫ illis cōcinnātem. Hinc etiā audientes impellit iam ad fidē: ac ea que pridē dixit ioānes vehemētius cōprobat. Nam ſi vſqꝫ ad ioānē oīa cōpleta ſunt: ego ille ſum qui vēturus ſum. [Oēs enim inquit ꝓphete et lex vſqꝫ ad ioannē prophetarūt.] Non eni ceſſaſſent ꝓphete niſi ego veniſſem. Quare nemo expectandus vlterius vobis eſt: cū inde aperte pateat quia ego ſum: quoniā ꝓphete iam ceſſarunt: ꝛ quoniā multi quottidie fidē rapiūt. Sic eni iam manifeſta atqꝫ illuſtris eſt: vt ad ipſam multi curſu cōtendāt. Et quis vnq̄ꝫ rapuit obijcies? Oēs ſcilicet qui magno ſtudio ꝓperātes xp̄o adheſerūt. Aliud deinde ſignū ponit dicēs: [Si vultis recipe ipſe eſt helyas q̄ vēturꝰ eſt. Mittam eni ait vobis helyā theſbiten qui conuertat corda patrū ad filios.] Hic eſt ait helyas ſi attēdere diligenter volueritis: Mittā eni ait angelū meū ante faciē tuā. Recte aūt appoſuit: ſi vultis recipe: non veni cogere aliquē: vt gratā ab oībus petere mente videret̄. Significauit aūt ioannē helyā eſſe: ꝛ helyā ioannē: vtriqꝫ eni vnā adminiſtrationē ſuſceperūt: et precurſores ambo ꝯſtituti ſunt. Qua ꝓpter nō dixit: hic eſt ꝑfecto helyas: ſed ſi vultis ſuſcipere hic ē. Si mēte videlicet attēta vtriuſqꝫ geſta et aīo facili nō contēcioſo cōſiderare volueritis. Nec fine hic fecit: ſed vt oſtendat quāta ſolertia opus ſit cū dixiſſet helyas qui venturus eſt: ꝛ confeſtim adiecit: [Qui habet aures audiendi audiat.] Multa ꝟo hmōi vt ad interrogandū eos incēderet enigmata ꝓferebat. Qui ſi nō excitabant̄: ſed quaſi dormitātes negligebāt: multo grauiores certe fuiſſent ſi aperte planeqꝫ oīa dixiſſet. Nemo eni obijcere audebit ita difficilē ieſum fuiſſe vt interrogādi fiduciā: difficultate illiꝰ amitterēt. Nam q̄ de paruis rebus ꝑ tēptationē interrogabāt: q̄ ve ſubdole querere: q̄uis ſepius refutati fuerint: nunq̄ꝫ ceſſauerūt: quō non queſiſſent de neceſſarijs ſi diſcendi cupiditate incenſi fuiſſent. Et

quí de legalibus q̃rebāt: ⁊ qꝺ nā eſſet mandatū primū nulla oportunitate inducti ſciſcitabant̄: quomõ dictorū ſuoꝝ de quibꝫ rationē reddere ſi dubia erāt tenebat̄ ſenſum nõ inueſtigarēt: preſertim cū ipſe ad hoc incitare videret̄? Nā cum dixerit violenti rapiunt illud ⁊ qui habet aures ad audiendū audiat: ad interrogandū eos impellebat. Cui autē aſſimilabo generationē hāc? Similis eſt pueris ſedentibꝫ in foro ⁊ dicentibꝫ: Tibia cecinimꝰ vobis ⁊ nõ ſaltaſtis: lamētati ſumus ⁊ nõ planxiſtis. Hec rurſus q̃uis ſuſpendi ſeperariq́ꝫ a ſuperioribꝫ videant̄: valde tñ illis cõiuncta ſunt ⁊ ad illū locū pertinent: quo ſibiipſi cõſona ioannē facere ⁊ nõ cõtraria vt illi eſtimarunt oſtendebat. Probat igit̄ nihil ſpectare ad ſalutē ipſorū qꝺ iā diligēter adhibitū nõ ſit: et in mediū illud quaſi adducit ꝓpheticū. Quid oportebat facere huic vinee et nõ feci. [Cui autē ſimilē exiſtimabo hanc generationē? ſimilis eſt pueris ſedētibus in foro: qui clamātes cū equalibꝫ dicūt: Cecinimus vobis: ⁊ nõ ſaltaſtis: lamētati ſumus ⁊ nõ planxiſtis. Venit enī ioānes neq́ꝫ māducās neq́ꝫ bibēs et dicūt demoniū habet: venit filius hoīs māducans atq́ꝫ bibens: ⁊ dicūt: ecce homo vorax: et vini potator: publicanorū amicus ⁊ peccatoꝝ.] Huiuſmodi aūt eſt qꝺ dicit̄ oppoſitis quibuſdā itineribꝫ. Ego et ioannes ad vos venimꝰ / ideq́ꝫ fecimus qꝺ venatores ſolent facere: qui qñ fugaciſſima / captuq́ꝫ difficilima inſectant̄ aīalia / nõ vna via: ſed diuerſis: ⁊ non diuerſis ſolū / ſed ꝑ cõtraria plerūq́ꝫ aggrediunt̄ / vt ſi alterū effugerint in alterū incidāt. Nam qm̄ vniuerſum pene genus hoīum maxime ieiunātes ſolet admirari: ⁊ duriciē viuendi nimiū approbare: iccirco ſtatim a teneris vnguiculis diſpenſatōe diuina duriter vixit ioānes: adhuc ad credēdū verbis ſuis populi ducerent̄. Sed cuius nā rei gratia inquies hoc ipſe iter viuēdi ingreſſus nõ eſt? Immo ṽo hanc q̃ꝫ viā ipſe cõfecit: cū quadraginta diebus ieiunauerit ⁊ circūierit ita docēs: vt nõ haberet vbi caput declinaret. Sed tñ etiā aliter ad ipm̄ p̃parauit vt facilꝰ oēs lucrificaret. Multo enī maius erat teſtimoniū eius / qui duriſſima diſciplina viuendi fuerat vſus approbari: q̃ꝫ ipſum ieiunare atq́ꝫ duriter viuere. Preterea p̃ter vite ſanctimoniū nihil aliud magni ioānes oſtēdit. Nullū enī ait ſignū ioānes fecit / chriſtus ṽo ſignorū atq́ꝫ miraculorū teſtimonio claruit. Illā aūt aliā viuēdi viā ioanni oīno poſtea dimiſit: ipſe ṽo publicanorū atq́ꝫ peccatorū menſas elegit / vt publicanos et peccatores ſaluaret. Interrogabimus ergo iudeos ſi ieiuniū admirantur atq́ꝫ collaudant: cur ioāni ieiunanti nõ crediderūt: cuius verba ad ieſum aptiſſime illos reducebāt? Ex ſi grauis quedā res atq́ꝫ triſtis ieiuniū ſibi videt̄: cur ieſum comedentē atq́ꝫ bibentē repulerūt? Vtraq́ꝫ enī via ſiue ioānē ſiue ieſum recepiſſent ſalutē cõſequebant̄. Illi autē quaſi crudelis quedam beſtia cõtumelijs vtrūq́ꝫ lacerarūt. Preterea nemo nõ inſanus cõtraria ſimul vituperare ac laudare ſtudet. Quod autē dico tale quid eſt qui remiſſos letoſq́ꝫ hoīes laudāt: hi ſeueros atq́ꝫ triſtes ferre nõ poſſūt. Et q̄ ſeueros laudāt: hi letos repudiāt. Nos enī poſſumꝰ vtroſq́ꝫ ſimul iudicio nr̄o approbare. Propterea etiā ipe ait Tibia cecinimus vobis / ⁊ nõ ſaltaſtis: id eſt remiſſiore viuēdi diſciplina volui vos attrahere ⁊ noluiſtis: lamētati ſumus ⁊ nõ planxiſtis: ideſt noluiſtis attentā ioanni mentē adhibere / qui duriſſima diſciplina viuendi ad vos venit. Non enī ad aliud ioannes / ad aliud ego vos induco. Quippe vnū eſt vtriuſq́ꝫ cõſiliū: etiā ſi viuēdi ſtudia contraria videntur. Qua propter ea que ab vtriſq́ꝫ facta ſunt / cõmunia ſunt. Non enī a diſcrepantia / ſed a ſūma cõcordia cõtrarias vias elegimus: que tamē ad vnū exitū omnino perducūt: qua igitur excuſatiõe vti poteritis? [Et iuſtificata eſt inquit ſapientia a filijs ſuis.] Id eſt nulla vos potui attrahere via / quare iure me iā incuſare nunq̃ꝫ poteritis: quod de patre pariter dixit propheta: Vt iuſtificeris in ſermonibꝰ tuis. Deus enim q̃uis ſciat nihil boni vos facturos / procuratione tamen ac prouidentia ſumma erga vos vtitur: ita etiā vt his qui impudentiſſimi ſunt: nec vmbram quidē dubie atq́ꝫ ingrate excuſationis relinquat. Si ṽo exēpla quibꝰ vtitur tenuia quidē tibi vident̄ ac cõpoſitus oratiõis cõtextꝰ nõ mouearis. Ad fragilitatē enī audientiū ſermo ſemper accomodandus eſt. Sic ezechiel multis ſimilitudinibꝫ que iudeis cõueniebāt vtit̄ / q̃uis non ignoraret: a diuina maieſtate alienas fuiſſe. Id enī maxime dignum atq́ꝫ gratū deo eſt: quod imbecillitati humane accomodatū: ad ſalutem noſtram pertinet. Tu vero aduerte quemadmodū repugnantibus iudeis ſeipſos implicabant. Namq́ꝫ de ioanne ieiunante dixerunt ꝙ demonium haberet. Idem ipſi rurſus hoc ipſum de chriſto contrario quodam modo viuente affirmarunt. Sic ſibiipſis ſemper repugnantes nunq̃ꝫ conſtanter idem ſenſerunt. Lucas autem ad ea que dicta ſunt aliud etiam addit: quo multomagis iudei accuſandi eſſe videntur. Dicit enim: Quoniam publicani iuſtificarunt deum ſuſcipientes baptiſma ioannis. Tunc incepit quaſi miſeras exprobrare ciuitates cum iuſtificatam eſſe ſapiētiam a filijs ſuis plene oſtendiſſet. Nam que docendo perſuadere nõ potuit: que ſignis atq́ꝫ miraculis nõ effecit: vt duritiem cordis deponerent / ad exprobrandum iam accedit: quod multomaius mihi videtur q̃ꝫ ſi formidinem atq́ꝫ timorem incuteret. [Tunc igitur ait ieſus cepit exprobrare ciuitates in q̄bus facte ſūt plurime virtutes eius q̄ nõ egiſſent penitētiā. Ve tibi thorozaı: ve tibi bethſaida.] Et vt videas nõ natura illos tales fuiſſe / nomē illius vrbis poſuit: vnde quinq́ꝫ emicuerūt apl'i. Nā philippus ⁊ duo illa paria q̄ apoſtolatꝰ verticē tenuerūt inde fuiſſe dicunt̄. [Quoniā ſi in tyro atq́ꝫ ſydone facte eſſent ait: virtutes q̄ in vobis facte ſunt: olim in cilicio ⁊ cinere penitentiā egiſſent. Verūtamē dico vobis: Tyro ⁊ ſydoni remiſſius erit ī die iudicij q̃ꝫ vobis. Et tu capharnaū que vſq́ꝫ ad celū exaltata es: vſq́ꝫ in infernū deſcendes: q̄ ſi in ſodomis facte fuiſſent virtutes: que facte ſunt in te / manſiſſent vtiq́ꝫ vſq́ꝫ in hanc diē: verumtamen dico vobis q̄ terre ſodomorū remiſſius erit in die iudicij q̃ꝫ tibi.] Non ſimpliciter neq́ꝫ ocioſe ſodomorū fecit mentionē: ſed vt oſtēdat q̃ꝫ maxima ſit prauitas eorū qui nõ ſolū preſentes: verū etiā preteritos omnes vitijs ſuperaſſe vidētur. Sic etiam alibi modo ad niniuitas / modo ad reginam auſtri conferēs ipſos condemnat: Verū eorū ibi qui recte: hic eorū exemplo qui ꝓperā fecerūt qꝺ mõ grauius eſt eos accuſat: Hāc condēnandi legē ac rationē ezechiel q̃ꝫ nõ ignorauit: dicit enī ad hierl'm: iuſtificaſti ſorores tuas in oībus pctīs tuis. Ita vbiq́ꝫ veteri teſtamento doctrina ſua cõſimilis eſt: nec tamē orationē adhuc vſq́ꝫ ſolū ꝑduxit: ſed maiorē incutit metū dicendo: Grauiora incredulos iudeos q̃ꝫ tyrios atq́ꝫ ſodomitas expectare ſupplicia: ita ipos partim qm̄ vt miſeros luget / partim qm̄ terret / allicere ſtudet. Nec nos cū audiamꝰ nõ incredulis ſolū grauiores penas iminere q̃ꝫ ſodomitis: ſi nobis quoq́ꝫ ipis credamꝰ. Nā cū veniētes ad eos aduenas atq́ꝫ peregrinos puluerē excutere iuſſerit: eadē ſupplicia niſi ſuſcipiamꝰ minat̄. Nec id iniuria. Nā ſodomite q̃uis iniquiſſime vixerint: ſed tñ ante legē ⁊ gratiā peccarūt: nos aūt poſt legis ⁊ gratie tā diligentē curā / qua venia digni erimꝰ: aduenas atq́ꝫ pegrinos odio tā magno pſequentes / ⁊ ianuas noſtras: imo vero multomagis aures paupibꝫ claudētes. Quid dico pauperibꝫ: cū apoſtolis ipis id faciamꝰ? Nam qñ publice legit̄ paulus: ⁊ tu nõ aniaduertis: qñ ioannes tonat / ⁊ tu nõ audis: inopem tu audies: qm̄ apoſtolū nõ audis? Vt igit̄ pauperibꝫ domꝰ noſtre ⁊ apoſtolis aures pateāt: omnē ſorditiē ab auribus ani detergamꝰ. Nā queadmodū ſordes ⁊ limꝰ aures corporis obſtruere ſolent: ſic meretricij cantus / huiꝰ ſeculi fabule / debitoꝝ onꝰ: creditorūq́ꝫ ac fenorū ratio: aures mētis ſolent obſtruere / atq́ꝫ immūndas facere: quaſi enī ſtercꝰ auribꝫ veſtris immittūt hmōi colloquia: ⁊ qꝺ barbarꝰ ille minabat̄ dicens Comedetis ſtercꝰ veſtrū. Id nūc multi nõ verbo: ſꝫ re in vobis faciūt: immo ṽo etiā multo peiꝰ ac fediꝰ Nā fornicatorij cantꝰ multomagis q̃ꝫ ſtercora ſunt abominabiles. Qꝺq́ꝫ egriꝰ ferendū eſt: nõ ſolū nullam audiētes moleſtiā capitis: verū etiā ridere atq́ꝫ letamī. Cūq́ꝫ vitare iſta abominariq́ꝫ deberetis: ſuſcipitis ac laudatis. Deſcende igit̄ tu quoq́ꝫ in ludū ſimilē: imitare qꝺ laudas: habeas cū his q̄ hmōi cõmouēt riſum ſocietatē atq́ꝫ cõmertiū: ſed ſi in illo ipo cõſortio cõiungi nolles: cur tantū ei honorē tribuis Et leges quidē gentiliū infames eos eſſe volunt: tu vero quaſi ad legatos aut duces militie cū vniuerſa ciuitate oībꝫ cõuocatis effunderis: vt vna cū oībus ſtercꝰ in aures tuas immittas: vt q̄ ſeruū cedis ſi corā te turpe quicq̃ꝫ protulit: qui filio id nõ ꝑmittis: q̄ domi tue quaſi turpitudinē quandā iſta fieri nõ pateris: cū verberones q̄dā ⁊ ſeruiles abiectiq́ꝫ hoīes vt hec audias vocēt: nõ mõ moleſte nõ fers / ſed letaris etiā atq́ꝫ laudas ⁊ gratias agis. Et quid huic amentie maiꝰ vnq̃ꝫ poterit inueniri? Sed ego turpia hec ⁊ incentiua voluptatū / nec dixi / nec cecini vnq̃ꝫ dicis. Et que nā vtilitas eſt / ſi cū nõ dicas / libenter audis? immo ṽo vnde idipm̄ planū facies qꝺ nõ dicas? Cū libenter hec cū riſu audias: ⁊ ad ꝑcipiendū magno curſu cõtendas. Dic mihi oro cum blaſphemātes audis: gaudes atq́ꝫ exultas: aut potiꝰ perhorreſcis: aures obſtruis. Nõ dubito qm̄ ꝑhorreſcas. Quā ob rē. Quia videlicꝫ nunq̃ꝫ tu blaſphemare ſoleas: pariter ergo in turpiloquio etiam nobis facito: ſi perſuadere nobis oīno vis: nõ libenter turpiſſima te verba proferre: tūc tibi credimꝰ: cū nec audire quidē perſpeximꝰ. Nā quõ virtutē colis qui hec audiendo corrumperis: quomõ caſtimonie arduos poteris perferre labores: qui riſu defluis / ⁊ cantu meretricio caperis. Nā ſi vix que longe ab huiuſcemodi cantibꝰ remota eſt anima caſtimonie honeſtatē amplectitur: quomõ cõtinēter viuere poterit / qui in his viuit? An ignoratis ꝓcliuiores nos eſſe ad vicia. Cum igitur etiam arte et ſtudio ad ea curramus: quomõ fornacē eterni ignis fugiemus? Nõ audiſtis paulū dicentē: Gaudete in domino. In domino dixit: nõ in diabolo. Quādo igitur audire paulū poteris? quādo peccaſſe te ſenties: cū ſemper ridiculis iſtis atq́ꝫ ſpectaculis q̄ſi ebriꝰ efficiaris. Ex eī huc mõ ꝑueniſti nõ miror: imo ṽo ⁊ valde miror. Nā huc q̄ſi ſimplicit̄ ac fere ſine cā veniſti: illuc ṽo oī ſtudio curſu alacritate quottidie ruis: qꝺ inde patet: quia fetulentiſſimū limū q̄ in animas veſtras viſu ⁊ auditu infuſus fuit: inde a theatris domos veſtras cõducitis: immo ṽo in mentibus ipis atq́ꝫ animis collocatis ac ſumitis: ⁊ ea q̄ digna abominatione nõ ſunt auerteris: abominanda ṽo admiraris ac amas: multi enī a ſepeliendi officio redeuntes balneū confeſtim intrarūt: a theatris autem recedentes: nec gemuerunt: nec lachrymā vllā effuderunt. At certe nullā immunditiā cadauer habet: peccatū autē ita maculat / vt nulli fontes / nulla flumina: ſed lachryme ſolū atq́ꝫ confeſſio mundare queant. Sed nemo eſt qui peccati ſordes q̃ꝫ magni ſint ſentiat. Nam quoniā nõ timemus timenda: iccirco formidamus que nullā in ſe cauſam formidinis habent. Quis aūt eſt ille theatraliū hominū adeo magnus ſonitus? quis tantꝰ tumultus: qui diabolici clamores? qui veſtitus ſathanicus? Alius cum adoleſcens ſit crimē nutrit: ⁊ naturā aſpectu / veſtitu / inceſſu / ceteriſq́ꝫ huiuſmõi effeminādo: ad teneriuſcule imaginē puelle deducere cõtendit: alius econtra cū ſit ſenex nouacula pilos pudorem omnē abraſus cinctus aſſiſtens ad dicendū / ac faciendū omnia paratus eſt. Mulieres autē nudo atq́ꝫ aperto capite populū abſq́ꝫ rubore alloquuntur: tantaq́ꝫ premeditatione impudentiā aſciſcunt / tantamq́ꝫ laſciuiā inaudientium atq́ꝫ videntiū animos infundunt: vt vno omnes animo radicitus modeſtiā e mentibus ſuis euellere: dedecore muliebrē naturā afficere: ꝑniciosa voluptate cupiditates ſuas implere conari videantur. Cuncta enim ſimpliciter que ibi fiūt turpiſſima ſunt: verba / veſtitus / tonſura / inceſſus / voces / cantus / modulationes / oculorū euerſiões / ac motus tibie / fiſtule / fabularū materies: oīa inq̃ꝫ turpi laſciuia plena ſunt. Dic ergo quando a tanta fornicationis immunda cupidine / quā tibi diabolus infudit teipm̄ recipies / atq́ꝫ reſipiſces. Non enī ignoramus quot tibi fornicationes peragant̄: quot adulterijs matrimonia maculentur: quot viri muliebria patiantur: quot iuuenes effeminent̄: cuncta iniquitatis ſumme: cuncta ꝓdigioꝝ: cuncta impudētie plena ſunt. Quas ob res nõ cachinnꝰ diffluere ridentes: ſed lachrymis gemere ac dolere oportet. Quid igit̄ vis inquies: an vt ludoꝝ omniū locū claudamꝰ / ⁊ tibi obtēꝑantes oīa euertamꝰ? Quid euertamꝰ dixiſti? Nonne cuncta iā euerſa ſunt? Nā vnde credis nuptiarū inſidiatores proficiſci? Nõne ab huiuſcemõi ſcenis? Vñ illos q̄ domos ac thalamos alioꝝ effodiūt? Nõne a tripudijs illis? An nõ hic vxoribꝫ viri moleſtiſſimi: ⁊ viris mulieres cõtēnēde fiūt. itaq́ꝫ is mihi videt̄ oīa euertere: q̄ theatra petit: q̄ tyrānice cupiditatē viros nimis nutrit fauore. Mime inq̄es: m'lieres a viris ſuis diſſeꝑare: ipuerorū pudicitiā rapere / domos euertere: hec oīa eoꝝ tyrānoꝝ ſt̄ q̄ aerē occupar̄t: ⁊ ciuitatē vi ꝑmūt: q̄ ṽo nos facimꝰ legibꝫ approbata ſt̄: ⁊ adulterijs nunq̃ꝫ

hec ſpectacula oportūitatē ꝓbuere:īmo vo qs nō ad
ulꝫ mō factꝰ ē: Nā ſi poſſē noīe oēs appellare: cito ti
bi oñderē. Quot q̄ſi captiuos ſcorta īde abduxerīt:
quot aut ab vxorib' abſtraxerūt: aut ad legittimū
oīno thorū peruenire non dimiſerūt: Quid igiꝫ in-
quis an leges oēs euertemꝰ / quibꝰ hec cōſtituta
ſunt: immo vero his theatralibꝫ ludis euerſis: non
leges / ſed iniquitatē euerteris: ac oēm ciuitatis pe-
ſtem extinguetis. Hinc enī ſeditiōes excitanꝫ: hinc
tumultus oriunꝫ. Qui enī his ludis alunꝫ: omnes
vocē ventris cauſa collocant: qui ad omnē clamorē
atqꝫ facinꝰ promptiſſimi ſunt: hi maxime ſolent ru-
moribꝫ populos inflāmare: ⁊ tumultū in ciuitates ī
mittere. Ociosa enī iuuentꝰ impudenter educata:
omni ferociſſima beſtia immanior eſt. Malefici aūt
nōne ab theatralibꝫ ludis multi ꝯſtituunꝫ: Nā vt
vniuerſum populū ad hec poſſint inflāmare: vt tri-
pudiātes ſuas cōſequanꝫ voluptates: vt modeſtas
mulieres meretricibꝫ cōmixtas corrumpāt: ad tan-
tū maleficij genus perueniūt: vt nec ab oſſibꝫ qui-
dē mortuoꝝ abſtineāt. Quid dicā ꝙ ad diabolicas
has ſodalitates īnumeras mlͭi cōſumūt pecūias:
Quid de laſciuia: quid de alijs malis: Aīaduer-
tis te illū eſſe / qui vniuerſam vitā hominū euertis:
cū ad hec ceteros horteris: nō me q̄ huiuſcemōi oēs
ludos omittendos cenſeo. Diruemꝰ igiꝫ omniū lo
ca ludoꝝ inq̄s: Utinā iā diruta eſſent: q̄uis quā-
tū ad vos attinet: iāpridē deſolata iacent. Nihil tñ
facere hoꝝ vos iubeo: quippe cū edificioꝝ magnifi-
centia ꝑmanere poſſit / ⁊ ludi ⁊ tripudia oīno ceſſari
qđ maiori vobis laude erit: q̄ſi cūcta funditꝰ euer-
teretis. Sumite ſaltē exemplū vobis a barbaris q̄
oīum hmōi ſpectaculoꝝ turpitudine carēt: quā ſatiſ
factionem pro nobis afferetis: ſi qui aſcripti eſtis in
celis: angeloꝝ atqꝫ archangeloꝝ ſocij / ac coheredes
multo peiores hac in re barbaris ip̄is inueniamini
preſertim cū queas nulla aliunde tibi ſolatia cōpa-
re. Nā cū recreare animū volueris: poterꝭ ortos pe
tere: fluentes riuos cōſpicere: ingentes lacꝰ cōſide-
rare: amena cernere loca: cicadas audire canentes:
in templis martyrū cōuerſari: vnde p̄cipua tibi cor
poris ſuauitas tribueꝫ: ac ad animā tuā eximia per
ueniet vtilitas: vnde ſingularē capies voluptatem
quoniā nullꝰ dolor: nulla meſtitia cōſequiꝫ: habes
vxorē: nō cares liberis: habundas amicis: que oīa
ad dilectionē honeſtā / ⁊ emolumēta: nōnunq̄ ſolēt
prebere. Quid enī liberis ſuauiꝰ: quid vxore caſta
moderatoqꝫ marito dulcius: Barbari quidē ip̄i cū
de theatralibꝫ his ludis / ⁊ importuna delectatiōe
fabuloꝝ audiſſent: dixiſſe ferunꝫ verba omnibꝰ in
ſtitutꝭ philoſophie digniſſima. Prudenꝫ enī roma
ni dixerunt / quaſi liberis atqꝫ vxoribꝫ careāt tales
ſibi excogitaſſe voluptates. Quibꝫ verbis oſtende-
bant nihil vxore modeſta / nihil liberis eſſe poſſe ſua
uius. Sed ego inquies oſtendā nihil multis hmōi
ludos obfuiſſe. Immo vero id maxime nocet / ꝙ fru
ſtra ⁊ incaſſum tempus cōſumis: ⁊ ſcandalum alijs
offers. Nā ⁊ ſi tu quodā excelſi animi robore / nihil
inde tibi mali cōtraxiſti: attamē quoniā alios imbe
cilliores exemplo tui ſpectaculorū ſtudioſos feciſti:
quomō nō ip̄e cōmiſiſti q̄ cauſam cōmittēdi alijs ꝑ-
buiſti: Qui enī ibi corrūpunꝫ: tam viri q̄ mulieres
oēs corruptiōis crimina ⁊ cauſam in caput tuū trāſ
ferūt. Nā queadmodū ſi nō eſſent q̄ luderent: ſic qm̄
vterqꝫ ſunt cauſa peccatoꝝ que cōmittunꝫ: ignē pa
tiunꝫ. Quare q̄uis animi tui modeſtia effeciſti / vt
nihil tibi inde offuerit qđ ego fieri poſſe nō arbitror
quoniā tñ alij cauſa ludoꝝ multa peccarūt: graues
propter hoc penas lues: q̄uis etiā multo modeſtior
eſſes: ſi nullo mō eo pergeres. Nō ergo inutiliter cō
tendamꝰ: nec vanas excuſatiōes excogitemꝰ / cum
vna nobis ſufficiat excuſatio: longe a fornace baby
lonia fugere: ꝓcul ab egypto ſcorto abeſſe: atqꝫ ſi ne
ceſſe ſit nudos a manibꝫ eiꝰ elabi: ſic enī ingētes vo-
luptates capiemꝰ cū ſtimulis cōſcientie mīme pū-
gimur. Sic ⁊ in hac vita moderate viuemus: ⁊ fu-
tura bona ꝯſeq̄mur: grā ⁊ miſcđa dñi nrī ihu. Amē

Homelia. XXXIX. Ex capitulo. XI.

## In illo tempore reſpondens Jeſus dixit: Confitebor tibi pater domine celi ⁊ terre: quia abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelaſti ea paruulis.

Perpendis quot quibuſqꝫ modis ad fidē ip̄os ī-
ducit. Primū precipuis ioānis laudibꝫ: nā cū eum
magnū atqꝫ mirabilē: ⁊ pluſq̄ ꝓpherā oſtenderet ad
prebendā illi fidē impellebat: qui aptiſſime ip̄m eſſe
xp̄m atteſtabaꝫ. Deīde q̄a dixit regnū celoꝝ vim pa
tiꝫ: hoc enī nō hortantis magis ad fidē q̄ impellen
tis eſſe videꝫ. Tertio qm̄ oīum prophetaꝝ p̄dicatio
nē adimpletā iā eſſe docebat: q̄ ſignificabat ſeipſum
eſſe / quē illi predixerūt venturū. Quarto qm̄ oīa
iam facta eſſe monſtrauit: que ab ip̄o fieri oportebat
qđ ſimilitudine pueroꝝ ante oculos poſuit. Quin
to exprobrādo ac miſerādo incredulos / ⁊ terrore ac
minis reuocādo. Sexto quoniā gratias modo pro
credētibꝰ agit. Ex enī hic cōfiteor dixit: idē valet qđ
gratias ago. Gratias inq̄t tibi ago: quoniā a pru-
dentibus ⁊ ſapientibus hec ꝫelaſti. An igitur perdi
tione illorū gaudere ip̄m dicemus: ⁊ quoniā illi hec
nō didicere: Minime. Sed hec eſt via ſalutis opti
ma: vt qui reſpuūt que dicuntur: ⁊ nolūt ſuſcipere
nullo pacto cogantur: vt quoniā vocati non obtem
perarunt: nec meliores hic facti ſunt: ſed ſpreuerunt
atqꝫ cōtempſerūt ſalutē: quoniā eiecti ſunt reſipiſce
re cogantur: ſic certe diligentiores etiā fient / q̄ cre-
diderunt: quibus quoniā reuelata miſteria ſunt: le
tare atqꝫ gaudere dignū eſt: q̄niā ꝙ ab illis occulta
ſunt: nō gaudere: ſed lachrymaꝝ fontes emittere di
gniſſimū. qđ ꝑfecto facit lachrymās atqꝫ cōmiſerās
ciuitates. Nō ḡ q̄a ſapiētes nō cognouerūt gaudet
ſed q̄a ꝑuuli ꝑceperūt letaꝫ: ita ⁊ paulꝰ dicit: Grās
ago deo meo: qm̄ fuiſtis ſerui pctī: obediſtis aūt ex
corde / in quā traditi eſtis formā doctrine. Nō ḡ ita
q̄ paulꝰ ꝓpterea gaudet: q̄a erāt ſerui pctī: ſed q̄a cū
eſſent hmōi: veritatꝭ cultores facti ſunt. Prudētes
autem hic ſcribas ⁊ phariſeos appellat: q̄bꝰ verbis
alacriores reddit diſcipulos: cū intelligāt illa ſe pi-
ſcatores eē cōſecutos: a q̄bꝫ illi ſūmi vt videbanꝫ vi
ri exciderīt. Cū aūt ſapiētes dixerit: nō illā verā lau
dabilē ſapientiā intelligit: ſed hāc q̄ ſclͭari doctrīa ꝑ
ſtaꝫ: iccirco etiā ñ dixit: ſꝫ ſtultꝭ reuelaſti: ſꝫ ꝑuulis: q̄
ſi nō formatꝭ adhuc ſimplicibꝫ: ita oñdit ñ īdigne il-
los: ſꝫ iure his rebꝫ fuiſſe ꝑuatos: ac ꝑ oīa nos docet
flatū ſuꝑbie oīno eē fugiēdū ac ſimplicitatē admirā-



dā. Qđ paulus amplioribus verbis ſcribit dicens
Si quis in vobis videꝫ in hoc ſeculo ſapiēs eſſe: is
fiat ſtultus / vt ſapiens efficiaꝫ: ſic enī gratia dei mō
ſtraꝫ. Cur vero grās agit patri / cū ip̄e illud fecerit:
Sicut orat ⁊ intercedit pro nobis ad deū ex magna
erga nos charitate: ſic etiā ⁊ hoc ex charitatis feruo
re ꝑagit: ⁊ ſimul oſtēdit / nō a ſeipſo ſolū: verū etiā a
patre illos excidiſſe. Ut enī ſuū ē gratias agere atqꝫ
gaudere ꝙ paruuli recepti ſunt: ſic patris eſt ne pre
cibꝰ flexus: ſed ſponte ſua cōmotꝰ id feciſſe videaꝫ.
Sic enī inq̄t facta eſt acceptatio corā te: id eſt ſic tibi
omniū placuit. Sed cur tādē inquies occultata ab
illis ſunt: Audi paulū dicentē: Quoniā querētes ꝓ
priā iuſtitiā ſtatuere: iuſtitie dei ſubiecti nō fuerant.
Perpende igiꝫ qualiter affici diſcipuli debebāt: cū
audirēt q̄a ſapiētes nō nouerūt q̄ ipſi cognouerunt.
Et cognouerūt paruuli ꝑmanentes: cognouerunt
ip̄ius dei reuelatiōe. Lucas aūt dicit ea hora qñ ſe-
ptuaginta redierunt de domibꝫ nūciātes: tūc gau-
dentē iſta dixiſſe / q̄ tā diligētiores q̄ moderatiores
ip̄os faciebāt. Erat enī moderāte doctrīa certe illis
opus: ne magnū quid de ſe crederēt atqꝫ inflarenꝫ:
qm̄ demonia eis obtēparēt. Reuelatio enī magna-
rū ſibi rerū nō ſtudio / nec merito ſuo cōceſſa fuit: q̄-
propter ſcribe ac phariſei q̄ ſe ſua oꝑa ſapientes eſſe
arbitrabanꝫ: elati tumore ceciderūt. Quare ſi arro
gātia illis offuit: formidate vos iq̄t vt ꝑuuloꝝ ſta-
tū cōſeruetꝭ: nō ignorātes id illō eē qđ vob hec reue-
lari effecit: cuiꝰ ꝯtrariū illos hac reuelatōe ꝑuauit
Nō enī qñ diciꝫ occultaſti hec a ſapiētibꝫ rē totā deo
attribuit: ſed ſicut cū paulus dicit: q̄a tradidit eos ī
reprobū ſenſum: ⁊ excecauit intelligentiā ip̄oꝝ: non
operatū hec deū fuiſſe aſſerit: ſed illos q̄ cauſam pre
buerūt: ſic etiā hic dictū eſt: reuelaſti. Deinde qm̄ ꝑ-
dixit: Cōfiteor tibi pr̄ q̄a occultaſti ab illis / ⁊ reue
laſti paruulis ne putes hac reuelādi ptāte ip̄m eē ꝑ-
uatū / ac ideo grās agere. [Oīa mihi tradita ſunt
a p̄re meo.] Adiecit hec ad eos qui letabanꝫ: qm̄ de
mones ſibi parerēt. Quid ita gaudetis fruſtra inq̄t
Mea oīa ſunt / mihi a p̄re meo tradita. Cū aūt au-
dis tradita / nihil humano more factū ſuſpiceris: q̄
dictio ne duos ingēitos deo arbitrari q̄s poſſit po-
ſita eſt. Filiꝰ autē dñs oīum naſciꝫ: qđ alibi multis
in locis ſignificat. Maiꝰ quoddam deide adducit:
vt mentē tuā ad ſublimiꝰ erigat. [Et nemo nouit fi
liū / niſi pater: neqꝫ patrē quis nouit / niſi filiꝰ.] Et
videꝫ quidem id multis q̄ hec altius nō examinant
ſeꝑatū atqꝫ alienū a ſuperioribꝰ eſſe: qđ certe nimiū
illis cōuenit atqꝫ coheret. Nā quoniā dixit: Tradi-
ta ſunt mihi oīa: quid miramini intulit: ſi oīum ego
ſum dñs: qui ⁊ aliud quid multo maiꝰ poſſideo pa
trē nouerim ꝙ eiuſdē cū eo ſubſtantie ſim. Id enī oc
cultius ſignificaꝫ ſolū ſe nouiſſe patrē dicit: idip̄m
inq̄ ſignificaꝫ / quando diciꝫ: Nullus cognoſcit pa
trē niſi filius. Tu aūt diligēter perſpice quādo hec
dixit: quādo videlicet quāta eſſet potentia ip̄iꝰ ope-
ribꝫ cognouerunt: quādo nō ſolū ab ip̄o ſigna vidiſ
ſent fieri: ſed ipſi quoqꝫ in nomine ipſiꝰ miracula ꝑ-
petrarūt: deinde quoniā ⁊ reuelaſti ea paruulis di
xit: oſtendit etiā ip̄m feciſſe. Nemo enī inquit cogno
uit patrē niſi filius. [Et cui voluerit filiꝰ reuelare]
Non inquit cuicunqꝫ iniunctū ſit ſibi: nec cuicunqꝫ
iuſſum ſit: ſed cuicunqꝫ velit reuelare. Ex ſi patrem
reuelat: ⁊ ſeipſum videlicet quod tanq̄ manifeſtū ⁊
tanq̄ cōſequens reliquit: qđ ⁊ alibi facit / vt quādo
dicit: Nemo poteſt venire ad patrē niſi per me. Hic
etiā monſtraꝫ vniꝰ eſſe voluntatis cū patre: Ita enī
inquit ꝓcul abſum ne repugnare deo patri videar:
aut illi aliquo modo reluctari: vt nemo ad ip̄m ali-
ter q̄ per me poſſit accedere. Nā quoniā multi tur-
babanꝫ: deo patri cōtrariū appellantes: propterea
tā ſignis q̄ doctrina hāc eoꝝ opinionē deſtruit. Cū
aūt dicit a nemine patrē niſi a filio cognoſci: non di
cit ab omnibus deū ignorare: ſed nō cognoſci ea co-
gnitiōe ab alio qua ip̄e cognoſcit: qđ pariter de filio
quoqꝫ dicēdū eſt. Nō enī de ignoto quodā deo cuiꝰ
nulla vnq̄ habita ſit cognitō hec dicit vt qđ marcio
aſſerit: ſed exquiſitā perfectāqꝫ cognitionē hic intel-
ligit. Nā nos quidē nec filiū perfecte cognoſcimus:
qđ paulus ſcribit dicēs: Ex parte ꝯgnoſcimus ⁊ ex
parte prophetamꝰ. Cū igiꝫ per ea que dicta ſunt cō
firmaſſet ip̄os: atqꝫ in deſideriū ſui attraxiſſet omni
potentia ipius aliqualiter mōſtrata: tunc ad ſe vo-
cat dicens: [Uenite ad me omnes qui laboratis et
onerati eſtis: ⁊ ego reficiā vos.] Nō h̄ / aut ille / ſed
omnes qui curis / qui doloribꝰ / qui peccatis labo-
ratis venite ad me: nō vt penas luatis: verū vt do-
lores peccataqꝫ veſtra reſoluanꝫ: venite ad me non
quia glorificari me a vobis opus eſt mihi: ſed quia
ſalutē veſtrā maxime ſitio. Ego inquit requiem vo-
bis retribuā: nō dixit ſaluos faciā: ſꝫ qđ mlͭo maiꝰ
eſt in omni quiete ꝯſtituā. [Tollite iugū meū ſuper
vos: ⁊ diſcite a me quia mitis ſum / ⁊ humilis corde
⁊ inuenietis requiē animabꝫ veſtris. Jugū enī meū
ſuaue eſt / ⁊ onꝰ meū leue] Nolite igiꝫ onus ꝑtime-
ſcere: ſuauitatis enī eximie plenū. Quō aūt in ſupe
rioribꝫ dicebat anguſtā eſſe ianuā / ⁊ arduā tribula-
tionibꝫ viā / quando videlicet deſidia / quādo igna-
uia diſſolutus es. Nam quando que dicta ſunt per
feceris leue tunc erit onus: quapropter magnitudi-
ne retributionis etiā nūc leue appellaꝫ. Quomō
aūt inq̄s que dicta ſunt perficiā animo. Si humi-
litate ſincera: ſi manſuetudine vera: ſi moderatione
integra te cōmunies. Humilitas quippe virtus eſt
⁊ ſublimioris philoſophie mater ē atqꝫ origo. Pro
pterea etiā cū nobis diuina traderet inſtituta ab hu
militate initiū fecit. Et hoc in loco ab eo iterū exor-
ſus magnā pollicetur mercedē. Non enī alͭs inquit
ſolū acōmodus atqꝫ vtilis fueris: ſed tibiip̄ſi firmā
ſtabilēqꝫ requiē cōpreſtabis. Inuenietis enī anīa-
bus veſtris requiē inquit. Sic antēq̄ futura veni
ant: hic quoqꝫ retribuit / ⁊ victorie premiū prebet: nō
ſolū vt dictū eſt: verū etiā quia ſeipſum exemplū no
bis poſuit: vt aceptior doctrina hec ſua ⁊ gratior eſ-
ſet. Quid enim dubitas inquit: ne minor atqꝫ deſpe
ctior propter humilitatē videaris. In me igitur re-
ſpice: meaqꝫ omnia hec precepta nō ab alio ſed a me-
metipſo diſcas: ita enī ⁊ luce clarius patebit tibi q̄
maximū bonū humilitas ſit. Conſidera quomodo
his omnibus vt humilitatem precipue colant ipſis
perſuadet. Primo in his que ip̄e peregit. Diſcite in
quit a me quoniā mitis ſum. Deinde magnitudinē
retributionis. Inuenietis enī requiē animabus ve
ſtris. Preterea his q̄ ip̄e gratis effert: Ego enī in-
quit requiē vobis cōpreſtabo ad hec / quia facilem
rem atqꝫ ſuauem eſſe approbauit. Suaue namqꝫ iu
gum eſt inq̄t: ⁊ onꝰ meū leue. Sic ⁊ paulꝰ ꝑſuadet
dicēs: Qđ ei mométaneū ⁊ leue tribulatōis nrē eſt

per ſuperabundantiã eternã grauedinẽ glorie operat̃. Sed quõ inquies leue hoc onꝰ eſt: cũ dicat̃ niſi qs odio habuerit patrẽ ac matrẽ: ⁊ niſi qs tollat crucẽ ſuã / ⁊ ſequat̃ me / nõ eſt me dignꝰ: ⁊ niſi qs oĩbꝫ rebꝫ ſuis renũciauerit: nõ põt eſſe meꝰ diſcipulꝰ: cũ iubeat ipſam quoqꝫ animã eſſe tradendã: quõ inqꝫ leue ẽ: Doceat te paulꝰ dicẽs: Quis nos ſeperabit a charitate xp̃i: tribulatio an anguſtia: an perſecutio an fames: an nuditas: an periculũ: aut gladiꝰ: Et qm̃ nõ ſunt cõdigne paſſiones preſentis huiꝰ tẽpis ad reuelãdã in nob gloriã. Doceãt te illi q̃ a ſynagogis iudeoꝝ poſt mille flagella ac verbera ſũmo gaudio affecti ridebãt: quia videlicet digni ſunt inuenti qui ꝓ xp̃i noĩe vexarent̃. Q ſi adhuc iugũ ac onꝰ audiendo formidas nimiũ / atqꝫ ꝑhorreſcis: nõ nature rerũ hmõi timorẽ / ſed ignauie totũ attribuas. Nam ſi accinctꝰ ⁊ preparatꝰ eris / ⁊ nulla deſidia effeminatꝰ / cũcta tibi facilia leuiſſimaqꝫ videbunt̃. Quapropter etiã xp̃s vt quãta cura vigilandũ eſſet certiores nos redderet: non ſiluit onera: nec ſuauia tacuit: ſed vtrũqꝫ cõplexꝰ ⁊ iugũ dixit / ⁊ ſuaue appellauit: onꝰ appoſuit / ⁊ leue adiecit: ⁊ ne aut tanqꝫ laborioſa nimiũ fugeres / aut tanqꝫ nimiũ facilia cõtẽpta ꝓſequereris. Q ſi poſt hec oĩa vehemẽter ardua difficiliſqꝫ tibi virtꝰ videt̃: veniat in mentẽ tibi quãto difficilior vicioſitas eſt: qd ipe occultꝰ ſignificat / cũ anteaqꝫ de iugo ſuo aliqd dixerit: Uenite ad me oẽs exclamauit / qui laboratis ⁊ onerati eſtis. Hinc enĩ oſtẽdere voluit quantũ laborẽ / quantum grauamen / intolerabile peccatũ hoĩbus afferat: idcirco nõ q̃ laboratis ſolũmõ ait: ſed etiã q̃ onerati eſtis. Qd pſalmiſta ſignificauit apertius / ⁊ naturã ipius pc̃i deſcripſit dicẽs: Sicut onꝰ graue grauate ſunt ſuꝑ me. Zacharias quoqꝫ ſimilit̃ plumbi talentũ eſſe ait: Id etiã rerũ experiẽtia facile intelligimus. Nullo enim pondere grauius premitur anima: nihil tam vehementer reſtringit oculos: nihil magis deijcit / atqꝫ ꝓſternit qꝫ male acte vite ac peccatoꝝ cõſciẽtia ⁊ recordatio. Nihil ecõtra ſublimiorẽ atqꝫ altiorẽ mẽtẽ hoĩs reddit: ſicut iuſtitie atqꝫ virtutis poſſeſſio. Quid enĩ intolerabiliꝰ eſſe videt̃ qꝫ nihil penitꝰ poſſidere: Quid difficiliꝰ qꝫ ſi vapules: non ſolũ vices reddere: verũ etiã alterã vertere maxillã: Quid grauiꝰ qꝫ mortẽ violẽtia abire: Sꝫ tñ hec oĩa ſi recte perpetiamur leuia ⁊ facilia ⁊ honeſte voluptatis affectiua cõſtituunt̃: ſed nulla turbatione moueamĩ. Inquirere nãqꝫ ſingula diligenter ac exacte tractare animꝰ eſt: ⁊ ſi ita vultis qd ꝑmũ dictũ eſt: qdqꝫ multis difficilimũ eſſe videt̃ / iã perſcrutemur: vtrum igit̃ graue atqꝫ moleſtũ eſt vnius habere ventris curã: an de mille ſolicitũ eſſe: vnico veſtimẽto indui: nec plura deſiderare: an plura ⁊ ꝓcioſa poſſidentẽ die ac noctu cruciari: de cõſeruatione ipoꝝ atqꝫ cuſtodia metuentẽ ⁊ ſola memoria dolentẽ / ne forte tineis corrodant̃: ne ſeruus furto auferat: verũtamẽ quantũcũqꝫ dixero / nunqꝫ tm̃ oratione aſſequar: quãto vos periculo reꝝ cognoſcitis. Quare optarẽ aliquẽ eoꝝ q̃ ad ſummã philoſophie apicẽ ꝑuenerũt nobis adeſſe vt facile aſpiceres: quãta res iſta voluptate potiat̃: ꝓpterea nemo eoꝝ vnqꝫ qui paupertatẽ amplectunt̃ / diuitias optat. Sꝫ ne diuites quidẽ inquies paupertatẽ eligerẽt: vt a multaꝝ reꝝ curis ꝓſoluerent̃. Et qd iſtud eſt: Mẽtis enĩ ipoꝝ ac egroti anĩ: nõ iucũditatis rerũ hoc ſignũ eſt. Nec alios huiꝰ rei teſtes citare volumꝰ / qꝫ vos ipos / qui quottidie curis preſſi acerbã hanc vitã vob putatiſ: nõ aũt illi ſic: ſꝫ gaudẽtes ſꝑ: ſꝫ exultãtes ſꝑ: nõ minꝰ pauꝑtate / qꝫ reges diadẽate gloriant̃. Maxillã aũt vertere multo faciliꝰ vapulãti qꝫ reꝑcutere ſi attenditis. Hinc enĩ bella ⁊ diſſidia originẽ trahunt: inde bellorũ oĩm atqꝫ inimicitiarũ cauſe ſoluunt̃. Ex altero quidẽ mõ maiorẽ flammã ſuſcitaſti: altero aũt vtriuſqꝫ incẽdiũ extinxiſti. Quid vero nullo incendio laborare ſuauiꝰ eſt: qꝫ igne peruri: nullus vnqꝫ ſi de corporibus dicit̃ dubitabit. Quãto aũt animꝰ corpori preſtat / tanto ⁊ incendiũ eiꝰ periculoſiꝰ eſt: ⁊ ſuauitas certe iucundior. Preterea quid leuiꝰ atqꝫ faciliꝰ in luctamine cõcertare aut corona donari: currere in ſtadium / vel brauiũ iã obtinuiſſe: fluctibꝰ agitari: aut in portu deuehi: quare mori etiã meliꝰ qꝫ viuere cenſeo. A procellis enĩ atqꝫ periculis per mortẽ liberamur: vita vero ⁊ laboꝝ cumulos exaggerat: ⁊ plurimoꝝ pc̃tõꝝ reos facit: ⁊ inſidijs quottidie implicat: quibꝫ efficitur vt mori meliꝰ qꝫ viuere mihi videat̃. Q ſi mihi nõ credis ab his audias qui vultꝰ martyrũ ĩ tempe certaminis cõſpexerũt. Quãdo flagellis ceſi: vnguibus ferreis laniati: in ſartagine immiſſi letabant̃: gaudebant ⁊ ceu in roſario cõſtituti geſtiebant. Quare paulus quoqꝫ hinc abiturus: ⁊ violenta morte obiturꝰ. Gaudeo inq̃t ⁊ congaudeo vobis omnibus: ⁊ vos pariter gaudete / ⁊ mihi cõgaudete. Uides quãto conatu vniuerſum orbẽ terrarũ ad cognitionem gaudij reuocat: ita in magnã beatitudinẽ hinc abire putabat: ita mortẽ illã terribilẽ atqꝫ violentã deſiderandã exiſtimabat. Uerũ qꝫ ſuaue leueqꝫ ſit virtutiſ iugũ: multis alijs etiã poſſet cõprobari: ſꝫ nos ad vltimũ iã veniamꝰ: ⁊ moleſta onera pc̃i conſideremꝰ: ac ex omnibꝫ maxime auaritiã in mediũ educamꝰ: qua turpiſſima multi pc̃tã doloſe cõponant. Quid igit̃ moleſtiꝰ hac re vnqꝫ inuenit̃: quot dolores que magne cure: quot rerũ offenſiones: quãta pericula inſidie pugne hmõi hoĩes quottidie aggrediunt̃: que turbationes q̃ tumultus eos exagitãt: Nã queadmodũ ſine fluctibꝫ mare nunqꝫ conſpicit̃ ſic anĩos eorũ abſqꝫ ſolicitudine terrore turbatione nunqꝫ reperies: ſed anteqꝫ priora cõponãt alia iuaſerunt / ⁊ ad hec rurſus alia atqꝫ alia ſubingreſſa: ingentẽ cumulũ montiũ inſtar erexerũt. Sed iracũdi animũ atqꝫ cõtumelioſi forte velles videre: quo q̃dẽ cruciatu quid peiꝰ / quid inteſtinis vlceribꝰ aſperiꝰ / q̃d fornace qua vrunt̃ quottidie ⁊ flãma q̃ ſemꝑ incẽdunt̃ ardẽtiꝰ. At ꝟo vita eoꝝ q̃ corpoꝝ formas admirant̃: ⁊ pulchritudine alioꝝ tabeſcũt: q̃d miſeriꝰ: q̃d hac deiectõe anĩ formidoloſiꝰ: q̃a vitã gemẽtes atqꝫ tremẽtes iſti mihi viuere videt̃: Quid porro turbulẽtiꝰ ſuꝑbia ⁊ ceruicibꝫ: aut q̃d tumore h̃ aĩ furioſiꝰ: Diſcite iq̃t a me q̃a mitiſ ſũ ⁊ hũilis corde ⁊ ĩuenietiſ requiẽ aĩabꝰ veſtris. Oĩum eĩ bonoꝝ fons atqꝫ origo innocẽtia eſt. Nõ ergo ꝑtimeſcas onꝰ nec ab eo iugo reſilias / q̃ te xp̃s ab oĩbꝰ iſtis vendicat: ſed oĩ alacritate anĩ iugũ hoc ſubeas: ⁊ tũc qꝫ ſuaue ſit facile cognoſces. Nec enĩ terret crucẽ tuã: ſꝫ ornatꝰ gr̃a iponit̃: ⁊ vt diſcas ordĩe ad regiã viã ꝓcedere ⁊ ꝑcipitia vtriqꝫ vitare: ac facile ꝑ anguſtã viã letꝰ incedere: qm̃ ẽ tot tãtaqꝫ bona h̃ iugũ ꝓbet: qm̃ tãta ſecuritate vallatũ eſt: quoniã tanto gaudio replet: oĩ cura: ſtudio: opaqꝫ ipa trahamꝰ ⁊ vt h̃ requiẽ aĩaꝝ inueniamꝰ: ⁊ futura beatitudine potiamur: gr̃a et miſericordia dñi noſtri ieſu xp̃i Amen.

Homelia. XLI. Ex capitulo. XII

i **In illo tẽpore abijt ieſus ſabbato per ſata. Diſcipuli aũt eius eſurientes ceperunt euellere ſpicas ⁊ manducare.**

Lucas vero in ſabbato ſecũdo primo. Quid igit̃ eſt ĩ ſabbato ſcdo ꝑmo: Qñ quies atqꝫ ociũ duplex erat: tã ſabbati dñi qꝫ ſolemnitatis alteriꝰ ſuccedentis. Sabbatũ enĩ quietẽ atqꝫ ociũ appellabãt: cur nã per ea loca illos ducebat / cũ ſciret oĩa: niſi ſoluere quietẽ ſabbati vellet. Et volebat q̃dẽ / ſed nõ abſqꝫ cauſa ſoluere: quaꝓpter nunqꝫ niſi data occaſiõe ſoluit: vt ⁊ legi q̃etẽ ꝓbeat: ⁊ obtrectatores nõ offendat. Eſt aũt qñ principaliter / etiam nulla re cogente ſabbatũ ſoluit: vt cũ luto ceci oculos perunxit: et cũ dicit: Pater meus vſqꝫ mõ operat̃: ⁊ ego operor q̃ oĩa ſic gerit: tũ vt patrẽ glorificet ſuũ / tũ vt imbecillitati cõſulat iudeoꝝ: qd etiã hic factũ videamus cũ eſurientiũ naturalis neceſſitas ad excuſationem adhibeat̃. In his autẽ q̃ pc̃tã oĩno ſunt / nulla certe vnqꝫ excuſatio inueniri põt. Nã neqꝫ homicida ſi homicidiũ ſe feciſſe dicet: neqꝫ adulter ſi cupiditatẽ cõmiſiſſe aſſeuerabit: nunqꝫ ſatiſfaciet: nec alia vlla excogitari cauſa poterit: qñ hec q̃ pc̃tã ſunt / nõ eſſe peccata videant̃: hic aũt cũ famis neceſſitatẽ ad ſatiſfactionẽ attulerit / ab oĩ crimine illos vindicauit. Tu vero abſtinentiã diſcipuloꝝ mecũ admirare: admirare inqꝫ quõ nullã corporis curam nullũ ſtudiũ habeãt: ſed ſine ꝑmeditatiõe aliqua / ac ꝑparatiõe menſam ſibi ſic cõſtituũt: vt cõtinua fere cogant̃ inedia premi: neqꝫ tamẽ a xp̃o abſcedant: nã niſi malo inedie nimiũ vexarent̃: nunqꝫ certe illud in ſabbato feciſſẽt. Quid igit̃ phariſei cũ vidiſſent ait dixerũt ei: [Ecce diſcipuli tui faciũt qd nõ licet facere in ſabbatis] Nõ vehemẽter quidẽ hoc in loco qꝫuis cõſequẽtia rerũ id petere videat̃ / incenſi ſunt: ſed ſimplicit̃ atqꝫ orõne quieta criminant̃. Quãdo aũt ſiccã dexterãqꝫ manũ curauit atqꝫ reſtituit: tãta tũc exarſerũt immanitate: vt etiã de interimẽdo ipo cõſilia agitarẽt. Cũ enĩ nil magnũ atqꝫ ſublime fit q̃etiores ſunt cũ aũt ſanitatẽ hoĩbꝫ ſolo verbo ꝓſtari cõſpiciũt: quaſi feroces beſtie ꝑturbati vehemẽtiꝰ in illũ inſiliunt. Sic inuidie veneno ſuffecti ſalutẽ hoĩm ꝓſequunt̃. Quõ autẽ diſcipulos excuſat xp̃s: [Nõ legiſtis ait q̃d fecit dauid in templo / qñ eſuriuit: ⁊ ipe ⁊ q̃ erant cũ eo: qualiter intrauit in domũ dei: ⁊ panes ꝓpoſitõis comedit / quos nõ licebat ei comedere: neqꝫ his q̃ cũ ipo erãt / niſi ſolis ſacerdotibꝫ.] Ita qñ ꝓ diſcipulis cauſã dicit ꝓphetã aliquẽ: qñ aũt ꝓ ſemetipſo patrẽ in mediũ ſolet adducere. Et aĩaduerte qꝫ acriter nõ legiſtis inq̃t q̃d dauid fecit. Magna enĩ erat de ꝓpheta illo hoĩm exiſtimatio atqꝫ oppinio: ⁊ ita ſingularis vt petrꝰ etiã poſtea cũ ad iudeos faceret verba ſic dixerit: Licet ad vos libere de patriarcha dauid dicere: qm̃ ⁊ obijt / ⁊ ſepultus eſt. Cur aũt cũ dauid mentionẽ faciat: neqꝫ hic neqꝫ alibi adiecta dignitate vnqꝫ noĩauit: ideo forſan qm̃ ſecũdũ ſeriẽ generis ab illo trahebat originẽ. Si phariſei aũt indulgere atqꝫ veniã oportune ſcirẽt cõcedere: inedie cauſam ꝓ integra ſatiſfactione ſolã potuiſſet adducere. Uerũ qm̃ iniqui atqꝫ inhumani ſunt: hiſtorie quoqꝫ recitatiõe cõprimunt̃. Marcus aũt ſub eleazero ſacerdote illud factũ fuiſſe / aſſerit: neqꝫ diſſona hic dicit: ſed primo diuerſis nominibꝫ illũ appellatũ fuiſſe oſtẽdit: deinde cũ ab eo datos fuiſſe panes dauid atqꝫ ſuis aſſeueret magnos defenſione campos aperit. Si q̃dẽ ẽt ſacerdos ipe id fieri ꝑmiſit: neqꝫ ꝑmiſit ſolũ: veꝝ etiã diligẽtiꝰ adminiſtrauit. Nec mõ mihi illud opponas / quia dauid propheta erat. Nã nõ ꝓphetis quidẽ id licebat: ſed ſoli ſacerdotio hic honor cõferebat̃: vñ ⁊ adiecit: Niſi ſolis ſacerdotibꝫ. Quãuis enĩ propheta nõ erat ſacerdos: ⁊ ille quidẽ tantũmõ nõ aũt ⁊ q̃ ſecũ erãt / quibꝫ pariter de propoſitionũ panibꝫ cõceſſum fuit / prophete fuerũt. Quid igit̃ equales ne dauid prophete iſti ſunt quiſpiã obijciet: Cur dignitatẽ q̃ris: vbi legis tranſgreſſio fieri videt̃: Quid ſi naturalis neceſſitas vrget: Hac ratiõe maxime crimẽ criminatũ eſt: preſertim cũ qui maior fuerat / ſimiliter fecerit. Sed quid ad propoſitũ inq̃es: Nõ diẽ ſabbati dauid cõtempſit. Maiꝰ certe quid dicis quo ꝑcipue ſapientia xp̃i demõſtratur: qui die ſabbati pretermiſſo aliud quoddã exemplũ protulit ipo ſabbato maiꝰ. Nõ eſt ꝑfecto equale diei ſolemnitatẽ non obſeruare: ⁊ ſacrã illã menſam ad quã tibi accedere nephas ſit manibꝰ cõtrectare. Sabbatũ quippe ſepe ſolutũ fuerat: immo vero ⁊ ĩ circũciſione ⁊ in alijs cõpluribꝫ ſemꝑ ſoluit̃. Et ĩ hiericho hoc aũt factũ licet cõſpicere: quare a pluribus victoria preſtat̃. Quõ igit̃ hac de re dauid nõ criminatꝰ eſt: preſertim cũ maior hinc culpa cedis ſacerdotũ: atqꝫ interitꝰ exordiũ ſumpſerit: quã rẽ ideo nõ poſuit: qm̃ ea ſibi ſola ſufficiũt / q̃ ad ꝓpoſitũ ſpectãt ſed aliter quoqꝫ reſpondere voluit. Nã cũ arrogantiã elationẽqꝫ ipſoꝝ dauid dignitate atqꝫ auctoritate cõpreſſerit: tũc maiorẽ ſubiungit ambiguitatis illoꝝ ſolutionẽ. Et q̃ nã hec eſt: Neſcitis inq̃t qm̃ in templo ſacerdotes ſabbatũ violant: et ſine crimine ſunt. In ſuperioribꝫ q̃ppe neceſſitatis cauſa: hic aũt nulla ex cauſa ſatiſfactio affert̃: itaqꝫ primũ cõfeſſione: deinde per negationẽ reſpõdit: ⁊ qd vehemẽtiꝰ eſt vltimũ vt oportuit collocauit: qꝫuis etiã priꝰ ſua in recte cõſiderantibꝫ ſatiſfeciſſet. Noli enĩ mihi obijcere nõ eſſe idoneã excuſationẽ: cũ aliũ idẽ impune feciſſe in mediũ adducimꝰ. Nã quãdo qui fecit nullius criminis accuſat̃: tũc qd factũ eſt quaſi legi lata cõprobari videt̃. Non tamẽ illo ſolo cõtentꝰ fuit ſed vehementius etiã ac maius attulit: cũ aperte neget culpã eſſe quicqꝫ ĩ ſabbatis operari: qd clare ac indubitate victorie propriũ eſt. Sic a ſeipo ſabbatũ iã ſolutũ oſtendit: nec eſſe nephas id facere duplicit̃ partim a loco / partim ab ipo ſabbati die cõprobat: immo vero tripliciter: quoniã ⁊ duplicatũ opus attulit: ⁊ aliud de ſacerdotibꝰ ſubiungit quod mirabilius ac maius eſt abſqꝫ culpa ipos etiã tunc fuiſſe aſſeruit. Perpendis quot argumẽta induxit: ideo quia in templo perſonã / quia ſacerdotis tempꝰ / q̃a in ſabbato rem ipam: quia ſacerdotes ipi cõtaminãt nec dixit quia ſabbatũ ſoluũt: ſed cõtaminãt. Et cũ illi qui maius faciunt / quia cõtaminãt nõ modo penas nõ luant: verũ etiã culpa careant: qui inculpabiles ſunt: nõ debeãt q̃ ſimilit̃ ſoluũt accuſari: Q̃ certe nullo mõ illi ꝑori ſiſe putare debemꝰ. Nã illd ſemel dũtaxat ꝓpt̃ neceſſitatẽ: nec a ſacerdote factũ veniã nõ iniuria cõſecutũ eſt: hoc aũt oĩ ſabbato ⁊ in

templo et ſcd̄m legē ſacerdotes factitāt. Qua ꝓpter
etiā nō cōceſſiōis atqꝫ venie iure: ſed auctoꝛitate le-
gis longe ab omni culpa inqt remoti ſunt. Nec enī
criminādo hec dixi ait / neqꝫ vt venia dignos oſtin-
dā: ſed vt iuſtitie dignitate defendā: ita illoꝝ quidē
cauſam dicere videt: ⁊ diſcipulos innocētes eſſe oſtē
dit. Nā qñ de illis dicit ꝙ inculpabiles ſunt relinq
tur / ꝙ iſti multo magis inculpabiles ſint: ac nō fuiſ-
ſe hos ſacerdotes foꝛte obijcies. Ego aūt non vere-
boꝛ reſpōdere multo maioꝛes ſacerdotib illos fuiſ
ſe: ꝑſertim cū ipe dñs templi ipa veritas ſecū affue-
rit: qua ꝓpter etiā dicebat: [Dico aūt vobis ꝗa tem-
plo maioꝛ ē is.] Quā rē ita magnā atqꝫ mirabilē il
li audiētes: nihil dixerūt: foꝛſan ꝗa nō de ſalute ho-
mis agebat: cui tñ quia moleſta videri poterat / cito
medet ad veniā cū quadā acrimonia traducēs oꝛa-
tionē: dicit enī: [Si autē ſciretis ꝗd eſt miſericoꝛdiā
volo / ⁊ nō ſacrificiū: nunq̄ꝫ cōdēnaſſetis innocētes]
Aniaduertis quō venie initit ⁊ quō rurſus ꝑſtātio-
res oſtēdit: q̄ꝫ ꝗ ad veniā debeāt cōfugere: nō enī cō-
demnaſſetis inqt inculpabiles. Et pꝛius quidē a ſa
cerdotū facto idem inferebat ꝙ inculpabiles eſſent:
hoc aūt a ſeipo: immo ꝟo etiā hoc a ſcriptura cōclu-
dit: ꝓpheticū etiā dictū recitauit. Demū poſt hec oīa
aliā etiā cauſam adiecit: Dñs enī eſt ſabbati filius
hoīs: quod de ſeipo dictum accipimꝰ: q̄ꝫuis mar-
cus de natura cōmuniter hoīm id dictū ſcribat. Di
cit enī ſabbatū ꝓpter hominē factū eſt: nō aūt hō ꝓ-
pter ſabbatū. Sed ſi ita eſt inquies: cuiꝰ gratia rei
qui ligna colligebat puniebat? Certe qm̄ ſi ſtatim
a ꝑncipio qñ ferunt leges: ac fere in ꝓmulgatōe ipa
cōtēnerent: nullo mō poſſent poſtea cuſtodiri. Sab
bati autē obſeruatio magnas vtilitates cōtulit po-
pulo. Mites enī atqꝫ humanos alteꝝ ad alteꝝ red
didit: pꝛouidentiā dei atqꝫ creationē rerū (vt ait eze-
chiel) docuit: caſtigauit paulisper ⁊ a malignitate ſe
mouit: ac ſpiritalib reb attentioꝛes effecit. Nā qñ
lex de ſabbato dabat / ſi ſcriptū fuiſſet: bona quidē
oīa in ſabbato faciatis: mala ꝟo nō faciatis / nō con
ſeruaſſent legē iudei. Quo circa neceſſe fuit ab oībꝰ
eodē mō cōpeſcere. Nihil enī in die ſabbati faciatis
inqt: neqꝫ tñ ſic detineri potuerūt. Ipe autē occultiꝰ
ſignificauit: qm̄ a malignitate ſolūmō legis compe
ſcat auctoꝛitas: nihil faciatꝫ inqt p̄terq̄ꝫ ea que facit
aīa. Cū aūt in templo die ſabbati: ⁊ ꝗdē ſtudio atqꝫ
opera multo maioꝛe fierēt oīa per ipam: certe legis
vmbrā veritatē his ſubaperiebat. Sed cur iquies
tantā vtilitatē / quantā ſabbato cōſequebant abſtu
lit xp̄s: immo nō abſtulit: ſed felicia illi addidit icre-
mēta. Tempꝰ enī iā aderat ad altioꝛē ſublimioꝛēq̄ꝫ
rerū oīum intelligentiā: quare nō opoꝛtebat manꝰ
hoīs ꝗ pꝛauitatē odiſſet / ⁊ virtutis ardoꝛe ſublimiꝰ
volaret vinctas coerceri. Nec docebat auctoꝛitate
legis ſolū a deo creata eſſe oīa credere: nec terroꝛe
pꝛompti humanos eſſe / qui ad imitationē dei cōuo
cant. Sitis eī ait miſericoꝛdes ſicut ⁊ pr̄ veſter: nec
vnū diē ſolemnē agere ipos / quib tota vita ſolem-
nitas eſt. Celebꝛemꝰ eī ait nō in fermēto veteri / nec
in fermēto malitie ⁊ nequitie: ſed in azimis ſinceri-
tatis ⁊ veritatis: nec iuxta dei archam aſſiſtere: atqꝫ
altare aureū: eos ꝗ creatoꝛē oīum in ſeipis habebāt
habitantē: multiſqꝫ modis: immo ꝟo modis oīb
ipos alloquērē. Alloquit eī certe fideles oꝛātes offe
rentes: ꝑ ſcripturas: ꝑ miſcꝺe officia: ⁊ qꝺ oīa conti

net ꝗa in ipis habitat. Cur igit ſabbato illi opꝰ
eſt / qui ꝑ totā vitā ſuā agit ſolemnitatē: qui celeſti vi
uit diſciplina: ꝗ pctōꝝ immunis: virtutes obſeruat
⁊ colit. Solemnit igit viuamꝰ continue: nihil oīno
malignitatis cōmittētes. Nā tūc ſolū verā ſolemni
tatē ꝑagimꝰ / cum ſpiritalis vite cōtinue cultū auge
mus: cū ab alienis manꝰ abſtinemꝰ: cū in laboꝛib
ſuꝑfluis atqꝫ inanib / quos ꝓpter hanc vitā ſuſtine-
mus: legē ſabbati cōſeruamꝰ. Seruitutis enī ſunt
extremi hi laboꝛes illis ꝗ ꝓfecto ſimiles ſunt: quib
lior fuerit: verum vt nobis confirmatior hec oratio fiat in ipſo rurſus dauid in cõtrariũ partẽ verſo ſermone rẽ cõſiderabimꝰ. Nã qui cũ magno aĩo ferebat iniurias inuictus erat: is poſtea iniuriatus imbecillis factus eſt. Nã ordo ille tũc permutatꝰ fuerat cũ Urie iniuriã ĩtulit: ⁊ imbecillitas quidẽ iniuriati robur aũt iniuriã perpeſſo cõiungebat: quippe vrias vel mortuꝰ domũ illius vniuerſam depopulabat: ita vt Dauid ꝙuis ⁊ rex eſſet ⁊ viueret nihil tamẽ poſſet. Ille aũt gregariꝰ miles ⁊ ocioſa oĩa illius intus foriſq; cõfudit. Multis quoq; alia ratione ac loco muniamꝰ orationẽ. Perſcrutemur diligenter quid his euenerit qui iuſte vindictã peregerũt. Nã ꝙ iniuriãtes viliores ceteris ſint animã ſuã oppugnãtes nullus vnq̃ negabit: ſed quiſnam inquies iuſtã expetẽs vltionẽ mille incẽdit mala: et multis calamitatibꝰ fuit cõfoſſus ductor exercitus dauid. Nã ⁊ hic bellũ graue concitauit: ⁊ nõ pauca pericula ſubijt: quoꝝ nihil accidiſſet ſi philoſophari voluiſſet. Fugiamꝰ igitꝰ fugiamꝰ hmõi delicta: ſtudeamuſq; vt nec verbo nec re iniuriã inferamꝰ. Nõ enĩ dixit: ſi accuſabis publice ſi ad iudicẽ deferas: ſꝫ ſimpliciter: ſi maledixeris etiã ſi tecũ id feceris: etiã ſi vere nõ falſo dixeris: nõ effugies tamẽ extremas penas: nec ſi ꝑſuaſus quidẽ dixeris: nõ enĩ a factis illius / ſed a verbis tuis aduerſus te diuinitꝰ ſententia feret. Ex verbis enĩ tuis cõdemnaberis ait: nõ aĩaduertis: q; ⁊ phariſeꝰ ꝙq; ⁊ ṽa ⁊ mãifeſta dixerit nec tecũ aliq̃d retexerit: cõdẽnatꝰ tamẽ eſt? Et ſi aperta ⁊ in dedecus alioꝝ dicẽda nõ ſunt: quãto magis ſilentio tradẽda que ambigua ſunt? Eſt enĩ cõſtitutꝰ iudex peccatori: noli tu dignitatẽ vnigeniti temerario impetu rapere: illi iudici ſolũ cõſeruat. Et ſi cupiditate iudicandi iudex eſſe velis: ſedẽ ego tibi oſtendã que magnũ queſtũ tibi cõferet: ⁊ nulla crimĩs ſorde maculabit. Sedeat mẽs atq; cogitatõ tua iudex in animã: atq; cõſciẽtiã tuã adducas: oĩa delicta tua in mediũ ſcrutare / que aĩo cõmiſiſti / et pene dignas ſingulorũ penas. Dicas tecũ aſſidue: Quare hoc atq; hoc auſus es: quare illud ⁊ illud ꝑpetraſti? Et ſi ab his quidẽ conſcientia tua refugit: aliena ṽo curioſe rimatur: dic ad ip̃am: Non ego iudex in alios / nec tu alios defenſura iudiciũ ſubijſti. Quid enĩ ad te ſi hic vel ille male viuat? tu de cuiꝰ rei gratia hoc atq; illud deliquiſti: non defende / accuſa tua veſtigia: non aliena. Sic aſſidue ipſam ad hunc terrorẽ reuoca: deinde ſi cauſam ſuã dicere nõ poſſit / ſed balbutiat atq; ſtupeſcat: quaſi ſuperbã ancillã / ⁊ fornicatione corruptã: cede verberibꝰ: ac flagellis dilania. Hoc iudiciũ quottidie tibi diligẽter cõſtituat. Uenenoſum vermẽ propone: ceteraq; tormẽta oĩa oſtẽde: neq; dimittas impoſterũ cũ diabolo fornicari: neq; patiaris. Si impudẽter dicit diabolũ ad ip̃am venire: inſidias ſibi ab eo ſtrui: ſꝫ dic ad eã: Superflua ſunt hec oĩa: ſi tu velis. Et ſi rurſus dicit corpori colligata ſum: carne induta: cũ hominibꝰ habito: in terris ꝯuerſor: dicas q̃a hec oĩa inanes cauſe ſunt: peccandi oportunitatẽ volenti ꝑſtantes. Nã ⁊ alij corpori cõiuncti carnẽq; habẽtes cũ homĩbꝰ habitãtes: ⁊ in terra cõuerſati recte vixerunt: tu quoq; ip̃a carne induta nullo a benefaciendo impedimẽto nõnunq̃ vetaris. Et ſi hec audiẽs doleat: nõ ſubtrahas manũ: nõ enĩ morietꝰ percuſſa ſed mortẽ effugiet: ⁊ ſi rurſus dicit: ille me irritauit reſponde: quia in poteſtate tua eſt nõ irritari: cuius certiſſimũ argumentũ eſt / quia nõnunq̃ irã ſuperaſti. Si dixerit formoſitate mulieris inceſam ſe atq; inflãmatã fuiſſe: reſponde ad eã. Poteras profecto teip̃m cõtinere: afferas exempla multoꝝ: memento mulieris prime que dixit ſerpens decepit me: ⁊ nõ effugit. Hec oĩa cũ inquiras nemo aſſit: nemo ꝑturbet: ſed quẽadmodũ iudices ſemotis arbitris ſentẽtiã cõſcribũt: pariter tu quoq; ad occaſionẽ trãquillitatis ſecretiora loca inquire. Itaq; lectũ atq; quietẽ petiturꝰ hoc iudiciũ in eas: idoneũ enĩ ad hanc rẽ hoc tempus eſt: ⁊ cõſentaneꝰ locus: camera: ⁊ lectulus quod propheta quoq; denotauit dicens: Que dicitis in cordibꝰ ṽris: in cubilibꝰ ṽris cõpũgimini nec res paruas cõtemne: ſed magnas etiam earũ rationes repete. Hoc mõ magna faciliꝰ euitabis delicta. Id ſi quottidie diligenter facies: terribili futuri iudicis tribunali letus aſſiſtes. Hoc mõ paulus ſeip̃m mũdauit: ac ideo dicebat: Si nos ip̃os iudicauerimus: nõ vtiq; iudicaremur. Sic ⁊ iob liberos ſuos mundauit: nã qui pro incertis hoſtias aſſidue offerebat: multo magis certoꝝ illũ atq; manifeſtoꝝ rationes repetiſſe credendũ eſt. Nos aũt nõ ita facimus / ſed contra: quoniã ꝙ primũ recumbimus ſecularia nobiſcũ negocia vertimꝰ: ac alijs ſpurciſſimis cogitationibꝰ inquinamur: alij quid mutuo dedimus aut accepimꝰ: ceteraq; huiuſcemodi caduca ⁊ inſtabilia cogitamꝰ. Et filias quidẽ virgines diligẽter obſeruamꝰ: animã ṽo q̃ oĩ hac vita ꝑſtãtior eſt fornicari atq; deturpari mille ſpurciſſimis cogitationibꝰ ſinimꝰ. Nã ſiue delitiarũ ſiue formoſi corporis / ſiue odij / ſiue alia quecunq; cogitatio nobis inciderit: ianuis cõtinuo apertis inuitamꝰ ⁊ trahimus: ⁊ cũ oĩ ſecuritate fornicari cũ anima noſtra permittimus. Qua re quid ineptiꝰ aut ſtultius fieri poteſt? Animã noſtrã qua nihil habemꝰ precioſiꝰ tot tantiſq; ſordidiſſimis adulterijs quaſi deſpectã tradere decet: vt cũ illis tam diu corrumpatꝰ: ꝙdiu ſacietate illi feſſi deceſſerint? Qd nunq̃ certe fit: niſi cũ iã ſomnus defatigatos inuaſerit: immo ṽo nec tunc quidẽ tñ. Somnia enĩ atq; nocturna earũdẽ rerũ ſimulachra nobiſcũ pernoctant: ita illa ceſſante iam die ſomnia plerũq; in rẽ verã exeunt. Et pupillam quidẽ oculoꝝ tuoꝝ ne minimo ledatꝰ puluere: diligenter cuſtodis: animã aũt tuã tanta maloꝝ cõgerie preſſam negligis. Quando igitꝰ ab his ſordibus animã detergemus? Quando huiuſmodi veprũ radices amputabimꝰ? Quando virtutũ ſemina ſpargemus? Neſcitis tempus meſſis iã inſtare? Nos ṽo nec nouales q̃dẽ adhuc preſcidimꝰ. Si ergo agri dominꝰ venerit ⁊ ratiões petat: quid dicemus? quid reſpondebimꝰ? An quia ſemina nobis adhuc tradita nõ ſunt? At qui quottidie in anĩs noſtris diſſeminatꝰ. An quia ſentes incidere nullꝰ docuit. At qui aſſidue acutas nobis falces prebemus An quia ſecularium cure rerũ illiciũt. Quare igitꝰ nõ erui verbis declarantꝰ: ſed multo maiorẽ fontẽ q̃ꝫ riuulos iudico. Qd enĩ extra profertur: ex illo ꝓfluit eiuſdẽ ſuperfluũ eſt: qd intus eſt. Uides quãta eos acrimonia percuſſit? Nã ſi dicta eoꝝ praua ſunt / et ab ip̃o diaboli ſenſu ſcatẽt: cõijce qualis eſt ille fons ex quo iſta deriuãtur: que res certe natura duce ita fit. Nam lingua quodam rubore impedita: non poteſt vniuerſum mentis furorẽ effundere: pectꝰ aũt



cum nullum hmõi teſtẽ habeat: intrepide quecunq; vult excogitat: ſi mens ad deũ cõuerſa nõ ſit. Quoniã igitꝰ que dicimus trutine audientiũ ſubiecta eſſe que vero in pectore ſunt velaminibꝰ obducta penitus obfuſcari nõ ignoramꝰ: iccirco praua verborũ turpitudo / magnã intus reconditã eſſe teſtatꝰ. Cum vero magnus obſcenaꝝ cumulus cogitatõnũ intꝰ ebuliat: tũc magno impetu obducta exiliũt. Et quẽadmodũ vomitu laborantes in principio quidẽ detinere intus egredientes humores nituntꝰ: cũ ṽo faſtidio victi ſuccubuerĩt: magnis ſingultibus oĩa e profundo eructant. Sic qui praua conſilia in proximos verſant / cũ malignitatẽ mentis ferre nequeant / obtrectationis ſaniẽ euomũt: a quo precipuis nobis cauendũ rogitemꝰ: gratia ⁊ miſericordia ⁊c.

Homelia. XLIIII. Ex capitulo. XII.

## Tunc reſponderunt ei quidã de ſcribis ⁊ phariſeis dicentes: Magiſter volumus a te ſignũ videre. Qui reſpondens ait ⁊c.

Poteritne quicq̃ꝫ nõ dico impiũ magis: ſed ſtolidius iſtis inueniri: qui etiã poſt tot tantaq; ſigna quaſi nullũ ſignũ eſſet factũ dicere audent: volumꝰ abs te ſignũ videre. Cuiꝰ igitur rei gr̃a ita ſtulte loquuntꝰ? Profecto vt rurſus carpant. Nã qm̃ nõ ſemel: ſed bis atq; ſepiꝰ inuerecũdoꝝ linguã argumẽtis cõpeſcuit: opera rurſus querũt: ac ideo quaſi admirans euangeliſta ſcribit. Tũc reſponderũt ei quidã ſcribarũ ⁊ phariſeoꝝ ſignũ petentes. Tunc iſtud quando ſignificat: Quãdo ſcꝫ flexos iã eſſe oporteret: quando admirari atq; obſtupeſcere: quãdo ſaltẽ confuſi decedere debebant: tũc in malignitate atq; pertinatia ſua pertinaciter ꝑſeuerãt. Tu ṽo ipſe etiã verba cõſidera: quõ adulatione ac deriſione plena ſunt. Putarũt enĩ aſſentatiũcula ip̃m allicere: q̃ mõ adulantꝰ: mõ conuiciantꝰ: mõ illudũt: mõ demoniacũ: mõ magiſtrũ appellãt. Que quanq̃ꝫ inter ſe oppoſita reperiantꝰ: a malo tamẽ aĩo atq; mente ꝓcedũt: quapropter valde ip̃os carpere noluit: ita cũ illi aſpere atq; cõtumelioſe interrogãt: iucũdiꝰ atq; humiliꝰ reſpondet. Cũ ṽo aſſententꝰ ⁊ derideãt: tũc nõ mediocri vtitꝰ acrimonia: oĩ ſe perturbatiõe ſuperiorẽ oſtẽdẽs. Ueluti enĩ tũc nulla ira cõcitatꝰ: eodẽ nũc mõ adulationibꝰ nõ delinitꝰ. Aduerte aũt quia ita cõuiciãdo reſpõdere videtꝰ: vt non ſolũ cõuiciet: ſed veſtigia illoꝝ etiam malignitatis afferat. Quid enĩ ait? [Generatio mala ⁊ adultera ſignũ querit.] Tale igitꝰ eſt qd dicit: Quid mirũ eſt ſi ita ꝑperã me tractatis / quẽ nõdũ cognouiſtis: cũ etiã patrẽ quẽ plurimis ⁊ maximis ꝑiculis noſcere deberetis paritꝰ offendtatis: quẽ crebro derelinquẽtes demonũ cultus ſecuti eſtis: malos vobis (veluti ezechiel aſſidue carpere ſolebat) amatores alliciẽtes. Quibꝰ verbis ⁊ ſe cõſonũ atq; cõcordẽ eſſe patri oñdit: ⁊ eos nihil alienũ maioribꝰ ſuis facere. Archanaq; mẽtis ipſoꝝ reuelat: ꝙ ſimulãtes ⁊ ceu inimici miracula petebãt propterea ⁊ generationẽ malã nũcupauit: tũ q; ſp ĩgrati bñfactoribꝰ extiterũt: tũ q; ſuſceptis bñficijs (qd extreme vicioſitatis eſt) ad malignitatẽ incitantꝰ. Adulterã porro generationẽ appellauit: tã priorẽ q̃ꝫ ꝑſentẽ ip̃oꝝ deformitatẽ deſignans. Uñ rurſus p̃ri ſeip̃m equalẽ eẽ demõſtrat. Si q̃dẽ paritꝰ q̃ ſibi quẽadmodũ q̃ p̃ri ñ credũt adulterij crimĩe notantꝰ. Infert enĩ: nec dabitꝰ ſignũ: ⁊ niſi ſignũ ione ꝓphete] Reſurrectõis iã mẽtionẽ facit: ⁊ a figura ione rẽ ip̃am confirmat. Quid igitꝰ inq̃es? None data ſũt tibi ſigna petẽti? Sed nõ vt eos induceret (ſciebat enĩ obſtinatos eſſe) veꝝ vt alios alliceret ſigna faciebat: aut ita igitꝰ reſpõdere poſſumꝰ: aut q; nõ habebũt ſignũ: q̃le illud erit: q̃ vexati: quãta eſſet virtꝰ illiꝰ cognouerũt. Et hic q̃dẽ cõminatiõibꝰ terrenis occultiꝰ id tangit: vt q̃ſi dicere videatꝰ. Mille enĩ vobis bñficia cõtuli: ⁊ nihil hoꝝ vos mihi cõciliauit: neq; fecit / vt oĩpotentiã meã velitis cognoſcere: ſed cognoſcetis tũc a cõtrarijs: qñ vrbẽ veſtrã ꝓſtratã videbitis: qñ menia eiꝰ deiecta: qñ tẽplũ ſubuerſũ: qñ libertate priſcaq; viuẽdi diſciplina priuati: errãtes ac ꝓfugi ꝑ vniuerſum orbẽ diſpergemĩ. Hec igitꝰ oĩa / q̃ poſt paſſionẽ meã euenient in ſignũ vobis maximũ ſint. Et certe maximũ videri debet: ſicuti ⁊ eſt: ꝙ afflictiões eorũ nec auferantꝰ / nec remittantꝰ: neq; ꝙuis multi conati ſint: nullꝰ tñ potuerit erũnis atq; miſerijs iudeorũ mederi. Nec hec exp̃ſſit / ſꝫ futuris tẽporibꝰ manifeſtãda reliq̃t. Nũc aũt reſurrectõis ſermonẽ quẽ futuris calamitatibꝰ cogituri erãt ꝓbat atq; aſtruit [Sicut enĩ fuit ionas ait in vẽtre ceti tribꝰ diebꝰ ⁊ tribꝰ noctibꝰ: ſic erit filiꝰ hoĩs in corde terre tribus diebꝰ ⁊ tribꝰ noctibꝰ] Liq̃do ne verba eiꝰ illuderẽt nõ dixit q; reſurget: eos aũt occultiꝰ tetigit vt ꝑſciẽtiã eiꝰ nõ ignorarẽt: q̃ ip̃os adeo nõ fugit: vt ad pilatũ poſtea aſſererẽt: q; ille ſeductor dixit poſt tres dies ſe reſurrecturũ: qd certe diſcipuli eiꝰ tanq̃ꝫ rudiores nõ intellexerũt. Quo circa phariſei ⁊ ſcribe ſua ip̃oꝝ ſentẽtia cõdẽnati eſſe videntꝰ. Aduerte aũt quõ q̃ꝫuis occulte / ſignificãter tñ dixit. Nõ ei ait ĩ terra ſed in corde terre: vt ⁊ ſepulchrũ denotet / ⁊ ſuſpitionẽ effugiat. Tribꝰ aũt diebꝰ mortuꝰ eſſe voluit: vt nemo mortuũ eſſe ambigeret. Nõ enĩ cruce ſolũ ⁊ viſu oĩm q̃ tũc aderãt: veꝝ etiã dieꝝ numero mortẽ cõfirmat. Nã ⁊ ſi vniuerſa futura tp̃a reſurrectõi teſtatura erãt: tñ ſi tũc nõ multa morti atteſtata fuiſſent: potuiſſet dubitari: morte aũt nõ credita reſurrectionis etiã miſteriũ oĩno vacillabat. Iccirco ſignũ etiã mortẽ vocauit: q̃re niſi crucifixꝰ fuiſſet / ſignũ datũ nõ eſſet. Hac etiã de cã in mediũ adduxit: vt p̃teritis ſignis p̃ſentiũ ṽitas crederetꝰ. Dic mihi q̃ſo ficto ne ſermõe putas in vẽtre ceti ionã fuiſſe. Nec potes id q̃dẽ dicere: q̃re nec xp̃m in corde terre fuiſſe negandũ tibi eſt. Nõ enĩ fieri põt vt veritatis figura ꝓcul a figmẽto ſit: veritas aũt ip̃a falſa imagine inuoluatꝰ: iccirco vbiq; ⁊ miſterijs ⁊ in baptiſmate ⁊ in ceteris oĩbꝰ mortẽ ip̃iꝰ annũciamꝰ: ideo paulꝰ magna ⁊ clara voce clamat dicẽs: Mihi aũt abſit gloriari niſi ĩ cruce dñi nr̃i ieſu xp̃i. Uñ aptiſſime patet diaboli diſcipulos eſſe oẽs q̃ martionis morbo laborãt: cũ hec nõ credãt: q̃ ne obliuiõi traderentꝰ: mille ſacramẽtis effectũ a xp̃o eſt: ⁊ q̃ marie diabolus delere obliuiõe conatꝰ. Ita ⁊ alibi dicit: Soluite templũ hoc / ⁊ ĩ tribꝰ erigã ip̃m diebꝰ. Et erũt dies qñ auferetꝰ ab ip̃is ſpõſus: hic aũt: Nõ dabitꝰ ſignũ inq̃t niſi ſignũ ione prophete. Quia ip̃i nihil inde lucrabuntꝰ oſtendẽs: qd paulopoſt ſignificauit. Et tñ quanq̃ꝫ ſciret nihil ſeipis ꝓfuturũ: tanta eiꝰ miſcdia eſt: ꝙ ꝓ ipſis mortuꝰ eſt. Sed ne q̃s putet tales iudeoꝝ exitꝰ futuros quales niniuitaꝝ fuerũt: quoꝝ vrbẽ (qm̃ penitẽtiã egerũt) ab irruentibus barbaris eripuit: ne igitꝰ q̃s

putet penitē tiā iudeos hāc quoqꝫ acturos: audias queadmodū cōtrariū deſignatꝛ. Nā ꝙ nihil fructus ex tot tantiſqꝫ beneficiis cōſequantꝛ: imo etiā ecōtra intolerabiles erūnas patientꝛ: ſimilitudine demonis denotauit: ac futurarū afflictionū cauſam reddidit: quia merito in ipſos incidēt qđ antiquiſſimis etiā fecit temporibꝫ. Sodomoꝝ eni vrbē vaſtaturꝰ: cauſam abrae priꝰ expoſuit: declarauitqꝫ quatenꝰ virtutū cōtemptus ſodomis eſſet: vbi in tā magnis populoſiſqꝫ vrbibꝰ: ne decē quidē viri moderate viuentes poterāt reperiri. Ipſi quoqꝫ loth in hoſpitalitatē ipoꝝ antea: ⁊ amores mōſtrauit turpiſſimos ⁊ poſtea ignē immiſit. Pariter etiā in diluuio rebꝰ ipis ad noe cauſam detuliſſe videtꝛ: ſed ezechieli etiā cū apđ babylonios degeret/ que hieroſolymis mala fiebāt: ante oculos ꝓſpicieda ꝓpoſuit. Cūqꝫ hieremie dicebat: Noli pro ipis orare: an nō vides quid iſti faciūt? cauſam profecto dicebat: qđ igitꝛ vbiqꝫ fere factitauit: id etiā hic cōſeruat. Quid eni ait? [Uiri niniuite ſurgēt: ⁊ cōdemnabūt generationē hanc: quia penitentiā egerūt in ꝑdicatiōe: ⁊ ecce pluſq̄ȝ iona hic] Nā cū ille ſeruꝰ fuerit/ ego dn̄s ſum. Ille a cete exiliit: ego a morte reſurgā. Subuerſionem ille vrbi futurā predicauit: ego regni celoꝝ euāgelia vobis enūcio. Et niniuite quidē abſqꝫ ſigno aliquo timuerūt: cum vos multa miraculoꝝ ſigna videatis nec quicq̄ȝ maius ione verba illi audierūt: cū vos ꝑ diuerſa genera philoſophie ego educari. Preterea ionas quaſi miniſter ad niniuitas acceſſit: ego autē ad vos dominꝰ atqꝫ creator deueni: nihil intentās: nullas viuendi ratōes exigens: ſed peccatoꝝ remiſſoꝝ eſtis alumni. Accedit ꝙ de iona nemo illis predixit: cū de me plurimi predixerint: ⁊ opera predicationi cōſonare perſpiciatis. Ionā etiā ne derideretꝛ fugiſſe nō ignoratis: cū ego ⁊ crucis patibulū ſubiturꝰ: ⁊ omnes illuſiōes veſtras laturus vltro aduenerim. Itaqꝫ cū ille nullū pro niniuitis obprobriū tulerit: ego vel mortis acerbitatē libenter ſufferam. Et ille aduena quidē atqꝫ peregrinꝰ erat: ⁊ hominibus illis oīno ignotꝰ: ego vo vobis cōiunctus ſecūdū carnē: ab eiſdē ſum oriūdus progenitoribꝫ. Multa huiuſmōi relinquo: que ab exemplo ione atqꝫ niniuitarū facile quis poteſt excogitare. Dominꝰ vo aliud ſubiunxit dicēs: [Quoniā ⁊ regina auſtri ſurget in iudicio cū generatione iſta: ⁊ cōdemnabit eā: quia venit a finibus terre audire ſapientiā ſalomonis: ⁊ ecce pluſq̄ȝ ſalomon hic] Hoc priore maiꝰ atqꝫ mirabilius eſt. Ionas eni ipē ad niniuitas abiit: regina vo auſtri nō expectauit oſcitando: vt ſalomō illā requireret: ſed ipa ⁊ mulier barbara ⁊ tanto interuallo locorū remota ſtuduit ad ſalomonē venire: nō minis aut terrore aliquo impulſa: ſed ſolo ſapiētie amore incēſa. [Sed ecce plus ſalomone hic] tūc ad ſalomonē regina mulier acceſſit: nunc ipē rex omniū ad vos aduenio. Et illa ab extremis orbis terrarū partibꝫ acceſſit: vos in vrbibus atqꝫ vicis veſtris ſedentes omnia me luſtrantē videtis. Et ſalomon quidē de arboribꝫ ⁊ plantis perite diſſerebat. Unde nō precipuā vtilitatē audiens conſequi poterat: ego autē ineffabiles quaſdā res ⁊ mirabilia ſacramenta vobis annūcio. Cū igitur oratione ipſos corripuerit: ac quaſi futurarū afflictionū cauſam dixerit: oſtenderitqꝫ ingratitudini atqꝫ pertinacie ſue inobedientiā: eorū nō imbecillitati dicentis eſſe attribuendā. Idqꝫ tam aliis multis q̄ȝ niniuitaꝝ acregine exemplo cōmuniuerit: tunc futuros quoqꝫ labores prenunciat: ⁊ q̄ȝuis occulte ⁊ enigmatice: ita tamē vt nō paruū narrationis ſeries terrorē inferre videatꝛ. [Cum eni ait exierit immūdus ſpiritus ab homine ambulat per loca arida requiē querēs ⁊ nō inueniens: dicit reuertar in domū meā vnde exiui. Et veniens inuenit eā vacantē: ſcopis mūdatā ⁊ ornatā. Tunc vadit ⁊ aſſumit ſecū alios ſeptē nequiores ſe: ⁊ intrātes habitāt ibi: ⁊ fiūt nouiſſima hoīs illiꝰ periora prioribus: ſic ⁊ erit generationi huic.] Hinc dilucidius oſtendit: nō in futuro ſeculo ſolū/ verū etiam hic grauiora durioraqꝫ ipſos paſſuros. Nā quoniā niniuitas dicebat reſurrecturos in iudicio/ ⁊ cōdemnaturos generationē hanc: ne prolixitate temporis ad iniuriā deuoluantur: hac in vita futuras ſibi afflictiones ſubtexit: quas Oſee propheta minando dicebat: quoniā erant veluti: mente captus propheta: homo habens ſpiritū: videlicet ſicuti furioſi/ atqꝫ bachantes falſi prophete: qui malis ſpiritibus exagitantꝛ. Mente eni captū hic prophetā/ falſum prophetā appellauit: quales arioli ⁊ gentiū vates fuerūt. Quod ſignificanter expreſſit/ dicens: quia peiora prioribus erunt. Aduerte quo pacto vndiqꝫ attentiores facit: a preſentibꝰ a futuris: a cōprobatis/ atqꝫ laudatis: niniuitis dico auſtri regina ⁊ tiri/ ac ſodomorū ciuibꝰ: qui vehementius offenderūt. Pariter etiā ꝓphete hac ſimili doctrina vtebantꝛ/ qui filios rachabin adducūt: ⁊ ſpōſam que ornatus proprii atqꝫ monilis nō obliuiſcitꝛ ⁊ bouē qui cognouit poſſidentē: ac aſinū qui preſepe domini ſui nō ignorauit. Hac erga trita prophetarū doctrina progrediens: cū per cōparationē ingratitudinē eorū atqꝫ malignitatē pre oculis poſuerit: tunc futuras calamitates prenunciat. Quid igitur dicit? Queadmodū demoniaci ait cū ab infeſto demone ſunt liberati: ſi negligentia corrumpantꝛ grauiores aduerſus ſe attrahunt imaginationes: ſic vobis accidet. Demonio eni tunc vexabamini: quādo idola colebatis: ⁊ demoniis filios veſtros occiſos offerebatis: ingentē hac ex re inſaniā oſtendēs: nec tamen dereliqui vos: ſed per prophetas demonē eieci ⁊ nunc per memetipm curare penitus vos cōſtitui. Uerū quoniā aduertere nō vultis: ſed ad maiorem prauitatē ſponte ruitis: quippe cū multo deteriꝰ ſit in meū q̄ȝ in prophetarū interitū ſeuire: iccirco multo grauiora vobis iminēt/ q̄ȝ babylonis/ q̄ȝ egypti: q̄ȝ antiochi/ mala fuere. Nam que veſpaſiano duce ac Tito ipſis acciderunt: multo magis omnibus illis aſperiora durioraqꝫ fuerunt. Quapropter dicebat: Erit tribulatio magna: qualis nunq̄ȝ erit vel fuit. Non autē hoc ſolum ſimilitudo deſignat: verū etiam quia omniū virtutis numero cōtempto: facilius a prauis ſpiritibus q̄ȝ priꝰ occupabātur. Nam quāuis olim aſſidue peccarent: habebant tamē emēdantē doctoris diſciplinā: aderat illis ipa dei prouidentia: non omnio dereliquerat eos ſpiritꝰ: gratia: cura: caſtigatione: omniūqꝫ remedio iuuans. Nunc vero penitꝰ a diligenti cura ſpiritus deſolatos fore predicit. Quare cū virtutis penuria ſit: crimīa intēduntꝛ: demones acriꝰ in eos inſurgūt. Nemo enim veſtrū ignorat memoria noſtra: quādo iulianꝰ qui oēs hoīes impietate ſupauit: q̄ furore ꝯtra veritatē bachabatꝛ: queadmodū gentibꝫ adherebat: ⁊ cultus idolorū ꝓferebat. Quare ſi aliq̄ inō modeſtius nūc degere videntꝛ: formidine ꝑncipū id ſimulāt: q̄ ſi nulla eſſet: crudeliora q̄ȝ antea vnq̄ȝ facere auderēt: cū oī prauitate atqꝫ malitia priſcos nimiū antecedāt/ maleficas artes atqꝫ magicas/ petulantiā/ audaciā/ ceteraqꝫ vitia ſupra modū colētes/ et q̄ȝuis tāto freno cohercenatꝛ: ſepenumero tn̄ in principes cōſpirarūt: et in extremas inde calamitates inciderūt. Ubi ergo nūc vbi inq̄ȝ ſunt: q̄ ſigna ⁊ miracula curioſe inquirunt? Audiāt ⁊ itelligāt mēte atqꝫ aīo grato nobis opus eſſe: q̄ res ſi non adeſt/ nihil vtilitatis a ſignis adipiſcimur. Nā et niniuite abſqꝫ aliq̄ penitꝰ ſigno aīo crediderūt: iudei vo etiā poſt tot ⁊ tāta miracula in peius deuoluti domiciliū demoniū facti ſunt: et innumeras cōtraxerūt erūnas. Neqꝫ id iniuria. Nā qn̄ q̄ſpiā ab afflictionibꝫ liberatus nō modeſtior fit: multo grauiora q̄ȝ priꝰ patietꝛ: iccirco eni dixit: Nō inueni requiē: vt oſtendat neceſſario ad hmōi hoīem inſidias demonū ꝑuēturas. Nā q̄ duabꝫ aut ꝑcipuis cauſis caſtigatus nō eſt: a ꝑcedētibꝫ videlꝫ calamitatibꝰ/ ⁊ a liberatōe ſecuta/ q̄bꝫ tertiā q̄ꝫ addere poſſumus cōminatiōis ſcꝫ peioris niſi reſipuerit/ q̄ ratiōe ſperare de illo poteris ampliꝰ ꝙ melior futurꝰ ſit? Hec nō ad illos ſolū: verū etiā ad nos ipſos dicta eſſe credamꝰ. Nā ſi diuina luce illuminati ⁊ a prima delictorū miſeria erepti/ rurſus ad eandē malignitatē reuertimur: grauior punitio nos ꝓfecto expectabit: ideo xp̄s q̄ꝫ paraliticū admonebat dicens: Sanus iā factꝰ es: noli ergo ampliꝰ peccare: ne q̄d peius tibi eueniat. Sed q̄d peius inq̄es illi accidere poterat: q̄ triginta ⁊ octo annos egrotus iacuit? Multa ꝓfecto peiora ⁊ grauiora diuturno illo morbo poſſēt excogitari. Utināqꝫ tot tātaqꝫ nobis nō accidāt q̄t q̄nta pati poſſumꝰ. Magna eni ſuppliciorꝝ atqꝫ punitionū apud deū copia ē: q̄ȝuis ꝑ ineffabilē miſericordiā eius iuſta ipſiꝰ ira clemēter mitigetꝛ: qđ ad hierl'm ꝑ ezechielē dicit: Uidi eni te ait pollutam ſanguine: ⁊ ablui atqꝫ vnxi: et factū eſt tibi nomē in pulchritudine tua et fornicata es cū finitimis tuis/ ideo nūc grauiora illi peccāti minatꝛ. Qua ex re non ſupplicia tantūmodo verū etiā infinitā dei lōganimitatē atqꝫ miſericordiā admirari debemꝰ. Quotiens eni ad eadē pctā lapſi ſumꝰ/ ⁊ vſqꝫ adhuc clemētia ⁊ miſīcordia ſua ꝑſeuerat. Nō tn̄ ꝓpter miſīcordiā ſuā nobis cōfidendū eſt: magis q̄ȝ ꝑtimeſcendū. Nā ⁊ pharao ſi cōfeſtim prima ꝑcuſſiōe fuiſſet admonitus/ neqꝫ poſteriores plagas habuiſſet: neqꝫ tandē cū eo tātus exercitus demerſus ꝑiiſſet. Hec ideo dico q̄ nō ignoro multos etiā nūc in pharaonis impietate viuere: ⁊ luto ac lateribꝫ ſibi obnoxios affligere. Quādoqꝫ etiā deꝰ minas eē inferēdas ꝓ primo iubeat illi ne labores quidē remittūt/ q̄ nō in rubro mari demergentꝛ: ſꝫ in ignis fluuiū atqꝫ pelagꝰ itrudentꝛ: pelagꝰ imꝑtrāſibile atqꝫ magnitudīe acerbiſſimū: i q̄ ignei fluctꝰ montiū inſtar erigūtꝛ: ignei dico nō huiꝰ ignis: ſꝫ ignis certe multo q̄ȝ hic horribilioris/ cuius flāma maxima cōficit abyſſum: ita vt vndiqꝫ ignis imaniſſime ſitis fere/ trāſcurrere videatꝛ. Ꝙ ſi ſenſibilis iſte atqꝫ materialis/ eos qui extra fornacē erāt abſorpſit: quid iſte ignis faciet pctōribꝰ? Et audi quid ꝓphete de illo die precinerunt: Dies dn̄i incurabilis furore ac ira plenus. Nullus enim erit qui aſſiſtat: nemo q̄ iuuari poſſit: nunq̄ȝ iocundam ⁊ trāquillā chriſti faciē ꝓſpicere poteris. Uerū queadmodū q̄ ad metalla deſtinantꝛ acerbis ita traduntꝛ hoībus/ vt nullos amicorū poſtea/ ſed ſolos eos qui preſunt videāt: ſimile q̄d tūc etiā erit: immo vero aſperius atqꝫ truculētius. Nam hic quidē accedere nōnunq̄ȝ ad principes atqꝫ rogare ꝓ cōdemnatis poſſumus/ ibi aūt nō amplius licet: ſed ꝑſeuerabūt in tāto dolore atqꝫ moleſtia: quatū nec dicere hoī poſſibile eſt. Nā ſi acerrimos quos iſte ignis et hec flāma dolores infert oratiōe aſſequi nō poſſumꝰ quid de illo dicemꝰ? Preſertim cū hic vno tēporis momēto in ignē poſitꝰ homo expiret: ibi aūt crematꝛ quidē ac dolet: ſed nequaq̄ȝ qui crematꝛ cōſumitur. Quid ergo ibi faciemꝰ? Nam hec etiā de meipſo dico. Sed tu qui magiſter es de teipſo hec dicis quiſpiā obiiciet. Nulla mihi ergo cura eſt. Nec etiā ſupplicia illa euitare potero. Noli obſecro his cogitationibꝰ deprauari. Dic eni queſo? Nōne nature icorporee diabolus eſt? nōne multo melior hoībꝰ erat? hic tn̄ in tenebras ex luce cōuerſus ē. Putas ne igitꝛ cōſolationē inde tibi futurā ſi vna cū illo punieris? Minime certe. Quid porro egyptii? nōne magiſtratus etiā ſuos ⁊ ſingulos principū domos eiſdē vlceribus vexari videbāt: an igitꝛ putas ea de re illos reſpiraſſe? Nequaq̄ȝ. Quod a factis eorū patuit. Nā vt quaſi flagello igneo cōpulſi ad regem irruerūt et hebreoꝝ ppl'm emittere coegerūt. Friuola ei atqꝫ facilis hec ratio nec credas: q̄n ſi cū aliis puniaris cōſolari te poſſe. Podagricos tibi ante oculos pone/ q̄ quādo acutis cōpunguntꝛ dolorū ſtimulis etſi mille offerres vehemētius dolentes: ne reſpicere quidē dignantꝛ. Nō eni patitꝛ intenſus dolor vt quaſi ocio ſi de ceteris cogitēt ac inde cōſolentꝛ. Minime igitꝛ nos hmōi ſpes alat: nā cōſolatio que a malis aliorū originē attrahit: in mediocri afflictione locū habet. Quādo aūt magnus eſt cruciatus/ ⁊ aīa vexata nimiū: adeo fluctuatꝛ: vt ſeipām q̄ꝫ ignorare videatur. Unde fructū cōſolatiōis excerpere poterit? Ridicula ergo ſunt hmōi verba ⁊ puerorū incōpoſite fabule: merori atqꝫ luctui ⁊ huic moderato hec ſolēt remedia decātari. Quieſcimꝰ eni aliquantulū q̄ȝuis plerūqꝫ ipſe q̄ꝫ luctus hac ratiōe nō mitigetꝛ. Quid ergo erit in cruciatu penarū quē ſtridor dentiū igeret. Ideo moleſtus forſan vobis ſum: ⁊ dolorē his vbis infero. Sed q̄d faciā? Uellē ita mihi ⁊ vobis ꝯſcius eſſe ꝟtutis vt hec dicēda nō viderentꝛ. Uerū q̄ȝ plurimi noſtrū in pctīs vitā trahimus: vtinā poſſem vere ad dolorē vos inducere/ vtinā mentē atqꝫ animū veſtrū poſſem cōmouere/ quo facto exitū oratiōi tūc optatū facerē. Nūc aūt vereor ne quidē hec dicta mea contēpnāt/ ⁊ maiores hac de cauſa penas mereantꝛ. Nec eni cū dn̄s q̄ſpiā ſeruis ſuis cōminetꝛ ſi q̄s verba eiꝰ cōtempnat ipune id faciet: ſꝫ huius q̄ꝫ rei ſupplicium luet. Quare oro atqꝫ obſecro/ qn̄ de gehenna q̄cq̄ȝ audimꝰ cōpungamur. Nihil eni certe hoc ſmone iocūdius eſt: nihil his rebꝫ amariꝰ. Et quō inq̄es de gehēna audire q̄cq̄ȝ ac dicere iocūdū eſſe aſſeris? q̄ppe q̄n res triſtis eſt: iccirco q̄ ab ea re ꝓcul ſe amouēt ſermōes ſuauiſſimi ſunt. Preterea hec audiēdo aīa ad ſe cōuertitꝛ ⁊ cautior facta efferꝛ altiꝰ: volatqꝫ ſublimius: maligne cupiditatis expulſo tyrannide. Ita hec de gehenna verba: ne in gehennā deuenias efficiunt. Quare date mihi veniam/ vt verecundiā etiam atqꝫ dedecus futurū adiiciam. Nam quemadmodum niniuite iudeos tunc condemnabūt: ſic

multi qui mõ inferiores videnť nos cõdemnabũt.
Ueniat ergo in mentẽ quãta erit illa deriſio: q̃ntus
deſpectus: veniat ita inq̃ꝫ in mentẽ vt incipiamus
aliquãdo ad verã accedere pn̄ie ianuam. Mihi hec
ipſi dico: meip̄m primo exhortor: nemo mihi quaſi
contẽptus atqꝫ cõdemnatus iraſcatur. Capiamus
iter anguſtũ. Uſqꝫquo deliciabimur? vſqꝫquo dege
mus ocioſe? ridẽtes ac oſcitãtes. Non ſumꝰ adhuc
ſaciati deſidia ꝙ quaſi noua querimꝰ? Nonne eadẽ
ſemꝑ erũt/ eadẽ iterũ menſa/ eadẽ ſaturitas: idẽ ſum
ptus/ eedẽ pecunie/ paſſiones/ cõſtructiões edium:
quarũ rerũ oium q̃s erit demum finis? Inq̃ꝫ cinis:
vermes/ puluis. Aliã ergo viuamꝰ vitã: faciamus
de terra celũ/ mõſtremus recte viuẽdo gentilibꝫ q̃bꝫ
bonis carebũt. Nam q̄n laudabiliter nos viuere vi
debũt/ quaſi faciẽ regni celorũ aſpiciẽt. Quãdo q̄p
pe cernẽt modeſtos: iuſtos ꝓcul ab ira/ inuidia/ aua
ritia: atqꝫ ab omĩ praua cupiditate: q̄n cernent oẽs
virtutis numeros in nobis admirabunť ac dicent:
Si angeli nũc facti ſunt chriſtiani: q̃les poſtea futu
ri ſunt? Si vehemẽter hic ſplendẽt vbi ſe ꝑegrinos
arbitranť: quo fulgore rutilabũt cũ patriã recipiẽt?
Sic illos etiã meliores faciemꝰ/ ſic religionis nr̃e
ſermo nõ minus q̃ꝫ tꝑe apl'oꝝ mirabilis admodum
gentibus videbiť. Nam ſi duodecim illi viri/ ciuita
tes ac natiões integre cõuerterũt: quid erit ſi vitam
illorũ oẽs imitabimur? Cogita tecũ ipſe quo ſubli-
mata religio nr̃a cõuolauit: nõ tamẽ ita reſurrectio-
nẽ a morte hoĩs queãdmodũ phiaꝝ viuẽtiũ admirã
tur: ab hac ṽo magnã vtilitatẽ ꝯſequunť. Preterea
reſurrectio a mortuis ſemel facta facile obliuioni cõ
mittiť/ philoſophia ṽo viuendi perpetuo manet: et
viuentiũ aĩos ſedulo excolit atqꝫ nutrit. Excolamꝰ
igiť noſmetipſos vt etiã illos lucrifaciamꝰ: nihil di
co arduũ: nihil difficile. Nõ p̄cipio ne vxorẽ ducas/
nõ iubeo vt vrbẽ derelinq̃s/ vt ſecl'aria negocia ne-
gligas: ſed vt in his ipſis viuẽdo ṽtute ꝑfulgeas.
Uolo enĩ maiori gloria virtutis choruſcare vos/ q̃
in medio vrb̄ verſamini: q̃ꝫ illos q̃ mõtes ⁊ heremũ
petierũt. Quare ſic? Quia magnã hinc vtilitatẽ ce-
teri cõſequunť. Nemo enĩ accẽſa lucerna ſub modio
ipſam ponit. Hac de cã hortor vt ſupra ornata cãde
labra cũctas imponatis lucernas: vt ampliſſima in
de lux vnde ignẽ accẽdamus: cuiꝰ lumine ſedẽtes in
tenebris ab errore liberabimꝰ. Nec mihi dicas que
ſo vxorẽ te duxiſſe/ liberos procreaſſe/ magnarum
ediũ gubernationẽ habere: ac ideo nõ poſſe iſta ꝑfice
re. Nã queãdmodũ etiã ſi nihil harũ rerũ haberes:
nihil tñ facere poſſes pigreſcẽdo: ſic his oĩbꝫ circũuẽ
tus diligẽtia: ſtudio: curaqꝫ ſuꝑabis. Una certe res
q̃riť: magnitudo ⁊ generoſitas animi: quã nõ etas
nõ inopia/ nõ diuitie/ nõ aliq̃d aliud ne ad virtutẽ ꝑ
uenias cohercebit. Quippe tã ſenes q̃ꝫ iuuenes q̃ꝫ
vxores hñtes/ liberos educãtes/ artes profeſſi p̄ce-
ptis dñi recte paruerũt. Iuueĩs atqꝫ adeo adoleſcẽs
daniel erat: ioſeph in egypto ſeruiebat: aq̃la artẽ ꝓfi
tebať ⁊ puꝑurã quidẽ vẽdens officine p̄erat: carce-
ris cuſtos: alius cẽturio vt corneliꝰ: alius imbecil-
lis ac eger vt timotheus: aliꝰ nõ ſolũ ſeruus: ſed ⁊ fu
gitiuus vt oneſimꝰ: ſed nihil horũ offuit/ ne oẽs vi-
ri/ mulieres/ iuuenes/ ſenes/ ſerui/ liberi/ tã priua-
ti q̃ꝫ cũ poteſtate virtute coruſcent. Non ergo vanis
nos cauſis excuſemꝰ: ſed optimo vſi cõſilio meliora
capeſſamꝰ/ vt recte viuẽdo futura bona cõſeq̃mur.
gratia ⁊ miſericordia dñi nr̃i ieſu chriſti. Amen.

## Homelia XLV Ex capitulo XII

a **Adhuc eo loquente ad tur-
bas: ecce mater eius ⁊ fra-
tres eius ſtabant foris querentes
ei loqui. Dixit autem quidam ei:
Ecce mater tua et fratres tui foris
ſtant querentes te. Ipſe autem re-
ſpondens dicenti ſibi ait: Que eſt
mater mea ⁊ q̃ ſũt fr̃es mei? Et ex-
tendẽs manũ in diſcipulos ſuos
dixit: Ecce mater mea et fr̃es mei.**

Quod pridie dicebam inania ſcilicet eſſe cuncta
ſuꝑflua cũ virtus nõ aſſit: id nunc immo multoma-
gis etiã oſtendiť. Nam ego quidẽ dicebã: nec etatẽ/
nec ſexum/ nec heremi habitationẽ/ nec cetera hmõi
quicq̃ꝫ nobis cõferre: ſi mẽs atqꝫ aĩus ꝓbus nõ ſit:
hodierno ṽo die maius aliquid q̃ꝫ hoc ſit ab euãge-
lio diſcimus. Nam neqꝫ ſi chriſtũ cõcepiſti: ⁊ mira-
bile illi feſtum dedicaſti: nihil magnũ tibi aliquid af
fert: niſi virtutẽ colas. Adhuc enĩ ipſo loquente ait:
dixit q̃dã ei: q2 mater tua ⁊ fr̃es tui q̃runt te: cui xp̃s
rn̄det: Que nã eſt mater mea: aut q̃ ſť fr̃es mei? Hoc
aũt dicebat: nõ q2 de matre ſua verecũdareť/ aut q2
natũ ſe negaret ab illa: nõ enĩ ꝓfecto ille vterus eũ
ꝯcepiſſet: ſi ab ea matre naſci noluiſſet: verũ vt ſigni
ficãter exprimeret nullã etiã eẽ matri q̄m̄ ꝑepit futu
rã vtilitatẽ niſi vt decet vitã ꝑagat. Quãuis ⁊ ex fa
cto matris nõnihil ĩportunitatis q̃ꝫ acceſſit. Cõſide
ra igiť tã mr̄is q̃ꝫ fratrũ ĩportunitatẽ. Nã cũ debuiſ
ſent intrare atqꝫ cũ turbis ſil' audire: aut ſaltẽ expe-
ctare foris/ ſermonis finẽ/ ac demũ accedere/ ambi-
tione quadã ac oſtẽtatiõe cõmoti: foris eũ in p̄ſentia
oĩum euocauerũt: vt videreť facile ac magna cum
ꝑtãte xp̃o imꝑare: hoc enĩ ip̄m occultiꝰ ſignificãs euã
geliſta dicit: Adhuc ip̄o loquẽte turbis: ac ſi diceret
an nõ erat alia oportunitas: an nõ poteratis ſeorſũ
atqꝫ ſecretius colloqui. Quid porro alloq̃ xp̃m vole
bãt? ſi enĩ de dogmatibꝰ veritatis/ publice atqꝫ in
mediũ cũctis audiẽtibꝰ ꝓponere debebãt/ vt cõiter
oĩbus fierẽt vtilitati. Sin ṽo de rebꝫ q̃buſdã priua
tis atqꝫ ſuis/ nõ licebat tãta feſtinatiõe vrgere. Nã
ſi ad ſepeliendũ patrẽ ne cõſequẽtia diſcipline inſcin
dereť nõ abire ꝑmiſit: q̃nto minꝰ p̄dicationẽ abſol-
uiſſe ꝓ re aliq̃ priuata? vñ patet inani quadã gl'ia il
los cõmotos fuiſſe: nihil adhuc magni de ipſo cogi-
tãtes: q̃d aptius ſignificauit ioãnes dicens: Quia
neqꝫ fr̃es eiꝰ credebãt in eũ. Uerba q̃ꝫ ipſorũ nõ reci
tat nõ parue plena demẽtie: q2 magno ſtudio hiero-
ſolymã ip̄m trahebãt: nõ alia de re niſi vt a ſignis il
liꝰ aliq̃d coragiũ gl'ie ꝯſequereť. Nã tu q̃ hec facis
aiebãt oſtẽdas teip̄m mũdo. Nemo enĩ talia faceret
in occulto/ ſed q̃reret oĩbus eſſe manifeſtus. Ipſe aũt
tunc eos increpauit/ carnales eorum accuſans cogi
tationes. Nam quoniam iudei conuiciantes dice-
bant: Nonne hic eſt fabri filius? cuius ⁊ patrẽ ⁊ ma
trem nouimus ⁊ fratres eius apud nos ſunt: igno-
bilitate generis detrahentes: propterea ipſum ad



oſtendenda miracula prouocabãt. Chriſtus autem
ipſos depellebat/ vt ab hac egritudine aĩos ipſoꝝ li
beraret. Nam ſi matrẽ voluiſſet negare: tunc opor-
tune ꝓfecto negaſſet: quãdo ſibi obprobrio mater a
iudeis dabať. Nunc aũt tantã curã de ipſa facere vi
detur: vt cũ vel in cruce penderet amãtiſſimo eam di
ſcipulo cõmendaret/ nunc ṽo nõ tantũ ei oneris cõ-
ferre videť/ q̃ꝫ fratrũ qui nudũ hominẽ illũ cenſebãt
inanẽ ambitionẽ eijcere ſtudebat: itaqꝫ acerbius nõ
ad cõtumeliã/ ſed ad emendationẽ reſpõdit. Tu ṽo
noli verba tantũ perpẽdere/ que mediocrẽ acrimo-
niã continẽt/ verũ etiã importunitatẽ atqꝫ audaciã
fratrũ conſidera. Et ad hec quanta eſſet maieſtas il-
lius qui increpat/ in aĩo tuo verſeť: quia nõ nudus
homo/ ſed vnigenitus dei filiꝰ: quo etiã ad finẽ ver-
ba illa tendant cogita. Non enĩ vilipendẽdo: ſed vt
a tyrãnica paſſione ipſos liberaret/ et paulatim ad
rectã opinionẽ traduceret perſuaſerat: q2 nõ ſolum-
modo filiꝰ erat matris ſue/ verũ etiã dñs atqꝫ cura-
tor: tũc videbis increpationẽ illã decentẽ atqꝫ vtilẽ
admodũqꝫ manſuetã: nõ enĩ reſpondet abeas: ⁊ dic
mulieri huic quia mater mea nõ eſt: ſed ad dicentem
directo ſermone dicit/ que eſt mater mea? Preterea
illud etiã ꝓbat: nec matrẽ/ nec fratres ſuos/ nec q̃ſ-
cunqꝫ alios ſua fretos neceſſitudine virtutẽ neglige
re oportere. Nã ſi nulla mater eſt q2 mater vtilitatẽ
ꝯſequať/ niſi virtutẽ colat: multominꝰ alij neceſſitu
dine ſaluabunť. Una enĩ ſola ⁊ vera ⁊ cõmunis no
bilitas atqꝫ neceſſitudo cũ chriſto eſt vt volũtatẽ dei
facias. Hic ꝓpinquitatis modus multo melior illo
eſt atqꝫ vberior. Que oĩa probe tenẽtes nec de filio-
rum geſtis gloriemur niſi virtutes eorũ imitemur:
nec de parentũ nobilitate quicq̃ꝫ nobis arrogemꝰ/
niſi probã eorũ vitã ſequamur. Poteſt quippe etiã
qui non genuit pater eſſe/ et qui genuit eodẽ modo
nõ eſſe: iccirco alibi cũ mulier quedã dixiſſet: Btũs
venter q̃ te portauit ⁊ vbera que ſuxiſti: nõ reſpõdit
nullus me portauit vẽter/ nec vlla ipſe vbera ſuxi/
ſed beati qui faciũt voluntatem patris mei. Uides
queãdmodũ nullibi coniũctionẽ hãc nature hoĩum
negat: ſed addit ſemper illã q̃ a virtutibus eſt. Pre-
curſor etiã ioãnes cum dicit: Genimina viperarũ ne
videamini dicere patrẽ habemus abraã: noluit oſtẽ
dere quia nõ eſſent ex abraã: ſed quia nihil ipſis pro-
derat filios eſſe abrae: niſi etiã virtute illi cõiunge-
renť: quod ⁊ chriſtus denotat dicens: Si filij eſtis
abrae: opera vtiqꝫ abrae facietis. Nec enĩ carnis cõ
iunctione ab abraã eos ſeparare volebat: ſed admo-
nebat vt nobiliorẽ hac atqꝫ veriorẽ inueſtigarẽt pro-
pinquitatẽ: q̃d ⁊ hic diligẽter facit: q̃ꝫuis aliquan-
tulũ grauius atqꝫ acrius videať/ quia de matre ſer
mo habetur. Nec dixit nõ eſt mater mea hec: nec illi
fr̃es mei: q̄m̄ nõ faciũt voluntatẽ p̄ris mei: non enĩ
ꝯdemnare fr̃es ſuos: ſed emẽdare voluit: ac ideo mã
ſuete: vt ip̄m decebat rn̄dẽs: Qui facit voluntatẽ pa
tris mei: inq̃t mei: hic frater/ ſoror ⁊ mater eſt. Qua
re ſi iſti etiã eſſe volũt hanc viã peragãt: in hac perſe
uerẽt. Quando autẽ mulier illa exclamauit dicẽs:
Btũs vẽter q̃ te portauit: nõ dixit ſe nõ habere ma-
trẽ: ſed inde matrẽ quoqꝫ ſuã beatitudinẽ cõſecutu-
rã aſſeruit/ ſi patris eiꝰ faceret volũtatẽ quã qui di-
ligẽter ſequunť ⁊ fratris ⁊ ſororis et matris retinẽt
locũ. O mirabilẽ honorẽ: o virtutis incredibiles vi
res/ quo ducitis bene viuẽtes hoĩes/ mulieres/ ſan
ctiſſimã illã virginẽ btĩficarũt: quotquot vterũ illũ
admiranť: quotquot optarũt tales fuiſſe matres: et
cetera cõtemnere oĩa. Quid igiť ꝓhibet? Ecce nãqꝫ
rectam atqꝫ facilẽ viã nobis ꝓpoſuit: vt nõ feminis
ſolum verũ etiã viris ad hunc ordinẽ peruenire lice-
at: immo vero etiã ad maiorẽ. Multo enĩ ꝓpinquio
res deo ſunt qui voluntatẽ eius faciũt: q̃ꝫ qui ſũma
carnis neceſſitudine cõiungunť. Non ergo ſimplici
ter propinquitatẽ illã deſidera: verũ etiã viam cape
ſce: magnoqꝫ ſtudio cõfice que ad hoc deſideriũ te ꝑ-
ducãt. Hoc cũ dixiſſet exiuit e domo. Ita ⁊ increpa
uit ⁊ cito fecit quod poſtulabãt. Pariter in nuptijs
q̃ꝫ factũ ab eo videamꝰ. Nam ⁊ ibi increpauit ĩpor-
tune petentẽ: nõ tñ contradixit: vt imbecillitati me-
dereť: ⁊ beniuolentiã erga parentẽ oſtenderet: hic ve
ro ⁊ egritudinẽ inanis glorie repulit/ ⁊ matrẽ vt de
cebat (q̃ꝫuis nõ in tẽpore petierit) honorauit. [In il-
lo enĩ die ait exiẽs ieſus de domo ſedebat ſecus ma-
re.] Ac ſi diceret ſi videre me ac audire vultis/ iam
exeo vt diſſerã. Et quoniã multis coruſcauit ſignis
predicãdo: rurſus prodeſſe hoĩbus vult. Et prope
mare ſedẽs eos qui in terris erãt piſcabať. Sediſſe
autẽ in littore ſecus mare non ſimpliciter poſitũ ab
euangeliſta eſt: ſed vt intelligamus ne quiſq̃ꝫ a ter-
go chriſti eſſet: ſed oẽs contra faciem eius aſpicerent
[Et cõgregate ſunt inquit ad ipſum turbe multe ita
vt in nauiculã aſcendẽs ſederet: ⁊ oĩs turba in litto
re ſtabat ⁊ locutus eſt eis multa in parabolis.] Nõ
ita certe in monte/ neqꝫ per tot parabolas ſermonẽ
contexuit: tunc enĩ ibi quedã turba erat ⁊ plebs in-
cõpoſita: hic vero et ſcribe et phariſei pleriqꝫ aſſunt.
Sed aduertamus queſo diligenter: quã primo pa
rabolã attulit: ⁊ quomodo ex cõſequẽtia Mattheꝰ
oĩa nobis propoſuit. Quã ergo primũ dixit? Certe
quã primã eſſe oportebat: queqꝫ auditores mirũ im
modũ attẽtiores faciebat. Nam que enigmatice p̄-
dicaturus erat exuſcitande vehemẽtius primũ erãt
audientium mentes. Hac ratione increpaſſe quoqꝫ
ipſum alius euangeliſta ſcribit/ quaſi nõ intelligen
tibus dicens: Quomodo nõ percepiſtis parabolã.
Neqꝫ hac ratione in parabolis ſolũmodo loquiť: ſed
etiã vt tenacius memorie q̃ dicunť cõmendari poſ-
ſint: ⁊ expreſſior ꝓpter ſimilitudines ſermo res ip̄as
ante oculos apponat: qui dicendi modus propheti-
cus etiã tritus eſt. Que igitur parabola eſt? [Exijt
qui ſeminat ſeminare inquit.] Unde exijt qui vbiqꝫ
preſens eſt/ qui omnia replet/ aut qualiter nã exijt?
Certe nõ loco/ ſed habitudine atqꝫ incarnatiõis di-
ſpenſatione propinquior nobis factus. Nam quia
nos venire ad ipſum nõ poteramus/ peccatorũ ma-
ceria ingreſſum atqꝫ aditũ ꝓhibẽte: ipſe ad nos egre-
ditur. Ad quid igitur exiuit: An vt terrã vepribus
plenã perderet: et ignauos agricolas puniret? Mi
nime: verũ vt optimo cultu terrã arandi fertilem fa-
ceret: religionis ac pietatis ſeminibus diligentius
iactis. Nam ſemen hic doctrinã ſuam: arua vero et
campos aĩas hominũ: ſeminatorẽ autẽ ſeipſum ap-
pellat. Quid igitur de iſto ſemine fit? Tribus per-
ditis partibus/ vna tantũmodo ſaluať/ in ſeminan
do enim ipſum inquit: [Quedam ſecus viam ceci-
derunt/ ⁊ venerunt volucres celi ⁊ comederũt ea.]
Nec dixit ſeip̄m in viam proieciſſe: ſed quia ceciderũt
ſecus viam. [Quedam ṽo ſupra lapidem vbi non
habebãt terram multam: Et continue exorta ſunt

quia non habebant altitudinem terre: ſole autem
orto eſtuauerūt: ⁊ quia nō habebāt radicē aruerūt.
Quedā aūt ceciderūt inter ſpinas: ⁊ creuerūt ſpine/
⁊ ſuffocauerūt ea. Quedā ꝟo ceciderūt in terrā bonā
⁊ dabāt fructū: Aliud centeſimū/ aliud ſexageſimū/
aliud triceſimū. Qui habet aures audiēdi audiat.]
Quarta pars ſola ſaluata eſt: nec vniuerſa equali-
ter: ſed magno quodā interiecto diſcrimīe. His ver
bis copioſiſſime omnibꝫ pietatis doctrinā propoſi-
tam eſſe oſtendit. Nam queadmodū agricola: ſemi-
nans nō diſcernit campū vt in altera parte ſeminet:
in altera ꝟo minime: ſed vbiqꝫ proijcit ſemina: eodē
ipſo modo ſaluator noſter nō diuitē/ nō pauperem/
nō ingenioſum: aut rudē/ aut fortē/ aut ignauū/ aut
diligentē/ aut deſidē diſcernit: ſed omnibꝫ q̄uis nō
ignoret futurū exitū/ pietatis doctrinā cōmendat.
Sic certe licebit ei dicere: Quid oportuit me facere
nec feci? Et ꝓphete quidē tanq̄ꝫ de vinea ⁊ de popu-
lo loquunt̄: Uinea eni facta eſt ait dilecto: et Uineā
de egypto tranſtuli. Ipſe aūt tanq̄ꝫ de ſemine: vñ ſi-
gnificat facilius atqꝫ maturius nūc hoīes obtēpera
turos ⁊ fructū ꝯfeſtim daturos. Quādo aūt audis
exijſſe ſeminantē vt ſemīet nō idē iterari putes. Se-
pius eni egredit̄ ſeminās: ad aliā q̄ꝫ rē q̄ꝫ ad ſeminā
dum puta vt nouales ſcindat: vt pernicioſas her-
bas amputet: vt vepres euellat: aut tale quid aliud
faciat. Ipſe autē ad ſeminandū egreſſus eſt. Cuius
igitur cauſa dic queſo? maior pars ſeminis amiſſa ē?
Non ſeminātis quippe cauſa: ſed ſuſcipientis culpa
terre/ hoc eſt ꝓpter reluctantē atqꝫ repugnantē ani-
mā. Sed cuius rei gratia nō dixit ꝙ inertes ac deſi
des ocio ſemina corruperūt: diuites delitijs merſe-
runt: molles atqꝫ ignaui perdiderūt? Noluit nimiꝝ
reprehēdere/ ne in deſperationē immittat: ſed con-
ſcientie audientiū atqꝫ prudentie huiuſcemodi exa-
minationē reliquit: nō aūt ſemen ſolūmodo: verum
etiā ſagenā hoc paſſam eſſe inuenies. Multa enim
quoqꝫ incomoda tulit. Hac parabola diſcipl'os do-
cuit et exercuit: vt etſi plures eorū qui predicationē
apoſtolorū ſuſcepturi erāt perderent̄: non caderent
animis: cū id etiā in dño atqꝫ magiſtro pariter factū
recordarent̄/ neqꝫ tamē ipſe q̄uis ita id futurū non
ignoraret ſemina ꝓijcere neglexit. Sed quomō in-
quies credendū eſt in vepribus ⁊ in lapide et in via
prudentē hoīem ſeminare? In agris certe ⁊ in ſemi-
nibus q̄ terre tradunt̄ ſtulte factū videret̄: ī animis
aūt atqꝫ doctrina probe atqꝫ laudabiliter. Nō enim
abſqꝫ crimine agricola illud faceret: cū nō ſit poſſibi
le lapidē aut viā vt fertilē terrā ꝓducere/ in animis
aūt hoīum nō ita. Poſſibile eni eſt vt lapis in terrā
fertilē cōuertat̄: et vt via nō cōculcet̄/ nec p̄tereunti
bus cūctis ꝓpoſita iaceat: ſed in vberes agros tra-
ducta nec vepres emittat et ſemina foueat. Nā niſi
hoc poſſibile: immo ꝟo facile eſſet: nec certe ſeminaſ-
ſet. Qz ſi hec p̄terea mutatio in oībus facta nō eſt: nō
ſeminātis culpa: ſed audientiū inobediētia id ꝯtigit.
Nā ipſe qdē diligēter eis ſemina tradidit. Si ꝟo illi
corruperūt accepta: inculpabilis oīno eſt q̄ tāta beni
gnitate in oēs eq̄liter vtit̄. Nos ꝟo illud etiā intelli
gimus: q̄z nō eſt vna perditionis via: ſed multe: ma
gnoqꝫ inter ſe diſiūcte interuallo. Nam q̄ via ſignifi
cant̄: hi negligētes ſunt atqꝫ ocioſi. Qui lapidi con-
ferunt̄/ hi ſunt qui inſtabilitate atqꝫ ignauia nō ꝑ-
ſeuerant. Quod in lapide cecidit: hic eſt inquit qui
verbū audit ⁊ accipit cū gaudio: ſed quoniā nō ha-
bet radicē: in tēpore credidit ⁊ ꝑſecutione veniēte ſcā
dalū paſſus eſt: oēs audiētes veritatis verbū/ ⁊ nō
intelligētes/ quoniā a cordibus eorū ꝑnicioſus dia-
bolus rapit qđ ſeminatū eſt: hi oēs vie cōferunt̄: nō
eſt aūt equale nulla tribulatiōe atqꝫ vexatiōe defice
re: ⁊ tēptationibus victū ſuccūbere. Qui aūt vepri-
bus atqꝫ ſpinis ſimiles ſunt: multomagis ceteris
oībus peccare vident̄. Quare nequid tale nos pati
amur: diligētia magnitudine animi: et iugi memo-
ria ſemina obducamus. Rapere ipſa diabolus po-
teſt/ ſed nos poſſumus facere ne rapiant̄. Areſcunt
plerūqꝫ ſemina: ſed nō exuſta calore: nō eni eſtibus
calefacta exaruiſſe dixit: ſed q̄z radicē nō habebant.
Suffocant̄ ſpinis: que audiuimus nō quidē ipſaꝝ
ſpinarū culpa: ſed eius qui creſcere ipſas permittit.
Potes eni dūmodo velis ꝑnicioſa hec germina ſen
tium incidere: ac diuitijs laudabiliter vti. Ideo nec
ſeculū dixit ſollicitudinē ſeculi: nec diuitijs: ſed diui
tiarū fraudē. Non ergo rebus cauſam/ ſed mēti cor-
rupte atqꝫ aīo attribuamus. Poſſumꝰ eni ita dita-
ri vt nō decipiamur: ⁊ in hoc ſeculo ſic conuerſari vt
harū rerū curis nō ſubmergamur. Duo quippe vi-
cia inter ſe oppoſita in diuitijs ſunt: alterū qđ incen
dit ſolicitudinē ⁊ obfuſcat curis: alterū qđ meliores
delitijs reddit. Recte aūt dixit fraus atqꝫ deceptio
diuitiarū: quippe cū nihil aliud in delitijs ſit preter
deceptionē: noīa eni ſola ſunt in illis de rebus poſi-
ta. Nam cū voluptas ⁊ gloria: cum ornatus ⁊ pom
pa: horūqꝫ ſimilia fantaſmata quedā ſunt: nullā vir
tutē rerum continentia. Quando igit̄ perditionis
modū primo expoſuit de agro feraci: poſtremo men-
tionē facit/ docēs ꝙ deſperandū nō ſit: ſed ſpem ſa-
lutis per penitentiā eſſe retinendā. Hoc eni poſſibi-
le eſt a dictis perditionū modis: ad hunc ſaluiferū
modū traduci. Sed cur ſi fertile territoriū eſt ⁊ agri
cola vnus: ⁊ eadē ſemina: alius centū: alius. lx. aliꝰ
xxx. ꝓducit? Certe hoc q̄ꝫ ꝓpter ipſam terre naturā:
cū diſcrimine ac differēti hec ꝓdeūt. Ita nō agricole
neqꝫ ſeminū cauſa/ ſed terre cōditiōe nō naturaliter
inſita: ſed volūtate ꝯſtituta maior atqꝫ minor ꝓgreſ
ſio fit. Miſericordia ꝟo eius atqꝫ benignitas hic q̄ꝫ
apparet cū vnā ab oībus mēſurā efflagitet: ſed pri-
mos ita libenter recipiat vt ſcđos nō eijciat: ⁊ tertijs
locū p̄beat. Que oīa dixit ne ſequētes ipm putarēt
ſolā audientiā ad ſalutē ſufficere. Sed cur nā inqui-
es nulla aliarū malignitatū mentionem facit? nihil
de amoribus: nihil de vana glia: nihil de alijs com
pluribus dixit? Oīa cōprehendit: Oīa eni hec huiꝰ
ſeculi ⁊ diuitiarū ſunt. Uiā aūt ⁊ lapidē adiecit: vt
oſtēdat nō eſſe ſatis pecuniā contēnere: ſed oportere
alijs etiā virtutibꝰ operā dare. Quid eni ꝓdeſt ſi di
uitijs nō ſeruis/ ignauꝰ aūt atqꝫ mollis ſis. Quid
etiā ſi cū ſis generoſus pigritia ⁊ contēptu nihil au-
deas: nihil operis. Nō eni vna re ad ſalutē opus ē:
ſed principiū oportet exquiſite audire atqꝫ ꝑdiſcere/
deinde magnitudinē animi adhibere/ accedit ꝙ oīs
pecunia ꝯtēnenda ſit ⁊ ſcl'ariū cura rerū eijcienda ac
ideo audientiā primo poſuit. Quō aūt credēt ſi non
audiēt? Nos q̄ꝫ ipſi: quō que faciēda ſunt ꝑdiſcemꝰ
niſi p̄dicātibꝫ diligēter attēdamꝰ? fortitudinē animi
ac diuitarū ꝯtēptū ſubiunxit. Hec attēte audiētes
vndiqꝫ noſipos diligēter muniamꝰ: firmas ī ꝓfūdū
radices iaciētes ac ſecl'ares res oēs ꝑuifaciētes. Qz



ſi illa faciemus/ alia negligemus nihil nobis cōfert
ad ſalutē. Quid eni refert: vtrū hoc vel illo modo ꝑ-
daris. Quid intereſt ſi nō diuitiaꝝ fraude ocio: aut
nō ocio: ſed puſillanimitate corrūparis. Sic ⁊ agri-
cola quocūqꝫ mō ſemina peritura ꝑiter luget. Non
ergo cōſolat̄ te magis q̄z hoc modo q̄ꝫ illo perdaris.
Sed acerbe dolēdū eſt quocūqꝫ modo deprimaris.
Crememus vepres q̄ p̄dicationē ſuffocant. Sciunt
id probe diuites qm̄ nō ad hec ſolū: ſed nihil etiā ad
aliud valēt. Nam cū voluptatibꝫ ſeruiāt vel ad rem
ciuilē inutiles facti vilipendunt̄: multo ergo minꝰ
celeſtia reſpicere poſſūt. Duplex eni peſtis cogitatio-
nes ſuas inuadit. Delitiarū putredo: ⁊ curarū ma-
gnitudo: quorū vnūquodqꝫ ad ſubigendū nauigiū
ſufficit. Si ꝟo ambo cōcurrāt atqꝫ cōueniāt quanti
prochdolor fluctus: quāta tēpeſtas cōcitat̄? Nec mi
reris ſi noīe ſpinarū delitias appellauit. Tu enim
harū turbatiōe ſuperatus nō ſentis: ſed q̄ procul in-
de abſūt nō ignorāt q̄ꝫ vehemētius oībus ſtimulis
pungāt ciboꝝ delitie: ac multo magis q̄ꝫ vlla ſollici
tudo tabefaciant aīam: acerbiſſimos dolores tā aīe
q̄ꝫ corpi inferētes. Nō ita certe curis homo ſauciat̄:
vt voracitate. Itaqꝫ qn̄ aurium: qn̄ capitis dolores
atqꝫ tinitus: quādo ſtomachi ſubuerſio ceteraqꝫ hu-
iuſmodi hoīem occuparūt. Nōne oīum ſtimulorum
pūcturas hec ſuppetūt: ⁊ queadmodū acuti vepres
vndecūqꝫ capiunt̄ atqꝫ cōſtringunt̄ manꝰ cruentāt:
eodē mō delitie pedibꝫ/ manibꝫ/ capiti/ oculis: oībꝰ
ſimiliter mēbris officiūt. Steriles etiā ſunt: nullū
queadmodū vepres fructū ꝓducētes: ac multoma-
gis q̄ꝫ cetera pene oīa hoīem cōficiūt. Delitijs eni ſe-
nectus citius ſurrepit: delitijs ſenſus obtūdunt̄: de-
litijs cogitatio retardat̄: citius mens tenebris obdu
cit̄/ corpus diſſoluit̄/ maioris ſtercoris copia recon-
dit̄ quaſi atqꝫ reponit̄: ita ex ingēti afflictionū acer-
uo nauigio nimiū oneribꝫ oppreſſo: crebra cōtingūt
naufragia. Quid eni reſponde queſo ita pingue cor
pus efficere ſtudes? An vt te ad immolandū duca-
mus: an vt menſe immolatū apponamꝰ? aures cer-
te pingues ad ſeniorē dietā inutiles ſunt. Adeo ma-
la delitiarū laſciuia eſt vt irrationalibus quoqꝫ pe-
ſtifera ſit. Nam vt volucres ſaturitate nimia: ⁊ ſibi
⁊ nobis inutiles efficiunt̄: ſuꝑfluitates eni indige-
ſte ac putredo humidior a pinguedine oriunt̄: q̄ ꝟo
aīalia nō copioſe alunt̄: ſed quaſi ieiunantia medio-
cri victu ſil' ⁊ labore exercent̄: hec aīalia tam ſibi ſa-
nitatē ſeruāt/ q̄ꝫ nobis accōmodiora ſunt. Quare q̄
his veſcunt̄ ſani viuūt: qui ꝟo illis pinguioribꝫ ven
tres voraciter replēt illis ſimiles efficiunt̄ tardi/ et
ad egrotandū aptiores facti ⁊ ſtrictiora ſibi vincula
cōparātes: nihil certe ita corpori nr̄o repugnat et ob
eſt vt ſacietas/ nihil ita reſcindit et ſuffodit ipm atqꝫ
corrūpit vt luxuria. Quare amētiā atqꝫ ſtoliditatē
ipſorū inde maxime quiſpiā admirabit̄: q̄z nec ita ſi-
bi parcere volunt/ ſicut vtribus ceteri. Nam q̄ vina
huc ⁊ illuc traducūt: nolūt nimiū vtres implere ne
diſtenti rūpant̄: iſti ꝟo erūnoſum ventrē nec vtris
quidē dignitate cōdonāt: ſed diſtentāt: ⁊ replēt vſqꝫ
ad fauces duriores non vt aīmalia ſibi facientes
anguſtias. An ideo tibi fauces facti ſunt vt vſqꝫ ad
os vino atqꝫ cibo et alijs corruptionibꝫ te impleas?
Non iccirco crede mihi/ ſed principaliter vt orando
canas ad deū: ⁊ diuinas ſcripturas ſacro ore perle-
gas ⁊ p̄rimis oratiōe cōſulas. Tu ꝟo ad hoc mini-
ſteriū nunq̄ꝫ aut rariſſime faucibus vteris/ ſed per
totū vite ſpaciū voracitatis inſane ſubijcis ſeruitu-
ti. Et queadmodū ſi q̄s cytharā aureis fidibus coa-
ptatā in manus ſumeret: ⁊ cū pulſare deberet ſter-
core atqꝫ ceno ipſam indigne deturparet: ſil'iter hi
quoqꝫ faciūt. Stercus aūt nō alimentū ſed delicias
a voracitate appellaui. Qđ eni neceſſitatē ī comedē
do excedit/ id non alimentū ſed peſtis eſt: ⁊ os eni et
fauces ⁊ lingua nō ad comedendū ſolū: ſed ad quoqꝫ
maiora creata ſunt. Uēter aūt atqꝫ ſtomachus non
ad recipiendū ſimpliciter cibū: ſed moderate recipiē-
dum factus eſt. Qđ manifeſtat cū vehemēter reple-
tione grauat̄: nō modo reclamādo nobis: ſed vlciſcē
do: ⁊ vltima ſupplicia inferēdo. Nam primū pedes
acrius punit/ q̄bus ad praua ſympoſia ⁊ ad inconti
nentes epulas reducimur. Deinde manus q̄ ſuper-
flua miniſtrarūt acrius ligat: in pleriſqꝫ aūt diſtor-
ſione os/ oculi ⁊ caput dolore vexati ſunt. Et queadmodū ſeruꝰ qn̄ ſupra vires quicq̄ꝫ impoſitū eſt: dño
impudentius maledicit: ſic ⁊ venter nimiū plenus/
mentē ⁊ cogitationē plerūqꝫ corrūpit. Quod mirifi
ca diſpenſatiōe dixerim diuinitus factū/ vt ſi ſpōte
moderatiorē viuēdi cōtemnis normā: ſaltē inuitus
(qm̄ videas tantū ex ſaturitate tibi imminere ꝑicu-
lā) modeſtiꝰ viuere cogeris. Hec igit̄ ꝓbe tenentes
fugiamus delicatas ciborū apparatiōes/ q̄ in vora
citatē inducūt. Cure nobis moderatio magna ſit: vt
et corpore bene valeamus ⁊ aīam ab omni lāguore
liberemus: ⁊ futurā beatitudinē conſequamur: gra
tia ⁊ miſericordia dñi noſtri ieſu chriſti ⁊c̄.

Homelia XLVI Ex capitulo XIII

**e** **T accedentes diſcipuli dixe runt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Ipſe aūt reſpondēs dixit eis: Quia vobis datū eſt noſ ſe myſterium regni celorum: illis autem non eſt datum.**

Dignū certe eſt de diſcipuloꝝ admirari prudētia
q̄ ⁊ ſi magna diſcēdi cupiditate arderēt: oportunita
tē tn̄ interrogatiōis expectāt: non eni corā oībus id
faciūt qđ mattheꝰ vno verbo deſignauit dicēs: ⁊ ac
cedentes. Neca verbo hoc ſolū q̄ſi cōijciēs id aſſero:
ſed a marco apertius ſcriptū nō ignoro/ dicēte quo-
niā ſeorſum. Sic matrē quoqꝫ ac frēs feciſſe docuiſ-
ſet: nūc aūt palā eſt oſtētatiōis cā foras euocaſſe: ſed
charitatē eorū diligenter ꝑpende. quomō nō medio
cri cure oēs q̄ ieſum ſequebant̄ ſibi erant. Priꝰ eni
aliorū cōmoda: deinde ſua q̄rere vident̄. Cur eni in-
quiunt in parabolis eis loqueris? Nō dixerūt: cur
in parabolis nobis loqueris? Nam et alibi ſepius
nimiū ſe proximis affectos eſſe oībus oſtendunt: vt
cū dicūt abſolue turbas ⁊ quoniā nouiſti ꝙ ſcanda-
lizati ſunt? Quid igit̄ chriſtus? Uobis datū eſt noſ
ſe myſteria regni celorū: illis aūt datū non eſt. Hoc
autē dixit nō neceſſitatē quampiā oſtendens nec cer
tam ad aliquos doctrine attributionē a caſu: et vt
contingit illatā: ſed vt in ipſis oīum cauſam eſſe: ac
gratiā ſuperius eſſe maloꝝ ſignificaret ac aꝑiret do
nū quoddā hoc eſſe/ ac gratiā infuſam q̄ nullo pacto
libertatē humane tollit nature. Qđ a ſequentibꝫ li-
quidius efficit̄: et attēde quomodo ne aūt illi deſpe-

rēt aut iſti torpore tabeſcāt datū ⁊ nō datū eſſe audientes: ī nobis harū eſſe pncipiū rerū aſſeruit. [Quicūqꝫ aūt habet ⁊ dabitꝛ ei ⁊ abūdabit: qcunqꝫ aūt nō hēt ⁊ qđ habet auferetꝛ ab ipſo.] Is locus non parua caligine obductus eſt: ⁊ ineffabilē diuine maieſtatis iuſtitiā aperit. Tale nāqꝫ eſt qđ dicitꝛ: Cū enī quiſpiā deſiderat ait ⁊ magno ſtudio atqꝫ cura virtutē inquirit: tūc ei ex deo cuncta preſtabuntꝛ. Cum aūt nullo ſtudio atqꝫ volūtate ad recte faciendū pronus eſt: tūc ei diuinū auxiliū nō ꝯceditꝛ: ⁊ qđ etiā habet auferetꝛ ab ipſo. Non aufert certe deus: ſed nō pbet īdignis fauorē ⁊ patrociniū ſuū. Hoc ipſi quoqꝫ nos factitamꝰ. Cū enī negligentē queqꝫ ad audiendū pſpexerimꝰ adhortamur ⁊ admonemꝰ vt diligētius attendat/ et ſi crebro id facientes nō perſuademus/ ſilētio vtimur/ preſertim cū videamꝰ ex maiori cura in maiorē illū deuolui deſidiā. Attentiores aūt diſcēdiqꝫ cupidos attrahimꝰ libenter ⁊ cōplura docemus. Recte autē dixit qđ habere videtꝛ. Neqꝫ enī habet qđ eſtimatꝛ habere. Deinde apperiens qđ ſibi vult illud ei qui habet dabitur: ab eo ꝟo qui nō habet auferetur: iccirco ait: in parabolis eis loquor (vt videntes non videant/ et audiētes nō audiant: neqꝫ intelligāt) aperire igitur oculos eorum oportebat inquies: quoniā non videbāt: oportebat quippe ſi natura ceci nō vident. Verū quoniā volentes oclos claudebāt: ideo nō ſimpliciter dixit nō vidēt: ſed vidētes nō vident/ vt a praua illorū mēte cecitatis originē eſſe intelligeremꝰ. Nam cū videāt demonia eijci dicūt in beelzebub principe demoniorū demonia eijcit. Cum audiāt ꝙ ad deū eos adducā: et magnā ipſorꝝ habeo curā nō eſſe, me a deo cōtendūt. Quoniā igitur cōtra veritatē quā viderūt ⁊ audierūt iudicant: Ideo etiā ipſam audiendi facultatē ab eis aufero: cum nihil ipſis vtile inde/ ſed maius peccatū accidere rerum pericula pateāt. Nō enī ſolum incredulitatis crimine tenebantꝛ: verū etiā quoniā accuſabāt ⁊ increpabāt ⁊ inſidiabantꝛ et maiorē ſibi delictorū cumulum exaggerabāt. Nō aūt dixit hec aperte: ne accuſando moleſtus eſſet: ſed ab initio qdē nō ſic locutus eſt: ſed enodatius atqꝫ aptius: poſtea ꝟo qꝛ ſeipōs peruertebāt in parabolis loquitꝛ. Sed ne quis eorū putet odio atqꝫ calumnia ad dedecus ipſorū dicta: pphetā in mediū adduxit. Cōpletꝛ enī ait pphetia q̄ dicit: Auditu audietis ⁊ nō ītelligetis: ⁊ vidētes videbitis ⁊ non videbitis. Incraſſatū enī eſt cor populi huius: ⁊ auribꝰ ſuis grauiter audierunt: ⁊ oculos ſuos clauſerūt: nequādo videāt oculis ⁊ auribus audiāt ⁊ corde intelligāt ⁊ ꝯuertantꝛ: et ſanem eos. Vides q̄ꝫ exquiſite ppheta iſte pdixit. Vides q̄ꝫ palā ipſos accuſauit. Nec enī dixit/ nō videbitis: ſed videbitis ⁊ nō videbitis: nec ſcriptū reliquit qꝛ nō audietis: ſed audietis ⁊ non intelligetis. Quare ipſi ſeipſos intelligētia vera priuarunt: q̄ aures obſtruūt/ q̄ oculos clauſerūt/ corda obdurarūt: qui nō modo audiebāt: nequādo igitꝛ cōuertantꝛ ⁊ ſanabo eos. Intruſam nimirū nequitiā eorꝝ ſignificat ⁊ ſtudio ſeipſos auerti oſtēdit: q̄ꝫuis etiā his verbis incitet ipſos atqꝫ attrahat/ cū oſtēdat/ qꝛ ſi ꝯuertantꝛ ſanabit eos. Ac ſi quidē diceret: noluiſti me videre/ et gratiā habeo. Nam ſi dignū me putaſſes/ ſtatim flexus tibi affuiſſem: qui enī his verbis vtitꝛ recōciliationis viā affert. Sic igitur etiā hic qn̄ ait cōuertantꝛ ⁊ ſanabo eos: ita vtrūqꝫ oſtendit eſſe poſſibile ⁊ conuerſionē videlicet hoīum/ ⁊ ſalutē cōuerſorū: et ꝙ nō ad gloriā ſuā: ſed ad ſalutē illorū oīa faciebat. Niſi enī voluiſſet eos cōuerti ac ſaluos eſſe tacuiſſet pfecto neqꝫ in parabolis quicq̄ꝫ locutus eſſet. Nūc ꝟo hac ipſa re: qꝛ tenebris offuſcatꝛ oratio ad querēdum eos monet: Deus enim nō vult mortē peccatoris: ſed vt ꝯuertatꝛ ⁊ viuat. Nam ꝙ nec a natura nec a neceſſitate atqꝫ vi delicta oriuntꝛ: audi qđ ait aplꝰs: Veſtri aūt beati ſūt oculi quoniā vidēt: ⁊ aures quoniam audiūt. Non dicit quippe de viſu hoc: neqꝫ de auditu corpis: ſed de viſu atqꝫ auditu mētis. Iudei etiā illi erāt ad quos hec ſcribit in eiſdē legibus atqꝫ moribꝫ educati: nec tn̄ ipſis quicq̄ꝫ offuit pphetia: qꝛ bona fundamēta/ bonas radices volūtatis atqꝫ mētis poſſidebāt. Vides nō ſignificare neceſſitatē ꝙ dicitꝛ vobis datū eſt. Non enī beatificarentꝛ ſi coacti vi quicq̄ꝫ recte feciſſent. Nec obijcere potes obſcure illis hec dicta fuiſſe. Potuiſſēt enī oportune accedere ac īterrogare ſicꝰ ⁊ diſciplꝰi fecerūt: ſꝫ torpore atqꝫ negligētia corrupti noluerūt. Cur dixi noluerūt īmo etiā aduerſus eū ſtudioſe nitebantꝛ: nec enī ſolū non credebāt aut nō audiebāt: verū etiā īpugnabāt ⁊ pſequebantꝛ predicantē: qđ ppheta illis verbis denotauit dicēs grauiter audierūt. Diſcipuli qꝛ tales nō fuerūt: beatificantꝛ: ⁊ alibi rurſus beatitudinē eorū cōfirmādo dicit: Amen dico vobis quia multi prophete ⁊ iuſti cupierūt videre que videtis ⁊ nō viderunt: ⁊ audire que auditis/ ⁊ nō audierūt: aduentū ſcilicet meum preſentiā/ miracula/ vocem/ predicationē. Hic enim nō ſolum perditis illis eos antepoſnit: verū etiam pphetis ac iuſtis preſtātiores eſſe aſſerit atqꝫ beatiores. Quare ita: quoniā nō ſolū iſta aſpiciūt: que illi nō viderunt: verū etiam que illi videre cupierūt: iſti oculis cernunt. Nam fide illi etiā intuiti hec fuerūt: ſed iſti multo clarius oīa perſpexerunt. Perpendis quomō rurſus vetera nouis conglutinat: cum enī nō ſolū precife illos futura nō vidiſſe ſed deſideraſſe quoqꝫ oſtendat: ſi alienus quidē a deo eſſet aut deo ꝯtrarius/ pfecto nō deſideraſſēt. Vos igitur inquit quibus datū eſt audiatis parabolā. Expoſuit deinde que nobis dicta pridem ſunt de negligentia ⁊ ſtudio: de ignauia ⁊ fortitudine: de conſequendis ⁊ abijciendis pecunijs/ vt quantū altera noceāt/ tantū altera prodeſſe intelligamꝰ. Virtutis quoqꝫ ipſius nō vnā dedit viam neqꝫ dixit niſi qui centū faciet eijcietur: ſed ſaluabitꝛ etiam ſi .lx. reddet: ſi ad .xxx. ſolūmodo perueniet/ ita facile nobis p oīa ſalutis iter cōſtituit. Quas ob res etiā tu ſi virginitatis arduum iter ingredi nō potes viuas moderate cum vxore. Non potes enī ex parte pecuniam eijcere: offeras partem egentibus. Graue videtur onus equaliter cum chriſto partiri que habes: Veſtem vniuerſa petenti tradas: ſed quoniam ad medietatē preſtare grauaris: tertiā ſaltem partē concedas. Frater tuus eſt atqꝫ coheres in regno celorum: fac eum etiā hic coheredē: preſertim cum oīa q̄ ei preſtas ad teipſum redundent atqꝫ refundantur. Non audis prophetā dicentem: Appropinquos ſeminis tui non deſpicias. Et ſi coniunctos ſanguine minime oportet negligere: quanto magis deus negligendus nō eſt: qui cū ſit dn̄s ſūma etiā tecū neceſſitudine iungitꝛ: q̄ ⁊ ſi nihil abs te accepit vltro tn̄ ineffabili ſua cōmotꝰ miſericordia coheredē te ſuū cōſtituit. Quomodo igitur nō eſt extreme tue demētie



ad nullā te benignitatē tanto munere moueri: Nec retributionē aliquā pro gratia/ nec minima p maximis reddere. Ipſe te celorū heredē ſtatuit: tu nec ex iſtis terrenis quicq̄ꝫ ipſis concedis: Ipſe nullius te boni auctorē: ſed hoſtē atqꝫ inimicū dei recōciliauit: tu nec etiā amico et benefactori quippiā retribues: Quāuis certe etiā anteq̄ꝫ regnū adipiſcaris: anteq̄ꝫ cetera cōſequaris que tibi promittuntꝛ: ꝑpter idipm quoniā das: gratiā ei referre par eſt: ſic enī etiā liberti atqꝫ clientes cū dn̄os atqꝫ patronos in cōuiuium inuitarūt nō obtuliſſe illis aliquid: ſed accepiſſe ab illis arbitrantꝛ/ hic aūt cōtra factū eſſe videmꝰ. Nō enī ſeruus dn̄m: ſed dn̄s ſeruū ad menſam ſuā primus inuitat: primus ad tecta ſua ſubduxit/ tu ꝟo etiam nec poſt hec nec ſecūdo loco inuitare ſuſtines. Nudū te induit/ tu nec peregrinū cōducis. Primꝰ tibi calicē ſuū obtulit: tu vel aquā frigidā ei negas. Potauit te ſpū ſctō q̄ꝫuis indignꝰ eſſes: tu ne corporalē hanc ſitim ſuā mitigare ſtudes: preſertim cum oīa hec nō a tuo ſed a ſuo proueniāt. Nō enī magnū ducit ꝙ calicē illū tenere potes vnde chriſtus bibit: atqꝫ ori tuo adducere: nōne vides quia ſoli ſacerdoti fas eſt ſanguinē huius calicis tibi tradere. Ego ꝟo chriſtus inquit nō ad vnguē iſta pſcrutor: ſed cū prebueris accipiā: etiā ſi ſecularis ſis nō recuſabo: nec tantū poſtulo quātū dedi. Nō enī ſanguinē ſꝫ aquā flagito. Cogita igitur cui potū prebes ⁊ phorreſcas cogita qꝛ ſacerdos chriſti tu fias: cū ppria manu ei offeras: nō carnē/ ſed panē/ nō ſanguinis/ ſed aque frigide calicē. Veſtimentū te induit ſalutare ⁊ hoc p ſeipſum atqꝫ vltro pfecit: tu ſaltē ipſum p puerū atqꝫ famulū indue. Glorioſum te fecit in celis: tu nuditate/ deformitate/ frigore ipſum eripe. Angelorꝝ tecō ciuē effecit: tu in tecto ſaltē ſuſcipias/ ⁊ ſicut vnū famulorꝝ domo tuo ꝯtegas. Nō rēnuo inquit hoc ego diuerſorū qui tibi ad celū viā cōſtruxi: q̄ te a duriſſimo erui carcere: peto nūc abs te ſi liberare me a carceribus nō potes: nō paruū mihi ſolamen eſt: ſi mō vinctū viſites. Ego te mortuū ſuſcitaui: ne tale quid abs te requiro: ſed ad videndū egrotū ſolūmodo venias. Quādo igitꝛ ita ſe res habeāt ⁊ magna nobis largitus ſit: p q̄bus minima quedā repetat: negligētes iure ad ignē intrudemur: ad quē ſponte ruimus diabolo ⁊ angelis eiꝰ preparatū cū vꝰl lapides ipōs ac duros ſilices inſenſibilitate ſupemus. Dic enī q̄ſo quāta tibi hec mētis videtꝛ tarditas: ſi q̄ tot tātaqꝫ accepturus es pecunie ſeruies/ quā paulopoſt etiā inuitus relinques. Quādoqꝫ multi vel vitā ipſam neglexerint: ſanguinē ſuū effuderint: tu nec iſta qdē ſupflua vt celo potiaris pmereri velis q̄ dignꝰ eris venia: Aut quā ſatiſfactionē inuenies: q̄ ſemina terre ſpe inductus tradis: q̄ magnas fenore pecunias locas ⁊ in dn̄o alendo durus atqꝫ inflexibilis oīno eſſe videris: Que oīa iugiter aīo verſantes ac recolētes q̄ accepimꝰ/ q̄ accepturi ſumꝰ/ q̄ a nobis repetuntꝛ oī ſtudio/ cura/ opa ſpiritalibꝫ rebꝰ incūbamꝰ humiles atqꝫ miſericordes ſimꝰ: ne ītolerabiles cruciatꝰ nobis attrahamꝰ. Cur enī non putas ſufficere ad ꝯdēnandos nos ꝙ magna cōſecuti parua nō reddimus ibiqꝫ ea repetantꝛ q̄ inuiti relinquimꝰ. Quorū ſingula ad cōdemnationē noſtrā certe ſufficiunt. Si ꝟo vniuerſa cōfluāt atqꝫ cōcurrāt: q̄ nobis ſpes reliqua ſalutis erit: ne igitꝛ ꝯdēnati cruciemur: benigne inopes ꝑtractemus: vt hic honeſte/ ⁊ ibi glorioſe in eternū viuamus: gratia ⁊ miſericordia domini noſtri ieſu chriſti Amen.

Homelia XLVII Ex capitulo XIII

**a Liam parabolā ppoſuit eis dicēs: Simile factum eſt regnum celorū homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Cū autem dormiret ⁊c. vſqꝫ: ſimile eſt regnum celorum fermento.**

Quid intereſt inter hanc ⁊ ſuperiorē parabolam: Illud certe. Nā ibi eos q̄ nullo mō eū audire voluerūt/ ſed cōfeſtim reſiliētes: ſemina oīno pdiderūt hic hereticorꝝ ꝯciliabula ſignificauit. Predixit enī etiā hoc: ne hac de re diſcipuli poſtea turbarentꝛ: illa igitꝛ parabola nō ſuſpectū aut abiectū xp̄m eſſe oſtenditꝛ: hac ꝟo corruptorē etiā ſilꝰ demōſtrat ſuſpectū. Illud pfecto diaboli artibꝫ aſtute fieri ſcire debemꝰ/ vt veritati ſemp errores cōnexi atqꝫ inſerti p ſilꝰitudines facile decipiāt leuiores. Propterea nō alia ſemina: ſed zizania immixta dixit/ q̄ tritico ſilꝰima ſunt. Modū quoqꝫ inſidiarū ppoſuit: dū enī hoīes dormirēt ait: nō paruū piculū p̄rupti p̄cipicij p̄ſulibꝫ hinc īminere videtꝛ: qbꝫ agrorꝝ cuſtodia cōmiſſa eſt: ne p̄ſulibus mō: verū etiā oībus. Liquido aūt hinc apparet poſt veritatis ſemina iā collecta erroris fraudē pullulaſſe: qđ euētus quoqꝫ rerū cōfirmauit. Falſi enī pphe: poſt pphetas apparuerūt: ⁊ fallaces aplꝰi poſt aplꝰos/ ⁊ poſt xp̄m antichriſtꝰ. Nam diabolus niſi prius videat qđ ſibi ſequendū ſit: aut quibꝫ inſidiandum cū quid faciendū ſit neſciat: nec conatꝛ quidem. Si ergo etiā nunc poſteaq̄ꝫ intellexit ab alio centū: ab alio .lx. ab alio .xxx. fuiſſe pducta: fraudē excogitauit. Nam quoniā euellere nō potuit: qđ actis radicibus iam propagatū fuit: nec ſuffocare nec vrere fraudulēter niſus eſt ſua diſſeminare. Et quoniam diſcrimine diſſeparantꝛ dormiētes hi ⁊ illi q̄ per viā ſignificati fuerāt/ quos videlicet ibi cōtinuo rapuit/ anteq̄ꝫ radices emitterēt/ vnde maiori artificio ⁊ non paruo conatu hoc ſibi opus fuiſſe videmus: ita oībus iſtis ſemp vigilandū eſſe admonet. Nam ſi illas peſtes effugies nō adhuc tutus es inqt atqꝫ ſecurus: ſed queadmodū ibi alios via/ alios lapide/ alios vepribus: ſic multos hic ſomno ſalutē cōmittere videmus. Iugi ergo atqꝫ perpetuo nobis cuſtodia opus eſt. Ideo alibi dicebat: Qui ad finē vſqꝫ pſeuerauerit hic ſaluus erit. Principiū aūt mali fuit: qꝛ multi ex preſulibꝰ dormitantes: prauos et hereſim occultantes viros ad gubernacula eccleſiarū promouerūt. Qua ex re tanta facultas diabolo data eſt/ vt iam illis in medio prelatis/ multominꝰ laboret. Et quomō inquies nō dormire poterimus: Corporis certe ſomno penitus impoſſibile: volūtatis aūt omnino poſſibile. Quare paulus quoqꝫ dicebat: Vigilate ſtate in fide. Nec noxiā ſolū: ſed ſupfluam rem oſtendit cū poſteaq̄ꝫ cultus ſeminatuſqꝫ ſit ager fuerit/ vt nulla re opus eſſe videretꝛ: tūc tandem diabolus per hereticos ſeminat qui nō alia de re q̄ꝫ inani cōmoti gloria pernicioſum venenum effuderunt: nō autem his verbis ſolū: ſed per ſequentia etiā diligenter eorū figmenta deſcripſit. Quando enim germinauit ait: fenum ⁊ fructum fecit: tūc

appariuerunt ʒiʒania. Id certe moris eſt apud hereticos vt obumbrent ſeipſos atqꝫ occultent in principijs quouſqꝫ maiorem fiduciā capiāt/ ⁊ quodā fauore multitudinis iuuenꝶ. Tunc eni contagioſa venena intrepidi effundūt. Sed cuius rei gratia ſeruos introduxit factū narrātes: vt ſcilicet nō eē timēdos hereticos oſtenderet. Hoīem ꝟo inimicū ipſum diabolū qꝛ ſemꝑ oībus obeſſe conecꝶ merito appellauit. Conatus eni ipſius oīs aduerſus nos eſt: cauſa ꝟo atqꝫ origo vt nos impugnet ab odio quo in maieſtatē diuinā ferū ꝓfecta eſt. Unde patet qꝛ maiore charitate nos a deo q̄ꝫ a nobis ipīs diligimur. Uerum inimici malignitas etiā inde perſpicꝶ: Quia nō ꝑparauit ſeminare tunc cū nihil poterat interimere: ſed cū alia ſata diligenter vidiſſet tunc ſeminauit: vt vniuerſo ſimul labore agricole ſtudioqꝫ efficeret que oīa propter teſtatas erga agricolā inimicitias fecit. Uide aūt ⁊ ipſorū ſeruoꝝ diligentiā. Nā etſi nō prudenter/ ſedulo tn̄ ad euellenda ʒiʒania feſtināt q̄ res ſollicitudinē ipſorū ac diligentiā erga ſathanā oſtendit/ quodqꝫ ad vnū ſolūmodo reſpiciāt: nō vt penas inimicus luat: ſꝫ vt iacta ſemina nō depereāt. Quare quomō morbū depellāt inquirūt: nec ſibi cōfidūt ſed dn̄i ſententiā expectāt/ ac ideo interrogāt dicentes: [Uis igiꝶ abeūtes colligimus ea?] dn̄s aūt ꝓhibet ne forte ſimul cū ʒiʒanijs herbā etiā tritici euellant: qd̄ dicebat vt bella ⁊ effuſionē ſanguinis ꝓhiberet. Nam ſi trucidarenꝶ heretici abſqꝫ federe pacis atqꝫ inducijs bellū orbi infereꝶ. Duabꝰ igiꝶ rationibus ꝓhibuit: altera qꝛ frumētis parū nocerēt; altera qꝛ niſi ſanarenꝶ extrema ſupplicia nō euaderēt; qre ſi ⁊ puniri eos vultis ⁊ frumētis nequaq̄ꝫ officere: oportunitas tp̄is cōgrua expectāda vobis ē. Quid aūt eſt ꝙ eradicabitis ſimul cū ipſis etiā frumenta? Certe aut qꝛ ſi arma capietis inquit neceſſe eſt vt cū hereticos trucidatis multos ſctōꝝ ſil' interimere: aut qꝛ ab ipſis ʒiʒanijs mlt̄a cōmutata ī frumēti ꝯditionē ſeipa ꝯuerterēt. Si ḡ ꝑuenietes euelletis ea: frumēta deperibūt q̄ a cōmutatis ʒiʒanijs ꝑuenirēt. Nō ꝓhibet aūt cōciliabula hereticoꝝ diſſipare/ ora obſtruere: libertatē loquendi concidere: verū interficere ac trucidare. Sed vide q̄ꝫ mitis ſit: nō eni ſolū ꝓhibet rationē: ſed cur ꝓhibet exponit. Quid aūt ſi ꝑſeuerabūt ad finē vſqꝫ ʒiʒania? [Tunc dicā meſſoribus inquit colligite primū ʒiʒania et in faſciculos ea alligare ad cōburendū.] Rurſus eos verbo ioānis cōmonefacit: qbus iudicē ipſum fore aſſerebat dicēs parcēdū eē ʒiʒanijs quouſqꝫ vna cū frumentis in agro ſunt: quia poſſunt in frumēti ſtatum cōmutari. Si ꝟo nihil hac lōganimitate dn̄i lucrabunꝶ ⁊ receſſerint: tūc ineuitabilis pena neceſſario eos ſuſcipiet. Dicā eni meſſoribus ait: colligite ʒiʒania primū. Cur ita primū? Ne ſuſpicenꝶ ſerui q̄ſi vna cū ʒiʒanijs frumēta incidanꝶ. Cremenꝶ inq̄t primo ʒiʒania: ⁊ tunc triticū in horreis recondatur. [Aliā parabolā poſuit eis dicēs: Simile eſt regnū celoꝝ grano ſinapis.] Nā qm̄ dictū ē tres partes ſeminis amittit/ ac vnā ſolūmodo ꝯſeruari: ipſi q̄ꝫ cōſeruare portioni tot tantaqꝫ p̄terea iminere pericula ne occaſionē interrogandi habeāt quot ⁊ qui fideles erunt: ipſorū ſollicitudinē tollit ꝑ ipſius grani ſinapis parabolā ad ſyncerā fidē conducēs. Hac quippe imagine p̄dicit p̄dicationē ꝑ vniuerſuꝫ orbē oīno choruſcaturā: icirco huiꝰ oleris ſil'itudinē ꝓpoſuit/ qꝛ his rebꝫ apprime accomodeꝶ. Ceteris ei ſeminibꝫ minus eſt: ſed in herbā reſolutū: oībus magis oleribus creſcit: adeo vt ad arboris cōditionē ꝑueniat ac volucres celi venientes in ramis eius habitēt. Qd̄ etiā in p̄dicatiōe futurū dicit. Imbecilliores ceteris oībus atqꝫ minores erāt apl'i: verum qꝛ in ipſis magna erat virtus/ fama eorū vbiqꝫ terrarum claruit. Deinde fermenti ponit imaginē. [Simile eſt regnū celorū fermēto qd̄ accipiēs mulier abſcōdit in farine ſatis tribus donec fermentatū eſt totū.] Nam ſicut fermentū magnā farine copiam in vires ſuas q̄ꝫuis modicū ſit cōuertit: ſic quoqꝫ vos vniuerſum terrarum orbē conuerteris. Prudētiſſime aūt ex natura rerū imagines cōduxit/ vt oſtēdat ſicut illa natura duce impoſſibile eſt nō fieri: pariter hec quoqꝫ nature dn̄o cōducente neceſſario fient. Non igiꝶ opponetis. Et qd̄ poterimꝰ ad tantā duodecim hoīes multitudinē? Id eni ipſum maxime virtutis vr̄e ſplendorē oſtendet: ꝙ multitudini orbis immixti nō confundemini. Nam ⁊ fermentū cū farine appropinquerit nō ſolū appoſitū ſed immixtū penitꝰ totā maſſam fermētat/ ꝓpterea nō dixit appoſuit: ſed abſcondit. Si igiꝶ ⁊ vos cū vniti atqꝫ cōmixti impugnationibꝫ fueritis: tūc trophea cōſequemini/ ⁊ queādmodū fermentū in farina ſubuerſum non deperdiꝶ: ſed in naturā ſuā farinā tranſmutat; pariter in p̄dicatione hac euāgelij fiet. Nolite igiꝶ timere ſi magna pericula futura predixi: nō eni extingueꝶ fulgur veſter: ſed oīa ſuꝑabit. Tria ꝟo ꝓ multis hic poſuit. Conſueuit eni hoc numero multitudine abuti ſcriptura. Nec mireris ſi de regno celoꝝ diſſerēs ſinapis ⁊ fermenti fecit mentionē: hoīes eni alloquebaꝶ q̄ſi agreſtes atqꝫ imperitos/ q maxime his rebus cōmoneri ſolēt/ quiqꝫ ſic erāt agreſtes vt harū rerū etiā ſepius interpretationē requirerēt. Ubi nūc gentiliū alumpni ſunt? Intelligāt ſaltē nunc a rerū ipſaꝝ euentu q̄ꝫ ineffabilis ſit chriſti virtus: ⁊ vtraqꝫ ratiōe ipſuꝫ adorandum credant: vel quia incredibilē futuram rem predixit vel quia quod predixit non aliter q̄ꝫ predixerat adimpleuit. Ipſe nanqꝫ eſt qui tantā fermēto virtutem impoſuit; et multitudini hominum ita credētes immiſcuit: vt infideles fidei credētium adhererēt. Nemo ergo paucitatē veſtram inq̄t deploret: magna eni eſt p̄dicatiōis virtus: ⁊ qd̄ ſemel fermentatū eſt/ fermentū rurſus ad reliqua efficiꝶ. Et queādmodū fauilla cū in arida ligna inciderit in flāmā ipſum cōuertit: q vi ſua deinde vel viridia ligna facile incendit; eodē quoqꝫ modo p̄dicatio. Sed cur nā nō dixit ignis ſed fermentū? Qm̄ nō ignis virtute totū fit: ſed lignorū quoqꝫ ariditate: fermentū ꝟo per ſeipſum oīa conficit. Si aūt duodecim hoīes totā pene farinā orbis fermentarūt: diligenter aīo verſa q̄ſo: quāta ſit noſtra malignitas atqꝫ ignauia qui cū iā innumeri ſimus: has gentiū reliquias cōuertere nō poſſumus; qui vel mille mundis ſatiſfacere deberemꝰ. Sed apoſtolos illos fuiſſe inquies. Quid ad rē? Nōne tecū eiuſdē nature fuerūt? Nōne cū hoībus etiā ipſi cōuerſabanꝶ; artes ꝓfeſſi: eiſdem rebus nutriti. An forſan credis illos angelos natura; aut de celo lapſos fuiſſe? Nō inquies: ſed ſignis illi rutilabāt. Nō ꝓpter ſigna certe illi claruerunt. Uſqꝫquo negligētia ita ignauiā noſtrā miraculorū fulgore q tūc coruſcarūt quaſi velamine quodā obducimꝰ? Multi eijciētes demones punienꝶ. Quid igiꝶ inquies fuit qd̄ precipue illos magnos efficit? Certe verus ac nō ſimulatꝰ glie atqꝫ pecunie ꝯtēptꝰ et qm̄ nullā ſeculariū harū rerū oīno curā habebāt. Nā niſi hoc habuiſſent: ſi paſſionibꝰ veluti nos ſeruiſſent: etiā ſi de morte innumeros hoīes ſuſcitaſſēt nō ſolū nihil vtilitatis feciſſent/ verū etiā ſeductorū atqꝫ deceptorū nomē non effugiſſent. Uiuendi ergo diſciplina eſt q̄ vbiqꝫ fulget/ q̄ ſp̄us etiā gratiā attrahit. Qd̄ eni ſignū ioānes fecit q tot tātaſqꝫ ciuitates erudiuit? Nā nihil miraculo ſeipm̄ egiſſe teſtaꝶ euangeliſta dicēs: Ioānes quidē nullū ſignū fecit. Unde aūt helyas mirabilis factꝰ? Nōne qꝛ regē libere alloquebaꝶ? Nōne qꝛ nihil poſſidebat clarius q̄ꝫ ꝑ ſigna q̄ꝫ ꝑfecit. Iob aūt illū qbus ſignis diabolus admiratus eſt? Certe ſigno quidē nullo: vite aūt mirabili diſciplina: et robore animi excelſo atqꝫ inuicto. Que ſigna dauid adhuc adoleſcēs effecit: vt deꝰ diceret: Inueni dauid filiū ieſſe virum ſm̄ cor meum. Abraā porro Iſaac et Iacob quos mortuos ſuſcitarūt? Quē leproſum mundarūt? An ignoras qꝛ miracula niſi iugiter vigilemꝰ plerūqꝫ nocent? Multi eni e corinthijs alter ab altero ſciſſi miracl'is fuerūt: multi romanorū reſilierūt. Simō q̄ꝫ magꝰ hac ratione fuit erectus q̄ etiā ille q ſequi xp̄m deſiderauit q̄ſi reprobus audiuit foueas eſſe vulpeculis. Nam horū oīum alius pecuniā/ aliꝰ gloriā a ſignis accumulare cupiēs; eijciebanꝶ ⁊ deperibāt; cura ꝟo recte viuēdi ⁊ ſyncerus virtutis amor/ nō mō tales cupiditates nō parit: ſed natas etiam radicitus euellit. Ipſe aūt dn̄s quādo leges diſcipulis ferebat/ quid eis p̄cipiebat? nō certe vt ſigna facerēt/ vt videntes hoīes glorificarēt patrē. Sed quid porro? Luceat lumen veſtrū corā hoībus vt videāt bona oꝑa vr̄a ⁊ glorificēt patrē veſtrū q in celis eſt. Petro quoqꝫ nō dixit ſi me amas ſigna fac: ſꝫ paſce oues meas. Cūqꝫ ipm̄ ceteris preponeret cū iacobo ſimul atqꝫ ioanne ꝓpter ſigna forſan p̄ponebat? Ab oībus certe pariter leproſi mundabanꝶ/ mortui ſuſcitabanꝶ/ oībus eni equaliter poteſtas fuit cōceſſa. Unde igiꝶ tres illi anteponebanꝶ? Nō ꝑfecto p̄terq̄ꝫ a virtute ac magnitudine animi. Uides qꝛ bene viuēdi norma ⁊ rectis oꝑibus opus eſt. A fructu nanqꝫ ipſorū cognoſcetis eos inquit. Uitā aūt noſtrā qd̄ eſt qd̄ maxime cōmendat? Putaſne qꝛ ſignorū oſtētatio an viuēdi exquiſita diſciplina? Illud videlicet vltimū a quo etiā ſigna originē trahūt ⁊ ad qd̄ tandē deuenire ſolent. Nam ⁊ q recte vixit ſignoꝝ gratiā impetrauit; ⁊ q gratiā impetrauit ideo ſuſcepit vt alioꝝ vitā facile poſſit emendare. Nā ⁊ chriſtus ꝓpterea miracula fecit/ vt cū fidedignus videreꝶ ad ſe hoīes attraheret: ⁊ virtuoſe viuere ꝑſuaderet. Quo circa magnā curā: magnūqꝫ ſibi ſtudiū virtutis fuiſſe videmus. Non eni ſignis vtiꝶ ſolū; verū etiā gehēne atrocitatē intētat/ regnū celorū polliceꝶ/ mirabilia precepta ac leges poſuit: ceteraqꝫ oīa ꝑtractauit/ vt in angelorū beatitudinē hoīes adduceret. Cur dixi a chriſto: oīa virtutis gr̄a facta fuiſſe: cū tu ſi qs optionem tibi daret: vtrū ſuſcitare in noīe chriſti mortuū velles an ꝓpter nomē ipſiꝰ mortē appetere: hoc vltimū ꝓculdubio eligeres. Alterū eni ſignū eſt: alteꝝ opꝰ. Si quis autē vt vtrunqꝫ optares tibi poteſtatē daret lapides in aurū vertere/ aut auri cupiditatē nullam habere: nōne hoc ſcd̄m capeſceres? Neqꝫ id iniuria: hac eni re hoīes maxime alliciunꝶ. Nam ſi alias res in aurū verteres: augereꝶ certe pecunie cupiditas: cūctis optantibꝰ talem virtutē poſſidere atqꝫ inuidentibus: ſin ꝟo cū āduerterint te quaſi fenū contēpnere aurū: hoc exemplo cōmoti: morbo huic merito mederenꝶ. Uides qꝛ vita recta magis ceteris oībus iuuat. Rectā aūt vitā appello nō ieiunādi laborem/ nec cilicij ac cineris lectulū: ſed ſi pecuniam nō aliter q̄ꝫ oporteat deſpicias: ſi charitate ardeas: fameſcētes pane tuo nutrias: ſi ſuꝑior ira ſis: ſi gloriā inanem nō cōcupiſcas: ſi inuidia nō detinearis. Hec eni ipſius documēta ſunt. Nō eni dicit ieiuniū ſuū eſſe imitandū: q̄ꝫuis .xl. illos dies poſſet ꝓponere ſed Diſcite a me qm̄ mitis ſum ⁊ humilis corde: immo ꝟo cōtra. Omne qd̄ apponiꝶ vobis comedite inquit. De pecunijs aūt q̄ꝫ exactiſſime mādauit dicēs: Non poſſideatis aurū neqꝫ argentū: neces in ʒonis vr̄is. Hec dixi nō qꝛ ieiuniū mihi nō placeat qd̄ magnis ſoleo efferre laudibꝰ: ſed qꝛ doleo qꝛ ceteris neglectis ſatis ad ſalutē vobis ieiunium exiſtimetis: quod in choro virtutū vltimū certe ſortiꝶ locū. Precipue nāqꝫ virtutes ſunt charitas/ humilitas/ miſericordia/ q̄ vel virginitatē ſuꝑant. Quare ſi volueris apl'oꝝ virtutes aſſequi: nihil te ꝓhibebit. Sola eni volūtas ac feruētiſſimus virtutū amor tibi ſufficiet. Nullū igiꝶ expectatio ſignorū retardet. Multo eni magis demon dolet ſi pctō ſuꝑiorē aīam ꝑſpexerit: q̄ꝫ ſi ab hoīe fuerit eiectus. Maxima eni eius virtus eſt pcti amplificatio: quā vt extinguat chriſtus in patibulo depēdit. Peccatū eni mortē induxit. Pctā q ſuperiora fuerāt ad inferos depreſſa ſūt. Id igiꝶ ſi deſtruxeris neruos diaboli oēs inſcidiſti: caput eius cōtriuiſti/ vires reſoluiſti: ac vniuerſum eius exercitū fudiſti atqꝫ fugaſti: ſignū oībus miraculis maiꝰ effeciſti. Nec a me id ſed a beato Paulo dictū putes: q cū dixerit: Zelamini gr̄as ſpiritales: et viā vobis ſupra modū oſtēdo/ nō dixit ſigna ſed charitatē q oīum bonorū radix et fundamentū eſt. Hanc igiꝶ ſi retinebimꝰ ⁊ oēm q ab hac oriꝶ ꝑhiam: nō erit nobis opus ſignis. Sin ꝟo negligemꝰ nihil nobis ꝓderūt ſigna. Hec igiꝶ ſcīētes illa faciamus qbus apl'i ꝑfulſerūt. Unde igiꝶ illi tales facti ſunt? Petrū audi/ audi rogo: Ecce nos dereliquimꝰ oīa inquit ⁊ ſecuti ſumus te: qd̄ ergo erit nobis: audi et chriſtū reſpōdentē: Suꝑ duodecim ſedes ſedebitis. Et alibi: Quicūqꝫ reliquerit domū aut frēs aut patrē aut matrē centuplū accipiet ⁊ vitā eternā poſſidebit. Quas ob res oībus ſeculi negocijs poſtpoſitis chriſto nos ipſos trademꝰ. Et ex ſentētia ipſius ad apl'oꝝ eq̄litatē aſcendemꝰ et vita eterna ꝑfruemur: gr̄a ⁊ miſericordia dn̄i nr̄i ieſu chriſti. Amen.

## Homelia XLVIII Ex capitulo XIII

b

**Ec omnia ieſus in parabolis locutus eſt ad turbas et ſine parabolis nō loquebaꝶ eis vt impleteꝶ qd̄ dictū eſt per ꝓphetā dicentem: Aperiam in parabolis os meum: et eructabo abſcondita a conſtitutione mundi.**

Marcus autē aſſeruit nō aliter ipſum in parabolis fuiſſe locutū q̄ꝫ ferre poterant: ſed ne qd̄ in noua

repreter veteris ſcripture documenta dicere videretur ꝓphetam introduxit huius p̄dicatiōis modū magnis antea tēporibus precinnentē. Deinde oſtēdens ea mēte chriſtū ita predicaſſe: nō vt ignorarēt: ſed vt ad ſciſcitandū incitarent̃ ſubiunxit. Et abſq̄ parabola nihil loquebat̃ eis / dixit q̄ppe multa etiā abſq̄ parabola: ſed nō illo tp̄e: nec vllus ab eo q̄cq̄ ſciſcitatus eſt. Et ꝓphetas quidē ſepius interrogabant vt Ezechiel alioſq̄ cōplures: a chriſto aūt nihil prorſus de his parabolis queſierūt. Nam q̄uis q̄ dicta erāt ſufficerēt ad incēdendū eorū animū ad q̄ſtionē: maxime qꝛ ſupplicia plerūq̄ cōminari parabolis videbat̃: nullo tamē pacto illi cōmoti fuerūt. Quocirca reliquit ipſos atq̄ abijt. Tunc enī ait dimittens turbas venit in domum: et nemo ip̄m ſcribarū ſequebat̃. Unde clarū fit nō alia de cā ip̄os ſecutos fuiſſe q̄ vt capiēdi cauſas reperirēt: reliquit ergo eos ⁊ abijt. [Et acceſſerūt ad eū diſcipuli eius dicētes: Ediſſere nobis parabolā zizaniarū agri.] Cunq̄ eos trepidaſſe plerūq̄ alias quicq̄ ab eo q̄rere nō ignoremus: vnde nūc ip̄is tanta fiducia eſt? Quia audierūt: vobis datū eſt noſſe myſteria ⁊ audentiores facti ſeorſum ſciſcitant̃: nō qꝛ inuidebant multitudini / ſed quia dn̄m audierūt. Iſtis aūt datū nō eſt. De fermēto aūt ⁊ ſinapi parabolas tanq̄ liquidiores p̄terierūt: hanc vͦ vt cōiunctā illi de ſemine / ⁊ maius aliquid afferrentē exponi maluerūt: quā his dixit qꝛ diſcēdi cupidos illos videbat. Cupidi autē erant qꝛ ſibi cōminari hec parabola videbat̃. Preterea nec carpit q̄ſi parū intelligentes: ſed explanauit apertiꝰ parabolā et ita explanauit vtq̄ ſepius me dixiſſe memini / nō ad verbū exponēdas eſſe parabolas: ne m̄lta ſequant̃ abſurda. Id diligēter ad noſtrā doctrinā ſubſeruit. Nō enī dixit quia eſſent ſerui q̄ acceſſerunt: ſed vt oſtendat cōſequentie cuiuſdā cauſa: ac fere ad duplicationē imaginis eos poſitos eſſe. In hac relicta particula neceſſaria ⁊ ꝓpter que parabola hec dicta eſt interpretat̃: ſeipſum ⁊ iudicē: ⁊ dn̄m oīum rerū declarās. [Et reſpōdēs enim inquit: dixit eis: Qui ſeminat bonū ſemē eſt filius hoīs. Ager autē eſt mūdus: bonū autē ſemē hi ſunt filij regni: zizania autē filij ſūt nequā: inimicus vͦ qui ea ſeminauit diabolus eſt. Meſſis vͦ cōſumatio ſeculi eſt: Meſſores aūt angeli ſunt. Ita erit in cōſumatione ſeculi. Mittet enī angelos ſuos filius hoīs ⁊ colligēt de regno eius oīa ſcādala ⁊ eos qui faciebāt iniquitatē ⁊ mittēt eos ī caminū ignis. ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū: tunc fulgebūt iuſti ſicut ſol in regno patris eorū.] Nam quoniā q̄ ſeminat agrū ſuū / q̄q̄ ex regno ſuo cōgregat nō eſt clam quia ⁊ hic mūdus ſuus eſt. Tu vͦ cōſidera ineffabilem eius miſericordiā: et q̄ ad benefaciendū quidē pronus eſt: a deſiderio autē puniēdi alienus. Nam quādo ſeminat per ſeipſum id peragit: ſupplicia vͦ p̄ alios infert. Mittet enī inq̄t angelos ſuos. Tunc ait: Iuſti fulgebūt vt ſol in regno patris ſui: non qꝛ ſolis etiā ſplendorē nō ſuperabūt / ſed quando nihil fulgentius ſole videmus: ꝓpterea re apertiſſima nobis ad exprimendū vſus eſt. Cum aūt alibi meſſem iam adeſſe dixerit vt cum de ſamaritanis dicat: leuate oculos veſtros ⁊ conſiderate regiones quoniā albe ſunt iam ad meſſem. Et rurſus: Meſſis quidē multa / operarij aūt pauci: quare hic futurā eſſe oſtēdit? Aliam certe ibi: aliā hic verbi huius poteſtatē eſſe videmꝰ. Quare etiā inquies cum alibi dixeris: q̄ altius eſt qui ſeminat: profecto ibi non ad ſimpliciter: ſed ad ꝓphetarū atq̄ apoſtolorū diſtinctionē illud dicebat: q̄ de iudeis quoq̄ ac de ſamaritanis dicebat. Ipſe enī eſt qui p̄ ꝓphetas ſeminauit q̄uis nonnunq̄ meſſem ⁊ ſemē eandē rem ad aliud tamē atq̄ aliud referēs nuncupauit. Nam quādo credulitatē atq̄ obedientiā audientiū deſignat / vt rei conſumationē oſtēdat / meſſis vero vocabulo denotat. Quando autē fructū predicationis ab auctoribus querit: tam ſemē q̄ meſſem ipſam conſumationē appellat. Et quomodo etiā alibi ſcribit̃: quoniā primi iuſti rapiunt̃: rapiuntur quidē primi: poſt autē chriſti aduentū penis tradunt̃ iniqui ⁊ tūc ad regnū celorum iuſti ꝓficiſcunt̃. Nam quoniā in celo iuſtos oportet conuerſari / iudiciū vero a terris peragitur / cum alteros condēnarit tunc a iudicio abiens alteros quaſi rex amicos ſuos in vltimam beatitudinē illā traducet. Ita duplicē futurā punitionē videre licet: alteram quoniā igni eterno ardebūt: alteram quoniā ab ineffabili gloria excidēt. Sed cuius rei gratia inquies: cū multitudo iā receſſit in parabolis etiā diſcipl'os alloquit̃? Sapiētiores iā precedētibus facti: facilius atq̄ melius intelligebāt / ꝓpterea etiā cū ad eos dixiſſet: intellexiſtis hec oīa? vtiq̄ dn̄e reſponderūt: Sic ad alia que dicta ſunt. Hoc etiā parabolis effectū eſt vt perſpicatiores diſcipuli redderent̃: quid igit̃ rurſus ait? [Simile eſt regnū celorū theſauro abſcondito in agro: quē qui inuenit homo abſcondit et pre gaudio illius vadit et vendit oīa que habet ⁊ emit agrum illū. Item ſimile eſt regnum celorū hoī negociatori bonas querenti margaritas qui inuenta vna precioſa margarita abijt ⁊ vendit oīa que habet ⁊ emit eam.] Sicut granū ſinapis ⁊ fermentū: ſic due parabole iſte theſauri atq̄ margarite harū inter ſe differūt: illud enī ambabꝰ his denotatur: quoniā oporteat predicationē euangelij oībus ceteris anteponere. Et illis quidē fermēti dico atq̄ ſinapis magna euangelij virtus oſtendebatur: que oīno totū orbem terrarū erat ſuperatura: hec vͦ poſteriores ſummi eſſe precij ſignificat: ſicut enī ceu ſinapis extendit̃ atq̄ propagat̃ ⁊ ceu fermentū ſuperat: ſic quaſi margarita precioſiſſimū eſt. Illud ſolū diſcimus quia cetera abijciēda ſunt oīa / et ſola p̄dicatio euāgelij retinēda / verū etiā magnū id eſſe cū gaudio faciendū. Sane q̄ renūciationē bonorū facit: is nullā iacturā: ſꝫ q̄ſtuoſiſſimā facit mercaturā. Perpēdis quō in mūdo abdita atq̄ celata p̄dicatio ē: et in p̄dicatiōe ſūma felicitas recōdita: niſi ergo cūctas res tuas venūdabis nō emes: niſi curioſe q̄ras / nō inuenies. Duo hec quippe nobis ad ſalutē neceſſaria ſunt: ſeculariū rerū cōtemptus: et iugis vigilantia. Querebat enī inquit bonas margaritas: ⁊ cum inueniſſet vnā precioſiſſimā vēdidit quecunq̄ habebat ac emit. Una quippe veritas eſt nec in multas ſcinditur partes. Ac veluti qui margaritā habet nouit ſe diuitē eſſe: etiam ſi ignorū nōnunq̄ illud ſit cum paruo in loculo margarita recōdatur / ſic ⁊ in predicatione veritatis qui ei adherēt totoq̄ aīo illam amplectunt̃ opulētos eſſe nō ignorant: q̄uis infideles theſauri vim nō cognoſcentes fideliū opes cōtempnant. Deinde ne cōfidamꝰ plurimū: quoniā euangeliū ſuſcepimus neq̄ opinemur ſufficere ſolū nobis fidem ad ſalutē horroris plenā



affert parabolā quenam eſt illa. [Simile eſt inquit regnum celorū ſagene miſſe in mari / ac ex omni genere piſciū congreganti. Quā cum impleta eſſet educentes: ⁊ ſecus littus ſedētes / elegerūt bonos in vaſa ſua malos aūt foras miſerunt.] Sed quid intereſt hec ab illa: que de zizanijs eſt: eodē enī modo etiā ibi alij ſaluant̃ / alij perduntur. Uerū ibi hereſi atq̄ prauis dogmatibus: et qui ante illam parabolam ſunt: quoniā predicationi nō adheſerūt: iſti vero male viuendo percūt: ⁊ ceteris ſunt inferiores: quoniā veritatē quidā cognouerunt ⁊ in iaculū piſcatorum inciderūt / ⁊ tamē male viuēdo periere. Et certe alibi ait: quia ipſe ſegregabit eos vt paſtor oues ſegregat: hic vͦ ⁊ in parabola de zizanijs / angelos iſtud facturos dixit. Sic enī inquit erit in conſumatione ſeculi: exibunt angeli et ſegregabunt malos de medio iuſtorū et mittēt eos in fornacē ignis: ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. Quid igitur hoc eſt? Nōnunq̄ cōdeſcendēs ipſis groſſius (vt ita dixerim) nōnunq̄ vt res petit ſublimius loquit̃. Hanc autē parabolam nō interrogatus / ſed ſponte atq̄ a ſeipſo ex parte interpretat̃: ⁊ formidinē magis amplificat. Nam ne cum aduertis putrida foras eiecta eſſet: nullum aut paruū eiectionis periculū credas: interpretando ſubiunxit. Quia in fornacē immittēt: et ſtridore dentiū / doloris magnitudinē expreſſit. Animaduertis quot perditionis vie: vides q̄ alij vepribus: alij veneno: alij lapidibus: alij zizanijs conuertuntur. alij in ſagena atq̄ iaculo pereunt. Non igitur iniuria dictum eſt latā eſſe viam illā que in perditionē adducit: ac multos eſſe qui per eam ingrediunt̃ / hec enim cū dixiſſet ⁊ ad horrorē terminaſſet ſermonem atq̄ immoratus amplificaſſet: Adiecit intellexiſtis hec oīa? Dicunt ei vtiq̄ dn̄e: deinde quoniā intellexerunt laudat dicēs: [Propterea oīs ſcriba doctꝰ in regno celorū ſimilis ē hoī patrifamilias: q̄ ꝓfert de theſauro ſuo noua ⁊ vetera.] Ideo alibi ait: mittam vobis ſapiētes et ſcribas. Uides quomō vetꝰ teſtamentū nō eijcit / ſed laudibus effert / et theſaurum appellat. Quare qui diuinarū ſcripturarum imperiti ſunt / nō erunt hi certe patreſfamilias: q̄ cū nec a ſeipſis habēt querere indignū putāt / ſed negligenter viuēdo inedia depereunt. Non aūt hi ſolū verum etiā heretici expertes ſunt huius beatificationis quia nō poſſunt emittere noua ⁊ vetera: nam cū vetera nō teneāt: noua credere nō poſſunt: ſicut ecōtra / qui noua nō habent: hi veteribꝰ penitus carēt: hec enī inter ſe magno iuncta ⁊ ꝯnexa vinculo ſunt.

Audiamus igitur audiamꝰ quicunq̄ ſcripturaꝝ lectionē negligimus / quantū damnū / quantā inopiam patiamur. Quādo enī bona viuendi opera faciemus qui etiā precepta et inſtituta ipſa quibus viuendum eſt ignoramus? Et opulenti quidē qui cupiditate pecuniarū inſaniūt: aſſidue veſtes ſuas ne tineis corrodant̃ excutiunt: tu vero cū obliuio omnibus tineis peior ac maior peſtis aīam tuam deuoret: non accedas ad libros: nō excuties tineas: non ordinabis animā tuā: non aſpicies cōtinue imaginē virtutis / nec mēbra eius ⁊ caput cōſiderabis. Habet enī certe caput et membra oīni muliere formoſa multo venuſtiora ac pulchriora: q̄ igit̃ caput virtutis eſt? Humilitas certe. Quapropter ab ipſa incipit chriſtus dicēs: Beati pauperes ſpiritu. Hoc caput ⁊ ſi nec ceſariē nec crines habeat: ſic tamē pulchrum eſt: vt deū ad ſeipſum attrahat. Ad quē enim inſpiciā ait: niſi ad mitē ⁊ quietē: et humilē ⁊ tremētem ſermones meos: ⁊ oculi mei ſup̄ mites terre ⁊ ꝓpe dn̄s eſt tribulatis corde. Hoc caput pro crinibꝰ atq̄ comis hoſtias offert deo gratiſſimas: hoc aureum certe altare eſt: hec ara ſpiritalis: ſacrificium deo ſpiritus cōtribulatus: hec ſapientie mater eſt q̄ hoc habet: is membra etiā conſequet̃. Perſpexiſti caput q̄ nunq̄ vidiſti: vide nunc etiā faciē. Ac primū attende q̄lis color eiꝰ ſit / q̄ rubicūdus / q̄ floridus / q̄ g̃tioſus: ⁊ diſce vn̄ ꝯſtat. Unde igit̃ cōſtat? Ab erubeſcētia certe atq̄ pudore. Propterea q̄dā dicebat: ante veracundū gr̄a procedit. Hec ⁊ alia q̄ mēbra magnā vim formoſitatis effundit / nec ſi mille cōmiſceas colores: talē ſpeciem cōficies. Ac ſi oculos q̄ velis aſpicere: conſidera modeſtiam / quāto decore / quāta diligentia depingant̃: vnde nō ſolum ſpecioſiſſimi: verū etiā tanto acri acumine pollent: vt vel dn̄m ipſum aſpiciāt. Beati enim inquit mundo corde quoniā ipſi deū videbunt. Huic capiti os eſt ſapientia ⁊ intellectus ⁊ ſpiritaliū cātuū ꝑpetua vox. Cor aūt magnū ſcripturarū peritia veri dogmatis conſeruatio: miſericordia ⁊ benignitas. Et quēadmodum nō eſt poſſibile aīal ſine capite viuere: ſic ſine hoc capite ſalus haberi nō poteſt. Hinc enī oīa bona originē trahūt. Pedes ac manus habet q̄bus recta opera oſtendat / aīata eſt pietatis et recte fidei anima: pectus aureū ac adamante robuſtius: ipi eſt fortitudo: per quā efficit̃: ne vnq̄ pectus hoc queat infringi. Spiritus autē qui animaliū corda ⁊ cerebrum cōtinet charitas eſt. Uis re ipſa tibi hāc imaginē oſtendamus. Hunc ipſum euāgeliſtā conſidera / cuius ⁊ ſi conſcriptā vniuerſam nō habeamꝰ vitam: poſſumus etiā ex paucis choruſcantē effigiem eius videre. Quanta enī humilitate / quātaq̄ contritione rutilaret: inde cognoſces quia vel poſtea q̄ preeſt euāgelio: publicanū ſeipſum nominat. Miſericordiā vero eius inde percipies / quia cūctis exutus ieſum ſequebat̃. Sincerā fidē de dogmatibus percipies / prudentiā ⁊ charitatē ab euāgelij cōpoſitione facile intelliges. Uide quantā peritiā / quantamq̄ vniuerſi orbis curā gerebat perſpicies: fortitudinē eius cognoſcimus: quia cū gaudio cetui conuerſabatur: honorū autē operū oſtentationē / qui in ſublimi ſede oīno ſeſſurus eſt. Imitemur ergo oēs eius virtutes ac maxime omnē humilitatē ⁊ miſericordiā ſine q̄bꝰ ſalutē ꝯſequi nō poſſumꝰ: vt quinq̄ ille virgines / ⁊ phariſeus poſt illas oſtēdūt. quippe abſq̄ virginitate m̄lti beatitudine illa potient̃: quā nemo abſq̄ miſericordia conſequet̃. Una enī res ex neceſſarijs quibꝰ ſalus ipſa cōtinet̃ miſericordia eſt. Quare merito in corde virtutis ipſam collocauimꝰ et cor ipſum eſſe cenſemus: quod quidē cor niſi ceteris oībus ſpiritū prebeat velociter extinguitur. Nā quēadmodū fons in aquarū flumina in ſeipſo quaſi ſtagnū quoddā retineat facile putreſcit: eodem certe modo diuites cum in ſeipſis opes ſuas detineant marceſcunt: iccirco trito ꝓuerbio fert̃: multa diuitiarum putredo apud hoīem eſt: nec dicitur magna copia ingens theſaurꝰ: putredo enī profecto eſt nō poſſidentiū / ſed opum ipſarum. Nam recondite veſtes corrumpunt̃: aurū erugine decolorat̃: frumēta marceſcunt. Quid plura? Cor poſſidentis hec atq̄ conſeruantis maioribus indies curis q̄ erugine deco

loraꝶ atq; tabeſcit. Nam ſi animū auari nudū abſq;
corpore cogitatione perſpexeris: inuenies ſicut ve-
ſtem mille tineis corroſaim: ſic vtiq; a curis perfora
tum/a peccatis putrefactū ⁊ habēdi ſollicitudine ta
beſcentē. Nam talis profecto animꝰ inops eſt. In-
opis dico vltro ac ſponte ſua: ſed fulget illa quidem
vt aurū: ſplendet ſicut gēma: floret quaſi roſa/nul-
la tinea ibi eſt/nullus fur/nulla cura ſecularis: ſed
viuit angelica vita. Uis huius animi pulchritudi-
nem aſpicere: vis paupertatis opes quāte ſint diſce
re? Non imperat hec viris: ſed imperat demonibꝰ:
Non aſſiſtit regi/ſed aſſiſtit deo. Non hoī/ſed ange-
lorū cōmilito eſt. Non habet duos/tres vel viginti
loculos rerū plenos: ſed ſic habundat vt vniuerſum
mundū paruipēdat et theſaurū habet in celo. Non
indiget mancipijs: ſed habet loco ſeruorū paſſiones
habet ſeruos appetitus qui regibus dominanꝶ vt
nec reſpicere audeat: regnum porro atq; aurū ⁊ oīa
huiꝰ generis hec de q̄ dicimꝰ pauꝑtas: quaſi pueri
les ludos trocos dico: pilas turbones aſpernatur
atq; contemnit. Habet enī ornamenta ⁊ inſtrumēta
ludorum que videre atq; ſentire nequeūt opulenti.
Quid igitur hoc paupere melius excogitari pote-
rit? Hic in celo tanq; in pauimēto ambulat. Et ſi ta
le pauimentū domus eius eſt: cogita per teipſum q̄-
liter tectū ſit. Sed nō habet inquies equos neq; ve
hicula. Certe nec harū rerū opus eſt ei q̄ nebulis ve
hitaꝶ ⁊ cū ieſu conuerſaꝶ. Hoc igitur tam viri q; mu
lieres diligēter intelligentes diuitiarū copiā incon
ſumptibiliū inquiramꝰ/vt et regno dei ꝑfruamur:
grā ⁊ miſericordia dn̄i nr̄i ieſu chriſti. Amen.

Homelia XLIX Ex capitulo XIII et XIIII

**e T factum eſt cū conſumaſſet ieſus parabolas iſtas tranſi uit inde. vſq; ibi: et accedentes di- ſcipuli eius tulerunt corpus eius: et ſepelierunt illud.**

Cuius rei gratia has parabolas dixit? quoniā et
alias videlicet dicturus erat. Qua porro de cauſa
inde recedit? Ut certe verbū euāgelij vbiq; ſemina-
ret. [Et cum veniſſet inquit in patriā ſuam docebat
eos in ſynagogis eorū.] Quā cum patriā eius mo-
do appellat. Meo quidē iudicio nazareth: nō enim
fecit ibi ait virtutes mltas. In capharnaū aūt fecit:
vnde dictū eſt: Et tu capharnaū q vſq; ad celos exal
tata es/vſq; ad inferos deſcendes: quoniam ſi in ſo
domis facte eſſent virtutes que facte ſunt in te man
ſiſſet vtiq; vſq; hodie. Cum igiꝶ iuiſſet illuc ſigna q̄-
dem multa nō oſtendit: ne maiore vi iudei exardeſce
rent: ne propter incredulitatē ad detrahendū magis
conarenꝶ. Doctrinā autē proponit nō minoris q; ſi-
gna admirationis: illi ꝟo cum mirari ac ſtupere ꝓ-
pter docendi virtutē debuiſſent: ex vecordia vilipen
dunt eum qui ioſeph filius videbaꝶ. Et cum exem-
plis priſcorū potuiſſent cōmoneri qui a parentibus
parum notis inſignes filios procreatos nouiſſent.
Nam ⁊ dauid agricole ignoti filius erat: et Amos
caprarij et ipſe caprarū cuſtos. Moyſes quoq; ille
multo inferiorē ſeipſo parentē habuit. Cum igitur
eo maxime admirari deberent ꝙ a tali natus ita di-
uinitus loquebaꝶ vt clarum eſſet: nō humana do-
ctrina: ſed dei virtute ipſum ita predicare: vnde ad-
mirari ac colere debebāt inde ad ſpernēdū cōcitanꝶ.
Aſſidue aūt ad ſynagogas ibat/ne ſi continuo in he
remo verſaretur tanq; verum inimicū impugnarēt.
Stupentes igitur et ambigentes dicebant: Unde
huic ſapiētia hec ⁊ virtutes: aut ſigna? Uirtutes no
minabāt: aut etiam ſapientiā atq; doctrinā ipſam.
Nonne hic eſt fabri filius? quare miraculū maius ⁊
ſtupor multo amplior? nōne mater eius dicíꝶ Ma-
ria ⁊ fratres eius Jacobus ⁊ Judas et ſorores eiꝰ.
Nōne oēs apud nos ſunt? vnde ergo huic oīa iſta?
Et ſcandalizabanꝶ in eo. Uides in nazareth iſta di
cta fuiſſe. Nonne fratres eius inquiunt ille atq; ille
ſunt? Quid hoc ſibi vult? Hinc enī magis in fidem
induci deberetis. Sed peſſima certe res inuidia eſt
et ſibijpſi ſepe repugnat. Nam que inaudita ⁊ mira
bilia erant ac ſufficientia ipſos ad ieſum attrahere/
ea illos magis ſcādalizabant. Quid igitur dicit ad
eos? [Nō eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua
et in domo ſua. Et nō fecit ibi ait multas virtutes
propter incredulitatē illorū.] Lucas autē inquit et
non fecit ibi ſigna multa. Atq; quiſpiā obijciet face-
re debuiſſet. Nā ſi mirabanꝶ eū atq; ſtupebant quā
ob rem multa nō fecit ſigna? Quia videlicet non ſe-
ipſum oſtentare: ſed aliorꝝ vtilitatē querebat. Quia
igitur incredulos eos eſſe videbat/ne maiori culpa
obnoxij eſſent non multa ſigna operatur. Quamq;
enim multo tempore poſt: cum iā miraculorū fama
vniuerſam iudeā impleuiſſet/patriā repetijſſet: non
potuerūt tamen ferre: ſed magno igne liuoris inflā-
mabanꝶ. Sed cur etiā pauca fecit ſigna? Ne dicere
poſſent ad eum: medice cura teipm̄ ne hoſtē atq; ini-
micum putarent: neq; deſpici ſe ab eo arbitrarenꝶ:
ne deniq; ſic excuſare ſe auderēt dicentes: ſi facta ſi-
gna fuiſſent credidiſſemus: iccirco igitur pauca non
multa fecit: partim ne quod doceret ipſi pretermitte
rēt: partim ne maioris illi criminis rei fierēt. Quā-
ta igitur illius eſſet ſapientia: tecum tuipſe cogita:
quippe vel cum inuidie malo vehementius laborā-
tes ipſum admirenꝶ. Uerū quemadmodū in operi-
bus atq; ſignis nō accuſant que facta ſūt: ſed falſas
confingūt cauſas dicentes: In beelzebub principe
demoniorū demonia eijcit: ſic etiam hic nō vilipen-
dunt doctrinā ſed ignobilitatem generis reſpuunt.
Doctor atq; magiſter nō conuiciatus eſt: ſed mirabi
li quadam manſuetudine reſpondet: Non eſt inquit
propheta ſine honore niſi in patria ſua. Nec hic ſer-
monē terminauit ſed illud ſubiunxit: ⁊ in domo ſua:
vt mea quidē ſentētia hac adiecta particula: vt frēs
quoq; ſui intelligerenꝶ. Apud lucam vero exempla
quoq; ponunꝶ quia nec Helyas ad ſuos venit/ſed
ad viduam alienigenā: nec ab Heliſeo quiſq; lepro-
ſus alius mundatus eſt pter alienigenā Naamā.
Judei autē nō receperunt quicq; boni ab illis: neq;
fecerūt: ſed peregrini ſolūmodo atq; aduene. Quibꝰ
dictis prauos eorū mores ac improbā conſuetudi-
nem a priſcis deflurā temporibꝰ reprehendit oſten-
dens nihil in ipſo noui ab eis fieri. [In illo tempo-
re audiuit herodes tetrarcha famā ieſu.] Rex enim
herodes pater huius qui pueros in bethleem crude
liſſime necauit: fere iam pridē expirauit. Non autē
ocioſe tempus euāgeliſta denotauit: verū vt ceruí-
ces tyranni quibus ceteros deſpiceret oēs intellige
re poſſemus. Non enim ab ipſis ſtatim miraculorū



exordijs famā ieſu: ſed poſt multū tempus percepit.
Huiuſmodi certe ſunt qui in principatibꝰ viuunt.
Nam quoniā faſtu rerū plurimū ſibi arrogāt parui
facientes cetera raro ea perdiſcunt. Tu autē etiam
hic aniaduerte q; ingētes virtus habeat vires. Nā
hic herodes adeo Joannē perhorruit: vt a nimia for
midine vel de reſurrectione philoſopharet. [Dixit
autē pueris ſuis: hic eſt Joannes quē ego interfeci:
ipſe ſurrexit a mortuis: ⁊ ideo virtutes operanꝶ in
eo.] Uides nimiū ipſum timuiſſe: nec etiā hec verba
ad alienos offerre audet: ſ; vernas ſuos colloquiꝶ.
Sed tamē hec ſua opinio irrationabilis et violenta
(vt ita dicam) militaris eſt. Multi enī ſurrexerūt a
mortuis: nec vllus eorū huiuſmodi quid vnq; con-
fecit: q;uis ambitionis ſimul atq; timoris hec verba
mihi plena videanꝶ. Solet quippe veſanus animꝰ
repugnantiā ſepe ſimul recipere. Lucas autem ait:
quia turbe dicebāt: hic eſt Helyas aut Hieremias
vel priſcorū vnus prophetarū: quare hic quaſi pru-
dētius quicq; atq; verius allaturus hoc dixit: Ue-
riſimile autem mihi videtur aduerſus eos qui ioan
nem eſſe dicebant: multi enī etiā id de ieſu arbitrati
fuerūt: illud primo herodem dixiſſe quaſi amētie ce
teros accuſantē. Ego ioannem interfeci: quomodo
dicitis Joānem hic eſſe? Solebāt enim dicere vt a
Marco ⁊ a Luca ſubintelligere poſſumꝰ: Ego ioā-
nem decollaui: fama vero ſignorū iam corroborata
ſurrexiſſe Joannē ſuſpicaꝶ. Deinde hyſtoriā nobis
euāgeliſta contexit/non quidē principaliter: omnis
enī intētio eius atq; ſtudiū eſt doctrinā ⁊ ſigna chri-
ſti deſcribere: quare nil aliud niſi quod ad hoc nego-
cium conducat exponit: ſed hāc hyſtoriā nō induxit:
niſi propter chriſtū et quoniā herodes dicebat ſurre
xiſſe Joannē. Marcus aūt ait quia herodes q;uis
a Joanne reprehenderet: valde tamen ipm̄ honora-
bat: ita inuicta res virtus eſt: narrādo deinde inq̄t:
[Herodes enim cū tenuiſſet Joannē ligauit eum ⁊
poſuit in carcerē propter herodiadem vxorē philip-
pi fratres ſui: dicebat enī illi Joannes: nō licet tibi
habere eam: ⁊ volens eū interficere timuit populū
quia ſicut prophetā eum habebāt.] Et cur nā nihil
Joānes hac de re mulierē ſed virum alloquiꝶ: quia
et principalior vir eſt: ⁊ poteſtas in illo erat. Anim-
aduerte autē quomodo hanc accuſationē minꝰ one-
roſam facit quaſi hyſtoriā deſcribit dicēs: [Cū aūt
natalia herodis agerentur ſaltauit filia herodiadis
in medio ⁊ placuit herodi.] O conuiuiū diabolicū.
O ſathane ſpectaculū. O iniquū tripudiū ⁊ merce-
dem tripudij multo iniquiorē. Cedes enī oīum ſcele
ſtiſſima cediū excogitabaꝶ. Et qui coronari ac laudi
bus in celū efferri merebaꝶ: percuſſus ſecuri iacebat
Qui demones deuicit: eius caput poſt cedē ad men
ſam afferebaꝶ. Saltauit inquit herodiadis filia in
medio et placuit herodi. Unde iureiurādo affirma-
uit quodcunq; petierit ſe illi daturū: illa ꝟo a matre
premonita. [Da mihi ait caput ioannis baptiſte.]
Duplex hic crimē eſt et quoniā impudēter ſaltauit/
et quoniā adeo placuit vt cedem loco mercedis acce
perit. Uides q; atrox/q; inſenſatus/q; vecors eſt/
qui iurando ſe obnoxiū facit/⁊ illi petendi poteſtatē
concedit ⁊ poſteaq; vidit ad quantū mali res proru-
pit merore confectus eſt. Atqui timuiſſe ipſum a ꝑn
cipio ſcribiꝶ. Cur igitur meret? Quia videlicet ta-
lis res virtus eſt: vt nequā etiam hoīes ⁊ admirenꝶ
ipſam ⁊ laudent. Sed o furioſam mulierē que cum
adorare admirariq; deberet Joannē: quoniā ab in-
iuria eā vendicabat: cedē conſtruit/laqueū ponit/⁊
gratiā petit diabolicā: ipſe aūt timuit inquit: ꝓpter
iuſiurandū ⁊ ſiľ recumbētes. Et quā ob rem qd̄ gra
uius erat nō timuiſti? Nam ſi teſtes periuri habere
formidabas/multo te magis metuere oportuit: tot
tantoſq; iniquiſſime cedis teſtes habere. Uerū quo
niam multos opinor criminis cauſam: vnde cedes
oborta eſt ignorare: operepreciū duco id nunc diſce-
re vt legūlatoris prudentiā videatis: quenā erat er-
go priſca illa lex quā herodes conculcabat ⁊ Joan-
nes vlciſcebaꝶ. Si quis abſq; liberis obierit fratri
eius vxor ſua detur. An qm̄ nullo ſolatio mors mi-
tigabaꝶ et pro vita oīa facere licebat: lex promulga
ta fuit vt frater viuens mortui fratris vxorē ducat:
et fetus inde procreatus defuncti nomine appella-
retur: ne domꝰ ſcilicet illius oīno corrueret: niſi enī
liberos defunctus reliquiſſet (que res maxime mor
tis conſolatio eſt) intolerabilis luctus atq; inextin-
guibilis fuiſſet: iccirco tale ſolamen conditor legū
excogitauit: ⁊ naſciturū illius nomine vocari prece
pit. Cum vero liberi erant defuncti nullomodo ta-
le matrimoniū ꝓcedebat: ſed cur nam ita inquies?
Nam ſi alij vxorē defuncti ducere licebat nōne mul
to magis fratri? Minime. Uoluit enī latius affini
tates euagari: vt multis modis inter ſe hoīes vinci
rentur. Quare igiꝶ nō alius eſſe q; frater ſine libe-
ris defūcti vxorē ducebat. Quia eo pacto nequaq;
defuncti fetus putareꝶ. Nunc autē ſi frater genera-
ret: probabilis aīos hoīum occuparet cautio: q;uis
⁊ alioquin nulla neceſſitate alius vrgebaꝶ/defun-
cti domū reſtituere qd̄ a fratre iure propinquitatis
poſtulabaꝶ. Quoniā igitur herodes vxorē fratris
cuius filia viuebat: duxit hac de cauſa Joannes cri
minaꝶ: moderate id ⁊ cum fiducia manſuetudine mi
xta faciēs. Tu vero ꝑſpice quomodo totū illud ſpe-
ctaculū ſathane erat. Nam primū temulentia ⁊ de-
litijs conſtabat: vnde nihil vnq; probe factū eſt: de-
inde ſpectatores oēs erāt corrupti: ⁊ ille qui cōuiuio
preerat oīum iniquiſſimus. Tertio voluptas atq;
licentia oīa dicendi/audiendi/faciendi/maxima in
ipſis erat. Quarto puella (ꝓpter quā matrimoniū
fieri nō poterat que abdi atq; occultari ꝓpter contem
ptum matris debebat) ingrediꝶ oīa palam faciens:
et oēs meretrices virgo impudētia ſuperans. Tem
poris quoq; ipſius inoportunitas: ſcelus herodis
mirū immodū amplificat. Nam quādo gratias deo
agere oportebat qui cū illo die in lucē produxit: tūc
nephandiſſimā cedem cōmittit quando vinctum ex
gaudio ſoluere debebat: tunc ad vincula iniquiſſi-
ma iuſſu mors ſua acceſſit. Audiatis hec virgines
immo vero etiā nupte que in aliorū nuptijs ſaltare
ac tripudiare et cōmunē feminarū ſexum deturpa-
re nō veremini. Audiatis etiā hec viri qui magnifi-
ca cōuiuia ebrietate plena cōſectamini. Audiatis in-
quā ⁊ diaboli baratrū ꝑhorreſcite: ſic enī oīno miſe-
rum illū hec cōuiuiorū pompa oppreſſit/vt quēad-
modū Marcus dicit/etiā iurauerit: quicquid pu-
ella peteret ⁊ ad dimidiū vſq; regni ſui/ſe libēter da
turū. Tanti ſcilicet principatū ſuum faciebat: adeo
voluptate captus erat/vt tripudijs regna concede-
ret. Miraris forſan ſi hec tunc fiebāt cum etiā nūc
poſt tantā religionis nr̄e philoſophiā multi iuuenū

adeo molles eneruesqꝫ ſint: vt nulla iuſiurādi neceſſitate vrgente: vel aīas ſuas tripudij gratia largiātur. Nā a voluptate ſemel victi/ quaſi pecudes quo lupus trahit cōcurrunt: quod etiā tunc veſanus ille patiebat̄ qui duo maxima mente captus cōmiſit. Nam ⁊ illā furore ⁊ temulentia cōcitatā adeo vt nihil mali pretermittendū duceret dn̄am fecit/ ⁊ iuſiurandi neceſſitate rem cōfirmauit. Sed q̄ꝫuis ita iniquus ille fuerit: multo tamē iniquior ⁊ tyrāno ⁊ puella muliercula illa fuit que oīa hec mala contexuit: et quaſi architectus magna verſucia totā rem fabricata eſt: quā maximas habere gratias Joāni oportebat: hec ad impudentiſſima tripudia filia impulit hec cedem baptiſte flagitauit: ab hac Herodes irretitus deperijt. Uides q̄ꝫ probe illud a chriſto dictū eſt: Qui patrē aut matrē ſuper me diligit: nō eſt me dignus: nam ſi hec illa cōſeruaſſet/ nō tot tantaſqꝫ leges traſgreſſa corruiſſet: nō ita ſceleſtā cedē perpetraſſet. Quid enī hac immanitate peius cogitari poterit: cedem ī gratiā petis: ⁊ cedē ſceleſtiſſimā: ⁊ hoc inter cenandū publice atqꝫ impudētiſſime: nec enim ſeorſum acceſſit ac collocuta de iſtis eſt: ſed corā cunctis audientibꝰ velamine abiecto/ nudo capite/ diaboli vſa patrocinio: petitionē peregit/ ille cōpari petitiones eius fecit: illa mentē Herodis eripuit: vbi enim ſaltus laſciuus ibi diabolus certe adeſt. Non enī ad tripudia hec nobis prebuit deus: ſed vt modeſte incedamus nō vt impudenter camelorū modo ſaliamꝰ. Nec enī ſolū femine verū etiam cameli turpiter ſaliūt: ſed vt in angelorū choris conſiſtemus. Et ſi corpus deforme fit īpudēter ſaliendo: quanto magis aīam fedari credendū eſt? His tripudijs diabolus ſaltat: his a demonum miniſtris hoīes decipiunt̄. Sed petitionē ipſam conſideremꝰ: Da mihi ait in diſco caput ioānis baptiſte: vides impudētiā puelle: vides a diabolo penitꝰ ipāꝫ detineri. Nō dignitatis etiā meminit neqꝫ vllū dimittit/ ſed quaſi de dapibus loqueret̄: ſic ſacrū illud atqꝫ beatū caput in diſco afferri poſtulat/ nec cauſam petitionis vllam affert. Quippe nulla excogitari poterat: ſed abſqꝫ ratione aliorū calamitatibꝫ honorare ꝯtendit: nec poſtulat/ vt corā producat̄ atqꝫ interficiat̄. Nec enī etiā ad mortē cuntis libertatē ferre potuiſſet: ſed exhorruiſſet etiā dum necaret̄ vocē illius. Noq̄ enī in extremo tēpore vite ſiluiſſet: ideo da mihi ait in diſco. Magna enī inflāmata cupiditate ſum vidēdi illam linguā ſalientē. Non enī effugere ſolū illas redargutiones cupiebat: ſed inſilire quoqꝫ ac illudere iacenti. Deus aūt ſuſtinuit/ nec fulgore a celo vibrata impudētiſſima facies illa eſt: nec terre hiatu turpiſſimū illud eſt abſorptū conuiuiū/ vt et iuſtus ille fulgentiores coronas cōſequeret̄: ⁊ qui poſtea iniuriā paſſuri eſſent/ hoc exemplo corroborati equiori animo cuncta perferrent. Intelligamus hec oēs qui ſtudioſe viuentes a prauis vexamur hominibꝰ. Intelligamus hec oēs inquā, deum tunc ſuſtinuiſſe illum/ qui in heremo/ qui in ʒona pellicea/ qui in cilicio vixerat/ qui propheta fuit et prophetis oībus maior/ quo nemo maior in natis mulierū ſurrexit a petulātiſſima puella ⁊ impudentiſſimo ſcorto iugulari/ preſertim cū leges diuinas defenderit. Hec cogitantes magno feramus aīo quecunqꝫ patiamur: nam ⁊ tunc polluta illa homicida tantū efficere potuit quantū voluit: et animū ſuū ſuperqꝫ expleuit.

Deus aūt permittebat q̄ꝫuis nihil prorſus in illam ſed ī illū crimina Joānes cōiecit: ſed habebat accuſantē conſcientiā ſuā/ cuius morſibus tanq̄ꝫ ſtimulis ꝯcitata magis bachabat̄: et in ſummū dedecus oēs detruſit: ſeipſam/ filiā ſuam/ defunctū maritū/ viuentē adulterū/ ⁊ priora ſuperare certabat. Nam ſi doles inquit quoniā adulterij crimine a Joanne accuſeris: ego te homicidā etiā faciā ⁊ interfectorem accuſantis conſciā. Audiatis quicūqꝫ de re incerta iuſiurandū preſtatis nā ⁊ alijs perditiōis veſtre poteſtatē tribuitis/ ⁊ profundiſſimū vobis baratrū effoditis: ſic enī etiā herodes perijt. Putauit etiā puellam in ſolēnitate ⁊ cōuiuio/ in tāta celebritate gratioſam qn̄ atqꝫ feſtiuā/ ⁊ ſibi nihilominꝰ ꝯuenientē. nō aūt caput Joānis petiturā. Sed tamē nihil horum a ſupplicio illū defenderet. Nam licet illa atrociſſimi animi fuerit: non tamen ita facile ille decipi debebat vt in tyrānico imperio mulieris oīa ſubire vellet. Nam primū quis nō abhorruiſſet ſacrum illud in cena caput propoſitū vidēs ſanguinē ſtillare. Sed non fuit cōmotus herodes nec illo ſceleratior illa mulier: tales quippe ſunt mulieres oēs q̄ mercedi corpus ꝓſtituūt pertinaciſſime oīum atqꝫ truculentiſſime. Et ſi nos modo hec audiētes perhorreſcimus quāta illos turbatione tūc cōmotos eſſe credimus q̄ ſimul in cōuiuio recumbebāt nuper interfecti caput hoīs cruētatū vidētes? Sed nihil illa truculentiſſima furijs quoqꝫ ipſis immanior hoc aſpectu paſſa eſt: verum etiā exultabat ac letabatur. Et q̄ꝫuis ipſius aſpectus flexiſſe ipſam debuiſſet/ nihil tamen ſceleſta: ⁊ ſanguinē ꝓpheticū ſitiēs cōmota ē. Talis certe res luxuria eſt nō petulantes ſolū verū homicidas facit. Nec dubitādū ē adulterij cupidas ad maritorū cedē quibꝫ iniuriā afferre meditant̄ paratas eſſe atqꝫ accinctas/ nec ad vniꝰ hoīs interitū ſolū: verū etiā ad oēs ad quos ſui dedecoris infamia pertinet: cuius rei multi paſſim teſtes inueniuntur. Quod ⁊ illa tunc fecit putans nullū amplius q̄cq̄ꝫ de fornicatione ſua dicturū. Euenit aūt totū oppoſitum quia maiore ac clariore voce poſtea Joānes exclamauit. Uerū malignitas quēadmodū febricitantes quando frigidā aquā expetunt: nō futura ſed p̄ſentia ſolū conſiderant. Nam niſi accuſantē iugulaſſet nō ita predicata eſſet petulātia ſua: diſcipuli enī eius quando in carcerē fuit coniectꝰ nolētes aliorū publicare flagitia nihil oīno dixerunt: cū vero iniuria interfectū doctorē vidiſſent: tūc coactorē oēm expoſuerūt: cauſam etiā ipſius cedis ne quis forte iuſtiorem putaret: ſicut in theuda ⁊ iuda impelluntur explicare. Unde patet quāto magis quis hoc modo peccata obūbrare atqꝫ offuſcare voluerit: tanto magis in lucē oīa venire. Sic delicta nō adiectiōe delictorū: ſed penitētia: ⁊ cōfeſſione celant̄. Tu autem perpende quemadmodū ſimpliciter oīa ⁊ abſqꝫ moleſtia ita narrat: vt quaſi defendere videat̄ herodem. De ipſo enī dicit ꝙ triſtatus fuit: ſed tamē propter iuſiurandū ac ſimul recūbentes. De puella ꝟo quoniā a matre fuit inducta cui etiā poſtea caput attulit: mulierē illā oīa hec facinora perpetraſſe. Oēs enī iuſti non quia quiſpiā deceptus patiat̄: ſed quia faciūt iniuriā dolēt: quē profecto vere iniuriā pati dicere poſſumus. Nullā enī Joānes: ſed q̄ mortem ſibi machinati ſunt iniuriā patiebantur. Jta et nos oro faciamus. Non inſultemꝰ proximorū peccatis:



ſed quantū poſſumꝰ occultare conemur/ ſuſcipiamꝰ animū philoſophia dignū/ imitemur euāgeliſtā: q̄ etſi de muliere fornicatrice ⁊ homicida diceret quantū potuit/ tamē abſqꝫ vlla reprehenſione narrauit/ nō enī dixit a ſcelerata ⁊ veſana: ſed a matre puellā ammonitā atqꝫ inductā fuiſſe. Jllo honeſtiſſimo vocabulo matrē appellauit. Tu maledicis et cōficiaris proximū. Nec ita manſuete ſi frater vnq̄ꝫ te irritauerit de ipſo loqueris: vt ipē de corrupta muliere ſed quaſi fera beſtia ira tumeſcens malignū diceres illū fraudulentū amantē: ceteraqꝫ huiuſcemodi. Jn ferarū enī crudelitatē prorūpentes: quaſi de alienigena loquimur cōtumeliātes atqꝫ vituperātes. Nō ita certe ſcti viri faciūt: ſed lachrymas potius ꝓ peccatoribus fundūt: q̄ꝫ eis maledicāt. Hoc quoqꝫ obſecro faciamus/ lachrymis dignā putemꝰ herodiadē ⁊ oēs illiꝰ imitatores. Multa enī etiā nūc huiꝰ ſimpoſia celebrant̄ in quibꝫ ⁊ ſi Joānes nō interficit̄ chriſti tamē mēbra dilaniant̄: multoqꝫ grauiora cōmittunt̄. Non enī caput ioannis q̄ modo tripudiāt: ſed aīas recūbentiū petūt. Cum enī voluptatū ſeruos effecerint: ⁊ illicitis meretricū amoribus occuparint: nō caput a ceruicibꝰ: ſed aīam a chriſto diſiūgunt: eneruēs ac effeminatos ſpectatores reddētes. Nec audebis recte ſcio mihi reſpondere: vino te ſepultū ⁊ ebrietate ſuperatū tripudio mulieris: ⁊ cantu nō fuiſſe cōmotū. Moueris enī certe ⁊ illud in te horribile ꝑficit̄ ꝙ chriſti mēbra meretricis conficis mēbra: etſi nō aſſit herodiadis filia: ſed adeſt tibi diabolus q̄ etiā tunc in illa tripudiauit: ⁊ nūc in iſta te ſpectatore tripudiat/ et diſcūbentiū atqꝫ ſpectantiū aīas captiuas adducit. Et ſi q̄s poteſt nō cōmoueri videndo: ſed hoīem huiuſcemodi temulentiā ſuꝑare: aliorꝝ tamē pctīs adeſſe nihil aliud eſt q̄ꝫ pctō ſe participē facere. Multis certe rapinis huiuſcemodi cōuiuia plena ſunt. Nā ſi cū appoſitas videas carnes et ingentis placentas precij: vnde illarū rerū copia collecta ſit cogitas: inuenies vi ⁊ rapina fuiſſe acumulatas. Et ſi illa nō fuerint rapta/ neqꝫ tamē etiā ſic opipare cōparate cene delictis carēt. Audi q̄liter ꝓpheta hinc accuſat: Ue q̄ bibitis vinū colatū ⁊ vnguentis p̄cioſis vngimini: vides q̄liter hic delicatā vitā reprehēdit? Non enī auaritiā his verbis ſed voluptatē accuſat. Et tu quidē immoderate deuoras cū chriſtus eſuriat. Tu p̄cioſiſſimas placentas ac liba: chriſtus vero nec ſiccū quidē fruſtum panis. Tu vina bibis phalerna: chriſto ꝟo nec frigide quidem aque calicem ſitienti dediſti. Tu in tenerrimo lecto atqꝫ ꝑornato ſtertis: cū xp̄s frigore laboret. Quare ſi omni etiā auaritia cōuiuia tua vacent: tamē ideo flagicioſa ſunt: quia cū īmoderate oīa facias: nec neceſſaria quidē chriſto prebes: p̄ſertim cū rebꝫ illius laſciuias. Sed etſi orbi parētū adoleſcētuli tutelas haberes: quo fameſcēte tu rebꝫ illius lautiſſime viueres: ⁊ mille hoīes haberes accuſatores/ ⁊ a legibus ſtatuta: ſupplicia nō euaderes: cū aūt diuitias chriſti receperis nō putas fruſtra eas cōſumēdo penas te aliquādo daturū? Hec nō de his dico q̄ ſcorta nutriūt: non enī magis ad illos mihi ſermo eſt q̄ꝫ ad canes: nec de auaris atqꝫ rapacibꝰ: nec de his q̄ tā ſuo q̄ꝫ aliorū ventri diligētiſſime ſtudēt: nihil enī mihi cōmune cū ipſis eſt: quēadmodū neqꝫ cū porcis aut cū lupis: ſed de his dico q̄ habunde rebꝫ ſuis potiunt̄ nihil alijs p̄bentes/ de his qui paterna bona ocioſe cōſumūt: q̄ oēs grauiter accuſandi ſunt. Cur enī iure nō accuſaberis cū gnatones tibi ⁊ canes pleno vētre aſſiſtāt: chriſtus ꝟo indignꝰ q̄ tibi aſſiſtit videat̄? Cū hiſtrio ad riſum te mouēdo habūde ac delicate cibū abs te ſumat: chriſtus ꝟo celorū regnū offerendo nec minimā quidē partē accipiat? Et ille ſi facete aliq̄d dixerit plenus abijt: chriſtus aūt qui ea docuit q̄ niſi ſciremus nihil canibꝰ p̄ſtantiores ꝑfecto eſſemꝰ nec tantū q̄dē quantū ille cōſequit̄. Horreſcis hec audiēdo: horreſce queſo nō verbo ſed oꝑe: eijce hos gnatones: ſuſcipe loco ipſorū chriſtū. Si ſale ac mēſa tibi cōmunicauerit mitis erit cū te iudicet ſolet enī valde menſa venerari. Nec id iniuria: cum eā etiā latrones venerent̄ q̄nto magis dn̄s? Ueniat tibi in mentē meretricis illiꝰ q̄ a menſa iſta māſuetū xp̄m reddidit vt ſimonē increparet dicēs: Oſculum nō dediſti mihi. Et ſi hec de negligēte: chriſtus q̄d tibi recribuet faſtidiēti? Nec inopē faſtidias/ qm̄ ſordibus atqꝫ pānoſus accedit: ſed recordare q2 chriſtꝰ domū ꝑ illū tuā ingredit̄: ⁊ derelinquas aliq̄n verborū acrimoniā q̄bus ſemꝑ cōfundis accedētes importunos ocioſos ceteraqꝫ hmōi īclamādo. Cogita oro qn̄ hoc dicis quot quantaſqꝫ res tibi gnatones cōficiūt/ q̄d emolumentū tibi aut domui tue afferūt. Prādiū inquies ſuauius reddūt: quō ſuaue quicq̄ꝫ facere poſſunt: q̄ palmis cedunt̄: q̄ turpiſſime loquūtur. Quid amarius reſpōde q̄ꝫ ad imaginē dei factū pugnis laceſcere ⁊ ab hac ꝓximi cōtumelia iocūditate affici. An nō pudet ſpectaculū ex domo tua facere conuiuio hoīum repleta: ⁊ ſcenicos imitari: cum ingenuus vir ⁊ generoſus eſſe videaris. Hec igitur ſuauia tu vocas/ reſponde queſo: ꝑ q̄bus largus lachrymarū fluuius effundēdus: ꝑ q̄bus flendū atqꝫ ingemiſcendū eſt. Cunqꝫ deberes ad probā eos vitā exhortari ⁊ recte cōſulere/ tu ad ꝑiuria ⁊ ad turpiſſima verba impellis: inanē hāc rem tu vocas: ⁊ voluptatis materiā tibi p̄bere putas: q̄ iehēnā tibi adminiſtrat. Cū enī vrbane q̄cq̄ꝫ dicere gnatones nō poſſunt: iureiurādo ⁊ ꝑiurio inde ſe ſoluūt. Hec tu riſu ⁊ nō lachrymis ⁊ plāctu ꝓſequēda ducis? Quis nō mentis inops hec diceret. Hec a me dicta ſunt: non q2 prohibeā alimēta illis preſtari: ſed q2 hac de cauſa nollē p̄ſtari. Ex miſericordia enī nō ex cōtumelia originē alimonia trahit: miſereſce/ nō derideas nutriaſqꝫ q2 inops eſt: nutrias q2 chriſtū in ipſo nutris nō q2 diabolicis verbis cachinnū mouet: ⁊ ſuā obruit vitā. Noli faciē reſpicere ridētis: ſed animū eiꝰ cōſidera: ⁊ tūc intelliges millies ſibi a ſeipſo maledici: tunc gementē atqꝫ plangentē videbis. Quā rem ſi occultat: ꝓpter te q̄ppe occultat. Adhibeas igitur pauꝑes hoīes et liberos in cōuiuio nō ꝑiuros neqꝫ mimos. Et ſi huius impendij atqꝫ laboris mercedē exigere ab eis velis: da eis libertatē vt ſi q̄d abs te fieri abſurde videāt/ īcrepēt/ admoneāt/ habeāt curā domꝰ atqꝫ familie tue: hēs liberos/ ſint tecū patres illorū: q̄ oēs lucra tibi afferant q̄ deo placeāt in ſpiritalē ipſos remitte mercaturā. Auxilio q̄s egēt: patrocinare/ adminiſtra/ venare/ ꝑegrinos his modis/ indue nudos/ neceſſitates diſſolue/ ꝓximorūꝫ: tūc tibi alimonie gratiā referāt: que tā tibi q̄ꝫ illis ꝓdeſſe poteſt: quā nullus vnq̄ꝫ accuſabit/ hoc mō etiā amicitie ꝯglutinant̄. Nā ⁊ q̄ gratis nutriunt̄ etiā ſi diligi videant̄: verent̄ tn̄ q̄ſi apud te incaſſum viuētes. Si ꝟo aliq̄d cōferāt ⁊ ipſi ad te facilꝰ venient et

tu ſuauius recipies atq; liberiꝰ. Ita domꝰ tibi non ſpectaculū/ ſed eccleſia fiet. Ita fugā inde diabolus rapiet: ⁊ chriſtus cū angelorū innumera multitudine ingrediet̃. Ubi enī chriſtus eſt/ ibi angeli ſunt: ibi celū: ibi lux: hac ſolari luce fulgentior. Qꝫ ſi vberiores fructus ab eis capere volueris: iube cū aliarū curā agis/ diuinas ab eis legi ſcripturas: liberiꝰ in his tibi morē gerēt/ q̄bus tā tu ꝙ̄ illi honeſtiores efficimini ꝙ̄ in illis gnatonicis q̄bꝫ vna oēs dehoneſtamini: tu quaſi cōtumeliator ac temulētus: illi q̄ſi miſeri ac vētri ſeruiētes. Nam q̄ ad cōtumeliā aliq̄s miſerit grauius q̄d facit q̄ꝫ ſi occideret q̄ ꝟo ad lucrū ⁊ laudē his magis ꝓdeſt q̄ꝫ ſi a morte liberaret. Et modo quidē magis q̄ꝫ fenora ipſos cōtemnis: ⁊ verne ipſi ceteriq; ſerui liberius apud te viuunt/ tunc ꝟo angelis equales facies. Libera igit̃ et te et illos ab his obprobrijs/ et gnatonū et pariſitorū omiſſo vocabulo ſocios viuēdi appella amicos: nō adulatores voca. Amicitia enī diuinitus nō in malo amicorū: ſed in vtilitate atq; laude inuēta eſt. Ille ꝟo paraſitoꝝ amicitie oī capitali peiores inimicitia ſunt. Nā mľta ab inimicis lucrati ſumꝰ: ab iſtis ꝟo ſemꝑ nobis obprobria ſemꝑ nocumēta inuehunt̃. Nō retineas amicos dāni magiſtros: nō retineas amicos mēſe magis ꝙ̄ amicitie cupidos. Hi oēs crede mihi niſi delicijs derūparis: nō erunt tibi amici. Qui ꝟo virtutis gr̄a tecū viuūt: erūt cōtinui etiā ſi aduerſa fortuna reflauerit: paraſitorū aūt genꝰ ſepe etiā vlciſcit̃: prauā de hoībus eſtimationē ſuſcitātes. Non enī ignoro multos hinc ingenuos viros praua ⁊ falſa fama laboraſſe. Alios maleficis artibꝫ: alios adulterij crimīe: alios aliter dehoneſtatos. Cū ei nihil faciāt ⁊ lente apud aliquē fruſtra viuāt voluptatis miniſtri fuiſſe facile tradunt̃. Quare ne in hāc ſuſpitionē deueniamꝰ/ ⁊ vt maxime deo placeamꝰ/ ⁊ iehēne ſupplicia fugiamꝰ: diabolicā hāc cōſuetudinē oīno diſſoluamus: ⁊ comedētes itaq; ⁊ bibentes ad gloriā dei oīa facite vt ad gl'iam ſuā ꝑuenire poſſitiſ: gr̄a ⁊ miſericordia dn̄i nr̄i ieſu chriſti. Amen.

Homelia LI Ex capitulo XIIII

e **Et cum audiſſet ieſus receſſit inde in nauiculam.**

Uide crebro ip̄m ſedentē. Nam ⁊ qn̄ ioannes traditus fuit ⁊ qn̄ interēptus: ⁊ qn̄ iudei audierūt complures ad eū diſcipulos cōfluere: qꝺ fecit vt mores hoīum pluriū diſponat atq; gubernet. Cū nō dum tp̄s aderat quo deitatē ſuā māifeſte vellet reuelare: qua de re diſcipulis quoq; dicebat/ ne vlli dicerent q͛ ipſe eſſet chriſtus/ poſt enī reſurrectionē ſuam hoc manifeſtari volebat: vnde nō ſeuerus fuit in eos iudeos qui ante crucē nō crediderūt/ ſed ad dandā veniā paratiſſimus. Cū autē receſſiſſet nō ad vrbē aliquā: ſed in heremū/ ⁊ cum nauigio ꝓficiſcit̃ vt nemo ipſum ſequeret̃. Tu ꝟo conſidera quomō ioānis diſcipuli familiariores ieſu facti ſunt. Ipſi enī erant q̄ occiſum ioannē nunciauerūt: ita ceteris oībus derelictis ad ieſum cōfugiūt. Sic que optime diſſerēdo ab eo reſponſa fuerāt: nō parū vtilitatis poſt calamitatē illis attulerūt. Sed cuius rei gratia non ante receſſit: ꝙ̄ de interempto ioāne nunciū acceperit: preſertim cum omnia vel anteꝙ̄ fiāt nō ignoret: Ideo nō ſolum aſpectu: ſed re ipſa ⁊ opere hominē ſe credi volebat: quoniā diaboli verſutiā atq; maliciā nouit: quē oīa facturū videbat: vt nō vere homo factus fuiſſe videret̃. Et ipſe quidē hac de cauſa diſceſſit: turbe autē neq; ſic remorant̃ nec ioānis interitu quicq̄ꝫ de ſe reformidāt: ſed ſequunt̃ diligēter vbiq; dilectio nempe atq; amor cuncta facile mala ⁊ terribilia depellit. Ideo etiā confeſtim retributionē laboris acceperūt: [Cum enī exiſſet ait vidit turbam multā ⁊ miſertus eſt eis: ⁊ curauit lāguidos eoꝝ.] Q̄uis magno ſudore illi ſeq̄bant̃: tn̄ q̄ xp̄s ſibi retribuit oēm ſtudij ſui diligentiā ſuꝑabāt. Id circo huiꝰ curationis cauſam intenſam quandā miſericordiā fuiſſe aſſerit: curauit enim oēs nec fidem vt ſolitus fuit eorū petijt. Nam quoniā vrbibus relictis incertis cum locis diligenter querebāt ac inedia etiā cogente nō recedebāt: quo animo atq; fide in ipſum eſſent latere nō poterat. Cunq; fameſcentibus cibum miraculoſe allaturus eſſet nō a ſeipſo illud facit: ſed preces aliorū expectat. Conſeruat enī conſuetudinē ſuā vt iam diximus: neq; prior q̄ſi exultās: ſed vocatus atq; rogatꝰ ſigna ⁊ miracula conficit. Sed cur nam nemo ex turba de ſeip̄is cum chriſto collocutꝰ eſt. Mirum immodū verebantur ipſum atq; amabant: adeo vt vel inediā equiori animo perferrent: ſed neq; diſcipuli pro turba orauerūt: imperfectiores enī adhuc erant. [Ueſpere aūt facto ait acceſſerunt ad eum diſcipuli eius dicentes: deſertus eſt locus: ⁊ hora iam preterijt dimitte turbas vt euntes in caſtella emant ſibi eſcas.] Nam ſi poſt factū miraculum obliti ſunt/ ſi poſt ſportas cū doctrinā phariſeorū fermentū appellaret: de panibus ipſum putarunt dicere: quāto minus anteaq̄ꝫ hec viderūt nihil huiuſmodi ſuſpicati fuiſſent. Et q̄uis preueniens multos curauit egrotos: ſic tamen adhuc imperfectiores erāt: vt neq; hinc qꝺ de panibus factū eſt cogitare potuiſſent. Perpende igitur xp̄i ſapientiam quomodo ad fidē vocare voluit. Non enī dixit: ego ipſos paſcā: incredibile nā id videret̃ audientibus: quid igit̃? [Jeſus aūt inquit dixit eis: Non habent neceſſe ire: date illis vos manducare.] Non dixit/ ego eis dabo: ſed vos date/ vt homini enī ſolū ei adminiſtrabāt: nec adhuc cōmoniti emendant̃ aut ad altiora erigūtur/ verū vt homini reſpondēt dicentes: Non habemꝰ niſi quinq; panes et duos piſces. Unde marcus quoq; ait q͛ nō itellexerūt qꝺ dictū erat: erat enī obſcuratū cor eorū: quoniā humi iacebant/ a ſeipſo iam oīa peragit. [Afferte nanq; ait illos mihi huc.] Nam etſi locus deſertus eſt tamen q̄ vniuerſum orbem terrarū paſcit hic preſens eſt: etſi trāſierit hora: ſed qui temporibus nō ſubijcit̃ vobiſcum colloquitur. Joānes aūt ordeaceos panes fuiſſe ſcribit: non ſuperflue neq; ocioſe id enarrans: ſed deliciarū luxum apoſtolorū exemplo calcandū eſſe inſtruens. Talis nempe ꝓphetarū etiā menſa erat. Cum igitur ſumpſiſſet quinq; panes ⁊ duos piſces ac iuſſiſſet turbas recūbere in feno. [Reſpexit inq̄t in celū et benedixit/ cunq; fregiſſet dedit diſcipulis eius: diſcipuli autē turbis ⁊ manducarūt omnes: ⁊ ſaturati ſunt/ ⁊ tulerūt reliquias duodecim cophinos fragmētorum plenos. Manducantium autem fuit numerus quinq; milia virorum exceptis mulieribus ⁊ pueris.] Cur ita reſpexit in celum ⁊ benedixit? Ut crederet̃ nō aliūde ꝙ̄ a patre miſſus fuiſſe ⁊ q̄m illi equalis eſt: quarū rerum approbationes repugnare ſibijp̄is videntur. Nā equalitas quidē quoniā magna poteſtate om̄ia faciebat demonſtrabat̃: a patre ꝟo ip̄m eſſe vnde perſuaderet̃/ niſi multa cū humilitate quecūq; faciebat in ip̄m ita retuliſſet: vt etiā eū ad preclara facinora inuocaret. Propterea nō alteꝝ ip̄oꝝ ſemꝑ ſolū factitauit: ſed vt vtraq; illa ꝯfirmaret mō ſumma cū poteſtate imperij: modo inuocans patrē atq; orans miracula peragit. Ac ne repugnantia quedā in ip̄is eſſe videret̃: in celū minora peracturꝰ reſpicit: cū maiora cū poteſtate a ſeip̄o faciat: vt videlicet tu diſcas/ nō q̄a nō poſſet minora peragere: iccirco inuocaſſe atq; oraſſe: ſꝫ vt patri honorē redderet. Nā quando peccata dimiſit: qn̄ paradiſum aperuit/ ⁊ latronē introduxit: quādo legē vt auctor eius ſoluit: quādo mortuos quaſi ſomno excitauit: mari imperauit: ſecreta cordiū reuelauit: oculos ceci hoīs curauit: que nullus niſi deꝰ facere poteſt: nō orauit neq; inuocauit. Quādo aūt panes multiplicauit/ qꝺ multo minus erat/ tūc in celū reſpexit: partim vt ea que diximus firma ſtabiliaq; haberent̃: partim nō eſſe ad menſam accedendū quouſq; gratias ei agamꝰ: qui cibū nobis ꝑbuit. Sed cur panes nō facit ex eo qꝺ nō eſt? Ut marcionis ⁊ manichei impudentia ora hinc obſtruant̃: qui eū nō eſſe creatorē aſſeuerant. His enī operibꝰ docet opera ſua eſſe omnia que vident̃: ⁊ eū eſſe qui terre fructus prebet: qui ab initio dixit: Germinet terra herbā feni/ ⁊ producat reptilia viuentia animaꝝ. Nō eſt certe minꝰ illis: nā ⁊ ſi ex eo qꝺ nō ē reptilia tunc producta vident̃: ex aquis tamē fuere. Nec eſt minus ex quinq; panibꝫ tot panes produxiſſe: et ex duobꝰ piſcibꝰ tā magnā multitudinē piſciū/ ꝙ̄ aut germinaſſe a principio terrā/ aut aquas piſces produxiſſe. Hoc nempe ſignū erat terre ac maris ipſum eſſe creatorē. Nā quoniā crebro in ſingulis egrotantibꝫ diuinas vires ſuas oſtendebat: vniuerſale nūc beneficiū turbe contulit: ne ſpectatores ſolūmō aliorū multitudo ſalutis eſſent: ſꝫ ip̄i quoq; in ſeip̄is gratia fruerētur: ita q̄ iudeis in deſerto mirabile videbatur: dicebant quippe: Nūquid ⁊ panē poteſt dare vel parare mēſam in deſerto? idip̄m opere cōficit. Propterea in heremū etiā ip̄os duxit: vt ⁊ maiꝰ et abſq; ſuſpitione aliqua ſignū ⁊ eſſet ⁊ videretur: ne quis putet ſi vicus aut villa propinquior eſſet: inde ad illā menſam aliquid fuiſſe conductū. Quo circa nō modo loci/ verū etiā temporis atq; hore mentionē fecit. Illud enī hinc diſcimus quanta philoſophia anguſtaq; diſciplina viuēdi apľi viuerēt/ oīm delitiarū luxū cōtemnētes. In duodecim nēpe hominibꝫ quinq; panes ⁊ duo piſces reperti ſunt: ita q̄ ad corpus pertinent omnia ſuperflua ⁊ cōtemnēda ſibi videbant̃: ita ſpiritaliū rerū tantūmodo cura tenebantur: vt ea quoq; pauca libenter alijs tradiderit. Unde docemur etiā ſi pauca poſſideamꝰ: ip̄a tamē egentibꝰ eſſe cōcedenda. Nā ⁊ illi cū quinq; panes afferre ad xp̄m iuſſi eſſent: nō clamauerunt: nihil nobis poſtea relinquit̃/ quo noſtrā inediā mitigare poſſimꝰ? ſed ꝯfeſtim nihil murmurātes paruerunt. Accedit aūt ad ea que queſita ſunt: quā ob rem ex ſubiecto produxit: q̄m ad fidē eos meo quidē iuditio paulatī attrahebat: imbecilliores ei adhuc erāt qua de cauſa etiā in celū reſpexit. Nā alioꝝ quidē ſignoꝝ multa ſibi poterant exēpla ꝓponere: huic aūt ſimile nihil habebant. Cū ergo accepiſſet panes dedit diſcipulis ſuis: honoratiores hac re ip̄os conſtituens: nec id ſolū/ veꝝ etiā vt miniſtri rerū facti: nec dubitarēt/ nec obliuiſcerent̃ eiꝰ miraculi: quia manus ſue atteſtarent̃. Qua de cauſa nō priꝰ eū feciſſe crediderim/ ꝙ̄ acriore inedie ſenſu turba vexaretur quāq; diſcipuli acceſſiſſent atq; rogaſſent: per quos etiā multitudinē vocauit: ⁊ quoꝝ manibꝫ diſtribuit ita ſingulos opere ip̄e voluit ꝑoccupare: ad hec panes etiā ab ip̄is accepit: vt multa ſigni haberēt teſtimonia: multa miraculi monumēta extarēt. Nam ſi etiā his oībꝰ adhibitis obliti ſunt: ſi hec nō fuiſſent facta/ quid ſibi accidiſſet? Jubet aūt in feno diſcumbere: ad ſublimiorē philoſophiā eos inſtituēs. Nec enī corporibꝰ ſolū/ verū etiā aīs alimēta ꝑbere volebat. Sic ⁊ a loco: ⁊ q̄m nō plures panes ac piſces propoſiti fuerāt: ⁊ q̄m omibꝫ cōmuniter eadē allata ſunt: ⁊ q̄m equaliter diſtributa: ad humilitatē: abſtinentiā: charitatē mutuā: ⁊ vt oīa cōmunia eſſe putarēt eos inducebat. Cū igit̃ quinq; panes fregiſſet eoſdē in quinq; manibꝫ diſcipuloꝝ reddidit: vbi mirifice q̄ſi e fonte magna copia panes atq; piſces ſaturabāt: adeo vt nō ſuffecerint ſolū: verū etiā ſuꝑhabūdauerint. Nō integri quidē panes/ vt oſtenderēt illoꝝ panū has reliquias eſſe: vtq; ad oēs qꝺ factum eēt ꝑuenire faciliꝰ poſſet. Propterea ⁊ eſurijſſe turbas permiſit: ne quiſpiā fantaſma id fuiſſe opinaret̃. Duodecim ꝟo corbes habūdarūt: vt iudas etiā corbē portaret. Potuiſſet aūt facere vt extincta fame nihil ſuperflui remaneret: verū quoniā ⁊ ſub helia ſimile quid factū eſt: nō ita omnipotentiā eiꝰ diſcipuli cognouiſſent: vnde adeo ip̄m hic iudei mirati ſunt vt ⁊ regē quoq; cōſtituere voluerint: cum in alijs ſignis nunq̄ꝫ cōmoti fuiſſent. Sed qua quis oratiōe aſſequi poterit: qualiter panes e panibꝫ vt de fonte profluebāt: quomō multiplicabant̃ in deſerto: qua ratiōe tam multis ſatiſfecerunt. Quinq; milia enī erāt abſq; mulieribus ⁊ pueris. Magna profecto laus multitudinis illius: cum ⁊ femīe ⁊ pueri vna cū viris oī labore cōtempta ſequerent̃. Sed illō ꝑoribꝰ minꝰ non eſt: quō tante reliquie facte ſunt: vt equales numero corbes: nec plures neq; pauciores diſcipulis exequarent̃: quos quidē fragmētoꝝ corbes non turbis: ſed diſcipulis tradidit. Imꝑfectior nāq; multitudo q̄ꝫ erāt diſcipuli. Signo autē facto ſtatim ad nauigiū aſcēdere diſcipulos iuſſit: ac in vlteriorē ripam traijcere: quouſq; ip̄e turbas dimitteret: vt ſi preſentia ſua fantaſmatis ſuſpitionē nō veritatis certitudinē ip̄is ꝑberet: abſentia magis corroborarent̃: cū monumēta ſigni/ ⁊ teſtimonia miraculi ſecū habētes traijcerēt. Quāuis etiā quandocūq; maiora faciebat/ turbas a diſcipulis/ ⁊ ſeip̄m ab hoībꝫ dirimere ſolebat. Docet quippe nos nunq̄ꝫ inanē multoꝝ gloriā eſſe aucupandā: neq; multitudini ſemꝑ adherendū. Juſſit ꝟo atq; coegit nauigiū aſcēdere: q̄m magno ſue amore ꝑſentie diſcipľi detinebant̃: ⁊ occaſiōe quidē turbe miſiſſe videt̃. Juſſit aūt vt in montē ip̄e ſolus aſcēderet: vt nos diſcamꝰ non ſemper cum multis eſſe conuerſandū: neq; ſemper multitudinē fugiendā: ſꝫ alterutrū eſſe faciēdū.

Diſcamꝰ igit̃ etiā nos xp̄o adherere nō corruptibiliū harū reꝝ ꝑmio: ne iudeoꝝ exprobemur more: queritis enī inq̄t me nō q̄a ſigna videtis: ſed q̄a panibꝫ ſaturati fuiſtis. Qua ꝓpt̃ nec crebro id ſignū: ſꝫ vix ſemel tm̄ opatꝰ ē/ vt doctiores oēs redderet: nō

eſſe ventri ſeruiendū: ſed iugiter ac ſemꝑ in ſpiritualibus cōmorandū. Sic igit̄ faciamꝰ/ queramꝰ panē diligenter illū celeſtē: quo accepto omniū ſeculariū rerū curā proijciamꝰ. Nā ſi illi domo patria ꝓpinquis omnibꝰ neglectis in deſertis morabant̄: nec vrgente inedia recedebāt: quid facere nos oportet: qui in tali tantaqꝫ menſa recumbimꝰ? Maiorē certe afferre nos philoſophiā debemus: ⁊ ſpiritalia ſemper petenda. Nam ⁊ illos accuſari videmꝰ: non quia propter panes: ſed quia ꝓpter id ſolū atqꝫ principaliter eū querebant. Caueamꝰ igit̄: nam ſi quis magna ⁊ mirabilia dona negligit/ ⁊ parua diligentius ſectatur: ita illa magna perdit: queadmodū ſi illa ſectatur: hec quoqꝫ parua ſibi accedūt. Magnis enī parua non econtra in acceſſionē data ſunt. Hec aūt caduca ⁊ inſtabilia etiā ſi maxima in ſe videant̄: tamē illis collata parua ⁊ vilia cōperiunt̄. Nō ergo his ſtudeamꝰ: ſed tā poſſeſſionē qꝫ priuationē indifferentē arbitremur: ⁊ iob illū imitantes qui neqꝫ cū hec adeſſent/ vehementiꝰ his detinebat̄: neqꝫ cū abeſſent valde q̄rebat. Pecunie certe χρηματα greca lingua dicunt̄: quia nō ſuffodere: ſꝫ vti probe eis debemus: cū χρηματα grece latine vtor dicamꝰ. Et queadmodū artificū vnuſquiſqꝫ propriā artificij ſui ſcientiā nouit: ſic diuites nō fabricare/ nec edificare/ nec texere/ nec gubernare/ nec aliud huiuſmodi ſciūt: nec ſcire debēt illud ſuū artificiū atqꝫ ſtudiū eſt: vt diuitijs recte vti nō debeāt ignorare. Nō enī certe ars illa cōtemnenda/ qua diſcūt epulenti conferendū indigentibꝫ eſſe: precipua enī eſt ⁊ alijs artibus multo preſtantior: huiꝰ artis officina in celo eſt huiꝰ nō a ferro: neqꝫ ab ere inſtrumenta ſunt: ſꝫ voluntate ſola ac benignitate mentis cōſtructa. Huiꝰ magiſter chriſtꝰ eſt: ⁊ pater eius: ſitis miſericordes inquit ſicut ⁊ pater veſter/ qui in celis eſt. Quodqꝫ mirabilius eſt/ cū ita ceteras artes antecellat: non opus eſt labore neqꝫ tempore: ſed ſola voluntas ſufficit: vt perdiſcat̄. Sed cōſpiciamꝰ etiā finē iſtiꝰ artis. Quis igit̄ finis huiꝰ eſt? Celū/ ⁊ que in celo feliciſſima atqꝫ beatiſſima ſunt: ineffabilis illa gloria ſpirituales thalami: fulgentiſſimi lapides: conuerſatio eterna cū ſponſo: ceteraqꝫ huiuſmōi que nulla oratio/ nullū flumē ingenij poteſt aſſeq̄: quare a fine quoqꝫ multo excellentiꝰ hoc ceteris artificijs eſt. Nā cū cōplures aliaꝝ artiū ad hanc ſolūmodo vitā cōferant: hec etiā ad futurā vitā nos ducit. Ꝙ ſi cōmodiſſimis ⁊ neceſſarijs in hoc ſeculo artibꝫ tantū p̄ſtat: vtputa medicine edificatorie ceteriſqꝫ huiuſmōi quanto magis alijs excellat/ quas nec artes quidē ſi quis curioſus inueſtigat/ appellabit? Nunqꝫ enī ego ſupfluas atqꝫ ocioſas artes vocabulo artis eſſe dignas putabo. At enī ars cocoꝝ nobis ꝓdeſt: immo ꝟo ad quid nō obeſt: cū tā corpori qꝫ animo non mediocriter officiat: matrē enī omniū egrotationū atqꝫ paſſionū delitiarū: ſcꝫ vſum magna pompa cōſtipatam in mediū adducit. Neqꝫ pingendi artē aut nūmulariā artes ego noīarim: quippe cū nihil conferāt neceſſariarū reꝝ/ quibꝰ vita noſtra cōtinet̄ artes cōſtructiue ſunt. Propterea mens diuinitꝰ nobis data eſt: vt artificia inueniamꝰ/ quibꝫ faciliꝰ atqꝫ honeſtius viuere poſſumus: qui ꝟo animalia in tabulis pingūt: aut in pannis intexūt: reſpōde queſo ad quid cōducunt: quas ob res ⁊ a texentibus/ et ab his qui calceos conſuūt: multa ſunt circūſcindenda. Neceſſitate nāqꝫ ſuperata ad delicatiſſima atqꝫ ſuperflua artes peruenerūt: quod edificatoria quoqꝫ ars paſſa eſt: ſed quemadmodū ipam quouſqꝫ domus nō theatra cōſtruit: ⁊ in domibꝰ neceſſaria nō ſuperuacanea cōponit: artē appello. Textoris artificiū quouſqꝫ pannos veſtitui neceſſarios texit: nec araneas ita imitatur/ vt multa ridicula inſerat artē nomīare ſoleo. Similiter calciamentorū ſutores donec neceſſarios faciunt calceos/ artificis vocabulo largior. Cū ꝟo viroꝝ calceos mulieribꝫ adaptāt ⁊ ecōtra: tunc quia vtrūqꝫ ſexū eneruant: ſuperfluā immo ꝟo maleficā artē appellamus. Nec ignoro qꝫ multi puſillanimi querere: ac valde me curioſum eſſe oppinātur: nec ꝟo iccirco hec pretermittā: nā ⁊ ſi parua hec peccata videantur: ac ideo negligantur: maiorū tamē delictoꝝ cauſas nobis prebent: ſed qđ minus peccatū inueniri poterit inquies: qꝫ ornatos ⁊ quaſi reſplendentes habere calceos: ac pedibꝰ ita inherentes/ vt nulla inde ruga cōficiat̄: qđ nec peccati quidē appellatione notandū eſt. Vultis igitur vt largas orationi habenas mittamus: ac dedecus huiꝰ rei pre oculis ponamꝰ. Sed nolite oro iraſci: immo vero etiā ſi iraſcimini parua mihi cura eſt: nō enī ipe/ ſed vos huius leuitatis cauſa eſtis: q̄ cū nec peccata quidē iſta putetis: ad reprehendendū acriꝰ tale iniurie genus impellitis. Age igitur diligētiori vſi examine quale malū hoc ſit videamꝰ: quantū vobis dedecus eſſe putatis: cū ſerica licia calciamētis veſtris/ que nec veſtibꝰ quidē vir probus vnqꝫ ſubtexerit: diligenter inſeritis: quantis hoc dignū cachinis arbitramur? Ꝙ ſi huic noſtre ſententie nō acquieſcitis: audiatis Paulū quāta hec cū acrimonia reprehendat: ⁊ auctoritate ipius turpitudinem rei cognoſcite. Quid igitur hac de re Paulus ſcribit? Non in plicationibꝫ inquit auri aut margaritarū: nec veſtimento precioſo. Quā igitur veniā habere poteris/ cū neqꝫ vxori tue iubente Paulo precioſe veſtes permittātur: tu calceos luxurioſiſſime polias: ac ita cōſtruas vt nimiū attentus ad ridiculoſa dedecora eſſe videaris. Nōne vides naues fabricari: eligi remiges: vela dari ventis: maria nauigari: ac mercatores patria ⁊ liberis relictis: ac vita cōtempta: ⁊ fluctibꝰ cōmiſſa: ad extremas barbarorū partes mille periculis peruenire propter ſerica hec licia: vt tu ſcꝫ calceis tuis ipa inſeras: quibꝰ te ornatiorē eſſe putes. Dic oro quid hac curialitate amentius? Non erant veterū certe huiuſmodi: ſed virorū calcei curialitatē quandā oſtendebāt. Quare ipe timeo ne tempꝰ veniat/ in quo adoleſcentes apđ nos veſtibꝰ atqꝫ calciamētis ſine pudore aliquo mulierū vtātur. Illud aūt moleſtiꝰ diſſerendū eſt/ ꝙ iuuenū parētes cū indifferentē hāc rē cenſeant: nō increpant nō expoſtulāt. Vultis vt afferā qđ grauiſſimū mihi videt̄: in quo dedecore vos pecunijs abutimini/ cū inedia multi laborēt. Inops carne igit̄ tū eſuriens xp̄s ac nudꝰ in medio veſtri verſet̄: cathenis etiā vinctꝰ nōnunqꝫ: vos ſericū calceis inſeritis: ipe cū diſcipulos ſuos legibꝰ inſtituebat: nullos illis calceos permittebat. Nos aūt nō dico nudis pedibus: ſed viriliter calceatis deambulare nō patimur. Qua turpitudine atqꝫ riſu quid peius fiet? Magnam enim animi molliciem hoc oſtendit: magnam leuitatem vna cum curioſitate temeraria. Nā quādo rebus poterit qui tantis defluit luxurijs diligē-



ter vacare: quando anime ſue curam habebit: immo ꝟo quādo ſe omnino habere animū cognoſceret. puſillanimis enī oīno eſt/ atqꝫ abiectus/ qui hec admiratur. Atrox enī atqꝫ crudelis q̄ hac de cauſa pauperes negligit. Virtutis quoqꝫ penitꝰ expers/ qui ſtudiū ſuū ad hec cōtulit vniuerſum. Nā qui gloriā ſerici: qui florē coloris: qui ad aureas intextꝰ curioſe perſpicit: quando in celū ſuſpiciet: quādo illā pulchritudinē admirabitur: qui tincturas iſtas reſpiciens: ⁊ ad terrā flexus altiꝰ ſe nō poteſt erigere. Tu vero ad terrena quaſi porcus diaboli artibꝫ perſuaſus deuolueris. Hec enī omnia ille excogitauit: vt illa tu beatitudine priuatus: ⁊ ad hec miſerrima detrudaris. Ita deus qui celū tibi offert: a diabolo ſerica tibi licia offerente ſuperat̄: immo ꝟo nec iſta offert diabolus: opera enī hec etiā dei ſunt: ſed mollitiē luxū atqꝫ maleficas artes/ quibꝫ oppreſſi adoleſcentes aſpicere terrā cogunt̄: qui celoꝝ philoſophie ſtudere iuſſi ſunt: magis calceis ſuis gloriant̄: quoniā ſi nouas res atqꝫ inauditas geſſiſſent. Digitiſ eī pedū ſubleuatis deambulant in plateis: nimio plerūqꝫ inde merore cōfecti in ceno: in hyeme/ aut puluere/ in eſtate ne veſtimēta et calcei ſui maculentur. Quid facis homo: animā hac luxuria in cenum coniecisti: eā in terra negligis detineri: ⁊ calceamentorū tanto merore angeris: diſcas vſum ipoꝝ ⁊ tanti ea facere pudebit. Adinuenta enī certe ſunt: vt lutū ⁊ omnes terre ſordes audacter conculcemus. Ꝙ ſi tu ab huiuſcemodi labe munda cupis calceamenta ſeruare ceruicibus tuis aut capiti cōnecte. Ridetis hoc audientes: mihi aūt lachrymandū potius videtur: cū ſtudia in his rebus veſtra ⁊ veſaniā cōſidero. Cūqꝫ intelligā corpꝰ vos malle luto qꝫ calceos deturpare: ita puſillanimi ac penitus molles hinc iuuenes efficiunt̄ erunt etiā auidi nō minus. Nā qui veſtibus calceis ceteriſqꝫ hmōi valde inhiare ſoliti ſunt cū multa in his rebus cōſumant: magno indigent pecunie cumulo: ꝙ ſi acciderit vt ambitioſum etiā ⁊ oſtentatorē patrē quiſpiā habeat: tunc ꝟo hec turpiſſima captꝰ cupiditate acrioribꝫ ſeruitutiſ vinculis coaptatur. Sin ꝟo auarū cogitur ad alia peiora cōfugere: vt ſibi pecuniā ad impēdia iſta conquirat. Hac ratione multi ex adoleſcentibꝫ etatis florē perdiderunt: ⁊ gnatones atqꝫ paraſiti diuitū conſtituti: vt huiuſmōi cupiditatē atqꝫ animū ſuū expleāt turpia nimiū miniſteria ſubierūt. Ꝙ igit̄ auarꝰ effeminatꝰ puſillanimis atqꝫ ocioſiſſimꝰ ſit: ⁊ ad omnē luxuriā ꝓnior qui hec optat: manifeſtū ex iſtis fecimus: ꝙ autē etiā crudelis ac inanis glorie cupidꝰ quis vnqꝫ nō inſanus dubitabit? Crudelis enī eſt: quia cū viderit pauperē tanta ſui ornatus cura detinet̄: vt nec aſpexiſſe quidē videat̄: ſed auro quidē atqꝫ ſerico ſeipm ornat: pauperē aūt fame deperire ſinit. Inanis vero glorie ⁊ cupidus eſt/ qui vel minimarū rerū gloriā aucupat̄. Ego quippe ſic arbitror romanoꝝ nunqꝫ imperatorē fuiſſe: qui ſe tantū propter trophea ſua iactaret: quantū luxu perditi adoleſcentes/ quantū ceſarie ī modū pile tonſoris opere circūducta: nec pudet alienis artificū opibꝫ gloriari. Ꝙ ſi alioꝝ artificio ſe iactāt: qđ facerēt ſi quicqꝫ magni de ſeipis preſtarent. Adderē alia his grauiora: at hec vobis ſatis ſunt: ſed mihi opꝰ eſt orationē iā renūciare. Longior aūt ꝓpter cōtentiōis cupidos fui qui nullā his rebꝫ cōmitti delictū arbitrant̄. Et qꝫuis nō ignorē plurimos adoleſcētū tāta huiꝰ paſſionis temulentia mente capi: vt nullā verbis meis attentionē ꝓbuerint: nō fuit tn̄ cōſiliū ſilentio hec p̄terire. Nā patres coꝝ niſi mente capti ſint: vel inuitos filios ad meliorem cogēt vitā trāſire. Nemo ergo mihi dicat nihil eſſe hoc/ aut minimū: etenī idipm iā pridē cūcta deiecit. Quippe qui paruis in rebus magnanimos ac ornamentoꝝ cōtemptores filios reddit: is etiā in magnis ꝓbatiores inueniet. Quid enī elemētoꝝ doctrina humiliꝰ? Hinc tn̄ rhetores: hic eloquētes: hinc philoſophi exuunt̄. Et qui elemēta ignorant: maiora ꝑcipere nequeūt. Quare nō ad iuuenes ſolū: verū etiā multomagis ad puellas ⁊ mulieres hec dicta eſſe velim: que eo magis ſpectantur quo virginibꝫ ⁊ mulieribꝫ honeſtatis decus magis cōuenire videt̄. Quā ob rē q̄ ad adoleſcentes diximus ne rurſus eadē reuoluere opꝰ ſit: vobis quoqꝫ dicta putate. Sed iā tempꝰ eſt ſermonē orando concludere. Orate igit̄ vniuerſi nobiſcū/ vt adoleſcētes baptiſmatis lauachro renouati: honeſte vitā perducāt: vt ad maturā ſenectutē ꝑueniāt. Nā q̄ luxurioſe ac male viuūt eos ſenes fieri nō expedit. Qui ꝟo in adoleſcentia moribꝫ cōſeneſcūt: eos oro ad extremā vſqꝫ viuere ſenectutē: ⁊ liberos ſui ſimiles ꝓcreare: quoꝝ virtute deꝰ gaudeat: qui vtinā nō iſtū ſolū ornatꝰ morbū: ſed omnē anī ꝑturbationē radicitus ex vobis euellat. Nā queadmodū ager diu nō proſciſſus: ſic iuuentꝰ neglecta ſilueſcit: ac paſſim innumeras vepres ꝓducit. Ignis ergo ſcti ſp̄us imitendꝰ eſt: qui improbis cupiditatibꝫ cōcrematis noualia excolamꝰ: q̄ ſpiritalia ſemina poſſint ſuſcipere. Qđ ſi nūc apte fecerimꝰ/ iuuenes nobis ſenibꝫ erūt modeſtiores: qđ certe admiratione dignū eſt: vt in adoleſcentia diligēs fulgeat moderatio. Nā qui modeſtus eſt in ſenectute/ cū cū etate plurimū iuuetur: nō magnā ſue modeſtie mercedē arbitror habiturū: illud ꝟo mirū eſt: vt in fluctibꝫ ⁊ procellis tranquillitate fruaris: ⁊ in medio fornace nō ardeas: ⁊ inuēta nulla corrūparis luxuria. Hec igit̄ memoria tenentes beatū illū ioſeph/ qui ſummis temperantie laudibꝰ coruſcauit diligenter imitemur: vt vna cū illo fulgentiſſimas cōſequamur coronas: quibꝫ vtinā oēs potiamur: gratia ⁊ miſericordia dn̄i noſtri ieſu xp̄i: cui gloria ⁊ imperiū nūc ⁊ in ſecula Amen.

Homelia. LII. Ex capitulo. XIIII.

## e T dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus orare. ⁊c.

Cuius rei gratia in montē aſcēdit? Certe vt nos erudiat/ cū orandū deo ſit: tunc eremo ac ſolitudine nobis maxime opus eſſe. Propterea igit̄ crebro deſerta petit: ⁊ ſolus orans plerūqꝫ pernoctat: vt eius exemplo tā a tempore qꝫ a loco tranquillitatē orandi queramꝰ. Trāquillitatis quippe mater eremus eſt/ quietus portꝰ omnis turbatiōis expultrix. Et ipe quidē his de cauſis aſcendit in montē: diſcipuli ꝟo iterū ꝓcellis ⁊ fluctibꝫ vexant̄: ⁊ tēpeſtate nō minori qꝫ priꝰ exagitant̄: niſi q̄a tūc ī nauigio ſecū dn̄s erat: nūc ꝟo abſentia dn̄i deſolati: hyemis acerbitate iactant̄. Paulatī eī ad maiora ipos ita īducebat: vt excelſo cūcta ꝑferre aīo diſcerēt: iccirco p̄ſens q̄dē erat in p̄mo ꝑiculo: ſꝫ dormiebat: vt nō longe ſalutē abeſſe crederēt. Nunc ꝟo firmiorem illorum animū faciēs cū oīno abſit: tempeſtate ipos per totā noctē

laboꝛare ꝑmittit: vt hyemis ⁊ tẽpoꝛis terrore ꝑcul
ſi magis ip̃m deſideraret̃: ⁊ firmã eiꝰ atqꝫ ꝑpetuã
memoꝛiã retineret̃. Propterea nec cõfeſtim pericli-
tantibꝫ ſuccurrit: ſed quarta vigilia in mari ambu-
lans venit ad ip̃os: crudiẽs nos: nõ a ſe cito ſolutio
nẽ calamitatũ querendã: ſed magno anĩo aduerſa ꝑ
ferenda. Uerũ quoniã iã cõfeſtim ſe liberatũ iri cre-
diderũt: tunc maioꝛ eis timoꝛ calamitatũ erat. Hoc
vero nũc obſeruat: vt quando vꝛgentia mala expul
ſurus ſit: tunc grauioꝛa et terribilioꝛa inducat: qđ
etiã tunc accidit. Ad hyemis enĩ terroꝛẽ nõ minoꝛ a
viſu terroꝛ acceſſit: propterea nec tenebꝛas oĩno diſ-
ſoluit: nec ſe ſtatim manifeſtauit: vt qđ dixi periculo
rũ frequentia foꝛtioꝛes redderent̃. Hoc ⁊ in iob fa-
ctũ fuiſſe videmꝰ. Nã cũ temptationi finẽ allaturꝰ
eſſet: tũc moleſtioꝛa fieri permiſit: nõ dico de libero-
rũ moꝛte: nõ verbis vxoꝛis: ſed de ſeruoꝝ atqꝫ ami-
coꝝ obpꝛobꝛijs. Similiter quando de peregrinatio
nis afflictione iacob illũ liberabat: maioꝛ turbatio
accidit: ſocer enĩ eũ perſecutus: moꝛtẽ minabatur: ⁊
paulopoſt frater ſucceſſit: qui maioꝛẽ illi timoꝛẽ con
cuſſit. Nã quoniã ferre iuſti homines nõ poſſent ſi
longo tempoꝛe atqꝫ acerrime temptarent̃: cũ pericu
la euaſuri ſint: tunc vt maioꝛa mereant̃: maioꝛa in-
ferri permittit certamina. Id etiã in abꝛaã factũ nõ
ignoꝛamus. Ultima enĩ atqꝫ terribilis illa tempta
tio fuit / qua immolatiõe filij angebat̃. Sic eniq in
tolerabilia ſunt tolerare poterunt / ſi iuxta tempta-
tionũ finẽ illata velociter diſſoluant̃. Hoc igit̃ tũc
etiã factũ videmus. Nec enĩ pꝛius ſe xp̃s reuelauit:
q̃ꝫ magnitudine terroꝛis ſuperati vna omnes voce
clamitaſſent. Qua ex re? Letioꝛ enim atqꝫ gratioꝛ
pꝛeſentia eius illis apparuit: cũ eũ clamaſſent. [Ait
ſtatim locutꝰ eſt ieſus ip̃is dicens: Habete fiduciã:
ego ſum: nolite timere.] His verbis timoꝛ oĩs ſolu
tus: fiducie ac certe ſpei locũ reliquit. Nã cũ viſum
ip̃m nõ cognouiſſent: partim ꝓpter noctis tenebꝛas
partim etiã quia nunq̃ꝫ auditũ fuit ſuper aquas ho
minẽ ambulaſſe: voce ſeip̃m mãifeſtauit. Quid igit̃
petrꝰ qui ſemꝑ feruẽtiſſimꝰ fuit: ⁊ vbiqꝫ ante alios
pꝛeſiliebat? [Domine inquit ſi tu es / iube me veni-
re ad te ſuper aquas] Nõ dixit oꝛa ⁊ depꝛecare deũ
vt venire poſſim: ſꝫ iube / ⁊ veniã. Uides q̃ꝫ vehemẽ
ter arderet: vides quanta fides ip̃ius etiã tũc eſſet.
Et certe ſepenumero quia maioꝛa petit q̃ꝫ vires ſue
poſtularent: in periculũ incidit: ⁊ nunc amoꝛe ⁊ nõ
oſtentatione expulſus immẽſa petijt. Nemo enĩ ita
vt ip̃e ieſum amabat: propterea nec dixit: iube vt ſu-
per aquas ambulẽ: ſed iube vt ad te veniã. Pariter
etiã poſt reſurrectionẽ fecit. Non enĩ potuit alios ex
expectare ſed feruoꝛe victus pꝛecurrit: nõ charitatẽ
ſuã ſolũ: verũ etiã fidẽ oſtendens: quia enĩ credebat
nõ tantũmõ xp̃m ſuper mare ambulare: verũ etiam
alijs id poſſe cõcedere auſus eſt hoc petere: vt cũ eo
citꝰ eſſe poſſet. [Ipſe aũt dixit: Ueni] Et cũ deſcen
diſſet de nauicula: petrus ambulabat ſuper aquas
vt veniret ad ieſum: videns ꝟo ventũ validũ timuit
⁊ cũ cepiſſet mergi clamauit dicens: [Domĩe ſaluũ
me fac. Et cõtinuo ieſus extendens manũ appꝛehẽ
dit eũ: ⁊ ait illi: Modice fidei q̃re dubitaſti?] Hoc
pꝛioꝛe multo mirabilius eſt: ac ideo poſt illud etiam
conficit̃. Cũ enĩ inde patuerit in maria ip̃m habere
imperiũ: tunc mirabilia peregit. Pꝛiꝰ enĩ ventis
ſolũmodo imperauit: nũc ꝟo ⁊ ipſe ambulat / ⁊ aliũ

ambulare ſuper maria facit: qđ ſi ab initio feciſſet /
nõ ſimiliter certe petrus (nõ enĩ tantã fidẽ adhuc ha
bebat) mari ſe cõmiſiſſet. Quã ob rẽ igit̃ xp̃s iuſſit:
quia ſi dixiſſet: petre nõ potes: ille amoꝛe cõcitatus
cõtendiſſet: ideo re ip̃a eũ deterret / vt modeſtioꝛ po-
ſtea fieret. Ille aũt nõ potuit ſeip̃m detinere: ſed de-
ſcendit ⁊ timoꝛe victus fluctibꝫ obꝛuebat̃. Et timoꝛ
quidẽ a vi pꝛocellaꝝ: periculũ vero a timoꝛe oꝛiginẽ
cepit. Joãnes aũt ait quia noluerũt ip̃m in nauigiũ
accipere: ⁊ cõfeſtim nauigiũ venit ad terrã / ad quã
ibat: idip̃m certe ſignificans: ita cũ terre applicatu-
rꝰ eſſet: de nauigio aſcendit: ⁊ ad ieſum ibat. Nõ tm̃
gaudens / quia ſuper mare ambulabat: quantũ ꝙ
ad ih̃m itinere mirabili veniebat. Ita qđ maiꝰ erat
ſuper maria ſcꝫ de nauigio cõfidenter deſcẽdere: ma
gno anĩo fecit: vi autẽ ventoꝛũ ⁊ impetu fluctuũ qđ
erat minꝰ ſuperatꝰ: timuit: Nature quippe huma-
ne hec ↄditio eſt: vt difficilioꝛibꝫ nõnunq̃ꝫ ſuperatis
ſuccũbat in minoꝛibꝫ: qđ etiã helias ⁊ ezechiel paſ-
ſus eſt. Moyſes in egypto: dauid ĩ betſabee: ⁊ nũc
petrꝰ terroꝛe tempeſtatis tota nocte vexatꝰ magna
cũ fiducia in aquas deſcendit: ad ventoꝝ aũt impe-
tũ animi magnitudinẽ retinere nõ potuit: pꝛeſertim
cũ iã pꝛope xp̃m eſſet. Nihil certe pꝛodeſt loco iuxta
xp̃m eſſe: ſi fide nõ ſis. Hac de re quantũ intereſt in-
ter magiſtrũ ⁊ diſcipulũ patuit. Hinc ceteri ſolamẽ
cõſecuti ſunt. Nã ſi in duobꝫ fratribꝫ cõmoti fuerãt
multo magis id modeſte tuliſſent: nondũ enĩ gratia
ſpiritus coꝛroboꝛati facile mouebant̃: gratia ꝟo ac-
cepta nõ tales nempe fuerunt: ſed vbiqꝫ pꝛimatum
petro pꝛebent: ⁊ in cõtionibꝫ eũ anteponũt: q̃ꝫuis ce
teris rudioꝛ videret̃. Sed cur nã nõ imperauit ven
tis vt ceſſarẽt: ſed ip̃e manu extẽſa accepit eũ. Quia
videlicet fide ip̃ius opus eſſet. Cũ enĩ nos ip̃i fide de
ficimꝰ: tũc dei patrocinia retardant̃. Ut ergo oſten-
deret nõ a pꝛocellis neqꝫ a ventis: ſed a modica fide
ſua ip̃m euerti ait: Quid heſitaſti modice fidei? Niſi
enĩ labefactatus in fide aliquo mõ fuiſſet: etiã ven-
tis facile reſtitiſſet: icci[r]co manu cõpꝛehẽdens eũ: cõ
firmauit vento ſpirante: qui donec firma fides erat
nihil nocere potuit. Et ſicut cũ anteaq̃ꝫ volare que-
at: ſi nido pullus exierit in terrã decidat: mater ve-
lociter raptũ in nidũ reſtituit: Sic tũc xp̃s in petro
peregit: [Et cũ aſcẽdiſſet ĩ nauiculã / ceſſauit ventꝰ]
Et pꝛiꝰ quidẽ dicebãt: qualis eſt homo hic / quia vẽ
ti obediũt ei: nũc aũt nõ ita. Nã qui erant in nauicu
la venientes inquit adoꝛauerũt eũ dicentes: [Uere
filiꝰ dei es tu] Perpẽde quõ paulatim ad ſublimiꝰ
oẽs adduxit. Nã ⁊ quia ip̃e ambulauit ſuꝑ maria: ⁊
quia aliũ etiã fecit ambulare: ⁊ quia ip̃m a periculo
liberauit: nõ parũ coꝝ fides creuit. Et pꝛiꝰ quidem
imperauit mari / vt quieſceret: nunc autẽ nõ ſic: ſed
alio quodã multo mirabilioꝛi pacto omnipotentiã
ſuam oſtendit. Unde in fidem ducti: vere filius dei
es tu dicebant. Non igitur increpauit dicentes: im
mo vero econtra verba eoꝛũ confirmauit / cũ maio-
ri poteſtate q̃ꝫ antea venientes egrotos curauit: et
cum tranſfretaſſent ait: [Uenerunt in terram gene
ſar: ⁊ cum cognouiſſent eum viri loci illius / miſerũt
in vniuerſam regionem illam: ⁊ attulerunt ei om̃es
male habentes: ⁊ rogabant eum vt vel fimbꝛiã ve-
ſtimenti eius tangerent / ⁊ quicunqꝫ tetigerunt ſal-
ui facti ſunt.] Non enim quemadmodum pꝛius ad
domos ſuas ipſum trahebãt: nec manuum tactum



querunt: nec imꝑeria eius verbis edita: ſed maioꝛe
fide altioꝛeqꝫ philoſophia curationem moꝛboꝝ con
ſequebant̃. Ita mulier que fluxũ ſanguinis patie-
bat̃ rectiꝰ philoſophari oẽs erudiuit. Ut aũt oſten-
deret euangeliſta magno tempoꝛis interuallo illuc
xp̃m rediſſe ait: Quia cũ cognouiſſent eũ viri loci il
liꝰ miſerunt ad omnẽ regionẽ vt egrotos ad eũ offer
rent. Sic longa tempoꝛis ſpacia nõ mõ nõ debilita
runt fidẽ illoꝝ: verũ etiã in maiꝰ deſideriũ extule-
runt. Tangamꝰ ergo etiã nos fimbꝛiã veſtimẽti
eiꝰ: immo ꝟo totũ. Ip̃m enĩ ſi volumꝰ nõ veſtis ſo-
lũ: ſed coꝛpus ip̃ius nobis pꝛopoſitũ eſt: nõ vt tãga-
mus ſolũmõ: ſed vt comedamꝰ ⁊ ſaturemur. Adea-
mus igit̃ xp̃m ſinguli egrotantes magna cum fide.
Nã ſi qui fimbꝛiã veſtimẽti eius tũc tetigerũt / recte
omnes cõualuerũt: quãto magis coꝛroboꝛabimur
ſi totũ in nobis habebimꝰ? Cum fide autẽ accedere
nõ eſt vt tantũmõ ꝓpoſitũ coꝛpꝰ recipias: verũ etiã
multomagis vt mundo coꝛde tangas: vt ſic adeas
quẽadmodũ ad ip̃m xp̃m. Quid enĩ ſi vocẽ eius nõ
audis: nõne vides iacentẽ / immo ꝟo ⁊ loquentẽ per
euangeliſtã ip̃m audis. Credite igit̃ omnes / qꝛ etiã
nunc illa cena celebꝛat̃ / in qua xp̃s ip̃e recumbebat
Nihil quippe intereſt inter illã ⁊ hanc: nõ enim hec
ab homĩe: illa ab ip̃o cõficit̃. Quando igit̃ ſacerdo-
tẽ coꝛpus tibi p̃bere videris: noli ſacerdotis: ſed xp̃i
manũ ad te poꝛrigi arbitrari. Nã quẽadmodũ in ba
ptiſmo nõ a ſacerdote baptiſaris: ſꝫ a deo caput tuũ
in virtute viſibili tenet̃: nõ ab angelo: nullus enim
pꝛoꝛſus id facere poteſt: ita etiã nunc. Cũ enĩ homo
regenerat̃ / ſoliꝰ dei hoc munꝰ eſt. Nõne vides eos
qui poſt hãc vitã ſibi filios adoptant? quõ nullo pa
cto rẽ ſeruis cõmittũt? ſed ip̃i pꝛeſentes in iudicio cũ
cta peragũt. Sic deus nõ angelis hoc munꝰ cõmi-
ſit: ſed ip̃e pꝛeſens iubet ac dicit: Ne voces patrẽ in
terra: nõ vt parentes cõtemnas: ſed vt omnibꝰ illũ
anteponas / q̃ te creauit ⁊ adoptauit. Qui enĩ maiꝰ
id eſt animã ſuã pꝛo te poſuit: quare dedignabit̃ ſuũ
tibi tradere coꝛpus. Audiamꝰ igit̃ tã ſacerdotes q̃ꝫ
alij: q̃ꝫ magna: q̃ꝫ admirabilis res nobis cõceſſa eſt.
Audiamꝰ oꝛo ⁊ perhoꝛreſcamꝰ: carnes ſuas nobis
tradidit: ſeip̃m immolatũ ꝓpoſuit. Quã igit̃ ſatiſſa-
ctionẽ offeremus: cũ tali pabulo nutriti peccemus:
cũ agnũ comedẽtes in lupos cõuertimur: cũ ouinis
carnibꝫ ſaturati vt leones rapiamꝰ: pꝛeſertim cũ id
ſacramentũ nõ a rapina ſolũ: verũ etiã ab omni ſu-
ſpitiõe inimicitiaꝝ mũdũ ſemper ſeruare iubeamur
Pacis enĩ ſacramentũ eſt hoc ſacramentũ: inquiſi-
tioni pecuniarũ ⁊ ſimonie nõ cõuenit. Nã ſi ip̃e ſibi
gratia noſtri nõ pepercit: quo ſupplicio nõ crimꝰ di
gni ſi anime nõ parcimꝰ: pꝛo qua xp̃s ſeip̃m tradidit
⁊ pecunijs parcimus? Et iudeis quidẽ ſingulis an
nis beneficioꝛũ ſuoꝝ monimẽta poſt feſtos dies de-
us ꝓpoſuit: tibi ꝟo quotidie ip̃e ne obliuiſcaris ꝓ-
ponit̃. Noli ergo crucẽ verecundari: hec enĩ ſunt de
coꝛa noſtra: hec ſacramẽta: hoc oꝛnamur dono: hoc
gloꝛiamur: nec ſi celũ: ſi terrã: ſi maria dixero a deo
creata: ſi ꝓphetã / ſi angelos miſſos quicq̃ꝫ huic equa
le offerã. Hoc certe caput honoꝝ eſt: quia pꝛopꝛio fi
lio nõ pepercit: vt fugitiuos ſeruos ſeruaret. Nullꝰ
ergo iudas / nullus ſymon hanc mẽſam adeat: quo-
rũ vterqꝫ eris cupiditate perijt. Quare fugiamus
oꝛo hãc foueã: neqꝫ putemꝰ ſatis eẽ nobis ad ſalutẽ
ſi cũ viduas ⁊ oꝛbos parentũ ſpoliaueris: aureũ ca-

licẽ ⁊ gẽmis oꝛnatũ huic menſe offeras. Uis hoc ſa-
crificiũ honorare? animã tuã offeras pꝛopter quam
xp̃s immolatꝰ ẽ: eã aureã facito. Qꝫ ſi aĩa plumbea
teſta eris eſt: quid tibi pꝛoderũt aurea vaſa? Nõ igi
tur laboꝛemꝰ ad aurea vaſa offerẽda ſolũ: verũ etiã
multomagis de iuſto laboꝛe acq̃ſita offeramꝰ. Hec
enĩ aurea ſunt ⁊ pꝛecioſa que auaritia nõ maculant̃
Nõ enĩ auri vel argẽti fuſoꝛiũ: ſed angeloꝝ celebꝛi-
tas eccleſia eſt. Animaꝝ ergo munditia opus eſt: ꝓ
pter quas etiã vaſa hec deꝰ recipit. Et certe nõ erat
ex argento illa menſa: nec ex auro ille calix quo xp̃s
diſcipulis ſanguinẽ pꝛebuit ſuũ: pꝛecioſa tamẽ erãt
omnia ⁊ venerationis plena: quia ſpiritu habunda
bant. Uis coꝛpus xp̃i honorare: nõ deſpicias ipſum
nudũ: neqꝫ hic quidẽ in eccleſia ſericis pannis indu-
as: foꝛis autem frigoꝛe ac nuditate cõfici negligas.
Qui enĩ dixit: hoc eſt coꝛpus meũ: ⁊ rẽ ſimul cũ ver-
bo cõfecit: idẽ dixit: Eſurientẽ me vidiſtis / ⁊ non ci-
baſtis: ⁊ inquantũ nõ feciſtis vni eoꝝ minimoꝛum:
nec mihi feciſtis. Hoc certe coꝛpus xp̃i non amictu:
ſed anima mũda indiget: illud aũt multa cura ⁊ ma
gna diligẽtia eget. Perdiſcamꝰ igit̃ xp̃m ieſum phi
loſophari: ⁊ ip̃m ex voluntate ſua honoꝛare. Nam
qui honoꝛat̃ / eo maxime honoꝛe letet̃: quẽ ip̃e vult:
nõ quẽ optamꝰ. Sic ⁊ petrꝰ honoꝛare xp̃m crede-
bat: ſi eũ a lotione pedũ pꝛohibuiſſet: qđ certe cõtra-
riũ erat: pariter tu etiã ita eum honoꝛa / vt ip̃e vult.
Expone diuitias tuas pauperibꝫ: nõ eſt opꝰ vaſis:
ſed animis aureis. Hec dico nõ quia vetare velim
taliũ vaſoꝝ oblationẽ: ſed quia dignũ putẽ ante oĩa
miſericoꝛdia / ac benignitati eſſe incũbendũ. Nam ⁊
vaſa deus ſuſcipit: ſed illa multomagis ſibi gratio-
ſa ſunt. Et vaſa quidẽ dãti ſolũ pꝛofuerũt: benigni-
tas ꝟo etiã accipienti. Et hic quidẽ oſtentatio nõnũ
q̃ꝫ põt accuſari: ibi ꝟo totũ miſericoꝛdi aĩo attribuit̃
Reſponde queſo: que nã vtilitas eſt ſi cũ menſa eiꝰ
multis talibꝫ aureis oꝛnat̃: ip̃e inedia pereat? Pꝛiꝰ
igit̃ ip̃m eſurientẽ ſatura: deinde ex quadã ſuꝑabũ-
dantia menſam etiã eiꝰ oꝛnabis: calicẽ aureũ facis:
et aque frigide calicẽ ei nõ pꝛebes. Et qđ hinc emo-
lumentũ cõſequit̃? Coopertoꝛia menſe auro nitent
⁊ ip̃i neceſſaria velamina negas. Quid igit̃ ip̃i pꝛe-
bes? Dic oꝛo ſi quẽ fame ꝑeũtẽ videres: nec cibo ſol-
uere neceſſitatẽ ſibi curares: ſꝫ multo argento ac au
ro menſam exoꝛnares: quas putas illũ gratias ti-
bi habituꝝ? quid poꝛro ſi frigoꝛe ↄgelatũ hominẽ a
ſpiceres: ne veſtẽ aliquẽ eis ꝑparares: ſi aureas ſta-
tuas ad laudẽ eius eriges: nõne cõtemnere videre-
ris? Ita te opoꝛtet in xp̃o etiã cogitare. Cũ errabun
dus ⁊ peregrinus circũuagetur tecto indigens: tũc
tu ip̃m quidẽ ſuſcipis vermiculato emblemate paui
menta oꝛnas: magnificas muros: conſtruis colum
narũ capita: erigis lychnos ab aureis laquearibꝰ
dependere facis: ipſum ꝟo nec viſitare quidẽ curas
in carceribus vinctũ. Nec pꝛohibeo magnifica tem
pla condere: ſed pꝛius illa facere moneo: immo vero
illa inquã facere moneo. Nemo enim quia templa
magnifica non cõdiderit / vnq̃ꝫ accuſatus eſt. At ꝟo
gehenna ignis inextinguibilis ſupplicia demonũ
iminet: niſi quis diligẽter illa peragere velit. Cum
ergo edes exoꝛnes: noli afflictũ fratrẽ deſpicere: hoc
enĩ templo multo pꝛincipalius eſt. Nam ⁊ illud in-
fideles reges ⁊ tyranni ⁊ latrones capere poſſunt.
Quicquid benigne in fratrẽ feceris / nec diabolus

ipe poterit vnq̄ꝫ eripere: ſꝫ manet theſauris eternis
recōditū. Quare igit̃ inquies ipe dixit: Pauperes
vobiſcū ſemꝑ habetis: me aūt ſemꝑ nō habebitis: ꝓ
pterea ego etiā cēſeo miſericordia liberaliter eſſe vtē
dū: quia nō ſemper: ſꝫ in preſenti tantūmō vita ipm
eſurientē habemꝰ. Qđ ſi ſenſū cupis illiꝰ textꝰ vni
uerſum perdiſcere: ſcias illud nō eſſe aduerſum diſci
pulos dictū: q̄ꝫuis ita videat̃: ſed imbecillitati mu-
lieris accōmodatū. Nā cū adhuc imperfectior eſſet/
ne verbis diſcipuloꝝ quaſi perperā faciēs turbare
tur: ad cōfirmandā ipam hec dicta ſunt. Unde pro
ea reſpondens intulit: Quid labores tribuitis huic
mulieri: Nā quia ipm nobiſcū ſemꝑ habemus alibi
manifeſtauit dicens: Ecce ego vobiſcū ſum omnibꝰ
dieb; vſq; ad cōſumationē ſeculi. Ex quib; omnibꝰ
patet nō alia de cā xp̄m ita dixiſſe: niſi vt tenera mi-
litia: atq; tunc primo vireſcens diſcipuloꝝ fides in-
crepatione creſceret. Nō cōfugiamꝰ ergo ad ea que
tunc aliqua de cauſa dicta: tempori accōmodata fue
runt. Sed oīa que in ſcriptura ſiue noua/ ſiue vete-
ra de miſericordia ⁊ benignitate ſcripta ſunt diligē-
ter lectitantes: magno ſtudio huic rei incumbamꝰ.
Hec enī a peccato mundat: Date inquit miſericordi
ter: ⁊ oīa vobis munda erunt. Hec ſacrificio maior
eſt: Miſericordiā inquit volo ⁊ non ſacrificiū. Hec
celos aperit: Oratiōes inquit tue: ⁊ miſericorditer
facta tua cōſcenderunt in memoriā in conſpectu dei
Hec magis neceſſaria q̄ꝫ virginitas eſt: Teſtantur
virgines/ quaꝝ alie huiꝰ rei diligenti cura ſuſcepte
alie expulſe a thalamis negligētia ſunt. Que oīa
colligentes ſeminemꝰ in benedictionib; : vt copioſa
nobis meſſis afferat̃: ⁊ futura bona conſequamur:
gratia ⁊ miſericordia dn̄i noſtri ieſu xp̄i Amen.

Homelia. LII. Ex capitulo. XV.

## t Unc acceſſerunt ad Jeſum a hieroſolymis ſcribe ⁊ pha riſei dicentes: Quare. ⁊c.

Tunc inq̄t quādo ſcꝫ innumera ſigna operatꝰ eſt
q̄n tactu ſolūmō vimbrie multos curauit egrotos.
Propterea enī euangeliſta notauit tempus: vt ma
gnā eoꝝ malitiā oſtenderet. A hieroſolymis aūt ait
ſcribas illos ⁊ phariſeos fuiſſe: q̄m per oēs tribꝰ in
duodecim ꝑtes erāt diſſeminati: ac nequiores alijs
hieroſolymitanos fuiſſe nō eſt dubitandū: quia cū
maiores honores cōſequerent̃ plurimū ſibi arroga-
bant. Tu aūt cōſidera quō ab ipa interrogatiōe ca-
piunt̃: Nō enī dicūt: cur legē moyſi: ſed cur traditio
nē ſenioꝝ tranſgrediunt̃. Unde patet multa fuiſſe a
ſacerdotibꝰ innouata. Et q̄ꝫuis moyſes magno ter
rore cōminatꝰ fuerit: ne quid addāt aut auferāt: nō
adijcietis enī ad verbū ait: Qđ ego dico vobis ho-
die: nec auferetis ab eo: plurima tn̄ noua induxerūt
Ex quib; illa erāt ne illotis comederent manib;: ca
lices ac vaſa enea ⁊ ſeipos baptiſarent. Cūq; opor-
tuiſſet eos ꝓgreſſiōe tēporis huiuſcemōi obſeruatio
nes cōtemnere: plurib; ac maiorib; ſeipos coartaue
rūt. Ita cū timerēt ne p̄ncipatū amitterēt: ceu legū-
latores: vt maiores viderent̃/ plurima innouarūt.
Que res ad tantā ꝑuenit neq̄tiā: vt p̄cepta ſua ma-
gis q̄ꝫ dei mandata cuſtodirent̃: adeo vt iā iure rep̄-
hendi viderent̃/ qui obſeruatiōes ſuas negligebāt.
Qua ex re duplicē culpā cōtrahebāt. Nā vt innoua
tio ipa nō paruū erat crimē: ⁊ q̄a nullā de mādatis
dei curā faciētes obſeruationū cōtemptores vlciſce
bant̃: maximi delicti obnoxij erāt. Pretermiſſis er-
go ceteris: qđ principiū ſibi videbat̃: id in mediū af-
ferūt: vt ſi quoquo mō poſſent/ ad irā eū incitarent.
Quo circa de ſeniorib; etiā mētionē faciūt: vt ſi eos
deſpicere videret̃: quaſi victū iā atq; cōfuſum tene-
rent. Sed cōſideratione dignū eſt/ cur illotis mani
bus diſcipuli manducarent. Cuiꝰ igit̃ rei gratia ſic
comedebant: nō ſtudioſe atq; data certe opera: ſꝫ ſe-
rijs atq; neceſſarijs apprime attendētes: ſuꝑflua et
inutilia facile ſpernebāt: ita vt nullā haberēt legem
lotis aut illotis manib; comedere: ex t̄pis oportuni
tate alterū faciebāt. Nā q̄ alimēta neceſſaria plerū-
q; negligebāt: quomō his mīmis animū dediſſent:
Qm̄ igit̃ ſepiꝰ illotis manib; nulla obſeruatiōe co-
mederāt: vt q̄n in deſerto: vt q̄n ſpicas incidebāt: id
ipm ꝓ crimine illi obijciūt: quia grandia ſemꝑ negli
gentes: maxia de friuolis cura ſollicitabant̃. Quid
igit̃ xp̄s: Non reſtitit eis/ neq; cauſam diſcipulorū
dixit: ſed ſtatim recriminatꝰ eſt/ vt audaciā coꝝ rep̄
meret: atq; oſtēderet nō oportere illos q̄ delinquūt
in maximis pro paruis alioꝝ criminib; adeo moue
ri: vt diligentiores coꝝ trutine ſubijcere velint. Nō
enī accuſari debet/ q̄ accuſandꝰ nō eſt. Tu aūt diligē
ter ꝑpēde quō q̄ncūq; legale aliqđ ſoluere volebat:
excuſatiōis quodā ordine illud fecit: qđ hoc loco fa-
ctū videmꝰ. Nō enī ad tranſgreſſionis crimē ſubito
venit: nec friuolū eſſe id atq; ſuꝑfluū dicit: ne audiē-
tes magis inflāmarent̃: ſed priꝰ maiora in caput il-
loꝝ crimina ingeſſit: deinde ferocitatē retrudit. Nec
dixit recte ipos facere q̄ nō dei: ſed leges hominū cō
temnūt: ne rep̄hēdendi auſus ipis p̄beret: neq; rur-
ſus ꝑperā diſcipulos ſuos facere cōceſſit: ne legē ipo
rū a ꝓbaret. Nec ſeniores tanq̄ꝫ iniquos ⁊ ſceleſtes
accuſauit: ne quaſi cōuiciatorē ipm auerſarent̃. Ue
rū oībꝰ his neglectis aliā quādā ⁊ altiorē viā ꝑgit
⁊ videt̃ quidē hos q̄ hec diſcipulis imponebāt incre
pare: pungit ℣o eos q̄ hec quaſi legalia tradiderunt
Ita q̄ꝫuis nullā de ſenioribꝰ fecerit mentionē: iſtos
tn̄ accuſando: ita illos deiecit/ vt duplex id eē crimē
oſtēderet. Primo q̄a deo nō parerēt: deinde q̄ hoīm
gratia id facerēt: ac ſi diceret: Hoc inq; vos perdit:
q̄ ſeniorib; vbiq; obtēperare vultis. Nō aūt expri
mit aperte: ſed occultiꝰ id ſignificat hoc mō reſpōdē-
do. [Quare etiā vos tranſgredimī mandatū dei ꝓ
pter traditionē veſtrā: deꝰ eī dixit honora patrē tuū
⁊ matrē tuā: ⁊ qui maledixerit patri vel matri mor
te moriat̃: vos aūt dicitis: q̄cūq; dixerit p̄ri vel m̄ri:
munꝰ qđcūq; eſt ex me tibi ꝓderit: ⁊ non honorabit
patrē ſuū aut matrē ſuā: ⁊ irritū feciſtis mādatū dei
propter traditionē veſtrā] Nō dixit ſenioꝝ traditio
nē: ſed veſtrā: nec q̄a ſeniores: ſed q̄a vos dicitis: vt
minꝰ moleſtior ſermo videret̃. Nā q̄m tranſgreſſo-
res legis diſcipulos oſtēdere conabant̃: idipm eos
re vera facere oſtēdit: ⁊ diſcipulos ab hoc crimīe vi-
dicauit. Nō enī habet auctoritatē legis: qđ ab hoī-
bus adinuentū eſt: quo circa nō legē/ ſed traditionē
hominū iniquiſſimorum traditionem appellat. Ue
rū q̄m non erat illa traditio legi cōtraria: que lotis
manibꝰ comedere iubebat: aliā legi cōtrariā in me-
diū adducit: qđ enī dicit tale q̄d eſt: Pietatis ſimu-
latiōe deſpicere ꝑētes adoleſcētes fuerēt eruditi: quo
pacto: Si quis parens a filio ouē flagitaret/ aut vi



tulū aut hmōi aliquid premonitꝰ a ſcribis et phari
ſeis filius reſpondebat: qđ a me in vtilitatē tuā pa-
ter petis: dono iā deo promiſſum eſt: ac ideo dare nō
poſſum: ita dupliciter peccabāt. Nā neq; deo offere
bāt/ ⁊ parentes oblatiōis nomīe deridebant: parē-
tes igit̃ quaſi gratia dei: ⁊ deū parentū nomine con
temnebāt. Nō intulit aūt id anteq̄ꝫ legē diuinā reci
taſſet: qua oſtenditur q̄ꝫ maxime deo placeret paren
tes a liberis honorari. Honora eī inquit patrē tuū
⁊ matrē tuā: ⁊ eris longeuꝰ in terra. Itē qui maledi
xerit patri aut matri/ morte morietur. Chriſtꝰ autē
determinatū his qui parētes honorāt premiū omi-
ſit: ⁊ horribile cōtemnētib; genitores ſuppliciū po-
ſuit: vt ꝑterriti cōminatiōe legis reſipiſcerēt. Mor-
te nāq; digni facile occidunt̃. Nā ſi qui verbo paren
tib; iniuriantur/ morte plectant̃: quo ſupplicio di-
gni eſtis qui re ipa ⁊ opere violat̃: Nec ſolū id vos
facitis: verū etiā alios inſtruitis. Quid ergo capita
li ſupplicio digni eſtis: quomō meos diſcipulos cri
minamī. Nō aūt mirū eſt ſi ita me quē nō cognoſci-
tis/ ac meos repellitis: cū aduerſus patrē talia ma-
chinati ſitis. Ita vbiq; ⁊ dicit ⁊ oſtendit a ꝯtemptu
patris hāc arrogantiā originē traxiſſe. Nōnulli ali-
ter id exponūt: donū qđcunq; ex me tibi proderit id
eſt nullū honorē tibi debeo: ſed dono tibi datū ſit: ſi
a me honoratꝰ fuiſti. Sed huius contumelie nullā
xp̄s mentionē feciſſet. Marcꝰ etiā liquidus fecit ſic
dicens: Corban qđcunq; tibi proderit. Corban ℣o
nō donū: nō munꝰ: ſed oblationē latine poſſumꝰ di
cere. Cū igitur demonſtraſſet nō iure illos qui legē
dei cōculcent alios reprehendere: q̄ ſenioꝝ inſtitu-
ta nō ſeruāt ꝓphetica etiā auctoritate idipm appro-
bat: ⁊ aduerſus cōfuſos vi maiori inuehit̃: qđ vbiq;
facit: ſcripturā in mediū producēs: vt eiꝰ auctorita-
te cōſonū ſe deo atq; cōcordē oſtendat. Quid igit̃ ait
propheta: [Populꝰ hic labijs me honorat: cor aūt
eorū longe a me eſt: incaſſum ℣o colūt me docentes
mandata ⁊ doctrinā hominū] Uides ad vnguē pro
phetica verba euāgelicis cōuenire. Uides a priſcis
tēporibꝰ malignitatē ipſoꝝ eſſe predictā: qđ eī xp̄s
poſtea criminabat̃/ id eſayas multo ante p̄dixit: q̄a
ſcꝫ deū quidē ſpernāt: incaſſum enī inquit me colūt.
Magnā curā de ſeruanda ſua doctrina habebant:
docentes enī inquit mādata ⁊ doctrinā hoīm. Iure
igit̃ doctrinā nō dei: ſed hoīm diſcipli mei nō ſeruāt
Ita tn̄ moraliter eos certis rationib; percuſſit: ⁊ re
bus ipis ſua ſententia/ prophetica auctoritate/ accu
ſationē eoꝝ in maiꝰ extulit. Nihil iā ad illos q̄ emē-
dari nō poterant: ſed ad turbas refert orationē: ſub
lime quoddā ⁊ perfectōre philoſophie plenū dogma
introducens: ſumptaq; occaſione maiꝰ illud ex hac
oportunitate cōſtruit: vniuerſam ciboꝝ obſeruatio
nē eijciens. Et perſpice q̄n. Quādo leproſo munda-
to ſabbatū diſſoluit: q̄n terre et maris dn̄m eſſe res
ipa oſtēdit: quādo peccata remiſit: quādo mortuos
excitauit: quādo multa iā deitatis ſue teſtimonia ex
tabant: tunc de cibis diſputat. Nec id iniuria. Uni
uerſus iudaiſmꝰ hac re cōtinet̃/ qua refutata totus
facile refutat̃. Hinc quippe oſtendit̃ circūciſionē q̄ꝫ
ſoluere oportere. Sed nō principaliter de circūciſio
ne quicq̄ꝫ induxit: q̄m cū multo antiquior eſſet alijs
mandatis maiore hominū exiſtimatione ſeruabat̃:
ſed diſcipuloꝝ legibꝰ eā poſtea ſoluit. Nempe adeo
magna res videbat̃/ vt cū poſtea diſcipuli eam deie
cturi eſſent: magna diſpenſatione atq; tractatiōe ad
deijciendā indiguerit. Sed videamꝰ qualiter legē
induxit. [Cū aduocaſſet inquit turbas dixit eis au-
dite ⁊ intelligite] Ita nō ſimpliciter qđ vult enun-
ciat: ſed ſonoroſe priꝰ attentiores ad audiendū facit
qđ eo denotauit euāgeliſta quia dixit: Cū aduocaſ
ſet turbas: q̄ꝫuis etiā oportunitate ipa multo atten
tiores reddebant̃. Poſtea enī q̄ꝫ phariſei ⁊ ſcribe cō
fuſi ſunt: poſteaq̄ꝫ ꝓphetica turbe auctoritate illos
cōdemnari audierūt: tūc legē propoſuit: cū iā facilꝰ
omnia que dicebant̃ poſſent ſuſcipere. Nec ſolū ad-
uocādo eos verū etiā verbis attentiores facit dicēs
Intelligite id eſt attēdite/ atq; aures erigite. Si enī
iſtis auſcultaſtis/ inſtituta ſua tradētib;: multo ma-
gis par eſt me audire qui ad verā vos oportune pro
phetiā induco. Nec dixit friuolā eē obſeruationē ci-
boꝝ atq; inanē: nec quia nō recte fecerit Moyſes q̄
hec precepit: nec quia cōdeſcendēs hec ſcripſerit: ſed
quaſi admonēdo atq; cōſulendo a cōditione iparum
rerū teſtimonio ſumpto inquit. Nō qđ intrat in os
coinquinat hominē: ſed q̄ ab ore procedunt: ita ſcđm
rerū ipaꝝ naturā legē ponit: ⁊ ſentētiā profert. Hec
phariſei ac ſcribe audiētes/ nec cōtradixerunt quidē
nec dixerunt. Quid tu ais cū deꝰ de obſeruatiōe ci-
boꝝ millies preceperit/ tu ꝯtradicis: Sed quoniā
iam vehementiꝰ refutati atq; reiecti fuerant: nō ſo-
lum quia cōfuſi/ verū etiā quia que doloſe intende-
bant aperuit: ⁊ archana mentis ſue reuelauit: cū ſi-
lentio receſſerunt. Tu aūt cōſidera quō nōdū mani
feſte propter infirmitatē multitudinis cōtra obſer-
uationē ciboꝝ inuehit̃. Nō enī aperte dixit cibaria
ſed ea que intrant non coinquinant hominē. Quod
nō abſurde de illotis etiā manibus accipi potuiſſet.
Tanta quippe cura obſeruatio ciboꝝ defendebat̃:
tanta exiſtimatiōe hominū muniebatur: vt vel poſt
reſurrectionē petrus dixerit: Non domine quia nū
q̄ꝫ cōmune aut immūdū quid comedi. Nā ⁊ ſi aliorū
gratia hec dicebat: et vt ſatiſfactionē ad accuſantes
prepararet: cū ſe contradixiſſe oſtenderet: nec quicq̄ꝫ
efficere potuiſſe: magnā tamē monſtrat de hac re cu-
ram/ ⁊ opinionē hominū fuiſſe. Ideo ⁊ xp̄s nō aper
te dixit cibaria: ſed q̄ in os intrant. Cūq; circa huiuſ
mōi ſermonis finē clarius id expreſſiſſet: illis tamē
verbis expreſſum obduxit atq; adumbrauit dicēs:
Illotis autē manib; manducare nō coinquinat ho-
minē. Ita viſus eſt hoc orationis exitu de illotione
manuū cuncta diſſeruiſſe. Quo circa nō dixit nulla
cibaria que comedit homo inquināt eū: ſed quaſi de
re illa diſputans: que intrat dixit: vt illi omnino cō-
fuſi nec mutire quidem poſſent. Hec igitur audien-
tes inquit: ſcandaliſati ſunt: non turbe/ ſed phariſei.
Accedentes enim inquit diſcipuli eius dixerunt ei:
[Scis quia phariſei audito hoc verbo ſcandaliſati
ſunt] Et certe nihil aduerſus eos dictū erat. Quid
igitur chriſtus: Non ſoluit ſcandalū illoꝝ ſed incre-
pauit dicens: [Omnis plantatio quā non planta-
uerit pater meꝰ celeſtis eradicabitur.] Sciebat enī
quoniā contemnenda/ ⁊ quando non contemnenda
ſcandala erant: quippe alibi ait: Sed ne ſcandaliſe
mus eos: mitte hamum in mare. Hic autem: [Si-
nite illos/ ceci ſt̄/ ⁊ duces cecoꝝ. Cecꝰ aūt ſi ceco du
catū p̄ſtet/ ambo in foueā cadūt.] Hec aūt diſcipuli
dixerūt: nō quia ſolū ꝓ illis dolebāt: veꝝ etiā q̄a ipi
q̄ꝫ aliquātulū turbabant̃: neq; audiētes de ſeipis h̄

dicere: quaſi cõdolentes alijs certiores fieri nitebãtur: qđ ita eſſe faciliꝰ crediderís: ſi ardentẽ illũ ⁊ vbiqꝫ ceteros preuenientẽ petrũ audias: paulo enĩ poſt acceſſit ac dixit: [Ediſſere nobis parabolã hãc] Ita ⁊ ſi turbationẽ atqꝫ imbecillitatẽ anĩ nõ oĩno reuelauit: tamẽ quia parabole petebat explanationẽ: commotũ ſe eſſe oſtendebat. Quid igiť xp̃s? [Oĩs plantatio quã nõ plantauerit pater meꝰ / eradicabitur] Qđ de lege dictũ eſſe manichei cõtendũt: ſed ea que preceſſerũt ora ipoꝝ penitꝰ obſtruunt. Nã ſi de lege hoc dictũ eſt: quõ ſuperiꝰ acerrime pro lege ipa pugnabat dicens: Quare mandatũ dei propter obſeruandas traditiões veſtras trãſgredimini? Quomõ etiã prophetã in mediũ induxit? Nõ igiť de lege: ſꝫ de illis ipſis / ac de traditionibus ſuis hec diſputat. Preterea ſi a deo dictũ eſt: honora patrẽ tuũ / ⁊ matrẽ tuã: quõ nõ eſt plantatũ a deo / qđ a deo dictũ eſt a ſequentibꝫ aũt etiã patet: nõ de lege / ſed de ipis et traditionibꝫ dictũ eſſe. Quippe cũ ſubiunxerit: duces ſunt ceci cecoꝝ: ita legẽ ab omni accuſatiõe vindicauit: ⁊ ad illos omnẽ culpã traiecit: qđ ſi de lege illud dictũ eſſet: dixiſſet vtiqꝫ dux eſt cecꝰ cecoꝝ. Deinde multitudinẽ ab eis diſſeparãs: que per doctrinã illoꝝ ad interitũ veniebat ait: Si cecus cecũ ducat / vterqꝫ in foueã cadet. Magnũ quidẽ malũ eſt ſi quis cecꝰ eſt / ꝙ ſi talis quiſpiã exiſtat: nõ ſolũ doctorẽ aſpneť: verũ etiã ipe ſi ducis locũ retineat multiplex culpa cõtrahiť. Si enĩ piculoſum ceco eſt doctore carere: multo periculoſiꝰ profecto erit: ſi alijs quoqꝫ loco ducis velit preeſſe. Quid igiť Petrus? Non dicit quid hoc eſt qđ propoſuiſti: nec tanqꝫ iniquũ reprehendit / ne cõmotus putareť: ſed quaſi de obſcuro dicto interpretationẽ deſiderat. Ex ꝟo non obſcuritatis cauſa: ſed ſcandaliſatꝰ querebat: locus ipe in quo nihil obfuſcatũ latet oſtendit. Quo circa ⁊ increpať a xp̃o dicente: [Adhuc vos etiã amentes eſtis?] Nã turbe forſan intellexerũt que dicebanť: ipi ꝟo ſcãdaliſati primo quidẽ quaſi a phariſeis dolentes occultiꝰ diſcere voluerũt. Deinde poſtqꝫ comminantẽ ipm atqꝫ dicentẽ audierũt quia oĩs plãtatio quã nõ plantauerit / pať meꝰ celeſtis eradicabiť ⁊ duces ſunt ceci cecoꝝ depreſſi atqꝫ coartati tacuerunt: ſed ardor petri ſilere nõ patiť. Quid igiť dicit Ediſſere nobis parabolã hanc. Chriſtꝰ ꝟo vehemẽtiꝰ increpat dicens: Adhuc vos ſine intellectu eſtis nõdũ ſcꝫ hec intelligitis. Hec dicebat ⁊ reprehendebat / vt a preoccupatiõe anĩos illorũ eriperet. Ideo nõ hic finẽ fecit: ſed alia quoqꝫ adiecit dicẽs: [Quoniã oẽ qđ intrat in os / in ventrẽ vadit: ⁊ in ſeceſſum emittiť. Que aũt procedũt ex ore: de corde exeunt: ⁊ ea coinquinãt hominẽ. De corde enĩ exeũt cogitationes male: homicidia: adulteria: fornicatiões: furta: blaſphemie: falſa teſtimonia: ⁊ hec ſunt que coinquinãt hominẽ. Non lotis aũt manibꝫ mãducare: non coinquinat hominẽ.] Uides quãta vehemẽtia atqꝫ acrimõia vtiť: ab eo qđ natura duce ſolet fieri ad vtilitatẽ ipoꝝ que dicta ſunt cõprobat. Cũ enĩ dixerit in ventrẽ vadit / ⁊ in aluũ emittiť: iuxta iudaicã deiectionẽ adhuc ad illos reſpondet. Non enĩ pmanet inquit / ſed egrediť: ac certe etiã ſi permaneret / nullo mõ immũdũ redderet. Sed nõdũ id equo anĩo audire poterãt. Propterea ⁊ legiſlator tanto dimittit tempore: quãto intꝰ maneat: cũ aũt egreſſum fuerit nõ ampliꝰ ita: in ſero deniqꝫ lauari iubet / ac mundũ eſſe: digeſtiõis ac expulſionis tempꝰ diligentiꝰ examinãs. Que aũt cordis ſunt inq̃t: nõ ſolũ cũ intꝰ locata ſint: verũ etiã egreſſa cõtaminãt. Primũ autẽ prauas poſuit cogitatiões / qđ maxime iudeoꝝ erat nec adhuc a natura reꝝ: ſed a partu vẽtris ⁊ cordis redarguit: quia hec remaneãt: illa minime. Nã que de foris ingrediunť / foras rurſum expelluntť: que ꝟo intrinſecꝰ oriunť: hec ⁊ cũ intꝰ ſint: ⁊ multomagis cũ exierĩt maculãt. Hec ita dicit: quia nõdũ poterant altiora cõueniẽter recipere. Marcꝰ aũt ſcribit / q̃a hec ad purganda cibaria dixerit: nõ tamẽ expreſſit / quia talibꝫ veſci nõ maculat animã. Nõ enĩ potuiſſent ita clare id dictũ equo anĩo perpeti: ac ideo illico ſubiunxit: Illotis aũt manibꝫ mãducare nõ coinquinat hominẽ. Diſcamꝰ igiť obſecro que nã ea ſint: quibꝫ turpiter hoĩes fedanť. Diſcamꝰ oro ⁊ fugiamꝰ. In nõnullis enĩ iã eccleſijs hũc morẽ corroboratũ videmꝰ: vt diligenter multi ſtudeãt: quomõ manibꝰ loti: candidis induti veſtimẽtis / in eccleſiã ingredianť. Quomõ aũt animã atqꝫ mentẽ ſuã purã atqꝫ defecatã offerant deo: nullã prorſus habent curã. Hec dico nõ quia lauare os aut manꝰ prohibeã: ſed quia non aqua ſolũ lauare vos velim: verũ etiã (vt equiꝰ eſt) omni virtutis numero. Sordeſcũt quippe manꝰ homicidio ceteriſqꝫ operationibꝫ prauis: os aũt maledictõe: blaſphemia: cõtumelia: verbis iracũdis atqꝫ obſcenis: diſſoluto riſu / atqꝫ ſcurrilitate. Si ergo nulliꝰ horũ tibi cõſcius es: neqꝫ his maculis obſcenꝰ: ingẽti accede fiducia. Sin autem millies his ſordibꝫ te deturpaſti: cur incaſſum laboras? cur aqua os atqꝫ diligenter lauas: pniciosam vero atqꝫ peſtiferã maculã ipſoꝝ nõ abſtergis? Dic ſodes ſi ſtercore manꝰ atqꝫ ceno illitas haberes: auderes ne ita ſordidꝰ orare? Minime inq̃es. Atqꝫ hoc nullũ tibi damnũ afferet: illud oĩum peſte pernicioſiꝰ eſt. Quomõ igiť ea que indifferẽtia ſunt vereris que aũt certã pniciẽ habẽt ex deſidia abijcis? Quid igiť? An nõ eſt orandũ inquies? Orandũ quidẽ tibi eſt: ſed nõ ſordido neqꝫ ita deturpato. Sed ſi caſu lapſus fuerĩ inquit quid faciendũ cenſes eſſe? Deterge maculas tuas diligenter. Quo pacto? Largas effunde lachrymas: ingemiſce: miſericorditer pauperibꝫ de tuis offeras: ſi iniuriatus cuipiam es ſatiſfacias: habunde recõcilia te illi: ⁊ ne magis oratione tua deꝰ irriteť: deterge linguã oraturꝰ. Nã ſi quis pedes tuos ſtercore ſordidatis manibꝫ ſupplicando tergeret: nõ mõ nõ exaudires: veꝝ etiã calcibꝫ expelleres. Quõ igiť audes tu hoc modo deũ orare? Nã qui orat quaſi manu lingua vtiť: qua genua dei ſupplicando attingit. Nolite igitur ipam maculare / ne deus ad vos dicat: Si multiplicaueritis deprecationẽ nõ exaudiã vos. Uita enĩ ⁊ mors eſt in manu lingue: ⁊ ex ſermonibꝰ tuis iuſtificaberis / atqꝫ condẽnaberis. Magis igiť vertice ipo capitis linguã tuã cuſtodias. Regiꝰ quidẽ equꝰ eſt lingua noſtra Si ergo ei frenũ immiſeris: doctrina tua gradariũ feceris: aſcendet in eum rex / ⁊ quieſcet in eo. Si aũt nullo freno domineris: ſed huc atqꝫ illuc infrenem iactari pmiſeris: diaboli eã vehiculũ feciſti. Tu ꝟo eo die quo liberis legittime operã dediſti: q̃uis crimẽ illud nõ ſit: orare tamẽ nõ audes: cõuiciatꝰ autẽ atqꝫ cõtumeliatꝰ qđ gehennã tibi preparat: anteqꝫ teipm mundes manũ ad celũ tollis. Dic queſo quõ nõ inhorreſcis? An non audiuiſti Paulũ dicentem



honorabiles eſſe nuptias ac lectũ incõtaminatũ ꝙ ſi ab incõtaminato reſurgens lectulo times ad orandum accedere: cũ in diaboli lectulo ſis: cur horibile dei nomẽ audes inuocare? Diaboli quippe lectꝰ eſt omne cõuiciũ atqꝫ ira: quaſi pernitioſus quidẽ adulter occulta voluptate cũ anĩo adulterať: ⁊ ex pnitioſo ſpermate diabolicas inimicitias parit: ꝯtraqꝫ matrimoniũ oĩa peragẽs eos qui pacis vinculo in vnũ coartanť in multas dirimit partes: cũ matrimoniũ in vna duos carne cõiungat: nec cõiunctos ſolũ diſſeparat: ſed ipm etiã animũ ſcindit / ⁊ lacerat. Quare vt libere deũ adire poſſis cõiunctionẽ hanc / atqꝫ adulteriũ furoris quaſi rabidũ canẽ procul ab anĩo tuo extermina. Sic paulus etiã iuſſit: Leuãtes inquit ſanctas manꝰ abſqꝫ ira ⁊ diſceptatiõe. Noli igitur pati linguã ſordeſcere. Quo enĩ pacto pro te deprecabiť / ſi libertatẽ propriã amittat? Orna eã humilitate atqꝫ modeſtia: dignã fac deo qui per eã rogatur: repleas ipam benedictionibꝫ: repleas miſericordie muneribꝫ: poſſumꝰ enĩ etiã verbis miſericordie opera efficere. Melior inquit eſt ſermo qꝫ datio ⁊ reſpõde pauperi pacifica in manſuetudine: omni tempore diuinaꝝ legũ narratiõe ipam politiorẽ facere coneris: oĩs enĩ narratio tua inq̃t in lege altiſſimi ſit. Sic diſpoſiti atqꝫ affecti ad regẽ accedamus ⁊ ad genua eiꝰ ꝓcidamꝰ: nõ corporis ſolũ: verũ etiã multomagis mentis atqꝫ animi figura. Ueniat nobis in mentẽ quẽ adire cõſtituimꝰ / ⁊ pro quibꝫ ⁊ q̃d facturi adimꝰ: quẽ ſeraphin aſpicere nequeunt: quẽ terra cõtremiſcit: qui lucẽ inacceſſibilẽ habitat. Adimus aũt vt nos a tormentis gehẽne vendicemꝰ: vt peccatorũ indulgẽtiã impetremꝰ: vt intolerabiles pene diſſoluanť: vt celos ⁊ que ibi bona ſunt conſequamur. Cõcidamꝰ igiť tã corpore qꝫ mente: vt ipe iacentes nos erigat. Oremus humiliter ac mãſuete. Sꝫ quis ita miſer inq̃es ac erũnoſus: vt dũ orat humilis atqꝫ manſuetus nõ ſit? Ille certe qui maledictionibꝫ ⁊ furore plenus erat: qui inimicos perſequiť. Nã ſi vis accuſare / teipm accuſa. Si vis acutã atqꝫ volubilẽ ad enerũãda peccata hoĩs linguã habere: tua delicta ſedulo recenſe: nec quid aliud: ſꝫ quid tu aduerſum teipm feciſti enarra: id enĩ maximũ malũ tibi eſt / qđ tu perpetraſti. Nemo enim poteſt iniuriã tibi inferre preter teipm. Quare ſi iniuriatos tibi perſequi cupis / teipm primo inuadas. Nullus enĩ prohibet. Nã ſi aliũ aggredieris maiori iniuria preſſus iacebis. Quas ꝟo iniurias alterius aduerſus te dicere potes: quia tibi ſcꝫ aliꝰ cõuiciatꝰ eſt: alius te percuſſit: alius tua rapuit: aliꝰ in pericula iniecit? Sed nõ eſt hoc iniuriã pati: veꝝ ſi vigilanter inſpicimꝰ nõ paruo emolumẽto iuuari. Nõ enĩ qui paſſus eſt / ſed qui fecit iniuriã patiť. Omniũ certe maloꝝ hec cauſa eſt: quia nec intelligimus quidẽ quis facit: ⁊ quis patiť iniuriã. Nam ſi recte intelligeremꝰ: nõ iniurijs noſipſos vexaremꝰ aduerſus aliũ orãtes / cũ certiores eſſemus neminẽ in terris poſſe nobis officere. Nõ enĩ tua rapi: ſꝫ aliena te rapere tibi malũ eſt. Quare ſi rapuiſti / acerrime teipm accuſa. Sin ꝟo aliꝰ tua rapuit / nõ parua tibi ſedulitate orandũ pro illo eſt: qui tibi maxĩe ꝓfuit. Nã ⁊ ſi nõ ea mente fecerit: plurimũ tñ tibi contulit: dũmõ tu viriliter ac magno anĩo pferas. Illũ quippe tã hoĩes qꝫ diuine littere miſeranť. Te aũt qui patiẽter iniuriã ptuliſti / ⁊ corona donãt / ⁊ eternis preconijs laudãt. Queadmodũ enĩ ſi q̃s febricitans plenũ frigidiſſima vas aqua rapuerit ab aliq̃: ⁊ cũ peſtiferã bibendi cupiditatẽ expleuerit / ac morte ſeipm tradidit: nõ eũ vñ aqua rapta eſt: ſed eũ qui rapuit accuſamꝰ / ⁊ ſibijpi iniuriatũ cenſemꝰ: ſic certe de auaris atqꝫ rapacibꝫ cogitare debemꝰ. Peiore nãqꝫ iſti febri laborãtes: alienaꝝ rerũ rapina habendi cupiditate inflãmanť. Si quiſquis etiã furore cõcitꝰ gladio a latere cuiuſpiã rapto ſeipm occiderit: nõne qui rapuit / ſibijpi iniuriã intulit: cũ is a q̃ enſis raptꝰ fuit nulla ſit vexatus iniuria. Hoc ipm ergo in pecuniaꝝ quoqꝫ rapina fieri iudicemꝰ. Sicut enĩ periculoſiſſimũ eſt furioſo ſi enſem teneat: ſic diuitiarũ cumulus auaro pnitioſus: immo ꝟo etiã multo magis. Inſanꝰ enĩ ille mucrone ad ſeipm cõuerſo a furore liberatꝰ quieuit: rapax ꝟo atqꝫ auarus poſteaqꝫ ſemel ſeipm pcuſſerit / mille indies vulneribꝫ lacerať. Non enĩ poteſt a cupiditate ſeipm rapiendo vindicare: ſed quãto plura maioraqꝫ vlcera ſibi pparauerit: tãto incõſideratiꝰ ad alia ruit. Hec igiť nobiſcũ quottidie verſantes: magno hunc mucronẽ ſtudio fugiamꝰ: inhorreſcamꝰ iſtã inſaniam: nõ parũ faciemꝰ: ſi aliquãdo q̃uis tarde ab hac liberati temperiẽ colemꝰ. Nõ enĩ minꝰ hec virtꝰ modeſtia poteſt appellari / qꝫ illa cui hoc vocabulũ vulgo accomodať. Ibi enĩ aduerſus vnã cupiditatẽ certať hic multe ac varie cupiditates extirpande ſunt. Nihil eſt quippe amentiꝰ: nihil deteriꝰ eo / qui pecunie ſeruit. Dominari videť cũ ſeruiat: imperare ceteris credit: cũ viliſſima metalloꝝ ſibi materia impeť: vinculis ſeipm vehemẽtiꝰ coartãdo gaudet: cũ ferotior propter maiorẽ reꝝ copiã aduerſus ipm beſtia inſurrexerit. Letať tũc i cupiditate vinctꝰ: gaudet ⁊ exultat: cũqꝫ a rapido iſto auaritie cane opprimi ſe videat: nec vinculis arcere: nec inedia eũ ꝯſumere parat ſed largiora ei pabula prebet / quibꝫ ⁊ fortior factꝰ: maiore vi aduerſus miſerũ inſiliat. Hec igiť oĩa cogitãtes diſſoluamꝰ vincula / quibꝫ ligati ſumꝰ: interimamꝰ atrociſſimã hãc ferã: queramꝰ remediũ morbi: liberemꝰ nos a furore: vt quiete anĩ ſereniſſima ⁊ ſanitate potiti ad tutiſſimũ ſecurũqꝫ deducamur portũ: gratia ⁊ miſericordia dñi noſtri. Amen.

Homelia. LIIII. Ex capitulo. XV

## e Egreſſus inde ieſus receſſit in partes tyri ⁊ ſydonis.

Marcus aũt ait quia cum in domũ veniſſet latere nõ potuit. Quã ob rẽ autẽ in illas partes ꝓfectꝰ eſt. Quoniã obſeruationẽ ciboꝝ cõtemnẽdã eſſe docuit: tũc recto itinere ac ordine progrediẽs: gentibꝰ etiã ianuã aperit. Sic ⁊ petrꝰ cũ ſoluere has obſeruatiões iuſſus eſſet: tũc ad corneliũ miſſus fuit. Si vero quiſpiã dixerit: ⁊ quo nã mõ cũ diſcipulis iniũxerit dicẽs: In viã gentiũ ne abieritis: ille ipe abijt? Primũ illud adducemꝰ: quia nõ tenebať ipe q̃ diſcipulis ſeruãda pcepit oĩno cõſeruare: deinde quia nõ vt pdicaturꝰ illuc acceſſit: qđ denotauit marcꝰ dicens: Qm̃ ⁊ occultauit ſeipm ⁊ nõ latuit: ⁊ queadmodũ rerũ cõſequẽtia poſtulabat: ne ad gentes primũ ꝓficiſcereť: ſic nõ erat humanitatis vltro veniẽtes repellere. Nã ſi fugiẽtes ſequendi ſunt: multomagis ſequẽtes expectãdi. Cõſidera deniqꝫ omĩ beneficio dignã mulierẽ fuiſſe: nõ autẽ auſa fuit in iudeã abire / quãdo ſeipſam indignã putabat. Niſi enĩ

ſs timore eã deterruiſſet: hieruſalẽ ipam ꝓfecto pe-
cijſſet: quia partim ardore fidei ſue: partim quia ter
minos ſuos egreſſa fuerat cõprobat̃. Nõnulli autẽ
⁊ allegorice iſtud exponũt dicẽtes: Quia quando a
iudea xp̃s exiuit: tũc ⁊ eccleſia gentiũ termĩos ſuos
egreſſa adire ip̃m auſa eſt. Obliuiſcere nãqꝫ ait po-
pulũ tuũ / ⁊ domũ patris tui. Tã eñ xp̃s q̃ꝫ mulier
illa egreſſa a terminis ſuis cõuenire / ⁊ colloqui po-
tuerũt. Ecce nãqꝫ inq̃t mulier illa chananea egreſ-
ſa a finibꝫ ſuis. Accuſare mulierẽ euangeliſta videt̃
vt ⁊ miraculũ oſtendat: ⁊ ipam laudedignã fuiſſe cõ
firmet. Cũ eñ audiueris chananeã nõ poteris non
meminiſſe iniquiſſimaꝝ illarum gentiũ apud quas
etiã leges ipſiꝰ nature fundit̃ꝰ euerſe fuerant: qđ cũ
memoria repetieris virtutẽ quoqꝫ aduentꝰ xp̃i dili
gentiꝰ cogita. Qui eñ eiecti ſunt / ne iudeos ꝑuerte
rent: hi adeo ipſis iudeis meliores fuerunt: vt ter-
mĩs ſuis relictis ad xp̃m accederẽt: cũ iudei ad ip̃os
venientẽ extruſerũt. Cũ igit̃ acceſſiſſet mulier / nihil
aliud niſi: miſerere mei exclamabat: ⁊ ingẽs ſpecta-
culũ clamore ſuo cõcitauit. Erat eñ certe miſerabi-
lis quedã res / mulierẽ aſpicere tã magno dolore co
actã exclamare. Mulierẽ inquã ⁊ matrẽ ⁊ pro filia
que male vexabat̃. Miſerabilis res erat exclamã-
tẽ pre dolere aſpicere. Nec eñ auſa fuit ad magiſtrũ
⁊ dominũ demoniacã filiã adducere: ſed illa domi
iacere dimiſſa: ſola ipa ad ſupplicandũ proficiſcitur
⁊ morbi quidẽ genꝰ exponit: medicũ autẽ nõ domũ
ſuã vt regulus ille adducere conat̃: q̃ dicebat: Ue-
ni ⁊ impone manũ tuã / ⁊ deſcende anteq̃ꝫ moriatur
puer meꝰ. Sed calamitatibꝫ ſuis expoſitis / ⁊ mor-
bi longinquitate narrata: miſericordiã a dño poſtu
labat vehementiꝰ clamãs. Nec dicit: miſerere filie
mee: ſed miſerere mei: nã illa inſenſata iacet: ego ꝟo
quã ſenſus morbi nõ fugit / que ſentiẽs atqꝫ intelli-
gens inſanio mille vexor erũnis. Ip̃e aũt nõ reſpon
dit ei verbũ. Quã nouũ atqꝫ inauditũ hoc eſt. Iude
os ingratos rationibꝫ etiã inducit: ⁊ blaſphemãtes
rogat: ⁊ temptãtes nõ negligit: hanc aũt que ſpon-
te venit: que deprecabat̃ ⁊ ſupplicabat: quanq̃ꝫ que
nulla lege / nullis ꝓphetis fuit cõmonita: tñ tãta cũ
reuerẽtia acceſſit: nec reſpõſo quidẽ dignã putare vi
det̃. Et quis nõ moueret̃ cũ aliter q̃ꝫ fama predica-
ret fieri videret. Audiuerunt certe quia ciuitates ⁊
vicos iudee circũiens egrotos curabat: ⁊ hãc vidẽt
mala ſua deplorantem depelli. Quis porro miſeri
cordia flexus nõ fuiſſet / cũ ita humiliter illã ꝑ labo
rante filia ſupplicare oculis cerneret: nec eñ quaſi
digna / nec quaſi debitũ efflagitãs adijt: ſed miſeri-
cordiã petebat / ⁊ calamitates ſuas tragica oratiõe
narrabat: nec reſponſo digna viſa fuit. Multi for-
ſan eoꝝ qui audiebãt ſcandalũ paſſi ſunt: ipa ꝟo nec
cõmota quidẽ fuit. Quid dico multos audientium
vbi ⁊ diſcipulos ip̃os calamitate mulieris ꝯmotos
fuiſſe atqꝫ turbatos arbitror: nec tamẽ auſi fuerunt
dicere cõcede ſibi qđ petit. [Sed accedẽtes diſcipu
li eiꝰ rogabant eũ dicẽtes: Abſolue eã / quia clamat
poſt nos] Nõ eñ cũ volumꝰ vt auditoꝝ animũ no-
ſtra oratio penetret cõtraria ſepenumero dicimus:
xp̃s ꝟo ait: [Non eſt bonũ ſumere panẽ filioꝝ ⁊ mit
tere canibꝫ] Ita quãdo reſponſum ei dedit: tũc ma-
gis q̃ꝫ priꝰ ſilentio exulcerauit: Nõ eñ ad alios cau
ſam traducit: nec ſe nõ eſſe miſſum affirmat: ſꝫ quã-
to illa feruentiꝰ orat / tãto ip̃e vehementiꝰ retrudit

nec oues iudeos ampliꝰ / ſed filios: ip̃am ꝟo canem
appellat. Quid igit̃ mulier? Ab ip̃is xp̃i verbis de
precatoriã orationẽ cõnectit. Nã ⁊ ſi canis ſum inq̃t
nõ tñ penitꝰ aliena ſum. Recte igit̃ xp̃s dicebat / in
iudiciũ ſe in mũdũ veniſſe: philoſophat̃ alienigena
femĩa / ⁊ dũ cõtemnit̃ ſingularẽ patientiã ꝑcipuãqꝫ
fidẽ oſtẽdit. Iudei ꝟo tãto affecti honore: tot tãtiſqꝫ
miraculis admoniti: mala ꝓ bonis referũt. Nõ eñ
ignoro inq̃t q̃n neceſſaria hec alimẽta filijs ſeruãda
ſint: verũtñ cur ego vetor etiã ſi canis ſum? Nam ſi
nephas eſt quicq̃ꝫ accipere: nec mice quidẽ ſumende
ſunt. Sin ꝟo quodãmõ participare canibꝫ nõ oĩno
ip̃a prohibeor. Hac de cauſa certe xp̃s eã repellebat
ideo negare videbat̃ gratiã: vt philoſophiã eiꝰ oĩbꝰ
patefaceret: nõ quia curare filiã eiꝰ nolebat / quam
certe curauit: ſed qđ ad centurionẽ dixit: ego veniẽs
curabo ip̃m: vt reuerentiã ⁊ fidẽ illiꝰ nos ꝑdiſcamꝰ
ac audiamꝰ dicentẽ: Nõ ſum dignꝰ vt intres ſub te
ctũ. Qđ qꝫ in fluxũ ſanguĩs patiente fecit. Ego inq̃t
noui virtutẽ ex me egreſſam / vt et miraculũ ⁊ fides
illiꝰ pateret. Qđ deniqꝫ in ſamaritana vt nec redar
guta q̃dẽ deſtitiſſe noſceret̃: qđ in hoc loco facit. No
luit eñ talẽ tantãqꝫ mulieris virtutẽ ignorationis
tenebris obfuſcari. Nõ ergo quia negligebat: verũ
vt repoſitũ atqꝫ abſconditũ in anĩo eiꝰ virtutis the-
ſaurũ in lucẽ ꝓtraheret / eã repellebat. Tu ꝟo nõ fi
dẽ ſolũ illiꝰ: verum etiã humilitatẽ mecũ admirare
Nã cũ ip̃e iudeos filios appellaſſet: adeo procul ab-
erat: ne liuore aliene laudis cõtaminaret̃: vt maiꝰ
adiecerit atqꝫ dños nũcupauerit. [Eteñ catelli in-
quit edũt de micis q̃ cadũt de menſis dñoꝝ ſuorũ]
Uides prudentiã mulieris: vides quõ nec cõtradi-
xit: nec alioꝝ laudibꝫ doluit: nec quia cõtemni vide
bat̃ moleſte tulit: vides magnitudinẽ anĩ atqꝫ cõſtã
tiã: nõ eſt bonũ ip̃e dicebat. Atqꝫ illa vtiqꝫ domine
reſpondebat: filios ip̃e iudeos vocauit: illa dños ĩ
cõditiõe canũ illã locauit: ⁊ cõfeſtim ip̃am conditio
nẽ canũ / atqꝫ ſtatum vltro illa ſubiunxit. Mirabi
lis tibi hec videt̃ humilitas: audias ⁊ iudeoꝝ iactã-
tiã. Sp̃ma inquiũt abraã ſumꝰ: ⁊ nulli vnq̃ꝫ ſerui-
uimꝰ: ⁊ ex deo nati ſumus. Nõ ſic certe mulier: ſed
quẽadmodũ ſe canẽ ita illos domĩos appellauit: et
hac humilitate ex abiecta cõditiõe canũ vendicata
filia facta eſt. Quid igit̃ xp̃s? Magna ẽ fides tua o
mulier. Ideo certe eã repellebat: vt ad hanc vocẽ cõ
ſequẽtia reꝝ cõueniret: vt fulgente corona mulierẽ
ornaret. Fiat inq̃t tibi ſicut vis: ac ſi diceret: Fides q̃
dẽ tua maiora q̃ꝫ petis poſſet impetrare / verũ tamẽ
fiat vt vis. Hec vox illi affinis eſt qua dictũ eſt: fiat
celũ / ⁊ factũ eſt celũ. [Saluata eſt eñ ait filia eiꝰ ab
illa hora.] Perſpicis iã nõ parũ ab ip̃a ad curatio-
nẽ filie collatũ fuiſſe: propterea nec dixit xp̃s: ſanet̃
filia tua: ſed magna eſt fides tua: fiat tibi vt vis: vt
nos diſcamꝰ nõ ocioſe nec aſſentatõis gr̃a ita ip̃m di
xiſſe: ſed eximiã illiꝰ virtutẽ ac fidẽ ꝑdicare voluiſſe
rerũ eñ euentꝰ facile fidẽ illius docuit. Sanata eſt
eñ inquit ſtatim filia eiꝰ. Tu ꝟo diligẽter cõſidera
cũ nihil ab apoſtolis in re mulieris factũ fuerit: to-
tũ ab ip̃a fuiſſe ꝑfectũ. Tantũ quippe poteſt iugis ⁊
feruẽs oratio. Mauult eñ noſtrã deꝰ qui rei ſumꝰ
q̃ꝫ aliorũ ꝓ nobis orationẽ. Nã q̃ꝫuis maiore illi ad
xp̃m potiebant̃ libertate: magnã tñ mulier patien-
tiã oſtẽdit: ⁊ exitu ip̃o rerũ facilime intellexerũt apo
ſtoli: quã ob rẽ nõ ſtatim ip̃is qđ pro ea petebãt con



ceſſit. [Et cũ tranſiſſet inde ieſus / venit ſecus mare
galilee: ⁊ aſcendẽs in montẽ: ſedebat ibi ⁊ acceſſerũt
ad eũ turbe multe habẽtes ſecũ claudos: cecos: mu-
tos: debiles: ⁊ multos alios. Et proiecerũt eos ad
pedes ieſu: ⁊ curauit eos: ita vt turbe mirarent̃ vi-
dentes mutos loquẽtes ⁊ claudos ambulantes / et
cecos vidẽtes: ⁊ magnificabãt deũ iſrael.] Nõnũq̃ꝫ
quidẽ ip̃e ciuitates ac vicos circuit: nõnunq̃ꝫ ſedet /
expectatqꝫ laborantes: ⁊ claudos ad cacumina mõ
tiũ aſcendere facit. Nec fimbria veſtimẽti mõ tangi-
tur: ſed ſublimiores iã animo qui adeũt ad pedes ſe
ip̃ius ꝓijciũt / ⁊ dupliciter fidẽ ſuã oſtendũt: q2 clau
di aſcenderũt / ⁊ quia nihil aliud queſierũt: ſed ſolũ
corã eo ꝓiecti poſſe ſanari crediderũt. Et erat ingẽs
omniũ admiratio cũ multos illuc portatos ambu-
lare abſqꝫ ductore viderẽt. Ita et multitudo eorũ q̃
curati fuerãt / ⁊ ſumma curationis facilitas: obſtu-
peſcere vniuerſos cogebat. Perpendis quia chana
neã quidẽ tardiꝰ ⁊ quaſi virtute illiꝰ inductꝰ tandẽ
curauit: hos ꝟo cõfeſtim vt ad eũ peruenerũt. Non
certe quia meliores illa fuerũt: ſed q̃m fide illa mul
to iſtis feruentior. Quo circa tardior tũc fuit / vt ꝑ-
ſeuerãtia mulieris oſtenderet̃. At ꝟo iſtis ſtatim qđ
petebãt cõceſſit: vt iudeoꝝ ora magis obſtrueret / et
nullus eis defenſionis locus relinqueret̃. Nã quo
maiora quis beneficia cõſecutꝰ eſt: eo maiori ſubia-
cet culpe ſi nullo beneficioꝝ aceruo victus in ingra-
titudine pertinaciter perſeuerat. Qua de re locu
pletes quoqꝫ quia nulla copia rerũ facti ſunt melio
res: multo magis q̃ꝫ pauperes punient̃. Nec volo
mihi reſpondeas: quia miſericorditer aliquid edide
runt. Nã niſi liberaliter ſcđm reꝝ tuaꝝ affluẽtiã de
deris: nõ oĩno penas euitabis. Nõ eñ menſura re-
rũ que offerunt̃ miſericordia iudicat̃: ſꝫ largitate ac
liberalitate mẽtis ⁊ animi. Qx ſi hmõi hoĩes puniã
tur: multo magis vexabunt̃ qui ſuꝑflua detinent: q̃
ſibi triſtega ⁊ q̃driſtega fabricãtes nulla cura eſuri
entiũ cõmouent̃: qui vnde argentũ colligãt ꝑſpiciũt
quõ recte collocẽt / nec cogitant quidẽ. Ueꝝ quoniã
de miſericordia ⁊ benignitate mentionẽ feci: Age iã
ſermonẽ illũ ſuſpiciamꝰ quẽ nudiuſtertiꝰ de huma
nitate ac liberalitate faciẽtes infectũ reliquimus.
Meminiſtis ꝓfecto q̃n iãpridẽ de inani calceamen
toꝝ cura: de vano circa hmõi res labore: de adoleſcẽ
tiũ molli ornatu diſputabã: quõ a liberalitate ad il-
la crimina lapſa nobis oratio fuit. Qđ igit̃ fuit ex-
hortationis illiꝰ initiũ? Quia cũ ars quedã libera-
lis miſericordia ſit: in celis habens officinã ⁊ nõ ho-
minẽ / ſed deũ magiſtrũ poſſideat: deinde querentes
q̃dnã ars ſit: in vanos labores ⁊ inutiles artes exci
dimus: ⁊ ſic etiã huiꝰ artis qua faciũt calceos ſuper
fluitatẽ reprehendimꝰ. Habetis ne memorie? Age
igit̃ hodie illum ſermonẽ reſumamꝰ: oſtendamuſqꝫ
quõ ars miſericordie ſit ceteris omnibꝫ multo p̃ſtã-
tior. Et certe ſi illud maxime ꝓpriũ artis eſſe ab oĩbꝫ
p̃dicat̃: vt ad vtiliſſimũ finẽ rectiſſime tendat / nec
vtilius quicq̃ꝫ liberali miſericordia facile inuenies
Nemo ip̃am ⁊ artẽ eſſe ⁊ ceteris excellentiorẽ dubi-
tabit. Nõ ſane hec nobis calceamẽta / nec veſtimẽta
cõtexit: nec lapideas domos cõſtruit: ſꝫ vitã eternã
facile p̃bet: ac a manibꝫ mortis eripit: ⁊ tã in hac vi-
ta q̃ꝫ in futura p̃claros reddit. Hec mãſionẽ nobis ĩ
celo edificat: ⁊ eterna tabernacula p̃parat. Hec lam
pades noſtras extingui nõ ſinit: hec veſtes noſtras

ita lauat: vt nõ ſordidi: ſed niue candidiores ad nu-
ptias ꝑuenire poſſimꝰ. Si eñ fuerint ait p̃ctã vĩa ſi
cut puniceũ ſuper niuẽ dealbabo. Hec non patit̃ eo
nos detrudi vbi diues ille cruciat̃: ſꝫ in ſinũ abrae
certo itinere ducit. Et ceteraꝝ quidẽ artiũ quelibet
vnũ aliquẽ finẽ reſpicit / vt agricultura: homĩs pa-
bulũ: ars textoria noſtrũ amictũ: immo ꝟo nulla ſo
la finẽ ſuũ cõſequit̃. Et primo ſi placet in agricultu
ra id curioſiꝰ ꝑſcrutemur. Hec igit̃ niſi ferrariꝰ fa-
ber vomerẽ / raſtros / falcẽ / ſecurim / aliaqꝫ cõplura
ſibi mutuet̃: niſi lignariꝰ aratrũ ſibi fabricet / ⁊ iugũ
preparet: ⁊ vehiculũ ad terẽdas cõſtruat ſpicas: niſi
a coriarioꝝ artificibꝫ corrigiã ſumat: niſi edificator
aliquis arũtibꝫ thauris ſtabulũ ⁊ colẽtibꝫ agrũ tu-
guriũ ſtruat: niſi deniqꝫ piſtoris artificiũ tandẽ acce
dat: vniuerſa penitus agricultura euanuit. Nõ ali
ter etiã textoria multas ad auxiliũ ſui artes ꝯuocat
que ſi opitulate nõ fuerĩt / remanet inutilis: ita ſin-
gule artiũ altera alteriꝰ auxilio eget. Cũ ꝟo libera-
liter miſericordia moti / q̃ppiã facimꝰ: nulla re alia
preter voluntatẽ nobis opus eſt. Si aũt putas ma
gno pecuniaꝝ cumulo ⁊ veſtibꝰ ⁊ calceis ſibi opus
eſſe: illa xp̃i verba que de vidua dixit tecũ retracta.
⁊ ſi adeo pauper es vt mendicare cogaris: nulla tñ
anĩ ſollicitudine laborabis. Nã ſi duo minuta miſe
ris dũmõ id ex facultate feceris tua / p̃claꝝ facinus
edidiſti. Si panis fruſtũ q2 nihil aliđ habeas dede-
ris: ad huiꝰ artis faſtigiũ aſcendiſti. Hanc igit̃ artẽ
oro profeſſi: diligenter officia eius ꝑſequamur. Hec
vberiores nobis affert fructꝰ / q̃ꝫ imperia huiꝰ vite
ac regna. Nõ eñ hac re ſolũ ceteris p̃ſtat: q̃a eis nõ
indiget: verũ etiã quia multa nobis ⁊ varia ſola cõ-
ſtruit. Nã ⁊ domos ꝑpetuas in celis ꝯdit: ⁊ facit vt
profeſſores eiꝰ immortali morte nõ moriant̃: ⁊ the-
ſauro locupletat immarceſſibili: qui nec a latronibꝫ
nec a vermibus / nec a tineis / nec a longis temporũ
ſpacijs violat̃. Si quis te docere polliceret̃ / quo ar
tificio ad longiora tempora fruges terre poſſes re-
ſeruare: quid nõ dares? vt tibi frumẽta magnis tẽ-
poribꝫ illeſa ꝑmanerẽt. Ecce aũt hec nõ vt frumẽta
ſolũ: ſed vt cuncta que habes in eternũ cõſerues do
cet ⁊ pollicet̃ ⁊ põt / nec ſolũ: quemadmodũ externe
res tue: verũ etiã quõ tã corpus q̃ꝫ anima ꝑpetua in
tegritate fruant̃ diligenter inſtituit. Cur tempꝰ cõ-
terimꝰ in exponẽdis artis huiꝰ officijs: hec erudire
ſolet quo pacto poſſis deo ſimilis eſſe: qđ oĩm bono-
rũ caput ⁊ radix eſt. Sed breuiter fines quoqꝫ ip̃iꝰ
perſtringamꝰ: vt videas quõ ad plurima cõducit:
nulla re alia adiuta. Ueſtimenta igit̃ terit: theſau-
ros immarceſſibiles reddit: mortẽ ſuꝑari facit: dia-
bolũ nobis domat: deo deniqꝫ ſimiles efficit. Quid
igit̃ hac arte vtiliꝰ atqꝫ p̃ſtantiꝰ? Nã alia ad ea que
dicta ſunt ſimul cũ hac vita pretereũt: ⁊ cũ artifices
egrotent labunt̃: opera quoqꝫ ſua nõ ꝑmanẽt / ⁊ ad
hec longo egẽt tempore / alijſqꝫ q̃ꝫ plurimis. Hec ꝟo
poſt hanc vitã maxie fulget: poſt radios ſuos ⁊ oꝑa
ſua oſtẽdit: nec ſpacijs tẽpoꝝ longioribꝫ: nec labore
improbo: nec alia re hmõi eget: qđqꝫ maiꝰ eſt etiam
quãdo egrotatõe laboras: q̃n ſenio confectus iaces
operat̃: ⁊ tecũ ſimiliter ab hac vita egredit̃: nec te vn
q̃ꝫ ſolũ deſerere patit̃. Hec eloquẽtiſſimis te oratio-
nibꝫ ſuperiorẽ facile reddit: ⁊ cũ illis plures inuide
ant / ⁊ proſperitate illoꝝ tabeſcãt: q̃ hoc artificio vtũ
tur: ab vniuerſis b̃ndicunt̃. Accedit q̄ illi ad mor-

taliū tribunalia veniētes ab iniuria nōnullos de-
fendūt: ⁊ nōnunq̄ iniuriantib⁊ patrocinant̄: hec vo
ad tribunal xp̄i accedit: nec ipſa ſolū patrocinat̄: vt
pꝛo eis ſententiā ferat: ſed ⁊ ſi milies hō peccauerit:
coꝛonat tn̄ eū ⁊ laudib⁊ effert. Miſericoꝛditer enim
dare inq̄t cōmemoꝛo. Multos ego arbitroꝛ hoīes
ſi optio ſibi det̄: eloquētes ne ſe oꝛatoꝛes aut miſeri-
coꝛdes humanos ⁊ benignos vellent pꝛedicari: hoc
vltimū potiꝰ electuros. Et merito quidē. Nā ſi vo-
lubilitatē lingue de medio tollas: nihil mali huma-
na vita patiet̄: quippe q̄ multo anteq̄ ars oꝛatoꝛia
⁊ perpolita oꝛationis cōpoſitio inuenta ſit: nō peiꝰ
gubernabat̄: ſin vo miſericoꝛdiā. Queadmodū eni
nauigare tute ꝑ maria nunq̄ poteris ſi poꝛtꝰ ⁊ ſta-
tiones oīno deſtruas: ſic nulla erit hec vita: ſi miſe-
ricoꝛdiā / indulgentiā / humanitatē / radicitus extir
paueris. Quas ob res nō voluntati ſolū hanc tan-
tā rē deꝰ cōmiſit: verū etiā multas nō paruas eius
partes nature neceſſitate cōſtruxit. Natura eni du
ce patres ⁊ matres liberoꝝ miſerent̄ ⁊ filij parentū
neq̄ id in homib⁊ tm̄: ſed in rationib⁊ etiā expertib⁊
fieri videmꝰ. Natura duce fratres alter ī alterutrū
humanioꝛes ſunt: pꝛopinqui etiā ac affines / ⁊ ſim-
pliciter hoīes inter ſe vniuerſi. Natura vtiq̄ pꝛoni
ad miſericoꝛdiā facti ſumꝰ. Quā ob rē etiā ſi iniuria
pelli aliquos videamꝰ / moleſte ferimꝰ / ꝯmouemur
iraſcimur: ⁊ cedi hoīes aſpiciētes: aut interimi flecti
mur: ⁊ cū flentes cernimꝰ / cōlachꝛymamꝰ: ita qm̄
huiꝰ rei armis ⁊ pugnare ⁊ defendi nos deꝰ voluit
iuſſu eiꝰ natura nobis ad iſtā plurima cōtulit / vt ſa
lutē ex hoc intelligamꝰ q̄ magne deo cure miſericoꝛ
dia ſit. Hec igit̄ nobiſcū verſantes: noſ ipos liberos
pꝛopinquos: atq̄ affines ad miſericoꝛdie ſcholā per
ducamꝰ. Magna quippe res hō eſt: ⁊ p̄cioſum q̄d
eſt vir miſericoꝛs. Qui hoc nō habet / a natura hoīs
decidit: hoc ſapientes facit. Et tu miraris ſi hoc hō
eſt: hoc deꝰ eſt: ⁊ tu miraris. Stis eī miſericoꝛdes
inquit: ſicut ⁊ pater veſter celeſtis miſericoꝛs eſt. Di
ſcamus igit̄ hanc miſericoꝛdie artē: nō ſolū multoꝝ
ſed oīum gratia: p̄cipue aūt q2 nobis quoq̄ ipis ma
gnā miſericoꝛdiā agimꝰ. Miſericoꝛdiā poꝛro qm̄ di
co / de illa dico q̄ auaritia vacat. Nā ſi quis ſuis cō-
tentꝰ: nihil offert / pꝛocul a miſericoꝛdie officio abeſt
Quō miſericoꝛs erit qui aliena rapit: etiā ſi cōtra in
opib⁊ ſubuenerit: Ex ſi ſuis ſolū frui putat̄ / eſt inhu
manū: inhumaniꝰ certe multo erit / ſi abſtulerꝭ alie-
na. Si igit̄ qui nihil iniuriati ſunt: qm̄ de ſuo nō de
derūt punient̄: quāto magis vexabunt̄ q̄ alios ſuis
pꝛiuāt. Noli ergo mihi dicere / qm̄ ſi abſtuli ab alio
huic tm̄ abſtuli. Hoc eni certe peſſimū eſt. Par eni
erat eum ipm q̄ paſſus iniuriā eſt: miſericoꝛdie ope-
ra iuuari. Nūc vo alios cedis ⁊ quos nō cecidiſti cu
ra (cū equū ſit) illos curare: quos ſauciaſti: immo vo
nullo mō cedere hominē aut iniuriari opoꝛtet. Mi
ſericoꝛs eni nō eſt qui curat quē vulnerauit: ſed qui
aliunde vulneratis medet̄. Tuos ergo moꝛbos di
ligenter cura: reſartias q̄ laceraſti: imo vo noli aliū
lacerare: noli alij detrahere: ludentis eni eſt quotti-
die deijcere ac erigere: ſed erige deiectos vndecūq̄.
Nec credas eſſe poſſibile eadē dando menſura / qua
rapuiſti vulnꝰ illud curare: qđ ab aliena tibi frau-
de illatū ē. Nā qui mnā rapuit / nō erit ſibi ſatis ad
remediū huiꝰ vlceris / ſi penitētia pulſus mnā miſe
ricoꝛditer dederit: ſed talento indigebit: ꝓpterea fur
ti cōdēnatus quadrūplū reddit. Cū igit̄ fure multo
peioꝛ rapax ſit: cūq̄ ille quadruplū reddat: decuplū
immo vo multo plus reſtituere iſto debet: atq̄ vti-
nā etiā ſic rapine ſoꝛdes oīno detergamꝰ. Nō enim
puto hanc illā eſſe miſericoꝛdiā cui magnꝰ meritoꝝ
Non ergo a ſcripturis id ſciebãt: ſed qm̃ ſcribe illis declarabãt vulgo hec opinio ferebaṫ: queadmodũ ⁊ de chriſto ideo ⁊ ſamaritana dicebat: Meſſias venit ⁊ cũ ille venerit nũciabit nob̃ hec oĩa: ab ipſis quoqꝫ interrogatꝰ fuit ioannes: Helyas ne es tu? aut ꝓpheta? late nanqꝫ vt dixi hec de chriſto ⁊ de helya opinio aĩas hoĩum occupauerat: nõ tñ recte ab illis hec interp̃tabanṫ. Diuine nãqꝫ ſcripture duos aduẽtus xp̃i teſtanṫ: quoꝝ alter iã factꝰ eſt: qđ ſignificauit paulꝰ dicẽs: Apparuit grã dei ⁊ ſaluatoris nr̃i oĩbus hoĩbꝫ erudiẽs nos vt abnegãtes ĩpietatẽ et ſclares cupiditates modeſte/ iuſte: ac pie viuamꝰ. Ecce de p̃mo aduẽtu: audias nũc quõ ⁊ alterũ ſignificãs ſubiũxit: Expectãtes beatã ſpẽ et apparentiã magni dei ⁊ ſaluatoris noſtri ieſu xp̃i. Sed ꝓphe q̃ꝫ vtriuſqꝫ mentionẽ faciũt ⁊ ſcđi q̄ p̃curſorẽ helyã aſſerunt futurũ: primi enĩ ioãnes fuit p̃curſor/ quẽ etiã helyã xp̃s appellabat: nõ qꝛ helyas eſſet: ſed qm̃ miniſteriũ helye faciebat: nã ſicˉ ille ſcđi aduẽtus p̃curſor erit/ ſic primi fuit ioãnes. Sed ſcribe iſta cõfundẽtes: ⁊ pplm̃ ꝑuertẽtes ſcđi aduẽtus ſolũmõ recordabanṫ ⁊ dicebãt ad plebẽ: Si xp̃s hic eẽt iã helyas veniſſet: q̄ ꝓpter diſcipuli q̊ꝫ dicũt: q̃re igiṫ ſcribe helyã oportere prius venire aſſerũt. Hac de cã phariſei miſerũt ad ioãnẽ ac interrogabãt: Helyas ne es tu? nullã prioris aduẽtus memoriã retinẽtes: quã ſolutionẽ attulit xp̃us: qꝛ ſcꝫ helyas quidẽ venit: ſcꝫ ante ſcđm meũ aduentũ: ⁊ nũc iã venit: ſi ꝟo theſbitẽ q̃ritis veniet: ideo dicebat: helyas q̃dẽ venit: ⁊ reſtituet oĩa. Que nã oĩa? Quecũqꝫ malachias ꝓpħa dicebat: mittã enĩ vob̃ helyã theſbytẽ ait q̄ reſtituet cor patris ad filiũ ne veniẽs ꝑcutiã terrã ſil̾. Uides exactã diligentiã ꝓphetice p̃dicatiõis. Nã qm̃ ꝓpter miniſterij ſil̾itudinẽ ioãnes q̊ꝫ poterat helyas noĩari: ne cõfuſio fiat patriã aſcripſit: helyã theſbitẽ appellãs ⁊ ioãnes enĩ nõ erat theſbites. Aliud etiã ſignũ addit dicẽs: ne ꝑcutiã terrã ſil̾/ ſcđm atqꝫ terribilẽ illũ aduẽtũ ſignificãs: nõ enĩ ad feriendã terrã primo venit. Nõ veni ait vt mundũ iudicẽ/ ſed vt ſaluem. Qđ dixit vt exp̃ſſe ſignificaret ante illũ aduentũ quo iudiciũ exerceṫ theſbitẽ eſſe vẽturum: cãm q̊ꝫ cur vẽturus ſit docuit. Que nã ꝟo cã eſt? Ut iudeis credere in xp̃m ꝑſuadeat/ ne oẽs ſil̾ cõdemnanṫ: quã rẽ ipſe in memoriã reducẽs inq̃t ⁊ reſtituet oĩa: incredulitatẽ videlicet iudeorũ q̄ tũc erũt reſidui: ad fidẽ cõuertet. Exquiſitiſſime aũt dictũ eſt qꝛ reſtituet nõ filij cor ad patrẽ: ſꝫ p̃ris ad filiũ: iudeoꝝ enĩ filij apl̾i erãt ad quoꝝ dogmata pectora patrũ id eſt iudeorũ generis mentẽ cõuertet. [Dico aũt vobis helyas iã venit ⁊ nõ cognouerũt eũ: ſed fecerũt in eo quecũqꝫ voluerũt: ſic filiꝰ hoĩs paſſurꝰ eſt ab ipſis.] Tũc itellexerũt qm̃ de ioãne dixit eis: nã etſi nec ſcribe nec ſcripture id dixerint: tñ qm̃ acutiores ⁊ attẽtiores facti ſũt: cito illud intellexerũt: ⁊ maxĩe qꝛ iã p̃dixit ipſe ẽ helyas q̄ vẽturꝰ eſt: ⁊ rurſus: Dico aũt vobis qꝛ helyas iã venit nec vllo cõfuſiõis errore ſmoneĩ plicari putes ſi mõ vẽturũ veniſſe aſſerat. Ambo enĩ hec vera ſũt nã qñ dicit helyas venit: ⁊ reſtituet oĩa de ipõ helia dicit q̄ vẽturꝰ eſt: ꝓpter miniſterij aũt ſil̾itudinẽ ioãnẽ ĩtelligit. Sic ⁊ ꝓphe vnũqueqꝫ ex approbatis regibꝫ dauid appellabãt: ⁊ iudeos ꝓpter moꝝ deprauationẽ ſodomoꝝ principes ⁊ filios ethiopũ nũcupabãt: ſicuti enĩ ille ſcđi aduẽtus: ita iſte p̃mi p̃curſor fuit: q̃ꝫuis ⁊ illa de cauſa helie noĩe ioannẽ appellet: vt ⁊ valde ſe veteris ſcripture cõcordẽ ⁊ hunc aduẽtũ p̃dicatiõe ꝓphe cõfirmare oñdat: ac ideo ſubiecit [iã venit ⁊ nõ cognouerũt eũ: ſed fecerũt ei quecunqꝫ voluerũt.] Quid eſt quecũqꝫ voluerũt? Uincula ꝯiecerũt: ꝯtumelijs affecerũt: occiderũt: caput diſco portarunt: ſic et filiꝰ hominis paſſurus eſt ab ipſis. Oportune iterũ de paſſiõe ſua facit mentionẽ: partim a ioãnis paſſiõe dolorẽ coꝝ mitigãs: partim qꝛ mirabilia ſigna cõfeſtim op̃atus ẽ. Inuenies em̃ ſepius ſi diligẽtius obſeruaueris qñcũqꝫ de paſſiõe ſua locutꝰ eſt ⁊ añ ⁊ poſt illico miraculoſe ipm̃ egiſſe. [Tũc deniqꝫ incepit oſtẽdere qm̃ oporteret eũ abire in hieroſolymã ⁊ multa pati.] Tũc: iſtud qñ ſignificat qñ p̃dicatus fuit xp̃s ⁊ filiꝰ eſſe dei qñ in monte mirabilẽ eis viſionẽ oñdit ⁊ de gl̾ia ſua ꝓphas colloquẽtes apl̾i viderũt: tũc aptius de paſſiõe p̃dixit p̃mo qꝛ ⁊ filiꝰ hoĩs paſſurus ab ipſis eſt: deinde poſt paululũ eiecto demone quẽ diſcipuli expellere non potuerũt. Cũ enĩ in galileã reuerterenṫ: dixit eis ieſus qꝛ tradẽdus eſt filiꝰ hoĩs in manꝰ pctõꝝ hoĩum ⁊ interficiẽt eũ ⁊ in tertia die reſurget. Hoc aũt faciebat vt magnitudine miraculorum magnitudinem doloris minueret: ⁊ ſolamen omniimodo ipſis prebe ret: vt hic ex memoria ioãnis eos conſolatus eſt. Si autem quiſpiam obijciet: ſi tot tantaqꝫ aduẽtu Helye bona futura teſtatur: cur ipſum modo nõ miſit? Quia certe q̃ꝫuis xp̃m helyã eſſe putarẽt nõ crediderũt tñ ei. Alij enĩ helyã dicebant: alij hieremiã ⁊ inter ioãnẽ ⁊ helyã p̃ter temporũ ſpacia nihil intereſt. Quõ igiṫ credituri ſunt inquies: ſi q̃dẽ helyas cuncta reſtituet: nõ mõ ſane qꝛ notus: verũetiã qm̃ vſqꝫ ad illũ diẽ amplior magis atqꝫ amplior gl̾ia xp̃i ſolaribus iã radijs erit fulgẽtior: ad q̄ oĩa cũ p̃dicatio illius accedat ad xp̃i fidẽ impellẽs faciliime ſuſcipiet. Cũ aũt dicat [⁊ nõ cognouerũt eũ.] excuſare illos videṫ: ⁊ parti qꝛ iniuſte paſſurꝰ ab ipſis eſt diſcipl̾os cõſolaṫ: partim qꝛ ſignis duobꝰ dolorẽ obruit: altero iam in mõte facto: altero iã futuro. Cũ ꝟo hec audiſſent aut merore paſſiõis p̃ſſi: aut interrogare veriti qñ vẽturus ſit helyas nõ queſierũt: qñ deniqꝫ in galilea cõmorabanṫ cũ audiſſent tradendũ eſſe filiũ hoĩs ⁊ interficiẽt eũ ſubiunxit valde illos doluiſſe. Marcus aũt dicit qꝛ ignorabãt hoc verbũ ⁊ interrogare verebanṫ: ⁊ lucas qꝛ ocultatũ fuit ab ipſis. hoc verbũ ne ſentirent ⁊ interrogare de hoc timebãt [Cum veniſſet aũt ad turbã: acceſſit ad eũ homo genua flectẽs ante eũ: ⁊ dicẽs: Dñe miſerere filio meo qm̃ lunaticus eſt ⁊ male patiṫ. Sepius enĩ cadit in ignẽ: nõnunq̃ꝫ in aquã ⁊ attuli eũ diſcipulis tuis et nõ potuerũt eũ curare.] Ualde hũc hoĩem infirmũ in fide ſcriptura oſtendit: qđ multis manifeſtũ eſt: vel qꝛ chriſtus dixit oĩa eſſe credẽti poſſibilia: vel qꝛ ille dicebat: iuua incredulitatẽ meã: vel qꝛ iuſſum a chriſto demonį fuit: ne amplius in eũ intraret: vl̾ qꝛ rurſus ille chriſto dicebat: ſi potes. Ceteꝝ ſi hoĩs illius infidelitate factũ eſt ne demonium exiret: quare diſcipulos criminatur? Ut oſtendat ꝙ etiã abſqꝫ fide adducentiũ curare poterant. Nam queadmodũ petẽtis fides a minoribus miracula allicuit: ſic virtus eorũ qui faciũt q̃ꝫuis parũ credant adeũtes ꝑficere poteſt: que ambo in ſcripturis inueniuntur. Cornelius enĩ ſua fide gratiã ſpiritus inuitauit: et ab helyſeo nemine credente mortuus ſuſcitatus eſt. Nam ⁊ qui proiecerũt ⁊ ꝓiectus ille cum eſſet mortuꝰ ſola ſcti corporis virtute ſurrexit. Quare nõ latet qꝛ ⁊ diſcipl̾i hac in re titubarũt: q̃ꝫuis nõ oĩnes. Colũne nanqꝫ apoſtolorũ nõ aderant: ſed dementiã huiꝰ hoĩs illud quoqꝫ ſignificat: ꝙ diſcipulos magna turba p̃ſente ad magiſtrũ accuſat. [Attuli enim inq̃t eũ diſcipulis tuis ⁊ nõ potuerũt curare.] xp̃us ꝟo maiorẽ culpã illi attribuit dicẽs: [O generatio incredula et peruerſa vſqꝫquo vobiſcũ ero: vſqꝫquo ſuſtinebo vos?] Non ad hunc hoĩem ſolũ dirigit ſermonẽ ne conturbaret eũ: ſed ad vniuerſum iudeorũ genus: multos enĩ cõmotos fuiſſe credibile eſt: maleqꝫ de diſcipulis ſuſpicatos. Cũ aũt dicit quouſqꝫ vobiſcũ ero q̃ꝫ mori ſitiat quantũqꝫ ad patrẽ redire deſideret ⁊ quia nõ ſit ſibi moleſta paſſio: ſed cũ huiuſcemodi hoĩbus conuerſatio facile oſtendit: nec tñ increpatiõe iudeorũ ſermonẽ terminauit ſed adiecit: [Ducite ipſum ad me.] Interrogauitqꝫ quãto hec tempore patiaṫ: tum vt diſcipulos hinc defenderet: tũ vt meliore ſpe pater ductus crederet ⁊ poſſe filiũ liberari: quẽ tamẽ vexari a demone permiſit: nõ ad oſtentationẽ: quippe turbis coeuntibꝫ cõpreſſit ipm̃ ſed ꝓpter patrẽ vt ſi trepidare ſola vocatõe demoniũ videret: ſaltẽ hoc pacto ad futuri miraculi fidẽ duceretur. Sed poſtq̃ꝫ ille ab ineunte reſpõdit etate: adiuua me ſi potes: reſpondit chriſtus: oĩa eſſe poſſibilia credẽti. Rurſum chriſtus reſpõdit: iterũ in eum culpã reijciẽs: ⁊ qñ quidẽ leproſus dicebat: ſi vis potes me mũdare: laudãs atqꝫ cõfirmans verba eius reſpondebat: volo: mundare. Nunc ꝟo cũ iſte nihil dignũ oĩpotentie chriſti attulerit: perpende quomõ ab errato eum reuocat: oĩa inquit credẽti poſſibilia ſunt: ac ſi diceret: tãta virtus mea eſt: vt alij meo nomine miracula poſſint cõficere: quare ſi credis vt decet tã filiũ tuum q̃ꝫ alios facile curabis: his dictis demoniacũ liberauit. Tu aũt nõ hinc ſolũ ꝓuidentiã ac benignitatẽ eiꝰ cõſidera: ſed ex illo tp̃e ex quo demoni fuit permiſſum in hoĩem intrare: iam enim diu mortuus hõ eſſet: niſi diuina prouidẽtia fuiſſet ꝓtectus: nã qui in ignẽ ⁊ aquã eũ immittebat interfeciſſet profecto niſi diuinitus frenareṫ qđ ſimil̾r ibi paſſi fuiſſent q̄ nudi deſerta petẽtes lapidibꝰ ſeipõs cedebãt. Nõ turberis aũt ſi lunaticus eſt appellatꝰ p̃ris enĩ demoniaci hec vox fuit. Ceterũ ⁊ euãgeliſta multos lunaticos curaſſe fuiſſe alibi ait: a cõi oĩum cõſuetudine ipſos noĩans: vt enĩ elemẽto illi ac lumi nari demones detrahãt: ſm̃ lunaris curſus aggrediunṫ et remittuntur hoĩes. Unde hec falſa opinio apud multos cõualuit ꝙ luna varietate ſui curſus opereṫ: qđ minime verũ eſt. [Tunc acceſſerũt diſcipuli ad eũ ſecreto ⁊ dixerunt: Quare nos nõ potuimus eijcere illũ?] Timuiſſe mihi videnṫ apl̾i ne conceſſam ſibi gratiã amiſerit: data enim ſibi aduerſus immũdos ſpũs ptãs fuit: q̃re ſeorſũ accedẽtes interrogare nõ verecũdanṫ. Nam cũ re ipſa potẽtia eorũ fuerat redarguta cur puduiſſent verbis cõfiteri qđ opere apparebat. Seorſum aũt ⁊ remotis arbitris faciũt: qm̃ de archana ⁊ magna re queſituri erant. Quid igiṫ chriſtus? ꝓpter incrudelitatẽ veſtrã ait: [Si enĩ habueritis fidẽ ſicˉ granũ ſinapis ⁊ dicetis mõti huic tranſi hinc/ ⁊ nihil impoſſibile vob̃ erit.] Si ꝟo quiſpiã dicet ⁊ quando mõtes tranſtulerũt? Reſpondebimus quia multa maiora fecerũt: multos enim mortuos excitauerunt: equale quippe nõ eſt montes trãſponere ⁊ aĩam hoĩs reuocare. Dicũt aũt nonnulli poſtea ſcrĩtate illis multo minores: id re poſtulãte feciſſe. Unde patet qꝛ ſi opus fuiſſet mõtes quoqꝫ tranſtuliſſent: ideo nõ dixit/ trãſponetis oĩno mõtes: ſed tranſponere poteritis: ſi autẽ nõ fecerunt nõ eſt argumentũ impotẽtie. Maiora enim ab ipſis facta nõ ignoramꝰ: ſed quoniã res nõ poſtulauerat noluerũt: q̃ꝫuis poſſit etiã aliquid tale factũ eſſe ⁊ nõ ſcriptũ. Non enĩ oĩa miracula ſanctorũ conſcripta ſunt. Nõne igiṫ inquies tantã fidẽ tũc habebant? Nõ certe. Ita enĩ imperfectiores erant vt nõ ſemꝑ idẽ eſſent: vnde petrus quoqꝫ modo beatificaṫ modo increpaṫ: et reliqui quaſi amẽtes caſtigantur cum ſermonẽ de fermẽto nõ intellexerint. Sic ergo et nũc ex impfectione ipſorũ accidit: vt maiore infirmitate languerẽt: qđ ſepius ante crucẽ patiebanṫ: fidem aũt hic ſignorũ dicit ⁊ ſinapis meminit cuiꝰ maxima virtus eſt. Nã cũ minima ſit magnitudine virtutis/ ceteris oĩbus vehementior eſt. Ut igiṫ oſtenderet ſincere fidei minimũ ingẽtia poſſe: ſinapis mẽtionẽ fecit: neqꝫ hic ſtetit ſed montes addidit: ⁊ vlterius progreſſus. nihil inquit vobis erit impoſſibile. Tu ꝟo ⁊ diſcipuloꝝ phiam qui ſuã impotentiam nõ ocultarũt: ⁊ ſpiritusſancti virtutẽ admirare: qui paulatim hoĩes vt granũ quidẽ ſinapis fidẽ habentes/ ſic in ſũma cõtraxit vt largos fluuios et copioſos fidei fontes ederẽt. [Genus autẽ hoc inquit nõ eijcitur niſi per orationẽ ⁊ ieiuniũ.] Uniuerſum demonũ genus nõ lunaticorũ ſolũmodo intellexit: et vide quõ iã in ipſis ieiunij ſemina iecit: nec mihi ea q̄ rara ſũt dicas ꝙ ſcꝫ abſqꝫ ieiunio eiecti demones aliquando nõ fuerint. Si enĩ vnus aut alter ſic expulit: impoſſibile tamen eſt ſi quis id patitur ⁊ in delitijs viuit ab hoc furore liberari. Egrotis enĩ ieiunio maxime opus eſt. Sed ſi fide opus eſt inquies: cur ieiunare oportet? Quia vna cum fide nõ paruas vires affert ieiuniũ. Cũqꝫ maioris phĩe ſingulare opꝰ ſit angelũ ex hoĩe facile reddit ⁊ virtutibus incorporeis mirũ immodũ reluctaṫ: q̃ꝫuis ieiunio nõ ſolum ſed oratione quoqꝫ ac multo magis orõne opus ſit.

Expẽde igitur q̃ſo q̊t quãtaqꝫ bona ex vtriſqꝫ iũctis emanent. Qui enĩ orat et ieiunat vt oportet: is multis rebus nõ indiget: qui ꝟo multis nõ indiget nunq̃ꝫ fiet auarus ⁊ pronior ſemꝑ ad miſericordiam erit. Qui ieiunat leuior eſt ⁊ vigilãter orat: ⁊ cupiditatis incendia extinguens ac aĩam ſuã humiliãs facile deũ placat: iccirco ⁊ apl̾i fere ſemper ieiunabãt. Qui orans ieiunat binas poſſidet alas: quibꝰ ventos ipſos volando preteruehiṫ: nõ enĩ oſcitat nec extenditur: nec torpet orando que multi patiunṫ: ſed igne ardẽtior ⁊ terre ſuperior eſt: quare terribilis hoſtis demonibus reddiṫ. Nchil enĩ eſt hoĩe ꝓbo orante potẽtius: nam ſi mulier crudelem iudicẽ qui nec deum timebat/ nec hoĩem verebaṫ/ flectere potuit: multomagis ꝓpitium deũ faciet qui continue orõni

adherens ventrē ſuperat ⁊ delicia ſpernit. Si vero
imbecillis corpore ieiunare ſemꝑ nō potes; non eris
tamen ad orandū infirmus: neqꝫ ad contemnēdas
ventris delitias inualidus: ieiunare quidē non po
tes: ſed non viuere in delitijs potes: qḋ ſane paruū
non eſt nec magno interuallo a ieiunio diſtat. Sed
ſufficit etiā hoc diaboli furorē deprimere/ cui nemo
magis amicus ē ꝙ̄ qui delitijs ⁊ ebrietate maculaꝝ:
hic enī fons: hec mater atqꝫ origo vitiorū oīum eſt:
hac via olim hebreos in cultū diabolus idolorū in-
iecit: hac iniquos amores ſodomitaꝝ inflammauit:
hec enī ait iniquitas eſt ſodome: in copia ⁊ plenitu-
dine panis luxuriabanꝫ: hac deniqꝫ via mille alij ge
henne traditi periere. Quid enī delitiarū hec fedi-
tas mali nō inducit: ſues ex hoībus facit: immo ꝟo
etiā multo peiores: ſus enī in luto voluiꝫ: ⁊ ſtercore
nutriꝫ: hic ꝟo abhoīabilē magis ſibi mēſam ꝯſtruit:
iniquas cōmixtiones excogitās ⁊ amores nephari-
os: hic nullo certe a demoniaco diſcrimine ſeparaꝫ.
Imprudens enī ⁊ furioſus pariter eſt ⁊ demoniacū
quidē oēs miſeramur: hunc ꝟo auertimur ⁊ odimꝰ.
Quid ita? Quia ſpōte furorē ſibi attrahit: ⁊ os/ocu
los/nares: cetera ſimpliciter ſenſuum inſtrumenta
amariſſimas voluptates cōficit cloacas. Ac ſi etiā
interiora inſpicias: videbis aīam eiꝰ ceu hyeme ac
intentiſſimo frigore congelatā adeo atqꝫ torpentē vt
nulla vtilitas corpori ab ea poſſit afferri: verecun-
dor apertius enarrare quecūqꝫ a delitijs mala tam
viri ꝙ̄ mulieres patiunꝫ: quare conſciētie ſingulorꝫ
que certius hec nouit relinquēda eſſe ſtatuo. Quid
turpius ebrioſa femina ꝗ̄ huc ⁊ illuc ex temulētia ꝑ-
uagatur: quāto enī infirmius vaſculū eſt tanto ma
gis naufragiū fit: ſiue libera ſiue ancilla mulier ſit.
Nam libera in medio ancillarū ſpectac̄lo deforma-
tur ⁊ ſerua ſimiliter inter ancillas turpior redditur:
ita faciūt vt dei munera a ſtolidioribꝰ vituperētur.
audiui enī multos cū inſane iſte accidūt paſſiōes di
centes: vtinā nō eſſet vinū. O amentiā ſingularē: o
ſtoliditatē inauditam: alij delinquūt ⁊ dei tu dona
criminaris: putas ne a vino hoc factū malū: nō fecit
vinū certe ſed incōtinentia eorū qui vino abuſi ſūt.
Dicas ergo vtinā nō eſſet ebrietas: nō eſſent delitie.
Si vero dicis vtinā nō eſſet vinū: ordine paulatim
progrediēs optabis ne ſit ferrū propter homicidiū:
ne ſit nox propter fures: ne ſit lux propter calūnia-
tores: ne ſit femina ꝓpter adulteriū: ⁊ ſic omnia dei
opera tibi deſtruenꝫ. Non igiꝫ ita dicas: nec vinum
ſed ebrietatē crimineris: ⁊ ebrio cū in ſe fuerit reuer-
ſus omī dedecore ſuo prius deſcripto dicas: datum
eſſe vinū ad leticiā nō ad turpitudinē noſtrā: datum
eſt vt rideamus/ nō vt derideamur: vt recte valea-
mus: nō vt egrotemꝰ: vt imbecilla corꝑa reficiamꝰ
nō vt robur animi deijciamꝰ: honorauit te hoc mu-
nere deus: cur dehoneſtas ꝓpter intēperantiā bibē
di teipm̄. Audi qḋ ad timotheū dicit paulus: modi-
co vino vtere ꝓpter ſtomachū tuū ⁊ crebras egrota
tiōes tuas. Ac ſi ſctūs vir ille morbo depreſſus ⁊ al-
ternis egritudinib̄ laborās quouſqꝫ magiſter ꝑmi-
ſit vino nō vtebaꝫ: quā veniā nos cōſequemur: vi-
no ad ebrietatē ſani abutentes: ⁊ illi quidē dicebat:
pauco vtere vino ꝓpter ſtomachū tuū. Ebrioſo vero
dicet: vtaris modico vino ꝓpter fornicatiōes vt cre
bra turpiloquia fugias: ꝓpter peſtiferas cupidita-
tes quas ebrietas parit. Ac ſi hec nō ꝑſuadēt vobis
vt ab his abſtineatis: ſaltē ꝓpter dolores ⁊ euerſio-
nes ſtomachi abſtineatis. Nō ad merorē nec ad do-
lorē/ ſed ad leticiā vinū datū eſt. Uinū enī inquit le-
tificat cor hoīs: quā eius virtutē vos deijcitis. Nā
ꝗ̄ leticia eſt ſi non es in teipſo: ſi mille doloribꝫ vexa-
ris: ſi oīa tibi circūferri videanꝫ: ſi tenebris detētus
quaſi febricitās hoībꝰ indigeas qui oleo caput tuū
ꝑfundant. Hec nō oīa dicta eſſe velim: immo ꝟo di
cta ſunt oībus: nō qꝛ oēs vino corrumpanꝫ: ſed quia
nullā de ebrioſis curā ſobrij habēt: iccirco ad ſobri-
os magis orationē direxerimꝰ: qm̄ ⁊ medicus egro-
tis omiſſis ſanos alloquiꝫ: vos ergo ſobrios oro ne
hac turpiſſima inſania vnqꝫ capiamini: ⁊ vt eos qui
capiunꝫ diligenter ſanare curetis. Nolite pati peio-
res beſtijs hoīes fieri. Nihil enī vltra ꝙ̄ opus eſt il-
le deſiderāt: iſti aūt mediocritatis terminos excedē-
tes irrationabiliores illis cōſtituunꝫ. Quāto enim
melior aſinus ebrioſo eſt: quāto canis p̄ſtantior: oēs
certe aīantes ꝗ̄ ratiōis expertes ſunt cū bibūt aut co-
medūt vltra ꝙ̄ ſatis eſt etiā ſi mille hoīes cogerent
nunqꝫ elabunꝫ. Peiores igiꝫ irrationabilibꝰ vos
eſtis ꝗ̄ inebriamini: nō apud vos mētis cōpotes ſo
lū: verū etiā apud vos iudices. Inde nanqꝫ mani-
feſtū eſt canibus atqꝫ aſinis vr̄o vos iudicio eſſe pe-
iores: qꝛ nullū brutorū comedere aut bibere cogitis
Et ſi qs huiꝰ rei cām ꝗ̄reret nemo reſpōdere dubita-
bit: ne comedendi atqꝫ bibēdi exceſſus detrimēto ei
ſit. Cum igiꝫ minꝰ tibi ꝙ̄ beſtie ꝓuideas: nōne hoc
facto tuo minoris te putare videris: ꝗ̄ te ꝯtinue ī do
lores impellas. Nō enī in die ꝗ̄ ebriaris: verū etiā
in craſtinū ebrietatis reliquie cōſeruanꝫ. Et queād
modū cū febris ceſſauerit debilitas tn̄ ide facta diu
tius remanet: ſic ebrietate trāſacta effectꝰ tn̄ eius tā
corpus ꝙ̄ aīam diutius exagitat: iacet enī plerūqꝫ
tanqꝫ tēpeſtate cōquaſſata nauis miſerū hoīs corpꝰ
aīa ꝟo deteſtabili cupiditate cōpulſa vehemēter in-
cendiꝫ: ⁊ cū iam ab ebrietate reſipuerit: tunc multo
magis ꝙ̄ prius inſanit/ vinum/ dolia/ calices/ cia-
tos et crateres plenos cōfringens. Et queādmodū
ꝙ̄uis trāquillitas ex tempeſtate facta ſit: detrimen
tū tn̄ qḋ inde factū eſt nō reſtituiꝫ ſi ſemel iactura fa-
cta ſit. Sic oīum pene bonorꝫ iacturā ebrij patiunꝫ
Modeſtiā enī pudorē/ prudentiā/ patientiā/ humi
litatē/ oīa hec quaſi naufragiū paſſi iniquitatis pe-
lago ſubmerſerūt: verum multa peiora ſunt queſe-
quunꝫ ebrietatē ꝙ̄ quidē tempeſtatē. Nam ibi qui-
dem iactura leuior ē: hic ꝟo grauiorē nauiculā red-
dit: ꝗ̄ diuitijs virtutū eiectis arenā atqꝫ aquā fetidā
ex ebrietate ſibi coaceruauit: qbus nauicula cum ve
ctoribus atqꝫ gubernatore ſimul demergiꝫ: ꝗ̄ ne ac-
cidant fugiamus oro hāc tempeſtatē: reuoluamus
ſemper nobiſcū ebrioſum neminē in celorū regnum
peruenturū. Nolite inquit errare apl̄us nec ebrioſi
nec cōuiciatores regnū dei hereditabūt: quid regnū
celorū dixi: cum nec preſentibꝰ quidē iocūde vtanꝫ:
noctē in die habētes: ⁊ in luce tenebris obuoluti et
apertis oculis nihil recte videntes. Et ad hoc gra-
uiſſimū illud ſuppliciū luunt: cū merore ſine ratiōe
cōficianꝫ/ inſaniāt/ egrotent/ ac oībus ridiculi ſint.
Que igitur venia ipſis dabitur qui ſponte tātis ſe
malis obruunt? Nulla profecto: fugiamꝰ igiꝫ hunc
morbū: ſi tam preſenti vita ꝙ̄ futura frui volumꝰ.
Quod nobis gr̄a ⁊ miſericordia dn̄i noſtri ieſu chri
ſti cōcedat: cui gloria in ſecula Amen.



Homelia LIX Ex capitulo XVII

C Onuerſantibus autem ip-
ſis in galilea dixit eis ieſus:
Tradendus eſt filius hominis in
manus hominum ⁊ occident eum
et tertia die reſurget: et contriſtati
ſunt vehementer.

Id circo de paſſione ſua verba facere voluit: ne ꝗ̄
de cauſa ibi morā trahere poſſēt ac interrogare: paſ-
ſurū enī in hieroſolyma ipm̄ audiētes nec videre q̇-
dē illā vrbē volebāt. Cōſidera igitur quō et ſi petrꝰ
fuerit increpatus ⁊ moyſes ⁊ helyas cū ipſo collocu
ti gloriā hanc rē appellarunt: ⁊ pater e nube vocem
emiſerit: ⁊ ſigna nō parua fuerint facta/ ac deniqꝫ re
ſurrectio in ianuis poſt paſſionē adeſſet: non enī lō-
go tp̄e poſt: ſ; tertio ſe die reſurrecturū affirmauit.
Nullo tn̄ facto ferre potuerūt/ ſed triſtati ſunt inq̇t
valde qḋ eis accidebat qn̄ adhuc eorū verborū pote
ſtatē ignorabāt. Qḋ marcus ⁊ lucas ſignificarunt:
quorū alter ignoraſſe illos verbū: et veritos mō in-
terrogaſſe ait: alter velatū ab eis fuiſſe ne ſentirent:
et tn̄ timuiſſe de hoc verbo querere. At ꝗ̄ quomodo
ignorātes cōtriſtati fuerūt: quia videlicet moriturꝫ
eum nō ignorabāt: ſed mortē hanc nō duraturā: et
mille allaturā bona penitꝰ ignorabāt cum qualis
nam futura eſſet illa reſurrectio nō intelligerēt: do-
lebant ergo quia valde magiſtrū ſuum diligebant.
[Cum aūt veniſſet in capharnaū adierūt petrū qui
didragma accipiebāt ⁊ dixerūt ei: Magiſter veſter
nō ſoluit didragma?] Quenā ſunt iſta didragma?
Quādo egyptiorꝫ primogenita deus interfecit/ tūc
leuiticā tribum accepit qm̄ huius tribus minor nu-
merus erat ꝙ̄ primogenita iudeorū fuiſſēt: pro defi
ciētibus ad ſupplendū numerū ſiclum iuſſit defer-
ri. Conſuetudo igiꝫ ex illo tēpore obtinuit vt primo
geniti hoc vectigal perſoluerēt. Cunqꝫ ita primoge
nitus eſſet chriſtus: Petrus quoqꝫ diſcipulorū pri-
mus eſſe videreꝫ ipſum adeunt. Puto aūt qm̄ in ca
pharnaū que patria chriſti putabaꝫ iſtud geſſerunt
ꝑ ſingulas ciuitates id vectigal petere ſolitos fuiſ-
ſe. Nō fuerūt aūt auſi chriſtū aggredi: ſed petro nul
la fere acrimonia nec vt criminātes: ſed vt interro-
gantes dixerūt: Magiſter vr̄ nō ſoluit didragma?
Nam etſi de ipſo cōuenientē decentēqꝫ nō habebāt
opinionē hoīem eum nudū putantes: tamē ꝓpter ſi-
gna que fecerat nō nihil reuerētie ipſi atribuebant.
Quid igiꝫ petrus? [Utiqꝫ ait.] Ita illis quidē ſo-
lutū eſſe reſpōdit: chriſto aūt vt erubeſcēs forſan hac
de re quicqꝫ dicere nihil retulit: ſed mitis ille quem
nihil fugere poteſt p̄ueniens ait: [Quid tibi videꝫ
Simon: reges terre a quibus accipiūt tributū vel
cenſum? a filijs ſuis an ab alienis? At ille dixit: Ab
alienis. Dixit illi ieſus: Ergo liberi ſunt filij?] Nā
ne poſſet petrus opinari: hec a chriſto dici qm̄ ab il-
lis quicqꝫ ꝑceperit anteuertit chriſtus: vt hoc ipſum
ſignificaret ⁊ fiduciā timēti quippiam de his dicere
petro prebet. Quod aūt diciꝫ tale quid eſt: imunis
ego a cenſu ſum. Nam ſi reges terre nō a filijs ſed a
ſubditis cenſum capiūt: multomagis me qui nō ter-
rarū: ſed celorꝫ regis filius ſum liberū a tributis eſſe
oportet. Perpendis quomō diſtinxit filios a nō fi-
lijs. Si enī filius nō eſſet hoc profecto regū exēplo
vſus nō fuiſſet. Sed filius quiſpiā inquiet eſt: non
aūt ꝓprius: nō ergo filiꝰ: ꝙ ſi nō filiꝰ nec ꝓprius nec
oīno eiꝰ ſ; alienꝰ. Ita exēplū nullas vires habebit.
Nō enī de filijs ſimpl'r ſed de ꝓprijs ⁊ regni heredi-
bus diſputat. Atqꝫ ideo diſtinguēdo alienos oppo-
ſuit quo vocabulo eos appellauit qui ab ipſis regi-
bus nati nō ſunt. Tu ꝟo etiā illud cōſidera quō re-
uelatā petro cognitionē hic cōfirmauit: neqꝫ hic ter-
minauit ſermonē: ſed cōdeſcēdēdo qḋ ſapiē ineſtima
bilis eſt/ idip̄m approbauit cū hec dixiſſet ait: [Ut
aūt nō ſcandalizemus eos vade ad mare ⁊ mitte ha-
mū ⁊ eū piſcē qui primus aſcenderit tolle. Et aperto
ore eius ⁊ inuenies ſtaterem: illum aſſumēs da eis
pro me ⁊ te.] Uide queādmodū nec oīno recuſat nec
ſimpliciter iubet dare tributū ſed prius monſtrauit
nō eſſe his vectigaliū legibus ſe ſubiectū: tūc demū
dare iuſſit: alterū ne illi: alterū ne iſti ſcandalū pa-
tianꝫ. Nō enī vt debitor reddidit: ſed vt illorꝫ infir-
mitati ꝯſuleret. Et certe alibi cū de cibis diſſereret
ſcādalū nullo mō conſideraſſe/ ſed penitus ſpreuiſſe
videꝫ: ita nos decet tēporū et oportunitatū rationē
habere ac ſcire: qn̄ qbuſqꝫ in rebus contēnenda vel
curanda ſcandala ſint. Sed dationis etiā modo ſe-
ipſum demonſtrat nā vt rerū oīum dn̄m ſe eſſe oſten
deret: vtqꝫ maris ipſius ditionē habere videreꝫ: nō
a recōditis/ ſed mirabili quodā modo inuentā pecu-
niam deferri iubet: ⁊ ꝙ̄uis tum increpatōe tū qꝛ vir
tute ſua ſuꝑ fluctus petrus ambulauit maris dn̄s
demonſtrareꝫ: tamē alio quodā modo nec minꝰ mi-
rabili idipſum in p̄ſentiarū oſtēdit. Nō erat quippe
paruū prediriſſe a ꝓfundiſſimis fluctibus eū piſcem
hamo hauſurū ꝗ̄ vectigal erat ſoluturus. Ita impe-
rio eius quaſi iaculo in mari demerſo ille captus eſt
piſcis in quo ſtater reſeruabaꝫ. Diuine igiꝫ ac ineffa
bili eius virtuti munera pelagꝰ offerebat: ⁊ vndiqꝫ
ſubiectionē ſuam oſtēdebat. Uel quia increpatū ex
furore in tranquillitatē ſubito ſe conuertit. [Da eis
inquit pro me ⁊ te.] Uidiſti honoris excellentiā: vi-
de nunc quāta philoſophia vtitur petrus: hunc enī
locum marcus qui petri diſcipulus fuit ideo nō ſcri
pſiſſe videꝫ: quoniā ingens hinc honor magiſtro de-
ferebatur. Sed negationē quidē ille quoqꝫ diligen
tiſſime ſcripſit: hec ꝟo que ad magiſtri laudem perti
nent ipſo forſan ita volēte oīno ſiluit: [pro me ꝟo in
q̇t ⁊ te.] quoniā ⁊ Petrus primogenitꝰ erat. Mi-
raris omnipotentiā chriſti: mirare diſcipl'i etiā fidē:
qui ad rem ita natura incredibilē illico paruit: cuiꝰ
quidem fidei retributionē confeſtim habuit/ chriſto
in tributi ſolutiōe cōiunctus. [In illa hora adierūt
diſcipuli ieſum dicētes: Quiſputas maior eſt in re-
gno celorꝫ?] Humanū qḋ paſſi diſcipuli ſunt: quod
euāgeliſta q̇; ſignificauit dicens: In illa hora qn̄ ſc;
ceteris oībus petrū p̄tulit. Nā cū ⁊ iacob̄ ⁊ ioānes
primogeniti eſſent/ nihil tn̄ tale ꝓ ipſis feciſſe videꝫ:
veriti aūt turbationē ꝑferri ſuā nō apte petrū p̄po-
ni ſibi ſed cōfuſe. Quis ergo maior eſt interrogarūt:
qn̄ certos p̄ferri cōſpexerūt: nihil tale paſſi ſunt. Cū
ꝟo ad vnū delatus honor eſt: tūc nimirū doluerunt:
ꝙ̄uis nō ex hac re ſolū: ſed ex alijs q̊; multis inflam
mati fuerūt: Tū qꝛ dixit illi: Dabo tibi claues regni
celorū: tū qꝛ Btūs es tu ſimon bariona: tū etiā hic:
Da eis pro me et te: tū deniqꝫ qa liberius eū multo
cū chriſto colloqui cōſpiciebāt. Ac ſi nō interrogaſſe

ſed ſecum id cogitaſſe Marcus ſcribit nō ſunt oppoſita ꝓfecto hec: ſed valde inter ſe cōſonāt: nec ſemel ſ; bis ac tertio hec eos cogitaſſe crediderim / ⁊ tunc demū interrogaſſe. Tu vero nō ſolūmodo crimen conſidera: ſed illud quoq; tecū verte primū: ꝙ nulla eis de rebus hui⁹ ſeculi queſtio eſt: deinde ꝙ poſtea hac quoq; turbatiōe ſuperata: alteri alteris in primatu cedebant. Nos vero neq; ad hos quidem defectus eorum deuenire poſſum⁹: nec quis futurus ſit maior in regno celorum. Sed quis in terris maior ſit: quis ditior: quis potentior: querimus. Quid autē chriſtus? Reuelat archana eorum / nec ſimpliciter ad verba / ſed paſſionem reſpondet. [Et aduocans ieſus paruulum: ſtatuit eum in medio eorum et dixit: Amē dico vobis: niſi conuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruulus iſte: non intrabitis in regnum celorum.] Curioſe inquit ſcrutamini vos quis veſtrum maior ſit / et de primatus honore contēditis: ego aūt ſi quis humiliorē ſe ceteris nō effecerit / ipſo ingreſſu celeſti oīno indignū aſſero. Recte aūt ante oculos monſtratiōe paruuli totam rem poſuit / ipſo aſpectu eos conuertēs ac perſuadēs: vt abſq; ſimulatiōe aliqua humilitatē amplectātur. Paruuli autem nō inuidere: nec inanē expectare gloriā: nec primatus deſiderare dignitatē nouerūt. Non ergo fortitudine tm̄ ac prudentia: ſed humilitatis quoq; virtute: ⁊ ſimplicitate nobis opus eſt: que ſi nō adeſt: ſalus noſtra certe claudicat. Paruuli enī nec ſi contumeliēt aut verberētur afficiunt odio: nec ſi laudantur ⁊ honorant vlla cōmouētur arrogantia. Vides quomō rurſus ad hec nos ꝓuocat / vt oſtendat poſſe nos volūtatē iſtā nanciſci: ⁊ pernicioſam manicheorum rabiē acuto concidit gladio. Si enī natura per ſe mala eſt: cuius gratia philoſophādi exempla inde trahit. Paruulū autē etate (⁊ quidē mea ſententia) valde paruulū qui ab oībus eſſet paſſionib; liber in medio ſtatuit: illa enī etas omī arrogātia: omī glorie inanis furore: omī liuoris inſania: omī cōtentionis cupiditate ceteriſq; hmōi immunis eſt. Cumq; precipuis muniatur virtutibus ſimplicitatis ſc; ac humilitatis de nulla iſtarū ſuperbit: ita duplici philoſophia ornat. Nam ⁊ hec bona poſſidet: ⁊ nihil ſibi ꝑter hec arrogat: his de cauſis in medio paruulū ſtatuit: nec ſmonis finē hic fecit: ſed vlteri⁹ admonitionē ꝑducit dicēs: [Et quicūq; ſuſcepit vnū paruulū talē in noīe meo: me ſuſcipit.] Nō enī ſolū inquit magna erit merces veſtra ſi tales efficiemini: verum etiam ſi alios ꝓpter me honorabitis ꝓpter veſtrum erga illos honorē regnum vobis retribuet: quodq; oīum extremū eſt: me ipſum ſuſcipietis. Ita vehemēter humilitate ⁊ moribus qui procul ab omī ſimulatione abſint afficior. Paruulus quidē hic ſimplices hoīes atq; humiles quos multi ſpernūt appellauit: hunc autē ſermonē nō premijs ſolū in animū penetrare facit: verū etiā terrore penarū corroborat dicens: [Qui aūt ſcandalizauerit vnū de paruulis iſtis / expedit ei vt mola aſinaria ſuſpendatur in collo eius ⁊ demergatur in profundum maris.] Nam quēadmodū qui hos paruulos ꝓpter me honorant celū poſſidebunt inquit: immo vero celo quoq; ipſo maius aliquid atq; preſtātius: ſic et qui deſpiciunt atq; vituperant: hoc enī ſcandalizare hic ſignificat / maximo plectent ſupplicio: nec mireris ſi ſcādali vocabulo contumeliā ⁊ vituperationē intellexit: cum multi propter puſillanimitatē nō parū ſi contempti vituperatiq; ſint ſcandalizent. Detrimentū autē qđ huius criminis cauſa hoīes inuadet / et acerba ſupplicia ⁊ ab his que nobis notiſſima ſunt pre oculis poſuit. Nā cū rudiores cōmouere ſūmope velit: ſenſibilior ib⁹ vtit exēplis. Quare in h̄ etiā loco atrocitatē punitiōis exprimēs q̄ ꝯtēptores paruuloꝝ poſſit cōmouere ſenſibilē penā mole / ac ſubmerſiōis in mediū attulit. Et q̄uis ſcđm rerū conſequentiā qui nō ſuſceperit vnū hoꝝ paruulorū nō ſuſcipiet me dici cōueniebat: q̄ res oē punitiōis genus excedit: tamē quia nec rudes atq; inſenſatos nec inuidos multum id mouere poteſt: molā potius et ſubmerſionē poſuit: nec dixit molā collo eius ſuſpenſum iri: ſed expediet huiuſmodi ſi hoc patiet: vt oſtēdat grauius quoddā atq; acerbius malū iſtū expectare. Ex ſi hoc itolerabile iure videt q̄nto magis illud. Ita vtriq; terribilē intentionē efficit: conſolationē quidē exempli notiſſimi ante oculos adducēs: exceſſum vero multo maiorē hac illo excogitare cōpellēs. Vides quomodo radicitus arrogantie tumorē euulſit: quomō edocuit nulla in re primatus dignitatem expetendam: quomodo animos primatus honorē deſiderātium induxit: vt vbiq; ac ſemper in vltimo ſe velint ordine collocare. Nihil certe arrogantia atq; ſuperbia peius: que mentis quoq; vires natura hoībus conceſſas ita deijcit: vt amētes ex prudentia ac animo ſtolidos efficere videatur. Nam quēadmodū ſi quis cum ſtatura cubitus ſit inſtar montiū: immo etiam altiorē ſe putet / ac ideo ſeipſum quaſi montes exceſſurū erigat: nullum aliud argumentū inſanie ſue queremus. Sic cum inflatū videris hominē qui meliorē ſe ceteris arbitretur contemniq; opinetur ſi ceteris hoībus cōferat / nullum iam aliud ſignum vecordie hominis exquiras. Tanto quippe ridiculoſior is eſt qui natura inſaniūt: quanto ipſe ſponte hunc ſibi morbum iniecit: nec hac re ſolum miſer: verum etiā quia in miſerie fundum ſe detruſit: vt nihil ſentiat. Quando enim is peccata ſua vt oportet cognoſcet? quando nimiū ſe delinquere ſentiet? certe quaſi vile mancipiū ⁊ miſerum captiuum diabolus eum adduxit agitatq; verberibus ⁊ mille contumelijs quocunq; velit. Nam in tantā amentiā plerūq; impelluntur vt perſuaſi eſſe videant: liberis quoq; ac vxoribus et parentibus ac maioribus ſuis multo ſe eſſe meliores. Nonnullos autem maiorum excellentia inflari nimiū facit: ita contrarijs cauſis febricitant. Nam alij quoniam parentes / auos / proauos / humiles ipſi habuerunt. Alij quoniā claros et nobiles efferuntur: quomō igitur quiſpiam vtriuſq; poterit tumorē deprimere? Si ad alteros ſcilicet dixerit tu qui magna de nobilitate maiorum iactas / proauos atq; attauos tuos ſi ꝓgrediaris: inuenies m̄ltos e genere tuo agaſones forſan aut caupones fuiſſe. Ad alteros a contrario progrediaris / tu aliquantulū vltra parentes: ⁊ inuenies multos te clariores fuiſſe: hoc enim curſu genus fere humanum etiam a ſcripturis comprobari poteſt. Salomon regis erat ⁊ regis illuſtriſſimi filius: cuius pater abiect⁹ atq; ignobilis matern⁹ etiā auus adeo vilis vt nec gregario militi filiā collocare poſſet: hec ipā ſi altius repetes īuenies rurſus hoꝝ viliū gen⁹ illuſtre ac regiū: hoc de ſaul / hoc de multis alijs dici poteſt. Non igitur multum hinc extollamur. Dic



enim queſo quid gen⁹ eſt? Nihil aliud certe q̄ʒ verbi ſonitus ab omni re deſtitutus: quod in extremo illo die probe ſcietis. Verū quoniā nondū dies illa adeſt rationib; quantū in nobis ſitū eſt nullā in genere fieri preſtantiā vobis perſuadebim⁹. Conſidera igitur quando bellū irrumpit: quando fames ꝑmit: quando cetera huiuſmōi mala incumbūt: quomodo vniuerſus nobilitatis huius ſtatus euaneſcit: neſcit inter diuitē ⁊ pauperē vllo modo morb⁹ diſcernere: glorioſum ⁊ inglorioſum: nobilē ⁊ ignobilem nō cognoſcit. Mors quoq; / alieq; humanaꝝ rerū mutationes pariter omnes aggrediuntur: immo vero quod mirabile fortaſſis videbitur: multo magis diuites inuadere ſolent: quo eīm minus ad ferēdas mutationes exercitati ſunt: eo magis cū inciderint pereunt. Timor etiā ditiores maxime terret. Nam ⁊ principes ſummopere formidant: ⁊ liberos populos nō minus q̄ʒ principes metuūt. Multas quippe diuitum edes: modo impetuoſa ira populi: modo principis furor euertit / quorū pauperum fluctuū immunis omnio eſt. Hac igit nobilitate omiſſa ſi nobilitatē tuam oſtentare placet: libertatē mihi animi oſtende: libertatē dico eā quā ille vir beatus habebat / cū eſſet pauperrimus: a quo iterū atq; iterū herodes audiuit: Non licet tibi fratris tui philippi vxorē habere: quā is quoq; habuit ante iſtum ⁊ poſt iſtū. Similis huic fuit q̄ dicebat achab: Non ego / ſed tu ⁊ domus patris tui iſraelem peruertis. Mentis igitur nobilitatē poſſidere propera / quam prophete / quā apoſtoli omnes poſſidebant: quales eoꝝ animi qui diuitijs ſeruiūt eſſe non poſſunt: ſed quēadmodū qui ſub mille pedagogis degūt / quiq; a lictorib; detinētur: ſic nō audent extollere oculos nec liberi quicq̄ʒ dicere de virtute. Eris enī cupiditas: glorie ac aliarū reꝝ auiditas / tantū terrorē eis inferunt: vt ſeruiles / abiectos / adulatoreſq; cōſtituant. Nihil prorſus libertatē animi ſic tollit: quēadmodū ſeculariū reꝝ cupiditas / ⁊ eoꝝ que videntur eſſe preclara. Non enī ſibi viuunt / ſed alteri: ⁊ mille crudelib; dominis huiuſmōi homines premuntur: quos ſi recenſere placet / aliquē ex his qui apud reges plurimū poſſunt nobis ꝓponam⁹: cui magna rerū affluat copia: ingens potētia: patrie ſplendor: maiorū nobilitas: ad quē vniuerſa pene reſpiciat ciuitas. Conſiderem⁹ igitur an iſte ſeru⁹ omniū abiectiſſimus ſit: qđ vt facilius demonſtremus / nō ſimpliciter ſeruū: ſed ſeruū ſerui ei cōferamus. Is igit ſerui ſeru⁹ / ⁊ ſi nō libeꝝ: vnicū tamē habet dominū ad cui⁹ nutū omnia refert: quē ſi bene agendo propitiū ſibi faciat ſine aliqua cura quiete viuit. Ille vero quē admiraris non vnū aut alterū: ſed multos ⁊ importunos ſibi dominos cōquiſiuit. Dominatur eīm ei primo rex ipē. Nō eſt aūt equale abiectū habere dominū / ⁊ regi ſeruire / cuius aures multoꝝ verbis expoſite ſunt: ⁊ modo hi ſibi modo ille pſuadent Quare q̄uis nullius ſibi mali cōſcius ſit / qui regi ſeruit: omēs tamē timet tam pares q̄ʒ ſibi ſubiectos ⁊ tā amicos q̄ʒ inimicos: ſ; hic etiā inquies domini terrore agitat: at nō eſt equale vnū ⁊ multos timere: immo vero ſi quis voluerit diligenti⁹ inueſtigare multos ille / neminē hic formidat. Cur ⁊ q̄ pacto? Q̄m iſti nemo eſt q̄ inuideat: quiq; velit iſto expulſo ad eandē ſe intrudere ſeruiturē: quare fit vt nullus inueniat qui ſibi velit inſidias tēdere: multi vero ſunt qui nulli alie rei ſtudent / q̄ʒ vt illū qui proximus regi eſt a ſtatu eijcere: quare oīb; adulari cogitur: maiori / equali / amicis. Nam vbi glorie cupiditas eſt / ibi quia liuor vires ſuas exercet: nulla ſincera poteſt amicitia inueniri: ſed quēadmodū q̄ eodē artificio queſtū habent: ſic omnes qui vnā rē in ſeculo appetūt / ſincero ac puro nequeūt amore cōiungi vnde fit vt bellū int⁹ ſine inducijs ſemꝑ gerat. Vidiſti acerboꝝ multitudinē dominoꝝ: vis grauiores alios afferam⁹? omnes qui eo minores ſunt: maiores fieri diligentiſſime ſtudent. Qui vero excellunt / quoniā timent ne iſte anteueniat aperte ipi aduerſant: proch fidē hominū. Quid dicā video me pollicitū fuiſſe: dñoꝝ hui⁹ multitudinē recenſere. Oratio vero cōſequenter progreſſa magis q̄ʒ polliciti ſumus attulit: cū hoſtiū ingentē aceruū nō dominorū recenſuerit: immo vero ⁊ dños ⁊ hoſtes eoſdē eſſe probauerit: quippe qui ceu dñi diligēter colunt: ⁊ ceu hoſtes nimiū terrent: ceuq; inimici occulte inſidiantur. Neſcio enī quid pei⁹ excogitari poſſit / q̄ʒ vt eoſdē quiſpiā ⁊ dños ⁊ inimicos habeat. Nā ſerui et ſi iuſſa capeſſere coguntur: diligenti tamē cura dominorū protegūtur. Illi vero ⁊ iuſſa vt ſerui faceſſunt ⁊ vt hoſtes impugnantur: ⁊ tanto peius q̄ʒ qui aperto prelio certant: alter in alterū inſurgit: quanto occultius pungunt: quantoq; perſonas amicorū induti quaſi hoſtes aggrediūt: ⁊ aliorū calamitatibus felicitatē ſibi cōponunt. Noſtra vero non ſunt huiuſmodi: ſed ſi quis aduerſa opprimitur fortuna multi ſecū patiuntur ⁊ dolent: in ſecundis rurſus multi cōgratulant: ſicut apoſtolus ait: Siue vnū membroꝝ patiat omīa cōpatiuntur: ſiue vnū glorificat: omnia mēbra cōgaudent. Et modo quidē dicebat: Que autē mea ſpes vel letitia eſt: an non vel vos? modo autem ex multa tribulatiōe ⁊ cōpreſſione cordis ſcripſi vobis. Et quis infirmatur / et ego nō infirmor? Quis ſcādalizat / ⁊ ego nō vror? Cui⁹ igitur rei gratia exteriores fluctus ſuſtinemus: nec volum⁹ ad tranquilliſſimū nauigare portū. Quare nominib; omiſſis res oro amplectamur. Gloria enī ⁊ potentia diuitie / ac nobilitas / ceteraq; hmōi nomina ſunt apud exteros nuda: apud nos res firme atq; perpetue. Ecōtra vero mors ignominia ceteraq; quibus dolor ac meror efficit: nuda ſunt apud nos nomina: res autē apud illos veriſſime. Quo vt oculis ipis cernas gloriā in mediū primo adducamus que magna expetendaq; illis videt. Non dico igit quia breuiſſimi eſt temporis: nō dico q̄a cito extinguit: ſed quando maxime floret / tunc mihi rogo ipam oſtende. Nō auferas a ſcorto picturā ⁊ fucos ſed ornatū inducas: et tūc magis deformitatē ipſi⁹ reprehendi. Veſtitū igit expone: lictoꝝ multitudinē: preconis vocē: populi ſubiectionē: ſilentiū oīum ⁊ ꝙ admirātes aſpiciūt. An igit inquies hec preclara nō ſunt? Age perſcutemur ne ſint ſuꝑflua ⁊ poti⁹ inutili quadā ac falſa opiniōe q̄ nō veritate rerū cōprobant. Quid enī meli⁹ aut corpori aut anīe inde accidit: an maior ſtatura huic erit? aut ſanior: aut velocior: aut acutiores: perſpicatioreſq; ſenſus acquiret? Minime: cōſiderem⁹ ergo ne forte anīa quicq̄ʒ lucrata ſit. Num igitur modeſtior / aut prudentior aut manſuetior eo cultu hominū erit. Nequaq̄ʒ: immo vero econtra non enī quēadmodū corpori nihil adueniebat: ſic ⁊ anīe accidit. S; qđ grauiſſimum

eſt nõ ſolū nihil tū proficit anĩa: ſed magnū inſuper
vicioꝝ cumulū attrahit: hinc enim ad arrogantiam
hinc ad inanẽ glorie dementiā / iram / milleqꝫ alias
paſſiones impellitur. Sed gaudet inquies / iactat
atqꝫ gloriat̃. Incurabilẽ morbū ⁊ maloꝝ apicem ei
attribuis. Nam qui letat̃ his rebꝭ / nõ volet nec po
terit facile liberari: cū hac voluptate viā remedij oĩ-
no absciderit. Id igitur peſtiferum penitꝰ eſt / ꝙ nõ
dolet / ſed letatur magnitudine ac multitudine ma-
loꝝ: nõ enĩ ſemper letari bonū eſt. Nam ⁊ fures fur
to letātur: ⁊ adulter matrimonij ſordibꝭ: auarus ra
pina. Nõ ergo ſi letatur ſolū cõſidera: verū etiā ſi re-
cte letatur. Animaduertendū enĩ eſt ne talis leticia
eius ſit qualis adulteri ⁊ furis. Cur enĩ dic obſecro
letatur? Quoniā a multis honorat̃ / circūſpicitur: ⁊
extolli atqꝫ inflari poteſt. Et quid hac elatiõe leuiꝰ
excogitari poteſt? Nā ſi id malū non eſt / cur inanis
glorie cupidos vituperantes mille opprobrijs lace-
ramus? Cur arrogãtes ⁊ alioꝝ hominū cõtempto-
res odimus. Quid ſi recte ab omnibus fit / q̃uis
mille iſti habeãt lictores accuſandi tamẽ iniuria nõ
ſunt: hec de modeſtioribꝭ mihi principibꝭ dicta ſunt.
Multi enĩ eoꝝ maiora q̃ latrones / q̃ homicide / q̃
adulteri ⁊ ſepuchroꝝ violatores plerūqꝫ cõmittūt:
cū principatu nõ recte vtantur / nā ⁊ furant̃ aliena
impudentius: occidunt crudelius: multo iniquius
petulantia efferunt̃: nec parietẽ vnū / ſꝫ innumeras
domos effodiunt: facilꝰ omnia principatꝰ licentia
peragentes. Ita duriſſima eſt eoꝝ ſeruitꝰ / cū paſſio
nibꝰ deditinemẽ vereant̃. Uere igit̃ liber ⁊ ſolus
princeps ac rex regū ille eſt / qui paſſionū immunis
eſt. Que omnia intelligentes verā libertatẽ ample
ctamur: ⁊ pernitioſam virtutẽ fugiamꝰ: nec princi-
patꝰ magnitudinẽ nec diuitiarū pondus / nec aliud
hmõi preter virtutẽ beatificandū putemꝰ: ſic enĩ et
hic iucūde viuemꝰ: ⁊ futura bona cõſequemur: gra-
tia ⁊ miſericordia dñi noſtri ieſu chriſti Amen.

Homelia. LX. Ex capitulo. XVIII.

## V E mundo ab ſcandalis: neceſſe enim eſt venire ſcandala: verumtamen ve homini illi per quem ſcandalū venit. Si aūt manus tua vel pes tuꝰ. ⁊c.

Sed ſi neceſſe eſt vt ſcandala veniant quiſpiam
opponet: cur mundū quaſi miſerū deflet: cū manū ei
porrigere / atqꝫ opitulari potiꝰ oporteret. Hec q̃ppe
prudentis medici dominiqꝫ prouidentiſſimi: illud
cuiuſuis opus eſſe nõ iniuria poteſt: quid igit̃ ad tā
impudentiſſimā linguā reſpondebimꝰ? Ꝙ licet ni-
hil diligentiſſime illius cure par excogitari queat:
cū enĩ deus ſit: homo quoqꝫ propter te factꝰ eſt: ⁊ ſer
ui aſſumpta forma extrema omnia paſſus: nihil qđ
ad ſe pertineret pretermiſit: ceteꝝ quoniā nihil hinc
vtilitatis ignauiſſimi homines cõſecuti ſunt: iccir-
co eos deflet: q̃ etiā poſt tot tātaqꝫ ſibi allata reme-
dia in morbis eoꝝ perſeuerarūt: veluti ſi quis febri
citantẽ / cui licet peritus medicꝰ ſedulo affuerit: ta-
men quia precepta eius cõtempſit / cū plorans dice-
ret: Ue illi homini a graui egrotatione quā ꝑ igna-
uiā plurimū atqꝫ plurimū auxit: verū ibi nihil plo-
ratꝰ ꝯducere põt. Hoc genus quoddā curatiõis eſt

futura mala predicere / ⁊ deflere nõ penitẽtes: pre-
ſertim cū multi nullā ex cõſilio / nullā ex fletu vtili-
litatẽ habuerunt. Ideo ve dolentis vocẽ adhibuit:
vt dolore ſuo ipos incitaret / ac diligentiores vigi-
lantioreſqꝫ faceret. Ad hec beniuolentiā q̃ꝫ ſuā erga
illos ⁊ clementie magnitudinẽ oſtendit: quia vel cõ
tradicentes deflet. Ita non modo nullā moleſtiā ex
duritia aduerſarioꝝ capiebat: verū etiā ⁊ flendo et
predicendo ad ſanā eos mentẽ reuocare conabatur.
Sed quomõ inquies id fieri poteſt? Nā ſi neceſſe eſt
vt ſcandala veniāt: quo pacto ea euitare poterimꝰ?
Quia videlicet neceſſe quoddā eſt vt ſcandala veni
ant: perire aūt nõ oĩno neceſſe eſt: ceu ſi medicꝰ qui-
dem dixerit: ſi nulla medicina vteris neceſſe eſt / vt
in hunc rurſus incidas morbū: nõ oĩno perire neceſ
ſe eū erit qui vigilanter attendit. Accedit ꝙ diſcipu
los etiā hac ratione non nihil exſuſcitat. Nā ne qua
ſi dormitantes quoniā ad profundā pacẽ ⁊ trãquil-
lā vitā mittant̃ / negligentiores ſint: multa vndiqꝫ
aduerſus eos tā deforis q̃ꝫ intus inſurrectura bel-
la oſtendit: qđ paulus quoqꝫ ſignificauit dicẽs: Fo-
ris pugne ſunt: intra timores ⁊ ꝑicula in falſis fra-
tribus ⁊ ad miletos diſſerẽs dixit: Exurgent qui-
dem ex vobis loquentes ꝑuerſa: ipe q̊ꝫ dicebat: Ini
mici hoĩs domeſtici eiꝰ. Cū aūt neceſſitatẽ ſic di-
cat / non quia voluntas libertatẽ poteſtatẽqꝫ liberi
arbitrij tollat: nec quia neceſſitati reꝝ humanā ſub
ijciat vitā: hoc dicit: ſed qđ oĩno venturū eſt prenun
ciat: Qđ lucas alijs verbis expreſſit non eſſe ſuſce-
ptibile dicens / ꝙ nõ veniant ſcandala. Que porro
ſunt ſcandala? Recte ac probe vite cõfuſio atqꝫ per-
uerſio. Sic etiā qui verſant̃ in ſcena eos qui corpo-
ra peruertūt: ſcandala vocāt. Nõ ergo ꝑdictio ipius
ſcandala inducere putanda eſt. Nõ enĩ quia futura
ſcandala predixit iccirco veniūt: ſed quoniā oĩno vẽ
tura erāt / iccirco predixit. Nõ enĩ fierẽt ſi nollent ea
excogitare nequā hoĩes atqꝫ peſtiferi: ꝙ ſi vẽtura
nõ fuiſſent: nec ipſe futura predixiſſet. Uentura ꝟo
erant / quia multi erant grauiter egrotantes / q̇ no-
luerūt nõ agere maligne: ⁊ ipe qđ futurū erat predi
xit. Sed ſi illi curati fuiſſent quiſpiā dicet: ac nemo
eſſet qui ſcandala faceret: nõne hic ſermo falſitatis
crimine teneret̃? Certe ſi curari ſanariqꝫ oẽs voluiſ
ſent / nõ dixiſſet: neceſſe eſt ſcandala venire. Sed q̄
ſua ſponte incurabiles futuros ꝑſpiciebat: ideo ven
tura oĩno predixit. Sed quā ob rẽ ipe nõ eiecit ſcan
dala inquies? Et cuiꝰ rei gratia tollenda erant: an
propter eos qui detrimento afficiunt̃: ſed nõ quia q̇
inde detrimentū patiunt̃ pereūt: ſed deſidia ⁊ igna
uia ſua / qđ virtutis cultores veꝝ eſſe oſtendūt: qui
nõ modo nullā a ſcandalis iniuriā patiunt̃: ſed pre
cipuos etiā queſtꝰ nanciſcunt̃: qualis certe iob ille
erat / qualis ioſeph: quales iuſti deniqꝫ omnes: ꝙ ſi
multi pereūt propter negligentiā ſuā id accidit. Ni
ſi enĩ ita res ſe haberet: ſi propter ſcandala ipa homi
nes perirẽt / vniuerſi ſane hoĩes id paterent̃: quo-
niā ꝟo multi euadunt / qui nõ effugit: ſibijpſi culpā
attribuat. Nā ſcandala quidẽ vt iā tetigimus exci-
tant etiā atqꝫ acuunt / ⁊ perſpicaciorem faciūt: non
ſolū eū qui ſibi diligenter cauit: verū etiā eū qui for
te incidit: nā poſteaqꝫ inde ſe eripuerit / cautior atqꝫ
tutior reddit̃. Quare ſi diligẽtiores ſumꝰ nõ paruū
fructū ea ex re capiemꝰ q̄re vigilare ſꝑ cõpellimur.
Ꝙ ſi i ipo ingreſſu oſtiū cū tot tãteqꝫ incūbāt tẽpta-



tões q̄ſi ſomno diſſoluti iacemꝰ: q̄d de nobꝭ ſperādū
eſſet / ſi magna in tranquillitate reꝝ viueremꝰ. Qđ
ſi vis a primo ſtatim homine id conſidera: nam ſi cū
breui tẽpore nec dic fortaſſe integra in paradiſo de-
litiaꝝ vixerit ad tantū prauitatis deuenit: vt equa
litatẽ dei falſa cogitatione ſperauerit: ⁊ ſeductorem
huiꝰ beneficij auctorẽ opinatus vnū preceptū ſer-
uare nõ potuit. Quid ille nõ feciſſet ſi longiſſimo in
tranquillitate illa tempore vixiſſet? His ita dictis
alia rurſus interrogantes opponūt: vt cur inquiūt
deus talẽ ipm effecit. Non fecit quippe deus talem
nõ enĩ penis afflixiſſet: ſi talẽ ipm feciſſet. Nā ſi nul-
lius nos rei cū ipi cauſa ſumꝰ ſeruos noſtros ⁊ ver
nas criminamur: multo minus creator omniū cri-
minaret̃. Unde igit̃ hoc factū eſt inquiūt? Ab eo ſa-
ne ipo ⁊ negligentia ſua. Quid porro eſt inquit ab
eo ipo / diligenter abs te ipo requiro? Nā ſi maligni
tates a ſeipis non ſunt / noli tuos ſeruos caſtigare:
nec vxorẽ ſi peccat increpa: nec liberos verbera: nec
amicos incuſa: nec offendẽtibꝰ inimicis infẽſus ſis
Nā hi omnes niſi ſponte delinquant nõ punitione
ſed miſeratiõe digni ſunt. Non poſſum inquies ita
philoſophari: certe ſi nõ illoꝝ culpa quicq̄ꝫ factū cõ-
ſpexeris: ſed quadā alia neceſſitate incūbente mĩme
nõ poteris philoſophari. Nā quando ſeruꝰ egritu-
dine oppreſſus iuſſa nõ fecerit: nõ modo nõ crimina
ris: verū etiā valde cõmiſereſceris. Quare tu ipe te-
ſtimoniū perhibes / nõ nihil ab ipo / nõ nihil aliūde
ac nõ ab ipo fieri. Similiter ergo etiam hic ſi ſcires
ꝓmū hoĩem prauū fuiſſe: q̄ tal' fuerat factꝰ nõ ſolū
ñ accuſares: veꝝ etiā veniā facile dares. Nā ſi mor
bo ſerui cõditioni ignoſcis: cur creature dei nõ igno-
ſcis / ſi talẽ factū a principio arbitraris? Uerū inde
quoqꝫ ora iſtoꝝ obtruere facile poſſumus: nā vndiqꝫ
veritatis affluūt adminicula: ſi eos interrogabimꝰ
quam ob rem nunq̄ꝫ ſeruos criminātur / ſi facie for-
moſi non ſint: ſi non proceres ſtatura: ſi nõ quaſi vo
lucres in eundo / ceteraqꝫ huiuſmodi: quia videlicet
natura hec non voluntate conceduntur: immunis
eſt ergo ipſe eiꝰ culpe que ſibi iā natura inuexit: nec
vllus vnq̄ꝫ huic orationi contradicet. Cum igit̃ ac-
cuſas tunc oſtendis: profecto nõ a natura / ſed a vo-
luntate mala quippiā proceſſiſſe. Nā ſi que minime
culpamus / ea nature delicta eſſe / aut ſaltẽ nõ volū
tate teſtamur: patet ea ſolū culpari / q̄ voluntati cõ-
mittunt̃. Noli ergo peruerſas in mediū ratiocina-
tiones inferre: nec ſophiſmata ⁊ oratiõis cõtextum
telis aranearū viliorẽ. Uerū illud mihi rurſum re-
ſpondeas: nõne omnes homines a deo creati ſunt?
Quis dubitat inquies: quõ igitur virtutis ac vicio
ſitatis ratione omnes equales nõ ſunt? Nā ſi natu
re ſunt hec ⁊ nõ voluntatis: quõ virtutẽ alij eligunt
alij vicioſitatẽ ſequunt̃: cū certe ſi natura omnes vi
cioſi eſſent cõcreati: nemo virtutẽ colere poſſet. Sin
vero ecõtra natura boni omnes prodiremꝰ: nullus
vnq̄ꝫ malꝰ inueniret̃. Nā ſi vna eadẽqꝫ natura oĩm
eſt: hac ratione vnū vniuerſos eſſe oportet: ſiue bo-
nos quis dicat ſiue malos: ſi putarit natura alios
bonos / alios malos: id (vt diximus) preter oẽm rõ
nẽ eſt. Nā q̄ natura fuerint / immobilia ſint: nunq̄ꝫ ꝓ
fecto hec mouent̃: quod hoc pacto conſidera: morta-
les omnes ſumus atqꝫ paſſibiles: quare nemo im-
paſſibiles erit etiā ſi quis cõtemnẽdo dirumpatur.
Nunc ꝟo multos a probis moribꝭ ad improbos et

ecõtra a malis ad bonos cõuerti: ⁊ illos negligẽtie
delinquere: hos diligentia perficere quotidie vide
mus: qđ maxime non nature hec eſſe facile demon-
ſtrat. Quippe cū naturalia nec vllo mõ mutentur
nec ſtudio ac diligentia hominū acquirunt̃: ⁊ quẽ-
admodū nulla indiges ad videndū audiendūqꝫ ope
ra: ſi nullo tibi labore ad colẽdā virtutẽ opus eſſet /
ſi natura nobis inſita eſſet. Cuiꝰ aūt rei gratia ma-
los natura nos ab initio creaſſet: preſertim cū poſ-
ſet bonos creare? Nullius profecto: vnde igitur ma
la inq̄es ortū habuerūt: tu tibijpſi reſponde. Meū
enĩ opus eſt / nõ a natura hoc: neqꝫ a deo inditū no-
bis fuiſſe. Caſu ergo inquies? Minime minime in-
quā. An igitur nullū eoꝝ principiū eſt: ſꝫ ab eterno
ſemper fuerūt? Meliora dic verba homo: ⁊ imma-
niſſimū hunc furorẽ execrare: quo vnū deo ⁊ pecca-
to cultū attribuis: ⁊ cultū precipuū / immo ꝟo ſup-
mū meo iudicio. Preterea ſi mala ingenita ſunt: tā-
tas vires poſſidebunt vt nec euelli / nec omnino eſſe
poſſint. Nā qđ ingenitū ⁊ abſqꝫ principio eſt / nulli
corruptiõi ſubijcit̃. Ad hec ſi nequitia / ſic inuicta eſ-
ſet / quomõ tā multi homines virtutẽ colere potue-
rūt: aut quomõ mortales ⁊ caduci eternā ⁊ immor-
talem vicioſitatẽ ſuperauerūt. Sed deus inquies
vires eoꝝ eneruat: quomõ eneruabit / aut omnino
quomõ deſtruet coeterna vicia: nec minꝰ pollentia
ſed equaliū viriū ⁊ eiuſdẽ (vt ita dixerim) etatis. O
acutā diaboli malitiā: quātū q̄ꝫqꝫ pernitioſum ma-
lū excogitauit: qua impietate ac blaſphemia inuol-
uit homines. Simulatione nanqꝫ pietatis ne a deo
peccatū eſſe videat̃: peſtiferū dogma introductū eſt
quo ingenitū peccatū eſſe aſſerūt. Unde igitur orta
ſunt inquit? Ex eo ꝓfecto quod eſt velle ⁊ nolle: ipm
autẽ velle ⁊ nolle vnde nā eſt? Sane a nobiſipis: ve-
rū hec crebra interrogatio tua ita profert̃: quemad-
modū ſi a me quereres: vnde hoĩes videant: cūqꝫ
ipe reſponderẽ: ex eo qđ eſt oculos claudere / ac non
claudere: rurſum tu interrogationibꝭ me fatigãdo /
diceres: hoc ipm aūt claudere oculos ⁊ nõ claudere
vnde eſt? at ſi ego a nobiſipſis dicerẽ / ⁊ a voluntate
noſtra huius rei reſpõſum voluntatis cauſas que-
reres. Nihil enĩ aliud malū eſt q̄ꝫ deo non obedire.
Sed hoc ipm inquies vnde hoĩes inuenerūt: dic
queſo putas ne difficile adinuentū fuiſſe? Nõ dico
inquies / quia difficile hoc ſit: ſed vnde inductus eſt
vt obtꝑare nollet / ex deſidia ſane atqꝫ ignauia. Nā
cū dominꝰ ad vtrūlibet ſit: pronior ad hoc propter
deſidiā fuit. Ꝙ ſi adhuc ancipiti mente vagaris / et
obſtupeſcis cū hec audias: ego abs te nõ arduū qui-
dem ac multiplex: ſed ſimplex ⁊ perſpicuū queram.
Fuiſti ne vnq̄ꝫ malus cū antea probus eſſes: vt pu-
ta fuiſti aliqua paſſione ſuperior ante: deinde ab ea
dem ipa ſuperatus. Sopitus ne vnq̄ꝫ vino fuiſti: ⁊
rurſus bibendi voluptatẽ depuliſti? Aut nõnunq̄ꝫ
ira commotus: nõnunq̄ꝫ in te conuerſus? Nihil aut
parum paſſus ab ira es? Deſpexiſti pauperem ali-
quando / ⁊ aliquando fouiſti. Fuiſti fornicatus ali-
quādo cum in preſentiarū modeſtiſſime viuas. Re
ſponde igitur queſo vnde nam hec omnia ſunt? qđ
ſi non facis: ego pro te libenter faciam: quia videli-
cet ſtudio ac diligentia voluiſti a malo nõnunq̄ꝫ ab
ſtinere: nõnūq̄ꝫ ꝟo deſidia diſſolutꝰ cecidiſti hec ad
te: nā his q̇ bene agẽdi deſperatõe q̄ſi furore quodā
adacti: ita ſemper in peccatoꝝ ſordibꝭ inuoluunt̃: vt

ħec audire quicq̃ꝫ de virtute velint:nullũ de viuẽdi
philoſophia verbũ cõmittã:cũ his ṽo qui modo ra-
tionẽ ſecuti recte agũt:modo cupiditate ſuperati de
linquũt iucunde diſſerã. Rapuiſti aliquãdo alienũ
deinde penitentia flexꝰ:non mõ reſtituiſti:verũ etiã
de tuis egeno contuliſti. Unde igiť hec tanta muta-
tio:nõne a voluntate atqꝫ cõſilio tuo? Nemo profe-
cto dubitabit:quare obſecro ſtudete inquã virtuti/
⁊ friuolas queſtiones has relinquatis:mala enim
cũ nullã rem habeant/nomina ſolũ ſunt. Non ergo
queras vnde ſint:nec ancipiti mente pendeas:ſꝫ cũ
audieris ex negligentia noſtra proficiſci/quaſi ve-
nenũ ea fugito:⁊ ſi quis dixerit nõ eſſe a nobis ipſa
cũ eũ videris ſeruo iratũ/infeſtũ vxori/criminantẽ
liberos/improbantẽ iniuſtos/dic ad eũ: Quõ igiť
dicebas hec nõ eſſe a nobis? nã ſi a nobis non ſunt/
cur illos criminaris? ac rurſum ad ipm̃ dicas:abs
te ne ipõ ad obiurgandũ ⁊ cõtumeliandũ procedis:
an nõ? Nã ſi nullo pacto abs teipõ nec tibi aliꝰ nec
tu alijs iraſcaris:ſin ṽo abs teipõ/iã vides abs te/
ac negligentia tua originẽ vicia traxiſſe. Quid por-
ro nũ opinaris nonnullos eſſe probos? Si nemo eĩ
probus eſt/vnde tibi hoc nomẽ inuentũ eſt? vñ hor-
tatio ad virtutẽ? vñ bonoꝝ laudes? Sin ṽo probi-
aliqui ſunt/procul dubio iure improbꝭ increpatur/
⁊ increpantes ipſi hac ratione quoniã iniuria incre
pant boni nõ erunt. Quid enĩ peius excogitari poſ-
ſit/q̃ꝫ innocentẽ criminibꝭ falſo accuſare? Et ſi pra-
uos iccirco boni reprehendunt:quia poſſent eſſe nõ
praui:hoc certe nõ paruũ probitatis ſue argumen-
tũ dixerim:vnde vel mente captis patere arbitror/
neminẽ vnq̃ꝫ neceſſario malũ fuiſſe. Si ṽo poſt hec
oĩa vnde ſunt mala quereres:nõ dubitabo ſepiꝰ
dicere:a deſidia ac ignauia tua:quia cũ prauis con-
uerſeris:quia virtutẽ ſpernas:hinc certe ⁊ mala ſũt
⁊ hoc ipm̃ vt vnde ſint mala queras:hinc omnio eſt
Nemo enĩ recte viuentiũ:nemo eoꝝ qui modeſtiam
atqꝫ humilitatẽ colunt/friuola iſta querit:ſed auda
ces atqꝫ proterui qui deſidiã ſuã defendere conanť
has aranearũ conſimiles telis rationes fruſtra cõ-
fingunt:quas nõ verbis ſolũ/ſed multomagis ope
re nos deſtruamꝰ. Nã ſi ex neceſſitate mala fierent:
nõ dixiſſet profecto chriſtus:Ue homini illi per quẽ
ſcãdala veniũt:illos enĩ ſolos quaſi miſeros deflet
qui ſponte ſua malis adherent. Noli aũt admirari
ſi per quẽ ſcriptũ eſt. Cõſueuit quippe ſcriptura per
quẽ nõnunq̃ꝫ pro a quo dicere:ſic qñ vt diciť: Poſ-
ſedi hominẽ per deũ:nõ enĩ ſecũdã quandã cauſam:
ſed primã oĩno poſuit:⁊ rurſus: Nõne per deũ ma-
nifeſtatio eoꝝ eſt/⁊ fidelis eſt deus/per quẽ vocati
eſtis in cõmunicationẽ filij ſui. Ceterũ vt diſcas nõ
neceſſario nos malos eſſe/que ſequunť ꝯſidera: nã
poſtea malos quaſi miſeros defleuit. [Si manus
vel pes ait tuus te ſcandalizauerit/abſcinde ⁊ proij
ce abs te:bonũ eſt tibi claudũ vel debilẽ intrare ĩ vi
tã/q̃ꝫ duos manꝰ vel duos pedes habentẽ mitti in
ignẽ. Et ſi oculus tuꝰ dexter ſcãdalizauerit te/erue
eũ. Bonũ tibi eſt monoculũ ĩ vitã intrare/q̃ꝫ duos
oculos habentẽ mitti in caminũ ignis.] Non enim
hec de membris ſibi dicta ſunt/ſed de amicis ac ne-
ceſſarijs/quos quaſi membra nobis cõiunctos du
cimꝰ:qd ⁊ ſi ſuperius ab eo tactũ ſit/tamẽ etiã nũc
diciť. Nihil enĩ ita pernitioſum ac peſtiferũ eſt vt cõ
ſuetudo prauoꝝ hominũ ac cõuerſatio:quippe cum
amicitia atqꝫ neceſſitudo ⁊ ad nocendũ ⁊ ad iuuãdũ
plus nõnunq̃ꝫ efficit q̃ꝫ neceſſitas potuiſſet: ac ideo
magna quadã cũ vehemẽtia iuſſit nocentes a nobis
propinquos depellere:eos ṽo amputãdos atqꝫ ꝓij
ciendos eſſe cõſequentia ipã rerũ ſignificat qui ſcan
dali auctores ſunt. Uides queadmodũ futurũ e ſcã
dalis detrimentũ exterminat:tũ quia predixit oĩno
ventura:vt nullus ocio poſſit marceſcere:ſꝫ expecta
tione ſcandali cõmotꝰ iugiter vigilet:tũ quia oſten
derit extrema ⁊ maxima eſſe mala. Nõ enĩ ſolũmo-
do ſimpliciť ve dixit mõ a ſcandalis:veꝝ etiã vt ma
ximã ab illis ſequi pernitiẽ mõſtret:auctorẽ ſcanda
li multomagis/quaſi miſerũ deplorauit dicẽs: Ue
rũ tamẽ ve illi hoi:quibꝭ verbis magnũ oſtẽdit ſup-
pliciũ illi futurũ:nec id ſibi ſatis fuit:ſed ſimiliũ ad-
iectione terrorẽ in maiꝰ extulit/⁊ viã mõſtrauit per
quã hec ſcandala fugere poſſimꝰ. Que autẽ hec via
eſt? Praui homĩes inq̃t etiã ſi valde tecũ amore aut
neceſſitudine cõiuncti ſint/abſcindendi ſunt ab ami
citia tua. Nã niſi hoc feceris/nec illos lucraberis:⁊
tuipẽ ſimul peribis. Sin ṽo procul abs te illos ab
ieceris/tu ſaltẽ ſalutẽ cõſequeris:quare ſi cuius cõ-
iunctio ſaluti tue obeſt/reijce ipm̃ abs te. Nã ſi no-
ſtra plerũqꝫ mẽbra reſcindimꝰ cũ incurabili morbo
⁊ ipã tabeſcunt/⁊ reliquis officiũt:multomagis in
amicis atqꝫ cognatis id faciendũ. Si aũt natura no
bis mala inſita eſſent/hec ſane ammonitio atqꝫ cõſi
liũ fruſtra oĩno dareť:cũ omni cura ⁊ diligentia ni-
hil poſſet prodeſſe. Sin ṽo vanũ hoc cõſiliũ nõ eſt:ſi
cut certe nõ eſt:patet a voluntate hominũ improbi-
tatis opera proficiſci. [Uidete ne cõdemnatis vnũ
de paruulis iſtis:dico enĩ vobis quia angeli eoꝝ ſꝑ
vident faciẽ patris mei/qui eſt in celis] Paruulos
hic nõ etate/ſed multoꝝ eſtimatiõe appellauit:pau
peres dico ignotos ceteroſqꝫ hmõi quos multi con-
temnere ſolent:qui nec re vera paruuli ſunt/cũ crea
tori omniũ amici ſint:ſed multoꝝ eſtimatione tales
eſſe putanť:hinc iterũ detrimentũ ſcãdali quaſi ma
teriã quandã ſemouet/atqꝫ diſterminat. Nã quem
admodũ ſi quis proteruos homines fugiat:ſic ſi ꝓ
bis adheret/vberes fructus inueniet:ac duplicã q̃
dam tutela ⁊ firmiora ſecuritate vteť. Altera quia
ſcandalizantiũ coniunctionẽ aſpernať. Altera quia
probos ac ſanctos viros colit atqꝫ honorat:q̃s mul
tomagis venerabiliores facit dicẽs: Quia eoꝝ an-
geli patris mei faciẽ ſemꝑ aſpiciũt:hinc manifeſtum
eſt quia omnes ſancti angelos habeãt. Apoſtolus
etiã ait de muliere quoniã velamẽ debeat habere in
capite propter angelos. Et moyſes ſtatuit fines in
quit gentiũ ſcõm numerũ angeloꝝ dei:hic ṽo nõ de
angelis ſimpliciter diciť:ſed de angelis excellẽtibꝰ
atqꝫ ſupremis. Nihil enĩ aliud deſignatur cũ faciẽ
dicat patris mei aſpiciunt/q̃ꝫ ſumma fiducia eoꝝ ⁊
honor precipuꝰ. [Uenit enĩ filiꝰ homĩs ſaluare qd
perierat] Aliã rurſus infert rationẽ/⁊ multo q̃ꝫ ꝑ
or fuerat firmiorẽ/cui ſimilitudinẽ ſubiũgit q̃ pũ ca
dẽ velle induciť. [Quid enĩ vobis videť inq̃t ſi fue-
rint alicui centũ oues/⁊ errauerit vna ex ipis:nõne
relinquẽs nonagitanouẽ ad montẽ profectꝰ q̃rit eã
que errauit:⁊ ſi inuenerit eã/letať ſuꝑ eã magis q̃ꝫ
ſuper nonaginta nouem/que non errauerant. Ita
non eſt voluntas coram patre meo/qui eſt in celis
vt pereat vnꝰ de paruulis iſtis.] Perpẽdis q̃t qui-
buſqꝫ rõnibꝭ ad curã tenuioꝝ fratrũ nos ĩducit. No



li ergo dicere ferrariũ eſſe aliquẽ fabꝛũ/aut ſutorẽ/
aut agricolã/ac ideo quaſi rudẽ atqꝫ indoctũ eſſe cõ
temnendũ:vide quanta ſibi cura ſit ne hoc patiaris
vide quot te argumentis ad modeſtiã ⁊ ad curã mi
noꝝ fratrũ reuocat. Infantẽ in medio ſtatuit/⁊ di-
xit: Efficiamini vt paruuli:⁊ quicunqꝫ talẽ ſuſcepe
rit paruulũ/me ſuſcipit:quicũqꝫ hũc ſcandalizabit:
extrema luet ſupplicia: ⁊ ad terrorẽ mole ac ſubmer
ſionis ve nimiũ miſerantis verbũ adiecit:⁊ ſi ſcãda
liſantes homines etiã ſi loco manuũ atqꝫ oculoꝝ no
bis eſſent abſcindere iuſſit:angelorũ quoqꝫ qui hos
tenues fratres tutantur auctoritate/vt eos venere
mur impellit:ac demũ a ſua voluntate ac paſſione
hortať. Nã cũ dicit: Uenit filius homĩs ſaluare qd
perierat:paſſionẽ ⁊ crucẽ ſuã ſignificat:ſicut ⁊ pau-
lus de fratre ſcribens dixit: propter quẽ xp̃s mor-
tuꝰ eſt: Nec ſuffecerũt ſibi hec omnia: verũ etiã a di
gnitate patris ad hoc ipm̃ inducit quia nec patri q̃-
dem videť:vt vnꝰ iſtoꝝ paruuloꝝ pereat:⁊ a cõmu
ni cõſuetudine hominũ/quia paſtor ſaluis ouibus
derelictis eã que errauit diligentiꝰ querit:⁊ cũ in-
uenerit ſummopere de illiꝰ ſalute letať. Si ergo de
us mirũ immodũ inuento paruulo gaudet:q̃ tu au-
des ratione ea cõtẽnere atqꝫ cõculcare que deo cha-
riſſima ſunt:cũ oportcat animã quoqꝫ ipam ꝓ vno
iſtoꝝ tradere puſilloꝝ. Ita inquies:ſed abiectꝰ ⁊ te
nuis eſt. Hac quidẽ ratione multo diligentius tibi
omnia facienda ſunt:vt eũ cõſerues. Nã ⁊ ipẽ nona
gintanouẽ relictis ouibꝭ ad errantẽ deſcẽdit:nec po
tuit illarũ multarũ ſalus perditionẽ vniꝰ obduce-
re atqꝫ obfuſcare. Lucas aũt in humeris quoqꝫ at
tuliſſe ait:⁊ maiorẽ factã eſſe leticiã in vno peccato-
re aſſerit/q̃ꝫ in nonaginta ⁊ nouẽ iuſtis. Ita ⁊ quia
propter errantẽ vniuerſum derelinquit gregem:et
quia magis in hac inuenta letatꝰ eſt:magnũ ſtudiũ
multãqꝫ curã eiꝰ ſe habuiſſe oſtendit:criminationi-
bus enĩ illis quibꝭ intendit/nõ vult peruenturum
ad celos qui nõ fuerit ſicut paruulꝰ: ⁊ mola ⁊ ſub-
merſione tumorẽ proteruoꝝ hominũ depreſſit. Ni-
hil ſane ita charitati repugnat:ſicut ſuperbia ⁊ men
tis elatio. Quia ṽo dixit ſcandala neceſſaria fore vi
gilantiores nos reddidit. Cũqꝫ adiecerit: Ue illi per
quẽ ſcandala veniũt:vnũquẽqꝫ cauere hortatur:ne
culpa ſua ſcandalũ accidat. Et aũt precepit ſcanda-
lizantes eſſe propellendos: ſalutis iter nobis expe-
ditiꝰ faciendũ admonet. Et deniqꝫ iuſſerit/ neqꝫ id
ſimpliciter:ſed vehementer atqꝫ acriter cũ dicat: Ui
dete ne aliquẽ iſtoꝝ cõtempſeritis paruuloꝝ:q̃a eo-
rũ angeli patris mei faciẽ ſemper aſpiciunt:et quia
ego propter eos veni:⁊ hec patris mei voluntas eſt
ad tuendos conſeruandoſqꝫ puſillos diligentiores
nos reddit:perſpicis q̃ꝫ ingentia in tutelã tenuium
menia erexerit:⁊ quantũ ſtudiũ curãqꝫ habeat/ne ꝑ
dantur:tũ quia in ſupremas decipiẽtibꝭ eos penas
ſtatuit:tũ quia ſummã pollicetur mercedẽ his q̃ cu-
rã eoꝝ ſuſcipiunt:idqꝫ tam ſua q̃ꝫ patris auctoritate
corroborat. Dominũ igiť etiã nos imitemur:⁊ ni
hil pro fratribꝭ omittamꝰ:etiã eoꝝ que humilia vi-
liaqꝫ nimiũ videanť:ſed ſi ammiſtratiõe noſtra etiã
opus fuerit:q̃ꝫuis tenuis atqꝫ abiectꝰ quidẽ/cui ad
miniſtrãdũ ſit fuerit:q̃ꝫuis ardua nobis res atqꝫ la
boris plena eſſe videať:q̃ꝫuis montes preruptaqꝫ ꝓ
cipitia tranſeunda:omnia hec pro fratris ſalute to-
lerabilia faciliora qꝫ oro videanť. Tãto eĩ ſtudio tã-
taqꝫ cura deus dignã eſſe animã oſtendit: vt neqꝫ fi-
lio ſuo pepercerit. Quare obſecro ſummo mane cũ
a domo exieritis hanc vnicã intentionẽ habeatis/⁊
hoc ante omnia ſtudiũ vt e periculis aliquẽ libera-
re poſſitis. Nec dico ab hoc corporis ꝑiculo ſolũ:nã
hoc nec periculũ quidẽ vere dici poteſt:ſꝫ multoma-
gis a periculo anime qd temptatione diabolica ho-
minibꝰ inferri ſolet. Si mercator vt rẽfamiliarem
amplificet terroris plena maria nauigat:ſi opifices
vt rebꝭ ſuis quicq̃ꝫ adijciant/duros tolerant labo-
res ⁊ nos pariť ſaluti noſtre ſalutẽ proximoꝝ adijci
amus:preſertim cũ qui ſua cõtentus negligit alie-
na:nec ſua quidẽ conſequi poteſt:in prelio enĩ ac ex-
pedita acie qui ſibi ſolũ cõſulit miles:nec aliud reſpi
cit q̃ꝫ quõ poſſit fugiendo animã ſuã ſeruare:is cete
ros q̃ꝫ milites ſecũ ad ꝑnitiẽ trahit:queadmodũ ecõ
tra generoſus miles cũ alios tutari conať:ſe quoqꝫ
ipm̃ defendit. Quoniã igiť bellũ quoqꝫ nobis indi-
ctum eſt:⁊ preliũ agitur amariſſimũ:⁊ acie inſtructa
tã pugnamꝰ:ſic magno aĩo vt noſter iuſſit impera
tor ad ſanguinẽ ⁊ ad necẽ ſimꝰ preparati:vt ad ſalu-
tẽ omniũ pugnemꝰ. Alios cohortatiõe:alios auxi-
lio iuuantes. Multi enĩ in hac acie fratres perfoſſi
atqꝫ ſanguinolenti iacent:nec vllus inuenit q̃ medi
teť: nõ e vulgo aliquis:nõ preſbyter:nõ pontifex:
nõ amicus:nõ frater:nõ aliꝰ quiſpiã:ſed omnes ita
nobis attendimꝰ/ne ipã quoqꝫ noſtra ſimul cũ alie
nis corruant. At qui nõ ignoramꝰ magnã inde ad
deũ fiduciã:magnã approbationẽ cõparari:ſi quis
ob alioꝝ ſalutẽ ſuã iugiter queritet. Cuiꝰ rei oppo-
ſitũ facientes tã prauis hominibꝭ q̃ꝫ diabolo facilio
res imbecillioreſqꝫ nos ipõs cõſtituimꝰ:nõ enĩ aliter
pro altero arma capimꝰ:nec dei charitate nos com
munimꝰ:ſed externe cuiuſdã amicitie iuuamĩa que
rimꝰ:ſic aliꝰ affinitate/alius cõſuetudine/aliꝰ con
ſortio/alius vicinia/aliꝰ alia quadã ratiõe. Nemo
fidei ac religionis pietate nobis amicꝰ eſt. Cũqꝫ de
beremꝰ hinc ſolũmõ amicitie federa cõtrahere: op-
poſitũ oĩno ⁊ quidẽ ſtudioſe facimꝰ: cũ iudeis non-
nũnq̃ꝫ ⁊ gentilibus magis q̃ꝫ cũ eccleſie filijs amici-
tias cõiungentes:proteruꝰ enĩ iſte:ille ṽo humanꝰ
aũt eſt atqꝫ modeſtus. Quid agis:proteruũ tu fra
trẽ vocas qui nec recta quidẽ dicere videris:nec ali
quo pudoris ſigno erubeſcis. Ita de fratre ſentiẽs
atqꝫ predicãs/qui membrũ eſt tuũ/qui eoſdẽ vna te
cũ parturiẽte labores attulit:qui eadẽ tecũ aliť mẽ-
ſa. At ſi fratrẽ ſcõm carnẽ habeas:etiã ſi mille vicijs
polluať:nõ parũ tamẽ ad illiꝰ defenſionẽ ſtudes cũ
putes ſi facinora illiꝰ in lucẽ prodeãt ſociũ te dede-
coris futurũ. Spiritalẽ aũt fratrẽ nõ ſolũ a cõtume
lia ⁊ maledicto nõ vis defendere:verũ etiã turpiter
vltro calumniaris:proteruꝰ enĩ eſt ais atqꝫ impor-
tunus:iccirco igiť amicitia illi cõiungaris:⁊ vt ab
hoc vicio ſemoueas/⁊ ad virtutẽ reducas:ſed nõ ex-
audiet me inquies/nec ꝯſiliũ meũ approbabit. Un
de id ſcis? an ammonuiſti vnq̃ꝫ emendare q̃ conatꝰ
es? Sepius id ais atqꝫ ſepius feci. Dicas oro certio
re quodam ac diffinito numero:⁊ ſemel ⁊ bis feciſſe
me arbitror inquies. O rem mirã ita ſemel/aut ad
ſummã iterũ illius ſepiꝰ atqꝫ ſepiꝰ tibi ſignificauit
⁊ per totã tuã id vitã feciſſes/nõ oportuiſſet te labo-
re victũ defeciſſe. Nõne vides quõ continue ꝑ ꝓphe
tas/ꝑ apoſtolos/ꝑ euãgeliſtas nos deꝰ ãmonet:pu
tas ne igiť ꝑ omnia nos ꝑſuaſos emendare recteqꝫ

viuere? Minime: vtrū ab ammonitiōe deſtitit: vtrū ſiluit: an potius quottidie clamat: Non poteſtis ſimul mãmone atqꝫ deo ſeruire: creſcit diuitiaꝝ cupiditas/ atqꝫ ſitis: ⁊ tñ intonare nō ceſſat: dimittite ⁊ dimittet̃ vobis. Indies ferarū more ad luxuriã ruimus: ille ſemꝑ ad cōtinentiã nos hortat̃: nos quaſi porci quottidie in luto libidinū inuoluimur: ille predicare nō ceſſat. Cuiꝰ ergo rei gratia hec nō cogitamus: neqꝫ id nobiſcū dicimꝰ. At deus ſemper nos alloquit̃ neqꝫ q̄uis ex negligentia obaudiamꝰ defatigat̃/ ſemꝑ id faciens: hac de cauſa nēpe dicebat pauciſſimos eos fore qui ſaluabunt̃. Nã ſi nō eſt nobis ſatis ad ſalutē/ ꝙ virtuoſe ipi viuamꝰ: ſed oportet aliorū ſalutē re ipa deſiderare: cū neqꝫ nos recte viuamꝰ neqꝫ alios hortemur: quid reſpondebimꝰ/ que nobis ſpes ſalutis reliqua erit? Sed cur hec criminor/ cū neqꝫ eoꝝ cū quibꝫ habitamꝰ vxoris/ liberoꝝ/ famuloꝝ vllã curã habeamꝰ: ſed alia pro alijs quaſi temulenti ſolliciti cogitamus: quō ſcꝫ plures famulos cōparabimꝰ: qui diligētiori nobis ſtudio miniſtrabūt: quō liberis amplas hereditates relinquemus: quō vxor precioſis veſtibꝫ ⁊ ornatu aures pollucet̃. Nullã eni noſtri/ ſed rerū noſtraꝝ curã habemꝰ: vxoris obliuiſcimur ⁊ que vxoris ſunt recordamur: de liberis nō prouidemꝰ/ ⁊ que liberoꝝ ſūt amplificare atqꝫ augere ſtudemꝰ: itaqꝫ his ſimiles ſumꝰ: qui cū male maceriatã ac ruinoſam videãt domū: ipam quidē reſtituere negligunt: amplos autē ei ortos in circuitu preparant. Aut illis q̃ q̄uis morbo cōficiant̃: cura tñ valitudinis neglecta aureas ſibi veſtes cōtexūt: aut mulieri que cū aduerſa valitudine nimiū laboret: nullū egrotationis remediū/ ſed ancillas ⁊ ornamenta ceteraqꝫ hmōi perſuademus ſibi ſtudeat cōparare. Non aliter ſane nos cū ania noſtra/ mō ire furore/ mō cupiditatis ardore: nūc maledicendi ſtudio: nūc inanis glorie iactatiōe mirabiliter vexet̃: ac humi iacens/ ⁊ ſecū ipa diſſidens ab innumeris laceret̃ feris: nō vt ipam curemus: ſed vt magnificas edes cōſtruamꝰ: ⁊ gregem ſeruoꝝ ceteraqꝫ hmōi acquiramus: omi ſtudio atqꝫ cura vigilamus: ⁊ ſi vrſa fugam e cauea ceperit/ domos precludimꝰ: vicos obſidemꝰ: vt intercepta nemini noceat. Nunc vō cū non vna beſtia/ ſed multe atqꝫ obſcene cogitatiōes omni beſtia ferociores animã noſtrã lacerent: nec ſentire quidē videmus: ⁊ vrbiū ſane habitationi adeo prouidemꝰ: vt vel in deſertis locis/ vel in vallatis atqꝫ munitis atrocē ferã coerceamꝰ. In anima vō noſtra vbi locus cōſilij eſt: vbi regia: vbi iudiciū: eo immanes beſtie ad mētē ipam ad regale ſoliū oia perturbantes magna licentia cōſcendūt: propterea ad inferiora depellunt̃ que ſuperiꝰ ſtare debebant: oiaqꝫ ſimul turbata cōquaſſant̃: vrbana ſuburbanaqꝫ que intꝰ/ que foris ſunt. Ciuitatiqꝫ ſimiles ſumꝰ que barbaroꝝ incurſu cōturbat̃: aut auiculis q̃ dracone ad nidū ſerpēte trepide ac cōturbate circūuolãt. Quare vehemēter vos oro atqꝫ obſecro interficiamꝰ hunc draconē: arceamꝰ atroces beſtias/ ⁊ prauas cogitationes mucrone ſpūs cōfodiamꝰ: ne nobis quoqꝫ propheta iudeoꝝ mala intentet dicens: Centauri ericij ⁊ dracones illic tripudiabunt. Sunt eni ſunt certe homies aſinocentauris: multo peiores qui ceu in deſerto viuentes calcitret/ ⁊ etatē iuuente miſerabiliter agãt. Nã cū atroci cupiditate vexentur: nō aliter q̄ effrenes aſinocētauri circūeuntes ſaliūt/ ⁊ calcitrãt nulli rei probe ſtudentes: cuius mali patres eoꝝ cauſa ſunt: qui equoꝝ quidē domitores cogunt: vt ſtudioſiſſime ſibi equos domitent: nec incuria cōmittant/ ad firmiorē indomitos etatē peruenire: ſed frenū ac cetera quibꝰ opus eſt inſipientes adhibent: liberos aūt ſuos longe prouehi abſqꝫ caſtigatiōis negligūt freno: ⁊ dimittūt circuire: ſcortis/ aleis/ ⁊ obſcenis ſpectaculis inhiantes: cū deberēt anteq̄ fornicationibꝫ ſe traderēt prudenti ⁊ modeſte vxori cōiungere que ab omi mala cōſuetudine maritū eripiat: ⁊ frenū pullo facta ſalutari domatione cōtineat. Nō eni fornicationes ⁊ adulteria aliunde proueniūt/ q̄ ex nimia iuuentutis licentia. Nã ſi cū prudenti vxore nuberet laudis eſtimatione hoim ac deniqꝫ domus curã haberet. Sed vir ab ephebis exiuit inquies/ nec ego ignoro: ⁊ certe ſi annos iſaac attigit quadraginta: ⁊ tamē celebs poſtea ſpōſam duxit: multo magis iuuentutē hãc hec philoſophia deceret: qui ſub gratia nati ſunt: ſed quid faciã non vultis modeſtie temporū curã habere: ſꝫ ſordibꝫ atqꝫ ceno omiqꝫ turpitudine inquinari negligitis: neſcientes hoc precipuū eſſe matrimonij lucrū: vt caſtimonia cōſeruet̃: qō ſi nō fit: q̃ nã vtilitas ex matrimonio erit? Vos aūt quid facitis/ cū omi turpitudine liberi veſtri ſe maculauerint: tunc fruſtra vxori copulatis. Decet nãqꝫ ais vt in republica cōprobatꝰ/ cōſpicuꝰ antea fiat/ q̄ vxorē ducat: anime vō nulla vobis cura eſt: ſed deitatē deſpicitis: iccirco oia confuſa turbataqꝫ iacent: quia quaſi ſuperflua quedã res anima ſpernit̃: quia que neceſſaria ſunt cōtemnunt̃: que vilia ſunt ⁊ caduca magno ſtudio cōfouent̃. Neſcis nihil te ita magnū poſſe filio tuo largiri/ q̄ vt a fornicatiōis immūditia integrū cōſerues: nihil ſane ita magnū nobis eſt ſicut ania. Quid eni proderit homi ſi vniuerſum orbē terrarū lucrabit̃/ ⁊ anime ſue detrimentū patiet̃: ſed certe cuncta peruertit/ atqꝫ deijcit immēſa diuitiaꝝ cupiditas: ⁊ ceu crudeliſſimꝰ quidã tyrãnus arce occupata: libertate ciuitatē priuat ſic anis oium deiectis verū dei timorem turpiter expellit. His rationibꝫ tã noſtrã q̄ liberoꝝ noſtrorū ſalutē negligimꝰ/ ac vnū ſolūmō reſpicimꝰ: vt magis locupletati magnū pecuniarū numerū alijs relinquamꝰ/ qui pariter alijs relinquãt: ſic pecuniarū trãſmiſſores (vt ita dicam) ad poſteros nō domini ſumꝰ: nec ſentimꝰ hac vecordia ſeruis noſtris viliores nos reddere. Nã ſeruos quidē ac ſi nō ſui cauſa: attamē noſtra caſtigamꝰ: liberis vō tm̃ prouidētie nequaq̄ tribuimꝰ: ſed quaſi viliores mancipijs pretermittimꝰ. Cur mancipijs dixi cū vl' pecudibꝫ ipis minores fieri videmur? Maiorē enim aſinoꝝ ac equoꝝ q̄ filioꝝ curã habemus. Nã ſi burdonibꝫ atqꝫ aſinis agaſo nobis ꝑficiendus eſt: nō parū vigilamꝰ/ ne dementē/ aut temulentū/ aut furē/ aut rei eius imperitū preficiamꝰ. Sin vō ad colendū filioꝝ ingeniū pedagogus ſit nobis inueniendus/ q̃ caſu oblatus fuerit: eū recipimꝰ: nec cōſideramꝰ vllam artē hoc artificio ſublimiorē inueniri. Quid eni maius q̄ anis moderari q̄ adoleſcentuloꝝ fingere mores/ omni certe pictore/ omni certe ſtatuario: ceteriſqꝫ hmōi omnibꝫ excellentiorē hunc duco: qui iuuenū anios fingere nō ignoret. Quã ob rē nos omnia ſpernimus/ ac illud tantūmō conſideramꝰ quō volubilitate lingue adoleſcentes preſtabūt: qō etiã



queſtus gratia fecimꝰ. Non eñ vt eloqui ſciãt: ſed vt pecuniam eloquentia colligant/ eloqui ſtudent. Nã ſi eū facilꝰ poſſe ditari abſqꝫ vlla eloquētia videremꝰ: tūc oīs apud nos ſqualeret eloquētia. Vides q̄ tyrannica vis pecuniarū ſit: vides quo pacto cuncta occupauit: ⁊ quaſi mancipia vel potiꝰ pecudes quouis homies detrudit: verū neſcio quid lucrabimur: hac noſtra in eã oratiōe/ verbis eã nos ferimus illa rebꝫ nos vulnerat. Nō ceſſabimꝰ tamē/ ſed verbis ſcelera ſua patefaciemꝰ: ⁊ ſi quid oratiōe cōſeq̄mur tã nos q̄ vos mirifice lucrabimur. Sin vero in propoſito ꝑſeuerabitis: nos tamē officio noſtro fungemur. Creator aūt oim ⁊ vos morbi huiꝰ immunes: ⁊ nos in vobis gloriari faciat: cui gloria in ſecula ſeculorum Amen.

## Homelia LXI Ex capitulo XVIII

ſ

**I autem peccauerit in te frater tuus vade et corripe eū inter te ⁊ ipſum ſolū: ſi te audierit lucratus eris fratem tuum.**

Quoniã acri oratione aduerſus ſcandalizantes vſus multis eos argumētis terruit: ne ſupini atqꝫ deſides hac ratione hi fiant: quibꝫ ſcandala inferūtur: ⁊ ne putantes totã in alios culpã eſſe reiectã ad molliciei viciū delabant̃: ⁊ quaſi cultu dei digni in arrogantiã incidant: perſpice quō ipſos etiã cōprimit atqꝫ cohercet: ⁊ inter duos aut ſolūmō redargutionē fieri iubet: ne ſcꝫ teſtimonio multitudinis grauiore accuſatione viſa dedignatus: ille duriorem ſe ad corrigendū prebeat. Ideo dico: Inter te ⁊ ipm ſolū: ⁊ ſi quidē te audierit lucratꝰ es fratrē tuū. Quid eſt ſi te audierit: ſi perſuaſus videlicet abs te peccati ſe cōdemnabit: lucratꝰ es fratrē tuū: nō dixit ſatiſfactū tibi eſt: cū hoc modo aniã aduerſum eſſe in ipm videat̃: ſed lucratꝰ es fratrē tuū: vt deſignaret communiter vtriqꝫ inimicitias eſſe detrimentū. Nec dixit effeciſti vt frater tuꝰ ſeipm lucraret̃: ſed tu fratrē lucratꝰ es. Ita ſignificauit vtrūqꝫ iacturã feciſſe: alterū fratris: alteꝝ ꝓprie ſalutis. Idipm etiã cum in mōte ſedebat/ admonebat: tū ipm qui cōmiſit ad eū cui fuit iniuriatꝰ mittens. Si eni munꝰ tuū ad altare attuleris ait: ac ibi recordatꝰ fueris/ quia frater tuꝰ aduerſus te aliquid habeat: vade ꝑmo ⁊ reconciliare fratri tuo/ tū ipm qui paſſus iniuriam eſt remittere proximo peccata iubens: Dimitte namqꝫ ait debita noſtra/ ſicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoribꝫ noſtris. Nūc vō aliū quendã modū induxit: nec cū qui fecit: ſed eū qui paſſus iniuriã eſt: primo reducit. Nã quoniã nō facilis q̃ fuit iniuriatꝰ ad ſatiſfaciendū eſt rubore ac dedecore quodã impeditꝰ eū q̃ paſſus eſt ad illū nō temere: ſed emendatiōis cauſa mittit: nō eñ dicit accuſa/ increpa/ penas petito: ſed argue inquit. Nam cū ille partim ira/ partim rubore quaſi vino ſopitus nō videat: opus eſt vt tu qui recte valeas/ ad egrotū proficiſcaris: ⁊ priuato quodã iudicio cōſtituto remediū facilius inferas. Nihil eni aliud eſt arguere/ q̄ in memoriã eiꝰ peccata reducere: ac ad eū que paſſus ſis exponere. Qō ſi recte fit quaſi pars quedã defenſiōis eſt: que vehemēter ad recōciliationē impellit. Quid igitur inquies faciã ſi durus ac pertinax fuerit? [Aſſume tecū inq̄t vnū aut duos: vt in ore duoꝝ teſtiū ſtet oē verbū.] Nam quãto ille impudētior atqꝫ pertinatior fuerit tanto magis ad emendationē eius abſqꝫ ira ⁊ moleſtia nobis ſtudendū eſt. Nã ⁊ medicus cū grauiorē viderit morbū/ nō deſtitit/ nec moleſtia oppreſſus deficit: ſed ferenda remedia diligentiꝰ ſe accingit/ quod nos quoqꝫ facere iubet: quoniã eni ſolus imbecillior viſus es: adiectione duoꝝ fortior factꝰ: argue delinquentē. Perpendis quia nō eius qui laceſſitus iniuria eſt: verū etiã laceſſentis vtilitatem querit. Nã vere paſſus iniuriã is certe eſt/ q̃ paſſione victus ſuccubuit. Is inquã eſt qui morbo captꝰ laborat: propterea ſepiꝰ ſanū illū/ modo ſolū/ modo cū alijs: ⁊ ſi pertinacia obduratus eſt: etiã eccleſiam ad hūc egrotū adducat. Dic eñ inquit eccleſie: qm̃ ſi eius qui patit̃ cōmodū tantūmodo quereret: certe nō iuſſiſſet ſeptuageſies ſepties penitēti eſſe remittendū: nec totiēs: tanq̄ multos paſſionis emendatores ei ſtatuiſſet. Nunc vō nō ſemel/ ſꝫ bis atqꝫ ter modo ſolūmodo cū duobꝫ: modo cū pluribꝫ ad curã illius te remittit: ac de exterioribꝰ quidē nihil tale precepit. Sed ſi quis inquit dexterã verberibꝫ tibi cedit maxillã/ ei alterã quoqꝫ verte: hic aūt nō ita/ ſed ſicut paulus etiã ait: Quid mihi ⁊ eos qui exteriꝰ ſunt iudicare: fratres aūt ⁊ arguere ⁊ auerti iubet: ⁊ inobedientes abſcindi: vt rubore impulſi meliores fiant: id ipe quoqꝫ hic facit. Nã cū de fratribꝫ legē promulget: tres peccanti magiſtros atqꝫ iudices cōſtituit: q̃ doceant ⁊ enarrēt/ q̄cūqꝫ in temulētia ſibi ꝑpetrata ſunt. Nã ⁊ ſi turpe oia feceris/ atqꝫ dixeris doctoribꝰ tñ ſicut vinolentꝰ indiges: omi ſane ebrietate/ ita ⁊ peccatū magis mentē ꝑturbat: ⁊ animū inſania furoreqꝫ replet. Quis eni ſapientior q̄ dauid fuit: ſed tamē cū rationis vires a cupiditate tenerent̃ (que quaſi fumꝰ animū eiꝰ occupauerat) in peccatū delapſus nō ſentit. Ac ideo lucerna ſibi prophetica opus fuit: ⁊ verbis/ que perperã geſta in memoriã reducerent: propterea etiã hic ad delinquentē multos ac varios cōducit: vt de iniurijs ſecū cōquerant̃. Cur aūt hunc qui paſſus eſt et nō alij arguere ⁊ expoſtulare ꝑcepit? Quoniã patiētius hunc in quē iniurias iaculatꝰ eſt/ cui dolorem intulit: quē oppreſſit laturꝰ eſt. Nō eni pariter equo anio ab alio q̄ iniuriã perpeſſo ⁊ cōtumelijs laceſſito expoſtulatꝰ ſuſtinebit preſertim cū ſolus ſit cū eū arguat. Nam ſi qui penas ab eo petere poſſet: is de ſalute ipſiꝰ laborat: maxime omniū poterit eū placare. Vides nō ſupplicij ſed emendatiōis gratia id fieri: propterea nullos ſibi teſtes initio prebet. Sꝫ cū ipe per ſe nihil effecerit: neqꝫ tunc multitudini committendã rē precipit: ſed vnū aut ad ſummū alterū addidit: quos ſi ꝓpter ſuã proteruiã deſpexerit: tūc tandē ad eccleſiã offerendã rē cenſuit. Ita magnū ſibi eſt ſtudiū: ne proximorū delicta niſi poſt primã et alterã admonitionē efferant̃. Quid aūt ſibi vult in ore duoꝝ vel triū teſtiū ſtabit omne verbū? Habes iã teſtes inquit: opus abs te tuū ita eſſe cōfectū: vt nihil qō ad te ꝑtineat/ reliquū eſſe videat̃. [Si aūt eos nō audierit/ dic eccleſie] preſulibꝫ ſcꝫ/ ac preſidētibus. [Qꝫ ſi etiã eccleſie non obedierit/ tibi ſit ſicut ethnicus ⁊ publicanꝰ] Tu vō cōſidera quomō publicanū ad exemplū ſumme nequitie ſemper poſuit iam eni ſuperiꝰ dixit: Nōne publicani quoqꝫ hoc faciunt: ac deinde publicani precedent vos ait in regnū celoꝝ: id eſt qui valde improbitate cōdemnant̃

Audiant hec attente qui ſibi queſtus iniuſtos excogitant: qui fenus fenori adijciunt. Cũ aũt iſtũ cũ publicanis collocauit: vt certe ⁊ il'ũ qui pertulit iniuriã cõſolaret̃ ⁊ hunc merito perterreret. Num igitur hoc modo ſolũmodo iſte punit̃? Nõ certe: ſed audi q̃ ſequunt̃: [Quecũqꝫ alligaueritis ſup terrã/erũt et ligata in celis] Nec dixit eccleſie p̃ſuli vinculis iſtũ cõſtringe: ſed ſi ligaueris ei qui dolorẽ pertulit totũ permittens/tũc hec vincula indiſſolubilia manent patet ergo extremis iſtũ ſupplicijs eſſe vexandũ: ſed nulla culpa eiꝰ eſt qui detulit: ſed totũ crimẽ iure in eũ qui pertinax in malignitate fuit reijcit̃. Animaduertis quo pacto duplici hunc neceſſitate vinciuit: preſenti dico punitiõe ⁊ futuro ſupplicio hec minatus eſt: ne hec accidãt: ſed tũ ne ab eccleſia eijciatur metuens: tũ vt vincula tã terreſtria q̃ꝫ celeſtia reformidans mitior fiat. Nã cũ hec ſciat/q̃ꝫuis primo ingreſſu minus fecerit: multitudine tamẽ vicioꝝ conuictus irã fortaſſe deponet: hac enĩ de cauſa nõ confeſtim abſcindit: ſꝫ ad tertiũ vſqꝫ iudiciũ progreſſus eſt: vt ſi primo nõ paruerit obtemperet alteri: qꝰ ſi ſecũdũ etiã ſpreuerit/tertio ſaltẽ moneatur. At ſi hoc etiã neglexerit/eterna ſupplicia tandẽ ⁊ iudiciũ dei expaueſcat. [Iterũ dico vobis quia ſi duo ex vobis cõſenſerint ſuper terrã de omni re quamcũqꝫ petierint/fiet eis a patre meo qui eſt in celis. Ubi enim duo ſunt vel tres cõgregati in nomĩe meo/illic ſum in medio eoꝝ] Anĩaduerte quẽadmodũ etiã hic diſſidia ⁊ inimicitias diſſoluat/ ⁊ puſillanimitatẽ omnẽ exterminet: ⁊ hominẽ ad vnã cõgreget voluntatem: nõ penaꝝ tantũmodo terrore (vt iã vidimꝰ) verũ etiã his donis que a charitate profluunt. Nã poſteaq̃ꝫ cõtentionis extrema ſupplicia poſuit/magna cõcordie premia exponit: cũ ⁊ a patre qui cõſenſu et charitate cõiuncti ſunt: facile impetrent/qꝺ petunt ⁊ ip̃m xp̃m in medio ſui poſſideant. Putas ne igit̃ vllibi duos reperiri cõſentiẽtes? puto ſane multis in locis ac forſan etiã vbiqꝫ. Quomõ igitur a patre cũcta nõ cõſequunt̃? Quia videlicet multe ſint cauſe nõ impetrandi. Nã aut incõducibilia poſtulant: nec mirũ eſt ſi nõ exaudiunt̃: ⁊ cũ paulus ille audierit: Sufficit tibi gratia mea: virtus enĩ in infirmitate perficit̃. Aut indigni exaudiri ſunt: nec quicq̃ꝫ boni a ſeip̃is offerũt/cũ dominꝰ apoſtoloꝝ ſimiles denotare videat̃. Ex vobis enĩ inq̇t qui virtute polletis/qui euangelicã doctrinã recte viuendo cõplectimini. Aut aduerſus eos qui ſibi dolorẽ intulerũt vltionẽ orantes petunt: qꝺ omnĩo prohibet̃. Orate nãqꝫ ait pro inimicis veſtris. Aut miſericordiã poſtulant/cũ nullã egerint penitentiã. Quare potiri penitus eſt impoſſibile: etiã ſi qui multã fiduciã ad deũ habent/pro eis deprecent̃: veluti hieremias cũ pro iudeis oraret audiuit: Noli orare ꝓ populo hoc quoniã te nõ exaudiã. Si ꝟo cuncta hec affuerint/⁊ cõducentia petas: ⁊ in quantũ in te euangelicã vitã re ip̃a probes: ⁊ cõcorditer atqꝫ cũ charitate cũ proximo viuas/impetrabis orãdo miſericordiã domini. Uerũ etiã quoniã a patre meo dixit: vt vna cum patre ſeip̃m quoqꝫ poſtulata largiri oſtendat ſubiũxit: [Ubi enĩ duo vel tres congregati ſunt in nomine meo/illic ſum in medio coꝝ.] Nõne igitur ſunt duo aut tres in nomine ſuo vſqꝫ quaqꝫ congregati? Raro ſiquidẽ inueniuntur. Non enĩ de conuentu ſimpliciter dixit: nec cõgreſſum tantũmodo querit: ſed primo iã (vt dixi) virtutis opus: deinde hoc ip̃m exactiſſime ac diligentiſſime. Tale quippe eſt quod dicitur: Si quis propter me principaliter charitate proximo cõiungitur/secũ ipe ſum/ſi ad hoc virtutis etiam opus adiecerit. Nunc aũt cõplures vidẽmꝰ alias quaſdã cauſas amicitie querere. Nam alius amat/quia redamat̃: alius quia honore afficitur: alius quia vtilitati ſibi eſſe aut fore hominem putat: chriſti ꝟo cauſa difficillime quenq̃ꝫ inuenies qui amicũ (vt oportet) diligat: ſed omnes fere ſecularĩ vinculo rerũ inter ſe vinciuntur. Non ita quippe paulus/ſed propter chriſtũ diligebat: quare q̃ꝫuis nõ tantũ amabat̃/quantũ amabat: tamẽ quoniã robuſtas amoris radices iecit: nõ diſſoluit charitatẽ. Nunc ꝟo ſi omnia diligentiori cura ſcrutabimur: amicitiarũ efficientia cõmoda magis ſecularia q̃ꝫ hoc inueniemus. Et ſi quis mihi poteſtatẽ inueſtigandi cõcederet: in hac multitudine facile oſtẽderẽ: ſed perſpicuũ id erit/ſi quis vigilanter inimicitie cauſas inueſtigabit. Nã qui caducis citoq̃ꝫ inſtabilibus cauſis copulantur: eoꝝ cõiunctio perpetua eſſe nõ poteſt: ſed vel cõtemptus/vel pecuniaꝝ iactura/vel liuor/vel g̾e cupiditas/vel aliꝺ huiuſmodi amicitia diſſoluta diſſidiũ induxit. Ubi ſi ſpiritalis eſſet radix: nulla res ſecularis eã euelleret. Ea certe charitas que chriſti cauſa fundatur firma ſtabilis/atqꝫ inuicta eſt: nec vlla re cõquaſſatur: nõ obtrectatiõe: nõ periculis: nõ morte: nõ alia re temporali. Nam qui hac de cauſa diligit/nullo diſſidio diſiungetur: qui enim amat/quoniã redamatur: ſi quid minus iucundũ ab amico ad eũ profectum fuerit/finẽ amandi illico fecit. Qui ꝟo chriſti charitate amicis cõglutinat̃: nunq̃ꝫ ab amando nõ deſtitit: iccirco paulus quoqꝫ dicebat: Charitas nunq̃ꝫ excidet. Quid enĩ dicere poteris: an q̇a honoratus abs te cõtumelie vicẽ honoris loco retulit: an quia pro beneficiorũ gratia interficere conatus eſt. Sed ſi ꝓpter chriſtũ diligis/hec ip̃a ad maiorẽ te impellunt charitatẽ. Omnia enĩ que ſeculares amicitias tollunt/ſpiritalẽ confirmant amorẽ/magis atqꝫ ſtabiliũt. Quo pacto inquies. Primũ/quia hic premia tibi preparat amicus: deinde quia magis ope indiget tua/qui ſic miſere affectus eſt. Qua propter qui hoc amore ſpiritali diligit: nõ generis nobilitatem nõ preſtantiã patrie: nõ excellentes diuitias: nõ deniqꝫ quantũ redametur inueſtigat: verũ etiã ſi odio habeatur: ſi cõtemnatur: ſi interficiat̃: quoniã ſufficiens ſibi ad amandũ chriſtus cauſa eſt: perſeuerat in amore. Firmus ergo ac ſtabilis ſtat/fixus ⁊ immobilis ad chriſtũ reſpiciens: a quo inimici/cõtemtores/obtrectatores/perſecutores/qui nec videre ip̃m equo anĩo poterant: ſupremo amore quo maiorem excogitare nõ poſſumus amati ſunt. Maiorẽ enĩ hoc amorẽ nemo inquit habet/q̃ꝫ vt aliquis animã ſuã ponat pro amicis ſuis. Et conſidera quoniã etiã eos qui crucifixerũt ip̃m/qui ſummo furore aduerſus ip̃m inſaniebant: magno ſtudio curare conabatur. Sic enĩ ad patrẽ de illis dicit: Dimitte eis/neſciunt enĩ quid faciunt. Et diſcipulos quoqꝫ poſtea ad ſaluandos eos miſit. Hanc igitur charitatẽ imitemur/⁊ ad hanc quaſi ad exemplar reſpiciamꝰ vt imitatores chriſti facti/tam preſentia/q̃ꝫ futura bona cõſequamur: gratia ⁊ miſericordia domini noſtri ieſu chriſti: cui gloria in ſecula Amen.



Homelia. LXII. Ex capitulo. XVIII.

# Tunc accedẽs Petrus dixit: Domine quotiẽs peccabit in me frater meus et dimittã ei vſqꝫ ſepties?

Quoniã magnũ quid ſe allaturũ petrꝰ putauit: iccirco quaſi gloriabundꝰ vſqꝫ ſepties intulit. Nã ſi ſemper frater meus peccat/ſemperqꝫ cũ arguatur ad penitentiã reducat̃: quotiẽs inquit remittere debemꝰ: an vſqꝫ ſepties? Uideo enĩ vltro te illi terminũ affixiſſe qui pertinaciter in peccato perſeuerat/cũ dixeris: Sit tibi ceu gentilis ac publicanꝰ: huic vero quẽ peniteт/nullũ terminũ attuliſti: cũ ſimpliciter iuſſeris ip̃m eſſe recipiendũ. Quotiens igitur ip̃m ferã penitentẽ an ſepties? Quid igitur facilis ac miſericors dominꝰ? [Non dico tibi vſqꝫ ſepties ait: ſed vſqꝫ ſeptuageſieſſepties] Qua quidẽ oratione nullũ oĩno numeꝝ poſuit: ſed indefinite cõtinue ac ſemper ſignificauit. Nã ſicut millies infinite deſignat: ſic quãdo hic numerꝰ dicit̃/plerũqꝫ multa indefinite atqꝫ indiſtincte denotant̃: veluti cũ dicitur quia ſterilis peperit ſeptẽ: nõ ergo certo numero indulgentiã cõcluſit: ſed cõtinuo atqꝫ ſemꝑ indulgendũ eſſe denotauit: qꝺ ⁊ ſequenti parabola cõfirmat Nã ne videat̃ difficilia ⁊ oneroſa impare: cũ ſeptuageſieſſeptẽ dixerit: cõfeſtim parabolã adiunxit: vt ⁊ dictũ cõmuniret p̃ceptũ: ⁊ iactantẽ in hoc deprimeret/⁊ facilitatẽ rei oſtenderet. Quo circa miſericordiã quoqꝫ ſuã in mediũ adduxit: vt hac collatiõe facilꝰ diſcas: etiã ſi ſeptuageſieſſepties indulſer̃: etiã ſi cuncta ſimpliciter proximo peccata dimiſeris: tãtũ quantũ aque ſtilla ingenti mari comparata: tantũ immo ꝟo multo etiã magis miſericordia tua ab infinita dei bonitate diſtabit: qua tu vehemẽter indigebis/cũ vite tue rationes in iudicio relaturꝰ ſis ideo parabolã attulit dicens: [Simile eſt regnũ celorũ homini regi/qui voluit ponere rationẽ cũ ſeruis ſuis: ⁊ cũ cepiſſet ponere rationẽ/oblatus eſt ei vnꝰ qui debebat decẽ milia talenta: nõ habẽte aũt eo reddere/iuſſit eũ dñs venũdari/⁊ vxorẽ ⁊ filios eiꝰ/⁊ omnia que habebat: ſed miſc̃dia deinde domini impetrata/cũ vidiſſet cõſeruũ cẽtũ ſibi denarios debentem: angebat eũ et ſuffocabat: qua ex re adeo cõmotus dñs fuit/vt rurſus in carcerẽ eũ cõiecerit quouſqꝫ vniuerſum debitũ reddiderit.] Perſpicis quantũ inter peccata ⁊ peccata diſcrimẽ eſt: quantũ enĩ centũ denarij a decẽ milibꝫ talentis diſtant: tãtũ immo ꝟo multo plus ea que ĩ hominẽ peccata diſtant ab his que in deũ cõmittunt̃: qꝺ tũ differẽtia perſonaꝝ/tũ crebritate: immo ꝟo cõtinentia peccãdi perſpicit̃. Nã cũ peccantes nos homo quiſpiam videat: veriti a peccando deſiſtimꝰ: cũ aũt deꝰ quottidie delinquentes perſpiciat/nequaq̃ꝫ veremur: ſꝫ oĩa intrepide facimꝰ atqꝫ dicimus: neqꝫ hac ratiõe ſolũ: veꝝ etiã ⁊ propter collata beneficia ⁊ honoris gratiã quo diuinitꝰ prediti ſumꝰ aduerſus deũ delicta grauiora reddunt̃. At ſi vultis latius quomõ decẽ milia talenta/immo ꝟo multo plura ſunt que aduerſus deũ delinquimꝰ explanare conabor. Qꝺ q̃ꝫuis timeã ne aut his q̇ ad nequitiã ꝓniores ſunt: quiq̃ꝫ cõtinue in luto peccatoꝝ inuolui deſiderant/maiorẽ licentiã prebeã: aut temperãtiores in deſperationẽ inducã: vt velut diſcipuli dicunt: quis poteſt ſaluari: faciã tamẽ vt qui attẽte audiunt/humiliores ac tutiores cõſtituant̃. Nã qui morbo laborantes incurabili nõ dolent: etiã ſine hac oratione a deſidia ⁊ ignauia ſua non recedent. Et ſi etiam hinc maiores cauſas cõtemnendi arripient: nõ meis profecto verbis: ſed amentie ſue culpa erit attribuendũ Nã oratio quidem hec ⁊ reprimere/⁊ cõpungere attentiores facile poterit: vt qui moderate viuunt cũ magnitudinẽ peccatorũ intellexerint/⁊ penitentie vires didicerint/magis proficiẽt. Dicendũ mihi ergo eſt/⁊ ita dicendũ/vt quecũqꝫ aduerſus deũ committimꝰ/⁊ quecũqꝫ cõmuniter in homines exponã que aũt propria ſunt vnuſquiſqꝫ prout ſibi cõſcius eſt afferat atqꝫ cõiungat: ſed priꝰ beneficia erga nos dei breuiter percurrã. Que igitur ſunt beneficia? Creauit nos atqꝫ produxit cũ nõ eſſemus: ⁊ omnia que videnт̃ celũ/terrã maria/aerẽ/queqꝫ ĩ ip̃is ſũt omnia animalia/plantas/ſemina/cauſa noſtri effecit. Neceſſe enĩ eſt propter infinitã rerũ multitudinem capita ſolũ tangere: animã nobis viuentem inſpirauit: ac ſolis talẽ animã cõdidit: paradiſum plãtauit: auxiliatricẽ dedit: cũctis irrationabilibꝫ prepoſuit: gloria ⁊ honore coronauit. Cũ ꝟo ingratus in benefactorẽ homo inueniret̃: maioribꝫ eũ donauit muneribꝫ: nõ enĩ ſolũ conſiderandũ eſt/quia ex paradiſo eiecerit: ſed quid inde quoqꝫ lucri ſecutum eſt. Nam poſteaq̃ꝫ e paradiſo eiectus eſt: ⁊ poſt innumera illa beneficia ⁊ varias atqꝫ mirabiles diſpenſatiões: filiũ quoqꝫ ſuũ ad preuaricatores miſit: celum eis recluſit: paradiſum reſerauit: ⁊ filios ex ingratis atqꝫ inimicis effecit. Quare oportunum eſt etiã nunc dicere: O profunditatẽ diuitiarũ ⁊ ſapiẽtie ⁊ cognitionis dei: prebuit nobis in remiſſionem peccatoꝝ baptiſmũ: eripuit a ſupplicijs: heredes regni cõſtituit: infinita ſincere credentibꝫ bona pollicitꝰ eſt: manũ porrexit: ſp̃m in corda noſtra infudit. Quomõ igitur poſt tot tãtaqꝫ ſponte ſua nobis collata affici nos erga ip̃m oportet putas? Ne ſi q̇ttidie pro eo qui nos tã mirifice amat moriemur cõdignas poſſe referre gratias: immo ꝟo minimũ quid debiti redderemꝰ neq̃ꝫ. Nã ſi hoc etiã faceremꝰ: ad vtilitatẽ noſtrã id redundaret. Cũ ꝟo ſic affici deberemus/quo nã pacto erga ip̃m affecti ſumꝰ: quottidie immo ꝟo in horas atqꝫ in momenta temporis leges atqꝫ precepta ip̃iꝰ cõtemnimꝰ. Sed nolite oro/ſi liberiorẽ in peccantes linguã dimiſero iniquiore animo ferre: nõ enĩ vos ſolũ: ſed me quoqꝫ ip̃m accuſabo. Unde igitur vultis incipiã/a ſeruis/an a liberis/an a militibꝫ/an a priuatis/an a viris/an a feminis/an a ſenibus/an ab adoleſcentulis: a qua etate: a quo genere: a qua dignitate: a quo artificio Uultis a militantibꝫ exordiar? An igit̃ parũ iſti delinquant/cũ in dies atqꝫ horas cõtumelientur maledicant/cõuicient̃/ex alienis ditent̃/calamitatibꝫ rapaces lupos imitent̃: nunq̃ꝫ a delinquendo deſiſtant/niſi q̇s abſqꝫ vndis maria eſſe cõtendat. Que enĩ paſſio ip̃os nõ turbat? aut que nã egritudo animã eoꝝ nõ obſidet? O qualibꝫ inuident/⁊ inuidentes mirifice ſe apud eos oſtentant: ſubiectis auariſſime vtunt̃: his qui alicuiꝰ cauſa coacti ad eos quaſi ad portũ refugiunt/tanq̃ꝫ hoſtes inferunt̃. Quot apud eos rapine? quot obtrectationes atqꝫ cauponatiões ſunt? quot ſeruiles adulationes? quot mẽ

daciaꝭ quot maledicta? Sed ad ſingula ſingulas leges xp̄i opponamus. Qui dixerit fratri ſuo ſtulte/ reus erit gehenne ignis. Qui mulierẽ ad cõcupiſcẽtiã inſpexerit/ iã eã in corde ſuo mechatꝰ eſt. Niſi q̃ ſe humiliauerit ſicut paruulꝰ/ nõ intrabit in regnũ celoꝝ: iſti vero tumorẽ atq̃ arrogantiã aduerſus minores/ vt eos vehementiꝰ timeãt magno ſtudio exercent: ac omni atroci fera crudeliores in eos inueniunt̃. Nihil pro xp̄o/ omnia pro ventre/ pro queſtu pro vana gloria faciũt. Putas ne poſſe nos oratione delicta coꝝ recenſere? Quis poſſet detractiones quibus vtunt̃ verbis cõſequi: quis profuſiſſimũ riſum: quis importunas cõtentiões: quis turpiloq̃a? Nã de auaritia nihil dicendũ eſt. Eteñ queadmodũ in eremo educati monachi: nec quid ſit auaritia ſciũt: ita ⁊ iſti auaritiã ignorant: q̃uis alio quodã q̃ illi modo. Nam illi quia longe a morbo abſunt: iſti quia valde huiꝰ paſſionis ebrietate occupant̃: nec ſentire quidẽ morbũ hũc poſſunt. Sic eñ hoc viciũ expulſa virtute animũ ipſorũ detinet: vt ne crimen apud inſanientes illos eſſe videat̃. Sed his omiſſis iã ad alios moderatiores veniamꝰ. Age igit̃ opificũ genus qui maximo labore atq̃ ſudore ſuo iuſte degere videntur diligenter inueſtigemꝰ. Uerum et iſti quia parũ ſibiipſis attendunt/ multa de laboribus ſuis colligunt mala: vendendo eñ ac emendo cõplures iuſtis operibꝫ iniurias cõiungunt/ iurãt/ deierãt/ mentiunt̃/ ac vt multa poſſideant totos ſe negocijs ſecularibꝫ tradunt: ⁊ terre affixi: om̃ia vt pecunia creſcat faciũt: nullã curã de pauperibꝰ habentes. Quid dicã de maledictis ⁊ cõtumelijs eorũ de fenore/ de cõmercijs q̃ more cauponũ peragunt? Quid multa? nõ alia re magis q̃ impudẽtia ducũtur. Uerũ iſtos quoq̃ ſi vultis omittamꝰ/ ⁊ ad locupletes qui agroꝝ fetu diuitias acquirunt: quiq̃ ceteris iuſtiores vident̃ deueniamꝰ/ quoꝝ iniuſtitia tanta eſt: vt ſi quis penitus inquirat/ nihil pene iniurioſius inueniat. Quomõ eñ miſeris vtuntur agricolis: nõne humaniꝰ multo barbari eos tractarent: fame nãq̃ tabeſcentibꝫ ⁊ per totã inſudantibꝰ vitã intolerabilia nõ erubeſcũt vectigalia imponere: ac onera ⁊ labores quottidie maiores afferre/ et ſicuti aſinis: immo vero quaſi lapidibꝫ corporibꝫ illorum abuti: nec reſpirare quidẽ cõcedentes: ſed ſiue ager quicq̃ produxerit/ ſiue nõ: eodẽ ſemper exigũt modo/ nihil eis cõcedentes. Quare quid miſerabilius excogitari poteſt/ tota hyeme laborãt/ frigore imbre: vigilijs cõtriti/ nec vacuis ſolũ manibꝫ: veꝝ etiã multa debẽtes recedunt. Ceterũ oĩum fame ac naufragio procuratoꝝ tormenta exactiones ⁊ ſeruitutẽ intolerabilẽ reformidant. Quis negociationes cauponationeſq̃ ipoꝝ enarrabit? ingentia ipſi ſudore hominũ dolia replent/ nec vrceũ domũ afferre illis permittunt: ſed quicquid vinea protulit/ in cella cõdunt vinaria. Et argẽti aliq̃d hac de re illis nihil proijciunt. Fenoris inaudita excogitatiõis genera/ que nec gentiliũ quidẽ legibꝫ cõprobant̃: mutui litteras maledictiõis plenas cõſcribũt. Nõ eñ centeſimã totiꝰ partẽ/ ſed medietatẽ flagitant/ cum ille qui ſoluit/ ⁊ vxorẽ habeat/ ⁊ paruulos nutriat/ ⁊ hõ ſit. Qđq̃ maximũ ẽ tã areã q̃ torcular ſuis laboribꝫ impleat quoꝝ illi oĩm nihil oĩno cogitare volunt. Quare oportune prophetã vt exclamet induxerimꝰ: Obſtupeas celũ/ ⁊ horreſce terra/ quia in ferarũ mores humanũ genus detruſum eſt. Hec cũ dico nõ artes/ nõ agriculturã/ nõ militiã/ nõ agros ſed noſipſos vitupero. Nã ⁊ Corneliꝰ centurio erat ⁊ paulus ſcenofactorie artis/ quo artificio etiã predicando vſus eſt. Dauid quoq̃ rex fuit: ⁊ Iob locupletiſſimus: ⁊ multorum agroꝝ dñs: nec hoꝝ aliq̃d impedimento illis fuit ad virtutẽ: que oĩa probe tenentes: ⁊ decẽ milia nobiſcũ talenta vertentes: ſaltem hinc videamur/ vt pauca illa ⁊ vilia proximis remittamꝰ. Referenda eñ nobis ratio eſt de mandatis que nobis cõmiſſa ita neglexímꝰ: vt nõ poſſimus integrã de omnibꝫ reddere rationẽ: ac ideo bonã atq̃ facilẽ ad ſatiſfaciẽdũ nobis viã prebuit deꝰ qua omnia noſtra debita poſſumus pſoluere. Que nã hec via? Obliuio eorũ omniũ que aduerſus te a fratre tuo cõmiſſa ſunt. Qđ vt recte pdiſcas ordine progrediens totã hanc parabolã audi: Allatus eſt eñ inquit debitor decẽ miliũ talentoꝝ/ quo non habente reddere/ iuſſit eũ vendi et vxorem ⁊ filios eiꝰ. Cuiꝰ rei gratia dic queſo? Nõ ex crudelitate certe/ nec quia inhumanꝰ eſſet/ cũ ad ſeipm̃ detrimentum rurſus redundaret: e ſeruis eñ ſuis debitor fuerat ſed quia incredibili cura illius deuictus hac cõminatione ad ſupplicandũ ne venderetur adducebat. Nã ſi propter debitũ feciſſet/ nõ annuiſſet ſane petitioni debitoris: nec vniuerſo ipm̃ debito cõdonaſſet Quã ob rẽ igit̃ anteq̃ ratio ſibi oblata eſſet debitũ nõ dimiſit? Ut nõ ignoraret ſeruus quot quantaq̃ ſibi remitterent̃/ quorũ noticia erga cõſeruũ mitior fieret. Nã ſi debiti magnitudinẽ ⁊ mirabilẽ indulgentie modũ re ipa expertus ꝯſeruũ angebat: ſi tãtopere nõ fuiſſet caſtigatus/ quo crudelitatis nõ irruiſſet? quid aũt calamitate oppreſſus ait: [Paciẽtiã habe in me/ ⁊ omnia tibi reddã. Miſertus autẽ dominꝰ ſerui illius dimiſit eũ/ ⁊ debitũ ei dimiſit] Perſpexiſti rurſus mirabilẽ exaggerationẽ miſericordie: dilationẽ ſolũmodo temporis/ ac prorogationẽ quandã ſeruus poſtulauit: ille aũt multomagiſq̃ petijt/ videlicet totius mutui donationẽ vltro prebuit. Ita patet voluiſſe ipm̃ tñ nõ priꝰ id facere: niſi debitor ſupplicaret: vt donũ nõ modo ſuũ/ veꝝ etiã petitionis illius eſſe videret̃: qđ fecit/ vt coronã quoq̃ ſeruꝰ cõſequeret̃: totũ tamẽ ad dominũ merito refert̃. Nam ⁊ ſi procidit debitor atq̃ rogauit/ et cauſa tamẽ indulgentie vniuerſam rẽ dñõ attribui videmꝰ. Cõmotus eñ miſericordia dimiſit eũ/ nec anteq̃ ſupplicaret: vt cũ videret̃ aliquid ipm̃ quoq̃ feciſſe: nõ maiore cõfũderet̃ rubore/ vtq̃ calamitate ſua perductus facilis ad ignoſcendũ cõſeruo fieret: ſed ad hoc vſq̃ probus ac placens fuit. Nã nec debitũ negauit: ⁊ redditurũ ſe vniuerſum promittẽs ꝓcidit/ atq̃ orauit: ⁊ quaſi vt delinquentẽ ſe cõdẽnauit cũ magnitudinẽ peccati nõ ignorauerit. Que vero ſequunt̃ indigna oĩno prioribꝰ ſunt. Nam cum exiſſet inquit nõ multo tempore poſt: ſed cõfeſtim beneficij magnitudinẽ ante oculos adhuc habens: tãto munere/ tantaq̃ liberalitate domini abuſus eſt. [Cũ eñ inueniſſet vnũ cõſeruoꝝ ſuoꝝ qui ſibi centũ denarios debebat/ ſuffocabat cũ dicens: Redde qđ debes.] Uidiſti humanitatẽ ⁊ miſericordiã domini: vide nũc inauditã ſerui crudelitatẽ. Audiatis hec quicunq̃ pecuniaꝝ gratia ſimilia indices cõmittitis. Nã ſi in peccatis id fieri nõ licet/ quãto minꝰ in pecunijs licebit: quid aũt ille cõſeruꝰ? [Pacien-



tiã habe in me ⁊ omnia reddã tibi] Nã verba quidẽ ip̄e veritus eſt/ quibus ſalutẽ acquiſiuit: his eñ ip̄e dictis mille talentoꝝ debitũ euitauit. Ita nec portũ quidẽ cognouit/ quo tutatus a naufragio euaſit: nec modus ip̄e ſupplicatiõis ad miſericordis domini memoriã eũ reduxit: ſed omnia illa crudelitate ac auaritia oblitus omni fera ſeuiꝰ in cõſeruũ inſiliebat. Quid facis homo: nõ ſentis aduerſus teipſum mucronẽ adigere? ac ſententiã ⁊ munus dñi reuocare: ſꝫ ille nihil hoꝝ cogitauit: nec rei ſue meminit: nec vllo modo remiſit. Et certe nõ equali de re iſte ſupplicabat/ cũ pro talentis hic decẽ milibꝫ: alter autẽ pro centũ denarijs ſupplicauerit: ⁊ ille cõſeruo ſe ꝓſtrauit/ iſte dñõ: ⁊ cui oĩno indultũ fuit. Is nec prorogationẽ quidẽ conceſſit: vinculis eñ atq̃ carcere ipm̃ oppreſſit: qđ alij ſerui nõ ferentes totã rẽ ad dominũ retulerũt/ qui nihil debebant. Quid igit̃ deꝰ faciet? [Dominꝰ aũt nequam inquit ſerue/ om̃e debitũ dimiſi tibi/ quoniã rogaſti me: nõne ergo oportuit ⁊ te miſereri cõſerui tui/ ſicut ⁊ ego tui miſertus ſum] Animaduerte q̃ mitis ſit dñs/ quaſi cõſtitutꝰ in iudicio ſatiſfactionem reddit: quare donationem illã vniuerſam reuocauit: immo vero non ip̄e reuocauit: ſed ille qui accepit euertit. Quid eñ ait? [Serue nequã omne debitũ illud dimiſi tibi/ quia rogaſti me: nõne oportuit etiã te miſereri ꝯſerui tui] Nã ⁊ ſi dura hec res tibi videt̃/ oportebat tamẽ ⁊ lucrũ iã acquiſitũ ⁊ futurũ perſpicere. Graue ⁊ oneroſum preceptũ hoc eſt: ſed oportet magnitudinẽ quoq̃ p̄mij ꝯſiderare: nec illud tecũ ſolũmodo vertas: quia ille te cõtriſtauit: ſed tu cũ magis deũ offendiſſes/ ſola deprecatione recõciliatus es. Qđ ſi tibi oneroſum ac durũ nimis eũ qui te cõtriſtauit diligere videt̃: ſed multomagis oneroſius eſt gehẽne ſupplicijs in eternũ torqueri: qđ ſi illi oppoſuiſſes/ cognouiſſes ſane multo leuiꝰ hoc q̃ illud atq̃ facilius eſſe. Et qñ quidẽ decẽ milia talenta debebant̃: nõ cõuiciatus debitori/ ſed miſertus fuit. Quãdo vero aduerſum cõſociũ crudelitatẽ exercuit/ tunc nequã atq̃ improbũ ſeruũ appellauit. Audiamꝰ qui aliena rapimꝰ: nobis eñ hec quoq̃ dicunt̃. Audiamꝰ om̃es qui crudelitate occupati neminẽ miſeramur. Audiamꝰ inquã quia nõ in alios: ſed aduerſus noſipſos ſeuitiẽ exercemꝰ. Quare cũ peccati alieni recorderis/ cogita tibiipſi nõ alij detrimentũ inferre. Tua eñ non proximi peccata in falcẽ colligis: ⁊ tu quidẽ quicq̃d aduerſus delinquentẽ operatus fueris/ in preſenti vita hec vt homo facis: deus vero nõ ita/ ſed maioribꝫ ac eternis te ſupplicijs puniet. Tradidit eñ eũ ait tortoribꝰ/ donec vniuerſum debitũ perſolueret: id eſt ad ꝑpetuitatẽ eũ ſupplicij tradidit: nunq̃ eñ inde rediturus eſt. Nã quoniã beneficijs melior fieri nõ potuiſti: reliquũ ẽ vt pena torquearis. Et q̃uis chariſmata hec ⁊ dona irreuocabilia ſint: tantũ tamẽ malignitas valuit/ vt hãc quoq̃ legẽ ſuperauerit. Quid igit̃ deteriꝰ memoria peccatoꝝ/ ac vltione/ que tot tãtaq̃ diuina dona euertere poſſe videatur? Nec quietus/ ſed ira cõmotꝰ eũ tradidit. Quãdo eñ vendi eũ iuſſit/ nulla ira fuit in verbis: ideo nec vendidit: nunc aũt hec ſententia nõ parua cum moleſtia ad cõpunctionẽ atq̃ ſuppliciũ terminatur Quid aũt hec parabola ſibi voluit? [Sic ait faciet vobis pater meus/ ſi nõ dimiſeritis vnuſquiſq̃ fratri ſuo de corde veſtro peccata ipſoꝝ.] Nõ dixit pater veſter/ ſed pater meꝰ. Nõ eñ digni ſunt iſti quorũ pater deus vocet̃ (cũ ita nequam ſint) vt homĩes odio perſequant̃. Duo eñ hinc eũ querere diligenter aĩaduerte: vt ⁊ noſipſos peccantes culpemꝰ/ et alioꝝ peccata dimittamꝰ: ita hoc poſtremũ propter alterũ facilius reddit. Nã qui ſua cogitat ad dandã cõſeruo veniam: nõ ore ſolum/ ſed corde facilior eſt.

Non impellamus ergo aduerſus pectora noſtra mucronẽ/ nunq̃ eñ tantũ tibi doloris afferre aliꝰ poterit: quantũ ip̄e tibi ſi recordatus ire vindictam queras: ⁊ aduerſus teipm̃ ſententiam iudicis attrahas. Nã ſi vigiles atq̃ philoſopheris/ in illius caput totũ malũ retorquet̃: ac ip̄e mala patiet̃ non tu Sin vero moleſte ac grauiter feras: tunc nõ ab illo/ ſed a teipſo detrimẽto afficieris. Noli ergo dicere obtrectauit ⁊ calumniatꝰ eſt mihi/ ⁊ mille intulit incõmoda. Quanto eñ plura dices/ tanto re ip̄a benefactorẽ ipm̃ oſtendes: qui cauſam tibi p̄buit: vt tuorũ poſſis peccatoꝝ ſordes detergere. Ita quo mitiores ille iniurias in te iaculatꝰ eſt: eo maioris indulgentie tibi cauſa cõſtitutus eſt. Nã ſi voluerimꝰ nemo nobis vnq̃ iniuriari poterit: ſed cũ inimici ſint/ precipua tamẽ nobis cõferunt lucra. Cur de hominibꝫ tm̃ loquor/ cũ diabolus quoq̃ ip̄e (quo nihil ꝑnitioſius) nõ paruas nobis approbationis cauſas afferat: quã rẽ Iob ille manifeſtã omnibꝰ fecit. Si ergo diabolus occaſionẽ corone prebuit: cur alios inimicos formidas? Perſpice igit̃ quot quãtaq̃ lucreris/ ſi equo animo oppreſſiões inimicoꝝ tuleris. Primo (qđ maximũ eſt) peccatoꝝ remiſſionẽ: deinde pacientiã atq̃ ꝑſeuerantiã laudabilẽ. Tertio mãſuetudinẽ ⁊ humanitatẽ: nã q̃ neſcit aduerſus inimicos iraſci/ mľtomagis amicis erit comodior. Quarto quia procul ab ira tranquillo ſemꝑ animo viues cui rei quid vnq̃ cõferri poterit? Qui eñ ira nõ capitur: is iucunditatẽ animi cõſecutus eſt. Nec vitã vanis laboribꝫ ac doloribꝫ vnq̃ cõſumet. Nã q̃ neſcit odiſſe/ nec triſtari cognouit: ſed cõtinue gaudẽs bonis ſuis ꝑfruit̃: quare nõ mediocri ſupplicio nos afficimus/ ſi alios odio perſequamur. Queãdmodũ etiã e diuerſo nobis proſumꝰ/ ip̄i ſincere alios diligentes. Ad hec omnia ip̄is quoq̃ inimicis ac emulis etiam ſi demones eſſent venerabilis eris: immo vero ſi animũ (vt diximus) tuũ ita parauerís: nemo te inimicitijs perſequetur: primũ autẽ omniũ atq̃ preſtantiſſimũ dei miſericordiã nanciſceris: ⁊ quemadmodũ peccatoꝝ veniã: ſic virtutũ maiora premia conſequeris. Diligenter igitur ſtudeamꝰ: ne quenq̃ odio habeamus: ſi volumus vt nos quoq̃ a deo diligamur: vtq̃ q̃uis decẽ miliũ talentorũ ratiões eſſent referende: miſericordia motus cuncta nobis remittet. Sed iniuria me vexauit inquies: Miſerere igitur eius: nõ auertaris ab eo: ſed lachrymis et fletu ipſi auxiliator: nõ eñ tu/ ſed ille deũ offendit. Tu aũt ſi pertuleris/ valde deo te approbaſti. Preterea tecũ crebro verte: quia chriſtus ad crucẽ iturꝰ ip̄e quidem gaudebat: de crucifigentibus autem lachrymabat. Quem ita imitari debemus: vt quo magis perſeuerãt perſecutores noſtri: eo largiores lachrymas pro ip̄is effundamus: innumera eñ nobis hinc bona: illis autem non pauca incõmoda cõparamus. Sed corã inquies omnibus ⁊ verbis et verberibus me duriter vexauit. Coram igitur omnibus dedecore atq̃ infamia ſe notauit: ⁊ multorũ

aduerſus ſeipm̄ aperuit oꝛa/tibiqꝫ maioꝛes ſubtexuit coꝛonas: ⁊ multos pꝛecones paciẽtie ac magnanimitatis tue cõſtituit. Sed clam inquies apud alios mihi detraxit. Et quid hoc eſt? huiꝰ em̄ rei ratione deus nõ illi qui detrahentẽ audierunt petiturꝰ eſt. Accidit ꝙ penas ſibi multiplicauit: nõ de delictis ſuis ſolũ: verũ etiã de his que de te oblocutus eſt rationẽ redditurus: pꝛeterea apud homines tibi detraxit/⁊ apud deũ ſibi detractũ eſt. Ꝗ ſi hec tibi ſatis nõ ſunt: cogita quia deo apud homines quos maxime diligebat/diabolus detraxit/⁊ vnigenito filio ſimiliter. Nam ſi patrẽfamilias inquit beelzebub vocarunt/quid facient familiaribꝰ eius? Nec obtrectauit ſolũ iniquiſſimus ille demon: verũ etiã fides ſibi adhibita eſt: nec minima/ſed maxia ei crimina intulit: demoniacũ/ſeductoꝛẽ/⁊ aduerſarium deo appellans. Sed magnis oppꝛeſſus ſum crumnis ab eo ais qui beneficio meo cõſpicuus eſt. Ideo maxime tibi gaudendũ eſt: quia deo qui tã ad pꝛobos ꝙ̃ ad impꝛobos ſolẽ oꝛiri facit ſimilis factꝰ es. Ꝗ ſi arduũ ac vltra vires tuas imitatio dei tibi videtur (ꝙ̃uis ſtudioſo difficile nõ ſit) tamẽ quoniã te tuo iudicio excedit/age ad ſeruoꝝ eius venias imitationẽ. Imitare ioſeph/ q̃ ad ſeruitutẽ vſqꝫ fratrũ iniuria traditus beneficio ſuo ſponte ipos ſubleuauit. Imitare Moyſen/qui vel poſt mille iniurias pꝛo populo depꝛecabat̃. Imitare beatũ paulũ/qui ꝙ̃uis mille a iudeis afflictionibꝫ quottidie pꝛemeretur: anathema tamen eſſe pꝛo ſalute ipoꝝ volebat. Imitare Stephanũ/qui dũ peteretur lapidibus/ vt hoc peccatũ lapidantibꝫ remitteret̃ oꝛabat. Hec omnia cogitantes omne ire incendiũ extinguamꝰ/ vt ⁊ noſtra deus delicta penitus remittat: gratia ⁊ miſericoꝛdia domini noſtri ieſu chꝛiſti: cui gloꝛia in ſecula ſeculoꝛum Amen.

Homelia.LXIII. Ex capitulo.XIX.

**e T factum eſt cum Jeſus conſumaſſet iſtos ſermones migrauit a galilea: ⁊ venit in fines.**

Aſſidue a iudea ꝓpter phariſeoꝝ inuidiã chꝛiſtus excedebat: nũc quoniã paſſionis tempus appꝛopinquabat/in ea immoꝛatur. Nec tamẽ ad hieruſalem interim aſcendit: ſed in finibus eius conuerſat̃. [Et ſecuti ſunt inquit veniẽtẽ multe turbe/et curauit eos.] Nec cõtinue verbis atqꝫ doctrina/nec ſignorũ miraculis: ſed modo hoc/modo illo viciſſim adherentibꝫ ⁊ ſequentibꝰ pꝛodeſt: ita ſignoꝝ magnitudine ac multitudine fidedignioꝛ doctrina videbat̃. a pꝛedicatione ꝟo atqꝫ doctrina miraculoꝛum vtilitas vberioꝛ reſultabat. Sic vtrimqꝫ ad cognitionẽ dei adducebantur. Tu autẽ illud perpende quomõ integras plebes vnico verbo euangeliſte tranſcurrunt: nomina ſinguloꝝ qui curabantur pꝛetermittentes. Non enim dixerunt illum atqꝫ illũ: ſed multos curatos fuiſſe: vt fugiendã eſſe iactantiã ſignificarẽt. Chꝛiſtus autem egrotos curabat: vt ⁊ illis ⁊ multis alijs per ipos pꝛodeſſet. Curatio nanqꝫ illoꝛum multis cauſam pꝛebuit/vt eum cognoſcerẽt. Non tm̄ etiam phariſeis: immo econtra: iccirco ad atrocitatem ferarũ educti ad temptandũ accedebãt Nam quoniã que fiebant carpere nequibant: pꝛopleumata quedam ei pꝛoponunt: dicebant enĩ temptantes: [Si licet homini quacunqꝫ cauſa dimittere vxoꝛem ſuã?] O ſingularẽ arrogantiã: putarunt ſe poſſe queſtionibus os illius obſtruere. At qui rerum experientia quanta in hoc genere ſua virtus eſſet oſtenderetur: quando de ſabbato multa diſſeruerunt: quando quaſi blaſphemantem redarguebãt: quando demoniũ habere aſſerebant: quando tranſeuntes per ſata diſcipulos repꝛehendebant: quãdo de illotis manibꝰ diſputabant: in his enĩ omnibꝰ oꝛibus eoꝛũ conſutis ⁊ impudenti lingua repꝛeſſa confuſi abiere: nõ tamẽ omnĩo deſiſtũt: pernicax ſane malũ inuidia eſt: ⁊ millies retruſa aggredi nõ veretur. Tu autẽ quanta malitia interrogent diligenter attende. Non em̄ dixerunt iuſſiſti iã nõ eſſe repudiandã vxoꝛẽ. Nam ꝙ̃uis eſſet hac de re pꝛius locutus/nullã tamẽ hoꝛũ verboꝝ illi mentionẽ faciunt: verũ putantes maioꝛibus hinc eũ inſidijs poſſe capere (vt ſtudentes in repugnantiã eũ deducere) nõ dicunt cur ſic ⁊ ſic legẽ ſanxiſti? Sed quaſi nihil hac de re dictũ eſſet querunt/oblitũ eum iã eſtimantes paratiqꝫ (ſi licere dixiſſet) ſua ſibi opponere: ſin vero pꝛioꝛa cõfirmaſſet/legi moyſaice repugnantẽ oſtendere. Quid igit̃ chꝛiſtus? Non ſtatim dixit/cur me temptatis hypocrite. Quare ſic? Ut cũ omnipotentia ſua humilitatẽ quoqꝫ monſtraret. Ideo nec ſemper hec ſilentio tradit: ne ignotã ipſi malitiã ſuã putarent: nec ſemper carpit/vt cuncta manſuete ferre diſcamus. Quo nã igitur pacto reſpondet? [Nõ legiſtis/quia qui fecit a pꝛincipio maſculũ et feminã fecit eos: ⁊ dixit: Pꝛopter hoc homo relinquet patrem ſuũ ⁊ matrẽ ſuã/⁊ adherebit vxoꝛi ſue/⁊ erunt duo in carne vna: quare nõ ſunt duo/ſed caro vna. Quod igit̃ deus cõiunxit homo nõ ſeparet.] Uide magiſtri ſapientiã/qui cũ interrogatus eſſet ſi liceret: ne cõturbarent̃ anteqꝫ ſententiã pꝛoferret: confirmationẽ a ſcriptura poſuit: oſtendẽs dei ⁊ patris omniũ id eſſe mandatũ. Et quia his que pꝛius ſibi dicta de nõ repudianda erant vxoꝛe: nõ modo non repugnat/verũ etiã valde cũ moyſe conuenit. Conſiderandũ autẽ eſt/quia nõ auctoꝛitate ſolũ ſcripture: veꝝ etiã rerũ dignitate ſententiã ſuã coꝛroboꝛat Non enĩ dixit/quia virũ ⁊ mulierem vnã ſolũmodo fecit: verũ etiam quia iuſſit vt vnus vni cõiungatur Nam ſi voluiſſet alterã etiam conduci vxoꝛem: vni viro creato multas conformaſſet mulieres. Nunc vero vt creationis ⁊ ſanctionis modo: vnã vni perpetue cõiungi/⁊ nunq̃ꝫ reſcindi opoꝛtere perdocuit Audi quomodo dicit: [Qui fecit a pꝛincipio maſculum ⁊ feminã fecit eos.] Ex vna radice germinarũt ⁊ in vnum coꝛpus cõuenerunt. [Erunt em̄ duo in carne vna.] Deinde terroꝛẽ his intulit/qui hãc ſanctionẽ legis carpere auderẽt. Nam vt fixa ſtabilioꝛqꝫ lex permaneret: nõ dixit nolite igitur vos diuoꝛtio ſeparare: ſed quod deus cõiunxit homo nõ ſeparet: ꝙ ſi auctoꝛitate moyſi tutaris: ego tibi nõ moyſen/ſed deũ pꝛoduco: vt vetuſtate pꝛeterea tempoꝝ ſuperioꝛ ſim. Deus em̄ a pꝛincipio maſculum et feminã fecit eos: hec ergo lex ⁊ ſi modo a me pꝛomulgari videatur: diligentiſſime tamẽ a pꝛincipio tempoꝛum ſancita eſt. Hac etiam nõ ſimpliciter mulierem viro collocari videris: ſed patrẽ ⁊ matrẽ dimittendos iuberi: nec ad mulierem accedere virũ ſimpliciter voluit: verum etiam conglutinari poteſtate dictionis oſtendens minime illos eſſe ſeparandos.



Nec illud ſibi ſolũ ſufficit: ſed maioꝛẽ ꝯiunctionem oſtendit/cũ dicat: ⁊ erunt duo in carne vna. Deinde pꝛiſca iã perlecta lege/que tã verbis ꝙ̃ rebus firma perſiſtit: ⁊ auctoꝛitate latoꝛis nititur: magna iam cum poteſtate ipe quoqꝫ ⁊ interpꝛetat̃/⁊ legẽ ſanxit dicens: Quare nõ ſunt duo/ſed caro vna. Quẽadmodũ igitur ſcelus eſt in duo diuidere vnã carnem ſic ⁊ mulierẽ a viro ſuo diripere iniquiſſimũ eſt. Nec in hoc ſtetit: ſed demũ quoqꝫ attulit dicens: Quod igitur deus cõiunxit homo nõ ſeparet. Ita oſtendit ⁊ pꝛeter naturã ⁊ cõtra legẽ eſſe repudiũ: pꝛeter naturã quidẽ/quia caro incidit̃: contra legẽ aũt quam cũ deus cõiunxerit/ac iuſſerit nõ ſeparare: ipi cõtra pꝛecepta dei facere auſi eſtis. His auditis nõne quieſcere ac laudare dicta eius opoꝛtebat? nõne admirari tantã ſapientiã? nõne ſtupeſcere cũ tantã cõſonantiã cũ patre viderent? ſed nihil hoꝛũ faciunt: ſed ceu pugnaces ⁊ cõtentioſi aiunt: [Quomõ igit̃ moyſes pꝛecepit libellũ repudij dare ⁊ dimittere ipam] Qđ ꝙ̃uis nõ ab illis/ſed cõtra illos ab ipo pꝛoferri poterat: nõ tamen inſultat/nec dicit nihil ad me hoc: ſed quia hoc quoqꝫ ſoluit. At qui ſi oppoſitus veteri teſtamento fuiſſet: nõ decertaſſet certe pꝛo moyſe: neqꝫ ea que ſemel a pꝛincipio facta fuerunt/cõfirmaſſet: nec ſua pꝛiſcis cõuenire ſtuduiſſet oſtendere. Ceterũ cũ etiã multa moyſes alia iuſſerit: vel de cibis vl' de ſabbato: cuius rei gratia nullibi pꝛeterq̃ꝫ in hoc loco auctoꝛitate illiꝰ ſeipos tutant̃. Quippe quia ſtudebant ingentẽ viroꝝ multitudinẽ aduerſus eũ incitare. Ita enim indifferens hoc apud iudeos erat: vt omnes vulgo factitarent: quaꝓpter cũ multa in mõte diſſeruiſſet: hoc eius mandatũ memoꝛie maxime mandarunt: ineſtimabilis tamen illa ſapientia pꝛo moyſe quoqꝫ ſatiſfacit dicẽs: [Ad duritiẽ coꝛdis eoꝛũ illam legẽ ita latã fuiſſe.] Nã quoniã ab ipſo etiã illa emanauit: iure ab omĩ crimine illã defendit: ac totã accuſationẽ in caput eoꝝ cõuertit: quod vbiqꝫ fere factitat. Nã ⁊ quãdo diſcipulos incidiſſe ſpicas accuſabant: eos in culpa eſſe oſtendit: ⁊ quando quaſi pꝛeuaricatoꝛes/quia nõ lauabant manus criminabantur: eos tranſgreſſoꝛes cõpꝛobauit. Et quando de ſabbato diſputabat. Deinde quoniam acre nimiũ atqꝫ oneroſum erat quod dixerat/ valdeqꝫ ipis detrahebat: ad pꝛiſcã ſubito legẽ oꝛationẽ reduxit/ replicans quod ſuperius dixerat. [A pꝛincipio aũt nõ fuit ſic.] id eſt rebus ipis cõtraria his deus ſe nobis ſanxiſſe oſtendit. Nã ne dicere poſſent vnde clarũ facies moyſen ꝓpter coꝛdis noſtri duritiẽ ita ſcripſiſſe: inde rurſus oꝛa eoꝝ obſtruit. Nã ſi hec lex pꝛicipalis atqꝫ cõmoda eſſet/nõ illa ſtatim a pꝛincipio ſancita fuiſſet: nec creatoꝛ deus ſic aut creaſſet/aut dixiſſet. [Dico autẽ vobis quia quicunqꝫ dimiſerit vxoꝛẽ ſuã excepta cauſa foꝛnicationis ⁊ aliã duxerit mechatur. Cõfuſis iã illis ſumma cũ auctoꝛitate legem ſanxit: quod etiã cũ de cibis/cũqꝫ de ſabbato diſputaret/ſimiliter fecit: de cibis enĩ diſſerẽs poſteaꝙ̃ illos cõuicit/tunc turbas alloquebat̃ dicens: nõ ab eo qđ intrat hominẽ coinquinari. Et de ſabbato pariter illis cõfuſis intulit: licet ergo in ſabbato benefacere: hic quoqꝫ eodem modo. Uerũ quẽadmodũ ibi cõfuſis phariſeis diſcipuli turbati accedẽtes cum Petro dixerunt: Expone nobis parabolã hãc ſic nunc quoqꝫ tumultuantes dicebant: [Si ita eſt cauſa hominis/non expedit nubere.] Ita quia melius nunc intellexerunt turbantur: tunc autẽ nõ intelligentes ſiluerunt. Nam ex interrogatis ⁊ reſpõſis clarioꝛ modo lex facta eſt. Non audentes autem apertius interrogare quod graue videbatur: id in mediũ pꝛoducunt dicentes: [Si ſic eſt cauſa hominis cũ vxoꝛe nõ expedit vxoꝛẽ ducere.] Oneroſum ac durũ valde ſibi videbatur/omĩ nequitia plenam mulierẽ retinere: ⁊ tã atrocẽ beluã in penetralibꝫ domus ſeuientem fouere. Hac ratione illos turbatos fuiſſe Marcus aperit dicens arbitris remotis illos dixiſſe. Quid poꝛro illud ſibi vult? [Si ſic ẽ cauſa hominis cũ vxoꝛe] id eſt ſi hac de cauſa coniuncti ſunt/vt vnũ ſint: nec ſi cauſam maritꝰ habeat/poſſit eijcere: facilius em̄ huic cupiditati erat ſeipm̄ abdicare/ꝙ̃ vxoꝛi impꝛobe repugnare. Quid igit̃ chꝛiſtus? Non reſpondit vtiqꝫ facilius eſt: ne legis vim id putaſſent habere: ſed intulit: [Non omẽs capiũt ſed quibus datũ eſt.] Ita rẽ extulit: pꝛecipuãqꝫ oſtẽdit: ⁊ hac ratione attraxit: atqꝫ hoꝛtatꝰ eſt. Sed perpende repugnantiã magnã: ipe arduũ id eſſe confirmat/illi ꝟo paruũ ac facile: vtrumqꝫ certe cõmode factũ. Nam cũ ab ipo magnũ eſſe cõfirmetur: inſtructioꝛes paratioꝛeſqꝫ fiunt/qui hoc deſiderant. Cũqꝫ a verbis coꝝ facilis eſſe videatur/hac ratione ad eligendã cõtinentiã atqꝫ virginitatẽ pꝛonioꝛes reddũtur. Nã quibus ad perpetuã hoꝛtari virginitatẽ arduũ atqꝫ durũ videtur: neceſſitate legis in cupiditatem virginitatis impellit. Poſſe aũt nos perpetuã ſeruare ꝯtinentiã oſtendit dicens: [Sunt eunuchi qui ex ventre matris ita nati ſunt: ⁊ ſunt qui ab hominibus facti ſunt: ⁊ ſunt qui ſeipſos caſtrauerunt pꝛopter regnũ celoꝝ.] His omnibus adoptandam eligendãqꝫ virginitatẽ inducit: poſſibile nãqꝫ id eſſe hominibus hoc fere modo cõfirmat. Cogita tecũ ſi aut a natura eunuchꝰ eſſes: aut iniuria hominũ ſic effectus quid faceres: cũ ⁊ huiuſmodi voluptate careres/⁊ nullã carendo mercedẽ cõſequereris. Gratias igitur deo agas/quia magna pꝛemia/rutilanteſqꝫ coꝛonas habebis: ſi ita viues quẽadmodũ ſine aliquo illius pꝛemio: immo ꝟo multo facilius/tutius/atqꝫ iucundius/tũ quia ſpe retributionis coꝛroboꝛaris/tum quia cõſcientia virtutis gaudes: et ad hec nõ ita ingentibus cupiditatis fluctibꝰ iactaris. Non em̄ ſic amputatio membꝛi/quẽadmodũ rationis frenũ: immo ꝟo ſola ratio huiuſmõi fluctus cõpꝛimit/⁊ in tranquillitatis poꝛtũ animũ reducit: iccirco igitur illos recenſuit/vt hos vehementiꝰ exhoꝛtaretur: niſi em̄ huc tenderet/ad quid alioꝝ feciſſet eunuchoꝛũ mentionẽ? Quando autẽ dicit eunuchos ſe fecerunt: nõ de abſciſione membꝛoꝝ dicit: ſꝫ pꝛaue cogitationis interemptionẽ intelligit. Nam qui membꝛũ incidit/maledictõi ſubiectꝰ eſt: vt paulus ait: Utinã abſcindantur qui vos conturbant/ neqꝫ iniuria. Nam cũ homicide opus id eſſe videat̃/ ⁊ dei creature aperte detrahit: manicheoꝝ oꝛa recludit: et eandẽ qui hoc agit iniquitatẽ cõmitti/ꝙ̃ qui apud gentes mutilantur. Diabolice namqꝫ membꝛoꝝ inciſio inuentionis opꝰ a pꝛincipio fuit: vt operi diuino detraheretur: vt rationale animal lederetur: vt non voluntati/ſed membꝛoꝛum nature vniuerſa re attributa: largas ſibi ad peccandũ homĩes poꝛtas reſerarent: ac ita dupliciter lederentur: tum quia membꝛis ſuis carerent: tum quia voluntatis ad bona inclinatio repꝛimeret̃. Que omnia ex lege

diabolica ſunt / qui ad ea que dicta ſunt via quadam progrediens pernitioſum illud fatalis rerum neceſſitatis dogma introduxit. Ita vndiq; datã nobis libertatẽ diuinitus vicia eſſe ſuadens / euellere conatur: multaq; alia hinc peſtifera dogmata occultius ſeminat. Talia quippe ſunt diaboli pernitioſa venena: quare oro atq; obſecro fugiatis hanc abſtinendi nequitiã. Ad ea enim que dicta ſunt accedit / ꝙ nec cupiditatis incendia mitigantur: ſed grauiora inflãmationaq; redduntur. Alij namq; ſunt fontes ſpermatis hominũ: ac aliunde certe prorumpũt quidã a cerebro / quidã a lumbis illum in quietiſſimũ aſilum proficiſci contendunt: ego vero nõ aliunde dixerim / q̃ a laſciuia mentis ꝛ cogitationis neglectu. Quippe modeſtia mẽtis facit vt naturales motus nullum afferant detrimentũ. Cum ergo de his eunuchis dixerit / qui niſi etiã ipſi mente ſe cõtineãt fruſtra ꝛ incaſſum tales ſunt: ac de his qui vt celos nanciſcantur ſe continent: ſubiungit rurſus dicens [Qui poteſt capere capiat.] Ita magis animat atq; incendit: vel quia magnitudinem virtutis oſtendit: vel quia ineſtimabili miſericordia ſua voluit rẽ in neceſſitatem legis concludere. Et ad hec poſſibile id eſſe monſtrat / vt eligendi cupiditas creſcere poſſit Sed ſi electionis opus eſt id inquies: quomodo incipiens ſtatim dixit: [Non omnes capiunt / ſed quibus datũ eſt.] Ut ſingulare id eſſe certamen perdiſcas: nõ vt ſorte datam neceſſitatem ſuſpiceris: his enĩ datũ eſt qui ſponte id eligunt: quod ideo dixit / vt oſtenderet ſuperiore nobis auxilio eſſe opus / qđ quidem omnibus paratum eſt / ſi volumus in hac luctatione ſuperiores euadere. Solitus quippe eſt quandocũq; res ardua proponitur hoc vti modo dicendi: vt etiam quando dicebat: Uobis eſt datum noſſe miſteria regni celorũ: quod maxime ita eſſe preſenti loco approbatur. Nam ſi datũ ſolũmodo ſuperius eſt: at nihil penitus qui ſe in perpetua virginitate conſeruant conferre videntur: ſuperflue ipis regnum celorũ pollicetur: nec merito a ceteris eunuchis diſtinguit. Tu autẽ perpende quomõ ab aliorum malicioſis queſtionibus non parũ alij lucrant̃ Nam phariſei quidẽ qui vt caperent nõ vt diſcerent interrogabant: nihil inde conſecuti / abierunt: diſcipuli vero attente cuncta percipientes multa didicerunt. [Tunc oblati ſunt ei paruuli / vt manus imponeret ſuper eos / ꝛ oraret: diſcipuli autẽ increpauerunt eos: ipſe vero dixit eis: Dimittite paruulos venire ad me: taliũ enim eſt regnũ celorũ: ꝛ cũ impoſuiſſet eis manus abijt inde.] Cuius rei gratia diſcipuli paruulos repellebant? Dignitatis profecto cauſa. Quid porro ipſe? Humiliores eſſe / tumorẽq; mundanũ calcare diligentius docens: libẽter ſuſcipit / ꝛ manꝰ imponit / regnũq; celorum talibus pollicetur: quod ab ipſo in ſuperioribus etiã factum eſt Quare nos quoq; ſi celorũ heredes conſtitui volumus: hanc paruuloꝝ virtutẽ conſequi ſtudeamus. Hoc eñ ſupremũ philoſophie culmen eſt: vt cũ prudens ſis nihil ficti / nihil ſimulati aſciſcas: id angelorum vita eſt. Ab omnibus enĩ paſſionibꝰ anima paruuloꝝ munda eſt: his qui dolorẽ intulerũt: nullas vltionis vices reſeruant: ꝛ quaſi nihil actũ eſſet veluti ad amicos accedũt. Quanto magis a matre vapulant / tanto magis eam queritant: atq; ceteris omnibus eam anteponunt. Nam etiam ſi regina cũ diademate atq; purpura ſibi offerretur / nõ preponerent eã matri: etiã ſi pannoſa eſſet / quã cũ ſordido habitu aſpicere malunt / q̃ reginã ornatu aureo decoratam: quod enĩ ſuũ aut alienũ eſt / non inopia ꝛ copia rerum: ſed quaſi philoſophia diſcernunt: nec vltra neceſſitatẽ aliquid queritant: ſed cũ lacte repleti fuerint: ſtatim relinquunt mamillã: nõ dolent pecuniarũ aliarũq; reꝝ huiuſmõi iacturã / ſicuti grandiores: nõ venuſtas formas admirantur: ideo dicebat Taliũ eſt regnũ celoꝝ: vt ea nos volentes faciamꝰ / que ingenita paruulis atq; inſita duce natura facit Nam quoniã omnia phariſei malitia ꝛ arrogantia faciebant: iccirco vbiq; diſcipulos ad ſimplicitatem hortatur: illos occulte malignos eſſe ſignificans / ꝛ hos apertius erudiens. Nihil enĩ ita in ſuperbiam euehit / ſicut principatus / ꝛ primi conſeſſus. Quoniã igitur per vniuerſum terrarũ orbẽ magnũ diſcipuli honorẽ cõſecuti erant: ne humanũ quid patiantur: ꝛ aut honores a multitudine petant / aut ſe corã alijs oſtendant: preueniens ſolidiori doctrina mentes eorũ confirmauit. Nam ꝛ ſi parua hec eſſe videãtur / magnã tamẽ hinc in vicia originẽ trahũt. Sic eñ phariſei ab adoleſcentia ducti ad ſummã ſuperbie arcẽ ſalutationes / primos conſeſſus / ꝛ inceſſus medios requirentes facile aſcenderunt. Ab iſtis eñ ad furioſam glorie cupiditatẽ / ꝛ hinc ad impietatem delapſi ſunt: propterea quoniã ad temptandũ accedebant: maledictiõe peccati cõtracta receſſerũt: paruuli vero quia ab his omnibus immunes fuerunt benedictionẽ ꝯſecuti ſunt Imitemur igit̃ etiã nos paruulos / ꝛ eoꝝ mores / in oĩ faſtu ꝛ malitia cõtẽnẽda cõplectamur. Non enĩ eſt nõ eſt inquã aliter poſſibile celos attingere: ſed neceſſe omnino eſt in gehennam detrudi malitioſos omnes atq; ſimulatores: immo vero vel anteq̃ tempus gehenne venerit / non paruis hic ſupplicijs cruciãtur. Si enĩ malus fueris inquit ſolus / mala exhauries: Sin vero bonꝰ / tibi ipſi eris ꝛ proximo: quod ita ſolitũ euenire facilius credes / ſi priſcorum vitam cõſiderabis. Nemo quippe q̃ Saul verſutior vnq̃ fuit. Nemo ſimplicior atq; integrior q̃ Dauid: vter igit̃ munitior atq; tutior? Nõne his illũ in manibus habuit Dauid / et cũ interficere poſſet pepercit? Nõne irretitũ ꝛ quaſi carcere circũuallatum tenebat / ꝛ dimiſit: ꝛ q̃uis in Dauid ille cõmiſerit crimina: q̃uis a multis in necem illius Dauid incitaretur: intactum tamẽ abire voluit. Ita ꝛ ſi cũ magno exercitu alter perſequeretur: alter cũ paucis omni ſpe deſtitutꝰ eſſet: nihilominus fugitiuus ille qui de loco ad locum vagabatur inſtructum legionibus regem ſuperauit: quod ideo factum eſt / quia cum ſimplicitate alter / alter cũ malitia cuncta gerebat. Quid enim illo pernitioſiꝰ excogitari poterit: qui ducem militie ſue a quo bella gerebantur / ſummiq; labores ferebantur: victorie vero premia ꝛ triumphi quieto ipſi atq; imbelli referebantur interimere querebat? Huiuſmodi certe inuidia malum eſt: proprijs ſemper commodis inſidiatur: ac eum tabefaciens / qui eam habet / mille calamitatibus inuoluit. Nam et miſer ille anteq̃ ab eo Dauid diſceſſerat: flebilem illam vocem non emiſerat / qua deplorãs dicebat: nimium tribulor alienigene inſurgunt aduerſus me: et dominus deſſtit a me. Nec in prelio fuerat antea victus q̃ ab eo Dauid diſceſſerat. Immo vero victor ac triumphator iccirco euadebat: quia ducis gloria ad regẽ pertranſibat. Non enim tyrannicus fuit dauid / nec a ſede ipſum eijcere vnq̃ cogitauit: ſed vehementer illi affectus: cuncta ad honorẽ eius gerebat: qđ ex his que poſtea fecit apertiſſimũ eſt. Nã quantũ illo erat melior legi forſan ſubiectionis (ſi qs non diligenter exquirat) hec poterit attribuere: verũ poſtq̃ a regno eiectus fuit / quid perſuaſit ꝛ detinuit eũ: ne bellum aduerſus Saul inferret? Immo vero qđ nõ intendebat cũ quottidie ad aduerſarij necẽ: qui nõ ſemel nec bis ſed ſepius nequiter inſidias tetẽderat: qui beneficijs multis affectꝰ nihil penitus poterat criminari. Dauid aũt ipſius etiã ſalus in periculo verabat̃: quare neceſſe erat Saul victo formidare ſemꝑ / ꝛ in cacuminibus montiũ latitare. Sed nihil horũ omniũ potuit eũ impellere: vt mucronẽ ſuũ cruentaret: ſed dormientẽ ipſum ꝛ ligatũ videns deſolatũ / etiã in medio ſuorũ cum multi hortarent̃ ac dei ſententia tantã oportunitatẽ conceſſam dicerẽt acri omnes repulit increpatiõe / ac a cede abſtinuit: ſaluoq; emiſſo aduerſario: quaſi corporis eius cuſtos ac ꝓtector / nõ hoſtis fuerit / ſic exercitũ accuſabat ꝙ regẽ prodidiſſent. Quid igit̃ alio illius equale inuenieť? quid illa manſuetudine maius? qđ ſi ab his que diximus facile intelligat̃: multomagis tamẽ a preſentibus perſpici poteſt. Ex noſtra quippe malignitate virtutẽ ſanctorũ melius cognoſcere poſſumꝰ. Quare obteſtor atq; obſecro / mutationẽ illorũ amplectamur: gloriã fortaſſe cupis: ac ideo proximo inſidiaris / maiorẽ profecto conſequeris ſi contempta huiuſmopi gloria ab inſidiando abſtinueris. Nam ſicut auaritia acquiſitiõe pecuniarũ contraria eſt / ſic cupiditas glorie ꝛ ad acquirendã gloriam parũ conducit. Et ſi vultis curioſius hoc inueſtigemꝰ. Nam quoniã nullus terror gehenne nos mouet / et celorũ premia nõ impellũt: age ſaltem a rebꝰ ipſis nobis perſuadeamꝰ. Qui nam igit̃ ridiculoſi ſunt: dic q̃ſo? Nonne qui oĩa faciunt vt multitudinis auram adipiſcant̃? Qui porro laudabiles? Nõne qui hanc vulgarem laudẽ contemnũt: ergo ſi inanem querere gloriã exprobrabile eſt: vt qui eam cupit cõſequi eã non poteſt / exprobrabilis oĩno erit ſed cupit: ita cupido inanis glorie dehonorationis cauſa eſſe inuenitur: neq; hinc ſolũ glorioſi dedecore ſordidantur: verũ etiã quia multa illiberalia / multa ſeruilia facere cogunt̃ / ac veluti ne magna emolumenta nonnulli conſequant̃ auaritia ſolet eſſe impedimento / ſic fit in hac re. Multis quippe illi modis adeo decipiunt̃: vt parua plerũq; lucra magna eis afferant detrimẽta: vnde id factũ eſt iam tuto ſermone ꝓuerbiũ. Nam ſicut luxurioſus a perfruenda voluptate paſſionis impedit̃ / cũ qui valde laſciui muliebreſq; ſunt / eos veluti mancipia mulieres contemnãt: nec ipſis tanq̃ viris vnq̃ vti dignantur / ſed cedentes atq; deſpuentes / huc atq; illuc circũducẽtes / ac omnia imperantes: ſolũmodo irridẽt atq; illudunt: ſic eum qui plurimũ ſibi arrogat (et inanis cupiditate glorie furit / ac magnũ quendã atq; ſublimẽ ſeipſum arbitratur) nihil profecto deiectius. Cum enĩ genꝰ humanũ contentioſum ſit / nullũ magis oppugnat q̃ elatos / arrogantes / ac inanis glorie ſeruos. Hic aũt ipſe qui ſic affectus eſt: quo gloriã iam acquiſitã (vt putat) conſeruet / quaſi mancipiũ plurimis adulatur: nõnullos preter dignitatẽ ſuam nimiũ colit. Que oĩa recte ſentientes deponamus oro has paſſiones: nam aliter ꝛ hic penas dabimꝰ: ꝛ ibi perpetuo cruciabimur. Admiremur ergo virtutẽ obſecro atq; colamꝰ / vt ꝛ in hac vita multa nobis bona tribuantur / ꝛ cum natura cõceſſerimus / eternam beatitudinem adipiſcamur: gratia et miſericordia dñi noſtri ieſu chriſti Amen.



Homelia LXIIII Ex capitulo XIX

## Et ecce vnus accedens dixit: magiſter bone quid boni faciam vt habeam vitam eternam?

Nonnulli huic hoĩ quaſi fraudulẽto et nequam detrahunt tẽtationis gratia ad ieſum acceſſiſſe affirmantes: ego vero habendi quidẽ cupidũ atq; auarũ nõ negauerim: talem enĩ ipſum fuiſſe chriſti verbis declaratur / ſubdolũ autem et ſimulatorẽ nunq̃ dixerim. Partim quia nõ debemus quod incertũ eſt ac maxime in criminibus quaſi certũ aſſerere. Partim quia hanc de ipſo ſuſpicionẽ Marcus remouit ait enim quoniã accurrens ꝛ genuflectens rogabat eum. Uerũ tam atrox eſt pecuniarũ cupiditas / vt licet alioquin virtutis ſimus alumni: nihil tamen diuitiarum appetitione impediti proficere poſſumus Quare nõ iniuria Paulus eam malorũ radicẽ appellauit. Radix enim omniũ vitiorum auaritia eſt. Quare autẽ chriſtus neminẽ eſſe bonũ reſpondet? Quoniã ceu ad hominẽ nudũ et vnum e multis iudeorum magiſtris adijt: iccirco etiã ipſe quaſi homo ei reſpondet. Sepius enĩ ad mentem rogantiũ orationem accõmodat / vt quando dicit: nos adoramꝰ quod nouimus / ꝛ ſi ego teſtor de meipſo / teſtimoniũ meũ non eſt verũ. Cur igitur nullũ eſſe bonũ dicit? Non eijcit ſeipſum a bonitate / ſed hominẽ nullũ bonum eſſe annuit: nec tamẽ oĩno humanũ genus bonitate priuatũ eſſe affirmat: ſed comparatiõe diuine bonitatis neminẽ bonum eſſe aſſerit: ac ideo ſubiunxit: [Niſi vnus deꝰ] Nec intulit niſi pater meꝰ vt diſcas quia nõ reuelauit ſe illi: ſic ꝛ in antecedentibus: Si vos cum ſitis nequã (dicebat) noſtis bona filijs veſtris dona cõcedere. Nam ꝛ ibi nequam hoĩes appellauit: non quia genus humanũ nequicie condemnaret: ſed quia humane bonitati diuinã pretulit: quod a ſequentibus illico patet: quãto enĩ magis inquit pater veſter bona dabit petentibꝫ ſe? Sed quid vrgebat inquies aut quod nam cõmodũ ex huiuſmodi reſponſo ſequebatur? Ad altiora ſenſum eum adducebat / ac ab aduiationis vicio liberare volebat / vt ſimul ꝛ a terrenis abduceret ꝛ deo affigeret / ſuaderetq; futura ſolũmodo bona eſſe querenda: vtq; ſolũ deum vere bonũ et radicem ac fontem bonorũ omniũ eſſe cognoſceret et ei gloriã referret. Nã ꝛ quãdo ait: Nolite magiſtrũ vocare in terra: tum ad diſtinctionẽ ſui hoc dixit: tum vt diſcant que nã ſit prima rerum omniũ ac vera origo. Tantum enĩ ille ſtudiũ demonſtrauit: vt cum alij tẽtarẽt alij pro egrotis venirent: ipſe meliore cupiditate incenſus de vita eterna ieſum adiẽs interrogabat: fertilis quippe atq; vber ager erat / ſed multitudo veprium ſemen ſuffocabat. Et conſidera quomodo paratus ad obediendũ mandatis erat. [Quid enĩ faciendo inquit vitã eternã poſſidebo?] Sic prõptus ad parendũ eſſe videbatur. Que ſi tẽptandi animo

acceſſiſſet/ ſicut in alijs et in marco legis: ita etiam
in hoc nobis euāgeliſta id ſignificaſſet/ ſed ſi ipſe ſi-
luiſſet dn̄s certe patefeciſſet: aut aperte redarguēdo
aut occultius ſignificādo/ ne videret̃ decepiſſe ac la-
tuiſſe: ⁊ nō paruū hinc detrimentū cōtraxiſſe. Pre-
terea ſi tētationis gratia interrogaſſet/ nullo ꝓpter
illa que audiuit affectus merore fuiſſet. Nemo certe
phariſeorū cōtriſtatus vnqꝫ abijt/ ſed cōfuſi dn̄i do-
ctrina cōfutatiqꝫ magis furiebāt: hic autem triſtis
abijt/ qđ nō paruū ſignū eſt: nō peruerſa illum men-
te ſed imbecilliore tn̄ ad chriſtū vite deſiderio perue-
niſſe. Opprimebat̃ autē alia quadā grauiſſima paſ-
ſione: vnde cum dn̄s dixerit: Si vis in vitā introi-
re ſerua mandata. Que nā mandata ſeruāda eſſent
interrogauit: non tētando quidē abſit hoc enī: verū
q2 exiſtimabāt alia quedā p̄ter legalia vite ſibi cau-
ſa futura: qđ certe magnā hoīs cupiditatē deſignat:
Deinde cum ieſus mādata legis recitaſſet. [Hec in-
quit oīa ab adoleſcentia mea cuſtodiui.] Nec finem
hic fecit/ ſed rurſus querit: q̄ res etiam nimiā eius
cupiditatē ſignificabat: nec parū illud quoqꝫ fuit ꝙ
deeſſe ſibi aliq̄d putās nō arbitrabat̃ ſatis dictum
eſſe ad cōſequendū qđ optabat. Quid igit̃ chriſtus?
Quoniā magnū quiddā iniūcturus erat/ magnitu-
dinē prius p̄mij poſuit dicēs: [Si vis perfectꝰ eſſe
vade ⁊ vende oīa q̄ habes et da paupibꝰ et habebis
theſaurū i celis: ⁊ veni ⁊ ſeq̄re me.] Perſpicis q̄t bra-
uia: q̄t coronas huic ſtadio ꝓponit: ſi aūt ille tentaſ-
ſet: hec ei nō dicerent̃. Nūc vō ⁊ hec illi manifeſtant̃
⁊ vt alliciat̃ ingentē ei mercedē futurā oñdit: ⁊ volū-
tati eius vniuerſa relinquit: ita his oībus ne onero-
ſa videret̃ admonitio facere ſtudebat: ac ideo anteqꝫ
certaminis laborē oſtenderet: brauiū p̄ oculis po-
ſuit dicēs: [ſi vis perfectus eſſe.] deinde inferens:
[vende oīa que habes ⁊ da pauperibus.] ⁊ rurſus
iterū premia inculcat: [et habebis theſaurū in celo:
⁊ veni ⁊ ſequere me.] nō enī parua retributio eſt di-
ligenter dn̄m ſequi. [et habebis inquit theſaurū in
celis.] Nā quoniā magna illi cura de pecunijs erat
quādoqꝫ cūctis denudari rebus cōſulebat/ vt oſten-
dat nō amiſſurū bona ſua: ſed tanto plura maioraqꝫ
inuenturū: quantū terra celū p̄ſtabilius eſt: retribu-
tionis p̄ſtantiā theſaurū appellauit: ⁊ ſimul ſtabili-
tatem atqꝫ incorruptibili premij vt fieri poterat hu-
mano verbo ſignāter expreſſit. Nō ergo ſatis eſt pe-
cuniā ſpernere: verū etiā oportet pauperibus opem
ferre: ⁊ ante oīa ipſum chriſtū ſequi diligēter/ id eſt
oīa re ipſa preſtare que ab ipſo iubentur/ paratūqꝫ
ſemꝑ eſſe tam labores ſubire qꝫ omne genus mortis
ſufferre. Si quis enī inquit venire poſt me velit/ ab-
neget ſemetipſum: tollatqꝫ crucē ſuam ⁊ ſequat̃ me.
Maius quippe eſt qꝫ pecuniā cōtemnere proprij ſā-
guinis effuſio. Quā quidē ad rē nō parū confert nō
fictus non ſimulatus pecunie cōtemptus. Hec ille
cum audiſſet merore deiectus abijt. Quod nō abſqꝫ
cā illi accidiſſe ſignificauit euāgeliſta dicens: [Ha-
bebat enī poſſeſſiōes multas.] Nō pariter certe hac
paſſione opprimunt̃ qui pauca poſſident/ ⁊ qui ma-
gna rerū copia obruunt̃. Nec vnqꝫ magna voce pre-
dicare ceſſabo acceſſione pecuniarū cupiditatē habē-
di magis atqꝫ magis adeo inflammari/ vt rerū co-
pia creſcēte/ paupertas quoqꝫ augeat̃. Nam q̄ ma-
iore deſiderio ardēt/ egere ſe magis ſentiūt. Perſpi-
ce igit̃ q̄nta huiꝰ paſſiōis vis ſit: cū magna diues ille
xp̄um leticia adijſſet: ita ſuffoſſus atqꝫ obrutus fuit
quia eſſiciendā pecuniā eſſe audiuit/ vt nec reſpōdere
quidē potuerit: ſed triſtis ac meſtitia preſſus deceſſe-
rit. Quid igit̃ chriſtus? [Difficile inquit in regnum
celorū diuites intrabūt.] Quibus verbis nō pecu-
niā ſed pecunia detentos carpit: ꝙ ſi diuites ſimpli-
citer difficile ſaluant̃ quid faciēt rapientes? Nam ſi
ſua nō dare impedimento ad regnū eſt/ quantū ſibi
cōtrahit ignē: qui aliena occupat. Cur aūt diſcipu-
lis adeo pauperibus vt nihil prorſus haberēt hec di-
cit? Sane vt eos erudiret/ ne pudori paupertatē ſi-
bi putarēt: ⁊ quaſi reſpondeat: quā ob rē nihil habe-
re eos permiſerit. Qđ autē primo difficile dixit: id-
ipſum progrediēs cameli atqꝫ acus cōparatiōe val-
de impoſſibile oſtendit. [Facilius enī eſt ait camelū
per foramē acus tranſire qꝫ diuitē intrare in regnū
celorū.] Unde patet nō paruā mercedē philoſophā-
ti locupleti eſſe repoſitā: ideo dei quoqꝫ opus id eſſe
aſſeruit: vt ingentis gratie dono ad hanc rem opus
eſſe oſtēdat. Nā diſcipulis perturbat̃. [Hoc apud
hoīes inquit impoſſibile eſt: apud deū aūt oīa poſſi-
bilia ſunt.] Et cuius rei gratia diſcipuli qui nimiū
inopes erāt turbabant̃? Quia ꝓpter perditionē il-
lorū dolebāt/ quorū iam charitate afficiebant̃/ ⁊ q̄ſi
magiſtrorū ac patrū viſcera ſuſceperant: ſic enī pro
vniuerſo terrarū orbe huius ſentētie acrimonia ex-
pauerūt/ vt non parua eis conſolatiōe opus fuerit:
hac de cauſa inſpiciēs eos prius dixit: que apud ho-
mines impoſſibilia ſunt: apud deū poſſibilia ſunt.
Jocūdo namqꝫ aſpectu ac māſueto mentis horrore
eorū oportune ſedato/ ⁊ anguſtia diſſoluta qđ inſpi-
ciendi verba euāgeliſta ſignificauit: demū verbum
quoqꝫ exuſcitat: dei virtutē in mediū adducendo: ac
vt confiderēt exhortādo. Si vō modū quoqꝫ ipſum
perdiſcere deſideras: et quo nam pacto quod poſſi-
bile ⁊ impoſſibile fiat diligēter attende. Non enim
ea de cauſa que apud hoīes impoſſibilia ſunt: apud
deum poſſibilia eſſe dixit: vt tu deſperatione confu-
ſus/ quaſi ab impoſſibilibꝰ deterrearis/ verū vt cū
magnitudinē virtutis perceperis/ facilius rem ag-
grediaris/ deūqꝫ ores propitiū tibi fore: vt eius ope
eterne vite premia cōſequaris. Quomodo igitur id
poſſibile fiet? Certe ſi opes proieceris ſi pecuniā con-
tēpſeris/ ſi hac ſordida cupiditate nō ſupereris. Ex
enī nō deo ſoli ſed volūtati quoqꝫ tue rem attribuit:
quodqꝫ dicta hec ſibi ſunt vt virtutis pre oculis ma-
gnitudo ponat̃: ex his que ſequunt̃ perpendes: nā
cum Petrus rogauerit: [Ecce nos relictis omnibꝫ
te ſecuti ſumus quid ergo erit nobis?] mercede illis
prius diffinita ſubiūxit: [Et quicūqꝫ reliquerit do-
mos vel agros vel fratres vel patrē vel matrē pro-
pter nomē meum centuplū accipiet et vitā eternam
poſſidebit.] Jta quod impoſſibile erat poſſibile fa-
ctum eſſe videmꝰ. Sed quo pacto inquies opes re-
linquere potero? Quomodo qui ſemel tali paſſione
ac magno habēdi deſiderio ſubmergitur recipere ſe-
ipſum ac e fluctibꝫ emergere poterit? Certe ſi faciet
initiū ſuperfluā rerū copiam circūcidere atqꝫ abijce-
re facilꝰ ac expeditꝰ huiꝰ certaminis curſū ſubibit.

Non ergo totā rem ſimꝰ aggrediaris: ſed ſi arduū
tibi videtur eodem vniuerſa tēpore aggredi ſenſim
atqꝫ gradatim per hanc ſcalam aſcendas/ que te tan-
dem in celos adducet. Nam quemadmodū q̄ acute
bilis feruore febricitāt/ nō ſolū extinguūt ardorem



potu verūetiā incendūt atqꝫ inflammāt/ ſic qui aua-
ricia laborāt cum huic cupiditati omni bile acerbio-
ri pecuniā afferūt maiori ſeipſos flamma incendunt
Nihil quippe hanc ſitim ita extinguit/ quēadmodū
ſi ab huiuſmodi deſiderio teipſum liberū conſtituas
ſicut etiā acuta bilis nō potu ſed econtrario potius
extinguitur. Sed hoc ipſum inquies quomodo fa-
cere potero? Si perſpexeris nunqꝫ rerū copia huiꝰ
te ardorē ſitis extincturū: ſed ſolo diuitiarū deſpectu
ab hoc te tabifico morbo eripe poſſe. Noli ergo mul-
ta cōquirere/ ne incōprehenſibilia ſequaris: ⁊ incu-
rabili peſte labores: ac oībus miſerior intolerabili
hoc dolore et ſis et videaris. Reſpondeas enī mihi
oro quē nam putas magno dolore cruciari: vtrum
eū qui edendi atqꝫ bibendi cupiditate conficit̃: cum
nō poſſit deſiderio ſatiſfacere ſuo: an cum qui nec ta-
li quidē cupiditate vexat̃. Non dubito quin eum re-
ſpondebis qui animū ſuū explere nō poteſt. Tanti
certe doloris plenū eſt/ nō poſſe voluptati frui cum
nimiū deſideres: nec bibere poſſe cum ingēti ſiti exa-
giteris. At cum pre oculis nobis ponere gehennā
chriſtus voluerit/ hoc modo deſcripſit: ⁊ diuitē ſic ta-
he fieri dixit: vt cum ſtillā aque deſideraret: nec ha-
bere poſſet atrociter vexaret̃. Quas ob res qui pe-
cunias deſpicit: is cupiditati terminū ꝯſtituit. Qui
vero ditari deſiderat plurima indies cōquirit: ma-
iore ſiti compulſus nunqꝫ ad finē deueniet: ſed ſi mil-
le adipiſceret̃ talenta: mille alia cōtinuo querit/ que
ſi poſſidebit: duplicare vniuerſam ſubſtantiā mul-
to magis exardeſcit. Ac ita prodiēs montes/ terrā/
maria cuncta ſibi aurū fieri precat̃: eo furoris gene-
re inſaniēs ꝙ nunqꝫ hac ratione deprimi poteſt. Ue-
rum vt tibi perſuadeas oblatiōe nō acceſſiōe id nos
malū poſſe cōpeſcere: conſidera ſi tibi vnqꝫ in mentē
venit/ vt per aera ceu volucres ferri optares: quo-
modo hanc cupiditatē reprimere poſſes? verū fingē-
do pēnas aliaqꝫ ad volandū inſtrumēta faciēdo an
ſuadendo tibijpſi veſana impoſſibiliū cupiditate de-
tineri nō ambiges bene ſcio/ quoniā ſi animū indu-
xeris/ nō debere nos impoſſibilia ꝓſequi trāquillo
penitus aīo eris. Sed hoc inq̄es penitꝰ impoſſibile
Sane nō minꝰ īpoſſibilia petit/ q̄ habēdi cupidita-
tis terminū īuenire conat̃. Facilius nanqꝫ eſt hoīem
volare qꝫ acq̄ſitiōe ac acceſſiōe pecunie cupiditatē ha-
bēdi terminare. Quare q̄n̄ca q̄ deſiderant̃ poſſibilia
ſūt nō ē p̄ter naturā coꝝ acq̄ſitōe deſideriū mitigari
quando aūt penitus impoſſibilia nihil aliud relin-
quit̃ qꝫ vt animū tuū procul a cupiditate abducas.
Ne igitur incaſſum laboremus cupiditate pecunia-
rum (q̄ ſemper nobis meroris cauſa eſt neqꝫ vnqꝫ pe-
ctus noſtrū quieſcere patit̃) oīno abiecta: ad alium
portū plenis velis nauigemus/ qui et felicior eſt/ et
ſupremā nobis facile prebebit beatitudinem. Cele-
ſtes ergo theſauros expetamus qui nō laboris mul-
tum afferēt nobis: ⁊ queſtū ineſtimabilem prepara-
būt: in quibꝫ cōſequēdis nullā facere vnqꝫ poſſumꝰ
iacturā/ dūmodo vigilemus/ ⁊ preſentia cōdemna-
mus. Nam qui ſecularibꝰ rebus ſeruit/ ac ſemel il-
lis deditus in ꝓpoſito perſeuerat eum neceſſe eſt/ vt
ſuperiorē amittat theſaurū. Hec oīa tecū cogita/ et
te a flamma eripe huius cupiditatis. Nemo enim ꝑ-
fecto dicere poterit/ preſentia quidē hanc cupiditatē
p̄ſtare qua futuris oīno priuamur: qꝫuis ſi ſic eſſet
fugiendā tamē vltimā penā nō dubitares. Nunc ve-
ro ad futura ſupplicia preſens quoqꝫ accedit crucia-
tus. Multas quippe domos hec cupiditas euertit
multa bella cōcitauit ⁊ laqueo pleroſqꝫ obrumpere
vitā coegit/ et ad hec oīa nobilitatē humane animi
exterminat: timidū/ ignauū/ mendacē/ audaciſſimū
rapacē obtrectatoremqꝫ conſtituēs: ſed argēti atqꝫ au-
ri ſplendor/ multitudo ſeruorū/ ediū magnificentia
ſalutatio atqꝫ cōcurſus in foro vulgi te decipit. Cui
rei optimū illud remediū eſt: ſi quomō huic animus
afficit̃ intellexeris. Acer enī rationeqꝫ deſolatus et
deformis efficitur. Si cogitabis quātis malis hec
poſſeſſa ſunt quāto labore q̄buſqꝫ periculis conſer-
uant̃/ nec tamē diu ꝑmanēt: ſed ſi euaſerint vndiqꝫ
cū mors ſurrepſerit: ad inimicorū manus forte per-
uenient. Tu aūt nihil ex his niſi vulnera tecū reti-
nes profundaqꝫ vlcera/ que dum hec colligeres ani-
ma tua peccata cōtraxit ⁊ miſer recedis. Cū igit̃ vi-
deris magnifico veſtitu/ ⁊ multis ſatellitibꝫ aliquē
prefulgere eius cōſcientiā cogitatiōe confeſtim euol-
ue: ⁊ inuenies oīa intus turpiſſimis plena ſordibꝰ.
Ueniat tibi in mentē: qualis erat Paulus/ qualis
Petrus/ q̄lis Joānes/ qualis Helyas: ipſiꝰ vnige-
niti dei filij recordare: qui nō habebat̃ vbi caput in-
clinaret: eū ac veros eius ſeruos imitandos ducas:
⁊ ineſtimabilibus eius diuitijs firmo cogitationis
fantaſmate inhereas: qđ ſi paululū reſpexeris: dein-
de rurſus tibi tanqꝫ in naufragio procella incubue-
rit tenebras afferēs: hāc chriſti ſententiā tecū illico
verſa: repete ſepius: ꝙ impoſſibile ſit ad celos diui-
tem peruenire. Ad hāc tu ſententiā montes/ terrā/
maria conferas/ ac oīa ſi ita vis cogitatione aurum
facito. Nihil enī exequari dāno poterit qđ inde pa-
tieris. Et tu quidē multa iugera terre deſideras: do-
mos habere velles qꝫ plures/ totidem balnea/ mille
mancipia/ ornatas argento edes/ auro decoratos
thalamos. Ego vero illud dicere nō dubitabo ſi di-
uitū ſinguli hac pauꝑtate omiſſa (paupertas enim
hec eſt cū eo collata qđ dicturus ſum) ſi vniuerſum
mundū poſſideret/ totqꝫ ſeruos haberet/ quot nūc
in orbe terrarū ſunt hoīes: ac vbiqꝫ terrarū edes/ ci-
uitates/ gētes ſua ditione teneret ⁊ fontes ac fluuij
auro ſibi pro aqua fluerent tribus certe obolis hu-
iuſcemodi hoīem vna cū diuitijs ſuis niſi ad celum
aſpiraret dignū nō duceremꝰ. Nam ſi modo cū ca-
ducas has opes expectāt magno merore torquent̃
niſi acquirāt/ quid harū rerū eos conſolari poterit:
ſi ſenſum aliquē illorū bonorū accipiāt. Nihil profe-
cto: noli ergo tuarū pecuniarū affluentiā recenſere:
ſed diligēti ſtudio quantū hinc detrimentū qui eam
affectāt patiunt̃ cōſidera/ cū celorū gloria hec ꝑmu-
tent ac idem faciāt: vt ſi q̄s regno exactus ampliſſi-
mo ſtercoris cumulo gloriet̃: nihil nēpe pecuniarū
aceruus a ſtercoris cumulo diſtare videt̃: immo vō
multo preſtantior hic qꝫ ille. Nam tū ad edificanda
balnea perutilis: tū ad colēdos agros neceſſaria eſt
ſtercoris exaggeratio: aurū vō ſuffoſſum nihil peni-
tus ꝓdeſt/ neqꝫ nō prodeſt ſolū: verū etiā q̄ſi fornax
ardētiſſima niſi q̄s oportune vtat̃ habentem exurit.
Adeo enī multa hinc mala/ adeo magne afflictiōes
ſcaturiūt/ vt malorū omniū arx ab autoribus aua-
ricia vocitata ſit: quā beatiſſimꝰ ille Paulus mul-
to ſignificātius omniū malorū radicem appellauit.
Hec igit̃ cogitātes emulemur ea q̄ noſtra digna ſūt
emulatiōe. Nō magnificas edes: nō vberrima ꝑdia:

non cetera huiuſmodi/ ſed eos viros qui magnam apud deū fiduciā conſecuti ſunt/ qui diuitias in celo ingentes poſſidēt/ quorū theſauri ibi reſeruant̃/ qui propter paupertatē lōgo diuitijs interuallo pponētes: vere diuites ſunt. Id enim ſi faciam⁹ eternam proculdubio beatitudinē conſequemur: grā et miſericordia dñi noſtri ieſu chriſti Amen.

Homelia LXV Ex capitulo XIX

## Tunc reſpondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia ⁊ ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis?

Quenam ſunt hec oīa que te dicis beatiſſime petre reliquiſſe? Arundinē viliſſimā/ rhetia/ vniuerſumq̧ piſcatorū artificiū/ hec tu oīa vocas. Ita inq̄t ſed nō ambitiōe quadā aut inani glīa/ verū vt pauperum plebē hac interrogatiōe introducā. Nā quoniā a dño dictum eſt: Si vis perfectus eſſe vende q̄ habes ⁊ diſtribue pauperib⁹ ⁊ habebis in celis theſaurū/ ne quis pauperē opinetur nō poſſe ad perfectionē ſe peruenire: cum nō habeat que pauperibus offerat: querit Petrus vt tu diſcas nihil te minus propter inopiā habiturum. Querit inquā Petrus ne ſi id a ſe perciperes (preſertim cum adhuc ſpiritus gratia nō habūdaret) ambiguitate perplexus iaceres: ſed vt ab ipſo eius magiſtro ꝓlata ſententia firma ſpe roboreris. Nam quēadmodū etiam nos pro alijs diſputamus: ſic apoſtolus quoq̧ ad vniuerſi orbis comodū nō dubitauit interrogare. A ſuperioribus enī patet nihil de ſeipſo ambiguiſſe: qui enim ipſorū celorū claues ſuſcepit/ quātomagis de ceteris que in celo ſunt cōfideret. Tu aūt illud diligenter expende q̄ exquiſite duo illa que chriſtus a diuite petijt: vt ſcilicet pauperib⁹ ſubſtantiā diſtribueret ſuā/ ⁊ chriſtū ſequeret̃ breuiter complexus eſt dicens: Reliquimus oīa ⁊ ſecuti ſumus te: ambo enī hec facta iam erant ⁊ eo ꝙ oīa reliquerūt ſequi facilius potuerūt: et quoniā reliquerūt confidere atq̧ gaudere ipſos admonebat. Quid igitur chriſtus reſpondet? [Amen dico vobis q̄ vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione cum ſederit filius hoīs in throno maieſtatis ſue/ ſedebitis et vos ſuper duodecim ſedes iudicātes duodecim tribus iſrael.] An igitur et iudas ſedebit? Minime. Quomodo igit̃ in duodecim ſedibus ſedebūt quomodo pollicitatio hec adimplebitur? Attende quomodo ⁊ qua ratiōe lex eſt a deo per hieremiā promulgata in qua hec continētur: Terminū loquar ſuper gentē et ſuper regnū: vt auferā ⁊ perdā: ⁊ ſi conuertet̃ gens illa a malis ſuis me quoq̧ penitebit a malis que cogitaui eis facere. Et terminū loquar ſuper gentē ⁊ regnū vt reſtaurē et plantē/ ⁊ ſi nequiciā fecerint in cōſpectu meo ⁊ nō audient vocē meā me quoq̧ penitebit eorū bonorū que facturū eſſe ipſis locutus ſum/ pariter enī inq̄t tam in bonis q̄ in malis id facere ſoleo. Si enim reſtauraturū me dixero nō faciā: ſcʒ ſi quis indignū ſe hac pollicitatiōe prebuerit: qđ primo cōfeſtim homini accidit: tremor enī veſter ⁊ timor ait erit ſuper feras quod ecōtrario fieri videm⁹: quia videlicet indignum ſe homo tali prebuit principatu: ſic etiā iudas. Nam ne punitionū terrore in deſperationē nōnulli compulſi duriores ad virtutē fiant aut bonorū pollicitationibus in deſidiā dilabantur vtraq̧ iſta per Hieremiā corrigit dicēs: Et ſi minatus fuero nō diffidas: potes enī penitentiā agere ⁊ ſententiā meā ſicut niniuite conuertere: ⁊ ſi aliquod bonū promittam propter promiſſionē nō decidas. Nō enim proderit tibi pollicitacio mea: ſi vicio te indignū feceris immo vero maioris cauſa erit ſupplicij: nam ego dignis ⁊ in eo qđ digni ſunt perſeuerantib⁹ polliceor: propterea diſcipulos alloquēs nō ſimpliciter pollicetur. Non enī ſedebitis ⁊ vos ſolūmodo dixit: ſed adiecit qui me ſecuti eſtis: vt ⁊ iudam eijciat: ⁊ poſteriores attrahat. Nō enī ad illos dictū eſt ſolos neq̧ ad iudam qui ſe indignū effecit. Ita diſcipl'is quidē magna pollicet̃ dicēs: Super duodecim ſedes ſedebitis: ſublimiores enim iā facti nihil e caducis rebus petebāt. Ceteris aūt hec etiā preſentia pollicet̃ dicens: [Quicunq̧ dimiſerit fratres/ aut ſorores/ aut patrem/ aut matrē/ aut vxorem/ aut filios/ aut agros/ aut domū/ gratia noīs mei: centuplū accipiet ⁊ vitā eternā poſſidebit.] Certe ne quis illud audiens diſcipulis (vt maxima in futuro premia conſequant̃ datum ſolūmodo) credat: ea propter latius oratiōnē produxit ⁊ ad vniuerſum orbem pollicitationē extendit ita: vt a preſentibus futura cōfirmet. Sic ⁊ diſcipulis: cū imperfectiores a primis cunabulis adhuc eſſent que ad hanc vitā pertinent offerebat. Nam quādo a mari ⁊ a piſcandi artificio remouit/ nullā celeſtiū fecit ſediū mentionē: ſed huius vite preſtantiā cōmemorabat dicens: hominū vos faciam piſcatores: poſtq̄ vero ſublimiores fecit: de celeſtibus diſſerit. Quid autē eſt ꝙ dicit: Iudicantes duodecim tribus iſrael? Nihil aliud profecto q̄ cōdemnātes: non enim in ſolio iudicādi ſedebunt/ ſed quemadmodū reginā auſtri et niniuitas cōdemnaturos generationē illam aſſeruit: ſimili quodā modo diſcipuli nō gentes: nō vniuerſum orbem: ſed tribus iſrael cōdemnabūt. Nam quoniā eiſdem ⁊ legibus ⁊ inſtitutis viuēdi tam iudei q̄ apoſtoli educati fuerunt: Cum iudei dicturi ſint: icirco nos credere chriſto nō potuiſſe/ quia mādata legis ſeruare iubeamur: diſcipulis in mediū productis a quibus et lex ſuſcipiebatur/ ⁊ fides chriſto adhibita eſt: oēs iudeos cōdemnabit/ propterea enī dicebat: iudices veſtri futuri ſunt. Sed quid precipui pollicet̃ ipſis inquies? Si quid niniuite et regina nā habebunt: id etiam diſcipuli poſſidebunt. Multa quoq̧ alia in ſuperioribus iſtis obtulit ⁊ in ſequentibus pollicet̃ quāuis aliquid occultius in hoc etiā ſignificat̃ maiora iſtos illis habituros: de illis enī ſimpliciter dicitur quia viri niniuite reſurgēt et cōdemnabūt hāc generationē: regina quoq̧ auſtri ſimiliter. De iſtis vero nō ita ſimpliciter: ſed quādo filius hominis in ſede maieſtatis ſue ſedebit/ tunc ⁊ vos ſedebitis ſuper duodecim thronos iudicantes duodecim trib⁹ iſrael. Unde ſignificatur/ quia tam regni q̄ glorie participes futuri ſunt: ſi enim ſuſtinemus inquit ſimul quoq̧ conregnabimus. Et ecce non conſeſſum quidem eſſe ſedes ſignificauit cum ipſe ſolus in ſolio iudicaturus ſedebit: ſed honorem atq̧ gloriā ineffabilem vocabulo ſedium ſignanter expreſſit. Uerum iſta diſcipulis dicta ſunt ceteris aūt vniuerſis eternam ibi vitam ⁊ centuplum hic pollicetur: et ſi reliquis/ multo magis apl'is/ quibus ꝓmiſſa cōtigiſſe in hoc ſecl'o nō ignoram⁹/ q̄ cū arundinē et viliſſima



rhetia reliquerint/ oīum fideliū qui predicatiōe ſua crediderūt: immo ⁊ eos quoq̧ ipos credētes in poteſtate habuerūt. Nam vel mori pro ipſis cēties voluiſſent vt Paulus teſtat̃ dicens: Si poſſetis etiā oculos veſtros mihi dediſſetis. Cū autē dicit: Quicunq̧ reliquerit vxorē non ſimpliciter precipit dirimenda eſſe matrimonia ſed ſicut a ſuperiorib⁹ dicebat: Qui perdit aīam ſuā inueniet ipſam: nō vt nosipſos interimamus/ neq̧ vt aīam noſtrā violenter a corpore diſiungam⁹/ ſed vt religionis pietatē ceteris oībus anteferamus: ita de vxore quoq̧ ac fratribus intelligendū eſt. Mihi autē perſecutiones hic occultius ſignificare vident̃: multi enī a parentib⁹ filij/ multi mariti ab vxoribus ad impietatē trahebantur: que cū facere conarent̃ ait/ nec vxoris loco/ nec parentis habeant̃: qđ ⁊ Paulus conſulebat dicens: Si vero infidelis ſeparet̃ licet. Cum igit̃ alacriores mentes eorum infecerit: nec pro ſe ſolum ſed pro vniuerſo confidere orbe preparauerit: continuo ſubiecit: [Quia multi autē erūt primi nouiſſimi et nouiſſimi primi.] Quod ita indefinite atq̧ indiſtincte de multis alijs dictū de incredulis quoq̧ phariſeis accipiendū eſt/ vt ⁊ in ſuperiorib⁹ dicebat multos ab oriente atq̧ occaſu venturos ad abrae iſaac ⁊ iacob fulgentiſſimos ſinus: filij autem regni proijci foras. Deinde parabolā adiecit qua eorū qui tardauerunt ſtudia incēdit: [Simile eſt ait regnū celorū homini patrifamilias qui exiuit primo mane cōducere operarios in vineā ſuam: cōuentione aūt facta cum operarijs ex denario diurno miſit eos in vineā ſuā. Et egreſſus tertia hora vidit alios ſtantes ocioſos ⁊ illis dixit: ite ⁊ quodcūq̧ fuerit iuſtū dabo vobis. Et circa ſextā ⁊ nonā fecit ſimiliter. Circa vndecimam autē horā inuenit alios ſtantes ocioſos ⁊ dixit eis: Quid hic ſtatis tota die ocioſi? ipſi aūt dicūt ei: Nullus nos conduxit: dicit eis: Ite ⁊ vos in vineam meā: ⁊ quodcunq̧ fuerit iuſtū accipietis. Sero autē facto: dicit dñs vinee procuratori ſuo: Uoca operarios ⁊ redde eis mercedē ſuam: Incipiens ab vltimis vſq̧ ad primos. Cum ergo veniſſent qui circa vndecimā horā venerant acceperunt ſingulos denarios. Et primi exiſtimauerūt ꝙ plus eſſent accepturi: et acceperūt ipſi equaliter: ⁊ cum acceperūt murmurabāt aduerſus patremfamilias dicentes: Hi vltimi vna hora fecerūt ⁊ equales eos nobis feciſti qui portauimus pondus diei et eſtū. Ipſe autē reſpondens vni eorū dixit: Amice non iniuriā facio tibi: nōne ex denario diurno ꝯueniſti mecum? tolle quod tuū eſt ⁊ vade: volo autē dare vltimo huic ſicut ⁊ tibi: vel non licet mihi quod volo facere in his que mea ſunt? An oculus tuus nequā eſt/ quia ego bonus ſum. Ita [illegible]i primi et primi vltimi. Multi enim ſunt [illegible]uci vero electi.] Quid hec ſibi parabola vult? Non enī cōſona ſunt que iuxta finē iſtius dicunt̃: ſed cōtraria omnino his que pauloante diſputata ſunt. Nam hic nō alios quidem eijci/ alios vero introire ⁊ oēs ad eundē ſtatum peruenire videmus. Cum tā ante q̄ poſt parabolā econtrario vltimos primos ⁊ primos vltimos affirmauerit: id eſt hi qui primi ſunt priores erunt: non permanētibus tamē primis ſed in extremū penitus locum deductis: quod inde magis declarat. Multi enim inquit vocati: pauci vero electi ſunt. Ita dupliciter ⁊ illi qui primariū amiſerunt mordentur: et iſti qui lucrati ſunt certiore hortatu inflammantur: parabola vero nō id: ſed his qui magno ſudore comprobati ſunt equales futuros oſtēdit. Equales enī inquiūt nobis feciſti qui pondus ⁊ eſtum diei portauimus. Quid igit̃ parabola hec ſibi vult? Hoc enī declarato facilius illud ſoluemus. Uineā igit̃ mādata dei/ operandi autē oportunitatē ac tēpus commodū preſentē vitā appellauit/ operarios vero eos qui differenter/ aut mane/ aut tertia/ aut ſexta/ aut nona/ aut vndecima hora: diuerſis etatibus vocati acceſſerūt ⁊ comprobati ſunt. Sed hic iam ambiguitas prorumpit: cur cū recte primi laboraſſent deoq̧ placuiſſent ⁊ diurno ſudore choruſcaſſent peſſima liuoris atq̧ inuidie paſſione vexent̃: videntes enim eadē illos premia conſecutos qui per vnam horā laborarūt/ murmurabāt: ⁊ eq̄les dicūt nobis qui diei pondus ⁊ eſtum tulimus ipſos feciſti. Ita cū nullū ipſi detrimentū paterent̃/ nec de mercede ſua quicq̄ diminueret̃: merore ac moleſtia propter aliorū bona premebant̃: quodq̧ peius eſt/ ipſe etiam dñs domus de iure aduerſus cū qui hec dixit reſpondens: liuoris ipſum atq̧ nequicie cōdemnat dicens: nōne ex denario cōueniſti mecū? tolle qđ tuum eſt ⁊ vade: volo aūt vltimo dare ſicut ⁊ tibi/ ſi oculus tuus nequā eſt quoniā ego bonus ſum. Quid igitur eſt qđ iſtis verbis aſtruitur? hoc ipſum enim ⁊ alijs emulatoribus accidiſſe videmus. Ille nanq̧ filius qui probus ac patri obtemperās fuiſſe perhibet̃: qui ꝓdigum fratrem magis honoratū eſſe a parente q̄ ſeipſum perſpexit pariter dicit̃ cōturbatus fuiſſe. Nā quēadmodū iſti qui primi mercedē recipiūt/ magis honorant̃: ſic ille ꝑfecto ex aggregatiōe honorꝫ magis honorabat̃. Et hec ille ipſe probus filius: ita ſe habuiſſe teſtat̃. Quid igitur dicere poſſumus? Nemo talia in regno celorū de iure diſputat/ aut alios criminatur: procul enī hoc abſit. Nempe ille locus oīs liuoris atq̧ turbatiōis expers eſt. Si enim animas ſuas in hac vita pro peccatorib⁹ ſancti tradere ſolent/ quantomagis cum ibi eternis eos bonis fruētes videant gaudebūt ſuum eſſe opus ſalutem ipſorum putātes. Cuius igitur rei gratia hac figurata oratione vſus eſt? Parabolam dixit: et in parabolis non oportet nimia in ſingulis verbis cura perangi. Sed cum qđ per parabolā intēdat didicerimus: inde vtilitate collecta/ nihil vlterius anxiore conatu inueſtigandū. Cur igit̃ hec ſibi parabola compoſita eſt et quid intendēs his verbis vſus eſt? Auidiores voluit eos facere qui decrepita etate deiecti ſunt: ac ideo nō patitur eos putare minus ſe habituros. Alios ergo introduxit moleſte felicitatem eorum ferentes/ nō vt inuidie tabo morderi oſtēderet: ſed vt tanto illos honore frui demōſtraret quātus ad inuidiā alios compellere poſſet: quod nōnulli nec a quoq̄ interpellati nec alij detrahere volentes/ ſed muneris atq̧ honoris magnitudinē quo ille affectus eſt oſtendere cupientes ſepe faciūt dicentes/ ille me accuſauit/ ac poſtulauit/ quia te tantoopere honoraui. Sed cur nam inquies non ſtatim oīnes conduxit? Omnes quidē ille ab initio conduxiſſe voluiſſet: ſi vero nō oēs eodem tempore paruerunt a voluntate vocatorum hec differentia reſultauit: icirco alij mane/ alij tertia/ alij ſexta/ alij nona/ alij vndecima hora vocantur: quia tunc obtemperaturi erāt: qđ ⁊ Paulus aperte ſignificauit dicens:

Quādo aūt acceptauit deus qui ſeparauit me a vē-
tre matris mee: quādo porro deus voluit: quando
certe obtēperaturꝰ erat. Nam ipſe a primis etiā in-
cunabulis voluiſſet: ſed quia illū reniturū ſciebat/
tūc noluit cum animū ipſius penetraturā vocatio-
nem nō ignorabat. Sic ⁊ latronē cū poſtea vocauit
potuiſſet ante ipſum vocaſſe: ſed vocatus ille nō pa-
ruiſſet. Qđ ſi dicūt iſti nemo nos cōduxit: Primo q̄-
dem nō oportet cūcta (vt diximus) curioſe in para-
bolis ſcrutari. Deinde nō dn̄s domus id: ſed illi di-
xerunt: dn̄s ꝟo domus ne turbet eos: ſed vt magis
alliciat redarguere noluit. Nam quia oēs quantū
ad ſe pertinet a prima ſtatim hora vocati ſunt/ ipſa
parabola etiā denotauit dicēs: mane ipſum ad con
ducendū exiuiſſe. Ita vndiqꝫ aperit/ etas nobis ho-
minū hac parabola deſignari: quorū alij iuniores/
alij ſeniores virtutē amplectunt: vt ⁊ illi diſcāt nō
ſuperbire: neqꝫ obꝓbrio dare q2 vndecima hora re
cte viuere aliqui ceperūt: ⁊ iſti etiā quia breuiſſimo
tempore vniuerſa poſſunt recuperare. Nam quoniā
ad ardua nimiū hortat vt ſcilicet et pecuniā proijci-
as: ⁊ terrena oīa ſub pedibus cōculces: que res ma
gno labore atqꝫ ſtudio indiget: iccirco vt charitatis
flammā accēdat ⁊ ardētioris faciat volūtatis/ oſtē-
dit q2 poſſibile ſit etiā ſi nouiſſimꝰ veneris pro tota
tn̄ die mercedē accipere: qđ apertius nō dixit: ne rur
ſus in deſidiā audientes illabant. Ita ſubaperit a
ſua vniuerſam hanc rē miſericordia emanare ꝓpter
quā nec q̄ vndecima hora venerūt a regno decident:
et hoc quidē eſt qđ hac parabola conſtruere voluit.
Si aūt adiecit vltimos primos: ⁊ primos vltimos
futuros: ac mltos eſſe vocatos/ paucos aūt electos/
nō mireris. Non enī a parabola id ſibi ꝯcluſum eſt:
ſed queādmodū nunc cōtigit: vt ꝑter ſpem ⁊ contra
opinionē oīum equalē oēs mercedē acciperēt: ſic
maius illud atqꝫ mirabilius vt primi vltimi fiant ⁊
vltimi primi euenturū oñdit. Aliud igit illud: aliud
hoc eſt. Videt autē mihi iudeos hic ſermo tangere/
ac eos ex fidelibus q̄ primo virtute choruſcarūt/ de-
inde negligētia deiecti ad ꝓfundū ſunt: ⁊ illos rur-
ſus q̄ a nequicia ſeipſos recipientes ad anteriora cu
currerūt. Non enī neſcij ſumus tā fide q̄ꝫ viuēdi in-
ſtitutis magnas mutationes plerumqꝫ fieri ſolere:

Quare obſecro magno ſtudio diligētiqꝫ cura et fi
dem rectā ⁊ vitā integrā conſeruemus. Niſi enim fi
dei viuēdi cōgruat diſciplina/ vltima pendemꝰ ſup-
plicia: qđ beatus Paulus a ſuperioribus tēporibus
oſtendit dicēs: Spiritalē potū oēs bibiſſe ⁊ ſpirita-
lē cibū oēs comediſſe nec tamē oēs ſaluos fuiſſe: ſed
multos eorū in heremo ꝑcidiſſe. Chriſtus quoqꝫ id-
ipſum declarat cū aliquos q̄ eiecerunt demonia ac
etiā ꝓphetarūt in gehennam intrudat. Ad hec para-
bole quoqꝫ ille virginū dico ille ſagene ſpinarum: ac
deniqꝫ arboris nullū ꝓducētis fructū oīe virtutis
opus requirunt. Accidit ꝙ rarius de dogmatibus
chriſtus diſſeruit ſepius immo ꝟo vbiqꝫ et ſemꝑ de
viuendi ſinceritate: nullo enī ad illud labore opus
eſt hoc quoniā impugnat quottidie: iccirco cōtinuis
laboribus indiget: nec ſolū vniuerſa viuēdi diſcipli
na verū etiā parua eiꝰ omiſſa particula maxima dā
na intulit. Nā elemoſyna neglecta q̄uis virtutis q̄
dā pars nō ipſa vniuerſa virtus ſit: in gehennā ta-
men facile intruſit. Nam ⁊ virgines q2 ipſam nō ha
buerūt punite ſunt. Et diues hac de cauſa in infer-
no torquebat: ⁊ qui eſurientē nō cibarūt vna cū dia
bolo condemnant. Preterea nō maledicere particu
la quedā virtutis eſt: quā tamē niſi quis recte pera
gat foras eiicit. Qui aūt fratrē fatuū vocat ait gehē
ne ignis reus eſt. Ad hec modeſtia virtutis pars eſt
nullus tamē abſqꝫ hac dn̄m videbit: ꝑſequimini enī
inquit pacē ac ſanctimoniā abſqꝫ qua nemo videbit
dn̄m. Humilitas ſimiliter virtutis pars ē ſine qua
etiā ſi alia multa ꝑagas immundus eris apud deū
qđ phariſeus oībus patefecit: qui mille virtutibus
affluēs ꝓpter arrogantiā ſupernā felicitatē amiſit.
Ego vero maius quoddā habeo dicere: nō enī vna
quedā ſola particula virtutis amiſſa celū nobis oī-
no claudit: verū etiā ſi nō congruēti cura ⁊ ſtudio ꝑ-
agitur. Illud ipſum ſolet inferre: niſi enim ſupera-
bundauerit inquit iuſtitia veſtra pluſqꝫ ſcribarū et
phariſeoꝝ nō intrabitis in regnū celoꝝ ⁊ quantū il
le prebebāt inquies: Id iam etiā ipſe dicere volebā
vt ⁊ qui nō dant incitent ad dandū/ ⁊ qui libēter af
ferunt/ nō ſuꝑbiāt: ſed plura dare conent. Quantū
igit ille prebebāt: decimā primo rerū ſuarū omniū:
deinde alterā: ⁊ demū tertiā decimā offerebāt. Qua
re nec tertiā partē prebebāt: Tres enī he decime co
accuratе minus tertia totius cōficiunt. Sed ad hec
primitias quoqꝫ ac primogenita et alia plura/ par-
tim pro peccatis: partim pro purgatiōibꝫ offerebāt.
Preterea in diebus feſtis in iubileo in debiti abſci-
ſione ⁊ famulorū dimiſſionibus in mutuis abſqꝫ fe-
nore ſi autē qui tertiā partē/ immo vero mediā rerū
ſuarū offerebāt. Aſcendent nempe ad medietatē oīa
vna cōgregata. Si qui mediam inquā dabāt nihil
magni operabant. Quid tu facies/ qui nec decimā
quidē partē pauperibꝰ vnq̄ꝫ dare cogitaſti: quare
nō iniuria paucos fore ſaluos q̄dā dicebat. Non ne
gligamus igit exactā atqꝫ exquiſitam viuendi diſci
plinā. Nam ſi pars quedā omiſſa tantū periculū af
fert/ ſi cuncta ſpreuerimus: quomō eterna tormēta
fugiemus: aut qđ genus ſupplicij nō perſoluemꝰ:
Sed que nā inquies ſpes ſalutis nobis reliqua eſt:
ſi ſinguli omiſſa in gehennā depellere poſſint: Hoc
ipſum eſt quod etiā ego magna voce cōclamo/ verū-
tamē ſi attendere voluerimus nō eſt impoſſibile ſal-
uari/ preſertim ſi elemoſyne remedia mutuemur: q̄-
bus vulnera noſtra diligēter curemus. Non enī ſic
oleū corpus hoīs roborat vt aīam miſericordia ſta-
bilit: adeoqꝫ cōfirmat vt ſuperari a diabolo neq̄at:
lubricū enī elemoſyne oleū corpus hoīs conſtituit:
ita vt manus diaboli facile ꝓpter lubricitatē effugi
at. Hoc igitur oleo crebro nos perungamꝰ/ hoc ſpi-
ritalis cauſa eſt ſanitatis/ hec lucē/ hoc ſplēdorē aīo
afferre ſolet. Sed ille inquit a[illegible]ille auri talenta nō
pauca poſſidet nec aliq[illegible]ibꝫ ꝑbet. Et quid
h tua intereſt: imo ꝟo [illegible] atqꝫ venerabilior
videberis: ſi cū pauꝑibꝫ ſis: benignior ac liberalior
eris. Nā et apl's macedones admiratꝰ eſt/ nō q2 ꝑ-
bebant: ſed q2 q̄uis pauperes eſſent tamen largiter
offerebant. Verum tu nō ad illos: ſed ad cōmunio-
nem oīum dn̄m ⁊ magiſtrum reſpicias qui nō habe
bat vbi caput inclinaret. Cur igit talis inq̄es id nō
facit: Noli aliū iudicare: ſed teipm ita redde laudabi
lē/ vt oēm merito accuſationē poſſis effugere. Ma-
iora enī tormēta imminēt ſi cū alios accuſes: ipſe nō
facies ſed eiuſdē criminis obnoxius īueniaris. Nā
ſi qui recte viuunt iudicare alios non permittunt/



quanto magis a iudicādo peccantibꝫ abſtinendū eſt
Non iudicemꝰ igitur alios/ neqꝫ deſidiā aliorū: ſed
dn̄m noſtrū reſpiciamꝰ ⁊ ab eo bonorū oīum exem-
pla ſumamus. Nunq̄d diuina ego tibi cōtuli benefi
cia: Nunq̄d ipſe te redemi vt ad me reſpicias: Aliꝰ
hec tibi prebuit: Cur obmiſſo dn̄o cōſerui opationē
aſpicis: Non audiuiſti clamantē: Diſcite a me quia
mitis ſum ⁊ humilis corde: et rurſus: Qui vult pri
mus eſſe in vobis ſit oīum miniſter. Et rurſus: Nō
venit filius hoīs vt ei adminiſtret: ſed vt ipſe admi-
niſtret. Preterea ne aliorū pigricia offenſus negli-
genter viuas/ dictū tibi ab eo eſt: Exemplū enī dedi
vobis vt ſicut ego feci ⁊ vos faciatis. Nō eſt tibi ma
giſter virtutis viuentiū aliq̄s hoīum nec poteſt vl-
lus te ad eam cōducere. Maior igit tua laus/ ꝑſtā-
tior erit tua gloria/ ſi nulla humana doctrina mira
bilis euaſeris: potes enī et quidē facile ſi volueris:
nō enī primus eris/ ſed multi iam id perfecerunt vt
noe/ abraā/ melchiſedech/ iob/ ⁊ oēs qui ſimiliter il-
lis vixerunt. Si ad hoīes ergo reſpiciendū eſt/ illos
nō iſtos imitare: quos adeo emulamini vt in contio
nibus etiā veſtris nihil aliud in ore q̄ꝫ hec verba ha-
beatis. Agri iugera ille tot atqꝫ tot poſſidet/ ille di-
uitijs prepotēs palacia cōdit: maria cōſtruit/ aliaqꝫ
huiuſmodi facit. Quid ita inhias homo ſi ad alios
reſpicis: cur probe viuentes/ cur laudabiles viros/
cur eos qui exq̄ſitiſſimi precepta ſeruarūt nō vides:
ſed inglorios et offendētes deū admiraris: a quibꝰ
multa exēpla nequitie colliges: vnde in negligētiā
⁊ in ſuperbiā incides: ac ad iudicandū alios cōuer-
teris. Si ꝟo virtutis cultores ſepius tecū recēſeas:
in humilitatē ⁊ cōpunctionē/ in ſtudia virtutū/ faci
le teipſum perduces. Recordare phariſei q̄ cum ad
probos nō reſpexerit: ſed peccātis obprobria vide-
rit labores ſuos amiſit: illud igit recordatus expa-
ueſcas. E cōtrario conſidera: quomō mirabilis da-
uid factus eſt: maioꝝ enī ſuorū virtutes pre oculis
ponebat. Aduena inquit ego ſum ⁊ peregrinus ſicu
ti oēs patres mei: neqꝫ is ſolū ſed oēs eis ſimiles nō
peccatores: ſed virtutibus choruſcātes tenaci mēte
vertebāt: ita igit tu quoqꝫ facito. Non enī quaſi iu-
dex alieni peccati ſediſti/ nec ad examinanda hoīum
peccata prefectus a dn̄o es: tuus nō aliorū iudex cō
ſtitutus es. Nam ſi nō iudicaremus nō vtiqꝫ inquit
apl's iudicaremur. Iudicati aūt a dn̄o erudimur: q̄
oīa tu peruertiſti: nullā enī a te exigis delictorū ra-
tionē/ ſed aliena nimiū anxia curioſitate ſcrutaris.
Oro igit obſecro atqꝫ obteſtor/ deſinamus iam de-
ſinamꝰ hoc facere/ ⁊ hac cōfuſiōe ordinis eiecta/ no
ſtrorū nos peccatorū iudices cōſtituamꝰ. Ipſi accu
ſantes/ teſtimoniū perhibētes/ iudicantes ⁊ ſuppli
cia exhibētes laudabimur. Qđ ſi aliena inquirere de
ſideras claroꝝ opera virorū curioſius inueſtiga: vt
tum ex memoria delictorū noſtrorū/ tū ex emulatio-
ne aliene virtutis/ tum deniqꝫ ex iudicij tota noſtri
noſipſos ſentētia quaſi ſtimulo quottidie compūcti
ac humiliores et diligētiores facti eterna fruamur
btītudine: gr̄a ⁊ miſericordia dn̄i nr̄i ieſu xp̄i Amē.

## Homelia LXVI Ex capitulo XX

e **T aſcendēs ieſus in hieroſo
lymam aſſumpſit duodecim
diſcippulos ſecreto ⁊ dixit eis: Ec
ce aſcendimus hieroſolymā ⁊ filiꝰ
hominis tradetur principibus ſa-
cerdotū et ſcribis: et cōdemnabūt
eum morte et tradent eū gentibus
ad illudendum et flagellandum et
tertia die reſurget.**

Non illico cū a galilea redierit in hieroſolymam
aſcēdit: ſed ſigna prius nō pauca fecit/ ⁊ phariſeorū
obſtruxit ora/ ⁊ diſcipulis de paupertate locutꝰ eſt:
vende nanqꝫ inq̄t ſubſtantiā tuā ſi vis eſſe ꝑfectus.
Et de virginitate ſimiliter caſtimonia. Qui enī inq̄t
capere poteſt capiat. De humilitate etiā: Niſi enī cō
uerſi fueritis ad cōditionē horū paruuloꝝ/ nō intra
bitis in regnū celorū. De retributione quoqꝫ in hac
vita: Nam q̄ domos/ frēs/ ſorores/ reliquerit ait: cē
tuplū in hoc ſeculo accipiet. Et de remuneratiōe fu-
tura: ⁊ vitā inquit eternā poſſidebit. His igit oībꝰ
prius factis atqꝫ diſpoſitis ad vrbē acceſſit. Cumqꝫ
aſcenderet de paſſiōe rurſus diſſerit ſua. Nā q̄m fa-
cile qđ nolebāt obliuiſci poterāt/ crebritate referēdi
memoria id eos tenere facit ⁊ meſtitia audiēdi cōſue
tudinē ſuccendit. Priuatim aūt eos neceſſario allo
quit: nō enī hec ferēda erant ex quibꝰ nihil vtilita-
tis ſequeret. Nā ſi diſcipuli audiētes turbabant q̄d
nō feciſſet multitudo: An igit vnq̄ꝫ id vulgo dictū
eſt inquies: Immo publice quoqꝫ/ ſed nō ita aperte
ꝑdicatū. Soluite enī inquit templū hoc: ⁊ in tribus
diebus excitabo ipſum. ⁊ Signū querit hec genera
tio nec dabit ei niſi ſignū Ione ꝓphete. Et alibi: Ad
huc paruo tꝑe vobiſcū ſum: ⁊ queritis me ⁊ nō inue-
nietis. Diſcipulis ꝟo nō ſic: ſe queādmodū alia/ ita
etiā hoc modo clarius dictū. Sed cuius rei gratia
quiſpiā opponet ſi nō intelligatur/ multitudo erat:
hec enī eis dicebat vt poſtea recordati credant illū
volentē nō ignorantē neqꝫ coactū paſſionē ſubijſſe.
Diſcipulis aūt nō hac de cauſa ſolū: verū etiā (vt di-
ximus) vt expectatiōe exercitati faciliꝰ paſſionē do-
loris ꝑferāt. Nā ſi ꝑmeditati nō fuiſſent/ vehemēti
turbatiōe quaſſati iacuiſſent/ hac de cauſa de morte
ſolū primo faciebat mētionē. Cū aūt corroborati fue
rint cetera quoqꝫ adiecit: ꝙ ſcꝫ tradēt eū gentibꝫ ad il
ludendū ⁊ flagellandū. Hec autē ꝑdicit vt cū triſtia
veniſſe viderint certiore ſpe reſurrectionē expectēt.
Nā ſi meſta nō tacuit/ ⁊ q̄ obprobrij plena eſſe vide-
bant nō occultauit ei nō iniuria ꝓſpera q̄ꝫ erāt credē
da. Tu ꝟo conſidera quo etiā opportunitate cōmoda
vniuerſa patefecit. Nec enim ſtatim ꝑdicationē inci-
piens/ nec in ipſo paſſionis hec dixit tēpore: ne audi
entes turbarent/ ſed poſteaqꝫ virtutes eius miracu
lis cognouerūt: ⁊ eterne vite pollicitationibꝫ fuerūt
confirmati/ tunc paſſionis meminit/ non ſemel aut
bis: ſed ſepiꝰ: hinc hoīem ſignis ⁊ doctrina cōtexēs.
Alius aūt euāgeliſta ꝓphetas quoqꝫ in teſtimoniū
citatos aſſerit. Alius nō intellexiſſe ipſos affirmat:
ſed occultatū id verbū ab eis fuiſſe ⁊ quia tumultu-
abantur ſequentes. Sed ſi nō intellexerūt inquies
nulla premeditatione poterāt exerceri: quare predi-
ctionis huius vtilitas omnino euaneſcit. Ego au-
tem vt hanc ambiguitatē in maius extollā illud ad-
dere non dubitabo: quia ſi non intellexerūt quo pa-
cto merebant: Alius enim euangeliſta dicit/ quia

triſtabanť. Quomodo igitur ſi nō percipiebāt: aut
quomō Petrus ꝓpitiꝰ tibi eſto dicebat. Quid igiť
dicemus? Quia ſcilicet qđ de morte audierit: ⁊ ſi nō
clare diſpenſatōis huius myſteriū ſciebāt: intellexe
runt tamē. Reſurrectionē ꝟo nō intelligebant nec
quecūqʒ ꝑ eā mirifice acturus erat. Nā alios qdē ab
alijs excitatos a morte viderūt. Qꝫ ꝟo quiſqʒ ſeipm
excitauerit ⁊ ſic excitauerit/ vt nunqʒ in poſterū mo
rereť minime vnqʒ fuit auditū. Hoc igiť erat qđ ab-
ſconditū erat ab eis: ſed nec qualis futura eſſet ipſa
mors: ⁊ quomō ipſum aggreſſura foret ſciebāt: ideo
igiť ſequētes turbabanť. Mihi aūt etiā videť ma-
gno ſtupore illos torpeſcere de paſſione ſua diſſeren
tē audientes: nec q̄ reſurrecturū ſe illis inculcabat
ideo cōfidebāt: ſed cū ad mortē illuſionē atqʒ flagel-
la acceſſurū audirēt maxime turbabanť. Nam cū in
mente verſarēt miracula: demoniacos ſcʒ liberatos
mortuos excitatos: aliaqʒ hmōi ſigna nō poterant
his auditis nō obſtupeſcere: ac in magnā ambigui-
tatē incidere. Ita modo hec credētes mō diſcredētes
capere nō poterant/ adeoqʒ ꝓcul a recta intelligētia
erāt/ vt zebedei filij ad eū accedētes de primo cōſeſ-
ſu eū alloquerenť. [Uolumus enī aiūt vt vnus ad
dexterā ⁊ vnus ad ſiniſtrā ſedeat.] Quomodo igiť
alius euāgeliſta matrē ad hoc acceſſiſſe ait? Utrūqʒ
fuiſſe credendū matrēqʒ ab eis aſſumptā vt auctori-
tate ſupplicātis chriſtū facilius exorarent. Qꝫ autē
id verū ſit: quodqʒ ab ipis hec excogitata petitio fue
rit: ſed pudore victi matris patrociniū aſſumpſerūt:
animaduerte quō chriſtus ad ipſos verba ſua dixe-
rit: ſed prius qđ ⁊ q̄ mēte petāt ⁊ vnde ad hoc impul-
ſi ſint conſideremus. Cū viderēt ſe ante alios a xpo
honorari: crediderūt hanc ab eo petitionē ſe impetra
re. Quid porro ē qđ petūt? Alius te docebit euāge-
liſta: nā qm̄ inquit ꝓpe hierl'm erāt petebātqʒ regnū
dei iam iā euenturū: qđ huius vite ac ſeculare oppi-
nabāť: hec poſtulabāt vt ad honorē facilius etiā oīa
pericula poſſent euitare: ꝓpterea xp̄s ab his eos co-
gitationibꝫ abducēs ꝑicula/ ſanguinē/ necēqʒ ipām
expetendā eſſe iubet. [Poteſtis inquit bibere calicē
quē ipe bibo?] Nec turbeť quiſqʒ ſi adeo impfectos
dicimus apl'os fuiſſe. Non dū enī myſteriū crucis
erat conſumatū: nōdū gratia ſpūs in corda ipſorum
infuſa. Quare ſi ſtudia virtutis ipſoꝝ diſcere cupis
q̄les poſt datā gratiā ſpūs fuerint cōſidera: ⁊ videb
oēm ab illis turbationē animi fuiſſe ſuperatā. Hac
enī de cauſa eorū modo imꝑfectio reuelať vt apte ꝑ-
cipere poſſis q̄les ſubito ꝑ grām effecti fuerunt. Qꝫ
igiť nihil ſpiritale q̄rebāt: nec de celeſti regno quicqʒ
cogitabāt ꝑſpicuū eſt. Sed verba quoqʒ petitionis
ipſoꝝ audiamꝰ: [Uolumꝰ inquiūt vt quodcūqʒ pe
tierimus facias nobis.] Ad q̄s xp̄s: Quid vultis?
reſpōdit nō ignorās certe: ſed vt reſpōdere compulſi
vlcus ſubaperiant qđ ſanare xp̄s intēdebat. Illi ꝟo
qm̄ humano more id faciebāt/ corā oībus erubeſcē-
tes dicere ſeorſum ab alijs diſcipulis xp̄m accipien-
tes interrogauerūt. Preceſſerūt enī inquit vt remo
tis arbitris tutius loquerenť. Uolebāt autē vt ego
cōijcio qm̄ ſuꝑ duodecim ſedes ſeſſuros diſcipulos
audiuerūt: primatū huius cōſeſſus impetrare/ ⁊ p̄-
poni quidē ſe ceteris p̄terqʒ petro ſciebāt: quē formi
dantes dicere auſi ſunt. Dic vt vnus a dextris alter
a ſiniſtris ſedeat: ita vrgebāt dicētes: dic. Quid igiť
ipſe? vt ſignificaret nihil eos petere ſpiritale: ſed nec
ſcire quidē qđ poſtulerēt: nō enī petere auderēt ſi ſcirēt
[Neſcitis ait qđ petatis.] Neſcitis q̄ʒ magnū q̄ʒ mi
rabile ac ipſas ſuꝑiores excedēs virtutes ⁊ adiecit:
[Poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus ſum: et
baptiſmo quo ego baptizor baptizari?] Perpēdis
quō ſtatim ab hac cupiditate ipſos remouit ꝯtraria
eis diſſerens. Nam vos inquit de honoribꝫ ⁊ coro-
nis cogitatis: ego ꝟo de luctamine atqʒ ſudore diſ-
ſero. Nō premioꝝ hoc tp̄s ē/ nec illa gl'ia mea modo
apparebit: ſed bella/ ꝑicula/ ⁊ necē p̄ſens cōtinet vi
ta. Perſpice aūt q̄liter ipſo interrogatiōis mō ⁊ hor
tať ⁊ allicit: nō enī dixit poteſtis ne veſtrū effunde-
re ſanguinē? ſed quo nā pacto? poteſtis bibere calicē
deinde alliciēs inq̄t quē ego bibiturus ſum: vt com
municatiōe laborū cū ipſo prōptiores redderentur.
Baptiſmū deinde idipſum appellauit: vt magnam
orbi futurā expiationē hinc ſignificaret. Illi autem
deſiderio quodā animi cōfeſtim promittūt dicētes:
Poſſumus. Nec idipm intelligētes qđ ſe poſſe affir-
mabāt/ ſed ſperātes ſe habituros poſtulata. Ad que
chriſtꝰ: [calicē inquit meū bibetis: ⁊ baptiſmo quo
ego baptiſor baptiſabimī.] Magna vobis certe bo
na p̄dico: martyrij enī corona potiemini ⁊ violenta
morte ſicuti ⁊ ego a vita decedetis. [Sedere autem
ad dexterā ⁊ ad ſiniſtrā nō eſt meū dare: ſed quibꝰ a
patre meo paratū eſt.] Cū animos eoꝝ in ſublimiꝰ
extuliſſet/ ⁊ oīum merore ſuꝑiores calicis et baptiſ-
mi cōmutatiōe feciſſet/ tūc poſtulata eorū emendat.
Sed qđ nā ſibi vult qđ mō dictū eſt? Duo enī hic a
multis querunť: primū ſi a dextris eius ſedere qui-
buſdā paratū ſit. Alterū ſi dn̄s oīum nō poſſit illis
p̄bere quibꝰ paratū eſt: ex q̄bus primo ſoluto: alteꝝ
etiā patebit. Quid igiť eſt qđ dicit: Nullus ꝓfecto a
dextris/ nullus a ſiniſtris eius ſedebit/ inacceſſibi-
lis q̄ppe ſedes eſt illa/ nō hoībus dico ſolū ſed ange-
lis/ ſed archāgelis ceteriſqʒ virtutibꝫ: qđ q̄ſi p̄cipuū
vnigeniti priuilegiū paulus poſuit dicēs: Ad quem
autē angeloꝝ dixit vnqʒ: ſede a dextris meis? Et ad
angelos quidē inq̄t: Qui facit angelos ſuos ſpūs.
Ad filiū autē: Thronus tuus deus in ſeculū ſeculi.
Quomō igiť dicit ſedere a dextris atqʒ ſiniſtris me
is nō eſt meū dare? an q̄ conſeſſuri alij ſunt. Mini-
me minime inquā. Ad mentē enī interrogantiū con
deſcēdēs reſpondet. Nō enī de ſublimi ſede illa q̄ ad
dexterā patris eſt aliquid ſciebāt: qui vel multo in-
feriora que quotidie auribꝰ eorū incōculcabanť nō
ꝑcipiebāt: vnū ſolūmodo q̄rebāt/ p̄fectura potiri et
oīum primos apud eū conſtitui. Qꝫ iam diximus
cū duodecim ſedes audiſſent ignorātes qđ dicebať:
primatū cōſeſſus poſtularūt. Quid igiť ait chriſtus
Propter me quidē ac predicatōis mee grā moriemi
ni: ⁊ mee paſſiōis participes eritis: ſed nō eſt id ſatis
ad primū locū atqʒ ordinē obtinendū. Nam ſi quis
poſtea veniet martyrio et aliorū oīum numero vir-
tutū ita decoratus vt nō parū excedere vos videať/
nolite credere q̄ vos amo: ceteriſqʒ antepono: iccir-
co eo qui moribꝫ nitet operibꝫ expulſo: vobis primū
me locū daturū: nō dixit aūt apte hoc ne turbarenť:
enigmatice ꝟo idipſum ſignificauit dicens: [Calicē
quidē meū bibetis ⁊ baptiſmo quo ego baptiſor ba-
tiſabimini: ſedere autē a dextris ⁊ a ſiniſtris non eſt
meū dare: ſed quibus paratū eſt a patre meo.] Qui
bus porro p̄paratū ē? illis videlicet q̄ fulgētiſſimis
operibꝫ euaſuri ſunt: iccirco ꝟo dixit: nō eſt meū dare



ſed patris mei: ne quis infirmū atqʒ impotentē ad
hanc ipſum fore retributionē opineť. Sed quo nam
modo? Non eſt meū inquit: ſed quibꝰ paratum eſt.
Uerū vt clarius fiat quod dicimus/ exemplo id an-
te oculos ponamus. Ad editorē igitur munerū atqʒ
certaminis: quo multi atqʒ preclari athlete conflu-
ant duos quoſdā ipſi precipua familiaritate cōiun-
ctos acceſſiſſe fingamus: qui amicitia principis fre
ti poſtulare audeāt: vt victores ipſi preconio decla-
rati coronenť: quibus ille reſpondeat: nō eſt meū id
dare ſed quibꝰ labore atqʒ ſudore preparatū eſt. Nū
igitur quaſi nō potentē illū id facere condēnabimꝰ?
Nequaqʒ ſed iuſtitiā eius admirabimur. Et qm̄ nō
perſonā: ſed rem reſpicit laudabimꝰ. Quemadmo-
dum igiť editionis munerū atqʒ certaminis princi-
pem nō quia nō poteſt: ſed quia nō vult luctationis
tranſgredi leges ⁊ iuſtitie ordinē cōturbare: ſic vtiqʒ
chriſtū id dixiſſe affirmamꝰ. Ita vndiqʒ illos com-
pellebat: in gratia dei primū/ deinde in laboribus
proprijs omnē ſalutē ⁊ glorie ſpem reponere: ideo di
xit: quibus paratū eſt. Nā etſi alij p̄ſtantiores vide
bunť: ſi excelentiora q̄ʒ vos opera facturi ſunt/ quō
illis expulſis locū eorū vos occupabitis/ an q̄ mei
diſcipuli eſtis? Iccirco etiā ſi nō digni primatu eri-
tis/ premia tamē quoqʒ conſecuturos vos arbitre-
mini. Nā ꝙ totius rei huius ipſe dominꝰ eſt pater:
quia vniuerſum ei iudiciū tribuiť: ita enī Petro di-
xit: Ego tibi claues regni celoꝝ dabo. Et Paulus
ſignificauit hoc ipſum dicēs: Repoſita eſt mihi coro
na quā reddet mihi dn̄s in illa die: nō ſolū aūt mihi
ſed oībus qui dilexerūt apparitionē ſuā. Apparitio
ꝟo chriſti iā facta eſt. Qꝫ ꝟo nullus paulū antecede-
bat nēo hoīum dubitat. Si aūt obſcuriꝰ hec a dn̄o
dicta tibi videnť: noli mirari: ſingulari nanqʒ diſpē
ſatiōe vſus ita eos dimittit/ vt ſuaſiſſe videať ne mo
re ac paſſione hoīum fruſtra de p̄fecturis ſollicitenť.
Preterea nulla eos afficere meſtitia voluit/ q̄ vtiqʒ
ſermōis obſcuritate aſſecutus eſt.] Tūc indignati
ſunt decē de duobꝫ fratribus.] Tunc iſtud qn̄ ſigni
ficat: qn̄ ſcʒ illos duos corripuit. Ita donec chriſti
ſententia preferri eos videbāt nō indignabanť: ſed
reuerentia magiſtri etiā ſi ſecū mouerenť atqʒ dole-
bant amabāt atqʒ honorabant: nec indignationem
ſuā palā facere audebāt. Similiter autē ad Petrū
cōmoti qn̄ ab eo data fuerat didragma nō patefece-
runt moleſtiā ſuā: ſed ſolū quis maior eſſet interro-
garūt. Poſtqʒ ꝟo ipſos diſcipl'os ſupplicādo petere
viderūt indignanť: neqʒ tūc ſtatim qn̄ ad petendū il
li acceſſerunt: ſed qn̄ increpatos a chriſto primūqʒ lo
cū niſi ſeipſos dignos eo prebeāt negatū ſibi cogno-
uerunt. Perſpicis quomō impꝑfectiores adhuc oēs
erant/ ⁊ duo aduerſus decē primo eripere cōſeſſum
nitebanť: ⁊ decē duobus inuidētes indignabātur.
Uerū vt dixi poſt aduentū ſpiritus eos conſidera et
videbis oībus his paſſionibꝫ ſuꝑiores. Audias igiť
quomodo ipſe ille ioānes q̄ modo hec a chriſto pete-
bat primis honoribꝫ Petro cedat/ tā cōcionāti tam
mirabilia facienti vt actus apl'oꝝ teſtať: nec latere
patiať Petri virtutes: ſed ⁊ confeſſionē p̄dicat quā
ſilētibꝫ ceteris magna edidit voce Ioānes: ⁊ ingreſ-
ſum eius in monumentū nō tacet ceteriſqʒ ī oībꝰ ſi-
bi eū anteponit. Nā quomodo quādo ambo patie-
bať affuerūt/ ſuas laudes Ioannes ſuccidens ait:
Quia notus erat diſcipulus ille ſacerdoti. Iacobꝰ
ꝟo nō lōgo tꝑe poſtea vixit. Nā ſtatim ab initio reꝝ
tāto ardore cōcaluit/ vt hūanis oīno rebꝫ neglectis
ad tantā ſublimitatē aſcēderet/ vt a ꝑſecutoribꝫ con
feſtim occiſus ſit. Et ſic quidē poſtea ſūmi oēs facti
ſunt. Tunc ꝟo indignabanť. Quid igiť chriſtus?
Cū aduocaſſet eos ait: Noſtis q̄ principes gentiū
dn̄anť eorū: cōturbatos enim atqʒ cōmotos anteqʒ
verba ſecū hac de re faceret/ tū ipſa vocatione/ tum
qm̄ ꝓpius eos attraxit ſūmopere mitigauit. A com
munitate nāqʒ ceterorū duo illi ſe diſiunxerūt et ꝓ-
pius chriſtū ſtantes priuatim loquebanť. Aduoca-
uit ergo etiā alios prope ſeipſum vt ad ea que dixi-
mus etiā ibi occultius dicta ederēt/ ⁊ vtrorūqʒ paſ-
ſionē ſedaret/ nō vt prius paruulorū quadam ꝓdu
ctione quorū ſimplicitatē imitandā p̄cepit: ſed acriꝰ
a cōtrario arguēs. [Principes inquit gētiū dn̄anť
eorū ⁊ qui magni ſunt poteſtatē habēt in eis. Apud
vos aūt nō ita erit ſed qui vult maior fieri inter vos
hic ſit oīum miniſter: ⁊ qui vult eſſe primus ſit vlti-
mus omniū.] Ita gentiū moris eſſe oſtendit prima
queqʒ appetere. Tyrannica enī hec paſſio eſt ⁊ non-
nunqʒ eximios etiā viros ꝑturbat: qua ꝓpter cū ve
hemētiore caſtigatiōe indigēt: acrius etiā ipſe inſur-
git/ comparatiōe gentiū egrotantē ipſorū animū re-
tinens. Ita horū quidē inuidiā/ illorū ꝟo arrogan-
tiā ſuccidit q̄ſi magna voce dicēs: Nolite tanqʒ con
tempti cōmoueri. Nā qui primatū querūt ſibi ipſis
dedecori ſunt: ignorantes hoc ſe pacto in infima de-
trudere. Non enī externis ſimilia nr̄a ſunt: nā apud
gentes qui principes ſunt ipſi dn̄anť: apud me aūt
qui vltimus eſt is ſūma tenet. Hec ne ſine cauſa di-
cta putetis ex factis dictiſqʒ meis facile cōprobanť:
plus enī factū eſſe a me q̄ʒ dictū videtis/ qui cū ſupe
riorū dn̄s ſim virtutum: homo fieri volui: ⁊ ſperni/
atqʒ dehoneſtari dignatus ſum. Et qđ maximū eſt
ad mortē ipſam ſponte feſtino: filius enī hoīs ait nō
venit vt ei miniſtretur: ſed vt ipſe miniſtret ⁊ animā
ſuā in redemptionē dare multorū: ita ipſe inquit ani
mā meā in redemptionē inimicorū etiā meorū trado
tu ꝟo humiliatus ſi fueris ꝓ teipſo id facies qđ ego
nō mei/ ſed tui cauſa ſuſcepi. Noli ergo timere q̄ſi
honorē tuū humilitate amittens/ nunqʒ enī poteris
tantū humilitatis oſtendere/ quantū pro te dn̄s ſu-
ſcepit: cuius deſcenſus et alios erexit et gloriā eius
manifeſtauit. Nam anteqʒ homo factus eſſet ab an-
gelis ſolū cognoſcebať: poſtqʒ aūt hoīem aſſumpſit
et crucis patibulo pepēdit: nō ſolum gloriā illā non
amiſit/ verū etiā hāc acquiſiuit/ que a cognitione or
bis reſultat. Quare nullo pacto metuas quaſi tol-
lať honor tuus ſi teipm humiliaueris: hinc enī vel
ad celos vſqʒ gloria tua pertrāſit: hinc amplior atqʒ
p̄ſtātior reddiť: hinc regni ianua tibi aperiť. Cauea-
mus igiť ne ꝯtrariū faciētes viā/ aduerſus noſipos
acerrima bella geramus. Si enī voluerimꝰ magni
ac mirabiles videri/ nō modo tales nō erimus: veꝝ
etiā ceteris oībus abiectiores futuri ſumus. Perpē
dis quomō vbiqʒ ita eos hortať: vt qđ petūt ex con-
trarijs q̄ʒ arbitrenť inuēturos oſtēdat: ſic in ſuꝑiori
bus de auaris ⁊ inanis glorie cupidis factū decla-
rauimus. Cuiꝰ enī rei grā corā hoībus tua erogas
pauperibꝰ inquit? Nōne vt magna gloria fruaris?
Noli ergo ita id facere/ ⁊ ꝑmanentē gloriā cōſeq̄ris.
Quā aūt ob rē pecuniā accumulas? Nonne vt locu
ples euadas? Noli ḡ pecunias ꝯſeruare ⁊ veris di-

uitijs potieris. Similí quoqꝫ modo in hoc loco cuiꝰ rei gratia inquit primatus ⁊ pfecturas deſideras? Ut ceteris ſcꝫ preſtes: vltimū igiť ordinē eligito et tunc primū obtinebis locū. Quare ſi magnꝰ vis fore hec ipſa cōtēne ⁊ eris ꝑfecto magnus. Illud ei qꝺ tu maximū putas minimū oīum eſt. Uides quomō huius egritudinis ſupiores effecit: hinc oīno aſſecuturos qꝺ querebāt demonſtrās: ſi hoc ſpernāt illud admirenť. Gentiū aūt iccirco mentionē fecit vt ea ratione obprobrij plenā ⁊ deteſtabilē hanc rē eſſe oſtēdat. Qui eni ſibi arrogatis vere humilis ē is ad vere ſublimitatis cacumē volauit/ q̄ nō appellatione ſolū ac noīe/ ſed re ipſa ſublimitas eſt: ⁊ externa quidē celſitudo neceſſitatis atqꝫ timoris eſt. Hec ṽo interior atqꝫ nr̄a/ celſitudini diuine ſimilis eſſe cognoſciť. Quare qui apud nos magnus eſt/ etiā ſi nemo ipm hmōi eſſe dicat vere tamē magnꝰ eſt: ſicut econtra ſuperbꝰ/ quē oēs admiranť ⁊ colūt: oīum ṽo humilimꝰ reperiť: ⁊ ille quidē honor cū coactis tribuatur: facile diſpulit: hic ṽo qm̄ ex honorantiū aīo ꝓficiſciť/ ſtabilis ꝑmanet. Hac ratiōe ſctōs viros maxime admiramur: q̇ quo ceteris erāt excellētiores: eo humiliores ſeipſos ducebāt/ q̇ ad hūc vſqꝫ diē in ſublimitate ſua perſeuerant: cū nec mors quidē ipſa magnitudinē eorū deprimere potuerit. Et ſi vultis ratiocinādo etiā illud inueſtigemꝰ. Sublimis qꝺē eſſe diciť/ aut proceritate corporis huius/ aut qꝛ in editiore loco ſit collocatus: humilis aūt huic cōtrarius eſt. Attēde igitur ⁊ videbis nihil humilitate altius/ nihil arrogātia depreſſius. Nam arrogās qꝺē atqꝫ ſuperbus maiorē ſe ceteris arbitrať: ⁊ neminem ſe eſſe dignū affirmat. Nec ita magno quiſqꝫ poterit honore ipm afficere quin cupiditate maiori agitatus parū ſibi collatū arbitreť. Cūqꝫ laudē ab hominibus querat/ ſpernit eos atqꝫ cōtemnit: que res adeo expers rationis eſt/ vt enigmati ſimilima ſit: quos eni deſpicit: ab his hoībus gloriā quaſi debitā flagitat. Perſpicis quomō qui ſe altius recipit: is humi affixus iacet. Nam ꝙ abiectos ceteros homines eſſe putet/ idqꝫ ī ſeipſo cogitet a vocabulo ipo manifeſtū eſt: hoc eni arrogantiā atqꝫ inſolentiā dicimus. Si ergo ita ceteros ſpernis/ cur adulationibus laudē ab illis aucuparis? cur tantā tecū turbā hominū circūducis? Uidiſti re ipſa humilē homūculū atqꝫ ſupinū caducis oīno rebꝫ ſubnixū: age iā econtrario qualis vere ſublimis ſit cōſideremus: hic certe nō ignorat quantū ⁊ qꝺ hō ſit: hic recte intellexit magnū eū eſſe hoīem qui cū oīum minimꝰ ſit/ minimū quoqꝫ ſe putat. Quo circa quantūqꝫ ſibi honoris tribueris maximū arbitrať. Cōſtās igiť eſt atqꝫ ſibijpſi conueniēs: nec modo hoc/ modo illud ſequiť ſed quos excelſos putat ab his etiā ſi parū honoris nāciſcať: ſummopere ꝓpter celſitudinē illorū: honorari ſe putat. Inſolēs aūt puſillos eos arbitrať: qui eū honorāt: ſed laudari ſe ab illis: ſingularē oīno rē arbitrať. Humilis rurſum a nulla egritudine capitur: nō perturbať ira: nulla cupiditate glorie vexať: nō vinciť liuore. Quid igiť ſublimius aīo harū perturbationū experti. At ṽo arrogās atqꝫ inſolēs ceu vermis in ſtercore: ſic in his paſſionibus ſemꝑ inuoluiť. Nam ⁊ inuidia/ ⁊ ira/ ⁊ inanis gloria/ vehemēter animū illius exagitāt: vter igiť excelſus atqꝫ ſublimis eſt: q̇ his paſſionibꝰ ſeruiliter preſſus quaſi eī dn̄enť expaueſcit: An q̇ ſic ſupior eſt/ vt nullo modo ab his capi poſſe videať. Quā nā auē altiꝰ tu volare opinaris? Utrū ea que cū per aera ferať arundines aucupis atqꝫ rhetia nō formidat. An eā quā vl' ſine arūdine ac viſco qm̄ humi ſerpat: potiꝰ q̄ꝫ volat: manibꝰ facile capiť. Hmōi certe inſolēs animꝰ eſt: qui cum humi ſerpat/ in omnē laqueū incidit: quod etiā a nequiſſimo illo demone colligere poſſumus: qui ꝓpter arrogantiā in ꝓfundū depulſus eſt: homo aūt q̄ꝫuis corporeus ſit: tamē ſi humilitate polleat: ita illū excedit: vt ſub calce hoīs ille iaceat. Calcate nanqꝫ inquit ſuper ſerpētes ⁊ ſcorpiones: ita homo cū angelis in celis ſeipſum poteſt locare. Hoc ipſum etiā ab hoībus ſupbis intelligere poſſumꝰ. Ueniat eni illiꝰ barbari tibi in mentē q̇ tm̄ ductitauit exercitū: q̇ nec ea quidē q̄ a ſenſu cognoſcimꝰ nouerat: neſciebat eni vtrū lapides eſſent: ſimulachraqꝫ ⁊ idola vtrū eſſent ſimulachra ignorabat: qua de cauſa inferiorē ſe iſtis oībꝰ faciebat. Fideles ṽo pūqꝫ hoīes vltra ſolē feruntť: neqꝫ his ſublimius quicq̄ꝫ inueniť cum vel ipſa celi cōuexa tranſgrediantť: ⁊ angelis ꝑtermiſſis apud regiā ſedē aſſiſtāt. Preterea quē nā deiectū atqꝫ infimū putabimꝰ/ vtrū eum cui deꝰ patrocinať: an eum quē deus impugnat? Hunc vltimū videlicet. Audias ergo quid de vtroqꝫ ſcriptura clamitat: Superbis inq̄t atqꝫ arrogātibꝰ deus reſiſtit: humilibꝫ aūt gratiā prebet. Illud etiā abs te libenter querā: quē nā arbitraris ſublimiorē/ ſacrūne virū a quo grata deo quottidie ſacrificia offeruntur: an eū qui nullā apud deū fiduciam habeat? Et quas inquies hoſtias humilis offert? Dauid illum de hoc audias: Sacrificiū inquit deo ſpūs cōtribulatus: cor contritū ⁊ humiliatū/ deus nō deſpicies. Uidiſti q̄ꝫ mundus humilis ſit: videas ⁊ inſolentis impuriſſimas ſordes. Impurus inquit apud deū eſt oīs immūdus corde. Ad hec: in altero deus ipſe requieſcit: Sup quē eni reſpiciā ait q̄ꝫ ſup mitem et quietū ⁊ trementē ſermones meos? Alter autē cum diabolo humi trahiť: inflatus eni diaboli ſupplicia ſuſtinet: Ne forte inflatus paulus inquit: in iudiciū incidat diaboli. Quodqꝫ mirabile eſt cōtrariū ſemꝑ q̄ꝫ optat eū perſequiť. Nam cū ceteros contēnat/ vt maiori dignus honore videatur: maxime oīum ipſe deſpiciť: ridiculi eni ⁊ oīum inimici ſunt qui ira ⁊ inuidia facile capiunť: q̇ eius maxime comitis ſunt: q̄re neſcio ſi quid peius excogitari poſſit? extremitas eni malorū certe hec eſt. Humilibꝰ ṽo qꝺ iocūdius? quid beatius? qui cū deo gratiſſimi ſint/ non paruā etiā ab hoībus (quā nō querūt) gloriā reperire ſolēt. Nempe ab hoībus quaſi parētes coluntť/ quaſi frēs amanť/ quaſi ꝓpria membra fouenť. Amplectamur igitur humilitatē ſi ſublimes fieri deſideramus/ ꝓſertim cū videamus ab inſolentia deijci hoīes. Hec eni ad humilitatis baratrū pharaonem detruſit: ne ſcire nāqꝫ dn̄m dicebat/ ⁊ ſoricibus ⁊ ranis ac muſcis deterior factus eſt: poſtremo cum ipſis armis et equis ſubmerſus fuit. Abraā ṽo contrario: Ego ſū terra ⁊ cinis p̄dicabat: ꝓpterea et multa barbarorū milia vicit/ ⁊ cū in mediū egyptiorū īcidiſſet: maiori cū triumpho euaſit: cum virtuti ſemꝑ inherēs ſublimius indies reddebať: imo ṽo ſublimior quottidie fit:/ cū eius laudes vbiqꝫ decantentur: pharao aūt terra ⁊ cinis/ et ſi quid humiliꝰ excogitari poteſt factus cognoſciť. Nihil certe magis deus q̄ꝫ arrogātiam auertiť. Quid eni nō fecit vt hanc paſſionē de-



ſtruat. Hac eni de cauſa mortales facti in dolore ac luctu viuimus. Ideo in continuo labore atqꝫ ſudore ⁊ affligēti operatione cōſtituti ſumus. Arrogantia quippe primꝰ homo (cū equalitatē dei ſperaſſet) deliq̄t: ⁊ ita nō ſolū quod optauerat nō offēdit: verū etiā a ſublimitate ꝓpria decidit. Hoc nempe ſupbie opus eſt: vt non modo nihil boni nobis afferat: ſed etiā que habemus corrūpat: econtra ṽo humilitas facit. Nam ⁊ ea que nobis aſſunt bona cōſeruat: ⁊ q̄ nō habemꝰ facile adijcit: hanc igiť admiremur: hāc ſeq̄mur: vt et in hac vita honorifice cōuerſemur ⁊ futura gloria potiamur: gratia ⁊ miſericordia dn̄i noſtri ieſu chriſti Amen.

Homelia LXVII Ex capitulo XX

e T egredientibus illis a hiericho ſecuta eſt eū turba multa. Et ecce duo ceci ſedentes ſecus viam cū audiſſent quia ieſus trāſiret clamauerunt dicentes: Miſerere nobis ieſu fili dauid.

Reſpice quibus locis ad hieruſalē tranſit/ vt vbi antea verſabať ignorare non poſſis. Maxime autē mihi querendū videť cur non inde recte in galileam ſed per ſamariā trāſijt: ſed hoc quidē ſtudioſis relinquamus. Nam ſi q̇s curioſius hoc inueſtigare voluerit: inueniet Ioānem huius cauſam cōſcripſiſſe. Quare nos ꝓpoſitū noſtrū ſequentes hos cecos audiamus q̇ multis excellētiores cernentibꝫ erāt. Nā q̄ꝫuis nec ductorē habere nec videre ipſi poſſent aduenientē: ſummo tamē ſtudio ac cōtentione ad ipm venire conabanť. Cūqꝫ magna voce clamarēt iuſſi tacere magis clamabant. Conſtās quippe ac fortis animꝰ: q̇ magis vetať: eo altius ꝓuehiť: xp̄s ṽo carpi eos patiebať: vt oēs animi eorū feruorē faciliꝰ cognoſcerēt curationeqꝫ dignos crederēt: quapropter (nec vt ſolebat) an crederēt interrogauit. Satis eni ſupqꝫ clamor: ⁊ adueniēdi erat conatus ad fidē eorū declarandā. Hinc iā aperte diſcere potes dilectiſſime: quia etiā ſi valde viles atqꝫ etiā abiecti ſimus/ tamē ſi ardenti animi ſtudio ad deū accedamus/ per noſipſos ſiue mediatorē impetrabimꝰ que petamꝰ. Conſidera eni quomō nullus apl'orū iſtis affuit: ſed e diuerſo q̄ꝫuis multi eos repellebāt/ omi tamē impedimēto ſuperato ad ieſum ꝑuenire voluerūt. Ita ⁊ ſi nullā ex vita fiduciā euāgeliſta eis tribuit: ardore tamē aīati ſibijpſis ſuffecerūt. Hos igitur imitemur/ ⁊ ſi vel tardior deus ad tribuendū ſit: vel multi ceu importunos retrudāt/ nō ceſſemꝰ tamē petere ſciētes hoc pacto maxime deū a nobis poſſe placari. ſic eni etiā ardentē eorū voluntatē nō pauperies/ nō cecitas/ nō qꝛ cōtinuo non fuerāt auditi/ non quia turbe repellebāt/ nō deniqꝫ vlla res alia potuit extinguere: talis quippe eſt laborās ⁊ inflāmatꝰ animus. Quid igitur chriſtus? Uocauit eos et dixit: [Quid vultis vt faciā vobis? Dicūt ei: Dn̄e vt aperianť oculi noſtri.] Cuius aūt rei gratia eos interrogat? Ne quis ſcilicet putet/ eos aliud illos petijſſe/ ⁊ aliud ipſum prebuiſſe. Deinde vbiqꝫ ſolitū ſcimus virtutē/ ⁊ fidē petentiū obductā prius reuelare: ⁊ tūc demū eos curare/ tū vt in imitationē alios cōcitet/ tū vt curatiōis dono dignos fuiſſe demonſtret: hoc ⁊ in muliere illa chananea effecit/ hoc in cēturione/ hoc in ea que fluxū ſanguinis patiebatur: immo ṽo mirabilis illa mulier interrogationē dn̄i ꝑuenit: nec tamē etiā ſic ab eo p̄termiſſa eſt: ſed poſt curationē prediccť. Ita vbiqꝫ diligētiſſime aduenientiū fidē reuelabat et extollebat: qꝺ nunc quoqꝫ factū eſſe videmus. Cū aūt illi vidēdi facultatē petijſſent: miſericordia motus tetigit illos. Hec quippe curatiōis ſola cauſa eſt/ ꝓpter quā in hūc mūdū deſcēdit: Et q̄ꝫuis miſericordia ſua ⁊ gratia curet: dignos tamen queritat: quales illos fuiſſe tā clamoribus et cōſtanti eorū conatu patuit: q̄ꝫ qꝛ curati nō reſilierūt poſt bn̄ficia ingratitudinē (vt multi) oſtendentes: ita et ante curationē ꝑſeuerantis ⁊ fortis animi et poſt donū gratiſſimi reperti ſecuti ſūt eū. [Et qn̄ appropinquauit hieruſalē ⁊ venit in bethphage ad montē oliueti/ tūc miſit duos diſcipulos dicēs: Ite in caſtellū qꝺ cōtra vos eſt ⁊ inuenietis aſinā alligatā et pullū cū ea: ſoluentes adducite mihi. Et ſi q̇s vobis dixerit aliq̇d/ dicetis quia dn̄s his opus habet: ⁊ cōfeſtim dimittet. Hoc aūt factū eſt vt adimpleretť qꝺ dictū eſt per ꝓphetā: Dicite filie ſyō: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus/ ⁊ ſedēs ſuꝑ aſinā ⁊ pullū filium ſubiugalis.] Sepe quidē etiam antea nunq̄ꝫ ṽo ita clare in hieruſalē aſcendit. Que nam igiť huius rei cauſa eſt? In diſpenſationis exordio/ cū neqꝫ ipſe ita clarus eſſet/ nec paſſiōis tēpus appropinquaret indifferēter cum illis verſabať: occultās ſeipm. Nam nec ipſe mirabiliter patefaciendo ſe viſus eſſet: ⁊ illi maiore inuidie incēdio flagraſſent. Nūc aūt cum virtutis ſue multis ſignis ꝑiculum fecerat ⁊ crux in ianuis adeſſet/ clarius ſeipſum reuelat/ et cū maiore ac congruente oīa facere auctoritate videť: ſed ꝓpter hec maioribꝫ inuidie ſtimulis tabeſcebant: que q̄ꝫq̄ꝫ ſic ab ab initio agere poterat comoditatē ordinati tamē ꝓgreſſus conſeruauit. Tu ṽo diligēter expende quot mirabilia peragit: ⁊ q̄t ꝓphetias adimplet/ aſinā inuenturos p̄dixit neminē ꝓhibiturū: ⁊ oēs tacituros affirmauit: que iudeorū culpa non parua eſſe videť: ſi quidē qui nunq̄ꝫ eū viderūt ſua ipſi ſine cōtrouerſia tradūt/ cū iudei etiā ꝑ diſcipulos ſigna facientē videntes nō receperūt. Nō fuit certe res ipſa parua: q̇s eni illis perſuaſit p̄ſertim pauperibus ac forſan agricolis nullo modo aduerſari. Cur dixi nō aduerſari: ſed nec interrogari quidē aut interrogantes reſponſo audito tacere atqꝫ cedere. Nam vtraqꝫ iſta pariter mihi mirabilia ⁊ inaudita videnť. Non eni parū eſt cū traherenť iumēta/ nihil dixiſſe. Et ſi dixerūt cum audiſſent qꝛ dn̄s illis indigeret ceſſiſſe: maxime cū nō ipſum/ ſed diſcipulos eius viderent. Hinc oēs docet iudeos in ipm irruētes ſolo nutu reprimere potuiſſe. Hinc etiā diſcipulos docet quicq̇d ipſe peteret etiā ſi animā dare iuberet abſqꝫ vlla cōtrouerſia eſſe parendū. Nā ſi ceſſerūt ignoti/ q̇d diſcipuli facere debēt? Duplicē aūt ad hec ꝓphetiā: alteram opere: alterā verbis adimplebat. Opere q̇dē quia ſcriptū eſt a Zacharia ꝙ in aſina ſicuti rex ſedebit. Cum igiť id veluti ſcriptū eſt expleſſet alterius ipſe ꝓphetie dabat initiū/ q̇ futura erāt ipſis factis ſignificando: immūdarū eni vocatiōe gentiū ⁊ qꝛ in ipſis requieſcet ⁊ veniēt atqꝫ adorabūt eum: res iſta ſignificabat: ita ꝓphetie ꝓphetia ſucceſſit. Mihi vero nō iccirco in aſina ſediſſe videť/ verū etiā vt viuēdi philoſophia nos erudiret: ita ſiml' ⁊ ꝓphetias ad-

implebat/ ⁊ dogmata veritatis plātabat/ ⁊ viuendi pcepta exemplis p̄bebat ⁊ affirmabat. Regulas enī nobis prebet/ ne maiora q̄ꝫ neceſſarius vſus exigat requiramus. Itaqꝫ qn̄ etiā naſcebatur nō magnificas edes/ nō locupletē matrē: ſed pauperrimā ⁊ fabro deſpōſatā elegit/ ⁊ in tugurio naſcitur/ ⁊ in p̄ſepio ponitur. Sic diſciplos nō oratores aut pphas voluit nec genere/ aut fortune claros: ſed iopes valde atqꝫ ignotos. Menſa ſua ordeaceis nōnunq̄ꝫ panibꝫ nōnunq̄ꝫ qbus diſcipuli e foro emerēt referta erat. Recūbebat preterea in feno: veſtes viles: nec cōditionē vulgi excedentes induebatur. Domū nullā habebat: cunqꝫ de loco in locū trāſeundū erat pedibus iter faciebat ⁊ ſic faciebat vt labore plerūqꝫ ꝯficeretur. Nūq̄ꝫ in ſede nec in puluinari: ſed in ipſa ſupficie terre/ mō in montibꝫ/ mō apud fontes ſolus ſedebat: ⁊ mulierē ſamaritanā alloquebatur: ſic mediocritatē in merēdo nos docēs. Quando res poſtulabat lachrymas effudit: terminos nobis in oīni re ꝯſtituēs/ vt q̄uſqꝫ pgrediēdū eſſet nō ignoremus. Quibꝫ etiā nūc qm̄ iumētis opus eſſe imbecillioribꝫ nō ignorabat/ modū exēplo dedit/ ne aut equis aut mulis ſublimes feramur: ſed aſino qn̄ res cogit inſidere/ neqꝫ vlteriꝰ pgredi: ſed vbiqꝫ neceſſitate vſum terminare. Sed videamus iā tam verborū q̄ꝫ rerū p̄phetiā: q̄ igitur eſt illa? Ecce rex venit tibi manſuetus aſcendēs ſup iugalē ⁊ pullū nouū nō currus vt reges ceteri agens/ nō vectigalia exigēs: nō elatus tumore/ nec ſatellitibus cōſtipatus: ſed magnā vndiqꝫ mōſtrās humilitatē. Interrogetur ergo iudeus: q̄s nā regū aſina vectus hieroſolymā intrauit? Neminē profecto preter xp̄m dicere poſſunt. Hec faciebat vt (queādmodum diximꝰ) figuris ventura ſignificaret. Etiā enī hic et nouus ppl's olim immūdus p pullū ſignificatur: qui poſtq̄ꝫ in eo ieſus quieuit/ ab oīni ſorde liberatꝰ mūdus effectus eſt. Perpēde aūt ex amuſſim imaginē eſſe conſeruatā. Diſcipuli quippe iumēta ſoluūt qm̄ ⁊ nos ⁊ illi p apl'os vocati ſumus: ⁊ noſtra fides in zelū illos deduxit. Preterea iccirco aſina pullū ſuū ſequi pſpicitur: qm̄ poſtq̄ꝫ in gētibus chriſtus ſedebit tunc ⁊ ille zelātes veniēt: qđ Paulus ſignificās dicebat: Quia cecitas ex parte iſraeli accidit: quouſqꝫ plenitudo gentiū intraret: ⁊ ſic vniuerſus iſrael ſaluabitur. Ex enī figura hec factū p̄phetie figurabat a dictis manifeſtū eſt: niſi enī ita eſſet: nō tāta cura certe p̄pheta pulli etiā etatē p̄dixiſſet. Illud etiam diſcimus queādmodū nemo tunc apl'is ne abducerēt iumēta detinuit/ ſic nullus vetare potuit ne gētes ab idolatria remouerentur. Nō aūt in pullo nudo ſed ſup apl'orum iniectas veſtes inſedit: pullo enī oblato vniuerſa iā a ſe prebēt ſicut ⁊ Paulus dicebat: Ego autē iocundiſſime cōſumā et cōſumar ego ipſe pro aīabus veſtris. Tu vero ſubitā pulli domationē admirare: quomō dū eſſet indomitꝰ: ⁊ freni oīno expers nō reſiliit nec reluctatus eſt: ſed quiete quaſi aſſuetus ferebatur. Gentiū enī obedientia hinc ſignificatur/ ⁊ repētina in meliorē vitā mutatio/ q̄ oīa illis verbis facta ſunt: ſoluētes adducite mihi: ita inordinata in ordinē ⁊ immūda ad mundiciē redacta ſunt. Deiectionē iudeorum etiā cōſidera/ q̄ q̄ꝫuis tā multa eius ſigna viderint/ nunq̄ꝫ tamē ipſum ſic admirati ſunt queādmodū nūc/ q̄ꝛ turbas ꝯcurrere aſpexerūt vehemēter obſtupeſcūt. Cōcuſſa enī fuit inquit vniuerſa ciuitas dicēs: Quis eſt hic? turbe aūt dicebāt: Hic eſt ieſus p̄pheta q̄ eſt a nazareth galilee. Ita qn̄ tandē magnū q̄d de ipſo dicere niſi ſunt tūc humilis ⁊ abiecta ſententia ſua humi trahebatur. Hec aūt faciebat nō vt ſe hac pompa oſtentaret/ ſed partim vt ⁊ p̄phetiā (vt diximus) impleret/ et vitā noſtrā inſtrueret: partim vt diſcipuli hec maxime ſolamē mortis eius haberēt cū viderēt in nullo inuitū poſſe violari. Tu vero id etiā admirare/ quomō tam a Zacharia q̄ꝫ a Dauid ad vnguē iſta predicta fuerūt. Sic igitur etiā nos faciamꝰ ⁊ laudes cātemꝰ/ et veſtimēta eis tradamus qui ip̄m afferūt. Qua enī re digni erimꝰ cū illorū alii aſinā veſtimētis ſuis xp̄i ſeſſuri gratia ornarēt. Alii indumenta humi ſternerēt/ ſi nos nec nudū ipſum vidētes a recōditis p eo quicq̄ꝫ impendere volumus. Et cum illorū alii precedūt: alii ſubſequantur/ nos aduenientē repellamꝰ atqꝫ cōdemnamus/ quo putas hec ſupplicio digna eſſe? Accedit ad te dn̄s indigens: tu nec ſupplicantē quidem audire poteris/ ſed accuſas ⁊ increpas/ p̄ſertim cū talia verba pceperis. Et ſi ad pauculū argenti offerēdū/ et fruſta panis prebenda/ adeo tenax/ auarus/ ⁊ piger es: q̄d faceres ſi vniuerſa tibi eſſent euacuanda. Non vides quot quātaqꝫ hi q̄ ſe munificos vulgo appellari volūt ſcortis in theatro largiuntur: illorum tu nec centeſimā quidē partē dare ſuſtines. At quādo diabolus quibuſcūqꝫ obuiis dare iubet: ⁊ ſi huic rei gehēna immineat: iocūde tn̄ illi obtēperas. Cum vero chriſtus regnū (ſi indigētibꝫ obtuleris) tibi retribuat nō mō nihil p̄ſtas: ſed inſup etiā petētes cōtumeliaris: ſic apte mauis obedire diabolo vt puniaris/ q̄ꝫ chriſto parere vt ſalueris. Qua quidē vecordia neſcio/ ſi q̄d veſanius vnq̄ꝫ poſſit excogitari? gehennā ille: hic regnū pollicetur: ⁊ vos hoc neglecto ad illū accurritis: ⁊ hūc venientē repellitis: illū etiā cū lōge abſit vocatis. Nō aliter ergo fit: ac ſi cū diadema ⁊ purpurā rex afferret ſperneretur: latro autē qui acutum quo te interficies mucronē largiatur facile perſuadeat. Que intelligētes chariſſimi aperiamꝰ oculos aliquādo ⁊ vigilemꝰ oro: ego enī iam erubeſco cum totiēs me dixiſſe de elemoſyna ſciam/ ⁊ nihil exhortationibꝰ meis dignū cōfeciſſe videā/ et factū quidē eſſe aliquid nō ignoro nō tamē tantū quantū optabā. Sed cerno quidē vos ſeminantes nō tn̄ plena dextera: q̄re timeo ne parce q̄ꝫ metatis. Ut aūt parce p̄ici ſemē videatis: cōſiderate ſi videtur vtrū plures in ciuitate inopes an diuites. Ego quidē puto decimā fere partē ciuitatū diuitiis affluere/ ⁊ decimā tāta pauptate opprimi: vt nihil penitꝰ habeāt ceteros inter cōditionē iſtorū collocari: partiamur igitur multitudinē vrbis p egenorum numerū ⁊ videbitis q̄ꝫ magnū ex hac cōſideratiōe dedecꝰ erūpat. Nā q̄ magna copia rerū habūdāt pauci certe ſūt: quorū vero mediocres fortune multi: q̄ aūt nihil hn̄t pauciſſimi. Cūqꝫ plurimi ſint q̄ fameſcētes poſſint ſaturare/ multi tn̄ eſuriūt: nō q̄ꝛ nō poſſumꝰ illis ſatiſfacere: ſed q̄ꝛ duritiēs ⁊ inhumanitas corda nr̄a occupauit. Nā ſi locupletes ⁊ illi q̄ mediocris fortune ſunt cibo ⁊ veſtitu indigētes inter ſe partiantur: vix centū e quinq̄ginta viri vnū pauperē ſortientur. Et in tāta eorū multitudine q̄ ſubuenire poſſunt degētes/ pauperiē ſuam quottidie fameſcētes deplorāt. Sed vt apertiſſime inhumanitatē eorū videas/ vniꝰ diuitis nec valde locupletis hec eccl'ia fructus colligēs cogita tecum quot viduis: quot virginibꝫ quottidie ſuccurrat. Iā



enī numerus corum in cathalogo aſcriptus ad tria milia p̄uenit. Et p̄ter eas multis q̄ carceres habitāt auxiliatur/ multis in hoſpitali laborātibꝫ/ multis aduenis/ multis leproſis/ oībꝫ q̄ altari aſſiſtūt cibaria et indumēta p̄bet: multis etiā q̄ q̄ttidie ad petēdū accedūt: nec tn̄ eccl'ie opes iccirco diminute ſunt. Quare ſi decē ſolūmodo viri hoc impēdio in paupes ſic vterentur/ nullus in hac vrbe fame aut nuditate laboraret. Sed q̄d inq̄es liberis nr̄is relinq̄mus? Sortē certe q̄ꝫuis ⁊ fructꝰ ita diſpoſiti mirifice creſcēt/ et in celis recōditi vobis conſeruentur. Et ſi ita nō vultis mediā ſaltē fructuū partē aut tertiā aut quartā aut qđ minimū eſt ſaltē decimā xp̄o p̄beamꝰ. Gratia enī et miſericordia dei decē vrbiū inopes hec ciuitas nr̄a cōtinue poſſet enutrire. Et ſi vultis ratiocinādo tn̄ inquiramꝰ q̄ꝫuis ita res pateat vt nulla ratiocinatiōe nobis opus eſſe videatur. Uidetis igitur q̄t quātaqꝫ vna domus ad ciuilia onera q̄t annis ꝯferēs nunq̄ꝫ hac īpēſa laboret: quā ſi diuitū ſinguli pauperū gr̄a ſuſciperēt momēto celū raperēt. Que igitur venia q̄ ſatiſfactio poterit eē cū ex iſtis rebus q̄s oīno morituri reliquimꝰ nō ita indigētibꝫ copioſe p̄beamꝰ ſic multi ſcenicis tribuūt: p̄ſertim cū et ne ſic dāti retributōes debeantur. Oportebat q̄dē etiā ſi hac ī vita ppetui manseremꝰ huic bēignitati nō pcere: cū vero paulo poſtea nudi hinc rapiamur: q̄ nobis ſatiſfactio erit ſi neqꝫ a noſtrorum fructibꝫ p̄diorū eſuriētibꝫ opitulamur? Nō enī cogo facultatē minuere/ nō q̄ꝛ id nolim: ſed q̄ꝛ te valde alienū ab hac reſpicio. Nō ergo audeo illud dicere: ſed exponēdos fructꝰ hortor: ⁊ nihil eſſe hinc reponendū cōſulo: ſatis eſt tibi q̄ q̄ſi a copioſo fonte pecunia fructuū ꝯfluat indies. Fac inopes rerū tuarū participes/ diſpenſa p̄pe q̄ tibi diuinitus cōmendata ſunt. Sed onera publice inquies tribuo. An ideo forſān deſpicis q̄ꝛ nemo te hic dare cogit: ⁊ publice quidē q̄ꝫuis nihil agri tui p̄duxerint neceſſario prebes cum nō audeas aduerſari: chriſto vero ita miti et tunc ſolūmodo petēti cum fertilitate agrorū habūdas nec iocūde quidē reſpōdere dignaris. Quis igitur te liberabit a tormentis futuris? Nullus certe. Nam ſi p̄ter has preſentes penas in tribuēdo ciuitati diligētiſſimus es: grauiores eſſe futuras memēto/ vbi nō in carceres: ſed in ignem deiicieris eternum. Quare horū oīum gratia hec tributa pauperibus primū cōferamꝰ. Nam ⁊ facilius id facere poſſumus/ ⁊ merces maior debetur/ ⁊ maiora multo meremur: ⁊ acerbiora nō faciētibꝫ ſupplicia imminent: que nullū vnq̄ꝫ habitura terminū ſūt. Et ſi milites tibi alēdos obiicias qui p te cum barbaris pugnēt. Conſidera nō paruū eſſe pauperū exercitū/ qui periculoſum p te bellū ſuſcipe parati ſunt. Nam ſi q̄cq̄ꝫ abs te acceperūt deū orando p̄piciū tibi reddēt: ⁊ loco barbarorū inſidias demonū procul repellent: vires diaboli debilitantes vt nō poſſit oīno aīam tuā expugnare. Quare cū videas hos quottidie milites ad regē p̄cibus p te intercedere/ alimenta ſibi quaſi debitū cōferas tributū. Mitiſſimꝰ enī eſt rex hic nr̄ nulla vi exigit: ſed ſpōte oblatū etiā ſi minimū ſit ſuſcipit: et ſi lōgo t̄pis ſpacio neceſſitate quapiā detentus nō feceris nō cogit. Non abutamur ergo lōganimitate ac miſericordia eius: verū reponamus nobis nō irā ſed ſalutē/ nō mortē/ ſed vitā/ nō tormēta ⁊ penas: ſed honores atqꝫ coronas. Nihil hic impēdes cum transferantur offerēda: nullus labor ſuſcipiēdus eſt vt in argentū redigas: alimēta offeras ſolū et ipſe dn̄s in celū tranſponet: ipſe mercaturā hanc queſtuoſam faciet: nō indiges hic miniſtris deferēdi nec teſtibus: tutū ſemp eſt qđ dediſti: ⁊ mirabili mercature genere creſcit atqꝫ multiplicatur. Preterea que publice tribuis nunq̄ꝫ tibi redduntur: cum hec eximio quodā fenore ⁊ lucro ſpiritali reſtituentur. Iſtis enī reſpublica: illis tu ipſe vteris: quaſi enī deo credantur cirographū tibi diuinitꝰ fit. Qui enī inquit pauperis miſeretur: deo feneratur. Etenim q̄ꝫuis dn̄s omniū ſit: nō eſt tamē dedignatus ⁊ area et vadibꝫ rem firmare. Que nam igitur area eſt? Hec certe preſentia ſenſibilia ⁊ ſpiritalia exordia futurorū. Quid igitur procraſtinaris ⁊ inertia corrūpis cū multa iam receperis ⁊ maiora expectes. An ignoras fortaſſis quot quātaqꝫ recepiſti? ipſe corpus tibi formauit/ animā creauit/ ratione ſolū ex oībus animātibus honorauit/ omniū viſibiliū rerū vſum p̄ſtitit: cognitionem ſuā tibi largitus eſt/ filiū ſuū pro te tradidit/ baptiſmū multis plenū donis cōceſſit/ ſacra menſa donauit/ regnū ⁊ ineffabilia bona pollicitus eſt. Qui ergo tot iam accepiſti tantaqꝫ accepturus es (nō enim vereor eadē rurſus repetere) pereuntibus pecuniis pro eo parcis: ⁊ qua venia dignus eris? Sed cum filios aſpiciā inquies nō poſſum nō retardari. Nimirū ad hec lucra tibi filii quoqꝫ inſtituēdi ſunt. Nā ſi magno fenore argentū tibi eſſet collocatum in hoīe grato nec impotēti/ ſcio huiꝰ te malle debiti litteras liberis relinquere vt ingētes inde capiāt fructus q̄ꝫ pecuniā: ne cogerentur alios querere vbi tuto queāt collocare. Da igitur filiis tuis has litteras/ deū ſibi debitorē relinque. Agros quidē nō vēdis: ſed liberis relinquis: vt eorū fructibus ditiores euadant. Hoc vero cirographū qđ maiores oībus prediis fructus reddere ſolet: relinquere filio recuſas: magna certe id eſt ſimplicitas: immo vero demētia/ preſertim cum ſcias/ q̄ꝛ q̄ꝫuis hoc filiis relictū cirographū ſit/ tamē ⁊ ipſe abiens tecū portas. Talia quippe ſpiritualia ſunt vt multis multiplicata ſatiſfaciāt. Non ſimus igitur ita pauperes animo/ neqꝫ inhumani atqꝫ crudeles aduerſus noſipſos/ ſed q̄ſtuoſam hāc mercaturam ſuſcipiamus que ſimul ⁊ nos abeuntes comitabitur: ⁊ filios noſtros nō derelinquet: ⁊ tam nos q̄ꝫ illos ad futuram beatitudinē perducet: in chriſto ieſu dn̄o noſtro: cui gloria ⁊ imperiū cum patre et ſpiritu ſancto Amen.

### Homelia LXVIII Ex capitulo XXI

e

**T cum intraſſet ieſus in templum eiecit omnes vendentes ⁊ ementes: et menſas nūmulariorum euertit: et cathedras vendentiū columbas: ⁊ dicit eis: Scriptum eſt: Domus mea domꝰ orationis vocabitur: vos autem eam feciſtis ſpeluncam latronum.**

Similiter Ioānes quoqꝫ ſcripſit: ſed ille in principio euangelii hic iuxta finem poſuit: quare bis id diuerſiſqꝫ temporibus factū credendū eſt: quod tam a tempore q̄ꝫ a reſponſo colligi poteſt. Apud ioannē

enim in ipſo paſcha: apud iſtum vero multo ante in
templū dicitur chriſtꝰ aduenisse: et tunc iudei dice-
bant quod ſignū nobis oſtendis? Nunc vero q̄uis
acriter reprehenſi: tamē quia iā mirabilis apud oēs
videbatur conticuerūt: quod certe maiorem culpam
iudeorū oſtendit qui ſemel ⁊ bis capti perſeuerabāt
cauponātes/ ⁊ deo aduerſariū appellantes: cum de-
buiſſent hinc ⁊ vires ſuas ⁊ honorē quē patri tribue-
bāt agnoſcere. Nam ⁊ ſigna iā multa ⁊ verba ſignis
cōuenire videbāt: dedignabantur tamen inobediētes
neqꝫ prophetā clamantē audiebāt/ nec infantiū pre-
ter etatem preconia percipere poterant. Quare ipſe
quoqꝫ acrius eos accuſans Eſaiam induxit dicen-
tem: Domus mea domus orationis vocabitur. Neqꝫ
hinc ſolū poteſtatē demonſtrat: verū etiā quia vari-
as egritudines curauit. Adierūt enim ad eū claudi
⁊ ceci ⁊ curauit eos inquit: illi vero neqꝫ ſic (virtute
ipſius patefacta) quietiore animo eſſe poterāt: ſed
cū ad ſigna infantiū accederēt preconia/ grauiter an-
gebantur atqꝫ dicebāt [Audis q̄d iſti dicūt?] At q̄ xp̄o
potiꝰ hec verba cōueniebāt/ q̄ infantes ſibi q̄ſi hym-
nū decātare dicere potuiſſēt: n̄ audis inquiūt q̄d iſti
dicūt? Quid igitur ieſus (q̄ tā manifeſtis ſignis ⁊ rebꝫ
aduerſabantur?) Acrius vt corrigerēt carpſit dicens:
Nunquid legiſtis q̄r ex ore infantiū ⁊ lactentiū ꝑfe-
ciſti laudē?] Quā rectiſſime ex ore dictū eſt: nō enim
ex mente illorum illa verba procedebāt/ ſed virtute
ipſius tenera illorū lingua ad formanda hec verba
ducebatur. Que res balbutiētes tūc gentes que poſt
ex fide maxime ſonuerūt figurate ſignificauit. Apo-
ſtolos quoqꝫ nimirū confortauit. Nam ne ambige-
rent quoniā rudes hoīes tantā rem potuerint predi-
care/ hec infantiū exemplo vniuerſa huiuſmodi mē-
tis anguſtia ſedari potuit: cum dubitare nequiſſēt:
quin ⁊ ipſis facultatē dicendi daturus ſit: qui par-
uulos fecerat eloquētes. Ad hec nature quoqꝫ dn̄m
atqꝫ creatorē atqꝫ miraculū demonſtrabat. Infan-
tes igitur q̄uis per etatē nō poſſent: ſignificāt tamē et
rebus cōuenientiā decantabāt: viri aūt quaſi furio-
ſi loquebantur: tale quid certe nequitia eſt. Uerū quo-
niā multa erant quibus inflāmabantur turbe/ vide-
licet facta ſimul ⁊ dicta: eiectio vendētiū de templo/
miracula/ paruulorū laudes/ ne tumor eorum oīno
exardeſceret: nō incepit docere/ ſed relinquens eos
deceſſit. [Mane autē in vrbē reuertens eſuriuit.]
Quando mane ſic eſuriuit? Quando carni cōceſſit
tunc ipſe paſſionē ſuā oſtendit. [Et videns inquit fi-
cum in via iuit ad eam nec inuenit niſi ſolum folia]
Alius vero euangeliſta ſcribit nō dum tēpus fuiſſe.
Quomodo ergo ſi nō dum tēpus erat tanq̄ꝫ fructū
inuenturus iuit ad eam? Patet igitur cogitatiōis di-
ſcipulorū id dictū eſſe qui hec ceu imperfectiores ſu-
ſpicabantur: quorū cogitatiōes nōnunq̄ꝫ ſcribūt euā-
geliſte. Neqꝫ hoc ſolū ſm mentē ipſorū ſcriptū eſt: ve-
rum etiā ⁊ quia ideo maledicta ficus fuit quia non
habebat fructū. Cuius igitur gratia maledicta eſt?
Certe vt diſcipuli conſiderēt. Nam quoniā ſemper
beneficia conferēs nullū vnq̄ꝫ puniuit: vt tam diſci-
puli q̄ꝫ iudei ſibi perſuadeant verbo ſolūmodo poſſe
ipſum crucifigētes exiccare: ſed ſponte oīa ſuſtinere
puniendi virtutē nō in hoīem ſed in arborē oportu-
ne nunc demonſtrauit. Cum aūt loca vel plante vel
animātes ratiōis expertes tale quid patiuntur/ noli
curioſius quare ita factū ſit inueſtigare. Non ergo
quare vtrū merito exiccata ficus ſit ſi tēpus nō erat
delirationis nempe id mihi videtur extreme: ſed ſignū
ſolūmodo conſiderās admirare et creatori gloriam
redde. Sic ⁊ in ſubmerſis porcis rationē iuſtitie di-
ligenter inquirētes multi fecerūt quibꝰ mens adhi-
benda nō eſt. Quā igitur ob rem hoc modo deſcripta
res eſt: ⁊ cur ita cauſa maledictiōis eſſe videtur. Diſci-
pulorū vt diximus cogitatiōes ſequentes euangeli-
ſte ita ſcripſerūt: fruſtra vero legē nōnulli per ficum
ſignificari contendūt: fructus enim legis fides erat
et tunc tempus fructus aderat huius: ⁊ lex quippe
ipſum produxit. Jam enī inquit albe regiones ſunt
⁊ ad meſſem parate. Et mitto vos vt metatis q̄ non
ſeminaſtis. Nihil igitur horū hic ſignificatur: ſed pu-
niendi virtus vt diximus manifeſtatur: quod inde ꝑ-
ſpicuū eſt: quia nōdum tēpus fuiſſe ſcribitur: nō enim
ad experiendū fructum ſed diſcipulorū cauſa feciſſe
hoc verbo aperitur/ qui magna hoc miraculo admira-
tione cōmoti fuerūt. Nam etſi m̄lta maioraqꝫ ſigna
viderūt/ nouū tamen atqꝫ inauditū hoc fuerat: nunc
quippe primo puniēdi virtutē adaperuit. Quapro-
pter nō in alia: ſed in hac humidiſſima planta id fe-
cit vt mirabilior res videretur: verū ne iſte ſcrupulus
perturbet: vtqꝫ clare videas cōfidentie cauſa diſci-
pulorū id factū fuiſſe: Audi que ſequuntur quid igitur
dicit: [Et vos maiora facietis ſi credere ac in oratio-
ne cōfidere volueritis. [Uides propter eos totam
hanc rem factam eſſe/ ne inimicorū inſidias formi-
dent. Jdeo iterum iſtud repetit/ vt in credendo atqꝫ
orando firmius figat. Non enim hec facietis ſolum
inquit: verū etiā montes orandi et credendi virtute
facile tranſponetis. Jnſolentes autē iudei ⁊ magno
tumore inflati vt docentē interpellarent accedentes
ſciſcitabantur. [Qua poteſtate tu hec facis?] Nam
quoniā detrahere miraculis nequibāt/ cauponan-
tium in templo correptionē obijciūt: quomodo etiā
apud Joannē q̄uis nō eiſdē verbis: eadē tamē men-
te feciſſe videntur. Quod enim ſignū oſtēdis nobis
quia hec facis iudeos dixiſſe retulit: ſed ibi quidem
reſpondiſſe ſcribitur: Soluite templū hoc ⁊ in tribꝫ
diebus erigam ipſum: hic vero inſolubili ambigui-
tate ipſos tenuit irretitos: vnde perſpicuū eſt in p̄n-
cipio ⁊ exorſu miraculorū illud: hoc vero iuxta paſ-
ſionem geſtum fuiſſe. Tale autem eſt quod dicunt:
quando tu magiſterij ſedē aſcendiſti: aut quando ſa-
cerdos ordinatus quia tāta poteſtate vteris? At q̄
nihil ipſe arrogāter egit: ſed ornatū ⁊ decus templi
defendit: nihilominꝰ quia nihil aliud habebāt hoc
reprehendunt nec in ipſo eijciendi tempore fecerunt:
multitudine miraculorū confuſi: poſtea vero q̄ꝫ pri-
mū viderunt eum tunc inſtāt atqꝫ increpant. Quid
autē ipſe non e directo ſed aperte ipſis reſpondet: fa-
cile nāqꝫ illis patere poterat poteſtas eius ſi diſce-
re voluiſſent: ſed econtra ipſos interrogat dicens:
[Baptiſma Joannis vnde erat/ ex celo an ex homi-
nibus?] Sed q̄nā inquies hec rerū cōſequentia eſt?
Optima certe. Nā ſi e celo reſpōdiſſent: cur ergo (in-
tuliſſet) nō credidiſtis ei: cui ſi fidē adhibuiſſetis: hec
non eſſe interroganda ſciretis. Non enim ſum ſuffi-
ciens dicebat ille de chriſto calciamenti eius corri-
giam ſoluere. Et iterum: Ecce agnus dei qui tollit
peccata mundi. Et hic eſt filius dei/ et qui deſuper
venit ſupra homines eſt: et quoniam ventilabrum
in manu eius ⁊ purgabit aream ſuam: quare ſi Jo-



anni crediđiſſent/ nō eſſet eis difficile cognoſcere in
q̄ua hec faceret poteſtate. Cum aūt illi ex malitia ne-
ſcire ſe reſpondiſſent/ nō retulit nec ego ſcio: ſed nec
ego dico vobis. Si enī ignorabant/ doctrinā pete-
re oportebat: verū quoniā verſute agebant: merito
nihil eis voluit reſpondere. Cur autē nō dixerunt
ex hominibus baptiſmū eſſe Joānis? Turbas in-
quit formidabant: perſpicis cordis eorū peruerſita-
tem: deū vbiqꝫ cōtemnunt/ ⁊ cuncta propter homi-
nes peragūt. Nā ⁊ ioannē nō quia tantū virū vere-
rentur: ſed multitudinis opinione perterriti metue-
bant: chriſto quoqꝫ ipſi propter homines ne mino-
res viderentur credere nolebant/ oīa deniqꝫ hinc
eorū mala oriebantur. Deinde dixit eis quid vobis
videtur [Homo quidā habebat duos filios ⁊ dixit
primo: Uade hodie operare in vineā. Jpſe autē re-
ſpondens dixit: Nolo. Poſtea autē penitentia mo-
tus abijt. Et cū acceſſiſſet ad ſecundū dixit ſimiliter
Jp̄e autē reſpōdit ac dixit: Uado: ⁊ nō abijt. Quis
ex duobus fecit voluntatē patris? Dicunt primꝰ.]
Rurſus per parabolas loquitur/ ac eos reprehen-
dit: tū ingratitudinē eorū tum duritiē deprauatōis
occultius ſignificans: hoc enī hi duo filij deſignant
quod ⁊ in gentibus ⁊ in iudeis factū eſt. Gentes enī
cū nō promiſerint obedientiā (quippe qui nec legem
audierint) re ip̄a obtemperarūt. Judei vero q̄uis pro-
miſerunt omnia ſe que deus dixerit facturos: ope-
re tamē neglexerunt. Jdeo ergo ne credant legē ſibi
prodeſſe: per eā cōdemnandos eſſe magis oſtendit.
Sic et paulus nō auditores inquit iuſti ſunt apud
deum: ſed factores legis iuſtificabuntur: propterea
ab ipſis elicit ſententiā/ vt a ſeip̄is cōdemnati conti-
ceſcant: quod ⁊ ſequenti parabola vinee conficit: q̄ō
vt facilius peragat/ in aliā perſonā crimē tranſtu-
lit. Nam quoniā noluerunt e directo fateri per pa-
rabolam quā nō intelligentes ſimpliciter/ ac recte
ſententiam protulerūt: occultius ad quod volebat
eos protraxit. Et tunc tandē quod parabola tene-
bris obduxerat/ perſpicuū facit dicens: quia publi-
cani ⁊ meretrices precedent vos in regnū celorum
[Uenit enī Joānes ad vos in via iuſticie ⁊ nō credi-
diſtis: publicani vero ⁊ mererices crediderunt ei: vos
aūt videntes nullā ad credendū ei poſtea penitentiā
feciſtis.] Nā ſi confeſtim a ſcortis eos preueniri di-
xiſſet/ oneroſa certe hec oratio viſa fuiſſet: nunc autē
poſt prolatā ab ip̄is ſententiā leuior videtur: quapꝛo-
pter cauſā addidit. Que nā porro cauſa erat? Uenit
ioānes nō ad illos/ ſed ad vos inquit ⁊ venit in via
iuſtitie: nullo enī iure poteſtis eū criminari: nec dice-
re vnq̄ꝫ audebitis negligentē illū aut leuem fuiſſe.
Nam ⁊ vita eius irreprehenſibilis fuit: ⁊ prouiden-
tie ſingularis: ⁊ tamē nō attendiſtis ei. Jllud etiam
aliud crimē veſtrū eſt: quia publicani ei attenderūt
Et rurſus aliud: quia cū debuiſſetis vel ante publi-
canos credidiſſe: vos nec poſt illos quidē voluiſtis
Quod ſicut omni vos venia priuat/ ⁊ accuſationem
veſtrā amplificat: ſic eximia illorū laus eſt: venit enī
ioānes ad vos ⁊ nō recepiſtis: non venit ad illos ⁊
receperunt. Nec tamē exemplo eorum inducti eſtis.
Perſpice oro ꝙ laus illorū ⁊ ꝙ accuſatio iſtorū cre-
ſcit argumentis: venit ad vos / non ad illos/ ⁊ non
credidiſtis vos: hac re ip̄i ſcandaliſati nō ſunt/ credi-
derunt illi mihi: vobis hec res profuit. Antecedere
autem atqꝫ preire publicanos dicit: non quia iſti ſe-
quantur: ſed quia ſi volunt ſequendi poteſtas ſibi re-
licta eſt. Nihil certe magis q̄ꝫ emulatio rudiores cō-
citat: propterea crebro dicebat: primi vltimi ⁊ vlti-
mi primi: propterea ſcorta et publicanos in mediū
ꝓducebat: vt iſtos cōmoneret. Nā extrema ſunt hec
vtraqꝫ delicta: ex cōcupiſcētia feruēti alterū corporū
alterū pecuniarū oriuntur: ita oſtendit id eſſe maxi-
me legi diuine obtemperare Joāni credere. Nec er-
go gratie ſolū eſt ꝙ meretrices introeant: verū etiā
iuſtitie. Non enī permanēt meretrices poſtq̄ꝫ intra-
runt: ſed obedientia ⁊ fide purgate ac cōmutate in-
trauerunt. Perſpicis quomodo partim parabola/
partim meretricū cōmemoratione/ ⁊ vehementem ⁊
⁊ minus oneroſam orationē efficit. Non enim illico
cur non credidiſtis Joanni dixit: ſed publicanos ⁊
meretrices credidiſſe primo aſſeruit: deinde vt ve-
hementior oratio fieret/ illud ſubiunxit ab ip̄arū ſub-
ſequentia: nō venialiter eos peccare arguens/ ſimul
qꝫ oſtendens ad aucupandā hominū gloriam ſic ab
eis vniuerſa fieri: chriſtū enī fateri nolebant timen-
tes ne a ſynagoga pellerentur. Joanni rurſus de-
trahere nō audebant nō veneratione aliqua/ ſed ti-
more. Que oīa (ita vt diximus) redarguit: vt gra-
uiore poſtea vulnere ſauciaret dicens: Uos autē vi-
dentes nō penituit poſtea vt illi crederetis. Jmpro-
bum enim eſt non diligere bonū ab initio: ſed multo
maior culpa eſt nolle per penitentiā regredi: hoc enī
maxime plures corrumpere/ ⁊ ad profundū nequi-
tie depellere ſolet: quod multos etiā nunc vecordia
ac inſania extrema facere video. Sed nemo ve-
ſtrum oro huiuſmodi eſſe velit: verū ſi etiā ad extre-
mū eſſet prauitatis delapſus: non deſperet poſſe ad
meliora ſe tranſmutare: facile quippe eſt vel ab ipſo
improbitatis baratro ſeip̄m recipere. An non audi-
ſtis quomō illa meretrix que oīēs in pudicitia ſu-
perauit: vniuerſos rurſus continentia ⁊ virtute re-
liquit: non dico illam de qua in euangelio ſcribitur
ſed hanc que noſtra memoria ex fenice omniū ciuita-
tum iniquiſſima fuit: hec enī pueris nobis apō nos
erat/ ⁊ cū prima in theatro eſſet nomē eius vbiqꝫ fe-
rebatur. Non in vrbe noſtra ſolummodo/ ſed ad cy-
licas vſqꝫ ⁊ capacadocas. Hec multorum patrimo-
nia exhauſit: hec multos parentum orbos tenebat:
hec maleficis quoqꝫ vti artibꝫ dicebatur: quaſi nō ele-
ganti corporis forma ſolū: verū etiā magicis canti-
bus ⁊ herbis rhetia tenderet: hec regine quoqꝫ fra-
trē attraxit: tanta cupidinis tyrānide pollebat: ſed
ſubito neſcio: qua re immo vero certiſſime ſcio: volun-
tate nāqꝫ cōmutata/ ⁊ dei gratia hoc modo impetra-
ta oīa illa ſpreuit/ ⁊ calcauit: ita diaboli officina ꝑfe-
cta facile ad celū aſcēdit: ⁊ q̄uis nihil erat ea petulā-
tiꝰ dū in ſcena verſaretur: poſtea tn̄ cōtinētie magnitu-
dine m̄ltas antecelluit: ciliciū ei īduta ꝑ totā reliquā
vitā hoc ſe pacto exercebat: huiꝰ gr̄a ⁊ p̄fectꝰ a ſceni-
cis ꝑturbatꝰ armatos milites miſit/ q̄ nō potuerūt
eā rapere: nec a numero virginū q̄ ip̄am receperunt
abducere. Hec cū ineffabili ſacramēto ꝯmūicaſſet/ ⁊
cōdigne ſuſcepta gr̄a vixiſſet vniuerſis ꝑ gr̄am ma-
culꝰ deterſis nature demū ꝯceſſit: mirabilē ei p̄hiam
poſt baptiſmū oñdit: nec vnq̄ꝫ amātibꝫ antea eamqꝫ
ſequentibus ac diligenter querentibus viſa eſt: ſed
poſteaq̄ꝫ ſemel ſeip̄am incluſit: multos annos quaſi
vincta in carceribꝰ ꝑegit: ſic erūt p̄mi vltimi ⁊ vlti-
mi p̄mi: ſic accēſo ac inflāmato aīo nec vlla re aliā

nobis opꝰ eſt: vt eximij ac mirabiles efficiamur. Nemo ergo qui male vixit deſperet: nemo qui virtutē colit cōfidat ac dormitet: ne meretrix quepiā cū anteuertat. Ille aūt non deſperet (vt dixi) cū ante primos etiā poſſit volitare. Audias quid deus ait ad hieruſalē: Dixi poſtq̄ꝫ fornicata es in his omnibus ad me cōuertere: ⁊ cōuerſa nō eſt. Certe cum iam ad amandū deū feruenter redierimꝰ: nō ſicut homines ſolet improperare. Preterea nec quādo penitentiā agimus (quia longo tempore ab eo affuerimus) exprobrat: ſed ſi ſolū vt decet conuertamur: ac ei valde inhereamus: ⁊ carnes noſtras timore ſuo affigamus: confeſtim nos amplectitur / fouet: ⁊ precipua charitate ꝓſequit̄: quarū rerū m̄lta nō ſolū in nouo veꝝ etiā ī veteri teſtamēto videre licꝫ exēpla. Quis eī manaſſe deterior fuit: ſꝫ facile ꝯuerſus ꝓpiciū ſibi deū largis reddidit lachrymis. Quis ſalomōe felicior: ſed cū negligētia dormitaſſet decidit: ī ꝓfundū ꝟo has ambas eiꝰ patere mutatōes poſſum oſtēdere: qui modo diligenti penitentia in ſublime ſcandebat: mō negligentia in infima labebat̄. Quis iuda beatior: ſꝫ factꝰ eſt proditor. Quis miſerior paulo: ſed vas electōis cōſtitutꝰ eſt. Quis mattheo peior: ſed apoſtolis eſt cōnumeratꝰ. Quis ſymone laudabilior: ſed factꝰ eſt oīum abiectiſſimꝰ. Quā multas hmōi mutatiōes ⁊ olim ⁊ nuper factas / ⁊ nūc quotidie fieri non ignoramꝰ. Quas ob res ſepius mihi illud dicēdū eſſe video: nec illi qui vixit in ſcena deſperandū eſſe: nec huic qui verſat̄ in eccleſia oīno cōfidendū. Ad hunc em̄ ait: Qui ſe exiſtimat ſtare / caueat ne cadat. Ad illū ꝟo: Nunquid qui cadit nō reſurget: ⁊ iterū: Dirigite diſſolutas manus ⁊ genua paralytica: ⁊ rurſus ad ꝓbos: Vigilate ait: ad illos aūt: Surge qui dormis / ⁊ ſuſcita te a mortuis. Nā alijs quidē cōſeruanda ſunt que acquiſierunt: alijs autē neceſſe eſt vt cōmutati id fiant / qđ nō ſunt. Nā vt alteris cōſeruare ſanitatē opus eſt / ſic alteris ab egrotatione ſeipos liberare. Multi quippe a morbo diligētia cōualuerūt: ⁊ multi ex ſanitate in morbū negligentia inciderūt: ideo ad illos quidē dicit: Ecce ſanꝰ factus es / noli ampliꝰ peccare / vt nō deterius tibi aliquid fiat. Ad hos aūt: Vis ſanus fieri tolle lectū tuū ⁊ vade in domū tuā. Peccatū nanqꝫ grauiſſima paraliſis eſt: nec paraliſis ſolūmodo / ſed paraliſi etiā peiꝰ: hmōi enī hoīes nō ſolū in ocio (vt ita dicā) virtutis viuūt: verū etiā in opere nequitie degunt. Et tñ ſi quis hoc pacto diſſolutus iacet: paulū ſi ſe voluerit erigere cōfeſtim / ab vniuerſo morbo liberat̄. Et ſi triginta ⁊ octo annos iacueris / nihil tñ prohibebit / ſi volueris ſanꝰ fieri: adeſt ei nūc etiā xps clamās: Tolle lectū tuū / mō velis tu ſurgere / mō nō deſperes. Non habes hominē / ſed habes deū: nō habes qui te valeat in piſcinā immittere: ſꝫ habes qui pōt facere ne tibi opus piſcina ſit. Nō habes qui te in piſcinā inijciat: ſed habes eū qui poteſt te iubere ac dicere: Tolle lectū tuū. Ita non potes dicere dū ego venio aliꝰ añ me deſcēdit: nullꝰ vetat ſi volueris ī fōtē gr̄aꝝ deſcēdere. Hec q̄ppe gr̄a nūq̄ꝫ cōſumitur: nunq̄ꝫ euacuatur: cōtinue fons hic emanat: ⁊ a plenitudine ipius ⁊ corpus ⁊ animā omnes curabimus. Adeamus igitur alacri animo. Nam ⁊ Raab meretrix erat: ſed ſaluata eſt: ⁊ latro truculētiſſimus fuit homicida: ſed paradiſi ciuis effectꝰ eſt. Nec iude profuit ꝙ magiſtrū diſcipulus ſequebat̄ / ſed perijt: latro aūt in cruce probū ſe diſcipulū fecit. Hec dei mirabilia ſunt: ſic magi comprobati: ſic publicanus euangeliū cecinit: ſic Paulus e blaſphemio in appoſtolū euaſit: hec conſiderans nō deſpera: ſed miſericordia domini fretus: excita teipm̄: viā ſolūmodo facere incipias: ⁊ cito peruenies. Caue ianuā ī tibi precludas: ingreſſum obſepias: breuis preſens eſt vita: paruꝰ eſt hic labor qui etiam ſi magnꝰ eſſet: neqꝫ ſic tamē rēnuere deberemꝰ. Nā ſi hūc laudabilē penitētie ac virtut̄ laborē ñ ſuſcipies: nullo tamē pacto labores / ⁊ afflictionē huius ſeculi effugies: ꝙ ſi vtrobiqꝫ ſiue virtuoſe viuas / ſiue non labor ineſt: quā ob rē nō illū laborē eligamꝰ: cui vberes fructus ⁊ merces copioſa debetur: q̄ꝫuis nō idē virtutis ac ſecularium rerū labor: nec equalis omnio ſit. Crebra enī pericula in ſeculo ſunt: alia ſuꝑ alia detrimenta ſemper accedūt: ſpes tenuis: magna tā pecuniarū q̄ꝫ corporis ſeruitus: ſollicitudo animi cōtinua / quoꝝ omniū retributio minorem ſemper fructū afferre ſolet q̄ꝫ oppinaberis: ſi quidē aliquis omnino fructus ſequetur: nec enī vbiqꝫ hic ſecularium rerū ſudor fructuoſus eſt: verūtamē etiā quando nō decidit: ſi magnā vbertate ſua leticiam attulit: paruo tamē tempore durat. Nam cū iam ſenueris / nec harū rerū vſu plurimū delectaris / tūc laboris mercedes accedunt. Ita ſudore ac miſeria florens etate ac validus cōtinue opprimeris: ſenio autē confectꝰ diſſoluto iam corpore delitiandi poteſtas vix conceditur / cū ⁊ ſenſus ipē ſit extinctus: qui etiam ſi vigeret tamē propinque mortis memoria licentiꝰ vti nō poteſt. In virtute ꝟo nō ſic / ſed labor quidē terminatur cadente corpore: corona ꝟo ⁊ merces iam ſeneſcēti iam ⁊ immortali atqꝫ perpetuo redditur: ita laborandi afflictio in hoc ſeculo ⁊ breuiſſima eſt: retributio ꝟo in futuro eſt infinita: vt ne quieti eterne nihil triſte ſucceſſurū ſit. Nulla quippe mutatio: nullus caſus in poſterū ibi timendus eſt. Que igitur huiꝰ ſeculi bona ſunt: que multis parta ſudoribus cum nec tuta et breuia et fragilia ſint: anteq̄ꝫ appareant euaneſcunt. Aut quomodo cū illis conferri poſſunt que ſtabilia firma ac immortalia ⁊ nullius laboris ſūnt. Cū in chriſto certaminis tempore coronas tibi afferant floreſcentes. Nam qui pecunias hic aſpernatur / nō paruā hic etiā accipit mercedē: omnis cure / inuidie / calumnie / inſidiarū deniqꝫ omnino expers. Qui modeſte ac pudice viuit: etiā hic nō paruo animi gaudio fruitur: ab omni turpitudine: impudico riſu / periculis / reprehenſiōe / ceteriſqꝫ huiuſmodi liberatus. Omnis certe virtutis partes / etiā hic mercedem afferunt ſecum: vt igitur ⁊ preſentibꝫ ⁊ futuris bonis potiamur: fugiamus nequitiam / ⁊ pro viribus virtutem inſequamur / ſi volumus et hec ⁊ futura bona: gratia ⁊ miſericordia domini noſtri Ieſu chriſti conſequi: cui gloria / imperiū / ⁊ honor nunc ⁊ ſemper / ⁊ in ſecula ſeculoꝝ Amen.

## Homelia. LXIX. Ex capitulo XXI.

a Liam parabolā audite: Homo quidam erat paterfamilias qui plātauit vineā: ⁊ ſepē circūpoſuit ei: et fodit in ea torcular: ⁊ edificauit turrim ⁊ dedit eā agricolis ⁊ peregre ꝓfectus eſt. Quādo aūt appropinquauit tempꝰ fructuum: miſit ſeruos ſuos vt acciperent fructus eius: Et agricole apprehenſis ſeruis eius alios quidem occiderunt: alios aūt interfecerunt: alios autem lapidauerunt. Rurſus miſit alios plures prioribus ⁊ fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime aūt miſit filiū ſuum dicens Verecūdabuntur forte filiū meū. Agricole autē videntes filiū dixerunt in ſeipſis: Hic eſt heres: venite interficiamus eū: ⁊ poſſideamꝰ hereditatem eius. Et cū eieciſſent extra vineam interfecerunt eum. Cū igitur venerit dominus vinee quid faciet agricolis illis. Aiunt illi: Malos male perdet: et vineā ſuam locabit alijs agricolis: qui reddent ei fructum temporibus ſuis. Dicit eis Ieſus: Nunq̄ꝫ legiſtis in ſcripturis: Lapidē quem reprobauerunt edificantes hic factꝰ eſt in caput anguli:



Multa ex hac parabola enigmatice denotauit. Nā ⁊ prouidentiā ſuā a priſcis temporibꝫ illis ſemper mirifice affuiſſe oſtendit: et cedi ſemper eos vigilaſſe ſignificat: ⁊ nihil ab eo qđ ad ſalutē eorū pertineret derelictū demonſtrat: ⁊ poſt prophetarū atrociſſimā necē nō alienatū fuiſſe deum: ſed filiū quoqꝫ ſuū eis miſiſſe deſignat: noui quoqꝫ ⁊ veteris teſtamenti vnū eundē deū eſſe cōfirmat: ⁊ grandes atqꝫ mirabiles mortē ſuā res geſturā predicit. Et vltima ſupplicia crucis ac paſſionis daturos premonet gētiū quoqꝫ vocationē apertiꝰ denotat / quā in poſtremis ideo poſuit / vt maiora cōmiſiſſe cognoſcāt / q̄ꝫ vt veniā cōſequi mereant̄. Cur ⁊ quo pacto: Quia cū tantā curā deus eoꝝ ſemper habuerit / a publicanis tamē ⁊ ſcortis magno interuallo relicti ſunt. Expēde aūt ⁊ prouidentiā eius ineffabilē: ⁊ ocioſitatē inauditā iſtoꝝ: plura enī ipē agricolarum opera fecit: macerīē circūpoſuit: vineā plantauit: paruū q̄d agricole opꝰ ipē reliquit: vt ſcꝫ plantate iā vinee curā habentes / que data fuerūt cōſeruarent. Nihil enī ille omiſerat: ſed oīa perfecta cuſtodie ſue tradidit: nihil tñ iſti ex prouidentia dei tot tantaqꝫ bona conſecuti lucrati ſunt: nā poſt exitū ab egypto legē dedit: ciuitatē cōdidit: templū erexit: que omnia mirabili eiꝰ longanimitate facta ſunt: quā rē peregrinatione ſignificauit. Miſit autē ſeruos ſuos vt fructū acciperent / prophetas videlicet: vt obedientiā ⁊ proba ſecundū mandata opera colligerent: illi ꝟo inaudita nequitia vſi ſunt. Nā q̄ꝫuis tanta curā dei honorarent̄: tamē nō ſolū fructū reddere nō potuerunt (qđ viciū negligentie erat) veꝝ etiā moleſtiſſime prophetas miſſos occiderūt. Cūqꝫ debuiſſent ad p̄ces refugere / quia reddere nō habebant: nō modo id nō fecerunt: ſed etiā ſupplicia inferebant / petebant ipſi dare debentes: ⁊ prophetarū ſanguine manus cōtaminauerunt. Alios deinde ſuper alios miſit / vt iſtorū proteruia ⁊ mittentis clemētia omnibꝫ fieret manifeſta. Sed cur inquies filiū nō cōtinuo miſit: Vt a multis iā malefactis poſſent ſeipos cognoſcere: ⁊ ſuperbia omiſſa filiū vererent̄: plures ratiōes reddere poſſumus: ſed ad ſequentia feſtinamꝰ. Quid aūt eſt fortaſſis verecundabunt̄. Non ignorantis certe abſit hoc enī: ſed magnitudinē pctī volentis oſtēdere: cuius vnq̄ꝫ vllā ſatiſfactionē oſtendere potuerūt miſit ergo ſciens ꝙ interficerent. Dicit aūt fortaſſis verecundabunt̄: que debuiſſent fieri enarrans: verecundari enī proculdubio debuiſſent: ſic ⁊ alibi ait Si forte audierint: nō enī quia ignorabāt: ſed ne q̄dem ex amentia dicerent predictione coactos obtēperare nō potuiſſe: iccirco hmōi vtitur oratiōis figura: modo ſi forte audierint: modo fortaſſis verecundabunt̄ dicens. Nā ſi vecordes in cōſeruos fuerūt chriſti: tamē dignitatē vereri debuerūt: illi ꝟo accurriſſe / cū veniā peccatoꝝ petijſſe debuiſſent: non modo illud nō faciūt: ſed ſolū in ſcelere certant / ⁊ priora vltimis ſuperare cōtendunt: qđ ⁊ ipē ſignificās dicebat: repleuiſtis mēſurā patrū veſtroꝝ. Ita enī quidā prophete criminabant̄ dicentes: Manꝰ veſtre ſanguinis plene ſunt: ⁊ ſanguinē ſanguini commiſcent: ⁊ q̄ edificant ſyon in ſanguine nō caſtigant̄. Nā q̄ꝫuis hoc primū mādatū habuerūt: ne occidas multaqꝫ alia ad cōſeruationē huiꝰ facere iuſſi ſint: prauā tñ hanc cōſuetudinē noluerunt vnq̄ꝫ deponere / ſꝫ ſecū dicūt: ecce interficiamꝰ eū. Cur obſecro q̄d crimīari magnū aut paruū poteſtis: an quia nimiū vos deus honorauit: quia cū deus ſit hō ꝓpter nos factꝰ in natura ad ſalutē noſtrā miracula fecit. An quia peccata dimittebat: an quia in regnū vocabat Tu aūt ad impietatē magnā quoqꝫ dementiā accedere ⁊ necis cauſam inſanie plenā eſſe cōſidera. Interficiamꝰ enī inquiūt / ⁊ ſuā hereditātē retinebimꝰ. Vbi porro volūt occidere: Extra vineā oīno ſtatuerūt. Perſpicis quō etiā locū p̄dixit vbi crucifigēdꝰ erat: Ita eiecerūt eū inq̄t atqꝫ occiderūt. Et lucas q̄dē ipm̄ determiaſſe ait: quo ſupplicio hmōi ſerui puniendi eſſent: ac illos abſit hoc dixiſſe: ac ideo inſpexiſſe eos teſtimoniūqꝫ adiūxiſſe. Quid ergo ē qđ ſcribit̄: lapidē quē reprobauerūt edificātes hic factꝰ eſt in caput anguli. Et q̄cūqꝫ ceciderit ſuꝑ eū cōfringet̄ Mattheꝰ aūt ab illis prolatā ſententiā eſſe aſſerit. Nō aūt vlla hic diſcrepantia cū vtraqꝫ facta eſſe intelligamꝰ: ꝓlata enī ab illis ſentētia poſtq̄ꝫ ſenſerūt aduerſus ſeipos ita ꝓtuliſſe: abſit h̄ exclamarūt: et tūc teſtimōio ꝓpherē a ꝓbauit ita oīmode affirmās Vocationē aūt gētiū ne carpēdi cām accipēt: nō aperte ſꝫ occultiꝰ ſignificauit dicēs alijs ſe datuꝝ: ꝓpterea ⁊ ꝑabola vſus ē vt hāc ab ipis ſentētiā eliceret: qđ ⁊ dauid illo factū eſt quando de parabola nathan ſententiā tulit. Tu ꝟo iuſtiſſime dictā ſententiā inde iu

dica/ꝙ ipſam qui perpeſſuri erant ſe cōdēnauerunt:
verū vt diſceret nō ſolū iuridica hec eſſe: ſed etiam a
ſpiritu olim pronunciata dei quoqꝫ ſentētia cōpro-
bari: increpantis modo prophetiam induxit dicens
Nunqꝫ legiſtis lapidē quē reprobauerunt edifican-
tes hic factus eſt in caput anguli: a domino factum
eſt iſtud/⁊ eſt mirabile in oculis noſtris. Ita vndiqꝫ
eijciendos iudeos quia nō crederent: ⁊ gentes intro
ducendas monſtrauit: id enī etiā per chananeā/id ꝑ
aſinā/id per multas alias parabolas/id per centu
rionē apertius ſignificauit: id etiā nunc deſignat: ac
idē ſubiungit: A dn̄o factū eſt iſtud/⁊ eſt mirabile in
oculis noſtris: credituras enī gentes ⁊ iudeos fide
les: ꝗuis magno priꝰ interuallo diſtarēt: vnū tn̄ fo
re confirmauit. Et vt videant nihil hoꝝ deo eſſe ad-
uerſum ſed valde acceptū atqꝫ gratū: mirabile prete
rea ſtuporiſqꝫ plenū a dn̄o iſtud factū eſſe ſubiunxit
lapidē non ſeipm̄/ſed doctores iudeoꝝ edificatores
vocare ſolet: ſic ⁊ ezechiel edificantes murū ac erigē
tes incōpoſite ait: quomō aūt reprobauerunt: dicē
tes videlicet nō eſſe ipm̄ a deo/quia turbas hic ſedu
cit: ⁊ rurſus: Samaritanꝰ tu es/⁊ demoniū habes
Deinde vt intelligāt nō id ſolū imminere ſibi detri-
mentū quia eijcient̄/punitiōes quoqꝫ adiecit dicēs:
Qui ceciderit ſuper lapidē hunc/confringetur: ſuꝑ
quē aūt ceciderit cōteret eū: duas hic perditiōes de-
notauit: alterā quia offenderūt/⁊ ſcandalizati ſunt:
hoc enī eſt quod dicit: qui ceciderit ſuper lapidē hūc.
Alterā quia capti calamitoſi ⁊ erūnoſi ſemper vixe-
runt ⁊ viuent/quā apertiſſime expreſſit dicēs: cōte-
ret ipm̄: hinc ⁊ reſurrectio ſua occultius denotatur.
Propheta quidē eſaias in vineā tranſlata cauſa di
cit: Quid oportebat me facere huic vinee ⁊ nō feci: ⁊
alibi ſimiliter: Quod inuenerunt patres veſtri de-
lictū in me: Et rurſus: Populus meꝰ quid feci ti-
bi/in quo te contriſtaui: Ideo ingratā mentē eoꝝ ⁊
innumeris beneficijs cōtraria eos ſemper retribuiſ
ſe oſtendit. Hic aūt multo vehementiꝰ id poſitū eſt
nō eīm ipſe dixit: quid oportebat me facere ⁊ non feci
ſed eos ipſos ad ferendā ſententiam coegit: qui nihil
derelictū eſſe a deo/⁊ ſe peccati cōdēnauerunt dicē-
tes: quoniā malos male ꝑdet: ⁊ vineā ſuā alijs agri
colis dabit: ſic ⁊ ſtephanꝰ ipſis exprobrabat ⁊ ſum-
mopere mordebat/oſtendens magne ipſos cure ſem
per deo fuiſſe/⁊ benefactori deo cōtraria ſemper re-
tribuiſſe: cuiꝰ rei ſignū illud maximū eſt/ꝙ nō q̄ pu
nijt/ſed qui puniunt̄ ſupplicij cauſa extiterūt. Hoc
ipm̄ igitur tā per parabolā qꝫ per duplicē prophetiā
alterā a dauid ſumptā/alterā fieri videmus. Quid
igitur facere oportuit eos cū hec audiſſent: nōne ad-
oraſſe: nonne obſtupuiſſe: quia tantā curā ⁊ olim ⁊
tunc ſui habebat: ⁊ ſi nullo iſtoꝝ mouebant̄/nonne
ſaltē penarū terrore moderatiores fieri debuiſſent/
verū nihil meliores facti ſunt: ſed cū audiſſent inq̄t/
cognouerunt quia de ipſis dicebat: ⁊ querentes eū
tenere/timuerunt turbas/quoniā ſicut prophetam
eū habebant. Sentiebāt enī iā quia ſeipm̄ enigma-
tice inſinuabat. Nōnunqꝫ aūt quādo detinere ipm̄
volebant/per medios tranſiens nō videt̄: nōnunqꝫ
ſubito apparens tumida deſideria eoꝝ ꝯprimit: qđ
⁊ admirantes dicebāt: Nōne hic eſt ieſus quē que-
rūt interficere: vide quomō libere loquit̄/nec quic-
qꝫ ſibi dicant: hic ꝟo quoniā timore multitudinis re
primebant̄ noluit miraculoſe per medios inuiſibi-
lis tranſire. Nō enī omnia ſuper hominē faciebat/
vt incarnatōis diſpēſatio crederet̄. Illi aūt nec timo
re multitudinis oīno caſtigantur: nec a dictis ipſius
iuuabant̄: nec prophetarū teſtimonia aut ſententiā
ſuā/aut multoꝝ exiſtimationē verebant̄: ita penitꝰ
eos auaritie ⁊ inanis glorie ⁊ preſentiū rerū cupido
inuaſerat. Nihil certe ita precipitē agit hominem
nihil ſic a futuris deijcit bonis: quēadmodū ſi quis
caducis his rebꝫ animū affigit: nec quicqꝫ aliud ⁊ p̄
ſentibus iucunde vti/⁊ futuris perfrui facit/qꝫ ſi il
la iſtis prorſus antepoſueris. Querite nāqꝫ inquit
primū regnū dei/⁊ hec omnia adijcient̄ vobis. At q̄
etiā ſi hec adiectio poſita nō eſſet: nō tamē valde cor
ruptibilia eſſent deſideranda: nunc ꝟo dū illa cōſe-
qui ſtudeas/iſtis etiā potieris. Hec cū ita ſe habeāt
nōnulli tamē credere nolūt: ſeu inſenſatis lapidibꝰ
ſimiles vmbrarū voluptates inſectant̄. Quid enī p̄
ſentiū rerū iucundū eſt: quid porro voluptuoſum:
liberius eīm vos hodierno alloqui die cōſtitui: ferte
igitur obſecro/vt facile videatis monachoꝝ ⁊ cruci
fixoꝝ vitā/que oneroſior vobis ac moleſtior ſolet vi
deri multo hac tenera molli ⁊ flexibili iucūdiorē eſſe:
cuius rei vos ipſos audeo teſtes citare/qui in pericu-
lis nōnunqꝫ veſtris ne in calamitates ⁊ erūnas in-
cidatis mortē optaſtis: ⁊ illos qui in montibꝫ ⁊ ſpe-
luncis degūt: qui celibē vitā ⁊ minime negocioſam
viuūt: beatos vere ac ex anio appellaſtis/qꝫ ſi ocio
vitā agētes in ſcena ⁊ orcheſtra diē ⁊ noctē peragūt
feciſſe nōnunqꝫ nō ignoro. Nā ⁊ ſi mille voluptati-
bus ſcenici abūdare videant̄/ꝗuis delectationū flu
mina adeſſe illis credant̄: multis tamē amariſſimis
telis perfoſſi plerūqꝫ iacēt. Nā ſi ſaltatricis alicuius
amoribꝫ captꝰ quiſpiā fuerit: oīum militia durius/
oīum ꝑegrinatiōe moleſtiꝰ/tormentū certe ſuſtine-
bit/oīmqꝫ obſeſſa ciuitate miſeriores ꝑaget dies. Sꝫ
illis interea omiſſis ⁊ cōſciētie eoꝝ qui perpeſſe ſunt
derelictis age de plurimoꝝ diſſeramꝰ: quāto inter-
uallo a iocundiſſima monachorū vita diſtare inue-
niemꝰ/quantū inter tranquilliſſimū intereſt portū
⁊ mare tēpeſtuoſum atqꝫ incōmodū. Perpende aūt
felicitatis ſue ſtabilimēta ab ipſis continuo diuerſo-
rijs: forū enī ⁊ vrbes ⁊ tumultꝰ platearū fugiētes/
montibꝫ viuere maluerūt/vbi nihil ſibi cū his ſecu-
laribꝫ rebꝫ cōmune eſt/vbi nihil humanaꝝ rerū per
turbat: nō meſtitia: nō dolor: nō acerbior cura: non
pericula/nō liuor: nō turpis amor: nō aliud hmōi:
ſed que ſunt futuri regni iā meditant̄. Valles ⁊ mō-
tes apud fontes: in ſolitudine ac tranquillitate ha-
bitātes: ⁊ cū deo ipſi colloquētes: oī tumultu domꝰ
ſua oīs vacat: ⁊ aīa oī paſſiōe ⁊ egritudine liberat
leuis/ſubtilis/⁊ ipſo tenuiſſimo aere purior/quorū
corpꝰ id ſcꝫ eſt: quo adā etiā ille ante peccatū exera-
tus/tū gloriā indutꝰ/⁊ deū libere alloquebat̄: ⁊ ꝑa
diſi regionē magna beatitudine plenam habitabat
Cur enī iſti peiꝰ ſe habēt/qꝫ ille q̄ qn̄ ante inobedien
tiā in operādo ꝑadiſo fuit cōſtitutus: nulla illi ſecu
laris erat cura: nulla certe iſti etiā vexant̄. Integra
ille cōſciētia cū deo colloquebat̄: nō aliter iſti: immo
vero tanto liberius id faciunt/quanto maiore fruū
Rurſus cauſam euãgeliſta poſuit: q̃ꝫ ob rẽ ſilere debuiſſent/ꝛ vt faciliꝰ temeritatẽ eoꝝ oſtendat: quo pacto? Quia illis ꝯfuſis iſti rurſus aggrediunꝉ: cũ qꝫ quieſcere oporteret decertare voluerunt/ ꝛ legis peritiã ꝓfitentẽ pmittũt: nõ diſcere ſꝫ tẽptare cupientes/ac ita interrogãt: qõ nã primũ mãdatũ ĩ lege ſit. Nã cũ primũ illud ſit diliges dñm deũ tuũ putantes cauſas ſibi allatuꝝ qm̃ deũ ſe faciebat h̃ mõ interrogãt. Quid igiꝉ xps? Ut oſtendat icirco ad hec eos deueniſſe q² nulla in eis eſſet charitas ſꝫ inuidie liuore tabeſcerẽt [Diliges (inq̇t) dñm deũ tuũ. Hoc primũ ꝛ magnũ mãdatũ ẽ. Scdm aũt ſil'e huic: Dilige ꝓximũ ſicut teipm.] Quã aũt ob rẽ ſil'e eſt huic? Qm̃ hoc illud inducit ꝛ ab illo rurſus muniꝉ. Quicũqꝫ em̃ male agit odio habet lucẽ/ ꝛ nõ venit ad lucem. Et rurſus: Dixit inſipiẽs ĩ corde ſuo nõ ẽ deꝰ. deinde ſequiꝉ: Corrupti ſunt ꝛ abhomiabiles facti ſunt: et iteꝝ: Radix oim maloꝝ auaricia eſt: quã q̇dã appetẽtes errauerũt a fide: ꝛ qui diligit me mandata mea ſeruabit: q̊ꝝ caput ꝛ radix eſt: diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipm. Si g̊ diligere deũ: diligere ꝓximũ eſt. Nã ſi diligis me o petre inq̇t paſce oues meas: ſi etiã dilectio ꝓximi facit vt mãdata cuſtodias: merito ait in hoc totã legẽ ꝛ ꝓphetas pẽdere. Et quẽadmodũ in ſupioribꝫ cũ de reſurrectiõe interrogaretur plus docuit q̃ꝫ tẽptantes petebãt: ſic in hoc loco de pmo interrogatꝰ mandato: ſcdm etiã nõ valde q̃ꝫ primũ inferiꝰ ſpõte attulit. Scdm em̃ eſt pmo ſil'e. Jta occultꝰ inſinuauit odio illos ad querendũ incitari: charitas em̃ inquit nõ zelaꝉ. Sed cuiꝰ rei grã? Mattheꝰ q̇dẽ apte ait tẽptando illã queſijſſe Marcus aũt ecõtra. Sciens inq̇t ieſus q² ſapiẽter reſpondit/ dixit ei: nõ longe es a regno dei. Nulla certe inter euãgeliſtas diſcrepãtia eſt: ſed magna etiã conſonantia/tẽptãdo em̃ incepit: ſed cũ a reſpõſione xpi nõ nihil vtilitatis ꝑceperit iure laudaꝉ. Nõ em̃ incipiens ſtatim laudes audiuit: ſed qñ dixit maiꝰ eſſe diligere ꝓximũ q̃ꝫ holocauſta offerre: tunc ei diciꝉ non es procul a regno dei. Humilia em̃ ꝛ abiecta deſpiciens/initiũ virtutis percipit: cuiꝰ cauſa et ſabbata et reliqua hmõi omĩa inuenta ſunt/nec tñ cõſumata ipm laude honorauit ſed nonnihil ei deeſſe oſtendit. Nam ſi nõ ꝓcul abeſt: abeſt tamẽ: quare defectꝰ ille ſibi erat ſupplẽdus. Noli autẽ mirari ſi cũ vnũ eſſe deum dixit: ꝛ preter eũ aliũ nõ eſſe laudatus eſt: ſed hinc etiã ꝑdiſce ad mentẽ accedẽtiũ ſolere ipm plerũqꝫ reſpõdere/nam ꝛ ſi mille indigna glorie xpi afferant: illud tñ dicere nõ audent q² oĩnino deꝰ nõ ſit. Quã ob rem autẽ illũ laudauit qui preter patrẽ nõ eſſe aliũ deum dixerit? Non certe q² nõ eſſe ſe deum voluit ſignificare: abſit hoc em̃: ſed quia nondũ tempus aderat ſue deitatis reuelãde: icirco ĩ priore dogmate illũ ꝑmanere dimittit: ceuqꝫ probe vetera tenentẽ laudauit: vt idoneam ad noui teſtamenti doctrinam faceret/ quã oportuno tpe manifeſtius erat introductꝰ/ q̃uis etiã quãdo in ſcriptura ſiue veteri ſiue noua diciꝉ vnũ eſſe deũ/ et preter eum aliũ nõ eſſe/nõ ad diſtinctionẽ filij: ſed excluſionẽ dictum ſit idoloꝝ. Quare hac ſentẽtia voluntatẽ iſtiꝰ laudatam exiſtimato. Cum igiꝉ reſponſum dederint/ipſe quoqꝫ interrogat: [Quid vobis videꝉ de xpo: cuiꝰ filius eſt? dicunt ei dauid.] Conſidera diligẽter atqꝫ ꝑpende q² poſt multa miracula ꝛ ſigna/poſt multa reſponſa vltro citroqꝫ data/poſt argumẽta equalitatis cum tempore complura/poſt doctrinam verbo ꝛ opere rutilanter poſt laudem iſtius qui vnum eſſe deũ aſſeruit tandẽ interrogat. Nã ne dicere poſſent miracula quidẽ ab eo facta fuiſſe: legi aũt cõtrariũ extitiſſe: icirco poſt tot tãtaqꝫ interrogat/occultius eos inducẽs/ vt ſe deũ ꝓfiterenꝉ: et diſcipulos quidẽ primũ quid alij/ deinde quid ipi dicerent interrogauit iſtos ꝟo nõ eo pacto: ſeductorẽ em̃ profecto ꝛ perditũ virũ dicere nõ dubitaſſent. Quare ſententiã eoꝝ de xpo inquirit? Nam qm̃ ad paſſionem iam iturus erat/eam prophetiã in medium adducere voluit que apertiſſime dñm eſſe ipm pdicat: nõ tñ pricipaliter neqꝫ temere: ſed ex cauſa rationabili ad iſtud ꝑuenit. Nam quoniã interrogati primo nõ vera de ipſo dicebãt hominẽ eſſe nudum aſſerentes/ad refutationẽ erroris ſui dauid illũ deitatis ſue predicatorem citauit. Nam qm̃ nudum hominẽ oppinabanꝉ: ideo dauid eſſe filiũ reſpondebãt/ qõ emẽdãs ipſe ꝓphetam hunc inducit et q² dñs ſit/ et q² ꝓprie patris filius/ ꝛ q² patri equalis confirmantẽ: nec id ſibi ſufficit: verũ vt etiam terrerenꝉ que ſequunꝉ ſubiunxit: [Quõ ergo dauid in ſpiritu vocat eũ dñm?] Jta omibꝫ modis ad fidẽ eos ĩuitabat: ne autẽ dicere poſſent adulatiõis cauſa ꝛ hũano ꝯſilio ſic a ꝓpheta ſcriptũ fuiſſe. [Dixit dñs dño meo ſede a dextris meis: Donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorũ.] Reſpice quẽadmoũ ſubmiſſe opinionẽ ꝓphete atqꝫ ſentẽtiã de ſe recitauit: primũ cuiꝰ eẽ filiũ arbitrarenꝉ: deinde poſtq̃ꝫ illi dauid rñderũt: nõ dixit: at q̇ dauid ſic de xpo ꝓphetauit: ſꝫ rurſus interrogãdi ordine quõ igiꝉ dauid in ſpũ dixit: qõ facit ne his verbis cõturbenꝉ. Jdeo nec q̇d vobis de me videꝉ: ſꝫ q̇d de xpo videꝉ interrogaui. Sic ꝛ apl'i remiſſe diſſerebant dicẽtes: licet libere dicere de patriarcha dauid q² mortuꝰ ꝛ ſepultꝰ eſt. Sil'r igiꝉ ꝛ ipe interrogando atqꝫ rõcinãdo dogma hoc de ſe introducit dicẽs: Dixit dñs dño meo ſede a dextris meis: Donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorũ. Si g̊ dauid dñm ipm vocat: quõ filiꝰ eſt: hoc rõcinaꝉ: non q² velit oſtendere dauid filiũ xpm nõ eſſe. Nõ em̃ petrum hac de cauſa increpaſſet: ſꝫ vt falſam opinionẽ eoꝝ in meliꝰ reducat. Quare qñ infert: quõ igiꝉ filiꝰ eiꝰ ẽ? nõ ſic eſſe filiũ vt illi putabant affirmat: illi em̃ filiũ ſolũmõ: nõ aũt etiã dñm arbitrabanꝉ. Jta poſt recitatũ teſtimoniũ quiete atqꝫ remiſſe infert: Si g̊ dauid dñm ipm vocat: quõ filiꝰ eiꝰ eſt? hec illi audientes nihil reſpõdebãt: nõ em̃ diſcẽdi ſꝫ tẽptandi cauſa interrogabãt. Jdeo ipe intulit ſed qm̃ paruã ei fidẽ habebãt: ꝓphetã q̊ꝫ ſecum accepit: qõ maxime conſiderãtes quãdo remiſſum quid atqꝫ humile de ipo dicitur: nõ ſcandalizabimur: ad multas em̃ alias cauſas pcipua hec accedit: ꝙ illos cõdeſcendẽs alloquiꝉ Qua de cauſa interrogando dogmata modo ſanxit/ ac dignitatẽ ſuã occultꝰ oſtẽdit? Nõ em̃ equale videbaꝉ: dauid et iudeoꝝ dñm dicere. Tu aũt oportunitatẽ etiam expende. Cũ em̃ vnũ eſſe dñm dictũ ſit tunc de ſe quoqꝫ dixit/ q² dñs eſt: qõ nõ operibꝫ ſolũ ſed ꝓphete auctoritate cõfirmauit: qua demõſtrauit/ q² pater ipe ſibi ꝓpugnat: donec em̃ ponã inimicos tuos inquit ſcabellũ pedũ tuoꝝ: ita ꝛ magnũ honorem ſibi a patre ꝛ ſe patri cõcordẽ eſſe oſtẽdit. Hic fuit finis diſputationũ atqꝫ interrogationũ oim/ pclarus quidẽ atqꝫ ſublimis adeo vt ora eoꝝ facile conſuerit. Cõticuerunt em̃ ex illo tpe nõ ſponte ſed q² ita letali fuerant pfoſſi vulnere: vt nõ auſi fuerint eum amplius aggredi. Nullus em̃ ait auſus fuit ab illo die interrogare eum: hec res nõ parũ vulgo cõducebat: ac ideo repulſis iam lupis/inſidijſqꝫ illoꝝ detectis/ad multitudinẽ orationẽ cõuertit. Nihil enim amplius illi inanis glorie cupidi ꝛ graui hac paſſione ſuperati acquirere poterãt. Grauis enim atqꝫ multiceps certe iſta paſſio eſt: alij em̃ principatu/ alij diuitijs/alij robore corporis glorianꝉ: ꝛ progredientes q̃ſi ordine quodã ad elemoſynã ieiuniũ orationes doctrinãqꝫ veniũt: ita multa ſunt huiꝰ belue capita: verũ nõ eſt mirabile inani gloria ꝓpter alias res cõmoueri. Jeiunio aũt atqꝫ oratiõe iactare mirabile ſimul ꝛ lachrymis dignũ eſt. Sed ne ſolum criminemur/age modũ etiã quẽdã exponamꝰ q̊ tã truculentã poterimꝰ effugere beſtiã. Quos igiꝉ primo aggrediamur? eos ne q̇ diuitijs an eos q̇ veſtibꝫ glorianꝉ: eos q̇ principatu/an eos q̇ doctrina/aut arte quadã/aut robore corporis aut forma/ aut ornatu iactant: eos ne q̇ atrocitate/an eos q̇ humanitate et elemoſyna/aut verſutia/aut morte/aut his que poſt mortẽ cõſequunꝉ tumeſcũt. Multos em̃ hec paſſio riuos poſſidet/ ꝛ vltra vitã noſtrã ꝓgrediꝉ. Mortuus em̃ eſt ille ac ille inq̇t ꝛ vt mirabilis q̇dẽ fuiſſe videaꝉ talia: ꝛ talia teſtamẽto iuſſit fieri: hac rõne ille inops eſt ait/ille aũt diues. Nã qõ acerbũ eſt a cõtrarijs etiã hec fera cõſtat: q̊s igiꝉ primos acie petemus? nõ em̃ aduerſus oẽs vna ratio cõgruit/ vulꝭ ne illos inuadamꝰ q̇ elemoſyna glorianꝉ? Mihi certe ita videꝉ: doleo em̃ cum inanẽ cõſidero gloriã rei quã vehemẽter quaſi peſtẽ inſidere ꝛ q̃ſi nutricẽ regie puelle inſidiantẽ: alit em̃ eã: ſed ad impudicitiã ꝛ infamiã. Nam patrẽ contẽpnere iubet: ꝛ vt ſceleſtis ac perditis iuuenibꝫ placeat impudico expolit ornatu: ac tali qualẽ corrupti laſciuia ſcꝫ ac petulãtia pleni nõ qualẽ pater ꝯſiderat. Age igiꝉ aduerſus hos enſem ſtringamus: fiat ergo a quodã elemoſyna cumulate ad oſtentationẽ/ ſic igiꝉ a thalamo paterno primũ eam educit: cũqꝫ pater iubeat ne ſiniſtre quidem eã apparere/ipſa ſeruis/notis/atqꝫ ignotis/ ꝛ quibuſcũqꝫ obuijs ipam oſtẽdat. Uides a qua lena hoc ſcortũ ad amores turpes hoim impelliꝉ: et quẽadmodũ ipi iubeant ita orneꝉ. Uis videre quõ non meretrix ſimpliciter:/ſed furioſa meretrix hmõi aĩa efficitur: quali mẽte pdita ſit diſcere ſtudeas. Quid em̃ furioſiꝰ eſt q̃ꝫ omiſſo celo poſt ſeruos fugitiuos et pditos hoĩes ꝑ vicos ꝛ angiportꝰ currere/ ad inquirẽdos inimicos atqꝫ amplectẽdos. Nemo quippe maiore odio multitudini eſt/ q̃ꝫ qui falſam gl'iam ab ea quouiſmodo aucupaꝉ/mille nãqꝫ criminationes in hmõi hoĩem ꝯfingũt: nec aliter fit/ q̃ꝫ ſi quis puellã regiã a ſolio regali depulſam adulteris viris et deſpuẽtibꝫ eã tradat. Jſti g̊ quãtomagis eos amplecteris tãto te magis auertunꝉ: deus aũt ſi ab eo

gloꝛiã queras amplectit̃ te/ atꝫ laudat/ ⁊ magna retribuere paratꝰ eſt. Ad hec ſi detrimentũ huiꝰ iactãtie meliꝰ ꝑdiſcere velis: ſi qñ ad oſtẽtationẽ te ⁊ laudem dederis: cõſidera quõ meroꝛ cõfeſtim ſurrepat/ et cõtinuus ꝑmaneat; percipe qđcũꝫ xp̄i clamantis in mentẽ veniat/ omnẽ te mercedẽ ꝑdidiſſe: Ubiꝫ ac ſemꝑ inanis gloꝛia vituperat̃: illa ꝟo turpiſſima eſt que nimiũ inflat̃. Quippe cũ extreme crudelitatis eſſe videat̃ alienas clades q̄ſi pꝛeconio efferre q̄ſiꝫ pauꝑtatẽ exꝓbare. Nam ſi beneficij cõmemoꝛatio quaſi exꝓbatio eſt: qđ dicemꝰ cũ facere q̃ bñficia libenter multis oſtentat. Quõ igit̃ hoc venenũ effugiemus? Certe ſi diligẽter cõſiderabimꝰ/ a quibus querimꝰ gloꝛiã. Dic em̃ queſo quenã elemoſyne opificem eſſe putas? eũ videlicet q̃ rem ipam adinuenit/ qui optime omniũ id facere nouit. ⁊ ſine termino factitat. Age igit̃ reſpõde ſi luctas exercitatoꝛias diſceres: ad quos nam ſpectares/ aut quibus te in paleſtra oſtẽderes: olera ne ac piſces vendẽtib/ an huiꝰ luctatiõis pꝛincipi atꝫ magiſtro? Et certe illi q̃dem multi ſunt/ hic ꝟo vnicꝰ: nõne igit̃ ſi hic te admirat̃ illis deridentib/ tu q̃ꝫ vna cũ magiſtro illos irridebis? Quid poꝛro ſi ceſtib certare diſceres nonne ſimiliter ꝓfeſſoꝛẽ eius certaminis atꝫ magiſtrũ ſpectares? Sin aũt eloquẽtie artibꝰ p̄ſtare velles: nonne ſi a pꝛecipuis oꝛatoꝛib multitudinis verba cõtẽneres? quõ igit̃ turpe nõ eſt ĩ ceteris quidẽ artificijs ac certaminib ad magiſtrũ te dũtaxat reſpicere: hac ꝟo in re cõtrariũ penitꝰ facere: p̄ſertim cũ equale detrimẽtum nõ ſit. Nã ſi ad voluntatẽ multoꝝ ad iudiciũ magiſtri lucter̃/ ĩ ea re ſolũmõ damnũ ẽ. Sin ꝟo oſtentatiõe iactas vitã eternã ꝑdidiſti. Si g̃ miſericoꝛditer dando ſimilis deo factus es diligẽter ſtude vt in cõtemnẽda etiã oſtẽtatione ſimilis ei efficiaris: q̃ moꝛbos hominũ curãs p̄cipiebat ne alicui dicerent: Sed miſericoꝛs foꝛſan ac liberalis ab hominibus vocari deſideras: q̃ꝫ ob rem? Nõne nullũ eſt huiꝰ rei lucrum: damnũ aũt ineſtimabile: ipſi enim quos ad teſtimonium tue benignitatis citas latrones abs te ꝯſtituent̃ qui te regno celoꝝ ſpoliẽt. imo ꝟo nõ ab ipſis hoc patimur: ſed a nobis non ab alijs ſuperioꝛe gloꝛia pellimur. O noue calamitatis genus: o furioſam hãc turbationẽ/ que tinea coꝛrodere nõ poteſt/ nec fur violare/ ea inanis gloꝛia omino diſpergit. Hec eſt tinea celeſtis theſauri: hic eſt fur: qui eterna regna furatur: qui inmarceſſibiles a nobis diuitias aufert: qui tanq̃ ꝯtagioſus moꝛb oĩa coꝛrumpit. Ita qm̃ ꝓſpexit diabolus tam latronib et vermibus q̃ alijs machinis inexpugnabile illud eſſe p̄ſidium ꝑ inanẽ illud gloꝛiã expugnat. Sed gloꝛie inquies cupidus ſum. Nõne ſatis habes a ꝯſcia eiꝰ cui bñficium collatum eſt ⁊ ab ipſo deo laudari. Sꝫ apud reliquos etiã hoĩes te oſtẽtare cupis. Caue ne cõtrariũ eueniat ⁊ aliq̃s nõ liberalitate ac bñfico animo: ſꝫ ambitioſe te id facere credat intolerabiliꝫ ſupbia/ ꝙ alienas libenter efferas clades. Nã elemoſyna myſteriũ eſt: cõcludẽde igit̃ ianue ſunt ne q̃s aſpiciat q̄ videre nephas ẽ. Et certe myſteria noſtra elemoſyna maxie ac charitas ſunt: ineffabili em̃ ſua miſcdia nr̃i miſertꝰ eſt. Et pꝛima q̃ in eucharistia dicit̃ oꝛatio q̄ ꝓ demoniacis depcamur miſericoꝛdie ſue cõmemoꝛatiõe plena ẽ. Scđa ſũt q̄ ꝓ his oꝛamꝰ q̃ penitẽtiã agũt miſcdiam humiliter q̃ritat. Tertia etiã q̄ ꝓ nobiſipſis infundimꝰ vel infantes adducit: deũ ad miſcdiam lachꝛymis inflectẽtes. Nã qm̃ noſtra ipi pctã cognouimꝰ ꝓ alijs q̃ peccarũt: quiꝫ accuſari pñt ipi clamamꝰ: ꝓ nobis autẽ ipis infantes quoꝝ imitatoꝛes celoꝝ regnũ expectãt hac em̃ oꝛatione ſignificat̃ ꝙ q̃ ſimplicitatẽ paruuloꝝ ſequunt̃ hi maxie ꝓ reis deũ depcari pñt. Ipm aũt eucharistie myſteriũ quãta miſcdia plenũ ſit initiati ſolũmõ nouerũt. Quare tu q̃ꝫ cum elemoſyna vteris ianuas claude: ipe q̃ recipit ſolus ꝯſciꝰ ſit: ĩmo ſi poſſibile nec ipe quidẽ ꝑcipiat/ vnde erogatũ ſibi bñficium eſt. Que ſi derideris anio ⁊ hoc myſteriũ tuũ edideris/ in mentẽ tibi veniat q2 etiã ille ipſe a quo gloꝛiã aucuparis tanq̃ vanũ te oĩno cõdemnabit: ⁊ ſi amicus eſt ſecũ te repꝛehendet: ſin ꝟo inimicꝰ etiã apud alios hanc ambitionẽ condẽnabit. Ita cõtraria tibi eueniũt queꝫ deſideras. Tu quidẽ maxie cupis vt de te admirãs ille miſericoꝛs: ille humanꝰ/ ille benignus dicat/ ipſe aũt ille inanis gloꝛie cupidus p̄dicabit: ille qui omni quouis mõ placere hominibus ſtudet ceteraꝫ his deterioꝛa. Sin ꝟo tu celabis/ tũc exclamabit: o miſericoꝛdẽ illũ atꝫ humanũ. Nõ eni grande aliq̃d atꝫ p̄cipuũ occultari diutiꝰ deꝰ patit̃: ſꝫ ſi tu celabis ille mãifeſtabit/ ita ⁊ miſerabilioꝛ eris ⁊ maioꝛa lucraberis. Quare ad acquirendã gloꝛiã cõtraria eſt oĩno oſtentatio. Nam ad qđ feſtinanter pergimꝰ: at illud impedimẽto ſolet maxie eſſe. Non em̃ bñficẽtie gloꝛiã ſolũ amittimꝰ: ſꝫ cõtrariũ q̃ꝫ acquirimꝰ: ⁊ ad hec nõ paruis nos incomodis ſubijcimus. Hoꝝ igit̃ oĩm gratia inanẽ gloꝛiã contemnamus/ ⁊ a deo ſolũmodo lucrari cupiamꝰ/ hoc enim modo ⁊ pꝛeſenti ⁊ futura gloꝛia potiemur gr̃a ⁊ miſericoꝛdia dñi noſtri ieſu chꝛiſti Amen.

Homelia.LXXIII. Ex capitulo.XXIII.

**Tunc ieſus locutꝰ eſt turbis ⁊ diſcipul' ſuis dicẽs ſup kathedrã moyſi ſederũt ſcribe ⁊ phariſei Quecũꝫ igit̃ dixerĩt vobis facite ſꝫm vero opera eoꝛum non facite.**

Tũc iſtud qñ ſignificat qñ illoꝝ oꝛa obſtruxit/ qñ ita iã ꝯfuſi fuerũt/ vt tẽptare ipm ampliꝰ nõ auderẽt/ verũ qm̃ dñi ⁊ dñi mentionẽ fecit iteꝝ refugit. Nã q̃uis nihil tale in lege ſcriptũ inueniat̃. Illud aũt in pꝛimis: dñs deꝰ tuꝰ dñs vnꝰ eſt: legẽ tñ noua vniuerſam veterem ſcp̄turã ſolet appellare: his oĩb oſtẽdit eadẽ ſe patri velle. Nam ſi cõtraria illi cuperet/ cõtraria q̃ꝫ in legem dixiſſet. Nũc ꝟo adeo legẽ vereri videt̃/ vt ⁊ ſi legalis doctrine ꝓfeſſoꝛes coꝛrupti ſint: auſcultare tñ hoꝛtat̃ ⁊ de recta diſciplina viuẽdi diſſerit: q̃ res maxime cauſa incredulitat̃ erat: coꝛruptis em̃ viuẽdi moꝛib ⁊ inanis gloꝛie cupiditate a credẽdo repellebant̃. Cũ igit̃ p̄cepta emẽdatiõis gr̃a tradere voluerit/ qđ p̄cipue ad ſalutẽ cõducit/ ne q̃s ſcꝫ dogmata negligat. neue in ſacerdotes inſurgat: id ſũmoꝑe iubet nec iubet ſolũ verũ etiã facit: nõ enim a docẽdi gradu coꝛruptos deiecit/ vt nullã audientib occaſionẽ inobedientie relinqueret et maiꝰ illis iudiciũ p̄pararet. Sic q̃uis neq̃ eſſent pꝛincipatũ eis cõfirmauit: vt vel poſt increpationẽ edixerit facite quecũꝫ illi vobis eſſe facienda confirmant: nõ em̃ ſua ſed q̃ ꝑ moyſen deus imperauit p̄dicãt. Tu aũt ꝯſidera quantũ moyſi deferat honoꝛẽ/ ⁊ ſe veterib ꝯuenire oſtẽdat/ ⁊ illos ꝓpter legẽ moyſi venerandos autumet. In Moyſi em̃ inquit cathedra ſederũt: ita qui a moꝛib eoꝝ fide non potuit ipſos dignos eẽ teſtari/ a ſede ac ſucceſſione q̄ ſunt in lege intelligere/ vt de cibis ⁊ ſacrificijs ceteriſq̃ huiuſmodi/ quõ eni hec confirmaſſet que iã refutauit. Sed omnia inquit: quib moꝛes hominũ coꝛrigun tur/ quib melioꝛes efficimur/ ⁊ que ita nobis congruũt/ vt non patiant̃: iugo amplius leg̃ depꝛimi. Cur igit̃ nõ gratie p̄ceptis iſta: ſed auctoꝛitate moyſi confirmauit? Quoniã nulla tẽpoꝛis opoꝛtunitas erat ante crucis myſteriũ ad hec manifeſtãda: q̃uis ad hec illud etiã mihi videatur diſpẽſare. Nã q̃niã grauius eos accuſaturus eſt/ ne imperiti ex petitione pꝛincipatus eoꝝ laboꝛare/ aut odio ipſum moueri exiſtimẽt: hoc pꝛimo remouet/ vt omni ſuſpitione ablata liberius rep̄hẽdat. Sed cuius rei gr̃a ipſos tandẽ accuſat/ ⁊ longa in eos vtit̃ oꝛatione? Pꝛemonere multitudinẽ voluit/ ne opera eoꝛũ ſequẽtes miſerius cadãt. Nõ enim ſimile eſt interdicere ne faciãt aut ⁊ eos qui peccarũt oſtendere/ ſicut nec ſimile eſt cõſulere q̄ opoꝛtet/ ⁊ eos q̃ recte ipſa fecerũt ĩ mediũ pꝛoducere: ꝓpterea ⁊ pꝛeueniẽs ait: ſꝫm autẽ opa eoꝛum nolite facere: nã ne inducere animũ poſſent qm̃ auſcultãdi ſunt imitãdos etiã eſſe/ hac vtitur coꝛrectione. Ita qui ſibi honoꝛ deferri videbat̃/ in repꝛehenſionẽ cõuertitur: quia moꝛes eius cõtẽnãt/ quare in vituperationẽ cõuertitur/ cũ talis eoꝝ vita eẽ videatur/ vt imitatoꝛes ipſoꝝ coꝛrumpant̃. Hac ergo de cauſa ad accuſationẽ ipſoꝛũ deuenit/ ⁊ adhuc vt oſtendat incredulitatẽ eoꝝ/ ⁊ crucis patibulum qđ ſcelerate facturi ſunt/ nõ ipſius crucifixi/ nec nõ crediti culpa: ſed illoꝛũ ſcelere accidiſſe. Tu vero conſidera vnde initiũ ſumat/ ⁊ vnde crimina eoꝝ amplificat: dicũt enim inquit/ ⁊ nõ faciũt: criminãdi naꝫ omnes ſunt inquit: qui legẽ trãſgrediũtur: ſed maxime omniũ qui doctoꝛis fungit̃ auctoꝛitate: dupliciter em̃/ atꝫ tripliciter iure condẽnatur: pꝛimũ q̃a tranſgredit̃: deinde cũ in coꝛrigendis alijs ipſe claudicat/ ꝓpter dignitatẽ quã gerit maioꝛe dignꝰ ſupplicio eſt. Tertio quia cũ ceu doctoꝛ pꝛeſideat/ neq̃tia ſua facile ceteros coꝛrũpit: his autẽ rep̄henſionẽ adiungit/ quoniã auſteros ſe minimũ gerãt aduerſus reos [Ligant eni onera grauia ⁊ impoꝛtabilia ⁊ imponũt in humeros hominũ: digito autẽ ſuo nolunt ea mouere] Duplicẽ hic nequitiã eoꝛũ oſtendit tũ quia ſine venia exq̃ſitiſſime mĺtitudinẽ viuere volunt: tũ quia nimiũ ſibijpſis indulgẽtes magnã aſſumãt licẽtiã: quoꝝ oppoſita in optimo pꝛincipe requirunt̃/ vt ſcꝫ aduerſus ſeipm nulla vtat̃ venia: ſꝫ ſeuerũ in ſe iudicẽ exhibeat: erga ſubiectos autẽ mitioꝛ/ ⁊ ad dandũ pꝛonioꝛ veniã ſit: quoꝛũ oppoſita iſti faciebant. Tales quippe oẽs ſunt q̃ verbis philoſophiam terminãt/ auſteri nimiũ: ⁊ nõ ignoſcẽtes ceu inexꝑti eiꝰ doctrine q̄ oꝑe ac exẽplo diſcipl'is traditur/ q̃ nequitia cũ parua nõ ſit: ſuꝑioꝛa crimia in maiꝰ extollit. Tu aũt expẽde quõ id etiã auget: non em̃ dixit nõ poſſunt/ ſꝫ nolũt/ nec poꝛtare/ aut ferre: ſꝫ digito mouere/ hoc eſt nec pꝛope accedere/ nec tangere volũt: ſꝫ diligẽtes/ atꝫ robuſti in pꝛohibitis ſunt [Omnia em̃ opa ſua faciũt ait: vt ab hominibus videant̃. His verbis inanis gloꝛie cupiditatem eis obijcit qua perierũt. Ita ſuꝑioꝛa crudelitatis erãt/ atꝫ deſidie hec vero furoꝛis/ q̃ gloꝛie inanis cupidine illos exagitabat q̃ res a dei eos expulit charitate/ ⁊ coꝛrupit/ ac effecit facile vt in alieno certarẽt ſpectaculo. Nã quales ſpectatoꝛes quiſpiã ſibi eligit/ cũ his placere ſtudeat/ cõſona illis certamina ſuſcipiat neceſſe eſt. Ita q̃ foꝛtib viris ſpectantibus luctatur/ foꝛtiter agere conat̃: qui vero apud ignauos ⁊ timidos ipſe quoꝫ hmõi efficitur/ vt ꝟbi cauſa/ riſu quis gaudẽtes habet ſpectatoꝛes ridẽdi autoꝛ ilico efficitur/ vt ſpectatoꝛib placeat. Aliꝰ a diligenti/ atꝫ philoſopho ſpectari voluit: talis ⁊ ipe videri certat/ vt laudẽ a ſpectatoꝛe ſuo cõſequatur. Sed perſpice in hoc loco rurſus quõ crimẽ amplificet. Nõ em̃ alia ſic alia faciũt: ſed vniuerſa ſimplicit̃ ſic. Cũ igit̃ inanẽ gloꝛiã eis obieciſſet: nõ magnarũ/ neꝫ pꝛeclararũ rerũ fama eos laboꝛare demonſtrat: nihil enim hmõi habebat: ſed ⁊ paruis ⁊ vilib gloꝛiã mendicabat̃/ quib ingẽs eoꝛũ nequitia ſignificabat̃ [Philacteria eoꝝ inq̃t dilatãt ⁊ magnificãt fimbꝛiã veſtiũ ſuoꝝ] Que nã ſũt hec philacteria ⁊ fimbꝛie? Quoniã facile bñficioꝝ dei obliuiſcebantur: iccirco deus ſigna ſua in libellis bꝛeuiſſime cõſcribi ⁊ manib eoꝛũ appẽdi iuſſit/ vnde dictũ eſt: Nec remouebunt̃ ab oculis tuis. Hec philacteria quaſi quedã cuſtodientia latine vocabant: ſicuti multe mulierũ modo faciunt euãgelica ex collo dependentes/ ⁊ vt aliunde in memoꝛiã reducãtur: qđ obliuioſi crebꝛo facere ſolent filo digitũ ſtrictius ligantes/ id deus ceu infantulis cito iuſſit facere. Iacinctinũ em̃ filũ in extremitate veſtis/ que ad talos eſt aſſui pꝛecepit/ vt attẽtioꝛe cura mandatoꝝ recoꝛdarent̃: hanc fimbꝛiã appellãt. In his igit̃ reb diligentioꝛes ligacula/ quib libelli dependebãt latioꝛa: ⁊ fimbꝛias maioꝛes faciebãt/ qđ ex inani gloꝛia pꝛoficiſci videbat̃. Quã ei ob rem hec ita facis? An quia virtutẽ id eximiã putes/ vl' quia aliq̃d vtilitatis inde habeas: nõ ſꝫm mandata tibi deus pꝛecipit ſed vt ſigna ⁊ miracula eius memoꝛia teneas. Ex ſi elemoſyna atꝫ ieiũnio que opera noſtra efficiuntur nullo pacto gloꝛiari opoꝛtet: quã ob rẽ his plurimũ iactas o phariſee quib maxime tua deſidia declaratur. Illi vero nõ hinc ſolũ/ verũ etiã ex alijs multo minoꝛib moꝛbũ cõtrahebant. [Diligunt em̃ ait pꝛimos in cenis accubitꝰ/ ⁊ pꝛimos in ſynagogis cõſeſſus/ ſalutatiões in foꝛo ⁊ vocari ab hominibꝰ rabbi] Hec em̃ ⁊ ſi minima eſſe videant̃/ magnoꝛũ tamẽ cauſa ſunt maloꝝ. Nã ⁊ ciuitates/ ⁊ eccleſias ſepenumero euerterũt: ꝓpterea nec a lachꝛymis abſtinere poſſum cũ p̄mos iſtos cõſeſſus ⁊ ſalutatões audiã/ ac in mẽtẽ veniat quot quãtaꝫ hinc mala in eccleſia dei oꝛta ſunt/ q̄ modo percenſeri tẽpꝰ nõ eſt: immo vero nec opus/ cũ ſenioꝛes ea que viderũt minoꝛibus etiã enarrare queant. Tu autẽ conſidera ibi maxime illos inanis fomenta gloꝛie queſiuiſſe/ vbi iubebantur humilioꝛes eſſe/ in ſynagogis videlicet quo ad docẽdos alios veniebãt: in ꝯuiuijs em̃ hmõi aliquid cõmittere nõ ita graue videtur: q̃uis non in eccleſia ſolũ: ſed vbiꝫ doctoꝛẽ ceteris pꝛeſtare opoꝛteat. Nam quemadmodũ homo vbicũꝫ fuerit ceteris animantib pꝛeſtat. Ita doctoꝛẽ decet ſiue loquat̃/ ſiue ſileat/ ſiue in cõuiuijs/ ſiue alibi ſit/ ceteris hominib excellere/ adeo vt in inceſſu ⁊ aſpectu/ ⁊ habitu omnibuſꝫ ſimpliciter alijs pꝛeſtantioꝛ eſſe videat̃. Illi vero in omni re derideri digni vndiꝫ ſibi dedecꝰ ꝯtrahebãt/ q̄ fugiẽda erãt inſeq̃ntes

diligūt em̄ ait ꝙ ſi diligere crimē eſt quid erit re ipſa
efficere. Sed cetera qdē tāꝗ parua ⁊ vilia ⁊ in qb9
nō erat opus diſcipulos ſuos corrigi in accuſatione
ac rephenſiōe illoꝝ terminet: principatus autē ap-
petitio que omniū malorū cauſa erat/ ⁊ ſedis docen
di raptus in mediū diligēter ad doctrinā diſcipulo
rum producit: quid em̄ ait: [Uos vero nolite voca
ri rabbi] Cuius cauſa ſtatim ſubiungit [Unus em̄
veſter eſt magiſter: omnes vero vos fratres eſtis]
Nec alter altero preſtātior/ quoniā nihil eſt qđ a ſe-
ipſo ſciuerit: ideo Paulus quoꝗ dicit: Quid ei eſt
Paulus: quid autē appollo: quid porro cephas:
niſi miniſtri nō dixit magiſtri. Et rurſus: nō voce-
tis patrē: nō vt neminē patrē vocēt: ſed ne ignorent
quē principaliter patrē vocare oportcat. Nā quem
admodū nemo principaliter magiſter eſt: ſic nec pat
preter illū qui tam magiſtroꝝ ꝗ patrū omniū cauſa
eſt. Et rurſus ſubiūgit [Neꝗ vocemini magiſtri qꝛ
magiſter veſter vnus eſt chriſtus] Nec dixit ego: ſꝫ
quēadmodū in ſuperioribꝫ qđ vobis videt̃ de chri-
ſto dixit nō de me: ſic in hoc loco. Quare libent̃ nūc
aduerſarios interrogarē: quid dicerēt cū ſepius pa
tri ſoli ad cōtemptū vnigeniti vn9 deus ⁊ vn9 dn̄s
accomodēt/ doctor ne pater eſt: Nullus negare au-
debit/ at qui vnus inquit doctor noſter eſt chriſtus
Quemadmodū igitur cū vnus eſſe chriſt9 dicatur:
nō expellit̃ pater ne doctor ſit. Sic cū vnus domi-
nus ⁊ vnus deus pater aſſerat̃/ nō expellit̃ fili9 q̃-
niam vna cū patre dn̄s ⁊ deus ſit: vn9 em̄ atꝗ vn9
ad diſtinctionē hominū aliarūꝗ creaturarū dicit̃.
Cū ergo fugiendū eē hūc grauē morbū edixerit/ do
cet per humilitatē eſſe fugiēdū/ ac ideo adiecit [Qui
eſt maior veſtrū erit veſter miniſter: qui em̄ exaltaue
rit ſeipſum humiliabit̃: ⁊ qui ſe humiliauerit exalta
bitur] Nihil em̄ humilitate p̄ſtantius: ꝓpterea cre-
bro de hac virtute cōmemorat. Nā ⁊ quādo paruu
los in mediū adduxit/ ⁊ cū in monte doceret/ hinc
beatificatiōes illas incepit/ ⁊ in preſentiarū radici-
tus ſuperbie vitiū euellit dicēs: Qui ſeipſum humi
liauerit exaltabit̃. Uide quō recte ad cōtrariū audi
torem impellit. Nō em̄ a cupiditate primatus pro-
hibet ſolū: ſed ad alterū extremū hortat̃: ſic em̄ deſi-
derio potieris inquit tuo: ꝓpterea ordine vobis iſta
ſequēda ſunt. Qui em̄ ſeipm̄ humiliauerit is exalta
bitur. Sed vbi hāc inueniem9 humilitatē inquies.
Uultis ad ſpectaculū hui9 virtutis rurſus aſcen
dam9/ ad ſctōꝝ dico tabernacula mōtes atꝗ cōual
les: ibi em̄ ad ſublimitatē ac humilitatē videbim9:
ibi ſunt homines quoꝝ alij dignitatibꝫ perfulſerūt/
alij diuitijs excelluerūt: qui omnes mirabilit̃ ſe vn-
diꝗ veſtitu/ domo/ miniſtris ceteris omnibꝫ ad p̄-
cipuā humilitatē reduxerūt. Omnia igit̃ que ad ſu
perbiā incendūt amictus magnificentia/ ediū ſplē-
dor/ miniſtrorū multitudo/ quibꝫ vel inuiti ad inſo-
lentiā omnes detrudūtur: iacent ibi humi proſtra-
ti. Ipſi ergo ligna ſcindunt: ipſi accendūt ignē: ipſi
coquūt: ipſi aduenis miniſtrāt: nec ſedētē ibi/ nec le-
ſum aliquē videbis/ nec precipientē/ nec cui precipi
atur: ſed omnes miniſtri ſunt/ ⁊ ab vnoquoꝗ cōue-
narū pedes lauant̃. Et magna de hac apud eos ho
neſta cōtētio qđ faciūt nō inquirētes ſiue ſeruus ſit
ſiue liber qui aduenit: ſed erga omnes ſimplicit̃ hoc
miniſterio vtunt̃. Nullus em̄ ibi eſt magn9 aut par
uus: ingens igit̃ cōfuſio inqes: immo vero precipu
us ordo. Nemo em̄ paruus ne an ignarus ſic reſpi
cit: ſed omnes inferiores ſe ceteris ducit: ⁊ hac rōne
maiores efficiunt̃. Una mēſa omnibꝫ ⁊ adminiſtrā
tibus/ ⁊ his qui adminiſtrāt/ eedē epule/ eadem in-
dumēta/ eedē domus: idē viuendi ordo/ magn9 eſt
apud eos/ qui vilia opera rapit. Abeſt inde meū/ ac
tuū: eiectū inde omnino id verbū eſt: qđ multoꝝ cau
ſa eſt bellorū. Cur aūt miraris ſi vn9 viuēdi mod9/
vna menſa/ vnus veſtitus omnibꝫ ſit: cū omnia q̃ꝗ
vna ſit vniuerſis: nō dico ſm̄ ſubſtantiā id em̄ ſimi-
liter in omnibꝫ eſt: ſed ſm̄ charitatē: quō igit̃ ibi ſu-
perbiet: Nō eſt ibi pauperies/ nō ſunt diuitie/ non
gloria/ nō ignominia/ magni ⁊ parui virtute ſolū-
modo ſunt: ſed nemo id reſpicit. Nō em̄ dolet paru9
quaſi cōtemptus: quippe cū qui cōtemnat nemo ſit
qđ ſi eſſet: iſtud erudiunt̃ maxime cōtēni: ſcꝫ deſpui
ac vilipēdi: nō verbis ſolū: verū etiā rebus/ cū man
cis cū pauperibꝫ libent̃ cōuerſant̃: ⁊ his mēſe cōui-
uijs plene quotidie ſunt: ꝓpterea regno celorum di
gni ſunt: alius ibi vulnera permulcet leproſi: ali9 ce
cum ducit: ali9 portat eū/ qui crus fregit. Nō ſunt
ibi paraſiti/ nec adulantiū multitudo: imo vero nec
qđ ſit adulari cognouerūt: vnde igit̃ inſolētes fieri
poſſunt cū tāta ſit apud eos equalitas: ꝓpterea etiā
magna ſibi ad virtutē facilitas/ atꝗ mirabilis pre
betur: his em̄ multomagis rudiores proficiūt ꝗ ſi
cogerent̃ primos alijs honores deferre. Sicut em̄
audacē: ac temerariū/ nō qui reſiſtit: ſed qui cedit ſo-
let erudire/ ſic ambitioſum: nō qui de gloria cōtēdit
ſed qui gloriā aſpernat̃ corrigere videt̃: qđ illis di-
ligenter factitatū eſt. Nā quāta cōtentio de prima-
tu apud nos eſt: tantū apud eos certamen de con-
temnēdo primatu eſt: ſtudēt em̄ nō vt honorentur:
ſed vt honorēt: ipſa etiā opera ad humilitatē exhor-
tantur/ ⁊ ſuperbire nō ſinūt. Quis em̄ vnꝗ fodiēs
plātas/ rigans ſportas/ ⁊ ſacculos texēs/ ceteraꝗ
ſimilia faciens multū ſibi poterit arrogare: Quis
preterea pauper inedia ſeipm̄ domās hac egritudi-
ne laborabit: Nemo profecto ꝓpterea perfacilis ibi
humilitas ē. Nā quēadmodū apud nos ꝓpter plau
dentiam/ atꝗ admirantiū multitudinē difficile eſt
humilitatē ſeruare: ita ibi facillimū: ſolitudini enim
ſolūmodo ille attēdit. Uolucres volātes videt/ ar-
bores cōcuſſos aſpicit/ ſpirantē zephirū ſentit/ flu-
uios per valles deferri ſpectat: vnde igit̃ extollet̃/
qui in tāta ſolitudine viuit: Nō tamē icirco excuſa
biles nos erimus qui in media multitudine cōuer-
ſantes nobis arrogam9. Nā ⁊ Abraā cum caldeis
erat/ ⁊ tamē dicebat: Ego vero ſum terra ⁊ cinis/ ⁊
Dauid in medijs aciebus: Ego clamabat vermis
ſum ⁊ non homo/ ⁊ Paulus in medio terrarū orbe
nō verebatur dicere: Nō ſum dignus vocari apoſto
lus. Quā igitur ſatiſfactionē habebim9 cū poſt tot
tantaꝗ exempla nō reſipiſcimus: Nā quemadmo-
dum illi mille coronis rutilabūt/ quoniā primi vir
tutis iter egerunt: ſic nos qui nec poſt illos/ quorū
res geſtas lectitamus/ neꝗ poſt iſtos viuētes: quo
rum opera admirātes videmus/ ad imitādā humi-
litatem eorū impellimur/ mille meremur ſupplicia.
Qua em̄ ratiōe ſatiſfacies cū nō emēderis: litteras
forte neſcis ⁊ ſcripturā perlegere nō potes/ vt inde
p̄ſcoꝝ ꝟtutes viroꝝ ꝑdiſcas: culpa qdē etiā hec ē cū
ecclia ſp̄ tibi pateat n̄ venire ad deguſtāda hec fluēta
Ueꝝ ſi p̄ſcoꝝ virtutes ignoras: hos viuētes aſpi-



cere potes. Sed nullus eſt inquies qui me ducat.
Me igitur adeas ego tibi hoꝝ diuerticula oſtēdā:
veni ⁊ aliqđ vtile ab iſtis diſce: lucerne iſti ſunt vbiꝗ
terrarū fulgentes: menia vrbiū iſti ſunt/ propterea
ſolitudinē petierūt vt te quoꝗ doceāt tumultus ci-
uitatis deſpicere. Alij te fortiores in medijs flucti-
bus trāquillitate potiūtur: tibi vero qui vndiꝗ ex-
agitaris/ quiete opus eſt vt paululū a frequētibus
procellis reſpirare poſſis. Crebro igit̃ ad illos pro-
ficiſcaris/ vt orationibꝫ ⁊ admonitiōibꝫ eorū ſordes
peccatoꝝ detergas: ⁊ tū hic iocūde viuas: tum futu
ram beatitudinē conſequaris in chriſto domino no
ſtro: cui gloria/ ⁊ imperiū in ſecula Amē.

Homelia.LXXIIII. Ex capitulo.XXIII.

## Ue vobis ſcribe et phariſei ypocrite: quoniā deuoratis domos viduarū: et oratione lōga orantes: propterea iudiciū amplius accipietis.

Hinc iā propter vētris voraginē in eos inuehit̃/
quodꝗ grauius eſt q̃ nō a diuitibꝫ ventres ſuos im
plebant: ⁊ cū illoꝝ paupertati auxilio eē debuiſſent
ecōtra etiā opprimebāt/ neꝗ ſimpliciter edebāt: ſed
deuorabant: cuius vorocitatis modū grauiorē fuiſ
ſe videmus: oratiōe nāꝗ ait longa orantes: oēs em̄
qui perperā agūt/ ſupplicio digni ſunt: qui vero ſi-
mulatiōe bonitatis ad improbitatē tendit multo g̃-
uiori pena oīno afficiendus. Et cuius rei gratia nō
priuauit ipſos dignitate: Quia nōdū tēpus poſtu-
labat: quare interea omiſſis/ cautiorē his ꝟbis mul
titudinē fecit: ne ꝓpter dignitatē eoꝝ decepti/ imitā
dos eſſe crederent. Cū em̄ dicat quecūꝗ vobis di-
cūt facere/ facite: oſtēdit quecūꝗ illi nequiter nō fa-
ciunt/ ne rudiores putent omnia eis eſſe permiſſa.
[Ue vobis quoniā clauditis regnū celorū ante ho
mines: vos em̄ nō intratis/ nec intrantes dimittitis
intrare] Ex ſi accuſandi vident̃ q̃ nemini proſunt/ q̃
dāno atꝗ impedimēto ſunt quā veniā cōſequētur:
Quid autē eſt intrātes: Idoneos ſcilicet atꝗ para-
tos. Nā cū precipue corrigere oportebat/ q̃ al's op9
erat intolerabilia eis onera iniungebāt: ecōtra autē
cū ipſos facere oportebat nō modo nihil agebāt: ſed
qđ multo peius eſt alios etiā ad ſimilē nequitiā hor
tabant̃. Hi ſunt quos peſtes trāſferēdo appellam9
qui ad corrūpendos alios ſtudioſe vigilātes aduer
ſus doctoris officiū inſurgūt. Si em̄ doctoris eſt er
rantes reuocare/ qui ad ſalutē tendētes in errorem
reducit: is perditus oīno atꝗ peſtifer eſt. Aliud de-
inde crimē exaggerat [Circuitis inqt mare ac aridā/
vt faciatis vnū proſelitū: cūꝗ factus fuerit/ facitis
eū filiū gehēne duplo ꝗ vos] Nō inquit ſaltē quia
multis ⁊ magnis laboribꝫ aliquē ad doctrinam ve
ſtram attraxiſtis/ ad parcendū ei eſtis parati. Pre-
ſertim cū natura duce maiore omni parſimonia cō-
ſeruamus/ que maiore labore poſſidemus: vos au-
tem neꝗ id quidē mitiores reddit. Ita ī duobꝫ ma-
gnis eos criminat̃: quorū vnū eſt quia inutiles ad
ſalutē ml'roꝝ exiſtētes vix magno ſudore queꝗ poſ-
ſunt attrahere: alterū qꝛ deſides ad cuſtodiēdos at
tractos ſunt: imo ꝟo etiā ꝑditores cū eos malo exē
plo viuendi deteriores faciant. Magiſtris em̄ etiā
ipſis peiores diſcipuli fiūt: probos em̄ doctores vix
imitare quimus: improbos aūt (quoniā faciliores
ad mala ſumus) etiā ſuꝑamus. Filiū vero gehenne
ipſum per ſe gehēnā appellat/ ⁊ duplo ꝗ vos ait vt
⁊ multitudinē terreat/ ⁊ illos grauius feriat/ quia
improbitatis magiſtri ſunt: ⁊ maiore diſcipulos ne
quitia corrūpere conant̃ ad maiorē/ eos improbita
tē adducētes: que res ꝑditiſſimi animi oīno eſt. De-
inde amentiā quoꝗ ipſorū reprehendit/ qꝛ maiora
iubebant mādata contēnere. At qui oppoſitū ſuꝑi-
us dictū eſt/ ꝙ onera grauia ⁊ intolerabilia colliga
rent: ſed iſta etiā rurſus faciebāt. Cūꝗ omnē operā
ad corrūpendā multitudinē ſuſciperent: acerbi exq̃-
ſitores erant in paruis: maiora vero negligebant.
[Decimatis em̄ ait mentā ⁊ anetū ⁊ dimittitis gra
uiora legis/ iudiciū ⁊ miſericordiā ⁊ fidem hec opor
tebat facere/ ⁊ illa nō dimittere] Merito hec opor-
tebat facere inqt: elemoſyna em̄ etiā decima eſt: ele-
moſyna ꝟo nocere nō poteſt. Nō autē ſicut legē ſer-
uantes facere oporter/ neꝗ ipſe ſic dicit/ ſed hec fa-
cere oportebat ⁊ illa nō dimittere. Ubi autē de mū-
dis ⁊ imundis diſputat non adijcit illud: ſed diſtin-
guit: ac neceſſario exteriores mūditias ad interiorē
cōſequi/ neꝗ cōtrariari oſtendit. Nā que miſericor-
diter rōne fiebant ea indifferēter trāſcurrit: tū ꝓpter
idipm̄/ quia miſericorditer fiebāt: tū quia nō erat ad
huc tēp9 legis clare atꝗ aperte deferende: q̃ ꝟo ad
obſeruationē mundationū corpoꝝ ꝑtinebāt: ea ma-
nifeſtius euertit. Propterea de elemoſyna dicit hec
facere oportebat/ ⁊ illa nō omittere: de purgationi-
bus vero nō ſic: mūdatis em̄ qđ deforis eſt calicis
⁊ parapſidis: intra autē eſtis pleni rapina ⁊ imūdi
cia. Munda calicē interius vt etiā exterius mūd9
fiat. A re cōmuni atꝗ manifeſta calice dico ac para
pſide iſtud accepit. Deinde vt oſtēderet nullū dānū
ex cōtēptu corporaliū mundationū ſequi: acerba ꝟo
ſupplicia his iminere q̃ anime mundationē deſpici-
unt/ q̃ mūdatio virtute cōficit̃: altera calicē quoniā
parua altera camelū: qꝛ magna ⁊ intolerabilia ſūt
appellauit. [Ait enim culicē tranſcolantes/ ⁊ came-
lum glutiētes] Parua em̄ illa propter magna: mi
ſericordiā dico atꝗ iudiciū lege firmata ſunt. Qua-
re a magnis dirupta nihil prodeſſe poſſunt: parua
em̄ ad magna ſequunt̃: hec autē ad illa nō cōſeqnū-
tur. Hec dicit vt oſtendat etiā ante gratie tēp9 non
pluris iſta fuiſſe/ cum alia maiora quererent̃. Qua
re cū ſublimia iā ⁊ diuiniora mādata acceſſerit inu-
tilia omnino remāſerūt: ac ea cōſeruare ampli9 nō
oportet. Semꝑ igit̃ atꝗ vbiꝗ ꝑnitioſa quedā res
improbitas eſt: magis aūt qn̄ correctione indigere
nō putat: tū ꝟo maxime ꝑnitioſiſſima ē/ cū ſe ad emē
dādos alios ſufficere opinat̃: que ſignificās chriſt9
cecoꝝ duces illos appellauit. Nā ſi maxima videt̃
calamitas/ atꝗ miſeria ducē omnino a cetu repelli
quid dicemus ſi aliorū etiā dux eſſe contendit: His
omnibus furorē inanis glorie/ atꝗ rabiē enigma-
tice deſignat qui morbus (quoniā ad oſtētationem
cuncta faciebant) omniū malorū cauſa extitit: quia
fide ipſos abduxit/ ⁊ virtutem negligere perſuaſit:
effecit itaꝗ/ vt purgatiōib9 anime neglectis/ mū-
dationibus corporis ſumnopere vacarēt. Propte
rea ad virtutē/ ⁊ purgationē ipſos reducēs miſicor
die iudicij/ atꝗ fidei meminit: his ei vita ꝯtinet̃: his
aīa nr̄a mūdat̃/ iuſticia ſcꝫ miſcōia ⁊ ꝟitate. Ex qbꝫ

miſericordia ad ignoſcendū vos inducēs nō permit
tit ſupra modū ſeueros ī peccatores atqꝫ difficiles
eſſe:ſic enim miſericordes effecti duplicit̃ lucramur
partim/ quia etiā ipſi a creatore omniū miſericordiā
conſequemur:partim quia mitiores facti oppreſſis
condolemus/ ⁊ opitulamur. Juſtitia vero ſeducto-
res ⁊ ſimulatores eē nō ſinit. Quādo autē dicit hec
oportebat facere ⁊ illa nō dimittere:nō ſubiecit hoc
quaſi legalē aliquā obſeruationē inducēs:abſit hoc
eñ:nam id in ſuperioribus iā demōſtrauimus. Cūqꝫ
de calice ⁊ parapſide dixerit/ interiora curanda eſſe
vt etiā exteriora mundent̃:nō iccirco hec dixit: vt ad
veterē paruoꝝ curioſitatē hortaretur:imo vero e cō
trario ſuperfluā oīno eſſe oſtendit. Nō eñ dixit etiā
exteriora purgate: ſꝫ interiora ſolū ⁊ hinc etiā illud
ſequetur. Preterea nec de calice ⁊ parapſide diſpu-
tat:ſed de anima ⁊ corpore diſſerit: ⁊ corpus quidē
qd̄ intus eſt appellat. Et ſi in calice interiori mūda-
tione opus eſt:quātomagis in homine: vos autem
a cōtrario facitis inquit:parua eñ ⁊ exteriora dili-
gēter ſeruatis:magna vero/ ⁊ interiora negligitis:
vnde magnū ſequit̃ detrimentū:nā cū vniuerſa eſſe
caſſe putetis:que facta ſunt deſpicitis: deſpicientes
aūt nec cogitare quidē ea capeſcere. Poſt hec inanē
rurſus gloriā eorū reprehēdit: ſepulchra eos dicēs
putrida ⁊ ypocritas appellās/ q̄ res oīno eos per-
didit. Nō ſimpliciter autē ſepulchra calce ſolū perū-
cta:ſed luxuria/ ⁊ ypocriſi plena eſſe affirmauit: ita
cauſam expoſuit quare nō crediderūt: quia ypocriſi
⁊ iniquitate referti erāt/ que non chriſtꝰ tm̄: ſed pro
phete q̄qꝫ ſepius predicauerūt: quia videlicet prin-
cipes eoꝝ nullā iuſticie rationē in iudicādo ſequerē
tur. Ita vbiqꝫ inuenies hec quidē flagitari/ atqꝫ exi
gi:ſacrificia vero eijci:quare nec ꝑcepta iſta/ neqꝫ cri
miatio hec/ aut imago ſepulchri/ noua/ inauditaqꝫ
ſunt. Quippe huiꝰ imaginis ꝓpheta q̄qꝫ meminit/
neqꝫ id ſimpliciter:ſed ſepulchrū apertū guttur eo-
rum appellauit. Multi etiā nūc hmōi hoīes in-
ueniunt̃/ qui ſe magnopere deforis exornāt:intus
autē oīs ſunt iniquitatis pleniſſimi. Multe nāqꝫ
vie in preſentiarū etiā exterioris ornatus exhibent̃
magna cura/ ⁊ magna vigilia eius rei multos exa-
gitat/ anime vero decus ⁊ purgatio penitus negli-
gitur. Nā ſi cōſcientiā ſinguloꝝ cernere poſſemus:
multos ibi vermes/ multā ſaniē/ atqꝫ intolerabilē
cōperiremus fetorē:cupiditates dico a rōe alienas
atqꝫ improbas/ que vermes ſpurcitiā mirū in mo-
dum excedūt. Sed phariſeos quidē atqꝫ ſcribas ta
les fuiſſe/ q̄uis graue ſit:non tamē ita malū videt̃/
ſic et penitꝰ intolerabile eſt/ vt vos qui templa dei
per gratiā effecti eſtis ſepulchra rurſus fetulentiſſi-
ma facti eſſe videamini. Extreme certe id ego duco
miſerie. Nā vbi chriſtus habitat vbi ſpiritusſanctꝰ
operatus eſt:in quo tot myſteria peracta ſunt: id ſe
pulchrū facies/ quo fletu:quibꝫ lachrymis/ q̄ plan
ctu/ id perſequendū eſt:cū membra chriſti ad imun
diſſimū ſepulchrū traſformaueris. Cogita quō na-
tus ſis/ quibꝫ dignꝰ factus/ quē accepiſti amictū/ q̄
pacto templū cōſtitutus es qd̄ dirui aliunde nō po
teſt:quo pacto ornatus es nō auro/ neqꝫ gēmis:ſed
ſpiritu/ qui omniū rerū ꝑcioſiſſimus eſt. Cogita q̄a
nullū in ciuitate ſepulchrū ſtruit̃:quare nec tu in ſu-
pernam poteris ciuitatē introire:nā ſi in terreſtri ci
uitate hoc interdictū eſt/ multomagis in celeſti:imo

vero etiā in terris cū mortuā animā circūferas/ oī-
bus qui mētis cōpotes ſunt deridēdꝰ videris: ne
deridendus ſolū: verū etiā fugiēdus. Reſponde q̄-
ſo ſi q̄s cadauer putridū circūferēs per ciuitatē va-
garet̃:nōne omnes eū fugerēt? hoc de te cogita:qui
animā pctīs obrutā:atqꝫ mortuā circūducis. Quē
ergo tui miſerebit̃ cū adeo crudelis in teipm̄ ſis ad-
uerſariꝰ? Si quis vbi dormis vbi cenas cadauer
obruiſſet quid tunc faceres? Tu vero mortuā obru
is animā nō vbi prandes/ neqꝫ vbi dormites/ ſꝫ in
ipſis chriſti mēbris nec formidas ne mille in caput
tuū fulmina iaceant̃. Quō autē cū tantis ſordibꝫ re
fertus male intus oleas/ in eccleſiā/ ⁊ tēpla ſancta
venire audes? Nā ſi qui mortuū in regiā obruerit/
is vltima ſupplicia luēt:cogita tu q̄ʒ acerba pena ve
xaberis/ qui atria hec adire ſancta/ ⁊ obſceno feto-
re implere nō erubeſcis. Imitare meretricē illā:que
precioſo chriſti pedes vnxit vnguēto/ ⁊ bono totam
repleuit domū odore. Cuius tu cōtrariū in hac do
mo facis:quid eñ refert ſi tu fetorē non ſentis:hoc
eñ incurabilis maxime morbi ſignū eſſe videtur ⁊
eo difficilioris quo humana corpora corrodūtur/ ⁊
fetent:illa eñ egritudo ſaltē aliquo ſenſu a laboribꝫ
percipitur ⁊ miſericordia digna videt̃:hec vero ſen
ſum tuū fugit/ ⁊ odio atqꝫ punitiōe digna eſt. Quō
ergo grauiter laboras/ vt nec ſenſu quidē magni-
tudinē morbi ſatis percipias. Age attētiſſimū te ho
die prebeas/ vt quanta peſte vexeris perdiſcas:ſed
primū audi quid te pſallere oporteat: dirigat̃ ora-
tio mea ſicut incenſum in cōſpectu tuo. Et ſi nō incē
ſum:ſed mordaciſſimꝰ abs te ac grauiter olens fu-
mus aſcendat:quibꝫ ſupplicijs dignus eris? Quid
autē iſte fumꝰ eſt tā grauis q̄ʒ moleſtus? Multi ad
formas mulierū aſpiciētes/ adoleſcētulorū pulchri-
tudinē curioſius intuendā in eccleſiā veniunt: dein-
de nō mireris quomō vndiqꝫ fulmina nō deferunt̃
quō cūcta funditus nō euertunt̃. Hec eñ nō fulmi
nibus ſolū:ſed etiā gehēne ſupplicio digniſſima: ve
rum deus cū lōganimus ⁊ miſericors ſit vt in peni
tentiā te adducat irā ſuā interea retinet. Quid facis
homo:mulierū ſpeciē curioſius in eccleſia ꝑſcrutās
nec horreſcis tāta templū dei afficiēs cōtumelia/ ꝓ-
ſtibulū ne tibi videt̃ eccleſia ⁊ foro ignobilior? Naꝫ
in foro erubeſcis:etiā times ne quis te videat mulie
rem ſectari:in eccleſia vero dei:cū ipſe deus te alloq̄
tur/ ⁊ ab iſtis deterreat/ eo ipſo tēpore maxime for-
nicatione ac adulterio vteris/ quo tibi magna voce
intonatur/ vt ab his fugias/ nec horreſcis/ nec ſtu-
pes. Uerum ab impudiciſſimo theatro didiciſtis
hec: vos illa cōtagioſiſſima peſtis docuit. Uirus il
lud peſtiferū ineuitabilis negligentiū laqueus/ in-
continentiū voluptuoſa perditio. Quo circa ꝓpheta
q̄qꝫ id accuſans dicebat:neqꝫ oculi tui/ neqꝫ cor bo-
num eſt. Sane multomagis eſſet cecos/ aut aliter
egrotos eē/ q̄ʒ ita oculis turpiter abuti. Oporteret
quidē interiore pariete a mulieribꝫ diſſepari: verum
quoniā nō vultis/ neceſſariū eſſe patres noſtri pu-
tauerūt/ ſaltē his ligneis parietibꝫ vos diſſeperare.
Audiui autē ego a ſenioribꝫ nō fuiſſe hos parietes
ob initio. In chriſto eñ Ieſu nō eſt mas/ neqꝫ femi
na. Apoſtolorū etiā tēpore vna viri ⁊ mulieres ora-
bant/ ⁊ mulieres vere mulieres/ ⁊ viri ſimiliter viri
erant. Nunc vero e contrario:mulieres quidē mere
tricū ſibi mores aſſūpſerūt: viri aūt furorē eq̄ꝝ imi-



tantur. Nū audiſtis viros ac mulieres in cenaculo
cōgregatos fuiſſe: ⁊ celo cōuentū illū dignū fuiſſe: ⁊
⁊ merito q̄dē. Magna eñ philoſophia tūc mulie-
res viuebāt ⁊ viri caſtimoniā cōſeruabant. Audia-
tis purpure venditricē illā quid dicat/ ſi dignū vie
dn̄e iudicaſtis:introite ⁊ manete apud me. Audia-
tis feminas qui/ virili aſſumpto aīo cū apoſtolis
orbē circuibāt: priſcillā dico perſidā/ ⁊ ceteras a q̄-
bus adeo procul abſunt preſentes femine:quātū hi
viri ab illis viris. Tūc eñ q̄uis orbē illi mulieres
circuirent:nulla tamē ignominia notabant̃:nūc vo
etiā in thalamo ſuo morā cōtrahentes: vix turpē ſu
ſpitionē effugiūt: qd̄ a nimia expolitōe atqꝫ delitijs
ſibi accidere ſolet. Illis erat cure vt ꝑdicatio creſce-
ret:his formoſitas ſolū/ atqꝫ corpoꝝ pulchritudo:
hec eſt iſtaꝝ gloria/ hec ſalus:magna vero atqꝫ ſub-
limia virtutis opa nec ſumma quidē videre vellēt.
Que mlīer operā dedit/ vt maritū faceret meliorē?
Quis vir ſtudet ad amorē virtutis impellere vxo-
rem? nemo profecto:ſed omne ſtudiū/ atqꝫ opera de
veſtibꝫ: de aureo corporis ornamento/ ceteriſqꝫ hu
iuſmodi. Et vt exteriora bona augeātur mulieri cor
di eſt: viro autē ⁊ hec ⁊ alia multa cure ſunt: vniuer
ſa tū huius ſeculi. Quis vxorē ducturus/ quō puel
la educata ſit inueſtigat? Nullus oīno: ſed pecunia
ſtatim:poſſeſſionū magnitudo/ ⁊ ſuppellectiliū que
ritur. Hec quaſi quicqꝫ empturus eſſet/ vel ꝑmu-
tationē quandā facturus/ diligētius perſcrutatur:
ac iō ſynnalagma grece/ latine permutationē nupti
as appellāt. Audiui eñ multos dicentes:cōmuta-
uit ille/ vel illa:id eſt cōiugio copulati ſunt. Ita do
na dei vituperāt/ cū quaſi vendētes ac emētes vxo
res viri ducāt/ ⁊ viris nubāt mulieres. Stipulati
ones quoqꝫ nuptiarum maiore aſtutia cōponūt/ q̄ʒ
eas q̄ in vendendo vel emēdo cōfici ſolēt. Diſcite q̄-
modo priores vxores ducebant/ ⁊ imitamini:q̄ pa-
cto ergo ducebant? Ingeniū/ mores/ animi virtutē
querebant:ac ideo ſtipulatiōibꝫ ⁊ lōga inſtrumēto-
rum ſerie nō indigebāt:ſufficiebat eñ loco iſtoꝝ om
niū ſponſe indoles. Quare vos hortor/ ne faculta-
tes ⁊ copiā rerū:ſed modeſtiā ⁊ mores queratis:q̄-
re pudicā ⁊ religioſam puellā/ ⁊ hec tibi magno the
ſauro erūt ꝑſtātiora. Si eñ que dei ſunt queritas/
hec quoqꝫ tibi addent̃:ſi vero illis omiſſis ad hec ra
pienda feſtinas/ ⁊ illa amittes/ ⁊ hec nō conſequen
ris. Sed ille atqꝫ ille inquies vxoris opibꝫ locuple-
tatus eſt/ nō erubeſcis talia in mediū exempla ꝓfer-
re. Centies prudentes dicere viros audiui/ malle
extrema ſe pauperie laborare/ q̄ʒ vxoris facultate di
tari. Quid eñ amarius his diuitijs? quid moleſtiꝰ
hac reꝝ facultate? quid turpiꝰ q̄ʒ inde ita inſignem
fieri: vt ab omnibꝫ dicatur ab vxore ille locuples fa
ctus eſt? intrinſecas eñ modo ſolicitudines ac mo-
leſtias omitto:arrogantiā mulieris/ atqꝫ iactantiā
ſeruitutē viri/ famuloꝝ obprobria/ pauper iſte di-
cētiū/ ac pānoſus ignobilis/ ⁊ ex ignobilibꝫ. Quid
enī habuit quādo huc venit: nōne vniuerſa hec do-
mine noſtre ſunt? ſed paꝝ de his verbis curas non
miror quia liber nō es:ſimilia eñ paraſiti/ etiam ⁊
gnatones audiūt/ nec dolēt/ aut erubeſcūt: ſed etiā
gloriant̃ hmōi decore: quemadmodū ⁊ iſti qui cum
hec a nobis audiant/ abſit inquiūt ſuaue quid mihi
atqꝫ iocundū ⁊ ſuffocet me. O verſutiā diaboli q̄ ꝓ-
uerbio vite hominū tradidit: quibus integra poſſit

hominis vita euerti. Expēde igitur oro q̄ʒ certa his
verbis peſtis inſideat/ nihil ei aliud hoc prouerbio
dicitur q̄ʒ ꝙ nulla tibi honeſte viuēdi/ nulla iuſtitie
ceterarūqꝫ virtutū cura ſit:omnia hec apud te iaceāt
voluptatē ſolā vbiqꝫ ſequaris: ⁊ ſi res ipſa te obrue
rit/ ac ſuffocarit:ſi omnes obuij in faciē tuā deſpue-
rēt:ſi ſordes in ſtultū proijcerent:ſi quaſi rabioſum
canē depellerent/ dū tamē voluptas inſit expetibi-
lē rē eſſe iudicato: ⁊ omnia propter illā ferēda puta-
to:quid aliud porci/ aut canes ſi verba humana ſi-
bi concederētur dicerent:fortaſſe autē nō ita impu-
denter loquerētur: veluti nūc homines a diabolo ꝑ-
ſuaſi grūniūt. Ualde igitur vos precor/ vt magnā
in his verbis eſſe amentiā cōſiderātes/ ⁊ hec ⁊ ſimi-
lia prouerbia fugiatis/ ⁊ illa ſcripturarū iſtis con-
traria in ore ſemper habeatis. Que autē ſunt illa?
Ne ambules poſt cōcupiſcentiā anime tue: ⁊ appe-
titum tuū non ſequaris. Et de meretrice rurſus cō-
tra quā prouerbiū conſulit. Improbe mulieri nō at-
tende:mel enim ſtillat a labijs femine meretricis/ q̄
ad tempus guttur ſuū impinguat:poſtea vero ama
rius felle inuenies/ ⁊ acutum magis ferro bipēni.
Hec igitur nō illa audiamꝰ. Nam inde illiberales
inde ſeruiles cogitationes oriuntur:inde hominē in
naturā conuertūt ferarū:q̄r vbiqꝫ iuxta prouerbiū
illud/ voluptatē ſequēdā arbitrant̃/ ꝙ etiā abſqꝫ v-
bis noſtris a ſeipſo derideri merent̃. Quid enim ſa-
nitas illa tibi proderit? quid voluptas afferet:ſi ob
rutus ſuffocatuſqꝫ fueris. Nolite igitur tantos au-
dientibꝫ cachinnos cōmouere/ nolite gehennā incē-
dere/ nolite ignē inextinguibilem vobis preparare.
Reſpiciamus aliquādo vt oportet ad futura/ oculo-
rum lippitudine diligēter deterſa/ vt ⁊ hanc vitam
honeſte ac pie peragamus/ ⁊ futuris bonis potia-
mur/ gratia ⁊ miſericordia dn̄i noſtri ieſu xp̄i Am̄.

Homelia.LXXV.Ex capitulo.XXIII.

## v E vobis qui edificatis ſepulchra prophetarū et ornatis monumēta iuſtorū: et dicitis ſi fuiſſemus in diebus patrū noſtrorū nō cōmunicaſſemus ſecum in ſanguine prophetarum.

Non quia edificant/ nec quia patres ſuos accu-
ſent/ ve illis dixit:ſed quoniā ita facientes/ ⁊ ita di
centes/ patres ſuos condēnare audebant/ cum ipſi
peiora committerent. Nam ꝙ ſimulatione patres
reprehenderent Lucas ſubaperit dicens:quoniam
⁊ placet/ quia edificatis: ve nanqꝫ vobis (inquit)
quia edificatis monumenta prophetarū:patres au
tem veſtri occiderūt eos:ergo teſtamini ꝙ complace
tis ī operibꝫ patrū veſtrorū:quia illi quidē prophe
tas interfecerūt: vos autē edificatis monumēta eo-
rum. Menti enim ac voluntati eorū/ quia edifica-
bant aperte detrahit. Non enim vt honorarēt occi
ſos:ſed vt cede illorū vires ſuorū oſtenderent/ timē
tes ne ſi vetuſtate ſepulchra caderent/ tanti facino-
ris/ ac audacie memoria caderet. Sic igitur ſepul-
chra prophetarū quaſi tropheū cōſtituentes precla
ris cōſtructionibus edificabant audaciā patꝝ oſtē-
tātes. Que nāqꝫ in ꝑſentiarū audetis inq̄t ea facile
hac volūtate monumēta vos edificare oſtēdūt. Nā

⁊ ſi cōtraria dicitis quaſi patres veſtros cōdemnā/
tes: quia ſi fuiſſemus in illis diebꝫ/ nō cōmunicaſſe
mus cū illis in hoc: ſed qua via iſta dicatis nō latet.
Propterea enigmatice dixit/ vt id aliquantulū ob
duceret atqꝫ cōtegeret. Cū enī dixerit quia dicitis:
ſi eſſemꝰ in diebꝫ patrū nroꝝ nō cōmunicaſſemus il
lis in ſanguine ꝓphetarū. Sed qꝺ nā crimē eſt filiū
eſſe homicide ſi patris mentē aſperneris. Nullū ꝓ/
fecto: vnde manifeſtū eſt ideo id aduerſus eos ꝓtu/
liſſe/ vt cognationē nequitie occultiꝰ ſignificaret qꝺ
a ſequētibꝫ aperiꝫ adiecit em̄ [Serpētes genimina
viperarū] Quaſi diceret/ quemadmodū vipere ve
neni ſimilitudine matribꝫ cōiungunꝫ: ſic ⁊ vos pa/
rentibꝫ veſtris cupiditate cedis cōiungimini. Dein/
de quoniā mentē incertā multis perſcrutaꝫ/ a futu
ris facinoribꝫ ſuis que vniuerſis patebūt dicta cō/
probauit. Nā quoniā iā dixit quare teſtamini eorū
vos filios eſſe q̄ occiderūt ꝓphetas/ vt ſignificaret
improbā ſe hāc cognationē intellexiſſe: apiretqꝫ fin/
gere illos/ cū dicāt nō fuiſſemus cū illis participes
ſtatim intulit/ ⁊ vos iplete opꝰ patrū veſtrorū/ nō
impans: ſed qꝺ futurū erat predicens cedē dico ſuā
ab illis perpetratā. Propterea redargutiōe illata
cū oſtēderit ficte ac ſimilate ad defenſionē illis ſe ꝟ/
bis vti/ quia nō fuiſſemus cū patribꝫ participes in
ſanguine. Si enī dn̄o nō pepercerūt: quō ſeruis pe
perciſſent: acrimonie autē plena vtiꝫ oratiōe: ſerpē/
tes ⁊ genimina viperarū appellans/ ac dicēs: quō
gehēne iudiciū euitabitis talia audentes facinora:
Deinde negantes ⁊ mentē veſtrā omni ſtudio celā/
tes: poſtea per exaggerationē aliūde ipſos redargu
ens inquit [Quia mittā ad vos ꝓphetas ⁊ ſapien/
tes ⁊ ſcribas ⁊ ex ipſis interficietis ⁊ crucifigetis ⁊
flagellabitis in ſynagogis veſtris] Nam ne dicere
poſſint: qꝛ ⁊ ſi dn̄m crucifiximus/ ſeruis tn̄ ſi tūc fu
atqꝫ aperte veniet per angelos vocat. Hoc etiā vo-
cationis mō illos honorauit. Paulus vero de re-
ſurrectione mortuorū verba faciēs/ in nubibꝫ rapiē-
tur dixit:ipſe nāqꝫ dn̄s deſcēdet de celo ait in viſio-
ne in voce archangeli itaqꝫ cum reſurrexerint angeli
omnes cōgregabūt:cōgregatos vero nubes rapiēt
⁊ hec omnia in momēto tēporis fient:non eīn vocat
eos ſurſum:ſed ipſe in tuba deſcēdit. Quid autē tu-
barū ſonus ſibi vult? Ad exuſcitationē/ ad gaudiū
ad exp̄mēdū reꝝ ſtuporē/ ad dolorē eoꝝ q̄ relinquū-
tur. Ve mihi de die illo terribili/ qui cū oporte-
ret nos expoſitōe iſtaꝝ reꝝ gaudere/ dolemus ⁊ me
rore ꝯficimur:ſed fortaſſe ſolus ego hec patior: vos
autē hec audientes letamini. Nā me quidē cum hec

in mentē veniunt horror inuadit terribilis/ ⁊ ama-
riſſime perflēs ex profundo corde ingemiſco. Nam
ꝗuis nihil hoꝝ ad me ſpectet: illa tamen q̄ mox ad
virgines: ad eū qui qđ accepit talentū ſuffoditq; ad
ſeruū nequā dicunt: vehementi⁹ me ꝑturbant: ꝓpte
rea lachrymis cōfundor/ quoniam a tāta gloria ca-
ſuros vos video/ a tantorūq; fruitiōe bonoꝝ expel-
lendos: ⁊ hoc nō tēpore aliquo terminato: ſed ſemꝑ
atq; perpetue: ſolūmodo: q2 paꝝ laboris ſufferre no
lumus. Nā ſi magnus eſſet labor/ ⁊ hec lex onero-
ſa: ꝗuis etiā ſi cuncta eſſent tolerāda: cauſa tm̄ deſi/
die friuola quidē: ſed nihilomin⁹ ꝓpter preceptorū
difficultatē/ diuturnitatē tēporis/ laboris duritiē
intolerabile onus nō potuiſſe ſufferre videmur: nūc
vero nihil hmōi dicere poſſum⁹: quia nō minus ꝗ̄
tūc gehēna nos exagitabit/ q̄a qn̄ breuiſſimo ſpacio
tēporis nos inſudauimus celo ⁊ ineffabilib; bonis
priuari nos intelligem⁹: breue quidē tēpus/ hoc eſt
⁊ labor minim⁹: ⁊ tm̄ oſcitamus/ ⁊ tota mēte torpe-
mus. Terreſtre certamē eſt tibi ꝓpoſitū/ cuius coro
na in celo reddet: ab hominib; exagitaris ⁊ deus ti
bi honores retribuet/ paucis dieb; curris: ⁊ eterna
premia cōſequeris: corruptibili corpore luctaris/ ⁊
incorruptibili laudaris. Sed preter illud apprime
tenendū eſt: q2 ⁊ ſi ꝓpter chriſtū nihil triſte pati vo-
luerimus/ neceſſe tm̄ eſt multa triſtia ſuſtinere. Non
em̄ q2 ꝓpter chriſtū mori nō vis: iccirco immortalis
futur⁹ es. Nec qm̄ ꝓpter chriſtū diuitias tuas non
diſtribuis: iccirco tecū eas afferes. Hec a te chriſt⁹
petit/ que ſi ei nō dabis: oīno tamē ꝓpter cōditionē
nature relicturus es. Hec te tua ſpōte facere hortat
que oīno inuito te fient. Unū ſolū petit vt ꝓpter euꝫ
vltro ⁊ nō coactus facias. Uides quoniā faciliimū
eſt hoc certamē. Nāq; neceſſario patieris inquit ea
ſi ꝓpter me pati volueris: idq; vnicū tibi ꝓpoſitum
fuerit ſufficient mihi obtemꝑaſti. Qđ alij mutuatu
rus auꝝ es: illud mihi ⁊ ad maiora fenora ⁊ cautio-
ne tutiori mutuato. Si alteri⁹ gr̄a militares labo/
res labore ſuſcipis: mihi etiā milita qm̄ cumulo re-
tributionū ingēti labores tuos oīno excedā. Tu ve
ro alios q̄dē q̄ vel mutuo vel in vendēdo vel militā/
do maiorā tibi offerūt anteponis: chriſtū v̄o ſolū pre
ſtantiora/ ſine cōparatione ꝑbentē aſpernaris/ atq;
repellis. Cur tibi tā magnū cū eo bellū eſt? Cur tā-
to es inflāmatus odio. Un̄ igit veniā ac ſatiſfactio-
nē impetrabis cū nec illis eū rationib; quib; hoīes
hominib; anteponere velis? Cui cerne theſauꝝ tuū
tradis. In manu mea recōdas inquit: nō videt tibi
dn̄s terre tutior eſſe ꝗ̄ terra. Illa qđ repoſuiſti ſolū
reddit. imo vero nōnūꝗ̄ etiā amittit ⁊ redonare nō
poteſt: ipſe autē etiā mercedē quia in manu ſua repo
ſuiſti redditurus eſt. Magna profecto nos charita
te proſequit: ideo ſi mutuo dare voluerꝭ parat⁹ ſem
per vt accipiat eſt: ſi ſerere tibi placuerit: libent ſemi
na ſuſcipit: ſi magnificas edes ꝯdere cōſtitueris alli
cit te ad ſeipſum/ ⁊ hortat vt in regiōe ſua edifices.
Quare ad inopes curris? ad hoīes dico inopes/ q̄
aut tibi tuū nō reddēt/ aut certe male/ ⁊ illiberaliter
reddēt. Sed nō mouemur his verbis/ ac ideo/ vbi
pugne/ iudicia/ calūnie/ illo feſtinamus. An igitur
iniuria punit nos atq; euertit cū in reb; oīb⁹ ſeipm̄
nobis ꝑbeat ⁊ noſipſi ſtudioſe reſiſtam⁹? Nequaꝗ̄.
Nā ſiue meo volueris expoliri ornatu/ ſiue armis
meis armari/ ſiue mea indui veſtimēta/ ſiue dapib;
meis deliciari/ ſiue iter meū ꝑagere/ ſiue in ciuitatē
ꝑuenire: cui⁹ artifex ⁊ cōditor ipſe ſum/ ſiue in regio
ne mea domū edificare. Ita hec oīa facere potes: vt
ñ mō nullā abs te haꝝ reꝝ oīm mercedē exigā: ſꝫ ipē
tibi magne velim eſſe mercedis debitor dūmō vti
reb; meis ñ abhominerꝭ. Quid huic liberalitati eq̄
le vnꝗ̄ inueniri pōt? Ego ipſe ſum pater/ ego frat/
ego dn̄s/ ego ſpōſus/ ego nutritor/ ego veſtis/ ego
radix/ ego fundamentū. Quicq̄d volueris ipē ſum/
nulla re indigeb: ego tu⁹ ero miniſter: veni em̄ nō vt
mihi miniſtret: ſed vt ego alijs miniſtrē. Ipſe ami/
cus ſum/ membrū/ caput/ frater/ ſoror/ mater vni-
uerſa ipſe ſum/ dūmō mihi vt decet afficiaris. Ego
pauper ꝓpter te/ in ſepulchro ꝓpter te/ patrē in excel
ſis pro te interpello/ q̄ ad inferiora pro te a p̄re miſ-
ſus deſcēdi. Omnia tu mihi es frat/ coheres/ ami/
cus/ mēbrū/ quid vis amplius? quid auertis a me
mentē? Quid caduco huic mūdo laboras? Cur per
forato aquā dolio ingeris? Nihil em̄ aliud eſt ꝑ p̄-
ſentib; iſtis laborare ꝗ̄ flāmā diſcerpere/ ꝗ̄ pugnis
ea aera cedere. Cur fruſtra currꝭ: nōne vniuſcuiuſq;
artis finis quidā eſt? Ita ꝑfecto. Oſtēde igit mihi
huius ſecularis ſtudij finē: ſed nō potes: vanitas ei
vanitatū ⁊ cūcta vanitas ſunt. Proficiſcamur ad ſe
pulchra/ oſtēde mihi p̄rem/ oſtēde vxorē tuā. Ubi ē
qui purpurā induebat/ q̄ vehiculo ferebat/ q̄ exer-
citus ductitabat/ q̄ corona militū cingebat/ q̄ licto/
ribus muniebat/ qui alios cedebat/ alios in carce/
rem detrudebat/ q̄ quos volebat interimebat/ ⁊ li-
berabat ſiliter quos volebat. Nihil video niſi pu-
trida oſſa ⁊ vermes ⁊ araneā/ oīa illis puluis/ oīa
fabula/ oīa ſomniū/ vmbra/ narratio nuda/ ⁊ ima-
go: imo v̄o nec imago: quippe imaginis effigiē vi-
dem⁹: h̄ autē nullā effigiē ꝑſpicere poſſum⁹/ atq; vti-
nā hic oīa mala terminarent. Nūc v̄o honores q̄dē
⁊ voluptas ⁊ maieſtas oīs ad vmbram ⁊ ad verba
reb; nuda/ exitū habēt. Que v̄o ab illis ſequūt/ nō
vt vmbra ⁊ ſomniū euaneſcūt: ſed ꝑmanēt/ ⁊ eo no-
biſcum ita tranſeunt/ vt omnibus fiāt apertiſſima.
Rapine nāq; violentie/ fornicationes/ adulteria/
ceteraq; huiuſmodi non vertuntur in cinerē: ſed tam
res/ ꝗ̄ verba ibi conſcribūtur. Quibus igitur ocu-
lis tūc deū cernem⁹? Nā ſi p̄rem q̄ te genuit peccati
aduerſus eū cōſci⁹ aſpicere nō poſſes: quō ad deum
oī certe p̄re mitiorē oculos tūc eleuabim⁹: quō ſuſti
nebim⁹ qn̄ xp̄i terribili aſſiſtem⁹ tribūali? cū exq̄ſitiſ
ſima peccatoꝝ omniū ꝑſcrutatio fiet? Si v̄o q̄ſpiā
futuro nō credit iudicio/ ea cōſideret q̄ hic fiūt. Ui-
deat eos q̄ in carcerib; ſunt/ q̄ metallis/ qui in ſter-
core/ q̄ demonio agitant/ q̄ incurabili morbo labo/
rant/ q̄ cōtinua pauperie ꝑmunt/ q̄ vexant inedia/
q̄ luctu intolerabili affligunt/ q̄ captiui degūt. Ne-
mo em̄ iſtoꝝ omniū hec pateret/ niſi ceteris omnib;
q̄ ſimilit peccāt ſupplicia poſt mortē iminerent. Nā
q2 nihil nōnulli male viuētes hic patiunt hoc ipm̄
argumentū eſt q2 poſt exitū e vita oīno puniēt. Nō
eſt em̄ credibile cū vn⁹ ſit oīb; de⁹ alios hic puniri/
alios euadere impune coꝝ q̄ ſimiliter deliquerunt:
niſi pena ibi certa reſeruaret. His igit rationib; / ⁊
exemplis perſuaſi humilius viuam⁹/ ⁊ qui iudiciū
nō credūt: futurū credāt iā/ ⁊ meliores fieri ſtudeāt
vt celoꝝ regno digne vitā ꝑagētes/ futura ſuppli-
cia euitem⁹: ⁊ eterna bona nanciſcamur gratia ⁊ mi
ſericordia dn̄i noſtri ieſu chriſti Amen.



Homelia.LXXVIII. Ex capi.XXIIII.

**B arbore autē fici diſcite pa-
rabolam: quādo iam ramus
eius effetus fuerit et folia germīa-
uerint cognoſcitis quoniā prope
eſt eſtas. Ita ⁊ vos cum videritis
hec omnia cognoſcite quoniā pro
pe eſt in ianuis.**

Quoniā poſt tribulationē illoꝝ dieꝝ dictum eſt:
ipſi v̄o certū diffinitūq; temp⁹ querebāt et diē ipm̄
diſcere cupiebant: iccirco ſimilitudine vtitur ficus/
oſtendēs nō magna ſpacia tēpoꝝ interfutura: ſꝫ con-
ſequēter atq; deinceps illū diē ventuꝝ qđ nō ſilitu-
dine ſolū/ verūetiā ſequētib; verbis expreſſit dicēs:
ſcitote qm̄ prope eſt in ianuis hinc etiā predicit eſta-
tem tunc ſpiritalē trāquillitatēq; a fluctib; hui⁹ vi-
te iuſtis hominib; futurā. Iniuſtis aūt a contrario
hyemē ac terribiles tempeſtates poſt eſtiuā trāquil-
litatē venturas: qđ paulopoſt ſignificauit dicēs: la-
ſciue illis viuentib; diem illū eſſe venturū. Nō autē
ea ratione tātūmodo vt ſpaciū tēporis deſignet fic⁹
ſimilitudine vſus eſt/ cū ⁊ aliter iſtud ſignificare po-
tuiſſet: ſꝫ vt oīno futurā rem cōfirmaret. Nam ſicut
hoc eſſe neceſſe ē: ſic illud ꝗ̄ neceſſario erit. Nam qđ
ſemꝑ ꝯtigit qđ oīno euēturū eſt tā apud ipm̄ ſignifi-
cat ꝗ̄ apud beatū paulū imitatorē ipi⁹ q̄ de reſurre-
ctione diſſerēs ait granū tritici cadēs in terram niſi
mortuū fuerit ipm̄ ſolū manet/ ſi aūt mortuū fuerit
multū fructū affert. Similiter etiā ad Corinthios
inſipiēs ait qđ tu ſeminas nō viuificat niſi mortuū
fuerit: verū ne rurſus interrogēt qn̄ igit hec erūt in
memoriā p̄dicta reducēs ait: [Amē dico vobis non
preteribit generatio hec donec om̄ia fiāt.] Que oīa
dic queſo? Bella in hieruſalē/ fames intolerabilis/
peſtis inaudita: terremot⁹/ pſeudo chriſti: pſeudo ꝓ
phete/ p̄dicatio euāgelij in vniuerſo terraꝝ orbe: ſe-
ditiones/ turbationes/ cetera oīa q̄ ad aduentū vſq;
futura ſunt. Quō igit hec generatio dictū eſt? Non
de viuētib; tūc/ ſed de fidelib; dixit: vt ſolet viuēdi
ſcriptura vt qn̄ dicit: hec eſt generatio querentiū do
minū. Quid igit in ſuꝑiorib; dicebat: q2 oportet hec
oīa fieri. Et rurſus: Ubiq; p̄dicabit hoc euangeliū
id in hoc q̄ꝫ loco/ quia ſcꝫ hec om̄ia euenīēt: ⁊ fideliū
generatio nullo incōmodo diſſipata permāebit: ita
hieruſalē euerſa iudeiſq; in nihilum pene redactis a
nulla re fides ſuperabit. Non em̄ fames/ nō furor/
nō peſtis/ nō terremotus/ nō belloꝝ impet⁹/ nō pſeu
do chriſti/ nō pſeudo ꝓphete/ nō ſeductores/ nō q̄ tan
dem ꝑturbabūt: q̄ oīa nō falſi fratres: nō alia hmōi
temptatio aduerſus fideles ꝑualebit: in maiorē de-
inde fidem ipſos cōpellēs ait: [Celum ⁊ terra trāſi-
bunt: verba aūt mea nō preteribūt.] Facilius enim
inquit hec firma ⁊ imobilia deſtruent ꝗ̄ verba mea
poſſint decidere. Examinet oro ſi q̄s repugnet: et ſi
vera inueniet iam trāſacta ante oīno ab illis ad cre-
denda futura animū inducat: examinet inquā exqui
ſitiſſime ⁊ videbit exitum rerū hui⁹ ꝓphetie veritati
atteſtātē. Elemēta v̄o hec in mediū ꝑduxit/ partim
vt celo ac terra ꝑſtātior eccleſia ſignificet/ partim vt
vniuerſi creatorē ipm̄ eſſe oſtēdat. Et qm̄ de ꝯſuma
tione diſſeruit de re ſcꝫ q̄ a multꝭ nō credit: celū ⁊ ter
rā ī medio poſuit: vt ineffabilē virtutē ſuā oſtēderet
et magna cū poteſtate vniuerſi ſe dn̄m ſignificaret:
ex q̄b; om̄ib; vel nimiū ambigētes ad fidē prepararet.
[De die aūt illa ⁊ hora nullus nouit neq; angeli ce-
lorū neq; filius homīs niſi ſolus pater.] Et ꝙ dixit
neq; angeli/ repreſſit eos ne diſcere vellent qđ ange
li neſciūt. Eo v̄o ꝙ dixit neq; fili⁹: nō ſolū a diſcēdo:
ſed etiā a querēdo ꝓhibuit hac rōne id dictū eſſe: il-
lud oſtendit/ ꝙ poſt reſurrectionē curioſi⁹ querētib;
reſpōdit. Nūc em̄ multa ſigna dixit: tūc v̄o aperte re
preſſit dicēs: Nō eſt veſtrū noſſe tēpora vel momē-
ta. Deinde ne dicāt neglectos ſe atq; contēptos eſſe
qui nec haꝝ reꝝ digni videant: ſubiunxit que pater
poſuit ī ſua poteſtate. Magne nāq; ſibi cure fuit ho
norare illos ⁊ nihil qđ eis cōduceret et poſſent ferre
celare. Propterea patri iſtā noticiam attribuit/ rem
arduam eſſe oſtendens maiorēq; ꝗ̄ ipſi capere poſ-
ſent. Niſi autem ita ſit: ſed ipſe quoq; filius ignorat
quādo fiet: an vna nobiſcū quis hec vnꝗ̄ dicere po-
terit: patrē filius optime nouit ⁊ eo prorſus pacto q̄
pater filium: diem autē illā ignorat. Preterea etiā
ſpiritus dei ꝓfunda inueſtigat/ filius v̄o nec tēpus
quidem nouit. Sed quomō quidē iudicare oporte-
at nō fugit eum/ ⁊ archana ſinguloꝝ clam eo nō ſūt:
qđ autem multo vilius eſt: id ignorat. Adhuc quo-
modo is per quē omnia facta/ ⁊ ſine ipſo factū eſt ni-
hil: diem illam ignorabit? Qui em̄ ſecl'a fecit: is ꝑfe
cto creauit ⁊ tēpora ⁊ diem ꝓduxit. Quō igit q̄ ipſe
ꝓduxit ignorat? Deinde vos vel ipſi⁹ ſubſtantiā fi-
lij nō ignorare affirmatis: filio v̄o nec illius dei co-
gnitionē cōtenditis: filio dico qui ſemꝑ in ſinu patrꝭ
eſt. Et certe multomagis immo vero abſq; compa-
ratione maius quid ſubſtantia filij eſt ꝗ̄ dies illa.
Quomodo igitur cū maiora vobis attribuatis hec
minora filio concedere nō vultis? in quo ſunt om̄es
theſauri ſapientie ⁊ cognitiōis occulti? Sꝫ neq; vos
ſcitis que nam ſit ſubſtantia dei: ꝗuis furore incita-
ti hoc affirmetis. Neq; filius diem illum ignorat:
quapropter cum omnia dixerit ⁊ tempora ⁊ tempe-
ſtates expoſuerit: ac ad ipſas demū ianuas peruene
rit: prope eſt in ianuis inquit ſilentio eam tradidit.
Ita ſi diem atq; horam curioſe ſcrutaris nō audies
a me ait: Sin vero tempora ⁊ initia nihil eelabo: ſed
omnia tibi exacta dicam diligentia. Multis enim
tibi oſtendi non eſſe mihi diem illam ignotam/ ſpa-
cia tempoꝝ/ ⁊ res venturas tibi predixi/ ⁊ ꝗ̄tum ex
hoc tempore ad illum diem. Idem mihi ficus para-
bola deſignauit: ad ianuas deniq; ip̄as te duxi: oſti-
um vero ſi volo tibi aperire ex comodo etiam tuo id
facio. Sed vt aliunde quoq; diſcas nō ex ignorati-
one ipſum dicere recuſaſſe ad ea que dicta ſunt/ aliud
quoq; ſignum proponit dicens: [Sicut erāt in die
bus Noe ante diluuiū comedentes ⁊ bibētes nubē-
tes ⁊ nuptui tradētes vſq; ad diem qua venit dilu-
uiū ⁊ ſuſtulit vniuerſos ⁊ nō cognouerunt donec ve
nit diluuiū ⁊ tulit omnes: ſic erit ⁊ aduent⁹ filij ho
minis.] His verbis repente ac non expectatum in-
ter hominū delicias ſe venturum oſtendit: qđ pau-
lus quoq; denotauit dicens: Cum pacem ⁊ ſecuri-
tatem dicant tūc repentina eis īminet ꝑnicies: ſicut
part⁹ dolores ei que habet in ventre. Quō aūt poſt
tribulationem illorum dierum ait: Si delitiarum
laſciuia/ ſi pax/ ſi ſecuritas/ ꝓin paulum futura eſt: ſi

delitijs laſciuiūt: quō tribulanť? Pax ⁊ laſciuia in-
ſenſatis erit. ꝓpterea nō dixit pacem ⁊ ſecuritatē/ in-
ſaniam coꝝ hoc modo dicendi oſtendens ſicut ⁊ qui
tempore Noe fuerāt: q̄uis multis in malis eſſent/
delitijs tamē diffluebant: iuſti aūt nō ita ſed cum tri-
bulatione atqꝫ meſticia vitam trahebant. Hinc eti-
am aperitur quia cum antichriſtꝰ venerit licentius
omni turpi voluptate iniqui et q̄ ſalutem ſuam de-
ſperabunt vtentur. Tunc ad explendum furorem
mentis multi ſtudebunt. Crapula tunc ⁊ temulen-
tia ſummopere vigebit: quapropter et cōgruo vſus
exemplo ē. Nam quēadmodū ⁊ cū archa fieret aper-
te futuꝝ ꝓnunciauit diluuiū: illi autē nō credentes
tanq̄ nullo malo venturo laſciuiebāt: ſic antichriſtꝰ
apparebit: poſtq̄ cōſumatio ⁊ intolerabiles pene ſe-
quentur. Ex autē voluptatibꝫ ſuis quaſi temulētia
quadā detenti futura nō ſentirēt: ideo paulus dice-
bat veluti dolores in vtero habētis ſic illis terribi-
lia ⁊ intolerabilia aderūt. Quare aūt ſodomoꝝ ma-
la nō dixit? Uniuerſalem predictāqꝫ cladem ⁊ mini-
me creditā exempli loco ꝓponere voluit: vt quoniā
apud multos futura nō credunť a ſimilitudine p̄te-
ritoꝝ moueanť animo atqꝫ credāt. Ad hec illud etiā
oſtendit: quia ⁊ priſcoꝝ ipſe conditor eſt. Aliud dein-
de ſignū ponit quibꝫ omibꝫ efficiť: nequaq̄ ſe illum
diem ignorare. Qđ autē eſt ſignū? [Tunc duo erūt
in agro vnus aſſumeť ⁊ vnus relinqueť. Due mo-
lētes in mola vna aſſumeť ⁊ vna relinquetur. Duo
in lecto vnus aſſumeť: ⁊ vnus relinqueť. Uigilate
igiť quia neſcitis qua hora dominus veſter ventu-
rus ſit.] Hec omnia (vt dixi) ⁊ ip̄m nō ignorare de-
notant/ ⁊ diſcipulos ab interrogando auocant. Cu-
ius rei gratia: dierum quoqꝫ Noe mentionē fecit/ et
duos in lectulo dixit ſignificans: quia inexpectatꝰ
ab omnibus fere et quietis tempore aduenict: duē
quoqꝫ molentes ad ipſum idem nullam ſollicitudinē
ſignificant: ⁊ ad hec quia ſerui ⁊ domini ⁊ aſſumun-
tur ⁊ relinquunť tam qui in ocio tam qui in labore
et alia atqꝫ alia dignitate prefulgent. Sicut in vete-
ri quoqꝫ ſcriptura diciť. A ſedente in ſolio vſqꝫ ad ca-
ptiuam que in mola eſt. Quoniā enim iam dictū eſt
difficile diuites ſaluari: iccirco neqꝫ iſtos oēs peritu-
ros: neqꝫ pauperes econtrario ſaluari oēs: ſꝫ vtriqꝫ
et ſaluari ⁊ perire modo oſtendit. Mihi autē videť
ex hoc etiam ſignificari nocturno illum aduētū tem-
pore futurū: qđ etiam lucas aſſerit. Uides quomō
vniuerſa ſibi apertiſſime patent. Deinde ne rurſus
interrogent continuo ſubiunxit: Uigilate igiť quia
neſcitis qua hora dominus veſter venit: nō dixit ſe
neſcire ſed quia ipſi neſciunt. Ita tamen eos ad ip̄am
pene horam deduxit atqꝫ ſtatuit: et curioſiores red-
dere cupiens ab interrogando auocauit: vigilate di-
cens neſcitis ⁊c̄. vt oſtenderet hac ſe de cauſa dicere
noluiſſe. [Illud autem ſcitote quoniā ſi ſciret pater-
familias qua hora fur venturus eſſet vigilaret vti-
qꝫ ⁊ non ſineret perfodi domū ſuā. Ideo et vos eſto-
te parati qꝛ qua hora nō exiſtimať filiꝰ hoīs veniet]
Propterea igitur hec dicit ipſis/ vt vigilent/ vt iu-
giter parati ſint/ quia qua non exiſtimant hora ven-
turus eſt. Sollicitos igitur facit ⁊ curioſos/ ne vn-
q̄ virtutem negligāt. Tale quid autem eſt quod di-
citur: Si preſcirent homines quādo morituri ſunt:
diligentiam ſuam circa illam horam oſtenderēt. Ne
igitur in illo ſolūmodo tempore ſed continue diligē-
tes ſint/ nec generalem nec ſingularem horam pre-
dicit: vt ſemper expectando ſemper vigilent: hac em̄
ratione terminum vite nō occuluit. Deinde liquido
adeo vt nunq̄ liquidius dominum ſeipſum appel-
lauit. Hec autem etiam ad erubeſcētiā deſidie mihi
dicta videntur: maiorem enim diligentiam habent
furem expectantes q̄ ſalutis anime ſue: vigilant em̄
tunc ne aliquid ſibi ſubripiatur. Uos vero q̄uis cer-
te ſciatis venturum dominū: nō perſeueratis tamē:
neqꝫ ita vigilatis/ vt poſſitis nō impreparati ex hac
vita diſcedere: quapropter cum pernicie dormienti-
um dies ille venturus eſt. Nam quēadmodū nō le-
deretur ille furto ſi furem ſciret venturum: ſic ⁊ vos
quoniam ſcitis dominū ventuꝝ paratiores eſſe de-
betis. Ceterum quoniā iudicij mentionem fecit/ ad
doctores etiam vertit orationem de pena ⁊ meritis
diſſerens: et primo bonis collocatis ad peccatores
exitum facit/ comodiſſime orationem concludens.
[Quis ergo inquit fidelis ſeruus et prudens quē
conſtituet dominus ſuper familiā ſuam dare eis ci-
bum in tempore ſuo: beatus ſeruus ille quē cum ve-
nerit dominus eius inuenerit ſic facientē. Amen di-
co vobis quoniam in omnibꝫ ſuis ꝯſtituet eū.] Dic
queſo num ⁊ hoc ignorantis eſt? Nam ſi quoniā nec
filiū ſcire datū eſt ignorare ip̄m affirmas. Quid mō
dices cum dubitando dicere videať: quis igiť fide-
lis ſeruus? An ⁊ hoc ip̄m ignorare confinges? Ne-
quaq̄: nullus enī niſi mēte captus id diceret: at qui
cauſam de illo dicere poſſumus: de hoc ꝟo nullam.
Quid porro quādo interrogādo dicit: petre diligis
me? neqꝫ illud ſciebat: aut quando querit vbi poſui-
ſtis eū? Ego ꝟo etiā patrē ita loquentē inuenio. Ip̄e
enī eſt qui dicit: Adam vbi es? ⁊ clamor ſodomorum
multiplicatꝰ eſt in me: deſcendens igiť videbo ſi ſm
clamorē venientē opera fiant: ſi aūt nō ita vt cogno-
ſcam: ⁊ alibi: ſi forte audierint: ſi forte intellexerint:
et in euangelio: verebunť fortaſſe filiū meū/ que oīa
verba q̄uis ignorationē ſignificēt: nō ignorās tñ ſꝫ
(vt eum decet) diſpēſans ita dicebat. De adam q̄ il-
lo modo queſiuit: vt in excuſationē peccati eū indu-
ceret. De ſodomis aūt ita locutꝰ eſt vt nos erudiret
nihil antea eſſe determinandū q̄ ad rem ip̄am certiꝰ
ꝑueniremus. Per ꝓphetā aūt ambigue loqui videť
ne p̄dictio inobedientiā neceſſario facere videretur.
In euāgelio ꝟo oſtendere voluit/ qꝛ revereri filium
debuiſſent. Hoc aūt in loco ne rurſus curioſiꝰ per-
ſcrutentur: et adhuc vt quod rarius eſt pluris oſten-
dat. Expende autem qualem hec verba ignorantiā
ſignificare poſſunt: ſi quidem a te conſtitutum ꝑ fa-
miliā tuam ignorare nō potes. Preterea beatificat
quidem eum: beatus em̄ inquit ſeruus ille/ q̄s vero
ſit ſilentio tradidit: quis em̄ eſt aut quomodo conſti-
tuet dominꝰ ſuꝑ familiā ſuā quē inueniet ſic facien-
tem: hec nō de pecunijs ſolūmodo/ verūetiam đ ver-
bis/ de virtute/ de omi diſpenſatiōe ſingulo homi-
ni cōceſſa dicta ſunt. Hec parabola vel ad gerentes
gubernātes ſeqꝫ rempublicā acomodari poteſt: docet
em̄ vnūquēqꝫ ad cōmunē vtilitatē omia cōferre que
ſua ſunt/ ſiue ſapientiā/ ſiue principatū/ ſiue q̄cquid
aliud/ nō ad detrimentū cōſeruoꝝ nec ad ꝑditionem
ſuā. quapropter vtrūqꝫ ab eo flagitat/ prudētiā ſcilꝫ
cet atqꝫ fidem. Delicta em̄ ab amētia originē habēt:
fidem igiť appellat: quoniā nihil ex rebꝫ domini ſibi
attribuit: nec incaſſum quicq̄ expendit. Prudenter



autē qꝛ diſpenſare nouerit: oportune ſiquidē vtraqꝫ
re nobis opus eſt: ne ſcꝫ que dn̄i ſūt ad ꝓprios vſus
rapiamus: ⁊ vt oportune oīa diſpenſemus. Nam ſi
alterū hoꝝ abſit/ eius abſentia alteꝝ omino claudi-
cat. Si em̄ fidelis ita ſit vt nō fureť: diſperdat autē
nō neceſſaria cōſumens impendio: non paruū id cri-
men eſt. Sin ꝟo ecōtrario recte diſpenſet/ ſibi vero
acumulet/ ingens rurſus hec culpa. Audiamꝰ etiā
qui pecunioſi ſumꝰ. Nō em̄ doctoribꝫ hec ſolū: ſꝫ di-
uitibus etiā dicit/ cum vtriſqꝫ dn̄s diuitias ſuas cre-
diderit: maximas quidē doctoribꝫ ſed locupletibus
etiam nō paruas. Si ergo docētes maiores diuiti-
as ſemināt atqꝫ diſpergāt: vos aūt nullā in minori-
bus liberalitatē oſtēdatis (cur liberalitatē ⁊ nō gra-
titudinē dixi: nō enī veſtra ſed aliena tribuitis) que-
nam vobis futura eſt excuſatio? Sed interim anteq̄
de punitione dicať/ approbati premia ſerui qualia
ſint audiamꝰ. Amen em̄ dico vobis in omnibꝫ ſuis
conſtituet eum. Quid hoc honore maiꝰ? que oratio
hanc dignitatē/ hanc beatitudinē/ aſſequi poterit cū
celoꝝ conditor cui oīa ſeruiūt hominē in omibꝫ ſuis
cōſtitutꝰ eſt? Preterea ⁊ prudētē eū appellauit/
quia nouit magna ꝓ paruis ꝑdenda nō eſſe/ qꝛ mo-
derate vitam hic ꝑagens celos conſecutus eſt. Dein-
de qđ ſemꝑ factitat nō a bonoꝝ p̄mijs tm̄: ſed a pra-
uorū etiam pena audiētes corrigit ac ideo ſubiecit:
[Si autē dixerit malus ſeruus in corde ſuo tardat
dn̄s meus venire ⁊ inceperit cōſeruos ſuos verbe-
rare comedat autē ⁊ bibat cum ebrijs: veniet domi-
nus ſerui illiꝰ in die qua nō eſtimat ⁊ in hora quam
nō nouit ⁊ diuidet eū ⁊ partem eiꝰ cum hypocritis
ponet: ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū.] Si ꝟo quiſ-
piam opponat: perſpicis que cogitatio ſeruo venit/
q̄ dies ille ignotus eſt: tardat em̄ inquit dn̄s meꝰ.
Illud reſpondebimꝰ: nō qꝛ dies ille ignotꝰ ſit/ ſꝫ qꝛ
ipſe nequā hec cogitat: q̄ em̄ ob rem nihil hmōi fide-
lis ille prudenſqꝫ ſeruus cogitauit. Quid em̄ refert
miſerrime omniū ſi dn̄s tuus tardat tum cū omino
venturū nō ignores? Cur ergo diligēti ſtudio nō in-
cumbis? Ego ꝟo econtrario huic precipi contendo:
nō tardare dn̄m ſꝫ iniqui ſerui hec de tarditate ſen-
tentia eſt ꝓpter quā etiam accuſať. Ex ꝟo nō tardat
paulus quoqꝫ confirmat dicens: dominus prope ē
nihil ſolliciti ſitis: ⁊ qui vēturus eſt veniet ⁊ nō tar-
dabit. Sed que ſequunť audi vt diſcas quomō cre-
bro in memoria ignoratū illū diem reducat/ ſignifi-
cās ſeruis iſtud eſſe perutile ac ſufficiēs a ſomno eos
excitare. Nec refert ſi multi nihil vtilitatis hinc con-
ſecuti ſint. Nam nec etiam ab alijs iuuantibꝫ lucrati
aliq̄d ſunt: ſed tamen ip̄e nunq̄ ceſſat facere que ſua
ſunt. Quid deinde? veniet inquit in die qua nō exi-
ſtimat et in hora quā non nouit ⁊ extremis eum cru-
ciabit tormentis. Perpendis quomodo vbiqꝫ igno-
rantiam hanc repetit: tum vt vtilitatē eius oſtēdat:
tum vt ſemper diligentiores eſſe faciat: hec em̄ res/
vt ſcilicet nos ſemper diligētiores eſſe faciat: hec enī
res/ vt ſcilicet nos ſemꝑ vigilemus precipuo illi eſt
ſtudio atqꝫ cure/ ac quoniā calamitatibus oppreſſi
magis corrigimur: delitijs vero atqꝫ ocio corrum-
pimur. Iccirco vbiqꝫ in remiſſiōe atqꝫ quiete ventu-
ra mala prenunciat. Et vt in ſuperioribꝫ ꝑ tꝑa Noe
hoc ip̄m ſignificauit: ita hic quādo ſeruus ille temu-
lentie ſe dedit/ quando cōſeruos inflatus verberat/
tunc intolerabilis eſt pena. Sed nō penam ſolū-
modo illius/ verum diligentius cōſideremꝰ ne ipſi
quoqꝫ ſimilibus ſimus obnoxij. Huic em̄ ſimiles ꝓ-
fecto ſunt qui pecuniā habentes pauperibꝫ non ero-
gant: diſpenſator etiā tu es pecuniaꝝ tuarū non mi-
nus q̄ qui eccleſias gubernāt. Quēadmodum igiť
illi nō habent poteſtatē ea que a nobis ſunt pauperi-
bus temere diſpergere: q̄uis ad alimenta pauperū
conſtituta ſunt: pari tu quoqꝫ modo nō debes teme-
re tua cōſumere. Nam ⁊ ſi paternam hereditatē ac-
cepiſti: tua que habes ſunt: dei tñ ſunt vniuerſa. De-
inde ſi tu diligenter que dediſti vis diſpenſari: deū
autē nō arbitraris maiore acrimonia a nobis ratio-
nē diſpēſationis petituꝝ ſed laturū vt perperā cūcta
diſperdanť. Non eſt ita nō eſt. Ideo etenī ⁊ apud te
pecuniā eſſe paſſus eſt./ vt alimenta pauperibus in
oportunitate cōcedas. Quid eſt porro in oportuni-
tate? Cum egeant cū fameſcāt. Sicut igiť tu conſer-
uo ad diſpenſandū dediſti ſic dn̄s tibi vt importune
impendas. Cūqꝫ poſſit auferre relinquit tñ vt virtu-
tis habeas facultatē/ vtqꝫ altero alterius egente fer-
uentiore oēs inter ſe charitate vinciret. Tu vero cū
acceperis nō modo haut prebes verūetiā verberibꝫ
cedis. Ex ſi culpa non dare eſt: que venia erit verbe-
ranti? his verbis cōtumeliatores ⁊ rapaces ſuboſtē-
dere mihi videť: vehemēter eis intentās: cum ver-
beribꝰ eos cedāt quos alere debeāt. Delitiātes aūt
etiam atqꝫ laſciuientes inquit cū temulētis: vētris
voraginē ſignificās: hec dicit: Non em̄ accepiſti vt
deuorare habeas: ſed vt ad elemoſynā vtaris. An
forſan tua te credis habere/ res pauperū tibi credi-
ta eſt etiam/ ſi laboribus iuſtis/ etiam ſi hereditate
paterna in te peruenerint. Num putas non potuiſſe
deū abs te hanc pecuniā auferre? Sed ideo non fe-
cit/ quia te dn̄m eſſe vult benignitatis erga paupe-
res. Tu aūt diligenter perpende quō in omibꝫ fere
parabolis ille poniť/ qui ſua pecunia probe vſus nō
eſt. Nā neqꝫ ꝟgines aliena rapuerūt: ſꝫ ſua nō eroga-
uerūt neqꝫ q̄ talentū ſuffodit/ aliena inuaſit/ ſꝫ qꝛ ni-
hil addidit: neqꝫ q̄ eſurientē p̄terierūt ꝓpť alienorū
rapinam cruciant: verū quia ſua quēadmodū et hic
ſeruus nō ſeminauerunt. Audiamus igiť quicunqꝫ
ventri ſeruimus: quicunqꝫ ad opipare cōparandas
cenas pecuniā cōſumimus: que nō noſtra ſed indigē-
tium eſt. Noli enim quoniam magna domini beni-
gnitate quaſi tua erogare iuſſus es. Iccirco etiā tua
arbitrari mutuo tibi cōceſſit vt probitatē inde que-
ras. Noli ergo putare tua eſſe que habes: ſed q̄ do-
mini ſunt domino prebe: nec em̄ etiam ſi tu cuipiam
mutuo cōtuliſti vt aliquid inde lucrari poſſit illius
pecuniā eſſe aſſereres. Similiter ergo deꝰ tibi pecu-
niam tradidit vt celū merceris. Quare non eſt beni-
gnitatis ſue cumulus ingratitudine tua euertēdus
Ueniat in mentē tibi/ q̄ optabile erat oīa poſt baptiſ-
mū remiſſiōes pctōꝝ inuenire/ ſi elemoſyna ad delē-
da peccata cōceſſa nō eſſet. O quot hoīes dicerent:
vtinā poſſemꝰ pecunijs a futuris nos malis redime-
re: nunc ꝟo cum hoc ꝑ elemoſynam facere poſſint tor-
pent rurſus ⁊ decidunt. Sed p̄beo inquies. Quid
prebes? nunq̄ certe tantū dediſti q̄tum mulier illa
q̄ duos obolos erogauit: imo vero nec mediam qui-
dem partem nec ſubmultiplicem eius quod illa ob-
tulit p̄ſtitiſti: ſed inani vniuerſa ſumptu eijcis. Ma-
gnifica conuiuia ⁊ potatiōes inebriātes excogitas:
modo tu alios vocas: mō vocaris ab alijs. Ita nūc

tu cōſumis/nūc alios cōſumere cogis ⁊ duplicē tibi
preparas cruciatū: alteꝝ ab his ꝗ tu: alteꝝ ab his ꝗ
alij hortatu faciūt tuo. Uide igit̃ hunc quoqꝫ famu-
lum quoniā edat ⁊ bibat cum temulentis accuſari.
nō em̄ eſus ſolum: verūetiā eos qui cum illis viuūt
torquebit. Nec iniuria quidē. Nam ⁊ ſeipſos corrū
punt et ꝓximoꝝ ſalutē negligunt. Nulla ꝟo re alia
deꝰ magis irritat̃ ꝗꝫ ſi ꝓximi cōmoditatē deſpicias:
quapropter vt irā in iſtos oſtēdat: in duas incidi ſer
uū illū ꝑtes imperauit: hac de cauſa ſuorū inſignem
diſcipuloꝝ charitatē eſſe affirmauit: qm̄ diligentem
neceſſe eſt de dilecti vtilitate meditari. Hāc igit̃ viā
teneamus ꝗ nos maxie ad celos ꝑducet/ꝗ xp̄i faciat
imitatores/que deo ꝗꝫtum fieri poteſt ſimilimos cō
ſtituet. Perſpice autem eas quoqꝫ virtutes magis
neceſſarias eſſe que iuxta viam hanc tentoria poſue-
runt. Et ſi placet diligentiꝰ id inueſtigemus: ſenten
tiamqꝫ ſm̄ ſcripturā proferamus: poſſunt ergo due
ad vitam maxime vie perducere/ quarū altera via-
tori dūtaxat: altera etiam proximo cōducat. Conſi-
deremus igit̃ vtra magis comprobet̃ et ad apicem
nos perducat virtutis. Illum igitur qui ſua dūta-
xat querit: crebro paulus criminat̃/ quādo ꝟo pau
lum dico chriſtū dico: hunc ꝟo laudibꝫ proſequitur:
qđ vt pateat ip̄m audiamus: nemo qđ ſuum eſt que
rat ſed qđ eſt proximi vnuſquiſqꝫ. Uides quomō al
terū eiecit: alterum amplexus eſt/ ⁊ rurſus vnuſqſ-
qꝫ veſtrū ꝓximo placeat ad edificationē. Deinde mi-
rabilem laudem admonitione mixtā ſubiunxit. Nā
et xp̄s nō ſibiipſi placuit/ ſed ꝗꝫuis victoria iam ex
ſentētia pauli appareat: tamē vt maiori cumulo me
lior pars excedat: videamus que virtutes in nobis
dumtaxat terminant̃: que aūt a nobis ad alios etiā
tranſeūt. Ieiunare igit̃/ humi iacere/ virginitate flo
rere/ moderate viuere: hec oīa ip̄is qui faciūt vti-
lia ſunt ⁊ a nobis in nos tranſgrediunt̃/ elemoſyna/
doctrina/ charitas. Audi aūt quid de his dicit pau
lus: Si oīa que habeo in panes pauperū diſpergā/
et corpus meū tradam vt vrat̃: charitatē aūt nō ha-
beam: nihil mihi ꝓſunt. Ita perſpicuo charitas pre-
conio ⁊ laudat̃ et coronat̃. Sed ſi vultis tertio etiā
pedem conferā et pugnabo: ⁊ ponat̃ quēpiam ieiu-
nare martyrio cōprobari atqꝫ cremari: Aliū vero ad
edificatōez ꝓximi martyriū differre nec differre mō:
ſꝫ etiā abſqꝫ martyrio ꝺcedere: vter igit̃ pꝰ hāc ꝑegri
natiōnē maior erit? Nō eſt nobis multis in hoc loco
rationibꝫ opus/ nec longiore diſputatione/ cum ma
gna voce beatus paulus ſententiā iam ꝓtulerit di-
cens: Cupio diſſolui ⁊ cum chriſto eſſe: meliꝰ mihi
in carne autē adhuc ꝑmanere ꝓpter vos magis ne-
ceſſariū eſt. Ita proximi edificationē potiorē duxit ꝗꝫ
reſolui/ ⁊ eſſe cum xp̄o. Et certe ſi maxime vis eſſe cū
chriſto/ volūtatē eius facias: voluntas autē eiꝰ illa
precipua eſt: vt ꝓximo cōducere ſtudeas. Uis vt et
aliunde tibi hāc ſentētiā corroborē. Amas me petre
inquit paſce oues meas. Cū tertio ip̄m īterrogaſſet
hec amoris argumentū eſſe cōfirmauit: qđ nō ad ſa
cerdotes ſolūmodo dictū eſt/ verūetiā ad ſingulos
noſtrū: quibꝫ vel minimꝰ quidē grex cōmiſſus eſſe
videt̃: nec em̄ qꝛ minimꝰ eſt negligi debet/ pater nā
qꝫ meus cōplacuit in ip̄is. Habet vnuſquiſqꝫ noſtꝝ
ouem: ad pinguia eam paſcua ducat. Cūqꝫ a lectulo
paterfamilias ſe receperit/ nihil aliud querat/ ꝗꝫ vt
ea faciat atqꝫ dicat/ quibꝫ incrementa religionis do
mui vniuerſe adijciet. Mater autē familias domū
quidē cuſtodiat ſed multo magis ꝓcuret quō que ad
celos ꝑtinent vniuerſa familia operet̃. Nam ſi in re
bus ſecularibꝫ anteꝗꝫ domeſtica diſponamus/ que
reipublice debent̃ perſolui curamus/ ne hoꝝ vecti-
galiū cauſa in forū pertractari ac cedi vituperemur:
quātomagis in ſpiritalibꝫ oportet/ que creatoris dei
et regis omniū ſunt prius diſponere/ ne illo ꝑtraha-
mur vbi dentiū ſtridor eſt. Has igit̃ amplectamur
virtutes que nobis ſalutares ⁊ ꝓximo ꝑutiles ſunt.
Tale quid elemoſyna eſt: tale oratio: īmo ꝟo etiam
hoc ab illa vires atqꝫ alas aſſumit. Orationes inqt
et elemoſyne tue in cōſpectu dei aſcenderūt: nō autē
ſola oratio: verūetiā ieiuniū inde corroborat̃. Quip-
pe ſi elemoſyna abſqꝫ ieiunijs nec ieiuniū qdē ħ repu
tatur/ cū vētris ſeruo ac temulēto ꝗ ita ieiunat dete-
rior ē tātoqꝫ peior: quāto crudelitas delicijs nequi-
or eſt. Cur de ieiunio ita loquor cū ipſa caſtimōia et
ꝟginitas elemoſyna carēs ex thalamo ſpōſi eijciat̃:
Et quāꝗꝫ adeo magna qdē res ꝟginitas ſit vt ꝓpter
excellentiā ſuā nec in nouo teſtamēto neceſſitate legꝭ
ſuccubuerit: ſꝫ tn̄ niſi elemoſyna ip̄am comitet̃ eijci-
tur: qđ ſi ita eſt ſicuti certe eſt: ꝗs elemoſyna cōtēpta
veniā impetrabit? nullus ꝑfecto: ſi perire neceſſe eſt
eū ꝗ elemoſyna caret. Nā ſi ī rebꝫ ſecularibꝫ nemo ſi-
bi ſoli viuit/ ſed tā opifex ꝗꝫ miles/ tā agricola ꝗꝫ mer
cator/ ad cōmunē vtilitatē ꝓximis etiā oēs cōferūt:
multomagis in ſpūalibꝫ id faciendū eſt: hoc em̄ ma-
xime vita eſt: alijs ſcꝫ etiā ꝓdeſſe. Nam qui ſibi viuit
ceteros oēs negligēs ⁊ vita eiꝰ ſuꝑuacanea eſt et ip̄e
ſuꝑfluꝰ: nec hō generis nr̄i. Quid igit̃ inquies mea
ne cōtemnā et ea que aliorū ſunt curem? Non negli-
git ſua qui aliena ꝓcurat: qui em̄ aliena querit nemi
nem ledit: oēs miſeratur: ꝓ viribus vnicuiqꝫ ꝓdeſt/
a nullo rapiet/ nulliꝰ bona inuadet/ nō furabit̃/ nō
falſum teſtimoniū dicet/ ab omni malignitate abſti
nebit/ omnē virtutē amplectet̃/ libenter ꝓ inimicis
orabit/ inſidiatoribꝫ benefaciet/ nemini cōuitiabit̃/
nemini maledicet: etiā ſi cēties ab alijs ledat̃. Sꝫ il-
la diligēter ap̄li ꝟba ſecū crebro reuoluit: Quis in-
firmat̃ ⁊ ego nō infirmor? Quis ſcādalizatur ⁊ ego
nō vror? Si ꝟo nr̄a ꝗramꝰ/ nō oīno hinc de alienis
ꝗꝫ curabimꝰ. His oībꝫ ꝑſuaſi nō poſſe ſalutē nos
cōſequi niſi cōmune comodū queramꝰ/ ⁊ huiꝰ ſerui
in duas partes partitiōe admoniti/ et eiꝰ ꝗ talentū
ſuffodit cruciatu ꝑterriti: meliorē viam donec poſſi-
mus eligamꝰ vt eterna ꝗꝫ regna poſſidere poſſimꝰ
gratia ⁊ miſericordia dn̄i noſtri ieſu chriſti Amen.

Homelia. LXXIX. Ex capitulo. XXV.

**Tunc ſimile erit regnum celo-
rum decem virginibꝰ que ac-
cipientes lampades ſuas obuiam
ſponſo exierūt. Quinqꝫ autem ex
ipſis erant prudentes et quinqꝫ fa
tue: que fatue accipientes lampa-
des ſuas non acceperunt ſecū ole-
um: prudentes autem acceperunt
oleū in vaſis ſuis cū lāpadibꝰ ſuis
Tardāte aūt ſpōſo ⁊c. vſqꝫ ad illō.**



**Ab eo aūt qui nō habet ⁊ qđ vide
tur habere tolletur ab eo inutilem
ſeruū eijcite ī tenebras exteriores:
vbi erit fletus et ſtridor dentium.**

Parabole iſte priori de fideli ⁊ ingrato ſeruo qui
rem dn̄i diſperſit ſimilime ſunt. Quattuor em̄ ſunt
oēs diuerſo itinere nos eodem conducētes. Om̄es
em̄ ad elemoſynā capeſcendā concitamur. Et vt ꝗ-
buſcunqꝫ modis poſſumꝰ cū non poſſibile aliter ſal-
uari ꝓximoꝝ vtilitati eſſe ſtudeamꝰ. Sꝫ in ſuperio
ribus de omni vtilitate quā ꝓximo conferre poſſu-
mus. In parabola vero de virginibus de illa preci
pue ꝗ pecunijs fit elemoſyna loquit̃: multoqꝫ vehe
mentiꝰ ꝗꝫ in ſuꝑiori ꝑabola. Nam ibi cedentem ꝓxi-
mos/ temulentū/ ⁊ rem dn̄i diſſipantē atqꝫ perden
tem atrociter punit: hic ꝟo eū qui emolumēto alijs
nō eſt/ nec acumulate indigentibꝫ miniſtrat: vſe nā-
qꝫ fuerūt elemoſyna ſed qꝛ copioſe nō fecerāt torquē
tur. Cuius autē rei gratia nō ſimpliciter qualēcūqꝫ
perſonā poſuit: ſed virginibꝫ hanc parabolā acomo-
dauit? De ſublimitate virginitatis iam dixit eunu-
chos eſſe nōnullos qui ſe ꝓpter regnum celoꝝ caſtra
runt/ ⁊ qui capere poteſt capiat. Nec ignorat vulgo
magnā de virginibꝫ exiſtimationē fieri/ quippe res
natura ſublimis eſt: qđ inde patet/ qꝛ nec apud vete
res a priſcis illis ſanctiſqꝫ viris coli potuit: ⁊ pꝰ gra
tiam nulla legis neceſſitate iubet̃: nō enī imperauit:
ſed volūtati fideliū cōmiſit. Unde paulus ꝗꝫ ait: de
virginibꝫ autē preceptū domini nō habeo: ⁊ laudo
quidem eum qui nō vult neqꝫ preceptum id facio.
Quoniā igit̃ ⁊ magna res erat ⁊ maioris apđ mul
tos exiſtimatiōis ne quis ea re ꝑacta quaſi nullo in-
digens negligentior in alijs ſit: Hanc parabolā po
ſuit: vt oſtendat qꝛ ſi cetera vniuerſa virginitas ha-
buerit ⁊ caruerit elemoſyne fructibꝫ/ cum fornicato
ribus et inhumanis eijcit̃ cum quibꝫ immiſericors
cōſtituit̃. Non eſt autē ⁊ pecunie par cupiditas: ſed
acrior multo atqꝫ vehementior corporū eſt. Quāto
igitur imbecilliori reluctamur/ tanto minus ſi vin-
cimur venia digni ſumus. Iccirco ⁊ fatuas appella
uit: quoniā difficilioribus ſuperatis faciliora perdi
derunt. Lampades aūt hic ipſius virginitatis no-
minat donū/ ⁊ mundiciā ſanctitatis. Oleū ꝟo beni
gnitatem: elemoſynā patrociniū indigentiū. Spon
ſo aūt tardante cōniuerūt omnes ⁊ dormiebāt. Nō
paruū temporis rurſus ſpaciū interiectū oſtēdit opi
nionē diſcipuloꝝ reprimēs qui cōfeſtim regnū eius
futurū ſperabāt. Quapropter crebro ab hmōi eos
ſpe remouet. Ad hoc ſomnū quēdā eſſe mortē deno-
tat: dormiebāt em̄ inquit: [Ad mediā autē noctem
clamor factus eſt.] Aut ī parabola qm̄ dormiebāt
dixit cōmorat̃. Aut rurſus in nocte futurā reſurre-
ctionē oſtendere voluit. Clamorē etiā paulus cōme
morat in iuſſione in voce archangeli in vltima tuba
deſcendet de celo. Quid porro tube volūt: ⁊ ꝗd cla-
more illo dicere? Sponſus venit: apparatis ꝗ lam-
padibus fatue dicūt ad prudētes: [Date nobis de
oleo veſtro.] Rurſus fatuas appellauit/ vt nihil a-
mentius eſſe oſtendat ꝗꝫ pecuniā in hac vita collige
re/ ⁊ nudos nos ꝓficiſci vbi maxime benignitate in-
digemꝰ/ vbi miſericordia nobis opus eſt. Preterea
ſperantes ibi ſe oleum inuenturas/ increpeſtiue que-
ſierunt: quāꝗꝫ autē nihil humanius illis virginibꝫ
fuerit: que hac re precipue fulſerūt nō totū petebant.
date enim nobis ex oleo veſtro inquiūt ⁊ neceſſitatē
oſtēdebāt extinguunt̃ em̄ lampades noſtre: ſed tn̄ re
pulſe ſunt/ nec humanitas eaꝝ a quibꝫ petebat̃ nec
petitionis facilitas/ nec petentiū neceſſitas vt impe
trarent effecit. Quid igit̃ hinc docemur? Quia vide
licet nullus nos qui opera ꝑdiderimꝰ defendere ibi
poterit: nō qꝛ nollet: ſed quia nō poteſt: videmꝰ em̄
prudētes ad impoſſibilitatē confugere: qđ et abraā
ille denotauit dicens: Magnꝰ inter nos atqꝫ vos
hiatus exiſtit: adeo vt nec volentes ꝑtranſire traijce-
re poſſint. [Ite aūt ad vendētes ac emite.] Qui por
ro vendunt? Qui pauperie premunt̃. Ubi vero iſti
reperiunt̃? In hac ſolūmodo vita: hic ergo nō ibi ꝗ-
rendi ſunt. Uides ꝗꝫ magnas ab inopibus merces
negociemur: ſi hos tollas magnā noſtre ſaluti ſpem
euertiſti. Hic igit̃ oleū colligendū eſt: vt ibi cū tēpus
fuerit paratū nobis adſit. Nō em̄ illud tēpus igna-
uie: ſed hoc cōgregatiōis eſt. Noli ꝗ in delitijs luxu
inaniqꝫ gloria fruſtra cōſumere que habes/ cū mul-
to tibi oleo ibi opus futurū eſt. His ille auditis re-
ceſſerunt ſed nihil vtilitatis cōſecute ſunt. Ita ipſo
parabole cōtextu oſtendit/ qꝛ etiā ſi miſericordes il-
lic fuerimꝰ nō euademꝰ tamē: nihil em̄ ꝓfuiſſe iſtis
miſericordie illiꝰ voluntatē videmꝰ: qꝛ nō hic ſꝫ ibi
venditores olei querebāt: nec diuiti ꝓfuit adeo mi-
ſericordem ibi fuiſſe/ vt etiā de abſentibꝫ ſuis ſollici-
taret̃/ ⁊ qui dum viueret iacentē in porta pauperem
preteribat: quos inde videre nō poterat: a gehenna
eriꝑe feſtinat rogatqꝫ nonnullos ad illos mitti oīm
eaꝝ nūcios reꝝ: verū vt ille/ ſic etiā iſte nihil ꝯſecute
ſunt: poſtea em̄ ꝗꝫ ad emendū ꝓfecte ſunt: venit ſpō-
ſus ⁊ intrarūt ſimul ꝗ erant parate: fatue ꝟo excluſe
ſunt. Ita poſt ingentes illos labores/ poſt incredi-
biles ſudores/ ⁊ acerrimas pugnas/ poſt trophea ꝗ
de nature rabie ſtatuerūt reſurgūt cū dedecore/ ⁊ lā
padibꝫ eaꝝ extinctis terrā aſpiciētes recedūt. Nihil
ſane tenebroſiꝰ eſt ꝗꝫ virginitas oleo carēs: vnde ſic
vulgo multi īmiſericordes tenebroſos ſolēt appella
re. Quid igit̃ ex virginitate lucrate ſunt: ꝗ nec ſpon-
ſum quidem viderūt nec ſaltem ad pulſandū vſqꝫ ꝑ-
uenerunt: ſed terribile illud verbū audiuere: [Abi-
te neſcio vos.] Qđ cū ipſe dixerit/ nihil aliud ꝗꝫ ge-
henna ⁊ intolerabilis cruciatus relinquit̃. Immo
vero etiam gehenna iſtud verbum grauius eſt: hoc
verbum operantibus etiam iniquitatē dixit. [Ui-
gilate quia neſcitis diem neqꝫ horam.] Crebro id re
petit/ vt ignorantiam exitus ab hac vita vtilem eſſe
oſtēdat. Ubi ſunt ergo qui per totam vitam deſidia
torpeſcunt/ ⁊ quādo a nobis admonent̃ reſpondere
nō dubitant: omnia ſe pauperibꝫ moriēdi tꝑe relictu
ros. Audiāt hec verba ⁊ emendent ſe/ multi em̄ ab-
eundi tēpus expectātes ita repente rapti ſunt/ vt nec
iniungere ſuis ꝗcꝗꝫ potuerint. Sed hec quidem pa-
rabola eiꝰ elemoſyne gratia que cum pecunia cōfici-
tur dicta eſt: que ꝟo ſequit̃ generaliter oēs reſpicit:
qui nec pecunia/ nec verbo/ nec auctoritate/ nec quo-
uis alio modo/ ꝓximis conferunt: ſed oīa retinēt.
Cur aūt hec parabola regnū: illa ſponſum adducit?
Ut videas ꝗꝫtum virginibꝫ xp̄us afficit̃/ his ꝗ ſua
pauperibꝫ erogāt: hec em̄ ⁊ vera virginitas eſt. Nā
et paulus huic rei hanc deſcriptionem attribuit di-
cens: Innupta ſollicita eſt de his que domini ſunt

vt ſit ſancta corpore et ſpiritu. Hec admonemꝰ ait: ſi ꝟo apud lucā aliter talentoꝝ narratur parabola: nos aliā hāc: aliam illā eſſe putamus. Videmꝰ eñ ab vno fonte diuerſos in illa fructꝰ ꝯfluxiſſe: ab vna mna: alius quinqꝫ: alius decē attulit. Quapropter nec eadē premia cōſecuti ſunt / hic ꝟo ecōtrario: quapropter ⁊ par eis corona reddit. Nam qui duo accepit alia duo lucratꝰ eſt: ⁊ qui quinqꝫ ſimiliter. Ibi ꝟo quia ⁊ ex eadē ſorte alter plura alter pauciora cōquiſiuit nō iniuria varia retributiōe fruunt. Perſpice autē vbiqꝫ nō cōfeſtim ſed longo tēpore interiecto exigentē. Sic enim etiā vinea agricolis data ꝑegrinatus eſt / nec nūc credito dato receſſit: vt lōganimitatē eius facilꝰ cognoſcamꝰ. Quāuis mihi videat reſurrectio quoqꝫ hmōi ꝟbis ſignificari. Hoc aūt in loco nec agricola nec vinea: ſed omēs operarij ſunt. Non eñ ad principes / neqꝫ ad iudeos ſolū / ſed ad oēs hec diſſerit. Offerentes igit ⁊ ſua nōnulli et ea que dñi erant grate fatent: Nam aliꝰ quidem dicit: Domine qnqꝫ talenta mihi tradidiſti: aliꝰ duo oſtendens ab ipſo operationis occaſiōes recepiſſe / ⁊ gratiā hr̄e / ⁊ totū ipſi reputare: qd igit dñs? [Euge ſerue bone ⁊ fidelis.] Hoc eñ bonum eſt: qd̄ proximū reſpicit. [Quia in paucis fuiſti fidelis / in mult te conſtituam intra in gaudiū dñi tui.] Vniuerſam hoc verbo monſtrat beatitudinē. Nō autē ⁊ ille ſic: ſed quō? Noui quoniā durus es homo / metēs vbi nō ſeminaſti / et cōgregans vbi nō ſparſiſti / ⁊ timēs abſcondi talentū tuū. Ecce habes qd̄ tuū eſt. Quid igitur dñs? Oportebat te cōmittere argentū meum nūmularijs: id eſt oportuit te dixiſſe admonuiſſe cōſuluiſſe: ſed nō obtemperās ait: nihil hoc quippe ad te pertinet: quid hac re mitius atqꝫ humanius? Homines ſane nō ita facere ſolent: ſed in ipm̄ qui pecuniam credidit exactionis etiā officium facere volūt. Ipſe ꝟo nō ita ſed te oportebat inquit creditum facere: exactionē autē mihi relinquere / qui cum vſuris creditū ipſius exegiſſem. Audiens ſane vſurā: ſplendorem opeꝝ intelligit. Te igitur oportuit qd̄ facilꝰ eſt facere: ⁊ difficiliora mihi relinquere: verū qm̄ nō feciſti [Accipite vos ait ab ipſo talentum ⁊ date ei q̄ habet decem talenta: habenti enim dabitur ⁊ ſuperabundabit: ab eo autem qui non habet et quod habet auferetur ab eo] Quid nam hoc ſignificat? Qui doctrine gratiam ad vtilitatem aliorum accipit nec vtitur ea: gratiam quoqꝫ ipſam oīno perdit. Qui autem ſtudioſe ac ſedulo vtitur his / maiorē gratiā ita impetrabit / quēadmodū ille vel quod accepit amiſerat. Verum non ad hec vſqꝫ damnū ocioſi procedit: ſed intolerabilis cruciatus ⁊ ſententia terribilis ſequitur. Proijcite nāqꝫ inquit inutilem ſeruū in tenebras exteriores / ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Vides quomodo nō ſolum rapaces ⁊ qui aliena inuadunt nec ſoli malefactores / verūetiam ⁊ qui bona facere negligit extremo cruciatur ſupplicio. Audiamus igitur hec verba ⁊ donec tempus patitur / noſtram amplectamur ſalutem. Accipiamus in lampadibus oleum: amplificemus talentum. Si enim in pigritia ⁊ ocio viuimus / nullus noſtri (etiam flentium) ibi cōmiſerebitur. Nam et qui ſordidas veſtes habebat q̄uis ſeipſum cōdemnaſſet / nihil tamē ꝓfecit. Et qui talētum accepit ⁊ ſi depoſitum reddidit: cōdēnatus eſt tamē: virgines quoqꝫ deprecate ſunt et clamarunt / ſed nihil inde conſecute ſunt. Que oīa cogitantes pecunia / ſtudio / auctoritate / quibuſcunqꝫ poſſumus ꝓximos adiuuemus. Talenta eñ hic pro eo qd̄ vnuſquiſqꝫ facere poteſt accipimꝰ / ſiue auctoritate ꝓtegere / ſiue pecunijs iuuare / ſiue doctrina admonere / ſiue alia quapiā re proximis ꝓdeſſe queas. Nemo ſecum dicat / cum vnū talentū habeā / nihil poſſum efficere: potes profecto ex vna re ſola cōprobari. Non es pauperior illa vidua / nō es petro atqꝫ iohanne ruſticior / qui q̄uis rudes ſimul atqꝫ illitterati fuerūt: quoniā magno ſtudio cōmunē vtilitatem complexi fuerant: celoꝝ principes facti ſunt. Quippe nulla res deo gratior eſt: q̄ʒ vt vniuerſam vitam ad cōmune cōmodum cōferas. Iccirco rōne atqꝫ oratione nos deus decorauit / mentē atqꝫ ingenium conceſſit / manus / pedes / vires corporis dedit / vt his omnibꝫ ⁊ noſipſos ⁊ proximos tutemur. Non enim ad agēdas gratias ſolūmodo cōfert oratio: verūetiam ad docendum / ⁊ admonendū perutilis eſt / qua in re ſi ea diligenter vtemur dominū: ſin ꝟo in contrarijs diabolum imitabimur. Nam ⁊ petrus quādo quidē chriſtum confitebat: quaſi ea dicens q̄ patris ſunt beatificabat. Ꝗ aūt crucem horrebat atqꝫ repellebat: quaſi ea que diaboli ſunt ſapiens: acriter increpabat. Si ergo ignoratione crucem recuſando reprehenſus eſt / quā nos ſponte peccātes veniam impetrabimus? Ea ergo loquamur / que chriſti verba eſſe confeſtim cognoſcunt. Nec enim cum dixero ſurge ⁊ ambula: neqꝫ cum dixero: Thabita ſurge tunc ſolum chriſti verba loquor / verūetiā multomagis ſi cōtumelijs agitatus benedixero: ſi oppreſſus iniuria pro opprimentibꝫ orabo. Et in ſuperioribꝫ quidē dixiſſe memini manū eſſe linguā noſtram que pedes dei attingat. Nunc ꝟo maiꝰ quoddam adijcio: quia lingua noſtra lingua ē chriſti / linguam imitamur ſi diligentiam adhibemꝰ / ſi illa loquamur que ille precipit. Que ꝟo ſunt illa? Humilitas certe benignitatiſqꝫ pleniſſima verba: ſic ille cōtumeliantibꝫ reſpondebat dicēs: Ego demoniū nō habeo: et rurſus: Si male locutus ſum teſtimoniū perhibe de malo. Si hoc pacto tu quoqꝫ reſpōdes / ſi ad emendationem ꝓximi loqueris / lingue illi lingua tua ſimilima eſt: hec nō ego ſed ipſe deus confirmat / qui educit honorabilē inquit ex indigno: is q̄ſi os meū erit. Cum igit tua lingua ſit chriſti / ⁊ os tuū patris fiat ⁊ ſanctiſpiritus templū ſis: quis honor / quod decus / maius hoc excogitari poterit? Non ſi ex auro tibi os conficeret / nō ſi gemmis cōſtrueret ita perfulgeret / vt tūc hoc humilitatis ornatu reſplēderet. Quid enim optabilius ore qd̄ maledicēdi ſtudium penitus ignorat / ⁊ benedicendi ſola cognouit Ꝗ ſi benedicere maledicenti aſpernaris ſaltem taceas: hoc interim facito: poſtea ratione ac via vlteriora petens: ad illud quoqꝫ peruenies: ⁊ hmōi os habebis quale prediximus: nec putes nimiū dictum eſſe. Miſericors enim dominꝰ eſt ⁊ ſue hoc donum bonitati tribuit. Non ḡ audacie attribuas / ſi te chriſti os habere q̄ſpiā dixerit. Audacie quippe os diabolum imitat / linguā habet nequiſſimo demoni ſimilimā: qd̄ q̄ʒ maximū ſit malū tecum ipſe cogita / p̄ſertim cum hoꝝ miniſterioꝝ particeps factus ſis / ⁊ ipſa carne domini cōmunicaueris. Hec tecum voluens imitare chriſtū ꝑ viribus / vt nullo tibi modo reſiſtere / imo ꝟo nec aſpicere poſſit diabolus. Non enim ignorat que nam ſint chriſti ſigna: bene cogno



nit arma quibꝫ victꝰ fugatuſqꝫ eſt. Que aūt ea ſunt? Humilitas ꝓfecto animi ⁊ māſuetudo. Nam quādo in monte aggrediētem ſupauit atqꝫ ꝓſtrauit: qñ nō cognoſcebat: qr xp̄s eſſet manſuetudinis humilitatiſqꝫ verbis eū confudit: pariter ergo tu q̄ʒ facies ⁊ ſi hominē in diabolū verſum aggredi te videris / illo pacto vincito. Data eſt tibi diuinitꝰ poteſtas imitari xp̄m pro viribꝫ: ⁊ ſimilē illi fieri: noli expaueſcere / hoc audiēs: timendū eñ tibi potiꝰ eſt ſi ſimilis illi fieri negligas. Loq̄ris igit vt ille / ⁊ eris talis q̄ʒtū ad hoc qualis ipſe fuit: ꝑ vt humane vires patiunt huiꝰ rei gratia maior eſt: qui ita loquit q̄ʒ qui futura p̄dicit: hoc eñ totū ex dono eſt: illud etiā ex labore atqꝫ ſudore tuo ꝓcedit. Fac vt ex aīo tuo os tuū ita cōformet / vt os xp̄i eſſe videat: poteſt xp̄s hoc facere ſi tu volueris: nouit hanc artem ſi deſidia ⁊ torpore nō corrūparis: ſed quomō format atqꝫ depingitur huiuſmodi os inquies? Quippe non coloribus / nec vlla materia indigemꝰ: ſola enim virtute et humilitate ac manſuetudine hmōi os maxime cōformat. Verū ne quādo diaboli os nobis deſtruamus nō erit ab re cōſiderare quō etiam illud conditur: quomō igit conditur? Maledictiōe ꝓfecto / cōtumelijs / cōtradictiōe / periurio / diaboli eñi linguā habet qui vt diabolus loquit: que igitur venia nobis dabitur: immo vero que ſupplicia nō perpēdimus: quādo linguā noſtrā qua dominicā deguſtauimus carnē diaboli ſponte linguā efficimus? Nō faciamus oro / ſed omī ſtudio atqꝫ cura conemur vt dñm lingua noſtra diſcat imitari / qd̄ ſi faciemus: nō dubito quin ante tribunal xp̄i magna cum fiducia ſtabimꝰ. Vbi niſi quis in hac vita humiliter loq̄ didicerit non intelliget tunc a xp̄o: quēadmodū eñ ſi romanus forte fuerit iudex nō percipiet rationes tuas niſi latine loquaris. Sic etiā chriſtus non audit neqꝫ attendit niſi lingua ſua vtaris. Diſcamꝰ igitur ita loqui vt rex noſter / ⁊ ea lingua verba ꝓferre qua ipſe vtit. Imitemur diligenter illam linguā in omībꝫ. In luctum incidiſti: caue ne magnitudine doloris os tuū euertat / habes xp̄m quē imiteris. Nā ⁊ ipſe lazarū fleuit. Timor incubuit tibi nō paruus: loquaris rurſum ſicut xp̄s. Nam ⁊ ipſe ꝓpter te diſpenſationis ratione in formidinē incidit dicas etiā tu verūtamen nō vt ego volo ſed vt tu. Lachrymas effundis: moderate id facito vt xp̄s. Inſidijs circūuentus es ⁊ meror te occupauit: xp̄m imitare qui et inſidias paſſus eſt ⁊ cōtriſtatus dixit: Triſtis ē anima mea vſqꝫ ad mortē. Omniū tibi rerū exempla p̄buit vt terminos cōſerues ⁊ cōſtituas / regulas non trāſgrediaris / hoc modo poteris os poſſidere ori dominico ſimilimū: hoc modo in terris gradiens celeſtem linguam habebis. Datas tibi in merore normas / datas in ira / datas in luctu / datas in ſolicitudine diligenter conſeruans. O quot veſtrum chriſti faciem videre deſiderant: ecce non videre ſolum eam ſed ipſi chriſto ſimiles fieri ſi voluerimus licet: nō ꝓcraſtinemus ergo / nō libentius ꝓpheraꝝ ora q̄ʒ humilimū hominē oſculat. Multi enim dicēt ei: nōne in nomine tuo ꝓphetauimus / ⁊ reſpōdebit eis: Neſcio vos. Moyſi autē os qui humilis valde et mitis erat (omnes quippe homies manſuetudine ille animi exceſſit) ſic diligebat / ſic oſculabat / vt preſens p̄ſenti / facie ad faciē quaſi amicus ad amicū loqueretur. Non precipis nunc demonibꝫ / ſed p̄cipies tunc igni gehenne ſi habebis os ori dñico ſimile. Abiſſi igni p̄cipies ac dices / tace ac obmuteſce: ac ita cū magna fiducia in celos aſcēdes ⁊ eterna beatitudine ꝑfrueris qd̄ vtinam omnibus contingat: gratia ⁊ miſericordia domini noſtri Ieſu chriſti Amen.

## Homelia. LXXX. Ex capitulo. XXV

c CUm autē venerit filius hominis in maieſtate patris ſui et omnes angeli cum eo: tūc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſue et ſeparabit oues ab hedis: et hos quidē acceptabit quoniā eſurientem eū cibauerūt: et ſitientem potauerūt: et hoſpitem exiſtentem collegerūt et nudum exiſtentem circūamicierunt: ⁊ infirmantem viſitauerunt: ⁊ in carcere exiſtentem viderunt ⁊ dabit regnū eis. Alijs aūt ꝓ cōtrarijs deflens mittet ī ignē eternū q̄ paratꝰ eſt diabolo ⁊ angelis eius.

Suauiſſimū hūc textū q̄ ꝯtinue aīo retinēdus eſt / diligēti oro ſtudio ⁊ cōpunctiōe cōuenīēti audiamus. Ad hūc eñ poſtremo ſermonē illū xp̄s terminauit / nec id iniuria. Magna eñ ſibi hūanitatis ac elemoſyne cura eſt: iccirco multa etiā in ſuperioribꝫ de hac diſputauit. Et hic apertiꝰ quodāmō atqꝫ acriꝰ / nō duas aut tres aut quinqꝫ ꝑſonas ſimilitudinis modo accipiēs / ſed ad vniuerſum mundū verba liquido faciēs / q̄ʒuis ⁊ in ſupioribꝫ certo ꝑſonarū numero expreſſo / nō duas ꝑſonas / ſed partes duas: alterā obediētium / alterā inobedientiū ſignificabat. Verū hic ⁊ dilucidiꝰ ⁊ horribilius illa ipſa pertractat. Quapropter nō dixit iam ſimile eſt regnū celorum: ſed ſeipm̄ oſtendens atqꝫ reuelans dicit: Cum aūt venerit filius hoīs in gl'ia ſua. Nunc eñ venit: ſed nō in gloria / ſed in contumelijs atqꝫ cōuitijs: tūc vero ſedebit in ſede maieſtatis et glorie ſue. Crebro glorie meminit / quoniā crucis tempus iam aderat: que res mario ꝓbro habebat: q̄circa extollit auditorem ac erigit: ⁊ ante oculos ipm̄ iudiciū ponit / ⁊ vniuerſum orbē corā ſe ſiſtit: ⁊ adhuc terrorē maiorē illo adducit / qr euacuari (vt ita dixerim) celos oñdit: oēs eñ angeli erūt cū ipo / teſtātes q̄t quātaqꝫ miniſterio ſuo cū a dño mitterent ad ſalutē hoīm peracta ſunt. Ita horroris vndiqꝫ plenꝰ ille dies futurꝰ eſt. Cōgregabunt inq̄t oēs gētes / hoc ē vniuerſa hoīm natura / ⁊ ſegregabit eos abinuicē: ſicut paſtor ſeparat oues: nūc eñ nō ſegregati ſʒ mixti ſunt vniuerſi. tūc ꝟo exquiſitiſſime ſepatio fiet: ⁊ ab ipa vtriuſqꝫ ꝑtis ſtatione ita diſtincti / vt pateant vniuerſis: q̄ʒuis etiā hac appellatiōe mores vtrinſqꝫ ꝑtis aperiant / cū alij hedoꝝ / alij ouiū nūcupatiōe nominent / vt alioꝝ ſterilitas (qr nihil ab hedis ꝓducit) alioꝝ ferocitas oſtēdat. Vberes eñ ⁊ mlti ab ouibꝫ fructꝰ ꝓficiſcunt alij lactis copia / alij elegātia lane / alij fetu / quibꝫ oīm hedoꝝ genus omino caret. Sʒ expertes

rationis animātes natura duce fructificāt/aut ſteri
les ſunt:hoīes ꝟo volūtate vtrūqꝫ iſtoꝝ faciūt:qua
propter merito alteri coronis decorant̃. Sꝫ nō priꝰ
eos tormentis tradit/ qꝫ de iure cum eis diſceptet:
ideo aſtantibꝫ ipis crimina exponit. Illi ꝟo ſatiſ mo-
deſte reſpondērūt:ſꝫ nihil emolumēti ex ea re cōſequū-
tur:ꝛ merito quidē/ rem em̄ neglexerunt q̄ ipſi ſemꝑ
magne fuit cure. Nam ꝛ ꝓphete hoc p̄dicabāt qꝛ mi
ſericordiā volo ꝛ nō ſacrificiū:ꝛ legiſlator tam ꝟbis
q̄ꝫ rebus ad hoc hortabat̃:ꝛ ipſa natura non parua
nobis ingenerauit documenta. Perpende aūt non
vnū/ aut duo/ ſed oīa illos cōtempſiſſe. Nō em̄ ſolū
eſurientem nō cibarunt/ ꝛ nudo amiculū nō prebue
runt:nec qđ facilimū erat egrotum viſitarunt. Et vi
de quomō facilia mandat:nō em̄ dixit/ī carceribus
eram ꝛ laboraſtis/ aut egrotus fui ꝛ meditati eſtis
ſed viſitaſtis ꝛ veniſtis ad me. Sed nec eſurienti fa
mem leuare difficile: non enim ſumptuoſam vnq̄ꝫ
queſiuit menſam/ ſed eam que neceſſitati dumtaxat
ſufficeret. Quodqꝫ maius eſt/ nō in ſublimis cuiuſ-
dam ſed in humili habitū ſerui queſiuit/quoꝝ ſingu
la ad cōdemnationē illoꝝ ſufficiūt:petitiōis ſcꝫ faci-
litas ꝛ dandi poteſtas. Panis enim petit̃ petentis
miſeria: quia pauper atqꝫ mendicus: cupiditas re-
tributionis:regnū em̄ ꝓmittit̃/ terror penarum ge-
henna enim incutit̃/ accipiētis dignitas: deꝰ enim
pauperū manibꝫ accipit:honoris cumulus/qꝛ tātū
deſcendere dignatꝰ eſt. Uis tribuendi ſumma iuſti-
cia eſt de ſuis ei concedere. Uerū ab his oībꝫ cupi-
ditate habendi retracti ſunt: nec penarū intentatio-
nes timuerunt:cum ꝛ in ſuperioribꝫ his qui paupe
res nō recipiūt grauiora ſodomis minatꝰ ſit: ꝛ hic li
quido dicat:inq̄tum nō feciſtis vni hoꝝ minimorū
fratrū meoꝝ nec mihi feciſtis. Quid ais? ſi fratres
tui ſunt quō minimos appellas? imo vero ideo fra-
tres/ quia humiles/ quia pauperes et abiecti: hos
enim maxime ad fraternitatē cōuocat ſuam/ q̄ igno-
ti ꝛ deſpicabiles ſunt/ non dico monachos dūtaxat
qui montes habitāt/ ſed fideliū ſingulos etiam ſecu
lares eſurientes/ nudos ac peregrinos cure nobis
eſſe nō paruo deſiderat:fratres em̄ noſtri baptiſma
te conſecuti ſunt ꝛ ineffabilis myſterij participatiōe
Ceterū inde quoqꝫ iuſtiſſime hanc prolatā ſententiā
oſtēdit:qꝛ prius eos laudauit q̄ hec fecerūt dicens:
Uenite bn̄dicti patris mei/ hereditate vobis regnū/
paratū a cōſtitutiōe mundi. Eſuriui ꝛ dediſtis mihi
manducare: ꝛ que ſequunt̃. Nam ne dicere poſſent
nō habuiſſe ſic/ a cōſeruoꝝ factis ora eoꝝ obſtruxit:
vt ꝛ virgines a virginibꝫ/ ac temulētū ꝛ ventri de-
ditum ſeruū a fideli ſeruo confudit/ ꝛ eum qui talen
tū in terra ſuffodit/ ab his qui multiplicauerūt rep̄-
hendit/ ꝛ ſingulos peccantium ab his qui recte vixe
runt reprimit:que cōparatio nōnunq̄ꝫ equa vt ī hoc
loco ꝛ in virginibus fit:nōnunq̄ꝫ a maiore cumulo-
ſius infertur:quale illud eſt viri niniuite ſurgent et
cōdemnabunt generationē hanc quia crediderūt p̄-
dicatiōi ione ꝛ ecce plus q̄ꝫ iona hic: et regina auſtri
cōdemnabit generationē hanc qꝛ venit audire ſapiē
tiā ſalomōis: ꝛ ecce plus q̄ꝫ ſalomon hic. Et ab equa
li rurſus/ qꝛ ipſi iudices veſtri erūt. Et a maiori iteꝝ
neſcitis qm̄ angelos iudicabimꝰ non ſolū ſecularia
ꝛ hoc nimirū qꝛ diuites diuitibus ꝛ pauperibꝰ con
fert ab equali ꝓcedit. Nō aūt hinc ſolū iuſte prolatā
ſententiā demonſtrat/ quia eiuſdē conditiōis conſer
ui mandatis paruerūt: verūetiam qꝛ nec illis obtē-
perauerūt a quibus paupertas eos dehortari nō po-
tuit: qualia ſunt extinguere ſitim ſitienti/ vinctum
cōſolari/ egrotum viſitare. Ceterū laudando ꝓbos
oſtendit: quanta eos a principio charitate cōplecta-
tur: Uenite nāqꝫ ait benedicti patris mei accipite p̄-
paratū vobis regnū a cōſtitutione mūdi. Quibus
bonis hoc nomen cōpenſari poteſt: vt benedictꝰ ſis
et a patre ipſo benedictꝰ? vnde aūt tāto dignati ſunt
honore? que nā eſt cauſa huiꝰ? Eſuriui enim et dedi
ſtis mihi manducare/ ſitiui ꝛ potaſtis me/ ꝛ que ſe-
quunt̃. O quāte glorie/ quāte beatitudinis hec ver
ba ſunt: nec dicit accipite: ſed hereditate quaſi ꝓpria/
quaſi paterna/ quaſi veſtra/ que vobis a principio
debebant̃. Nam anteqꝫ nati ſitis quia ſciebam vos
hmōi futuros: hec vobis a me p̄parata fuere. Qui-
bus ꝟo ꝓ rebꝫ hec ſi retribuunt̃? Pro tecto/ pro ve-
ſte/ ꝓ aqua frigida/ ꝓ viſitatiōe/ qꝛ ī carcerē ingreſſi
vinctū cōſolati ſunt. Ubiqꝫ em̄ vſum atqꝫ patrocini
um indigentiū inquirit: imo autē neqꝫ id ſemꝑ. Nō
em̄ viſitatiōe ac conſolatiōe ſolūmodo qui dicti ſunt
indigent: ſed alteꝝ eoꝝ ex carceribꝫ ſolui/ alteꝝ egro
tationē euadere ꝑoptat/ veꝝ ipſe adeo mitis eſt vt q̄
poſſumus flagitet: imo vero his etiā minora. Uolū
tati enim noſtre cōmiſit/ vt poſſimꝰ maiora faciētes
maiorē acquirere laudē. Sed iſtis quidē: venite be
nedicti. Illis aūt ite dicet maledicti: nō quidē aper-
te: nō em̄ ipſe: ſed opera eis ꝓpria maledixerunt. In
ignem eternū nō vobis ſed diabolo ꝛ angelis eiꝰ p̄-
paratū. Ita quādo de regno quidē dicebat: p̄pratū
vobis ante cōſtitutionē mūdi ſubiecit. De igne vero
non ſic: ſed diabolo ait eſſe preparatum. Nam ergo
regnum vobis: ignem autē nō vobis ſed diabolo ꝛ
angelis eius preparaui: in quē quoniā vos ſponte
inieciſtis/ vobiſipſis id reputate. Ita cū iſtis tamē
his maxime que ſequunt̃ quaſi excuſando ſe reſpon-
det. [Eſuriui enim (inquit) ꝛ comedere mihi nō de-
diſtis.] Si enim inimicus fuiſſem/ nōne ad immiſe
ricordes etiā flectendos mitigādoſqꝫ ſuffeciſſent paſ-
ſiones ille/ inedia ſcilicet/ frigus/ vincula/ nuditas/
egrotatio/ aut quia vbiqꝫ ſine tecto ꝑuagatus ſum:
hec enim etiam inimicos mouere poſſent: vos autē
neqꝫ amico hec ꝯtuliſtis: amico dico ꝛ dn̄o/ ꝛ benefa
ctori. At canē plerūqꝫ fameſcere videntes frāgimur/
et beluarū inedia nōnunq̄ꝫ flectimur: tu ꝟo domino
fameſcente non moueris: qua ratiōe poterint hec ex-
cuſari? Nam ſi iſtud ſolūmodo eſſet/ nōne ita ſibi ſuf
ficeret/ vt retributum eſſe videretur: nō dico vt vo-
cem illam a ſedente in patris ſolio orbis terraꝝ pre
ſente audias et regnum cōſequaris ſed ipm̄ operari
nōne ſibi ad retributionem ſufficit? Nunc autem ad
hoc coram vniuerſis ineffabilis corona glorie p̄co-
nio te manifeſtat/ ꝛ coronat/ patronūqꝫ ac hoſpitem
ꝯfitetur: nec veret̃ hec dicens vt fulgentem acqui-
ras coronā. His igitur rationibꝫ ꝛ iſti nō iniuria pu
niunt̃/ ꝛ illi etiā ſi mille talia fecerint/ ꝑ gratiā tamē
coronantur. Gratie nāqꝫ omino illa benignitas eſt/
vt ꝓ rebus minimis ꝛ viliſſimis celeſte regnū ꝛ tan
tus honor tribuat̃. [Et factum eſt quādo finiuit ie
ſus ſermōes hos dixit diſcipulis ſuis: Scitis quia
poſt biduum paſcha fiet et filius hominis tradet̃ vt
crucifigatur.] Rurſus quando de regno/ de retri-
butiōe futura/ de eternis cruciatibꝫ diſſeruit/ opor-
tune paſſionis meminit: ac ſi diceret: quid formida-



tis propter has temporales afflictiones/ cum eter-
na bona vobis preparata ſunt. Tu autē perpende q̄
pacto qđ eos maxime cōtriſtabat: nouo quodā ob-
duxit artificio: tam in ſuperioribꝫ vniuerſis/ q̄ꝫ ī hoc
loco: non enim dixit quia poſt duos dies tradetur/
ſed quia poſt duos dies paſcha fit. Et tūc adiecit: et
filius hominis tradetur/ vt oſtendat myſteriū eſſe
hoc maximū: diem feſtum atqꝫ ſolennitatē que ad ſa
lutem orbis celebratur. Et quoniā ad conſolationē
eorū ſufficiebat omnia ipſum preſcire que paſſurus
erat: iccirco modo nihil de reſurrectione ſubiunxit/
ad hec quia ſuperfluum fuit cum tot tantaqꝫ de ipſa
diſputauit/ in mentionē eius rurſum incidere. Pre
terea (vt diximꝰ) qꝛ per paſcha priſca illa que ī egy-
pto facta fuerant beneficia in memoriam eorū redu-
xit: propterea oſtendit paſſionē ſuam a mille afflicti-
onibus homines liberaturā. [Tunc cōgregati ſunt
principes ſacerdotū ꝛ ſcribe ꝛ ſeniores populi ī atri-
um principis ſacerdotū qui dicitur Cayphas ꝛ cō-
ſiliū fecerunt/ vt Jeſum dolo tenerent ꝛ interficerēt.
Dicebant autē non in die feſto ne forte tumultus fi-
at in populo.] Uidiſti maximā iudaicarū rerū per-
turbationem atqꝫ corruptionē. Iniquiſſima penitꝰ
aggreſſuri negocia ad ſummū pontificem veniūt vt
inde licentiam ac poteſtatē accipiant: vnde a talibus
prohiberi oportebat. Quot autē erant principes ſa-
cerdotū? Lex quidem vnicū eſſe voluit/ ſed multi tūc
erāt: vnde liquet qꝛ res iudaica diſſolui iam incipie
bat. Moyſes em̄ (vt dixi) vnū iuſſit eſſe: quo mor-
tuo alterū creari voluit: vita cuius exilium coꝝ ter-
minabat/ qui homicidiū nolentes cōmiſerūt. Quo-
modo igit̃ tunc multi erant? an ne poſtea facti ſunt:
et hec de Zacharia verba Lucas faciēs ſignificauit
dicēs: ex viciſſitudine ipm̄ abie fuiſſe. Princeps igi
tur ſacerdotū: hic eos dicit qui de principibꝫ ſacerdo
tum fuerūt. Qđ aūt cōſiliū ceperūt? Ut occultiꝰ eū
caperent atqꝫ interficerent/ vtrūqꝫ occultiꝰ facere vo
lebant: populū em̄ valde formidabāt: ac ideo p̄terire
diē feſtū volebāt dicētes: Nō in die feſto: nā diabo-
lus ne manifeſte paſſio extaret ad aliud tempꝰ reijce
re ipam̄ ſtudebat: ne tumultꝰ fiat in populo. Conſi-
dera valde ipſos timere nō deū: neqꝫ ne maiꝰ ſcelus
eſſet in ipſa paſche celebratione iam tetrū facinꝰ fece
re: ſed hoīes ꝛ tumultū: ira tamē inflāmati poſteaq̄ꝫ
ꝓditorē inuenerūt cōmutati expectare nō potuerūt:
ſed in ipſa ſolennitate ipm̄ occiderunt: quaſi em̄ ceci
cupiditate furoreqꝫ irritati q̄ꝫprimum ſibi facultas
data eſt peregerunt. Et q̄ꝫuis ipſe nequicia illoꝝ di-
ſpenſando in melius vtebat̃: nō tamen hac de cauſa
impuniti euadent/ cum mille cruciatus ex volunta
tis prauitate mereantur: qui eo tempore quo noxij
etiam ſoluebant̃ innocentē interficere voluerunt a q̄
innumera et īmenſa beneficia ſuſceperūt/ qui ꝓpter
illos gentes interea negligere videbat̃. Sed o miſe
ricordiā atqꝫ benignitatē chriſti/ qui ad tā nequā ho
mines tāqꝫ ꝓteruos/ ap̄los etiam ſuos poſt reſurre-
ctionē ſuā miſerit/ ad manifeſta pericula morteqꝫ cer
tiſſimā. Talia ergo habentes exempla/ non dico
moriamur ꝓ inimicꝭ/ licet hoc haut quoqꝫ recuſandū
eſſet: veꝝ qm̄ infirmiores ſumꝰ/ illud interea dico:
nō inuideamꝰ amicis/ nō inſectemur liuore bn̄facto
res/ nō dico interim: vt male nobis facientibus be-
neficia conferamus: q̄ꝫuis etiā hoc deſidero: ſꝫ quo-
niam tardiores ad perfectiorē virtutem eſtis/ ſaltem
vlciſcendi animū deponite/ an forte putatis ſcenam
eſſe quandā hec noſtra ꝛ hiſtrionū ſimulationis ple-
na. Cur cōtra veritatē pugnatis: nō temere ſcripta
ſunt omīa que fecit que certe poterant eos reuocare:
veꝝ vt tu xp̄i bonitatē imiteris vt miſericordiā eius
ſequaris. Nam illos vel ſupinos in terrā ꝓiecit/ et
auriculā ſeruo reſtituit/ ꝛ humiliter eos allocutꝰ ē/
et mirabilia pendēs ī cruce ſigna edidit. Radios ſo-
lis auertēs/ lapides findens/ mortuos ad vitā re-
uocans/ vxorē iudicis ſomnijs territās/ ꝛ in ipo iu-
dicio inauditā humilitatē oſtendens/ que nō minꝰ
q̄ꝫ ſigna potuiſſent eos attrahere/ multa etiā p̄dicēs
et in ipſo patibulo crucis exclamās: Dimitte ipis pa
ter hoc peccatū. Sed ſepultus que nō fecit ad ſalutē
ipſoꝝ? ſed poſt reſurrectionē nō ſtatim iudeos voca-
uit? nō peccatoꝝ dedit remiſſionē? milleqꝫ alia bona
contulit? Quid em̄ mirabiliꝰ q̄ꝫ eos a quibꝫ crucifi-
xus atqꝫ occiſus eſt in adoptionē filiorū dei ſuſcipeꝛ?
Quid hac pia cura ſimul ac prouidentia maius in-
ueniri vnq̄ꝫ poterit? hec nos audiētes velamine fa-
ciem operiamus/ cū tam ꝓcul nos diſtare ab eo vi-
deamus/ quē imitari iubemur. Perpendamꝰ quā-
to diſcrimine ab ipſo differamꝰ/ vt nos cōdemnan-
tes rectius penitentiā agere poſſimus: nec eos offen
damus/ ꝓ quibꝫ animā xp̄s tradidit ſuā. Nos vero
nec reconciliari volumꝰ illis quos vt reconciliet nec
acerrimū quidē atqꝫ infame genꝰ mortis recuſauit.
An forſan expenſam etiā hoc quandā ꝛ pecunie ꝓie-
ctionē putatis/ qđ de elemoſyna dicere ſoliti eſtis.
Cogita q̄ꝫ obnoxius ſis/ ꝛ nō ſolū nō retardaberis:
verūetiā rurſum ad eos q̄ offenderūt venies/ oēmqꝫ
leſionē ſibi dimittes: vt indulgētie tibi cauſa id fiat/
vtqꝫ tuoꝝ maloꝝ ſolamen inuenias. Gentiles ſepe-
numero nihil magni hac ex re expectantes facilitate
animi hoſtibꝫ atqꝫ inimicis pepercerūt/ ꝛ tu q̄ ad tantā
ſpem hinc ꝓfectus es/ retardaris atqꝫ torpeſcis. Et
qđ tēpore ipo duce cōficiēt: id tu ꝓpter legē nō priꝰ
cōficies/ ſed expectabis: vt ſine premio ac laude tua
ꝑturbatio hec animi extinguat̃/ quā tu cū magno p̄-
mio deponere potes. Preſertim cū certiores ſimꝰ ſi
temporis beneficio indignatio animi ceciderit/ non
paruos nobis imminere cruciatꝰ: quia qđ in nobis
tempus efficit: id mandata dei facere nequiuerunt.
Si aūt inflāmari te dices cū in mentē tibi ꝯtumeli-
arū veniat: repete potius ſi qđ boni tibi ab iniuriato
collatū eſt: et q̄t tu afflictiōes alijs intuliſti. Detra-
xit tibi et oblocutꝰ de te eſt: expēde ſi qđ ſimile alijs
tu vnq̄ꝫ feciſti. Quō igit̃ veniā impetrabis: quā a-
lijs cōcedere nō pateris? at nihil tale inquies nunq̄ꝫ
dixi: Sed audiſti libenter alios talia dicentes/ qđ
abſqꝫ culpa eſſe nō poteſt. Uis diſcere q̄ꝫ magnū bo-
nū ſit iniuriaꝝ obliuio/ ꝛ quō ſummoꝑe ea deꝰ pla-
catur: eos qui letant̃ qm̄ iuſte ab eo quidem puniti
ſunt nō patit̃ omino impune id facere. Nam et ſi iu-
ſte illi vexati ſunt: ſꝫ gaudere te hac de cauſa nō opor
tet. Unde ꝓpheta multa criminatꝰ hoc tandē ſubiū
xit dicens: Nō paſſi ſunt aliquid in cōtritiōe ioſeph.
Et rurſus: Nō exiuit ex domicilio ſuo ad plāgendā
vnam domū cōiunctā ei. Ita q̄ꝫuis ioſeph et tribꝫ
ex eo ꝛ vicini eius ex dei ſententia punirent̃: ſꝫ tamē
etiam iſtis cōdolere num vult? Nam ſi nos q̄ nequā
ſumus quādo in ſeruū noſtrū aīaduertimꝰ/ cōſer-
uorūqꝫ aliquē ridentē cōſpexerimꝰ/ adeo irritamur
vt ad ridentē iram deriuemꝰ: quātomagis deꝰ ſup-

plicijs alioꝛū letantes toꝛquebit? Ex ſi letādū nō eſt
ſed cōdolendū his qui a deo puniunt̃: multomagis
his condolendū qui nos offenderūt/ eiꝰ nāqꝫ chari-
tatis: id ſignū eſt quā deus ceteris omnibꝫ antepo-
nit. Nam ſicut illi floꝛes coloꝝ pꝛecioſiſſimi ſunt: q-
bus trabea imperatoꝛis tingit̃: ſic ille virtutes ma-
gni pꝛecij ſunt quibꝫ charitas cōtinet̃. Nihil poꝛro
charitatem ita cōtinet atqꝫ conſeruat/ vt cōmiſſoꝛū
aduerſus te peccatoꝝ obliuio. An foꝛſan de altera ꝑ-
te nihil deus curauit: An ledentē ad leſum nō miſit
Immo ab altari ad illū miſit: ⁊ poſt reconciliationē
ad menſam quoqꝫ vocauit. Sed noli tu hac de cau-
ſa illum expectare/ omnia em̄ ſic ꝑdidiſti. ꝓterea eni
ineffabilis tibi merces repoſita eſt vt illū ꝑuenias.
Nam ſi rogatus recōciliaberis/ nō mandato dei ſꝫ
ſtudio illiꝰ recōciliatꝰ brauia illi reliquiſti. Quid tu
ais: nō vereris hominē inimicū habere? Nōne ſuffi
cit nobis diabolus ſed eiuſdē etiā generis inimicos
attrahimꝰ. O vtinā nec ille bellū nobis indixiſſet/
vtinā diabolū ſe non feciſſet. Neſcimus inſani neſci-
mus quāta ī recōciliatiōe voluptas ſit: quā in ipis
inimicitijs intelligere nō poſſumꝰ. Veꝝ quāto ſua-
uius amare iniuriātē ꝗ odiſſe poſt depoſitas inimi
citias optime percipies. Cur igitur furoꝛe agitatos
imitamur: alter alteꝝ dentibꝫ lacerantes/ ⁊ in ꝓpꝛiā
carnem inſanientes? Audi quāta cura etiā legis tꝑe
de hoc habebat̃: vie inquit recoꝛdantiū mala ī moꝛ-
tem: homo homini cōſeruat iram: et a deo querit ſa-
nari. At qui oculum pꝛo oculo ⁊ dentem ꝓ dente cō
ceſſit: quō igit̃ increpat atqꝫ criminat̃? Quia illa nō
vt alter alteri faciamus permiſit: ſꝫ vt foꝛmidine pe-
ne a ſimilibꝫ abſtineamꝰ. Preterea repētine iſte ire
ſunt: iniuriaꝝ ꝟo memoꝛia animi eſt ꝑniciem diutiꝰ
cogitantis. Sꝫ male me vexauit inqͣs. Nunꝗ ille
tantū tibi facere potuit/ ꝗtum tuipſe tibi leſiōis me
moꝛiam retinendo. Preterea nō eſt poſſibile virum
foꝛtem mali aliquid pati. Fingamꝰ em̄ quempiā li-
beros ⁊ vxoꝛem habentē philoſophari qui etiam de
trimenti occaſiōes habeat multas/ magnos ſibi pe
cuniarū aceruos/ amicos ꝗplures/ pꝛincipatū nō
paruū/ honoꝛes deniqꝫ ingentes/ verūtamē philo-
ſophie ſummoꝑe inhereat: huic homini foꝛtune vul
nera cogitatione afferamus. Neqꝫ igit̃ aliquis dā-
no ei nō minimo ſit. Quid igit̃ ad eū q nihili pecuni-
as ducit? liberos eiꝰ interimat aliꝰ: qd ad eū q de re
ſurrectione ꝗtidie philoſophat̃. Vxoꝛem occidit qſ-
piam: quid hoc ad eum qui doctꝰ eſt nō lugere doꝛ-
mientes? Vituperationē alius ei afferat: qd ad eum
qui floꝛē feni pſentia cūcta exiſtimat. Si vis ⁊ coꝛpꝰ
eius cedat̃/ ⁊ in carcerē qꝫ trahat̃: quid ad eū qui ſe-
mel ſibi omino ꝑſuaſit ꝗuis exterioꝛ homo coꝛrūpa-
tur: interioꝛē tamē renouari: ⁊ qꝛ tribulatio patien-
tiam efficit. Si ego hunc hominē nihil mali paſſuꝝ
oſtendere pollicitꝰ ſum: oꝛatio ꝟo ꝓgrediēs pꝛobio-
rem atqꝫ ꝑfectioꝛē fieri temptationibꝫ demōſtrauit.
Nolite igit̃ in alios veſtro detrimento incitari acu-
men animi infirmiꝰ facientes. Nō enim ex pꝛauita
te ꝓximi magiſ ꝗ veſtra hec cōcitatio malignitate ꝓ-
rumpit. Quapꝛopter ſi quis cōtumeliet̃ lachꝛyma
mus cōfeſtim atqꝫ cōtrahimur. Si qs noſtra rapiat
eodem pacto mouemur. Infantiū vicem ſupplētes:
quē qui vberioꝛes ex equalibꝫ ſunt parua aut nulla
pleruqꝫ de cauſa ad doloꝛē impellūt: qs tn̄ ſi moue-
ri atqꝫ dolere viderint nō deſinūt moꝛdentes. Sin
ꝟo ridētes atqꝫ ꝑuipendētes cōfeſtim eos amittūt.
Sed nos etiā iſtis ſumꝰ amentioꝛes his de rebus
plangētes de quibꝫ magnoꝑe ridēdū eſt. Quas ob
res vehementer vos hoꝛtoꝛ: vt his puerilibꝫ contē-
ptis moꝛibꝫ/ ad celos aſpiremus: viros em̄ ⁊ viros
ꝑfectos xp̄s nos eſſe deſiderat ſicuti paulus qꝫ iu-
bet dicens nō ſitis pueri mente ſed malicia paruuli
eſtote: infantes igit̃ ſcḋm nequiciā ſimꝰ ⁊ malignitate
omiſſa virtutē amplectamur/ vt ad eterna ꝑuenia-
mus gratia ⁊ miſericoꝛdia dn̄i noſtri ieſu xp̄i Amē.

Homelia. LXXXI. Ex capitulo. XXVI

## Cum autem eſſet in bethania in domo ſymonis lepꝛoſi acceſſit ad eū mulier alabaſtrum vnguenti habēs pꝛecioſi ⁊ effudit ſuper caput eius recumbentis.

Hec mulier vna ⁊ eadē apud oēs euāgeliſtas eſſe
videt̃: meo aūt iudicio eadē eſt apud tres: alia ꝟo q-
dā ⁊ mirabilis Lazari ſoꝛoꝛ apud Joannē. Nō autē
abſqꝫ cauſa lepꝛe ſymonis mentionē facit euāgeliſta
ſed vt aperiat q̄re ꝯfidēs acceſſit mulier. Nā qm̄ im
munda quedā res ⁊ abbominabilis egritudo lepꝛa
eſſe videbat̃/ vidit aūt curatū ſymonē a ieſu non eni
aliter hoſpitatꝰ apud lepꝛoſū fuiſſet: vehemēter ſpe-
rauit aīe qꝫ ſue ſoꝛdes facile poſſe ab eo detergi. Ci-
uitatis aūt bethanie nomē nō ocioſe addidit: ſed vt
diſcas ſponte ad paſſionē accedere. Nam q pꝛius a
iudeis ſibi cauebat/ qn̄ marie inuidia exarſerūt tunc
pꝛopius ad eos venit/ vt circiter duo milia paſſuū
a hieroſolymis abeſſet. Qua ex re manifeſte patet di
ſpēſatiōis qꝫ pꝛioꝛes fuiſſe receſſus. Cū igit̃ (vt di-
ximus apud ſymonē mulier ipm vidiſſet/ fiducia in-
de capta ingreſſa eſt. Nā ſi illa q ſanguis fluxū patie
batur ꝗuis talis flagitij ſibi conſcia nō eſſet: tn̄ qm̄
nature quodā defectu īmunda videbat̃ timēs ac tre
mēs acceſſit: multomagis timendū iſti erat q ꝯſcien
tie pondere pꝛemebat̃. Quo circa poſt multas mu-
lieres: poſt ſamaritanā/ poſt chananeā/ poſt eā q flu
xum ſanguis patiebat̃: alias quoqꝫ cōplures ieſum
adire auſa/ qua turpis vite ꝯſcia factū ē vt nec publi
ce ſed in domo atqꝫ pꝛiuatim acceſſerit. Cūqꝫ cetere
oēs curationis coꝛpoꝛee gratia adiſſent: ſola hec ad
honoꝛem ei conferendū et anīe incolumitatē acq̄ren
dam acceſſit: nulla em̄ coꝛpoꝛis egrotatione laboꝛa
bat: vnde merito de animo atqꝫ affectiōe ipſiꝰ erga
Jeſum qſpiā admirabit̃: pſertim tn̄ nō vt homini nu
do afferret honoꝛē/ ſed vt maioꝛi cuidā ſupꝛaqꝫ ho-
minē. Quippe cū capillis abſtergeret pedes eiꝰ: ho-
noꝛabilius in toto coꝛpoꝛe membꝛū caput dico ſuū
pedibꝫ xp̄i ſubijciebat. [Vidētes aūt diſcipuli eius
inquit moleſte tulerūt dicētes: Ad qd perditio hec?
potuit enim vnguentū hoc venundari multo ⁊ dari
pauperibꝫ. Sciēs aūt ieſus dixit: Cur moleſti eſtis
huic mulieri? Opus em̄ bonū operata ē in me: pau
peres em̄ ſemper habetis vobiſcū: me autē nō ſemꝑ
habebitis. Cum em̄ hoc immiſerit vnguentū hoc in
coꝛpoꝛe meo ad ſepeliendū me fecit. Amen dico vo-
bis vbicunqꝫ pꝛedicatum fuerit hoc euangeliū in to
to mundo dicet̃: ⁊ ꝙ fecit in memoꝛiā eius.] Unde
diſcipulis hec cogitatio ſuboꝛta eſt? Audiuerunt ſa-
ne dicentem magiſtrum: Miſericoꝛdiā volo ⁊ nō ſa



crificiū/ iudeoſqꝫ increpātem quia grauioꝛa iudiciū
ſcilicet miſericoꝛdiā ⁊ fidem negligebāt. Multa em̄
alia de elemoſyna in monte ab ipſo diſputata memi-
nerunt: ex quibus omibꝫ inferebant: quoniā ſi holo
cauſta ⁊ pꝛiſcū cultum nō ſuſcipit/ multo minus hu-
ius vnguēti effuſionē gratam habebit. Sic igit̃ illi
cogitabant: ipſe ꝟo mentē eius apertiſſime vidēs et
quanta religione quātoqꝫ ſtudio erat ſuccenſa: nō ſo-
lum hoc/ verūetiā valde cōdeſcendens in caput ſuū
effundi vnguētum ꝑmiſit. Nam ſi hominē aſſume-
re ⁊ vtero mulieris poꝛtari ⁊ educari lacte nō recuſa
uit: cur miraris: ſi hoc quoqꝫ nō depulit: ⁊ certe quē
admodū pater eiꝰ nidoꝛē eius ⁊ fumū: ſic ⁊ ipſe me-
retricē ſuſcepit: mentē ⁊ animū eiꝰ cōſiderās. Eteni
iacob ſtatuā deo inunxit ⁊ in ſacrificijs oleū offereba
tur ⁊ ſacerdotes vnguēto vngebant̃. Diſcipuli autē
qui mentē eius ꝑſpicere nō poterāt/ impoꝛtune cri-
minabant̃/ ⁊ accuſantes munificentiā mulieris oſtē
dunt. Nam cum dixiſſent vendi trecentis denarijs
vnguētum illud potuiſſe: ꝗtum ipa edidiſſet aperue
runt/ ⁊ ſic magnanimitatē eiꝰ manifeſtarūt: Jeſus
autē increpat dicens: Cur moleſti eſtis huic mulie-
ri? ⁊ rationē vnā affert/ qua rurſus in paſſionis ſue
memoꝛiā eos inducit/ ad ſepulturā enim meā hoc fe
cit ait: alteram pauperes em̄ vobiſcū ſemꝑ habetis:
me aūt nō ſemꝑ habebitis: ⁊ vbicūqꝫ pꝛedicabitur h̄
euangeliū factū eius iſtius dicet̃. Perpendis quo-
modo exitū ad gētes pꝛedicit: hinc etiā moꝛtis ſue ſo
lamen diſcipulis afferens. Si quidē tanta poſt cru
cem virtus eius futura eſt/ vt vbiqꝫ terraꝝ pꝛedica
tionis ſplendoꝛ refundet̃: quis igitur poterit aduer
ſus hanc veritatē tam late longeqꝫ patentē qcqꝫ op-
ponere: factum enim iam videmus qđ pꝛedixerat: et
quocunqꝫ terraꝝ ibis: hanc mulierē pꝛedicari audi-
es. Et certe nec inſignis quedā ⁊ nobilis fuit ꝑſona:
nec mltitudine teſtiū res celebꝛata eſt: nec ī theatro
ſed in domo ⁊ in domo lepꝛoſi confecta/ vbi diſcipuli
ſolūmodo aderāt. Quis igit̃ tam abiecte mulieris
factum ita exclamauit vt ꝑ totū ſic oꝛbem ⁊ ab omi-
bus audiret̃? Virtus ꝓfecto eius qui hec pꝛedixe-
rat. Et quidem regum ac imperatoꝝ res geſte quo-
rū nōnulla remanent monumēta omino tacentur: ⁊
de pleriſqꝫ eoꝝ q vꝛbes cōdiderūt/ menia erexerūt/
bella geſſerūt/ tropheа ſtatuerunt/ multaſqꝫ gentes
ſubiugarūt/ ꝗuis ⁊ ſtatuas ſibi fecerūt ⁊ leges ſan-
xerint: nulla tamen fit mentio/ multiqꝫ ipſoꝝ nec no
minē quidem extant: Quod autē meretrix mulier in
domo cuiuſdam lepꝛoſi decem viris pſentibꝫ oleum
effudit: id per vniuerſum oꝛbē tanto tempoꝛe trāſa-
cto decantat̃: ſed indi/ ſcythe/ thꝛaces/ ſauromate/
quiqꝫ mauritaniā: quiqꝫ oꝛtygias inſulas habitant
qđ in domicilio pauperis a flagitioſa fuerat factum
muliere: magna pꝛedicāt voce. O ineffabilē miſeri-
coꝛdiam domini/ qui a meretrice muliere pedes ſu-
os oſculari patit̃/ ⁊ oleo pꝛecioſo perungi/ ⁊ pilis ca
pitis eiꝰ abſtergi/ nec patit̃ ſolū: verūetiā increpat
criminantes. Nō em̄ debebat ꝓ tāto mulier ſtudio
repꝛehendi. Tu aūt illud conſidera/ quō iam ſubli-
mes animo ⁊ ad elemoſynā ꝓnioꝛes erant diſcipuli
Sed quā nam ob rem nō illico dixit? qꝛ opus bonū
fecit/ ſꝫ antepoſuit qd moleſti eſtis huic mulieri? Vt
erudiret eos nō ſtatim ab īcunabulis ab imbecillio
ribus ſublimioꝛa eſſe petenda. Quapꝛopter nō rem
ipſam ſolūmodo nudam/ ſed perſonam mulieris cō-
iunctam expoſuit: quā certe ſi legem ſanciret nō ap-
poſuiſſet. Jdeo ergo perſonam cum re ſimul accepit/
vt diſcas tu gratia mulieris hec dicta eſſe: ne germi
nantem fidem eius decuterent: ſed irrigarēt magis
ac ad maioꝛa pꝛotraherent: vnde nos docet quādo
bonum quicqꝫ fieri videmꝰ/ etiam ſi exactiſſime nō
fiet: ſuſcipiendum tamen nobis eſſe/ ⁊ fauoꝛe noſtro
ad vlterioꝛa pꝛouehendū. Non eſt enim exquiſitiſſi-
ma ratio ſtatim in pꝛīcipio rerum querēda/ hoc chꝛi-
ſtum ita velle inde patet/ quia cum non haberet vbi
caput reclinaret loculos tamē circūferre iuſſit. Pre-
terea nō erat tempꝰ tunc factum mulieris coꝛripiē-
di/ ſed cōmendandi dūtaxat atqꝫ appꝛobādi. Et quē-
admodū ſi quis ipm anteqꝫ mulier hoc feciſſet inter-
rogaſſet/ nō admiſiſſet: ſic poſtqꝫ fecit/ illud vnū ſo-
lūmodo reſpicit/ ne increpatione diſcipuloꝝ ancipi-
ti animo turbetur: ſed hoꝛtatu ſuo maioꝛe animo ſu-
ſcepto recedat. Nō erat em̄ amplius increpatio poſt
effuſionem olei opoꝛtuna: ita ⁊ tu ſi ꝑparaſſe qſdam
vaſa videris ſacra/ aut oꝛnatū quedā aliū circa pa
rietes eccleſiaꝝ ⁊ pauimenta confeciſſe: noli repꝛehen
dere/ aut venundari iubere qđ factum eſt: ne animū
eius qui fecit ꝑturbes. Sin ꝟo anteqꝫ fecerit te con-
ſuluerit/ pauperibus offerre iubeto. Verum qm̄ ad
ſepulturā meā id ipam feciſſe dixit/ ne confundatur
mulier ſepulchꝛū ⁊ moꝛtē audiens. Vide quēadmo
dum rurſus ipam coꝛroboꝛat: in vniuerſo inquit oꝛ
be ꝙ iſta fecit dicet̃: qđ ⁊ diſcipulis ſolamen affert/ ⁊
illi ſolamen ſimul et laudē: vniuerſi enim factū ab ea
decantabunt inquit ⁊ modo paſſionem meam pꝛedi
xit que ad ſepeliendos homines pertinent adducēs:
nemo igitur ipſam increpet/ cum ego adeo ꝓcul ab-
ſum ne ipſam quaſi malefecerit repꝛehēdā: vt nec la
tere quidem id patiar ſed vbiqꝫ terrarū quoniā men-
te pia et feruēti fide factum eſt pꝛedicari faciā. Quā
aūt ob rem nihil ſpiritale ſed ꝑpetuā mulieri memo-
riam pollicet̃? Hac laude de ſpiritualibus etiā con-
fidere ipſam effecit. Si enim bonū operata eſt opus
ꝓculdubio digna opus mercede non fraudabitur.
[Tunc ꝓfectꝰ vnꝰ ex duodecim q dicebatur iudas
ſchariotha ad pͥncipes ſacerdotū dixit: Quid vultiſ
mihi dare et vobis tradā eum?] Tūc iſtud ad quod
nam tempus referēdum eſt? Non ad illud certe hec
quando audiuit: quia pꝛedicabitur vndiqꝫ hoc euā-
gelium: ſed quādo etiam mulieres atqꝫ infames tā-
to chꝛiſtum pꝛoſequebant̃ honoꝛe tunc ipſe diaboli
cum facinus meditabat̃ ⁊ peragebat. Cognomināt
autē eum: quia erat etiam alius iudas/ nec verent̃
dicere ex numero ipſoꝛū duodecim ipſum fuiſſe/ ſic
etiam nihil eoꝛū occultant que obpꝛobꝛioſa ſibi eſſe
videbantur. Et certe potuerūt ſimpliciter dicere ex
diſcipulis illum fuiſſe: fuerunt enim ⁊ alij ꝑter duo-
decim: nunc autē ex duodecim addunt: ac ſi dicerēt:
ex pꝛimo eoꝛum choꝛo quos quaſi optimos elegit q
cum petro atqꝫ iohanne vnius oꝛdinis erant: vnica
quippe cura illis ſolūmodo fuit non tenebꝛis obdu
cendi que facta ſunt ſed veritatis exponēde: quo cir-
ca multa de ſignis pꝛetereūt ⁊ nihil eoꝛū q̄ ignomi-
nioſa videntur occultant: ſed ſiue verbum ſit ſiue res
quepiam obpꝛobꝛioſe dictum aut factum libere id
pdicant/ nec ceteri tm̄ ſed ipſe quoqꝫ grandiloquus
ioannes diligēter obſeruat: exquiſitiſſime nāqꝫ oīm
contumelias ⁊ obpꝛobꝛia in chꝛiſtum facta conſcri-
pſit. Vide autem iude malignitatem/ qui ſponte ad

ꝓdendũ abijt: qui argento id facit/ ꝛ argento minimo. Lucas vero ait cum magiſtratibꝫ ipm pepegiſſe. Nam ꝓpter iudeoꝝ ſeditiones quoſdam p̄fecerunt romani qui eos in ordinē redigerēt. Iam em̄ principatus eoꝝ ſcḋm ꝓpheciam tranſlatus erat. Ad magiſtratus igiť profectus dixit: quid vultis mihi dare et ego vobis tradam ipm? Iſti aũt ſtatuerunt ei triginta argēteos: extunc querebat oportunitatem vt ipſum traderet. Nam quoniam mltitudinem timebat/ tempus querebat quo ſolum poſſet circũuenire. O ſingularē amentiā/ qua penitꝰ habēdi cupiditate fuit excecatus. Nam qui ſepius vidit ipm ꝑ medios inimicos tranſiſſe/ qui diuine om̄ipotētie ipſiꝰ mlta documēta re ipa ꝑcepit/ retineri ipm poſſe putauit: p̄ſertim cũ tot ſibi tamq̄ terrentia q̄ꝫ mulcētia verba ab eo dicerentur/ vt ſceleratam hanc cogitationem ab ipſo abijcere omnino debuerit: Nā q̄uis hec etiā in ipſa cena curā eiꝰ p̄termiſit ſed vſq̄ ad vltimā pene horam qua fuit traditꝰ: de hac re ille enigmatice loquebať: nihil tñ ille lucrare potuit: nec ꝓpterea dñs que ſua ſunt facere ceſſauit. Hoc igiť ꝓbe tenentes cuncta libenter ad reuocandos pctōres et deſides faciamꝰ/ admonētes/ docentes/ exhortātes/ rogantes/ cōſulēteſq̄: nō ceſſemꝰ etiam ſi nihil ꝓdeſſe videamur. Nā ꝛ xp̄s quāq̄ inemēdabilē iude in miſericordia duriciē nō ignorabat: nō tñ ceſſauit/ q̄ ſũt ſua facere admonēdo/ minitādo/ ꝛ q̄ſi miſerũ lachrymādo/ nec aperte vnq̄ ꝛ liquido ſꝫ vt occultius/ ita illi expreſſius. In ipſo vero ꝓditionis momento ꝛ oſculari ſe ab eo dignatus eſt: ſed nihil hinc ille cōſecutus eſt: tantꝰ certe tamq̄ incredibilis auaricie furor eſt: hec em̄ illũ ꝛ ꝓditorē nequiſſimũ ꝛ ſacrilegũ nephandiſſimũ fecit. Audiatis hec attentius oēs auari/ q̇ grauiſſimo iude morbo laboratis Audiatis inq̄ ꝛ teterrimā hāc egritudinē fugiatis: neq̄ ſi qui vna cũ xp̄o viuebat: ſi qui doctrinā chriſti audiuit/ ſi qui ſigna fecit in ꝓfundiſſimũ malorũ baratrũ ex hac egritudine precipitatꝰ eſt: multo facilius vos q̇ nec ſcripturas audiſtis ꝛ ſecularibꝫ rebꝰ affixi eſtis/ hic morbꝫ aggredieť niſi iugiter atq̄ perpetuo vigiletis. Quottidie ille cũ eo erat q̇ nō habebat vbi caput reclinaret/ ꝛ q̄ttidie ꝛ verbis ꝛ operibꝫ inſtituebať: vt nō argentũ/ nō aurũ/ nō duas tunicas habere vellet/ ꝛ tñ deprimere ſe nō potuit: quō igiť tu ſperas abſq̄ magna cura ꝛ diligēti ſtudio cōtagionē huiꝰ morbi effugere? terribilis certe terribiľ hec belua eſt: ſi tñ volueris facilime ipam ſuperabis nō habet em̄ a natura originē hec cupiditas. Nam q̄ a natura ſunt vniuerſis hominibꝫ cōmunia ſũt: hec aũt cũ omnibꝫ nō inſit ex deſidia ſolũ originē trahit/ inde naſciť/ inde augeť/ inde cōſeruať/ cũ aliq̇s i ſeruitutē ſuam attraxerit: cōfeſtim illis p̄ter naturam viuere ꝑſuadet. Nā cũ amicos/ frēs/ cognatos vniuerſos ſimpliciter q̇ eiuſdē generis ſunt ꝛ ad hec oīa ſe quoq̄ ipſos ignorant/ preter naturā certe viuunt/ vnde patet p̄ter naturā eſſe malignitatē/ et peſtiferũ auaricie morbum: in quē ꝛ iudas cũ incidiſſet proditor factus eſt: quē chriſtus vocauit/ non coegit: ſane dei vocatio nec mentē eoꝝ qui virtutē volunt ꝯtemnere vllo modo violētat: ſed hortať quidē ac conſulit ꝛ om̄ibꝫ modis bonos eſſe perſuadet: ſi vero aliqui reluctenť nullo modo coherceť. Et ſi vis diſcere vñ huiuſmodi factus eſt? Argenti cupiditate ipſum deperiſſe inuenies. Sed quomō inquies hac paſſione victus eſt? Ex deſidia certe atq̄ incuria: Unde mutationes huiuſcemodi ſic fieri ſolēt: Quēadmodum ſtudio ac diligentia illoꝝ cōtrarie. Multi em̄ ex rapacitate ad lenitatē omniũ mutati ſunt/ multi petulantes modeſtiā amplexi ſunt: multi auari prius et odioſi alienoꝝ inuaſores/ poſtea etiā ſua ꝓiecerunt. Cōtrariũ rurſus a deſidia ſolet accidere. Eteni gezi vna cum viro ſancto viuebat ꝛ neq̄ hoc morbo effectus eſt. Peſſima nempe omniũ hec paſſio ē: hinc ſepulchroꝝ violatores: hinc homicide: hīc bella ꝛ pugne: hinc alia q̄ꝫplurima mala oriuntur: vbiq̄ certe auarꝰ inutilis eſt/ nec ad imperādũ exercitui/ nec vt preſit populo comodus. Cur dico in rebuſpublicis cum in priuatis etiam inutilis ſit? Si vxor ducēda eſt nō ꝓbā ſꝫ īpudētiſſimā oīm ꝓ pecunia eliget. Si domꝰ emenda: nō eam que homini libero cōueniat emet/ ſed que multi poſſet locari. Si ſerui ꝛ quicq̇d aliud cōparandũ eſt vtiliſſimũ ſemꝑ inquiret. Quid minora ꝑcurro: ſi regnũ orbis inuaſerit/ ceteris om̄ibus meſerior tamē eſt atq̄ pauperior/ terraꝝ peſtꝭ/ vrbium pernicies/ ſinguloꝝ calamitas: nō em̄ q̄ ceterorũ ſunt quaſi ſua tutať: ſed veluti vnꝰ ex multis omnia rapit: pauciora putās ceteris om̄ibꝫ habere. Nam cũ cupiditati eoꝝ que nōdum poſſedit/ ea que habet cōferet: nihil prorſus habere opinať: ꝓpterea quidam ait: nihil eſſe auaro iniquiꝰ. Qui auarus eſt etiā ſeipm ꝑdit/ auarus cōmunis oīm hoīm hoſtis/ auarus nō parũ dolet q̄ꝛ terra ꝓ ſpicis aurũ non ꝓducit: quia fontes nō manant auro/ q̄ꝛ montes loco lapidum aurum non habeant. Auarus fertilitatem temporꝝ moleſte fert/ ꝛ cōmuni felicitate contrahiť: omnēq̄ faſtidit cauſam/ vnde argentũ colligere non poteſt: e regione vero cũcta ſuffert vnde duos ſolũmodo capere obolos poſſit: om̄es hoīes tam pauperes q̄ꝫ diuites odio proſequiť: pauperes ne quid ab eo petāt: diuites q̄ꝛ que illoꝝ ſunt: nō poſſidet/ vniuerſa em̄ ſimpliciter q̇ ſua eſſe deberēt occupare putat: ac ideo quaſi ab omnibꝫ leſus/ omnibꝫ infenſus eſt. Hic quid plenũ ſit neſcit: ſaturitatē ignorat: oīm deniq̄ ita miſerrimꝰ eſt: quēadmodũ expers auaricie et oppoſite virtuti deditus oīm eſt beatiſſimus. Quippe cũ virtuoſo (ſiue ſeruus ſit ſiue dñs) nemo malefacere poſſit: nec ſi vniuerſi homīes cum armis et machinis aduerſus eũ inſurgerēt: neq̄ vero et rapax ꝛ homini qualē deſcripſimꝰ etiā ſi rex ſit/ etiam ſi mille purpuris exorneť/ vel a quouis pati extrema poteſt: adeo improbitas imbecilla res eſt: adeo ecōtra virtus validiſſima. Quid igiť meres ꝓpter pauperē? q̇d ploras cũ feſtũ diem habeas? q̇d lamētaris cũ ſolēnia ducas? Solēnis quippe dies et feſtus prudēti paupies eſt. Quid plāgꝭ o puer? pueri em̄ certe hmōi hoīes ſũt. Uapulaſti ab aliq̇: q̇d hoc? fortiorē te reddit. Quiſpiā pecuniā ſurripuit tuā: in quo nā tui oneris partē ſuſtulit? Famā tuā leſit: ad aliam virtutis ſpeciē reſiliſti. Audias exteriores ſic philoſophantes atq̄ dicentes nihil te mali niſi fingas paſſum inde fuiſſe. Sꝫ magna te illa domo priuauit/ et ortos circumpoſitos eripuit: ecce vniuerſa terra in cōſpectu eſt tuo: ecce publica edificia ſiue ad voluptatē ſiue ad vſum ea requiris. Quid amenꝰ aut pulchrius firmamēto celi? Quouſq̄ pauperes atq̄ inopes ſumus? Non poteſt diues eſſe qui animo paupꝫ eſt: ſicut nec paupꝫ eſſe poteſt qui aīo diues eſt. Nā ſi excellentiꝰ atq̄ p̄ſtantius corpore aīa eſt:



nō poſſunt q̄ corporea ſunt ipam ad ſe nolentē attrahere. Sed illa q̄ princeps corporis eſt cũcta corporea vt vult trahit atq̄ trāſmutat. Nam ꝛ cor quando laborat totũ corpus patiť/ ꝛ intēperies ſua totũ corpus aggrediť: ſicut ecōtra temperies toti copori prodeſt/ ꝙ ſi quid ceteroꝝ langueſcat membroꝝ corde incolumi ꝛ virtute ingenti facile languor etiā illius excutiť. Et vt apertiorē totā hāc rem faciā: dic queſo q̇ emolumētũ ex arbore futuꝝ ē ſi rami vireſcũt ꝛ radix putreſcat? aut q̇ detrimentũ arbor habebit ſi folijs exſiccatis radix incolumis penitꝰ ſit: pariter hic igiť cogita nullā vtilitatem eſſe pecunie ſi animus paupertate depꝛimiť/ nec pauꝑtatis vllũ onus ſi animus diues exiſtit. Sꝫ quomō inquies diues animꝰ eſſe poterit? Si pecunias nō poſſidet: imo vero tunc maxime ſummis diuitijs pollet. Nam ſi (vt ſepiꝰ dictũ eſt) id argumentũ diuitis animi ē: ꝙ pecuniā deſpiciat/ ac re nulla indigeat: patet paupertatis ecōtrario argumentũ eſſe/ ſtudio ꝛ cura collectioni pecuniaꝝ incumbere. Nec vllus vnq̄ dubitabit faciliꝰ in pauꝑtate q̄ꝫ in rerũ copia poſſe pecuniā deſpici/ ac multomagis a diuitibꝫ q̄ꝫ a pauꝑibus magnitudinē pecunie concupiſci. Ueluti etiam ebrius maiore ſiti vexať q̄ꝫ qui modico vino vſus ē. Non em̄ hmōi cupiditas eſt vt maiori cumulo rerũ poſſit extingui/ ſed econtra inflāmari atq̄ incendi ſoleat: ꝛ quēadmodũ ignis addita materia magis effertur: ſic pecuniaꝝ cupiditas adiectiōe auri magis extolliť. Si ergo qui plura expetit inops eſt/ at talis q̇ multa poſſidet eē inueniť: hic maxima pauꝑtate depꝛimiť. Perpēdis diuitis animũ in pauperie/ et pauꝑis econtra in diuitijs eſſe. Sed in ꝑſonis q̄ꝫ ſi placet qualis ſit hec res videamus. Ponamus ꝫ duos diuites: q̄ꝝ alter mille alter decē habeat talenta/ pecunia ſua penitꝰ a quoq̄ priuari/ vter igiť maiore vexabiť dolore? Nōne pꝫ cũ q̇ mille amiſit. Sꝫ ꝓfecto nō doleret magꝭ niſi magꝭ pecuniā amaret. Qui vero magꝭ amat magꝭ certe ꝯcupiſcit q̇ porro magꝭ ꝯcupiſcit: hic pauperior ē. Illud em̄ maxīe cupimꝰ/ q̇ maxīe indigemꝰ. Ex indigentia eñi cupiditas originem trahit: vnde vbi ſatietas eſt eſſe nō poteſt. Quippe tũc maxime ſitimꝰ cũ potu indigeamꝰ. Hec a me dicta ſunt/ vt oſtēdā ſi vigilamus/ neminē noꝭ nocere poſſe/ vtq̄ pateat nō ex pauꝑtate ſꝫ a nobiſipſis detrimentũ nobis fieri. Quare vehemēter omnes rogo atq̄ oro: vt om̄i ſtudio auaricie morbũ expellamus/ vt ꝛ hic in diuitijs nulla re indigētes viuamus/ ꝛ eternis bonis ꝑfruamur: gratia ꝛ miſericordia domini noſtri ieſu chriſti Amen.

Homelia. LXXXII. Ex capitulo. XXVI

**p PRima autem azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: vbi vis paremus tibi comedere paſcha? ipſe autem dixit: ite in ciuitatem ad quendam et dicite ſibi: Magiſter dicit: Tempus meum prope eſt apud te facio paſcha cum diſcipulis meis.**

Primā azymorum eam diem vocat que añ azyma erat. Conſueuerunt enim a veſpere ſemper dies numerare ꝛ eius mentionem facere/ in veſpere cuiꝰ paſcha erat imolādum. Quinta enim ſabbati acceſſerunt quā hic hic quidem primā azymorum id eſt añ azyma vocat/ tempus deſignans quo acceſſerunt. Alius autē venit inquit dies azymorũ in qua oportebat imolari paſcha. Nam venit iſtud prope ꝛ in ianuis erat. ſignificat veſperam videlicet illam a qua incipiebant cōmemorans. Ideo quiq̄ euangeliſtarum adijciunt quādo imolabať paſcha. Accedũt igiť diſcipuli ad Ieſum/ ꝛ dicunt: vbi vis preparemꝰ tibi comedere paſcha? Hinc etiam patet nullā cibi domũ: nullum diuerſorium fuiſſe: puto aũt neq̄ diſcipulis eius. Nam profecto ipm ad eos diuertere rogaſſent: ſed nihil erat etiam iſtis/ omnibꝫ iam antea ꝓpter chriſtum neglectis atq̄ cōtemptis. Cuiꝰ aũt rei gratia venit ad paſcha? Om̄ibꝫ ſemꝑ vſq̄ ad vltimũ paſſionis diem nō eſſe aduerſariũ ſe legi oſtendit. Sꝫ cur ad ignotũ eos hoīem ire iuſſit? Oſtēdere quoq̄ voluit potuiſſe ipſum paſſionis tormenta euitare: nam qui mentē illius verbis ſolum induxit/ vt ipm cum diſcipulis vellet ſuſcipere: q̇d feciſſet crucifigēdus ſi pati noluiſſet: pariter etiam de azyma fecit. Si quis enim aliquid dixerit inquit dicite quia dominꝰ eius indiget: hic autē magiſter dicit: apud te cum diſcipulis meis paſcha facio dicendũ p̄cipit. Ego vero nō id ſolum ammiror quia ignotus erat: ſed illud multomagis ſtupeo quia bellum acerrimũ et inimicitias primatum hac ex re incumbere ſibi videns: omnibꝫ his neglectis libenter obtemperauit. Ceterũ quia ignotus erat ſignum eis dedit quale ꝺ ſaule propheta dicens: Inuenies hominē aſcendentem ꝛ vtrem habētem/ hic vero aque amphorā portātem. Tu autē perpende rurſus quomō virtus eius apparet. Non enim ſolũ dixit apud te facio paſcha: ſed illud ꝓpoſuit tempus meũ prope eſt: q̇ fecit partim/ quia volebat crebro paſſiōis memoriā diſcipulis inculcare/ vt hac premeditatione corroborati minus turbarenť. Partim vt tam ſuſcipiēti q̄ꝫ iudeis q̄ꝫ ceteris omnibꝫ oſtenderet: q̇ ſemꝑ dixit nō inuitum ſe ad paſſionem accedere. Cum diſcipulis autē meis dicit/ vt ꝛ ſufficiēs fieret preparatio: vt nemo latebras ipm querere ſuſpicareť. Sero autem facto diſcumbebat cum duodecim. O ingentē impudentiam iude: aderat enim etiā ille ac myſterijs atq̄ mēſa cōmunicauit/ ꝛ inter comedētes arguiť: qñ etiam ſi fera eſſet immanis ad lenitatem compelli potuiſſet. Preterea icirco ꝛ euangeliſta ſignāter dixit: q̄ꝛ comedentibus ipſis de proditione chriſtꝰ loquebatur: vt tum a tēpore myſterij: tum a mēſe cōmunicatione nequiciam ꝓditoris oſtēderet. Poſtq̄ em̄ diſcipuli ſicut p̄cepit ieſus: fecerũt: ſero facto cũ duodecim inquit comedebat. Comedentibꝫ autē eis dixit: [Amen dico vobis: vnus ex vobis me tradet.] Ceterum ante cenam eius etiam pedes lauit: vide autē quomodo illi valde indulget: nō em̄ dixit ille: ſꝫ vnꝰ ex vobis me tradet/ vt rurſus penitētie occaſionē latenti meliorē p̄beret. Itaq̄ maluit oēs illos terrere q̄ꝫ huic penitētie irritamēta nō dare. Unꝰ inquit ex vobis duodecim q̇ vbiq̄ mecũ fuiſtis/ quoꝝ pedes laui/ quibꝫ tot tātaq̄ pollicitus ſum. Dolor intolerabilis illico factũ illud inuaſit cōſortiũ. Et ioānes quidē ait ex ambiguitate alios in alios aſpexiſſe: deinde q̄uis nullius rei ſibi conſcij eſſent/ ſinguli tamē de ſe timētes ipm interrogauerũt. Item nota ait: q̄ꝛ

magnitudine meroris cõmoti ceperunt ſinguli de ſe dicere: nunqd ego ſum dñe? Ipſe aũt reſpondẽs dixit: cui ego cũ intinxero panẽ porrigã. Uide quomõ ipm tandẽ reuelauit qñ ſcꝫ ab hoc dolore animi liberare ceteros voluit / ſemimortui eñ iam erant ħ pauore cõſternati quo impulſi interrogabãt. Nec iſta de cauſa ſolũmõ illũ edidit / verũetiã vt territus ille reſipiſceret. Nam cũ cõfuſe atqꝫ indiſtincte audiens nõ moueꝛ / vt magis cũ tangeret velamina deiecit. Jeſus autẽ cũ illi merentes interrogarẽt: nũqd ego ſum domine? [reſpondẽs dixit qui tinxit mecũ manũ in parapſide hic me traditurꝰ eſt / filius quidem hoĩs vadit ſicut ſcriptũ eſt de illo: ve aũt homini illi ꝑ quẽ filius hoĩs tradeꝛ: bonũ erat ei ſi natꝰ nõ fuiſſet homo ille.] Quidã aſſeuerãt ita illum impudentem fuiſſe: vt paruipẽdẽdo magiſtrũ cum ipo tingeret: mihi autẽ videtur chriſti hortatu id quoqꝫ factũ fuiſſe / vel vt magis ſibi iudas afficereꝛ: vel vt maiore detinereꝛ pudore: etenim etiã in hoc nõ paruus affectus. Hec autẽ omnia nõ feſtine tranſcurrenda ſunt / ſꝫ noſtris mentibꝫ infigenda: ſic enim nullũ vnqꝫ in nobis ira locum habebit. Quis eñ rem illam animo voluens ⁊ ꝓditorem vna recumbentẽ cũ ſaluatore ac eum qui tradebaꝛ: ſic leniter atqꝫ humiliꝛ loqui nõ eijciet omne furoris atqꝫ ire venenũ. Perpende igitur qꝫ leniter ad ipſum ſermonem conuertit: filius quidẽ hominis inquit vadit ſicut ſcriptum eſt de ipo: quibꝫ verbis ⁊ diſcipulos cõfirmauit / ne imbecillitati hãc rem attribuant / ⁊ ꝓditorẽ ſimul voluit emendare. [Ue aũt illi homini ꝑ quẽ filius hominis tradeꝛ: bonũ erat illi ſi natus nõ fuiſſet homo ille.] Perpende etiam atqꝫ etiã in arguendo ineffabilem lenitatẽ / nõ eñ acriter ſed cõmiſerando ꝓfert orationẽ aliqualiter. rurſus quaſi tenebris obductã. Et certe non ſuperior ſolũ vecordia / ſꝫ poſterior impudentia omnẽ indignationẽ merebaꝛ: poſtqꝫ enim ita redargutus fuit: interrogauit dicẽs: Nunquid ego ſum rabbi? O ſingularẽ ſtulticiã / querit de his quoꝝ ſibi conſcius erat. Nam ⁊ euãgeliſta ex admiratiõe impudẽtie illiꝰ hec dixit: Quid porro ad hec leniſſimꝰ ⁊ mitiſſimꝰ ille ieſus? Tu dixiſti: Ita quãqꝫ dicere potuiſſet ſceleſte atqꝫ ſordide tam longo tẽpore hoc malũ ꝑturiens: et nũc diabolicis factis cõcilijs argentũ ex pacto habiturꝰ / audes redargutꝰ quaſi nullius tibi rei cõſcius interrogare. Nihil tamen hoꝝ dicere voluit: ſed quid? tu dixiſti: ita terminos nobis ac regulas obliuiõis fixit iniuriarũ. Sꝫ obijciet quiſpiã atqui ſi eſt ſcriptũ xp̃m hec fuiſſe paſſurũ quã ob rem iudã qui ſcripta ꝑfecit criminamur? Quia nõ illo certe animo ſed improbitate ſola ĩ turpiſſimũ illud facinus fuit impulſus. Nam niſi mentem reſpicias / ip̃m qꝫ diabolũ ab omni crimĩe liberabis. Sed nõ eſt ita / nõ eſt. Mille enim vterqꝫ meretur ſupplicia: etiam ſi orbis ſalutẽ inde cõſecutꝰ ẽ. Quippe nõ iude traditio: ſed ſapiẽtia chriſti atqꝫ potentia ſalutẽ peperit vniuerſis: chriſtꝰ eñ improbitate alioꝝ ad vtilitatẽ noſtrã vſus eſt. Sed inquies qd igiꝛ ſi iudas nõ ꝓdidiſſet? qd hoc porro ad queſtionem / crucifigi omino xp̃m oportebat / nec crucifigi poterat niſi ꝑ homines: quare ſi oẽs erga ip̃m boni fuiſſent / hec ꝓ ſalute noſtra diſpenſatio nõ ꝓceſſiſſet: abſit hoc omino. Nam ineſtimabilis ſapiẽtia xp̃s ſi ita cõtigiſſet / nouit quo pacto res diſpenſanda fuiſſet. Preterea ne qs putet miniſteriũ diſpenſationis iudam fuiſſe quaſi miſerũ deflet. Sed rurſum quiſpiam obijciet ſi bonũ erat nõ fuiſſe iudã natũ: quare illum ꝓduxit? Quare autẽ ceteros prauos ꝓduxit: ita cum te oporteat improbos coarguere / qui poterant improbitatẽ negligere hoc derelicto temerarie diſpenſatiões ⁊ opa dei ſcrutaris / qꝫuis nullum neceſſitati cogi vt ꝓbitatẽ ſequaꝛ: ita inquies. Sꝫ bonos natos eſſe ſolũ oportebat: nec gehẽna aut ſupplicijs opꝰ erat cũ nullũ malignitatis extaret veſtigiũ: improbos nunqꝫ natos aut natos cõfeſtim decedere. Nos ṽo primũ illud apoſtolicũ dicendũ arbitramur / quinĩmo o hõ tu qs es: q aduerſus eũ reſpondes. Nõ dicet qd factũ eſt factori ſuo cur me ita formaſti? Deinde ſi rationẽ humanã queris illud addi nõ dubitabimꝰ maiori admiratiõi bonos eſſe cũ inter improbos viuãt / tunc enim innocentia ſua ⁊ mirabilis philoſophia magis elucet. Tu ṽo omnẽ luctationis atqꝫ certaminis materiã et cauſam funditus euertere vis. Quid ergo inquies vt alij meliores videanꝛ alij puniãꝛ. Minime: ſed ꝓpter improbitatẽ eorũ. Non eñ quia nati ſunt nequiciã contraxerunt: ſed quia deſidia ſe corruperunt iccirco puniuntur. Quõ ergo ſupplicio digni non ſunt qui cũ tales habuerint virtutis magiſtros / nihil boni facere voluerũt. Et veluti probi viri vexati ſummis laudibus ⁊ p̃mijs digni: ſic ꝑfecto ⁊ praui duabꝫ de cauſis / tũ qꝛ cũ poſſent ṽtutẽ ſequi ſicut ⁊ iuſti ſecuti nõ ſunt / tũ qꝛ nihil exemplo bonorũ virorũ lucrari ſtuduerunt ſupplicijs digni comperiunꝛ. Quam autẽ ob rem nõ a principio ſicut ⁊ ceteri iudas. [Nunqd ego ſum domine?] interrogauit? Quoniã generaliter vnꝰ ex vobis dictum erat / latere putauit. Cum vero iam videret manifeſte ſe reprehendi de lenitate dñi confiſus poſſe redargutionẽ euadere dñm interrogauit: qꝫpropter etiã rabbi ſolus ĩ hꝫ loco appellauit. O cecitatẽ mẽtꝭ inauditã: q̃ exactꝰ atqꝫ depulſus es. Taꝉ nẽpe res auaricia es amẽtes / ſtolidos / impudentes / canes ꝓ hominibus ĩmo ṽo ⁊ canibꝰ peiores ⁊ demones a canibus facit: qua fiebat vt iudas quidẽ diabolũ etiam inſidiantẽ amplectereꝛ: Jeſum vero benefacientem ei traderet: alter diabolus volũtate iam factus. Tales quippe inſatiabilis pecuniarũ cupiditas hoĩes facit: vecordes / furioſos / ex pecunia penitus pendentes qualis ⁊ iudas factꝰ fuit. Quomõ aũt mattheus ⁊ alij duo qꝫ primũ de ꝓditione pepigit captum a diabolo dicunt: Joannes nam poſt panem ingreſſus fuit in eũ ſathanas. Non aliter quippe ioannes qꝫ ceteri dicit. Cena eñ ait cum facta diabolus iam in cor iude immiſerit vt eum tradat: poſt igitur bucellam introiuit in eum ſathanas: quia non ſubito neqꝫ ſub vno momento: ſed ſenſim diligenter facto periculo hominem ingrediꝛ: quod et hic factum eſſe intelligimꝰ: ſenſim enim ad eum accedens et pulſans poſtqꝫ apertum ſibi habitaculum eſſe cognouerat totus ad illum ſpirat. Quomodo autem ſi paſcha comedebant aduerſus legem recumbentes comedebant? Sed dicere poſſumus quia poſtqꝫ comederunt paſcha ad cenandum recubuerunt. Alius autem euangeliſta dicit: quia veſpere illo non comedebat ſolum dominus paſcha: verũ etiã comedẽdo dicebat: deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum. Quare hoc paſcha id eſt hoc anno comedere paſcha deſiderauit? Quia videlicet tunc ſalutẽ orbi allaturꝰ eſſet / tũc myſteria nr̃a



ret. Quare autẽ perã etiam addidit? Ut eos erudi-
ret ſtudere ac vigilare multũ qm̃ ꝓprio vſuri ſtudio
ſint. Nã in principio quidẽ quaſi rudes ac teneros
virtute ſua fouebat. Nũc autẽ quaſi e nido pullos
educẽs ſuis etiã pẽnis vti hortatur. Deinde ne pu-
tent imbecillitate ſe omiſſos eſſe/ ac ad ſuã operã cõ
pulſos ad prioꝝ memoriã reducit dicens: Nũ quã
do miſi vos ſine ſacculo re ꝗpiã caruiſtis: ita vtriqꝫ
ad agnoſcẽdas res eius inducit: tũ quia eos prote-
xit: tum quia ſenſim ac pauliſp ad operã ſuã eos re-
miſit. Sed vnde nã ibi gladij ſunt inuẽti? A cena ꝛ
menſa: tunc iã exiuerũt: vbi ꝓpter agnũ gladios eſſe
oportuit: illi vero quoniã audiſſent vẽturos aduer
ſus eũ aliquos eſſe/ quaſi magiſtrũ defenſuri ſecum
gladios acceperũt. Que res diſcipuloꝝ animus ſo
lũmodo erat: Propterea Petrus ꝗ gladio vſus cõ
minatione ꝛ quidẽ vehemẽti reprehendit. Ulꝰ eñ
ſeruũ magno ardore animi eſt/ qđ non ad ſui: ſed ad
magiſtri fecit defenſionẽ: chriſtus vero nullũ detri-
mentũ fieri permiſit: cõfeſtim eñ illũ curauit: ꝛ hac
magnitudine miraculi/ ꝛ lenitatẽ ad potẽtiã ſuam
oſtendit. Tu vero diſcipuli quoqꝫ ꝛ amorẽ piũ ꝛ hu
militatẽ cõſidera: alterũ eñ ex diligẽdi feruore: alte
rum ex obediẽtia fecerat. Nã cũ audiſſet mitte gla-
dium in vaginã: qđ antea nunꝙ fecit ſtatim obtem-
perauit. Alius aũt euãgeliſta dicit interrogaſſe di-
ſcipulos ſi gladio percutiendũ erat: ꝛ chriſtũ non ſo
lum prohibuiſſe/ verũ etiã percuſſum ſanaſſe. Sed
Petrũ acriter ꝛ quidẽ minãdo increpat/ vt eum ex
ceteros ſimul ab huiuſcemodi defenſiõe deterreat/
omnes eñ qui gladiũ acceperint/ gladio morientur:
ꝛ adiecit an putas quoniã nõ poſſum rogare pr̃em
meũ: ꝛ exhibebit mihi pluſꝙ duodenas legiões an-
geloꝝ: ſed vt impleant ſcripture. His rationib᷒ fer
uentes animos eoꝝ reſtinxit: maxime cũ oſtẽdat iã
ita predictũ eẽ a ſcripturis. Unñ ſuperius quoqꝫ ora
bat vt cũ audirent volũtatẽ hãc eſſe dei mitiori aĩo
ferrent/ ita duob᷒ ꝯſolatus eos eſt: eoꝝ qui ſunt in-
ſidiati ſupplicio: omnes eñ qui acceperit gladium



inquit gladio morient. Et quia ſponte ſua hec ſuffe
rat: poſſum enim auxiliũ ait a patre habere ſi volo.
Cur autẽ non dixit an putatis? quia nõ poſſum om
nes hos perdere? Quia nondũ decentẽ atqꝫ conſtã-
tem de ipſo fidẽ habẽt/ credibilius illis hoc erat: ꝑ-
ſertim cũ pauloante dixerit: Triſtis eſt anima mea
vſqꝫ ad mortẽ/ ꝛ pater trãſeat a me calix iſte. Et ad
hec ſudor quidẽ/ ꝛ labor animi apparuit/ ꝛ ab ange
lo cõfirmatus fuit. Quoniã igitur multa humani-
tati ꝯueniẽtia fecerat: ſi ſe illos perdere poſſe dixiſ-
ſet/ nõ fuiſſet veriſimile. Ideo an putatis inquit nõ
poſſe me impetrare a patre meo: ꝛ idipm humiliter
profert dicẽs: ꝛ exhibebit mihi duodecim legiones
angeloꝝ. Eteni ſi vnus angelus centũ octuaginta-
quinqꝫ armatorũ hominũ milia interfecit: quid face
rent duodecim legiones angeloꝝ? Ita ad ĩbecillita
tem atqꝫ timorẽ eoꝝ qui metu iã ſemimortui erant
orationẽ accomodauit/ ꝛ auctoritate ſcripturaꝝ mu
niuit. Quõ igit implebũtur ſcripture? Sic eos ab
omni defenſiõe deterret. Nã ſi ſcripturis quoqꝫ ita
videtur ꝗd vos repugnatis. Et hoc quidem ad di-
ſcipulos: ad illos autẽ ait: [Tãꝙ ad latronẽ exiſtis
cũ gladijs ꝛ fuſtibus cõprẽhendere me: quottidie in
templo ſedebam docẽs/ ꝛ nõ tenuiſtis me] Recen-
ſe quot modis eos exſuſcitet. Supinos eos proie-
cit/ aurẽ ſeruo reſtituit/ interitũ eis cõminatus eſt/
vt gladio morirent/ ꝗ gladiũ accipiũt: qđ futurum
preſenti miraculo cõfirmauit. Sic vndiqꝫ ꝛ a pſen-
tibus ꝛ a futuris potẽtiã ſuã oſtẽdit/ vt nulla vi de
tentus eſſe videatur: ꝛ ideo ſubiecit quottidie vobiſ
cum erã ꝛ ſedebã docens/ ꝛ non tenuiſtis me. Hinc
oſtendit permiſſione ſua illud voluiſſe: miraculis au
tem pretermiſſis de doctrina mentionẽ facit/ ne ia-
ctare ſe videret/ docentẽ me nõ tenuiſtis inquit/ ſi-
lentẽ aggreſſi eſtis: in tẽplo erã ꝛ nemo manũ in me
iniecit/ modo nocte cõcubia cũ gladijs ꝛ fuſtibus ir
ruiſtis: quid opꝰ aduerſus me his armis fuit? His
omnib᷒ manifeſtũ facit/ quia niſi vltro ſeipſum tra-
didiſſet: nihil etiã tunc ipſi potuiſſent: ſi eni inter eos
erat ꝛ capere volẽtes nunꝙ potuerũt: neqꝫ tunc ꝗdẽ
voluit ambigere/ id quoqꝫ ſoluit dicẽs: hoc factum
eſt vt ſcripture impleant. Uides quõ ſemp etiam in
ipſa ꝓditõis hora ad emendationẽ corũ oĩa faciebat
ſanãdo/ predicãdo/ terrẽdo/ gladio eĩ peribũt: ſpõ
te ſe ad paſſionẽ venire oſtẽdẽdo. Quottidie nãqꝫ vo
biſcũ erã docẽs ꝛ nõ tenuiſtis me: cõcordẽ ſe patri ſi
gnificãdo: vt prophetaꝝ ſcripture adimpleãt. Cur
autẽ in templo ipm non tenuerũt? Nõ fuiſſent auſi
ꝓpter turbas. Quã ob rẽ etiã exiuit a loco ꝛ oportu
nitate tẽporis illis poteſtatẽ cõcedẽs/ ꝛ excuſationẽ
coꝝ vndiqꝫ ſuccidẽs. Nã ꝗ ſeipſum tradidit vt ſcri-
pturas impleret quõ aduerſus deũ patrẽ docebat?
[Tũc diſcipuli omnes dimiſſo ipſo fugã ceperunt]
Quãdo vero hec ad turbã locutus eſt/ tũc in pedes
ſe omnes dedere/ nullã iã vidẽtes eius defenſionẽ/
qui vltro ſe traderet/ ac diceret ſm ſcripturas iſta fi
eri: ſed diſcipuli quidẽ fugiũt. Illi vero Jeſum. Ad
caiphã ducunt [Petrus autẽ ſequebat ꝛ introiuit
videre finẽ] Ingẽs huius diſcipuli ardor fuit/ qui
nec ceteris quidẽ fugientib᷒ territus eſt: ſed ſecutus
etiã introiuit. Nã ꝛ ſi Johannes ꝗꝫ id fecerat: ſed ta
men notus erat pontifici. Cur autẽ ipm eo duxerũt
vbi omnes erãt cõgregati: ꝛ omni conſilio pontificũ
res gerebant Iccirco ad eũ omnes cõueniũt/ qui il-
lo anno ſummũ pontificiũ obtinebat/ vbi pernocta
runt vigilãtes: adeo vt paſcha ea nocte comedere ne
glexerint. Mane autẽ facto nõ intrarũt in pretoriũ
(vt Joãnes inquit) vt nõ cõtaminarẽtur: ſed vt mã
ducarent paſcha. Unde liquido patet cupiditate in
terficiẽdo chriſtũ preuaricatos fuiſſe/ ac alia die pa
cha comediſſe. Nõ eni chriſtus/ ſed illi audaciſſimi
homines ꝛ mille trãſgrediẽtes legis precepta: quo
niam ita inflãmati erant: et ſepe conati capere ipm
nihil facere potuerũt: ex inſperato nocti qđ cupiebãt
tẽpꝰ paſche tranſpoſuerũt: vt ardẽtes cede animos
eoꝝ explerent: ꝓterea cõgregãtur omnes ꝛ cõſiliũ
iam peſtis erat. Et nõnulla more iudicis querunt/
vt habitũ iudicij atqꝫ figurã inſidijs ponerẽt. Non
eni cõueniebãt teſtimonia: ſed tumultus atqꝫ turba
tionis omnia plena erãt: adeo vt aperte fictũ pate-
ret eſſe iudiciũ [Uenerũt aũt falſi teſtes dicẽtes: iſte
dixit: Soluite templũ hoc ꝛ in trib᷒ diebus erigam
ipſum] in trib᷒ dixit certe dieb᷒: ſed nõ ſoluo: ſꝫ ſolui
te. Nec de illo tẽplo: ſed de corpe ſuo dicebat. Quid
igitur põtifex fecit vt ad reſpondendũ cõpelleret vñ
capi ipm arbitrabat [Nõ audis inquit quid iſti te-
ſtãtur aduerſus te] Jeſus autẽ quia nullũ videbat
excuſationi locũ tacebat: figura eni ibi dũtaxat iudi
cij erat: re autẽ ipſa latronũ impetus: pontifex igit ꝑ
ſeuerabat dicẽs [Adiuro te per deũ viuũ: vt nobis
dicas ſi tu es chriſtus filiꝰ dei viui: ipſe vero reſpõ
dit: tu dixiſti: verũtamẽ dico vobis ãmodo videbi-
tis filiũ hominis ſedẽtẽ a dextris virtutis dei: ꝛ ve
nientẽ in nubibus: tũc princeps ſacerdotũ ſcidit ve-
ſtimẽta ſua dicẽs blaſphemauit] Qđ ait vt atrociꝰ
dictũ chriſti videret ꝛ atrocior accuſatio fieret. Nã
quoniã audiẽtes perterriti fuerãt/ ſicut in Stepha
no poſtea fecerũt aures obſtruentes: ſimile ꝗd hic a
põtifice factũ eſt. Sed que nã erat iſta blaſphemia?
Jã cõgregatis ipſis aliud iſtud ꝓpoſuit: Dixit do-
minus dño meo ſede a dextris meis: qđ latiꝰ ab eo
exponi audiẽtes nihil audere auſi: ꝛ tũc tacuerũt ꝛ
nihil poſtea ipſi ꝯtradixerũt. Quõ igit blaſphemiã
nunc iſtud appellabãt. Cuius etiã rei gratia chriſtꝰ
hoc eis reſponſum dedit? Ut omnẽ eoꝝ tolleret ex-
cuſationẽ. Iccirco ad extremã vſqꝫ diẽ apte ſeipſum
chriſtũ eẽ dicebat: qui a dextris ſedeat patris: quiqꝫ
rurſus ad iudicandũ orbẽ vẽturus ſit. Que res ma
gnã eius cõcordiã ad patrẽ ſignificat. Ueſtimentis
ergo cõſciſſis: ceteros interrogat dicẽs [ꝗd vobis vi
detur] noluit a ſeipſo ſententiã proferre: ſed ꝗſi ma-
nifeſtiſſimo peccato ꝛ blaſphemia patẽte ab illis eã
elicere voluit. Nõ eni ignorabat ſi res in cognitio-
nẽ ꝛ examinationẽ veniret exquiſitã: ab oĩ cũ crimi-
ne liberari: ac ideo apud ſeipſos cõdẽnari ſtudebat/
ꝛ auditores preoccupabat dicẽs: vos ipſi blaſphe-
miã audiſtis: hec dixit vrgens ꝗſi atqꝫ impellẽs ad
uerſus cũ ſententiaꝫ ꝓferre. Quid igit illi? reus eſt
mortis. Condẽnatũ eni iã a ſe ad pylatũ ducere vo-
lebãt/ vt faciliꝰ ipſum ꝗqꝫ ad ꝯdẽnandũ impellerẽt
cuius rei omnes cõſcij vna voce reſpõdẽt reꝰ eſt mor
tis: ſic ipſi accuſabãt: ipſi diſceptabãt: ipſi ſentẽtiã fe
rebant: omniũ officia tũc ipſi occuparũt. Quõ autẽ
ſublata in mediũ nõ ꝓpoſuerũt? Quia ſepius ora eo
rum frenauit: ex his que tũc facta fuerant cõdẽnare
ipm cupiebãt: ꝛ ad ea peruenit põtifex/ vt oĩb᷒ ſciſ-
ſione veſtis ad ſe attẽtiꝰ attractis ſentẽtia iã ab ipſis
prolata tanꝙ cõdẽnatũ ad pylatũ ducũt: ita callide

atq; malitioſe cuncta gerebāt: nihil certe tale apud
pilatū dicūt: ſ; quomō: niſi malefactor hic eſſet non
vtiq; tibi tradidiſſemus eū/ ita publicis criminibꝫ
interimere ipſum ſtudebant. Cur autē occultiꝰ non
interfecerūt? Malā de chriſto exiſtimationē ſuſcita/
re volebāt. Quia igiť multi audiuerūt eū ⁊ admira
bantur vehemēter atq; ſtupebāt tā de ſignis/ q̄; de
doctrina: iccirco dederūt operā vt publice necareť:
chriſtus vero nō prohibuit: ſed in veritatis affirma
tionē proteruitate illorū vſus eſt. Manifeſta enim
morte ipſius omnibꝫ facta/ cōtrariꝰ eſt cōſecutꝰ euē
tus q̄; illi optabāt. Illi enim ad dedecꝰ ipſiꝰ publi/
ce eū necarūt: ipſe aut ſūma hinc gloria perfulſit. Et
queādmodū dicebāt occidamꝰ ipm/ ne romani ve/
niant/ ⁊ ciuitatē nobis atq; gentē eripiāt: q̄ interfe/
cto illud maxime paſſi: eodē nūc pacto publice cruci
fixerūt/ vt magna infamia notarēt: euenit aūt oīno
cōtrariū. Prātē autē habuiſſe illos ꝑ ſeipſos inter/
ficere Pilatus declarauit dicēs: Accipite eū vos ⁊
ſm legē veſtrā iudicate ipſum: noluerūt autē vt tā/
q̄; iniquus/ tanq̄; tyrānus/ tanq̄; factioſus turpiſſi
ma videreť morte necatus. Qua de re latrones q̄q;
ſimul cū eo crucifixerūt/ ⁊ ad Pylatū dicebāt: Nō
ſcribe regē hunc eſſe iudeorū: ſed quia dixit regē ſe eē
que oīa ita pro veritate faciūt/ vt nec vmbrā quidē
excuſatiōis impudētiſſime iudei habeāt: imō cuſto/
dia ⁊ ſignacula ſepulture magnū ſplendorē veritati
addiderūt: eidē etiā cōuitia/ ⁊ cōtumelias fecerunt.
Hmōi certe res falſitas eſt/ vt his rationibꝫ diſſol/
uatur quibꝫ tetēdit inſidias: qȯ illis accidiſſe vide/
mus. Nā cū viciſſe iā putarēt/ tunc maxime ea re/ q̄
putabāt viciſſe/ in ſūmū dedecus impulſi perierunt
quibꝫ autē victus viſus eſt/ hinc maxime refulſit/ ⁊
miraculi eſt potitus victoria. Non queramꝰ igiť
vbiq; victoriā/ nec ſemper ſuꝑari vereamur. Eſt em̄
qñ victoria detrimentū/ offenſio vero emolumentū
adducit. Eteñ in ira quia valde cōtumeliatus aliū
eſt ſuperaſſe videť: cū re vera ipſe maxime a turpi hac
perturbatiōe victus nō parū ſibiipſi nocuerit. Qui
autē magno animo tulit iniuriā: hic profecto ⁊ q̄dē
cū laude ſuperauit. Ille nāq; nec ſuā quidē egritudi
nem cōpreſſit: hic etiā alienā extinxit/ ⁊ ille ſub mor
bo ſuperatus eſt. Hic enī alienū curauit: nec ſolum
ipſe inflāmatꝰ nō eſt: verūetiā ingentē alterius flā/
mā extinxit. Qȝ ſi apparentē hanc ⁊ nō verā victoriā
cōſequi voluiſſet/ ⁊ ipſe victus iacuiſſet/ ⁊ aduerſa/
rium magis incēdiſſet/ ſic turpiter ac miſerabiliter/
queādmodū mh̓ercule ab ira exagitate ambo iacēt
Nunc vero ⁊ huiꝰ dedecoris expers eſt qui philoſo/
phať/ ⁊ preclarū tā ſibi q̄; proximo de iracūdia tro/
pheū conſtituit. Nō igitur vbiq; victoria querenda
eſt. Qui em̄ ledit/ ſuperare leſum videť: ſed perniti/
oſa ſibi victoria ſuꝑat. Leſus autē ſi magno animo
ꝑfert iniuriā quāq̄; victus videať/ coronā tamē ſplē
didā adeptus eſt. Sepenumero ergo vinci q̄; vin/
cere preſtātius eſt/ optimꝰ profecto iſte victorie mo
dus eſt. Nā ſiue quis rapiat/ ſiue percutiat/ ſiue in
videat/ qui ſuffert ⁊ nō cominus aggrediť: ille pul/
cherrimus victor eſt. Cur rapinā ⁊ inuidiā dico/ cū
etiā qui ad martyriū traditur ceſus/ laceratus/ iu/
gulatuſq; hoc pacto deniq; ſuperat. Et quidē in bel
lis oſtēſio prelij ē: ſi miles occiderit. Hec apud nos
chariſſima eſt victoria: nullibi certe male agentes ⁊
vbiq; mala ſufferētes ſuperamꝰ: illa fulgētiſſima vi
ctoria eſt q̄ inferētē patiendo ſuꝑaſti. Cūq; opp̄ſſam
exteriori victorie naturā habeat (qȯ maxime virtu/
tis argumentū eſt) a deo eſſe demonſtrať. Sic ſco/
puli fluctibꝫ celi facile ipſos diſſoluūt: ſic ſancti oēs
preconio preclaro coronati preclara trophea ſtatue/
runt/ hāc victoriā laboris expertē cōſecuti. Nō em̄
luctari te/ aut laborare oportet/ deꝰ eas tibi vires
cōceſſit: vt nō inſertione manuū: ſed patiētia vincas
Nō exeas igiť in preliū ⁊ viciſti/ nō collucteris ⁊ co
ronatus es/ mľto tu preſtātior ⁊ fortior aduerſario
es/ tu teipm dedecoras: noli cōmittere vt ille poſſit
dicere vix a te in ꝑlio ſuꝑatū fuiſſe: ſed fac vt inexpu
gnabilē hāc virtutē admireť/ ⁊ ſtupeat/ predicetq;
abs te ſine prelio victū fuiſſe: ſic beatus ille Joſeph
q̇ magno animo iniurias tulit/ vbiq; vt victor ꝑdi/
catur. Nā ⁊ fratres ⁊ egyptiā illā mulierē inſidian
tes equo animo ferendo ſuperauit: noli mihi carce/
res vbi vinctus fuit/ nec regiā vbi mulier illa ver/
ſabatur obiectare: ſed vinctū mihi atq; victorē oſtē/
de. Et qui in voluptate/ qui in merore/ viuebat pa
tefacias. Illa nec iuſtū illū virū/ nec cupiditatē pro
priā ſuꝑauit/ hinc ⁊ mulierē repulit/ ⁊ a difficilimo
captus morbo nō eſt. Et ſi vis verba mulieris au/
diamus/ vt a ſuperato penitꝰ atq; proſtrato animo
ꝓferri videas. Adduxiſti nobis huc inq̄t/ puerum
hebreū illudere nobis: nō ille o miſera atq; iniquiſſi
ma: ſed diabolus tibi illuſit: quia perſuaſit poſſe ad
amāriū abs te animū infringi. Nō adduxit tibi ma
ritus hebreū inſidiantē puerū: ſed callidiſſimus de/
mon/ qui in illicitā te impulit cupidinē. Quid autē
Joſeph? tacet oīno/ ⁊ ſic cōdēnatur velut ⁊ chriſtus
figura enī illa chriſti fuerāt. Sed erat ille (inquies)
in vīculis: hec in regia ſpaciabať. Et q̇d eſt hoc? nō/
ne illa ſplēdida fuit/ coronatus etiā hic cū in carce/
re vinctus iacere videreť. Hec autē oīno vincto mi
ſerior: quāq̄; in regali thalamo verſabať: ſed nō hinc
ſolū/ verumetiā ab exitu rerū victoriā aſpicere licet.
Quis enī qȯ voluit nactꝰ eſt? ille vinctus profecto/
nō hec regia mulier. Nā ille caſtimoniā ſtuduit ꝯſer
uare: hec caſtū illius animū corrumpere. Quis igiť
volūtatē adimpleuit ſuā? Ille qui paſſus eq̄aīo in/
iuriā eſt/ aut hec que iniquiſſime intulit? Ille ꝓcul/
dubio ille igiť clariſſima fuit potitus victoria: que
oīa nō ignorātes: hāc victoriā q̄ a patiētia originem
trahit totis viribꝫ perſeq̄mur/ illā diligētiſſime fu/
giamus que ab inferēda iniuria naſciť: ſic em̄ ⁊ pre
ſentē vitā quiete atq; tranquille peragemꝰ/ ⁊ futu/
ram conſequemur gratia ⁊ miſericordia domini no
ſtri ieſu chriſti Amen.

Homelia. LXXXVI. Ex capitulo. XXVI.

## T Unc ſpuerūt in faciem eius et colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt dicētes: prophetiza nobis chriſte quis ē qui te ꝑcuſſit ⁊c.

Quā ob rē hec faciebāt cū occiſuri eū eſſent? quid
em̄ hmōi illuſiōe opꝰ erat? Crudeles eoꝝ mores in
oībꝫ oſtēdūt/ q̇ q̄ſi venatores fera inuēta ſic violētia
⁊ furore ferebanť/ ſolēnitatē habere credētes ⁊ ingē
ti cū voluptate inſiliētes. Tu aūt ſublimē diſcipulo
rū ꝓbiam admirare/ q̇ adeo exquiſite iſta ꝯceperūt/



vt quāti facerēt veritatē facile appareat: cū ea q̄ tur
piſſima videnť ad vnguē expoſuerūt nihil zelātes/
nec erubeſcentes: ſed eximiā putātes gloriā/ ⁊ profe
cto eximia eſt: ꝙ dn̄s orbis talia pro nobis pati vo/
luerit: que res ⁊ ineffabilē erga nos charitatē/ pro/
teruitatēq; eoꝝ nulla venia dignā ante oculos po/
nit. Quippe aduerſus mitiſſimū illū atq; leniſſimū
qui vel qñ cedebať ea verba dicebat/ quibꝫ etiā leo
nē in agnū redigere poſſet tantā crudelitatē oſtende
bant: ſed vt ipſe nihil lenitatis pretermiſit/ ſic ipſi ni
hic cōtumelie/ nihil impietatis: ſed tā verbis q̄; fa/
ctis explere furorē ſuū conabanť: que oīa Eſaias il
le predixit: qui pauciſſimis verbis omnē hāc cōtu/
meliā multo ante apperuit. Quemadmodū inquit
obſtupeſcēt ſuꝑ te multi ſic ingloriꝰ erit inter viros
aſpectꝰ eius ⁊ forma tua inter filios hominū. Quid
em̄ illi cōtumelie poteſt exeq̄ri? in faciē illā quā flu/
xus maris reueriti ſunt: quā ſol in cruce videndo ra
dios occuluit/ ſpuebāt/ cedebāt/ caput ꝑcuciebant/
aliūde animos ſuos explētes/ ⁊ vulnera cōtumelio
ſiſſima inferētes/ quibꝫ ſpuēdi ꝯtemptū addere non
verebanť. Verba rurſus deriſionis plena profere/
bant ꝓphetiza nobis chriſte dicētes quis eſt q̇ te per
cuſſit? Sic illudebāt/ ꝓphetā ipm appellātes. Aliꝰ
autē euangeliſta dicit: quia velamīe ſua facie adoꝑ/
ta hec faciebāt/ quaſi quendā infamē ⁊ nulliꝰ rei ho
minē nō liberi ſolū: verūetiā ſui deludētes. Sepiꝰ
oro hec attētē audiamꝰ: hec in cordibꝫ noſtris cōſcri
bamus: hec em̄ pulcherrima ⁊ glioſiſſima ſunt/ in
his ego ſūmopere glorior/ nec minus me hi ſui do/
lores ſublimen efferunt: q̄; mille mortui/ quos ex/
citauit. Hec ⁊ Paulus itē/ ⁊ itē voluit atq; reuol/
uit crucē/ mortē/ paſſiōes/ cōuitia/ iniurias/ contu
melias: ⁊ modo quidē ait: exeamꝰ ad ipſum obpro/
brium eius ferētes. Modo autē qui pro gaudio ſi/
bi ꝓpoſito crucē ſuſtinuit verecundā [ Petrꝰ aūt ſede
bat in atrio foris ⁊ acceſſit ad eū vna ancilla dicēs:
Et tu eras cū Jeſu galileo: ipſe autē negauit coram
oībus dicēs: Neſcio quid dicis. Egreſſo aūt illo ad
portā vidit eū alia ancilla ⁊ dicit: ⁊ h̓ erat cū ieſu na
zareno: ⁊ rurſus negauit eū iuramēto. Poſt paulu
lum aūt cū acceſſiſſent: qui ſtabāt dixerunt Petro:
vere ⁊ tu ex eis es: eteñ loquela tua te manifeſtum
facit: tūc cepit anathematizare: quia nō nouiſſet ho
minē/ ⁊ cōtinuo gallus cātauit. Et recordatꝰ eſt pe/
trus verbi ieſu qȯ dixerat priuſq̄; gallus cātauerit
ter me negab. Et egreſſus foras fleuit amare. ] O
res nouas ⁊ mirabiles: quādo capi magiſtrū vidit
adeo efferbuit/ vt ſtricto gladio ſuū percuſſerit: qñ
aūt magis indignari/ inflāmari/ ſuccēdiq; debebat
tot tantaq; opprobria videntē/ atq; audientē tūc ab
negauit. Quis em̄ indignatiōe nō inſaniret nephā/
diſſima illorū facta cōſpiciēs: pauore tamē ille oīno
ſuperatus/ nō modo nō indignať: ſed pernegat/ ac
miſere viliſq; puelle verba ferre nō poteſt/ nec ſemel
modo/ nec ſecūdo: ſed etiā tertio negat: ⁊ hoc in bre/
uiſſimo tēpore: nec corā iudicibꝫ foris enī erat. Se/
debat em̄ inquit ī aula foris/ ⁊ cū in portā exiſſet eū
aggrediunť/ nec lapſum ſuū ipſe antea ſenſit (vt Lu
cas dicit) q̄; in eū chriſtus reſpexiſſet. Jta nō ſolū ne/
gauit: ſed etiā q̄uis gallus cantaſſet caſum ſuū: ta/
men a ſeipſo nō ſenſit: ſed magiſtri admonitiōe indi/
guit: Cuius inſpectio vox illi facta eſt. Marcꝰ ait:
cū ſemel Petrus negaſſet tūc primo gallū cantaſſe/
cū vero tertio illū tūc gallū ſecundo: ita exquiſite ſo/
lus explicauit ⁊ piā magiſtri ad diſcipulū curā ⁊ im
becillitatē Petri: ⁊ ꝙ formidine metꝰ vix ſeipm co/
gnoſcebat: hec ab ipſo magiſtro marcꝰ didicit: diſci/
pulus em̄ petri fuit: vnde maxime ipſum admirari
debemꝰ q̄ nō ſolū magiſtri delictum nō occultauit
ſed exquiſitiꝰ etiā: q̄; ceteri h̓ ipſo: q̄ diſcipulus erat
cōſcribere potuit. Quō igiť cū mattheꝰ dicat: anq̄;
gallus cātet ter me negabis: cū tertio negaſſet: ſecū
do gallus cantauit/ vt Marcus ſcripſit: ⁊ quomō
hec vera ⁊ cōſona eſſe poſſunt? Valde iſta certe vera
⁊ ſibi ipſis cōuenientia ſunt. Nā quoniā in vna vice
ter ⁊ quater gallus cātare aſueuit ſignificare volu/
it Marcus quia nec voce q̄dē galli in memoriā ad
ductus eſt: nec ſe a negatiōe retinuit: vtrū q̄; igiť ve/
rū eſt. Nā anteq̄; vnā cantādi vicē gallus abſoluiſ/
ſet ter negauit. A chriſto autē in memoriā delicti re/
ductus/ ne lachrymis proderet: nō eſt palā auſus:
ſed exiuit foras ⁊ fleuit amare. Facto aūt die ducūt
Jeſum a caypha ad pylatū. Nā quoniā interficere
ipſum ſtatuerūt/ ⁊ ꝓpter diē feſtū nō poterāt: ad py
latū eū ducūt. Tu vero cōſidera quō res ita cōpul
ſa eſt/ vt in die feſto agereť. Quippe ita iā a priſcis
tēporibꝫ fuerat figuris ſignificatū [ Tūc vidēs Ju/
das qui tradidit eū ꝙ cōdemnatꝰ eſſet penitētia du
ctus retulit trigīta argēteos ] Hoc tā iude q̄; ponti
ficū culpā exauget/ illiꝰ nō: quia eū penituit: ſed q̄
tarde penituit/ ⁊ ſeipm cōdēnauit ꝯfeſſus a ſe ſacrā
eſſe traditionē. Hoꝝ autē/ quia nō poſſent mutare
ꝓpoſitū perſeuerauerunt pertinaces: nulla penitēdi
cogitatiōe cōpuncti. Tu vero cogita qñ illum peni
tuit: qñ ad exitū ſcelus iā oīno ꝑuenit. Talis nēpe
diabolus ē: vt nō dimittat hoīem niſi negligat an/
te vltimū effectū magnitudinē peccati preuidere/ vt
penitētia ductus a peccato reſiliat: tā multis ei ad
monitionibꝫ chriſti flexus. Cū vero in vltimū iā ef/
fectū res venit: tūc penitētia duciť/ neq; tūc vtiliter
⁊ vt oportebat. Nā quoniā quidē cōdēnauit ſeipm
⁊ argēteos ꝓiecit/ nec iudeos veritꝰ fuerat/ oīa hec
laudabilia ſunt: ꝙ vero ſeipſum ſuffocauit id ab om
ni venia remotū/ pernitioſum fuit cōſiliū demonis
preripuit enī eū anteq̄; peniteret/ vt penitētie fru/
ctum amitteret/ ⁊ extrema mortis cūctiſq; manife/
ſta ſuſpenſus perijt. Jta vndiq; cōſidera magnū ve/
ritatis ſplendorē conflari ex his rebꝫ quas aduerſa/
rij agūt vel patiunť: ipſum em̄ mortis genus/ quo
proditor perijt eoꝝ ora qui chriſtū dānauerūt pro/
fecta cōſuit/ nec ſinit vt vmbrā ſaltē excuſatiōis in/
ueniāt. Quid enī dicere poſſunt ſi talē aduerſus ſe
proditor ſentētiā protuliſſe inueniť. Sed videamꝰ
etiā cū argenteos principibꝫ ſacerdotū retulit quibꝫ
vtitur verbis [ Peccaui tradens ſanguinē iuſtū: at
illi dixerūt: quid ad nos tu videbis. Et proiectꝭ ar/
genteis in templo receſſit. Et abiēs laqueo ſe ſuſpē/
dit. Nec enī potuit acerbos cōſcientie ſtimulos ⁊ fla
gella ꝑferre. Similiter aūt ⁊ iudei faciūt. Nam cū
debuiſſent iſtis cōmoueri: pertinaciſſime tamē per/
ſtiterūt quouſq; ad exitū ⁊ effectū peccati ꝑuenerūt.
Nā peccatū quidē illiꝰ qȯ erat proditio ad extremū
modo venerat: illorū vero nōdū. Cū autē etiā illi ſce
lus perfecerūt ⁊ crucifixerūt ipſum tūc cōturbātur
modo dicētes: Noli ſcribere hūc iudeorū eſſe regē.
Quid em̄ timetis? cur turbamini? corporeiā exani
mo in cruce ſuſpēſo: modo diligēter cuſtodiūt dicē/

res: Ne forte diſcipuli ſuffurentᷓ: ⁊ dicāt a mortuis eū reſurrexiſſe/ ⁊ erit error vltimus peior priore. At certe ſi dicent: niſi res vera fuerit facile redarguitur Sed quō dicēt: qui nec ſtare quidē potuerūt cū caperetur: quorū caput ⁊ vertex puelle verba non ferens tertio ipſum negauit. Sed vt diximꝰ cogitationum turbine ferebantᷓ: grauiter eñ ſe cōmiſiſſe nō ignorabāt: qđ inde patet: quia dicebant ad Judam tu videbis. Audite iſta: audite inquā auari/ verſate animo quid ille paſſus fuit. Nā ⁊ pecuniā amiſit/ ⁊ ſcelus admiſit/ ⁊ animā ꝑdidit. Hec atrox auaritie tyrānis facere ſolet: nō ē argēto/ nō eſt vſus hac vita/ nō fruetur futura/ vniuerſa ſimul amiſit/ prauaqʒ vel apud eos quibꝫ tradidit eſtimatiōe de ſe ſuſcitata laqueo demū gulā fregit. Sed vt dicebā nō anteqʒ rem perficiantᷓ: nōnulli inſpiciūt: video enim etiā illos nolle interea quantā rē auderent aſpicere: ſed dicētes: tu videbis: que res culpā eorū maiorē reddit. Aperte nāqʒ audaciſſime iniquitati teſtātes paſſione ſe ferri ⁊ nolle a ꝓperā ceptis deſiſtere oſtēdūt: ficto ignorātie velamine ſtulte ſe adoperientes. Nā ſi poſt crucē ⁊ mortē ipſiꝰ iſtud dixiſſent: ꝗuis neqʒ tunc recte dici poterat: nō tamē adeo illos condemnaret: nūc aūt cum adhuc in poteſtate veſtra ſit ⁊ poſſitis ab hac vos abducere cede: quō hec dicere poteſtis? Hec excuſatio veſtra multomagis accuſat Quo nā pacto: quia totū ad proditorē crimē refertꝭ cū poſſitis ipſi huiꝰ ſanguinis expertes eē: vos autem pertinaciſſime ad peiora progrediētes crucem proditioni addidiſtis. Quid enī tenuit (cū illi dictū ſit tu videbis) a paruo ꝓpoſito deſiſtere: ſi cōtrariū oīno faciūt interitū inferētes: ⁊ vbiqʒ tā nequitᷓ agētes/ vt in penas ineuitabiles ſe cōiecerint: ſic ⁊ paulo poſt a pylato eis poteſtate cōmiſſa latronē maluerunt: ꝗ̄ ieſum eligere: ⁊ latronem quidem manifeſtis criminibꝫ inquinatū tanqʒ innocentē cōplectuntur: chriſtū vero qui nō modo nihil criminis vnqʒ fecit: ſed plurimis etiā ac maximis beneficijs illos affecit interfecerūt. Quid autē iudas: poſtqʒ vidit inutilē ſe laborē perferre/ quia nollēt illi argēteos ſuſcipere ꝓiecta in tēplo pecunia abijt/ ⁊ gulā laqueo fregit: principes autē ſacerdotū ꝓiectos argenteos capientes dixerūt: [Nō licet mittere in corbonam eos: quoniā preciū ſanguinis eſt ⁊ cōſilio inito emerunt ex eis agrū figuli in ſepulturā peregrinorum. Ideo vocatꝰ eſt ager ille ager ſanguinis vſqʒ ad hodiernū diē. Tunc impletū eſt: qđ dictū eſt per hieremiā prophetā dicentē: ⁊ acceperūt triginta argēteos preciū appreciati: ⁊ dederūt eos in agrū figuli ſicut dñs mihi cōſtituit] Video rurſus ꝓpria eos cōſciētia condēnari: quoniā eñ non ignorabant inique ſe hominis cedē cōmiſiſſe: noluerunt in corbonā pecuniam deponere: ſed agrū in peregrinorū ſepulturā emerunt/ que res proditionis aduerſus illos teſtimoniū eſt. Nomē enim vile inditū omni clarius tuba ſceleratam eoꝝ predicat cedē: nec ſimpliciter: ſed concilio cōgrēgato id factū. Et in omnibꝫ procedūt ne aliquis ab hoc crimine innocens ſit: ſed omēs ſimul hac magnitudine peccati premantᷓ. Hec autē multis ſeculis antea prophetia predixit perſpiciens nō ipſos ſolū verū ⁊ prophetas turpiſſima opprobria exquiſite narraſſe: ⁊ vndiqʒ magna voce paſſionē predicari. Sed iudei amētia cōuoluti hoc modo fecerūt. Si enim in corbonā pecuniā imiſiſſent/ nō ita manifeſta res facta eſſet. Nūc vero villa empta/ etiā poſterioribus rē vniuerſam prodiderūt. Audiatis ꝗcūqʒ anime hominis preciū capiētes beneficium poſtea ex cede confertis: iudaica hmōi elemoſyna eſt: immo vero diabolica. Sunt ei ſunt inquā etiam nunc qui alienis direptis excuſatos ſe a toto crimine putant: ſi aliquā partē pauperibꝫ dederint: de quibꝫ ait propheta: Altare meū lachrymis velaſtis. Non vult certe chriſtus rapina nutriri: ingratiſſima hec ſibi ſunt alimēta. Quid ita tu dominū cōtemnis: vt res imūdas offerre audeas: melius eſt cōmittere vt inedia tabeſcat: ꝗ̄ hmōi alimēto ſuſtentare: alterū nempe crudelitatis ſimul ⁊ cōtumelie/ ⁊ meliꝰ eſt nihil omnino dare ꝗ̄ rem aliorū alijs cōcedere. Dic vero ſi duos quoſdā videres: alterū oīno nudum: alterum indutū: nullam ne iniuriā faceres ſi veſtitū ſpoliares: vt nudū indueres? immo vero maximā. Ex ſi re integra qua cōceſſa nō elemoſyna vſus es: ſed iniuriā cōmiſiſti: cū nec triceſimā partem raptarū rerū dederis/ ⁊ elemoſynā rem appelles/ quo ſupplicio non vexaberis? Si enim accuſabuntur/ qui claudicātes offerebant animātes: cum tu peiora facias/ quomodo veniā impetrabis? Nā ſi etiā ipſi a quo abſtulit fur rem reddiderit/ adhuc iniurie adeo reus eſt/ vt vix additione quadrupli crimen perſoluat. Et hec in veteri teſtamēto ſolum munitus: ſed noua etiā gratia renouata. Conſidera quantum in caput ſuū ignē exaggeret/ ꝙ ſi nōdū penas luat: iccirco magis lachrymādū eſt/ quia iram ſibi theſaurizat maiorē/ niſi penitētiā egerit. Quid enim eſtimatis/ ne ait illos ſolos peccatores fuiſſe/ ſup quos turris cecidit? Non dico vobis: ſʒ vos ꝗ̄ niſi penitentiā egeritis ſimilia patiemini. Agamus igitur penitentiā/ demus elemoſynā/ ab omni auaritie tabe purā: ⁊ demus nō parce: ſed copioſe. Veniat in mentē vobis octo milia leuitarū iudeos alere ſolitos fuiſſe/ ⁊ cū his viduas ⁊ parētibꝫ orbos: ꝑterea muneribꝫ ⁊ tributis ſubiectos militie quoqʒ operā dediſſe. Nunc autē agri/ domus/ locatōes/ vehicula/ equi/ muli/ multaqʒ alia huiuſmodi propter vos ⁊ veſtrā crudelitatē eccleſia poſſidet. Oportebat enim hūc eccleſie theſaurū vos retinere/ ac eccleſiam non paruos ex noſtra deuotiōe cōſequi fructus. Modo autem duo quedā mala cōmittūtur. Nam ⁊ vos quaſi nihil dare debeatis/ nihil cōfertis: ⁊ dei ſacerdotes a ſacerdotio a lingua ꝑtractāt. An enim poterant etiā tēpore apoſtolorū domus ⁊ agri ab eccleſia poſſideri? cuius igitur rei gratia vēdentes pecuniā offerebant? Quia id multomelius erat profecto. Nunc vero ſecularium cura reꝝ vobis furentibus timor noſtros inuaſit patres/ ne dū colligere/ ac nullo ſeminare ſtudeatis viduarū/ orphanorum/ ⁊ virginū mltitudo fame depereat: quare cōmoti hec ſibi cōparare coacti ſunt. Non libēter ad hanc ſe deformitatē imiſerunt qui deſiderabāt: fructus ex noſtra deuotione/ ſic acquirere vt orationibꝫ ſolum attendere poſſent. Nunc vero coegiſtis eos eorum qui ſecularia gerunt negocia/ curā/ ⁊ gubernationem imitare: vnde vniuerſa cōmiſcentur/ atqʒ turbantur. Cum enim ⁊ nos eadē ſolicitudine teneamur/ quis ꝓpitiū faciet deū? Propterea os aprire non poſſumus: quia nō melius eccleſia ꝗ̄ ſecularia gubernātur. Nō audiſtis quia nec quidē has pecunias ꝗ abſqʒ labore fuerūt collecte diſtribuēdas pu-



tauerūt apoſtoli. Modo autē in procuratores/ diſpenſatores: caupones redacti epiſcopi ſunt: imo vero iſtos etiā cura ⁊ ſolicitudine ſecularium reꝝ ſuperarunt. Cūqʒ oporteat: ipſos animarū habere curam noſtrarum: hoc pretermiſſo illud ſolicite curāt/ que publicanis/ queſtoribus atqʒ villicis curāda ſunt/ de his quottidie cogitāt/ ⁊ peruigilāt. Hoc nō fruſtra deploro: ſed vt harū rerū mutatio quedā in melius fiat/ vt ⁊ nos qui grauamē hanc ſeruitutē patimur miſericordiam cōſequamur: ⁊ vos fructus ⁊ theſauros eccleſie preparetis: ſi autē ita facere non vultis: ecce ante oculos veſtros pauperes ſunt/ ex quibus quotquot potuerimꝰ alere nō negligemꝰ: quos vero nō poſſumus vobis dimittemus: quos aliter oro diligēter/ ne in terribili die iudicij illa verba que aduerſus imiſericordes dicētur audiatis: fameſcentē me vidiſtis/ ⁊ non aluiſtis: hec certe inhumanitas nos quoqʒ vobiſcū deriſibiles facit: orationibus enim/ atqʒ predicatiōe/ ceteroqʒ cultu eccleſie pretermiſſo: alij vini: alij frumentoꝝ venditoribꝫ alij cauponibꝫ per totā vitā colluctātᷓ: vnde iurgia/ ꝯtētiones/ ꝯuitia/ opprobria quottidie oriūtur/ et vnicuiqʒ ſacerdotū ſecularibus idonea negocijs impoſita nomina ſunt: oportet igitur in talia hec mutari et inde preſbyteros nominari. Unde apoſtoli leges ſanciebāt: a nutritiōe videlicet inopū/ ab eorum qui ledebantᷓ protectiōe: a diligēti erga peregrinos cura/ a patrocinio eorū qui opprimuntᷓ/ i orbos parētibꝫ cura/ a protegēdis viduis/ a defendēdis virginibus: hec officia loco villarū ⁊ domorū cure preſbyterꝭ diſtribuere decet: hec ornamēta eccleſie ſūt. Iſti cōuenientes theſauri qui ⁊ vobis faciliorē vitā ⁊ nobis fructuoſiorē prebere poſſunt: imo vero nobis quoqʒ nō paruā afferēt vtilitatē: gratia eñ dei centū milia hominū huc cōuenire opinor: quoꝝ ſinguli ſi vnū panē quottidie paupertati offerrent: oēs certe pauperes abundarēt/ ſi vnū vnuſquiſqʒ obolum ſolūmodo nemo penitus indigeret: ⁊ non adeo villis ⁊ agris attēti eſſemꝰ/ nec tot iurgia ⁊ cōuitia quottidie pateremur. Illud enī euangeliū/ vade ac vende vniuerſa ꝗ habes ⁊ da pauperibꝫ ⁊ veni ac ſequere me oportune nunc ad eccleſie preſides ꝓpter latas eccleſiarū poſſeſſiōes ⁊ merito dici poteſt. Nō enim ſequi chriſtū aliter poſſumus/ niſi omnis ſecularis cure ſimus expertes. Nunc vero prochdolor vindemie/ ac meſſi dei ſacerdotes/ ⁊ venditioni/ ac emptioni fructuū aſſiſtunt: ⁊ illi quidem/ qui figure/ atqʒ vmbre cultū habebāt: ꝗuis corporalior eis adminiſtratio eſſet cōmiſſa: omniū tñ harū reꝝ erāt imunes. Nos vero qui ad penetralia celorū vocamur: quiqʒ ad vera ſanctaſanctorum ingredimur mercatorū rurſus ⁊ cauponū curas ſuſcipimus: vnde ⁊ magna ſcripturarū oritur negligentia: ingens in orando ſegnities/ ⁊ ceterorum omniū conteptꝰ Non enim poſſibile homini eſt ſufficienter ſtudio/ atqʒ opera in vtrūqʒ diſtendi. Quare rogo atqʒ obſecro multo nobis vndiqʒ fontis ſcaturiginē/ areāqʒ atqʒ torcular noſtram deuotionem fieri. Sic enim ⁊ pauperes facilius eo alentur: ⁊ deus glorificabitur/ ⁊ vos ad maiora miſericordie opera progreſſi: eterna vobis bona impetrabitis: quibꝰ vtinā oēs perfruamur: gratia/ ⁊ miſericordia domini noſtri ieſu chriſti Amen.

Homelia. LXXXVII. Ex capitulo. XXVII.

## Jeſus autem ſtetit ante preſidē: et interrogauit eū preſes dicens: tu es rex iudeorū? ipſe aūt dixit: tu dicis: et cum accuſaretur a principibus ſacerdotum et ſenioribus nihil reſpondebat.

Reſpicis illud ꝑmū inueſtigari/ qđ iudei crebro malitioſe volebāt. Nā quoniā videbāt nullā a Pylato de legalibꝫ curā fieri: ad publica crimina accuſationē reduxerunt. Sic aduerſus etiā apl'os faciebant: eadē ipſa ſemper clamātes: quia circūuagātur ieſum quendā regē eſſe predicātes. Jta cū quaſi de homine nudo hec dicerēt: ad ſuſpitionem tyrānidis impellere auditores conabantᷓ: vnde patet ſciſſionē quoqʒ illā tunice: ⁊ indignationē pontificis ſimulatam fuiſſe. Cūcta enī vertebant atqʒ turbabāt vt in mortē ipſum inijcerēt. Qđ igitᷓ illi maxime opponebant: id ni mirū pylatus ſcrutatᷓ. Quid igitᷓ chriſtꝰ ⁊ tu dixiſti/ fatetur ſe regē eſſe: ſʒ celeſtē: qđ alibi clarius ad eundē pylatū reſpondens dicebat ꝙ regnū meū nō eſt de hoc mūdo. Veꝝ ne aut illis excuſatio harū rerū relinquatᷓ/ apertiſſimā affert rationē dicens [Si de hoc mūdo eēt regnū meū: decertaſſent vtiqʒ miniſtri mei ne traderer] hic patet hac de cauſa ⁊ ipſum tributa detuliſſe/ ⁊ alijs deferre iuſſiſſe: vt nullū hec ſuſpitio locū haberet: quando etiā regē cōſtituere ipſum voluerūt confeſtim fugit. Sed cur inquies affectāde tyrānidis accuſatus iſta nō protulit? Quia cū a rebus ipſis mille haberēt argumēta virtutis crimīe (ſponte vigilātes) hec occultabāt ⁊ iudiciū ſtudioſe corrūpebant: ꝓpterea tacet pauciſſima quedā ⁊ rarius reſpondēs: ne perpetuo ſilētio ſuperbꝰ videretᷓ: pontifici eñ quādo adiurauit ⁊ interrogāti nōnunꝗ̄ preſidi: ad obiecta vero crimina quoniā minime ſe perſuaſurū ſciebat: nihil omnino reſpondit: qđ ⁊ propheta quidē ſignificans añ multa ſecula dicebat: Jn humilitate iudicium eius ſublatum eſt. Mirabatur autē his de rebus pylatus valde: erat quippe admiratione digniſſimū tāta cū humilitate ac taciturnitate videre aſtantē illū ꝗ mille permanifeſſimaqʒ haberet argumēta cū ſane nec ipſi accuſatores nulliꝰ ei criminis cōſcij fuerint: ſed inuidia ſola mouerētur. Unde falſis ductis teſtibꝫ: quoniā nihil inuenire potuerūt auctoritate ſua vrgebant nec cōpuncti fuerūt. Cū autem expiaſſe/ aut iudicē lauaſſe manus vidiſſent: multa enī etiā pylato traditus fecit quibus reſipiſcere potuiſſent: ſed in nullo voluerūt molliores fieri: quid igitur pylatꝰ/ nō audis quāta aduerſus te iſti teſtantᷓ? volebat eñ ipſum ſatiſfaciētē liberari propterea his verbis vtebatur. Verū quoniā nihil Jeſus reſpōdet aliud ꝗddā excogitauit: quid nā illud eſt? Mos erat ex condemnatis vnū eis dimittere: ꝗ ratione liberare chriſtum temptauit/ vt ſi nollent tanꝗ̄ innocentē abſoluere ſaltem/ vt condemnatū aliquē a principe peterent quem ſolennitatis gratia princeps populo cōdonauit. Nunc autē econtrario princeps a populo petit: neqʒ ſic illi mitigātur: ſed inuidētes magis ꝗ̄ſi atroces fere perturbatiōe liuoris inſaniūt. Nihil enim habebant prorſus quod etiā aduerſus ſilentē obijcerent: ſed cumulo iuſtitie illius/ etiam ſilētis/

redarguebantur:ita vt tacendo dicacitatē/atqꝫ furorem illoꝛū ſuperabat [Sedente autē ipſo pꝛo tribunali miſit ad eū mulier eius dicēs:nihil tibi ⁊ iuſto huic. Multa em̄ paſſa ſum hodie per viſum pꝛopter ipſum] Aduerte rurſus ꝙ mirabile hoc eſt:ꝙ ſufficiens omnes illos reuocare: ad rerum enim periculum ⁊ innocentie argumētoꝛum claritatem non parua res ſomniū acceſſit. Cur autē ipſe Pylatus ſomniū non vidit? Aut qꝛa mulier dignioꝛ erat/aut quia ſi pꝛeſes ſomniū hoc ſe vidiſſe dixiſſet:non ita ſibi creditum fuiſſet. Aut quia nō edixiſſet: ſed ſecum ipſe tenuiſſet. Iccirco igitur ex diſpenſatione mulier vidit/vt omnibus notum fieret:nec ſolū ſomniat verumetiā multa patitur/vt maritus vxoꝛe cōdolendo tardioꝛ ad cedē redderetur. Tempoꝛis quoqꝫ oppoꝛtunitas nō parum cōferebat:eadē em̄ ipſa nocte illo ſomnio fuit exagitata. Verū non erat Pylato tutum dicēs ipſum liberare/quoniā affectate tyrānidis erat accuſatus:opoꝛtebat igitur argumenta querere quib⁹ iſta pꝛobātur: vtputa ſi exercitum cōſcribebat/ſi pecuniā ingentē cōflabat/ſi arma vł aliud hmōi pꝛeparabat. Ille vero temere ab eis deducitur:quapꝛopter culpe non eſt expers. Maius nāqꝫ ait qui me tibi tradidit habet peccatū. Mollitie igit̃ factū ē ſua ⁊ vt cederet/ ⁊ flagellis ceſum cōcederet/ita mollis hic/eneruiſqꝫ fuit:pontifices autem pꝛoterui/atqꝫ malitioſi. Nā poſtꝙ ille cogitando legē adinuenit quandā/que ſolēnitati ex cōdēnatis aliquē condonare iubebat/turbis perſuaſerunt vt Barrabā vna omnes peterēt voce. Vides ꝙ diligēter ille ꝓuidebat/vt eos ab hoc ſcelere liberaret ⁊ quanto ipſi ſtudio ꝙ multa opera/vt ne vmbrā quidē ſibi excuſatiōis relinquerēt/vter enī dimittendus erat certis iā criminib⁹ condēnatus:an cuius adhuc cauſa pendebat. Nā ſi qua lata ſententia etiā dimitti poterat:multomagis ille cui⁹ res ī ambiguo verrebatur:īmo certe homicida atqꝫ manifeſtis latronibus peioꝛ eis Ieſus videbat̃:pꝛopterea nō dixit latronē:ſed inſignē latronē eos habuiſſe famoſū videlicet in ꝓteruitate ⁊ multis homicidijs inq̄natū:ꝓpoſuerūt tñ illū oꝛbis ſaluatoꝛi/nec rationem tēpoꝛis aliquā habuerūt qꝺ ſanctū erat atqꝫ ſolenne nec humanitaris leges/aut aliud hmōi veriti ſunt:ſed inuidia penitus ſupati ad pꝛoteruitatem ſuā plebē etiā coꝛrumpūt:ita deceptiōis quoqꝫ plebee extrema luēt ſupplicia. Barraba igit̃ ab vniuerſis poſtulato. [Quid igit̃ faciā inquit Pylatus de eo qui dicit̃ chꝛiſtus?] Cōuertere illos rurſus aliq̄ voluit pudoꝛe:poteſtatē enī eis eligēdi reliquit/vt ſaltē veriti ieſum petant/vt clemētie ſue totū attribuatur. Cōtentioſos enī magis videbat fieri/cum eis nihil ipſum peccaſſe dicebat/ac ideo putabat/ſi humanitati eoꝛū ſalutem ipſius attribueret facili⁹ poſſe perſuadere. Illi vero non dubitauerūt clamare crucifige. Ad qꝺ ipſe [Quid enī mali fecit] Tunc magis clamabant crucifige [Videns igitur Pylatus nihil in ſe omnino pꝛoficere lauit manus dicēs: innocens ego ſum a ſanguine huius iuſti vos videritis. Cur igit̃ tradis:cur non eripuiſti/ſicut poſtea militū tribunus Paulū:qui ⁊ ſciebat gratū foꝛe iudeis ſi Paulus traderet̃ ⁊ ſi ſeditio/ac tumultus ea de re factus erat:reſtitit tamē generoſe atqꝫ repugnauit:ſed nō ita Pylatus. Veꝝ ignauiſſime atqꝫ molliſſime vna omnes coꝛrupti labebant̃. Nec em̄ Pylatus multitudini repugnauit/nec multitudo ſacerdotibus:ita vndiqꝫ peribat ipſoꝛū excuſatio magna voce/magis/atqꝫ magis clamantiū crucifigatur/nec interimere ſolū volebant:ſꝫ turpiſſimā crucifigendi eius cauſam eſtimari ſtudebant. Ideo iudice repugnante pertinaciter ipſi clamabant: vides quot a chꝛiſto ad reuocationē illoꝛū facta ſunt. Sicut ei iudā ſepenumero retrahebat pari modo hos quoqꝫ repꝛimebat:tū per totū euāgelij tempus: tū in ipſa poteſtate iudicij: opoꝛtebat pꝛofecto quādo lauiſſe man⁹ iudicē viderūt dicentē: Innocēs ego ſum a ſanguine huius. Quādo iudā laqueo ſe ſuſpēdiſſe quādo rogantē Pylatū ne aliū pꝛo ipſo acciperent tā verbis ꝙ reb⁹ cōmoueri atqꝫ cōpungi. Nam pꝛodito ſeipſum condemnauit ſi ſententiā laturus iudex pꝛoferēde ſentētie crimina reijcit. Si mirabilis eadē nocte nobili mulieri apparuit viſio:ſi quaſi condēnatus a pylato petitur quā poterūt excuſationē inuenire. Nā ſi nolebāt vt innocentē abſolueret nō tamē hominē latrocinio pꝛoditū ipſi anteponere debebant. Verū cū viderūt iudicē man⁹ lauare dicentēqꝫ audirent:innocens ſum:magis clamarunt dicentes:[Et reſpondens vniuerſus populus dixit:ſanguis eius ſuper nos ⁊ ſuper filios noſtros]. Quando igitur aduerſus ſeipſos ſententiā pꝛotulerunt/tunc omnia concedit Pylatus. Tu aūt animaduerte hoc etiā in loco vecoꝛdiā ipſoꝛū:talis quippe appetitio temeraria/⁊ pꝛoterua cupiditas eſt vt nihil boni videre hoīem ſinat: vobiſipſis maledicit quā ob rē etiā ad filios maledictionē ꝓtrahitis. Clementiſſim⁹ tñ Ieſus ꝙuis ipſi maxime ⁊ aduerſus ſe/⁊ aduerſus filios inſanirent nō tñ ex ſentētia ipſorum ipſos cōdēnauit:ſed tā ex ipſis ꝙ ex filijs eos ſuſcepit:qui penitentiā egerūt:milleqꝫ bonis honoꝛauit. Nā ⁊ Paulus ex ipſis erat ⁊ multa illoꝝ milia q̄ in ſe hieruſalē crediderūt. Cōſiderās em̄ iacob⁹ ait frater ꝙ multa milia iudeoꝝ credētiū ſunt/qui oēs ex illis fuerūt:ſi autē aliqui renixi ſunt ſibijpſis imputent [Tunc dimiſit eis Barrabā. Ieſum aūt flagellatū tradidit eis/vt crucifigeret̃]. Cur flagellis cedit:aut quaſi condēnatū/aut quaſi foꝛmā iudicio quandā afferens:vel vt iudeis gratā rē faceret. Et certe reſiſtere atqꝫ repugnare debuiſſet:pꝛeſertim cū ipſe dixerit: Accipite eū vos ⁊ ſm̄ legē veſtrā iudicate ipſum. Multa nempe fuerunt/que tam Pylatū ꝙ iudeos ab illo nephādo iudicio pꝛohibebāt/inaudita ſigna/⁊ miracula magna: incredibilis ei⁹ qui patiebat̃ clemētia:taciturnitas ineſtimabilis. Nā poſtꝙ ⁊ oꝛādo/⁊ reſpondēdo hominē ſe eſſe demonſtrauit:ſublime rurſus/ac vltra hominē tam ſilēdo ꝙ deſpiciendo que dicebātur oſtendit/quibus omnibus admirandū ipſum adduci poterant: ſed nihil boꝛum illis pꝛofuit. Cum enim ſemel quaſi vinolētia vel inſano furoꝛe oppꝛeſſa ſit: difficillimū eſt reſipiſcere niſi generoſiſſima ſit anima que oppꝛimitur.

Periculoſum certe periculoſum inquit eſt/pernicioſiſſimis his paſſionib⁹ locū cōcedere:q̄re opoꝛtet oī pacto reijcere ingreſſum ipſaꝝ atqꝫ repellere. Nā ſi cōphēderint aīam atqꝫ ſupauerint/tūc ſicut ignis ingentē ac ſiccā nactus materiā/maximā ſolet flammā accēdere. Quare rogo atqꝫ oꝛo oīa faciam⁹/vt q̄ſi maceria ſuperem⁹ a nobis haꝝ ingreſſum. Nullus igitur friuola ſe illa ratiōe cōſolet̃ q̄ vniuerſa ꝓteruitas in aīam ꝯducit̃. Illa inquā rōe nullus vtat̃



quoniā multi dicūt quid hoc eſt aut illud:mille certe hic mala oꝛiunt̃. Veteratoꝝ em̄ maloꝝ diabolus cū ſit magna malitia/multa opa/ingenti ſtudio/cōdeſcenſioneqꝫ nōnulla ad ꝑditionē hoīm vtit̃. A minimis em̄ plerūqꝫ incipit qꝺ intueri hoc mō licet:ſtudebat in phitoniſſe deriſionē:ſaul regem detrudere/iteꝝ qꝛ nō adhibuiſſet ille mētē ad phitoniſſas paulatim ipm̄ inducit. Nā quoniā ſamueli nō obtēperauit ⁊ holocauſta offerri pꝛeparauit illo abſente/accuſatus ait neceſſitas hoſtiū facta eſt maioꝛ. Cumqꝫ flere opoꝛtuiſſet q̄ſi nihil mali feciſſet letabat̃. Iuſſit deinde nōnulla de maledictis deus:ea quoqꝫ trāſgreſſus fuit: hinc aduerſus dauid illū inſaniuit ac ſic paulatim atqꝫ paulatim labens nō ſtetit/quouſqꝫ ad ipm̄ ꝑditionis baratrū ſeipm̄ immiſit. Similit̃ etiā de Cain factum eſſe videmus. Non em̄ ꝯfeſtim cedem fratris illi ſuggeſſit/ne magnitudine rei commot⁹ tam ſceleſtū facinus abhominaret̃:ſed pꝛi⁹ ꝑſuaſit dteriora offerre. Nullū eē id dicēs pctm̄:deinde inuidie veneno ſuccendit:nihil etiam hinc mali ſecutuꝝ pſuadēdo. Ita ſenſim in eum illapſus ad cedem fratris ⁊ ad negationē ſceleris impulit/nec pꝛius ceſſauit ꝙ maloꝝ oīm verticē impoſuit. Repellēda igit̃ maloꝝ initia ſunt. Nam etiā ſi ad maioꝛa p̄ma nō ꝓgrederent̃ peccata:nō eſſet tamē negligēdū Nunc vo ꝑ iſtam incuriā gradatim ſemꝑ aſcendūt: quapꝛopter om̄i ſtudio atqꝫ opa funditus pꝛincipia peccatoꝝ ſunt euertenda. Non em̄ vim delicti ſolā conſideres/nec quia paruū ſit cogites/ſꝫ illud pꝛecipue tene/qꝛ ſi radicem nō euulſeris magn⁹ inde laboꝛ ſuccreſcet. Mirabile quidem atqꝫ inauditum dicere audeo:ſolet mihi nōnunꝙ non tanto ſtudio magna videri pctā eſſe euitanda quāto ꝑua ⁊ vilia: illa enim natura ipſa ſponte auertit̃/hec autē hac ipſa re quia parua ſunt deſides reddunt/⁊ dum cōtemnūtur/nō poteſt ad expulſionē eoꝛū anim⁹ generoſe inſurgere. Unde cito ex paruis maxima fiunt/negligentia noſtra hoc ipm̄ coꝛpoꝛib⁹ quoqꝫ accidere videbis. Sic in iuda maximū ꝑditionis malum concreuit:niſi enim putaſſet paruū eſſe pecuniā inopū ſurripere/in tantam ꝓteruitatem nō deueniſſet. Iudei quoqꝫ niſi putaſſent inanis gloꝛie delictū minimū eſſe/vſqꝫ ad cedem chꝛiſti lapſi non fuiſſent: hac via omnia ſcelera fieri videbis. Nemo enim repente ad extremā impꝛobitatē inſilijt. Habet quippe inſitum quendā anima pudoꝛē atqꝫ innatū quem ſubito calcare atqꝫ ꝓijcere nō poteſt/ſed ſenſim atqꝫ paulatim ex negligentia perit/hoc pacto etiam idoloꝝ cultus aditum inuenit cum vltra ꝙ opoꝛtet viui ac defuncti nonnulli honoꝛarent̃:h̄ pacto ſimulacra ⁊ ſtatue adoꝛate ſunt/hoc pacto deniqꝫ foꝛnicatio ⁊ cetera vitia dominant̃. Cōſiderem⁹ aūt ſi nimiū quidē ac impoꝛtune riſit:repꝛehēſus a quopiā eſt:reſpōdet alijs nihil eſſe id mali. Quid enim eſt riſus aut quid vnꝙ ex riſu mali ſequet̃. Oꝛta tamē ex īmoderato riſu pauliſper ſcurrilitas/a ſcurrilitate turpiloquium/a turpiloquio opatio turpis ꝑfecta. Cum alius ꝓximo ex incuria malediceret repꝛehenſuſqꝫ eſſet cōtempſit dicēs nihil eſſe mali hmōi verbis vti:ſꝫ hinc deſidia ⁊ odia nata ſunt:inde inimicitie capitales hinc contumelie/a contumelijs poꝛro pulſatio:ac inde cedes plerūqꝫ ſecuta eſt. Sic a minimis ad maxia gradatim diabolus ducit ⁊ inde ad deſperationen detrudit:⁊ hanc viam pꝛioꝛe non minoꝛem adinuenit. Non enim tantos peccatū quantos deſperatio perdit. Nam qui deliquit/ſi ſeipm̄ ꝑ penitentiā excitabit/cito delicti remiſſionem impetrabit: qui autē penitentiā ſpernit iccirco veniam impetrare nō poteſt quoniā medicinā penitentie nō imponit. Certas ad hoc addit inſidias:quibus religioſos deuotiōis habitu ad peccandum impellit. Et quādo inquies tale aliquid potuit efficere. Attende igitur ⁊ diſce vt a laqueis eius poſſis tibi cauere: per paulū tibi chꝛiſt⁹ p̄cepit: vxoꝛem a viro non ſeparari nec alterū altero pꝛiuari niſi ex conſenſu: ſed nōnulle quaſi caſtitatis ardoꝛe accenſe a viris abierūt:ita putantes magnū quid facere ad adulteria viros ſuos cōpulerūt. Cogita igitur ꝙtum mali cōmiſerint/q̄ cum magnos ꝓ caſtitate laboꝛes ſubierunt/quaſi adultere accuſent̃ extremaqꝫ ſupplicia dature ſint:quia ī pꝛofundum perditionis cōiuges p̄cipitarūt. Alij rurſus a carnibus abſtinentes ex laudabili hac abſtinentia ad abhominationē carniū lapſi ſunt:que res atrocē eis penam pꝛeparauit:hoc autē fit quando aliqui iudiciū ſuum ſcripturis anteponūt. Sic ⁊ aliqui apud Coꝛinthios putarūt perfectionis eſſe de omnib⁹ indifferenter guſtare de his etiā que ꝓhibita ſunt qꝺ modo perfectiōis nō erat: verūetiā iniquitatis extreme ꝓpter hoc ⁊ vehementer a paulo coꝛripiunt̃. Et niſi coꝛrigātur vltimo ſupplicio dicebat obnoxios eſſe. Alij rurſus religionem eſſe putant nō paruā/capillos capitis nutrire qꝺ ex pꝛohibitis eſt et nō paruū dedec⁹ affert. Alij magnū doloꝛē ⁊ immoderatā triſticiam quaſi vtilem poſt peccata laudāt atqꝫ admirant̃. Qꝺ diabolico artificio fieri iudas patefecit q̄ ex doloꝛe nimio ſe ſuſpēdit:ꝓpterea etiā paulus ꝓ eo qui foꝛnicatus fuit foꝛmidauit/ne q̄d tale pateret̃:⁊ admonuit coꝛinthios citi⁹ eū liberare ne nimio ſubmergeret̃ doloꝛe: deinde oſtendēs a diabolo nimiā hāc eſſe triſticiā adiecit: vt nō circūueniamur a ſathana. Nō em̄ ignoꝛamus inquit excogitatiōes illius: qꝛ dolos ſemper ⁊ fraudes nouas adinuenire ſolet. Si em̄ aperte pugnaret facilis eēt victoꝛia. Immo vo nunc ſi iugiter vigilam⁹ nō eſt difficilis. Ad oēs has vias armauit nos deus:nō eſſe cōtemnēda parua cōſulens. Audi ḡ que chꝛiſt⁹ admonet dicēs:qui dixerit fratri ſuo fatue reus erit gehēne ignis/et ad cōcupiſcendā mulierem aſpexerit adulter eſt. Ridentes etiā quaſi miſeros deflet:⁊ vbiqꝫ initia ⁊ ſemina peccatoꝛū radicitus tollit/⁊ de ocioſo nos verbo relaturos rationem aſſerit/⁊ Iob cogitationes filioꝝ purgabat. Aduerſus autem deſperantes ait: an nō ſurgit qui cecidit:an qui auertit nō conuertitur? Et rurſus: Nolo moꝛtē peccatoꝛis: ſed vt conuertatur et viuat. Et hodie ſi vocem eius audieritis ⁊c̄. et leticia ſit in celis cum peccatoꝛ penitentiā agat. Multaqꝫ huiuſmodi et documenta ⁊ exempla in ſcriptura inueniuntur. Ne autē religionis nomine perdamur:illud pauli dicendū iterum atqꝫ tenendum eſt. Ne nimio doloꝛe inq̄t abſoꝛbeat̃. Hec igit̃ nō ignorantes:om̄ib⁹ diaboli vijs quibus deſides ꝑuertit ſcripturarū pꝛudentiā opponam⁹. Noli ergo dicere quid eſt ſi foꝛmoſam curioſe aſpexero mulierē. Nā q̄ coꝛde mechatus eſt is rem ipām peragere non dubitabit. Noli dicere quid eſt ſi pauperem hūc pꝛeteribo. Hoc enim pacto etiam alium tranſcurrens:deinde aliū atqꝫ aliū ac tandē oēs ꝯtemnes. Noli dicere quid eſt:ſi rem pꝛoximi deſiderabo. Hoc enim

achab regem ꝑdidit. Nam q̄uis preciū dederit: ve-
rūtamē a nolente accepit penas / ꝑluit q̄ nullo p̄cio
dato aliena rapit: p̄ſertim cum gratie documētis ſit
roboratꝰ quā punitionem nō meret̃: quā vt fugia-
mus ab omni vi ⁊ rapina diligēter abſtineamꝰ: nec
a peccādo ſolūmodo / ſed ab initijs etiā peccatoꝝ mū-
dos nos cōſeruantes magno ſtudio virtutē ample-
ctamur ſi ad celoꝝ regna ꝓficiſci volumꝰ q̄ vtinam
oēs ꝑueniamꝰ grā ⁊ miſcōia dn̄i nr̄i ieſu xp̄i Amen.

## Homelia. LXXXVIII Ex capi. XXVII.

t **Unc milites preſidis accipiē-
tes ieſum in pretorio congre-
gauerūt ad eum vniuerſam cohor-
tem ⁊ exuētes eū chlamydem coc-
cineam circūdederunt ei.**

Quaſi oēs ex cōpoſito cōueniſſent: ita ſigno dato
ad choreā oēs diabolus cōcitabat. Nam ⁊ ſi poſſu-
mus inuidie rabo extimare ad inſaniam iudeos con-
citatos / fuiſſe tn̄ qua de cauſa moti milites fuerint
nō patet. Diabolus igit̃ erat q̄ vniuerſos tunc illos
occupauit: voluptatē etenim ex cōtumelijs ꝓpter im-
manitatē ſuā capiebāt. Cum em̄ oportuiſſet compri-
mi potiꝰ atqꝫ lachrymare / nō ſolū hoc nō faciebant:
verūetiā econtra ſicut ⁊ plebs ipā ⁊ vituperabant ⁊
inſultabāt: Judeis forſan gratificātes / aut ſuis vtē-
tes moribus. Multis aūt varijſqꝫ modis contume-
liabant̃. Caput em̄ illud ſanctiſſimū modo pugnis
modo calamo cedebant / modo corona ex vepribus
contexta decorbāt. Quā igitur nos excuſationē vn-
q̄ꝫ habebimus ſi vituperati ad iram concitamur: q̄
tot tantaqꝫ ſuſtinuiſſe xp̄m non ignoramus. Extre-
mas certe ille contumelias ſuſtulit. Quippe cū non
membrū vnū: ſꝫ vniuerſum corpꝰ atroces has iniu-
rias pateretur / caput corona / calamo pugnis / faci-
es ſputis / maxille alapis / corpus reliquū flagellis:
nuditate amictu chlamydis / adoratōe ſimulata / ma-
nus calamo quē ꝓ ſceptro tenere dederūt / os q̄ꝫ ipm̄
et lingua aceti potiōe ac fellis. Quid iſtis vnq̄ꝫ gra-
uius? quid cōtumelioſius excogitari poteſt? omnem
iſta excedunt orationē / que illi quaſi timentes ne q̇d
relinquerent / crudeliter excogitauerunt ⁊ audacter
fecerunt qui ſuis manibꝫ prophetas occiderūt: chri-
ſtus vͦ q̄uis ſentētia iudicis: ipſi tamē faciunt vni-
uerſa: ipſi ⁊ apud ſe damnarūt ⁊ apud pilatum: dicē-
tes: [Sanguis eiꝰ ſuꝑ nos ⁊ ſuper filios noſtros.]
Ipſi cōtumeliant̃ ⁊ inſultāt: ipſi vinciunt ⁊ mō vin-
ctum ad pilatum deducunt. Ipſi militibꝫ cauſam p̄-
bent ita crudeliter in eū inſurgere. Ipſi verbis / ipſi
ſputis / ipſi verberibꝫ cedunt. Nihil hoꝝ certe a pila-
to factū eſt: ſꝫ omnia illi effecerunt accuſatores / iudi-
ces / lictores / miniſtri capitaliū reꝝ: hec a nobis tūc
Cum Johānes hoc libro doctrinam ſuam nobis annunciaturus ſit: neceſſe ē genus/ patriamq̄/ ⁊ vitam eiꝰ oſtendere. Verū cū nō ipſe: ſed ꝑ ipm̄ deꝰ humanā alloquat̃ naturā: ſuꝑuacaneū videri poteſt: hmōi in preſentia diſquirere. Sed profecto admodum ꝑopus eſt: quippe cū quis Johānes fuerit/ et vnde/ ⁊ quibꝫ ortus parentibꝫ: deinde eius vocē/ ſapientiāq̄/ didiceris/ nō illiꝰ eſſe doctrinā: ſꝫ diuine virtutis que eius aīam inſpirauerit/ plane cognoſces. Qua igit̃ fuit patria? Nulla quidē: ſed e villa: et regione abiecta: nulli rei vtili. Galileā eni cōtemnunt ſcribe/ cū inquiunt: Interroga ⁊ vide: ꝙ ex galilea nō ſurgit ꝓpheta. Nec nō ⁊ verus iſraelita. Ex nazareth poteſt aliquid boni eſſe. Huiuſmodi Johānes patria: nō modo nō inſigni aliqua familia: ſꝫ ne nota quidem: ortus eſt patre piſcatore: adeo paupere/ vt eandē artem filios erudiret. Nemo aūt ignorat nullū opificē cupere ſibi filium ſue artis heredē relinquere: niſi nimia pauꝑtate cogat̃: maxie ſi ars eius vilis ſit/ ⁊ abiecta: piſcatoribꝫ ꝟo nil pauperiꝰ nil abiectius: addo etiam indoctius. In eorū aūt numero alij alijs preſtāt: hunc autē apoſtolū ex vilioribus fuiſſe id argumentū eſt: ꝙ nō in mari: ſed paruo quodā in ſtagno: cum patre ⁊ Jacobo fratre piſcabatur ſciſſaq̄ reſarciebat rhetia: qđ nō modice erat paupertatis indiciū. Sic eū vocauit chriſtus. Ex his ſane intelligi pōt: q̄ expers fuerit externe doctrine/ et omniū penitꝰ ſtudiorū. Lucas etiā nō ſolum indoctum: ſed ignarū oīno litterarū fuiſſe teſtat̃/ et recte quidē. Nam qui cū adeo inopia laboraret: vt nec in foro verſaret̃: neq̄ viroꝝ preſtantiū vllam haberet cōſuetudinē: ſed piſcationi toto animo intēderet: vel ſi cui aliquādo congrederet̃: ſi piſcatores eſſent/ ⁊ coqui: quidnā feris/ ⁊ brutis p̄ſtare debuiſſet? Quid nō potius piſciū more obmutuiſſet? Hic tū̄ piſcator circum ſtagna: rhetia/ piſces ſemꝑ verſatus: a bethſaida galilee: patre piſcatore paupere ⁊ rudi: q̄ litteras/ neq̄ ante/ neq̄ poſtq̄ chriſtum ſecutꝰ eſt/ vſq̄ didicit: videamꝰ qđ loquit̃: quā aggredit̃ diſputationem. Nunqđ de rebꝫ agreſtibꝫ/ aut fluuialibus: quibuſue inſtrumētis piſces capiant̃? Huiuſmodi enim a piſcatore cognoſcere quiſpiā expectaret? verū aliud narrantē audiemus: hoc eſt que in celo ſunt/ ⁊ que nemo vnq̄ ante hac intellexit. Talē em̄/ et tam profundā doctrinā: vitam optimā ⁊ philoſophiā ad nos affert: qualē credibile eſt ab ipſis ſpūſſancti theſauris accepiſſe: tanq̄ modo ex ipo celo deſcenderit. Immo neq̄ oēs/ qui in celo ſunt ſcire ea credendum eſt: vt iam diximꝰ. Nunqđ hec tibi piſcatoris videntur: an oratoris potius/ an philoſophi/ an alius cuiuſpiā in hāc exteriore edocti ſapientia? Nequaq̄: nō em̄ humane ſimpliciter eſt anime de īmortali/ ⁊ beata illa natura: ⁊ que cū illa ſunt poteſtatibꝫ: de natura corpoꝝ mortaliū/ ⁊ coꝝ futura īmortalitate: de ſupplicio/ de futuro iudicio/ de verborū/ operū/ cogitationum/ ⁊ ſententie vniuſcuiuſq̄ examinibꝰ intelligere: quid homo ſit: quid mūdus: quid vere ſit: quid cum nō ſit videat̃: quid vitiū: quid virtꝰ. Hoꝝ nāq̄ nonnulla platonici/ et pythagorei inueſtigare contenderūt. Neq̄ em̄ reliqui nobis philoſophi memorandi ſunt: qui in hmōi diſputationibꝰ ꝑridiculi reperiunt̃: hi etiam qui apud eos p̄ ceteris admirationi fuerūt/ ⁊ illius ſciētie habiti ſunt principes: hi maxime ſunt/ qui ⁊ res publicas/ ⁊ leges cōdiderunt: in quibꝫ longe magis/ q̄ pueri ſunt deridēdi: cum mulieres omnibꝫ cōmunes inſtituerint/ et mores/ ⁊ nuptiarū pudorem/ omnēq̄ deniq̄ vitā tam ridiculis corrumperēt ſanctionibus. Vt aūt doctrinam aliquā de anima afferrent: nihil turpitudinis reliquerunt. Quippe q̄ mures/ culices/ frutices hominū animas fieri/ ⁊ deum ipm̄ animā eſſe/ et alia quedam hmōi turpiſſime aſſererent. Neq̄ hoc ſolū vituperandum eſt: ſed magnus eſt ipſorum verborum euripus. Quēadmodū em̄/ qui in euripo ſunt huc illuc iactant̃: itidem hi nunq̄ ſibi conſtāt: vtpote incerta/ ⁊ fragili ſententia omnia loquentes. Verū hic piſcator omnia abſq̄ vlla dubitatione diſſerēs: tanq̄ petre innixus: nulla ex parte titubat. Ipis nāq̄ ſupernis penetralibꝫ dignus habitus eſt: et cum oīpotentē deum in ſe loquētē habeat: nihil terrenum ſentit: vt illi/ qui ne per quietem quidē regias ingredi meriti ſunt: ſed extra in foro/ ⁊ in aliorū hominū cōſuetudine pro captu ſuo inuiſibilia coniectātes: multis ſe ambagibꝫ inuoluerūt: cum de ſupernis myſterijs diſputare contenderint: ⁊ tanq̄ ceci/ et ebrij nō mutuo dumtaxat errore: ſed pleriſq̄ ī locis ſecum: ijſdem ſemꝑ de rebus diſſideāt. At qui illitteratus hic/ ⁊ rudis a bethſaida zebedei filius: et ſi ſepenumero nominū aſperitatē greci deriſerint: audenter tamē dicam. Quanto em̄ magis noſtri gens: barbara illis videtur/ ⁊ gentili ornatu/ ⁊ cultu abſtinet: tanto noſtra apparent clariora. Hic inq̄ barbarus et ineruditꝰ: hec loquit̃: que nemo vnq̄ mortalium nouit: neq̄ loquit̃ tantū: ſed perſuadet. Qđ ſi illud dumtaxat aſſecutus eſſet/ nō paruam de ſe concitaſſet admirationem. Nunc cum alterum accedat longe mirabilius: quod maxime arguit diuina eſſe que ab eo dicunt̃ ꝙ per omne huius vite curriculum doctrinam ſuam vniuerſis perſuaſerit auditoribus. Quis infuſam ei virtutē incredibili admiratione nō proſequat̃? Et profecto hoc maximū eſt argumentum/ nihil ex ſeipo Johannē locutum: qui ex media barbarie euangelio ſuo: vniuerſum comprehendit orbem. Corpore autem habitauit aſiam: vbi antiquitus omnes philoſophorū ſecte philoſophate ſunt. Iccirco locus is demonibus obnoxius eſt: et admodum formidabilis. In medio tamē inimicorum claruit: illorum fugata caligine: arcem euertit q̄ munitiſſimam. Animo vero in eum ſeceſſit locū: qui idoneus et accomodatus ei eſſet: qui eiuſmodi operaretur: vt gentilium opiniones penitus abolerentur: ſua autem in dies fierent clariora. Ex quo enim et hic/ et reliqui piſcatores fuerunt: et pythagoree et platonice ſiluerunt diſcipline: que ſuperiori tempore tanti nominis et auctoritatis ferebantur/ vt ne nomine quidem a pleriſq̄ ſint cognite. At qui ⁊ Plato ad tyrānos ſe contulit accitus (vt aiūt) et multis cum ſocijs in ſiciliam nauigauit. Pythagoras ꝟo magnam greciam inhabitans/ innumera magice genera nouit. Cum bobus enim loqui (hoc enim ipm̄ feciſſe aiunt) nihil aliud eſt q̄ magica: et inde maxime conſtat. Nam qui bruta ita allocutus eſt: nulli hominū profuit plurimū. Atqui aptior ad



philoſophicas rationes humana natura eſt: ille tamen cū aquilis ⁊ bobus (vt ferunt) diſputās: p̄ſtigijs alliciebat: neq̄ em̄ ratione expertem naturam/ vt oratione vteret̃/ effecit: neq̄ em̄ humanis viribꝫ fieri poteſt: ſed mendacijs decepit ignaros et nulla ex parte humane cōſulens vtilitati/ equū nō eſſe/ et fabas edere/ ⁊ plantarū capita/ auditoribꝫ ꝑſuaſit. Quodq̄ p̄ceptoris anima nūc in fruticem/ nunc in puellam/ nūc in piſcem verteret̃. Nonne merito illa oīa extinxit/ aboleuitq̄ vera/ et ꝑfecta doctrina? Merito ſane/ ⁊ recte quidē optima: ſꝫ nō itidē indocti/ et illiterati viri doctrina euanuit. Verum ſyri/ egyptij/ indi/ perſe/ ethiopes/ ⁊ innumere alie gentes: in ſuam transferētes linguā: homines barbari philoſophari didicerūt. Non temere igit̃ dixerā Johāni theatrū eſſe vniuerſum orbem. Nō enim ſuis omiſſis hominibꝫ: ad brutorū naturas inueſtigandas elaborauit/ quod ſuꝑuacanee ⁊ inanis philoſophie/ ⁊ ſumme amentie eſt: ſed cum ceteris omnibꝫ/ hoc quoq̄ morbo expulſo: id tantū adniſus eſt: et totis viribus contēdit: vt vniuerſus orbis vtilitatē/ et virtutem a terra in celū transferre ediſceret. Iccirco nulla caligine: nullis tenebris: ſuam operuit doctrinam/ vt illi ratione ſua prauis opinionibꝫ obſcuritatem: tanq̄ velum quoddā indiderūt. Huiꝰ aūt doctrina ſolis radijs clarior eſt: atq̄ illuſtrior. Ideo q̄ in oēs mortales ꝓpagata. Non em̄ his quibꝰ cū cōſuetudinem habebat/ quinq̄ annoꝝ indixit ſilentium: quēadmodū ille. Nec ſic docuit tanq̄ inſenſibilibus aſſideret lapidibꝫ. Neq̄ numeris oīa contineri fabulatus eſt: ſed omni eiecto ſathane faſtidio/ atq̄ illuuie: tāta doctrinā ſuam perfudit facilitate/ vt nō modo ſapientibꝫ: ſed ⁊ mulierculis/ ⁊ adoleſcētulis/ quicqđ dixerit ante oculos poneret. Ea em̄ et vera eſſe/ et vtilia audituris omnibꝫ cōfirmauit: qđ omnia poſt illum ſecula teſtimonia ꝑhibēt. Vniuerſum nāq̄ ad ſe orbem allexit/ ⁊ ab omni calamitate vitam noſtrā liberam reddidit: poſtq̄ nobis ſuā cōmunicauit doctrinā. Quapropter mortē potius: q̄ Johānis p̄cepta cōtemnere malimus: que plane cōſtat nihil abiectū: nihil humanū ſapere: ſed diuinū ⁊ celeſte eſſe/ qcqđ e ſacro eiꝰ pectore emanauit. Nullum hic tumorē verboꝝ/ atq̄ fucum/ nullā ſuꝑfluā cōpoſitionem/ ⁊ ſtilum ineptū videbimus (lōge em̄ hec ab omni abſunt philoſophia) ſed diuinū/ ⁊ inexpugnabile robur ⁊ ſacroꝝ dogmatū tantā vim: vt nullo poſſit pacto ſuperari. Preterea īnumerabiliū bonorū ſatietatem. Verborū ſane ⁊ orationis curioſitas: ſuꝑflua eſt: ⁊ ſophiſtis digna: vel potiꝰ ignaris adoleſcentibus/ vt ipſe quoq̄ apud eos philoſophus: magiſtrū ſuū admodū hanc artem apud iudices coarguentē: ꝙ verba ab ipſo audiēt ſimplici (vt ita dicam) doctrina/ ſubruſtica/ nullis vocabulorū fucata illecebris. Haud em̄ decet (inquit) o viri hac in etate: ficta/ fucataq̄ orōne adoleſcētuli more/ me audiatis. Et aniaduertite q̄ ſit ridiculus. Qđ em̄ tanq̄ turpe/ philoſophia indignū: ⁊ adoleſcentuloꝝ opus fugere ꝓfeſſus eſt: huic ipe maxie operam dedit: hoc vnū ſummo ſtudio cōtēdit/ ⁊ nihil in Platone p̄ter hoc admiratiōe dignū videri licet. Et quēadmodū ſepulchra extrinſecꝰ ornata ſi exteriorē illā faciem amoueris/ cadauerū ſanie/ et exeſoꝝ oſſiū plena reperiunt̃. Itidem in philoſophoꝝ opinionibꝰ/ detecta verboꝝ ſuꝑficie/ ⁊ ornatu: multa inanis/ ab ſurdaq̄ dephēderis: maxime vbi de aīa philoſophantur: nūc honore/ nūc cōtumelia/ nullo modo/ modeſtiaue adhibita/ eam afficiētes. Hoc diabolicū recte eſt: nulla ex parte mediocritatē ſeruare: ſꝫ in alterutrū extremoꝝ allectos animos: ad errorē trahere: cum nūc ad diuinā ſubſtantiā: neq̄ modo: neq̄ pietate ſeruata/ eā afferat. Nūc in ſues/ ⁊ aſinos: et abiectiora q̄ꝫ animātia/ turpiter indicat. Veꝝ đ his ſatis ſuperq̄. Si qđ em̄ ab his vtilitatis accipi poſſet: ⁊ amplius huic ſermoni eſſet īmorandū: ſin adeo friuola/ turpia/ ridicula deſpiciēda ſunt/ ⁊ ſuꝑuacanea. Quare tandē eoꝝ fabulis omiſſis verā aggrediamur doctrinā: q̄ ad nos ꝑ huiꝰ piſcatoris linguā celitus deducit̃. Nihil em̄ humanū/ nihil terrenum ſapit. Agite igit̃ ipſam Johānis orationē: in mediū ꝓferamꝰ: ⁊ qđ principio hortati ſumꝰ: vt diligenti attentiōe his ſermonibꝫ vacaretis: id vobis in p̄ſentia in memoriā reducimꝰ. Qua nāq̄ rōne Johānes ita in euāgelio ſuo exorſus eſt [In p̄ncipio erat verbū: et verbū erat apud deū] Aniaduerte euāgeliſte fiduciā: ⁊ verboꝝ vim. Nihil dubitat: nihil cōiectatur: ſed certa oīa aſſertiōe proloquit̃. Magiſtri ſiqđē eſt in his que dicit nihil ambigere. Nam ſi is q̄ alios docet: alteriꝰ indiguerit doctrina: nō p̄ceptoris: ſꝫ diſcipuli ſe munere fungi (ſi recte iudicabit) intelliget. At ſi qs ambigeret: qđ tandē p̄ma omiſſa cauſa: ad ſecundā q̄ primū trāſit? Primū quidē ⁊ ſecundū in hac re p̄termittamꝰ. Nō em̄ noſtra hec. Nam et numero: ⁊ omni tēpoꝝ ꝯſequētia: diuinitas prior eſt: ⁊ ſuperior. Quapropter his omiſſis patrē a nullo eſſe: filiū a patre genitū/ cōfiteamur. Recte inqt: Verū quonā pacto nulla habita patris mentiōe: đ filio ſermonē aggredit̃. Quoniā oībꝫ patrē eſſe cōſtabat: ſi nō vt patrē: ſaltem vt deū: vnigenitꝰ autē ignorabat̃. Quare haud īmerito ad eiꝰ cognitionē a principio ſtatim feſtinauit: vt neſcientibꝫ eū oſtenderet. Preterea neq̄ patrē in filij mentiōe ſubticuit: et cognoſce queſo ſpiritalē ſapientiā. Nouit homīes antiquitꝰ p̄ omnibꝫ maxie deū ⁊ venerari/ ⁊ aſſerere. Iccirco hinc principiū fecit: ⁊ ꝓſequens: deū inqt eſſe: nō qualē Plato: qui alteꝝ mentē: alteꝝ animū eſſe ꝓfitet̃: hec em̄ a diuina ⁊ immortali natura: q̄ nihil habet nobiſcū cōmune lōge abſunt: ſed ſeceſſit cōmunicatione ad creaturā ſm̄ ſubſtantiā dico: nō ſm̄ habitudinē. Preterea verbū ipm̄ appellauit. Cum eni nos docturꝰ eſſet hoc verbū vnigenitū eſſe dei filiū: ne paſſibilē quiſpiā naturā ſuſpicaret̃: p̄occupata verbi appellatiōe: omnē aufert ſuſpitionē. Inde em̄ ⁊ filiū/ ⁊ nulli paſſioni ſubiectum ſignificat. Vides ne vt dixi: qui cum de filio loquit̃ patrē nō ſubticet? Qđ ſi hec ſatis nō ſunt: ad omnia oſtendenda: nulla te admiratio teneat. De deo em̄ nobis ſermo eſt: quē neq̄ dicere: neq̄ intelligere pro ipſius magnitudine quiſq̄ poteſt. Ideo Johānes ſubſtātie nequāq̄ nomē affert. Quippe cū dici nequeat: q̄ nam dei ſit ſubſtantia: vbiq̄ aūt eū nobis ex operibꝫ manifeſtat. Siquidē hoc verbū paulopoſt videri licet/ lucem appellatū/ et lucē vitam: ⁊ vitā veritatē. Nō tamē hac dumtaxat cauſa his eū nominibꝫ appellauit: ſed hac quidē prima: altera quoniā nobis patrē annūciaturus erat. Omnia em̄ (inquit) quecūq̄ audiui a patre meo nota feci vobis. Vocat autē ipm̄/ et vitam/ et lucem. Nam a notione lux nobis largita eſt: ⁊ a luce vita. Et profecto nō vnum nobis no-

men: nõ duo: nõ etiam plura: ſatis ſunt ad diuinas res edocẽdas: ſed acquieſcamꝰ: ſi vel multis: q̃uis obſcure: q̃ deo attribuunt̃: poſſumꝰ ꝑcurrere. Non aũt ſimpliciter eum appellauit: ſed cũ articuli adiectione a reliquis ipm̃ hoc loco ſeparans. Age q̃uere dixerim a celo hũc nos euãgeliſtam allocutũ. Cõtemplare quõ ab ipo ſtatim exordio ſuꝑne aduolãs: auditorũ animos / menteſqꝫ ſupra omnia que ſenſu percipiunt̃: erexerit ſupra terrã: mare / celum / angelos / cherubin / ſeraphin / oẽm deniqꝫ creaturã / ⁊ vt eo aſcenderet / perſuaſit. Quid igitur? Nunqd cum ad tantã nos erigeret altitudinem ibi nos ſiſtere potuit? Nequaq̃: ſed queadmodũ ſi qs eum / qui ex littore ciuitates / oras / portuſqꝫ cõſpicatus ſit: in medium poſtmodũ pelagus ꝓduceret: prioꝝ cõſpectu amoto: in nullum certum obiectũ: ſed in infinitũ eiꝰ dimittit intuitum: ſic euãgeliſta ſupra oẽm nos creaturam ad celeſtia erigens: ad ſupernũ erectũ oculũ dimittit / nullo fine (vt archana illa aſſequamur) nobis adhibito: quippe q̃ nullus eſt. Aſcendẽs igitur ad verbum: qđ in principio erat: hoc inquirit principium: quo inuento: cum ſemꝑ eius mentis aciẽ magis ꝑſtringat / nõ habet: vbi ratione innitat̃: ſed intẽte ſuſpiciens: cum ceſſare nequaq̃ ab inquirẽdi labore poſſit: rurſum ad inferiora deſcendit. In ꝑncipio enim erat verbũ: nihil aliud q̃ qđ ſemper ſit ſignificat. Ecce veram philoſophiam / ⁊ diuina dogmata nõ qualia gentiliũ: qui tempora / et deos hos antiquiores: illos iuniores poſuerũt: ſed nihil tale ĩ noſtra religione. Nam ſi deus eſt: queadmodũ ẽ nihil eo ſuperius: ſi omniũ conditor primꝰ / ſi dominꝰ / ⁊ princeps omniũ: omnia poſt ipm̃ ⁊ creature / ⁊ ſecula. Volebã ⁊ alia in p̃ſentia vobis exponere: niſi vererer animos veſtros audiẽdo defatigatos. Quare his admonitus que ſint vobis ad dictorũ / dicendorũqꝫ attentionẽ vtilia: finem noſtre imponamus orationi: que nam igit̃ ea ſunt: ſcio plurimos verborum longitudine faſtidire: qđ eo fit: quoniã aĩa multis ſecularibus curis: oneribuſqꝫ opprimitur. ſicut em̃ oculorũ acies pura / ⁊ lucida acute omĩa intuet̃: neqꝫ etiam in tenuiſſimis deprehendẽdis corporib⁹ elaborat. Verũ ſi quis malus a capite humor: vel caligo aliqua ad oculum aſcendit: denſa quedã ante pupillam nebula obijcitur: que ne craſſiora quidem corpora videre ſinit: ita anime vſu venit: cũ omĩs ꝑturbatio que eam offenderat purgata ẽ: intẽte oportuna oĩa proſpicit. Verũ cum plurimis turbat̃ affectibus: vim omnẽ illam amittit: vt nihil altũ valeat intueri: ſed q̃primũ nebula obiecta / ⁊ ſomno / atqꝫ ſegnitie: que ad virtutẽ / et vitam vtilia ſunt: nulla in his capeſcendis alacritate contemnit. Hoc ne vobis accidat (nõ em̃ omittã qn ſemꝑ vos admonitos faciã) animũ adhibeat̃ diligẽter: ne ea vob̃ dicãtur: que fidelibus hebreorũ a Paulo: cum multa ſe ad eos interpretatu difficilia locutum diceret: nõ ꝙ ſuapte natura talia eſſent: ſed ꝙ deſidie eos / ⁊ negligentie in his accipiẽdis argueret: qui em̃ infirmꝰ / imbecilliſqꝫ eſt: non ſecus breui / q̃ longa oratione ꝑturbatur: ⁊ que manifeſta / ⁊ facilima ſunt difficilia eſſe autumat. Nemo in hac contione hmõi affectibꝰ coinquinetur: ſed omni huiꝰ ſeculi cura / ſolicitudineqꝫ abiecta: diligẽter huic aures doctrine adhibeat. Quippe cũ pecuniaꝝ fames auditoꝝ animos occupauit: nulla ꝑfecto rõne hmõi in alijs reb⁹ accipiendis deſiderio flagrare poterũt. Neqꝫ em̃ vnius aĩa multis ſufficere poteſt cupiditatibꝰ: ſed ab alia alia opprimit̃: ⁊ diuiſa fit imbecillior: cũ alia dominet̃: et totũ ad ſe animũ trahat: qđ in liberoꝝ amore vſu venit. Nam qui vnũ dumtaxat habet: eũ incredibili animi ardore proſequit̃: qui plures in eo diuiſi affectus infirmiores reddunt̃. Qđ ſi in naturali charitate ⁊ vi: ⁊ cognato amore euenire cõſueuit: qdnam in eo quod a voluntate / ⁊ arbitrio noſtro proficiſcitur eſtimandum eſt? maxime cum horum rerum amatores: pugnãtes inter ſe affectus et cupiditates habeant. Contrarius pecuniaꝝ amor: hmõi attentionis deſiderio eſt. Huc ingreſſi celũ ingredimur: nõ in hanc contionẽ dico: ſed ſi animos ad eam attẽte audiendam preparabimꝰ: terreſtrem vitam agentes celũ aſcẽdere / ⁊ celeſtia deprehendere / et audire poſſumꝰ: quib⁹ nemo terrena admiſceat. Nemo in hoc cõſenſu domeſticaꝝ rerum cura impediat̃: hinc emolumẽtũ ⁊ ad domeſticos parietes / ⁊ ad forũ afferre: ⁊ nobiſcũ tenere oportuit: nõ animam domeſticis / ⁊ fori oneribus: cogitatiõibuſqꝫ opprimere. Ideo doctrine ſedẽ ingredimur: vt omĩ penitꝰ ſorde abluamur. Nam ſi parũ ſtudij / diligẽtieqꝫ diuinis ſermonibus huiꝰ ſeculi occupationib⁹ diſtracti adhibuerimus / longe ſatiꝰ hac contione abſtinuiſſemꝰ. Nemo igit̃ in eccleſia ſuꝑ domo / ⁊ familia cogitet: ſed domi eccleſiã / ⁊ diuinas res animo complectat̃. Hec ceteris rebus omĩb⁹ ſint nobis p̃cioſiora: hec em̃ anime ſunt: illa v̾o corporis: imo ⁊ aĩe / ⁊ corpori hec plurimũ conferũt. Iccirco ea nobis oĩm potiſſima ducamus: reliq̃ ſuꝑuacanea: diuina nãqꝫ / ⁊ p̃ñti / ⁊ future vite: accomodata ſunt / terrena v̾o neutri: niſi ab illis preſcripta lege moderent̃. Nõ em̃ dumtaxat q̃les futuri ſimꝰ: ⁊ quo pacto illã victuri ſimꝰ vitam cognoſcere oportet: ſed qua nã rõne in hoc q̃ʒ ſeculo peregrinandũ nobis eſt. Et profecto edes hec huiꝰ vite ſpiritalis eſt medicina / vt que exteriꝰ accepimus vulnera: hic curare poſſimꝰ: nõ vt nouis acceptis diſcedamꝰ. Qđ niſi ſpũſſancti ſermonib⁹ vacauerimus: nõ mõ priores nõ ablueremꝰ nequitias: ſed ⁊ alijs coinquinabimur. Sũma itaqꝫ diligentia his q̃ nobis celitꝰ reuelata ſunt / attendamꝰ. Neqꝫ multũ laboris ſuꝑerit: ſi principiũ ⁊ materiã ipſam curabimꝰ intelligere: ſed paruo primũ labore ſuſcepto: alios deinde ſm̃ Paulũ admonere poterimus: hic em̃ apoſtolus q̃ altiſſime erigitur: et incredibilẽ effundit doctrinam: in qua lõge magis: q̃ ceteri immoratur: ne friuolis et ſuperuacaneis imbuamur. Quã ob rem hec paulatim exponimꝰ: vt facilia ante oculos nobis ponant̃ neue excidãt. Magna nos formido teneat: ne diuine ſentẽtie fiamus obnoxij / cum inquit: Si non veniſſem / ⁊ locutus eis non eſſem: peccatum non haberent. Et quidnam ampliꝰ: q̃ qui nihil audierunt cõſequemur: cum auditis diuinis ſermonibus nihil ex his domum referimus: ſed verba tm̃ admiremur? date igitur nobis: vt in bonam terram ſemen iaciamus / curate / vt ad id recipiendum preparemini: ⁊ ſi quis ſpinas fouerit: ſpirituſſancti ignem inijciat: ſi quis durũ / et cõtumax cor habuerit: eodem igne / et molle reddet / ⁊ placabile: ſi quis ſecus viam multis cogitationibus conculcatur interiora petat: neqꝫ his aſſideat que ipm̃ vnco ad ſe trahere annituntur: vt bonarũ ſegetũ in vobis exuberantium: prouentũ pulcherrimũ conſpice-



mur. Hoc pacto noſipſos curabimus: ⁊ incredibili deſiderio: hos ſpiritales ſermones hauriemus: et ſi nõ vno ſtatim momento: paulatim ſaltem: omĩb⁹ ſecularib⁹ moleſtijs liberabimur. Quare ſumma nobis attentione elaborandũ eſt: ne nobis dicat̃ ꝙ aſpidis ſurde aures habeamꝰ. Quid em̃ a fera talis differt auditor? Nonne omĩb⁹ brutis eſt rõnis expertior. qui loquentẽ deum audire dedignat̃? Si deo placere hominis eſt: qui audire negligit: qua nã ratione id aſſequet̃? is profecto nil differt a belua. Cõſidera igit̃ / q̃ turpe / q̃ ſceleſtum ſit: cum xp̃s nos ex hominib⁹ angelos fieri velit: ex hominib⁹ ĩ beluas ſponte noſtra mutari. Ventri em̃ ſeruire: et pecuniarum cupiditati ſemꝑ inhiare / iraſci / mordere / calcitrare nõ hominũ: ſed beluaꝝ potiꝰ eſt. Atqꝫ ſingule belue ſingulos (vt ita dicam) habent affectus: ⁊ diuina vita primũ abiecta: omnia ſi ꝓ arbitrio indulges: nõ modo belua: ſed monſtrũ multiforme / ⁊ varium euadit: neqꝫ illam a natura veniã meret̃. A voluntate ea malicia ꝓficiſcit̃. Sed abſit / vt hoc vnq̃ de chriſti eccleſia ſuſpicemur: de nobis quidẽ meliora: ⁊ q̃ ad ſalutẽ faciant ꝑſuaſimꝰ. Verũ q̃ magis h̾ nobis perſuademus: eo vehementiꝰ rationib⁹: que nos ab omni ĩmundicia preſeruare poſſint / inuigilabimus: vt ad ipm̃ virtutum cacumen euadentes: q̃ nobis promittunt̃ bona conſequamur: gratia et benignitate domini noſtri ieſu chriſti: per quẽ ⁊ cum q̃ patri / gl'ia / ſimul / ⁊ ſpirituiſctõ in ſcl'a ſcl'oꝝ. Amen.

Homelia ſecunda Ex capitulo primo.

## In principio erat verbum.

1 Superuacaneum iam mihi videt̃ vos admonitos facere: vt equo animo / ⁊ attẽte meã accipiatis orationẽ. Si quidem q̃ primũ eius audiende: rẽ ipſa incredibilẽ p̾ vobis tuliſtis cupiditatẽ. Hic em̃ ꝯcurſus frequens / ⁊ diligens attentio: impulſioqꝫ / ⁊ preparatio: vt ea nobis loca occupent̃: vnde clariꝰ exaudiamur: nec nõ noſtra in tanta anguſtia ꝑſeuerantia: quouſqꝫ ſpiritale hoc dimittat̃ ſpectaculum: ad hec plauſus tumultus / ⁊ alia hmõi maximũ animi / ⁊ feruoris nr̃i ſunt argumentum. Quo circa ſuꝑflua hac admonitione omiſſa: illud vos admonendos / hortãdoſqꝫ cenſeo perneceſſariũ: vt quo nũc eſtis animo / perſeueretis: neqꝫ in hoc tantũ conſeſſu: ſed domi q̃ʒ vir cũ vxore: pater cum filio inuicẽ de his frequẽter loquantur: ⁊ vltro / citroqꝫ / ſuam / ⁊ ferãt / ⁊ inquirãt ſententiam: velintqꝫ ꝓbatiſſimã hanc / et pulcherrimã inducere conſuetudinẽ. Nec mihi quiſpiã dicat: pueros ĩ hoc occupari nõ oportere. Nõ eni tm̃ opꝰ ẽ vt his vacẽt admonitionibꝰ: verũ etiã ſolis / imbecillicitatis tm̃ noſtre gratia hoc nõ dicamꝰ: neqꝫ eos a ſecularibꝰ / et terrenis rebus: queadmodum neqꝫ vos a ciuilib⁹ negocijs abducimꝰ. At q̃ e ſeptẽ his dieb⁹ vnũ ad cõmunis oĩm dñi cultũ / ſeruitiũqꝫ / collocãdũ merito arbitramur. Nonne ridiculũ eſt / vt ſeruulos nr̃os in nr̃is ſemꝑ negocijs occupatos velimꝰ: nos vero nullũ deo exhibere ſeruitiũ: p̃ſertim cũ nr̃a oĩs ſeruitus nihil ei q̃cq̃ cõferat. Deus em̃ nulla re indiget: ſʒ ad nr̃aʒ penitꝰ redũdat vtilitatẽ. Vos aũt ad ſpectacula filijs adductis: neqꝫ ad doctrinã / neqꝫ ad vllã bonã frugẽ: eos vnq̃ hortamini. Veꝝ ſi qd ſanctũ / ſi qd ſpiritale cõparandũ cogendũue fuerit: inanẽ id appellans ſollicitudinẽ. None iram dei ĩ vos merito ꝓuocatis: cũ ceteris reb⁹ ⁊ certo tꝑe diligẽti cura adhibita / in diuinaꝝ rerũ doctrina pueros exercere: moleſtũ intẽpeſtiuũqꝫ ducitis? Non ſic: nõ ſic inq̃ fratres dilectiſſimi. Hec ꝑfecto etas: his maxĩe admonitionib⁹ indiget: tenera eſt ⁊ cito que ei inſtillantur / imbibit: ⁊ audita accipit: tanq̃ ſigillo auditꝰ cereis eſt pueroꝝ animis impſſo. Preterea et vita eiꝰ in auditu eſt: ⁊ in ipis fere inanis: vt vel ad virtutẽ vel ad vitiũ facile poſſit ꝺflectere. Si qs igit̃ eos ab ipis incunabulis: ⁊ q̃ſi vitioꝝ veſtibulis: ad viã virtutis abſtraheret ĩ habitu q̃dã / ⁊ natura recta viuẽdi eos ꝯfirmaret: neqꝫ ſpõte ſua facile ĩ deteriora ꝓlaberent̃: cũ eiuſmodi a teneris aſſuetudo: ad v̾tutẽ eos alliceret. Hoc pacto / ⁊ maiores diligẽtiꝰ obſeruabũt: ⁊ reuerebunt̃: ⁊ ciuilib⁹ in reb⁹ vtiliores reperient̃. Si quidẽ ab ineũte etate ſenioꝝ mores edocebũt̃. Neqꝫ em̃ fieri (vt ſic dicã) põt q̃ his aures adhibet / hiſqꝫ ſe apl'icis admonitionib⁹: ꝓmpto aĩo offeret: qn incredibile q̃ddã bonũ: ſiue vir / ſiue ml'ier / ſiue iuuenis / huiꝰ mẽſe ꝑticeps / ꝯſequat̃. Nã ſi beluas: v̾bis ⁊ rõne nõnunq̃ mãſuetudinẽ erudimus: lõge magis ſpiritali hac doctrina: cũ hominib⁹ communicata: id efficiemus: cũ vtriuſqꝫ: medicine ſcʒ / ⁊ eius q̃ curat̃ maxĩa ſit differẽtia. Neqꝫ em̃ in nob̃ ea eſt: q̃ in illis feritas: altera nature ẽ: altera volũtatis. Neqꝫ rõnis vis eadẽ: illa hũane eſt ſentẽtie: hec ſpirituſſancti gr̃e / ⁊ virtutis. Quã ſi qſpiã ſe cõſecuturũ deſperet / intelligat feras mãſueſcere ſolere: ⁊ nunq̃ ſibijpſi diffidet: freq̃ter hãc ſibi medicinã expetat: ſpũſſancti leges omĩ tꝑe audiat: ⁊ repetita domo q̃ audierit: memori tandem menti inſcribat. Hoc pacto ⁊ ſpe bona / ⁊ ſecuritate viuet plurima: ipaqꝫ experiẽtia plane: quãtope ꝓficiat / intelliget. Quippe cũ diabolus diuinã legẽ aĩe inſcriptã: ⁊ cor homĩs: dei tabulã factũ cõſpicat̃: eo ſe ampliꝰ ꝯferre formidat. Vbi em̃ littere regie: nõ aureo titulo: ſed dilecti ſeruuli ieſu menti / animoqꝫ impreſſe: exuberãti ſpirituſſancti gr̃a effulſerint: ille nullo pacto ꝑpeti / aut cõſiſtere poteſt: ſed lõge formidoloſus effugit. Nihil em̃ adeo eiꝰ cõſilia ꝑturbat / ⁊ proterit: q̃ q̃ ad diuinarũ reꝝ cogitationẽ animꝰ erigit̃ / ⁊ ſuꝑnũ hũc / atqꝫ vberrimũ fontẽ haurire ſemꝑ deſiderat. Eum inq̃ animũ nihil humanũ: q̃uis moleſtiſſimũ ꝑturbare: nihil q̃uis magnũ ⁊ exoptabile inflare: ⁊ ſuperbia efferre poterit: ſed in tãtis huiꝰ ſeculi fluctibus / ꝑturbationibuſqꝫ in multa viuit tranq̃llitate. Neqꝫ em̃ natura: ſed mẽtis nr̃e imbecillitate ꝑturbamur. Nã ſi natura id nobis inditũ eſſet: oẽs quidẽ hoĩes neceſſario ꝑturbarent̃. Omnes em̃ idẽ nauigamus pelagꝰ / cuiꝰ ⁊ fluctuũ / ⁊ tẽpeſtatũ: immunes nullo pacto eſſe poſſemꝰ. Qđ ſi extra huiꝰ inſani maris fluctus / tẽpeſtateſqꝫ multi reperiunt̃: ꝓcul dubio conſtat eos affectꝰ: nõ a reb⁹ humanis: ſed animi tm̃ vitio / inſaniaqꝫ: quẽ ſi tã firmo ſiſteremus ꝓpoſito / vt oẽs caſus facile toleraret: nihil nobis hyemis: nihil tẽpeſtatis: quieto ⁊ trãquillo mari relinq̃ret. Veꝝ neſcio q̃ pacto cũ nihil de his dicere ꝓpoſuerim: in hãc diuerterim admonitionẽ. Ignoſcite q̃ſo orõnis nr̃e lõgitudini. Eteni nõ parũ veritꝰ ſum nequãdo hoc vobis remiſſiꝰ ſtudiũ fieret: neue faſtidio afficeremini: cuiꝰ niſi dubiꝰ fuiſſem: nulla hmõi nob̃ orta eẽt diſputatio. Satis em̃ id nobis: oĩa facilia / ⁊ reddere / ⁊ ſubminiſtrare poſſet. Sed iam tẽpus eſt ꝓpoſitam aggredi orationẽ: q̃re indefeſſos vos hmõi cer-

ſaminibꝫ exhibeatis ⁊ ꝑfecto certamina nobis ꝓpoſi
ta ſunt: aduerſus veritatis inimicoſqꝫ ꝓ viribꝫ oīa
machinant̄: vt filij dei gloriā (imo potiꝰ ſuā) abole/
ant. Perpetua eñ diuina gloria / eadē ꝑmanet: nihi
lo ob maledicā ⁊ ſceleſtā linguā minor. Illi aūt quē
ſe adorare ꝓfitent̄: euertere conati: corpꝰ ſuum igno
minia: aīam ſupplicio afficiūt. Quidnā igit̄ hi nob:
qui hāc verā doctrinā ꝓfitemur / dicunt: In princi/
pio erat verbū: hoc nō oīno eternū ſignificat. Idem
nāqꝫ / ⁊ de celo / ⁊ de terra dictū eſt. O dedecꝰ / o im
pietatē incredibilē. De deo tecū mihi ſermo eſt: et tu
terrā mihi / ⁊ terrenos hoīes affers in mediū. Igit̄
cū homo filiꝰ dei dicat̄: ⁊ deus vtiqꝫ ſit. (Ego enim
dixi dij eſtis inquit: ⁊ filij altiſſimi omnes) cū vnige
nito de filiatiōe contendis / ⁊ nihil ipm hac in parte
ampliꝰ ꝙ̄ tu habere dicis. Minime inquis. Dicis
tñ ꝗuis verbo inficieris. Quonā pacto? ꝗd tu ꝗꝫ ꝑ
gratiā ꝓfiteris / adoptionem accepiſſe / ⁊ ipm ſimili
ter? Cum eñ dicas nō natura ipm filiū / nihil aliud
ꝙ̄ gratie eſſe cōfirmas. Uerūtñ videamꝰ / ꝗ̄ nobis
adducunt̄ teſtimonia. In ꝑncipio (inꝗt) creauit deꝰ
celū / ⁊ terrā: terra aūt erat inanis / et vacua. Et fuit
vir vnꝰ de ramathaim ſophin. Hec ſunt ꝗ̄ putāt fir
miſſima eſſe argumēta. Sed vt doctrine noſtre veri
tas oſtendat̄ / ad cōprimendā eorū blaſphemiā ꝗd
habet ſimilitudinis creauit / ⁊ erat? Quid deꝰ et ho
mo? Quid pura cōmiſces? Quid diuiſa et ſeparata
cōfundis / ⁊ celeſtia ad terrena deducis? Hoc eñi in
loco erat: ꝓpriū ſolū ſignificat / ſed in ꝑncipio erat / ⁊
verbum erat. Queādmodū igit̄ eſt verbū / ſi de ho/
mine dicat̄ / ꝑſens dūtaxat tēpus ſignat / ſin autē de
deo ſempiternū atqꝫ ꝑpetuū / itidē et erat. Nā cū de
humana natura ſermo habet̄ / ꝑteritū tēpus / et hoc
ipſum finitū: qñ vo de deo: eternitatē ipam oſtēdit.
Satis ꝗ̊ fuerat ei: qui terrā / ⁊ hoīem audiret: nihil
ampliꝰ de his cogitare ꝙ̄ eoꝝ nature cōueniat. Nā
ꝙ̄ factū eſt: ꝗcūqꝫ tēpore / vel ſeculo factū ſit: factū ē
tamē / filius aūt dei nō temporibꝫ tm̄: ſed ſeculis ꝗ̊ꝫ
oībꝫ ſuperior eſt: ꝗ eoꝝ oīm conditor / ⁊ opifex eſt /
per quē inquit fecit ⁊ ſecula. Creator eñ an creatu/
ras oīno eſſe ꝯſtat. Cum vo quidā adeo ſtulti / ⁊ in/
ſenſati ſint / vt ꝓpterea maius quiddā de ſua digni/
tate opinent̄ / his verbis / creauit / ⁊ fuit hō / audito
ris ꝑoccupāt ſentētiā / ⁊ oēm impudētiā exuūt. Om
ne eñ creatū: ⁊ celū ⁊ terra tꝑe creatū / ⁊ tēporale ha
bet principiū: neqꝫ ꝑncipio caret: qm̄ creata ſunt: ita
ꝙ̄ cū audis / creauit / ⁊ fuit hō / nō delirat: neqꝫ ſtul/
ta ⁊ ſupflua ingerit. Ego etiā ⁊ aliud maius afferre
poſſum. Quidnā? ꝙ̄ ſi de terra dictū eſſet: in princi
pio fuit terra: et de hoīe ꝙ in ꝑncipio fuit hō: neqꝫ ſic
quicꝙ̄ maius ꝑſtantiuſqꝫ de his: ꝙ̄ que in preſentia
cognoſcimꝰ / opinari nos oportuit. Terre eñ / ⁊ ho/
minis appellatio ꝗcūqꝫ de ſe dicunt̄ / cōprehendēs:
nō ſinit nos ꝗnicꝙ̄ / ꝙ̄ que ⁊ intelligimꝰ et vidimꝰ:
excellētiꝰ cōiectari: queādmodū etiā ſi exiguū ꝗddā /
et minimū de deo dicat̄: nihil tñ humile: nihil abie/
ctum de ſe ſinit exiſtimari. Accedit ad hoc: ꝙ̄ de ter/
ra loquēs ꝓſequit̄. Terra aūt erat inanis / ⁊ vacua.
Cū eñ aſſeruerit ꝙ terrā deꝰ creauerit: eiqꝫ ꝓpios
ſtatuerit terminos: ſecure iā ꝗ ſequunt̄ / enarrat / nō
ignarus: neminē adeo ſtultū: qui ſine ꝑncipio: ipam
et ingenitam arbitret̄: terre enim nomen / ⁊ creauit:
ſufficientia ſunt: vt cuiuis etiam ſtolido perſuaderi
poſſit: neqꝫ eternam: neqꝫ ingenitam eſſe: ſed ex eorū
numero: que tēpore cōdita ſunt. Preterea hoc vbū /
fuit: de terra quidē ⁊ de homine dictū: non oīno eſſe
ſignat: ſed ⁊ de hoīe inde oriundū: de terra aūt qua/
lis ea ſit / nobis oſtēdit. Neqꝫ eñ ſolū dixit terrā fu/
iſſe: ſed etiā qualis fuerit tenebroſa ſcꝫ / et informis:
aquiſqꝫ operta / ⁊ admixta. Et de Elchana nō dixit
ſolum ꝙ fuit homo: ſed etiā vnde: de ramathaim in/
quit ſophin. De verbo aūt nō ita loquit̄ / ⁊ profecto
hec inuicē conferre erubeſcimꝰ. Nam ſi eos rep̄hen
dimus: qui illos conferūt: quoꝝ magna eſt / ⁊ virtu
tis ⁊ morū differētia: cū tamē vna ſit / ⁊ eadē ſubſtā/
tia: qui quoꝝ / ⁊ natura / ⁊ cetera oīa prorſus diffe/
runt: in comparatione adducunt. Nōne vltime ſunt
dementie arguendi? ſed benignus nobis / et ſpūſ
is adſit: quē illi tam perperam impieqꝫ calumniant̄.
Huiuſmodi nanqꝫ diſputatiōis neceſſitatē: nō ſpon
te noſtra aggreſſi ſumꝰ: neqꝫ nos eam inuenimꝰ: ſed
coacti eoꝝ perfidia: qui redēptori ſuo bello indicto:
hanc nobis purgande calūnie dederunt occaſionē.
Quid ergo dicimus? Quod erat: cū de verbo dicit̄
perpetuū / ⁊ eternū eſſe ſignat. Inquit enim: In ꝑn/
cipio erat verbū: cōſequens aūt erat apud aliquem
eſſe: cum eñ maxime hoc dei ſit ꝓprium eternum / ⁊
ſine principio eſſe: hoc primū poſuit: deinde ne quis
audiendo: In principio erat verbū / etiā ingenitum
dixerit: hoc mox expoſuit anteꝙ̄ quid eſſet dicatur:
erat inquit apud deum. Et ne omino quiſpiā verbū
ipm id eſſe ꝙ̄ profert̄: aut ꝙ̄ intra hominē eſt / arbi
traretur per articulū primū (vt iam diximꝰ) et ꝑ ſe/
cundā hanc adiectionē eam amouet ſuſpitionē. Nō
enim dixit in deo erat: ſed apud deū: in ꝑſona eius e/
ternitatē nobis oſtendens: ꝙ̄ apertiꝰ quoqꝫ ſigni/
ficauit: cum ſubdidit / ⁊ deus erat verbū: ſed factum
eſt inquit. Quid ergo obſtitit: quin dicerēt: in princi
pio fecit deus verbū? Cum de terra moyſes loque/
retur dixit: nō dixit in principio erat terra: ſed in ꝑn
cipio creauit deus terrā: ⁊ creata fuit. Quid prohi/
buit Iohannē quoqꝫ eodem modo exordiri: in prin/
cipio creauit deus verbum. Nam ſi de terra ita lo/
cutus eſt moyſes: ne quis ipſam increatā arbitrare
tur: longe magis de filio loquentem timere Iohan/
nem oportuit: ſi creatus erat. Mundus nāqꝫ cum
ſit viſibilis: per ſe conditorē ſuum predicat. Celi (in/
quit) enarrant gloriam dei: filius autem inuiſibi/
lis eſt / ⁊ creaturam: longe ſupra ꝙ̄ dici poſſit / exce/
dit. Quod ſi illic: ⁊ ſi neqꝫ verbo nobis: neqꝫ doctri
na opus erat: vt creatum mundum diſceremus: ta/
men manifeſte id nobis ante oculos ponit prophe/
ta: multo magis de filio idem a Iohanne dicendum
fuerat: ſi creatus fuiſſet / ſane quidē. Ueꝝ Petrꝰ id
māifeſte / apteqꝫ ꝓfeſſus ē. Quonā in loco / et quō?
Quādo cū iudeis diſputans his verbis vſus eſt: ꝙ
dominū ipm / et xpm deus fecit: quicꝗd ſequit̄ non
addidiſti? ieſum ſcꝫ quē crucifixiſtis: an ignoras eorū
de quibꝫ ſermo habet̄: ꝑtim īmortalis nature eſſe: ꝑ/
tim carnē accepiſſe? Qꝫ ſi negas / et oīa ſimpliciter
ad diuinitatē trahis: paſſibilē diuinā naturam fece
ris: ꝙ ſi nō paſſibilē neqꝫ actiuam dixeris: verū ſi ex
ipſa diuina / ⁊ ineffabili natura ſanguis emanauit:
ipſaqꝫ carnis loco in cruce clauis tranſfixa / ⁊ diſcer
pta eſt: admittendum profecto eſſet commentum tu
um ſin neqꝫ ipſe quidem diabolus hoc effinxerit:
qua nam ratione ipe ignorare aſſimulas? Indignā
ſane cui ignoſcatur ignorantiam: et qualem neqꝫ





demones vnꝙ̄ ſimularūt. Preterea hec nomīa do
minus ⁊ chriſtus: non ſubſtantie ſunt: ſed dignita/
tis: alterum potentie: alterum vnctionis: quid igi/
tur de filio dei dixeris? Nam ſi (vt dicitis) creatus
eſſet: nullū locum hoc haberet: non enim prius fuit:
deinde ipſum fecit deus: neqꝫ ſeruuli habet princi/
piū: ſed eiuſdem nature atqꝫ ſubſtantie. Interroga/
tus enim an eſſet rex: Ego ad hoc natus ſum inquit.
Petrus autem de eo tanꝙ̄ creatura quadam loꝗ/
tur. Nam omnis ei de chriſti humanitate ſermo eſt.
Et quid amiraris Petrū / ita loquentem: quip/
pe ⁊ Paulus cum athenienſibus diſputans homi
nem tantū ipm his verbis appellat. In viro in quo
ſtatuit / fidem prebens omnibus / ſuſcitans eum a
mortuis: nihil de dei forma: neqꝫ ꝙ ei eꝗlis ſit: neqꝫ
ꝙ ſplendor glorie eius meminit. Neqꝫ īmerito: nō/
dum enim tempus venerat / vt hec diceret / ſed ſatis
adhuc erat / vt ⁊ hominē fuiſſe / ⁊ a mortuis ſuſcita/
tum intelligerent. Eodem quoqꝫ modo chriſtus fe/
cerat: cuius exemplo Paulus opera ſua diſpoſuit.
Nō enim ꝯtinuo ſuā reuelauit diuinitatem / ſed ab
ipſo principio propheta / ⁊ chriſtꝰ ſimpliciter homo
habitus eſt: deinde ⁊ verbis ⁊ operibus: quod erat /
oſtendit. Iccirco Petrus hoc ordine vſus: hanc pri
mā ad iudeos contionē habuit. Nam cum nihil de
diuinitate eius / adhuc manifeſte accipere poſſent:
in humanitatis eius ſermonibus īmorātur / vt eo/
rū auditus his exercitus: demū ſe diuinitatis do/
ctrina imbueret. Ex ſi quiſpiā omnē cōtionem alti/
us percurrere voluerit: perſpicue hanc noſtrā dep̄/
henderit ſentētiā. Etenim hominē ipſum appellat /
⁊ paſſioni eius / reſurrectioniqꝫ: ⁊ ſm carnem gene/
rationi / inſiſtit. At qui / ⁊ Paulus cum eum ex ſemi
ne Dauid ſm carnem factū diceret: nihil aliud nos
admonuit: ꝙ̄ id factū a chriſti humanitate ſumptū
eſſe: quod ⁊ nos confitemur. Uerum tonitrui filius
de dei ineffabili ⁊ ſempiterna eſſentia: nunc loquit̄.
Propterea nō fecit / ſed erat / poſuit. Oportebat eñ
ſi creatus eſſet: id maxime diffinire. Quod ſi Pau/
lus veritus eſt: ne ſtultoꝝ aliquis ſuſpicaretur filiū
patre maiorem fore / ⁊ genitorem ei ſubiectū: ⁊ iccir/
co ad corinthios ſcribēs / inquit: Quod omnia chri
ſto ſubiecta ſunt: preter eum ꝗ ſubiecit ei omnia: licet
abſurdū fuiſſet quēpiā ſuſpicari: patrē vnꝙ̄ filio cū
ceteris omnibus ſubiectum iri: has tamen / ⁊ ſi nul
li nixas rationi ſuſpicatōes formidauit / addiditqꝫ:
preter eum qui ſubiecit ei omnia: longe magis Ioā
nem ſi creatus eſſet filius dei timere / ne quis incre
atum eſtimaret / ⁊ hoc ante omnia edocere oportuiſ/
ſet. Nunc autem cum genitus ſit: merito ſane neqꝫ
ipſe / neqꝫ alius / ſiue apoſtolus / ſiue ꝓpheta: creatū
eum aſſeruit / ſed neqꝫ ipſe vnigenitus / ſi eſſet creatꝰ
ſubticuiſſet. Qui enim tam humilia / ⁊ abiecta ꝓpter
humilitatem loquitur / id nullo pacto pretermiſiſ/
ſet. Neqꝫ enim abſurde arbitror quam haberet ma/
gnitudinē / ⁊ preſtantiā tacuiſſe: potius ꝙ̄ eam quā
nō haberet ſilētio preteriſſe: neqꝫ ſignificaſſe qualis
eſſet. Illud enim nō īmerito ſileri poterat / vt huma
nū genus humilitatis admoneretur: hic autē nemi
nimā quidem ſilentij cauſam inuenies. Qua nā eñ
gratia ſi creatus eſſet / id tacuiſſet / ⁊ multa de ſe ꝑ/
termiſiſſet? Nam ſi vt nos humilitatē edoceat / ab
iecta quedā ſepenumero de ſe etiā minima digna lo
quitur: multo magis ſi creatus eſſet / aperte dixiſſet:
Nōne vides ipſum ne quis ingenitū crederet: ad id
oſtendendū: ⁊ re / ⁊ verbis ſumma ope cōtēdere / vt
etiā / ⁊ dignitate / ⁊ ſubſtātia ſua indigna loquatur:
⁊ in ꝓphete humilitatem deſcendat? Illud enim: ſicē
audio iudico: ⁊ ille mihi dixit: quid dicam / ⁊ quid fa
ciam / ⁊ A meipſo nō loquor / ⁊ alia huiuſmodi pro
phetarū dūtaxat verba ſunt. Si ergo vt hanc tolle
ret ſuſpitionē: tam viles de ſe ſermones: tā humiles
nō eſt dedignatus / longe magis ſi creatꝰ eſſet: neqꝫ
ipſum increatum ſuſpicaretur multa huiuſmodi ꝓ/
tuliſſet in mediū / vt exempli gratia: Nolite arbitra
rime genitum eſſe a patre / creatus ſum / non geni/
tus: neqꝫ illius ſubſtantie ſum. Nunc autē omnino
cōtra ea loquitur: que etiam inuitos contrariā acci/
pere cogāt ſentētiā / vt illud: Quia ego in pr̄e / ⁊ pa/
ter in me eſt / ⁊ Tanto tēpore vobiſcū ſum: ⁊ non co/
gnouiſti me? Philippe qui videt me / videt ⁊ pr̄em
⁊ ſicut pater ſuſcitat mortuos / ⁊ viuificat / ſic ⁊ fili/
us quos vult viuificat / ⁊ Pater meꝰ operatus eſt
vſqꝫ mō / ⁊ ego operor / ⁊ Sicut cognoſcit me pater
⁊ ego cognoſco patrem / ⁊ in omni ſcriptura vnum ⁊
idem ſe eſſe cū patre aſſerit. Auctoritatem autē / ⁊ po
teſtatem ⁊ his ⁊ alijs pluribus locis manifeſtat / vt
cum inquit: Tace / obmuteſce. Uolo: mūdare. Sur
de / ⁊ mute: ſpiritꝰ ego tibi precipio exi ab eo: ⁊ Au/
diſtis quia dictum eſt antiquis: nō occides. Ego au
tem dico vobis / qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iu/
dicio: ⁊ plura huiuſmodi. Addo etiā miracula: hec
omnia ſatis idonea ſunt / ad eius virtutem / potenti
amqꝫ oſtendēdā: imo ⁊ minima eorū pars: plurimū
etiam inſipientiores / ⁊ adducere ⁊ perſuadere poſ/
ſet / vt crederēt: ſed profecto earum eſt inanis gloria
viriū / vt vel ad manifeſtiſſima queqꝫ eorū: qui ipſi
ſuccūbūt / mentis aciem perſtringat: ⁊ in rebus luce
clarioribꝫ diſſentire / ac contendere perſuadeat: eos
autem qui veritatem probe tenent / ⁊ intelligunt in
diſſimulationem / contradictionemqꝫ adhortetur:
quod iudeis vſuuenit: non enim ignorationis gra/
tia dei filiū abnegarunt: ſed vt apud populū / plu/
rimū / ⁊ auctoritatis / ⁊ honoris ꝯſequerētur / ex ꝑn
cipibus enim (inquit) multi crediderunt in eum: ſed
propter phariſeos non confitebātur / vt de ſynago/
ga non eijcerentur: potius enim hominū ꝙ̄ dei glo/
riam optarunt: ſi quidem nullo pacto fieri poteſt: vt
is qui tanto ſtudio ſeculari glorie ſeruiat: diuinam
vnꝙ̄ aſſequatur. Iccirco his verbis reprehendun/
tur. Quomodo poteſtis vos credere / qui gloriā in/
uicem accipitis: ⁊ gloriam que a ſolo deo eſt nō que
ritis? Intollerabilis quedā ebrietas eſt inanis glo/
ria. Ideoqꝫ quem ſue ſubiecit ditioni: is egre in ſani
tatē reſtituitur. Et quā peſtifera tabe infecit animā /
a celo abſcindens: terre affigit: neqꝫ eam amplius ſi
nit: vt ad veram lucem dirigere poſſit intuitum: ſed
in huius ſeculi ſordibus ſemper eius perſuaſiōe de/
uoluitur: ⁊ dominos nobis tam potentes imponit
vt etiā ſine iuſſu aliquo nos erupent: nobiſqꝫ perpe
tuo dominētur. Qui enim hoc morbo afficitur / nul
lo preceptore omnia ſua ſpōte operat̄: que dominis
ſuis placere quibuſqꝫ plurimū eos letari arbitrat̄.
Eteñi pulchra veſte eoꝝ cauſa induit̄: facieqꝫ ornat
nō ſibi: ſed alijs caterua ſequētiū ſtipat̄ / quo omnes
ipm admirētur. Quicquid deniqꝫ facit: alioꝝ tātū
gratia facit. Num quicꝙ̄ poſſet eſſe moleſtius? Ut
alijs admirationi ſit: ꝑceps freꝗnter agit̄. Uis eius

intelligere tyrānidem? Satis tibi ex chriſti verbis
cōſtabit. Audi ⁊ que ſequūtur. Nam ſi quempiā ne
gociatorem: q̄ precioſiſſimas ſibi merces magno au
ri pondere compararit / rogaueris: qua nam gratia
tantū auri profundat: quid ve tantus ſibi ſumpt⁹
velit: nullā aliā ab eo ratonē accipies: q̄ꝫ vt populo
placeat. Quod ſi deinde quid populus ſit perconta
beris: quiddam (inquit) tumultus perturbationiſqꝫ
plenū: ⁊ ſtultitia maiori ex parte cōſtās: atqꝫ compo
ſitū temere: per maris fluctus varia ⁊ pugnāte ſen
tentia ſepenumero iactatū. Qui igitur ſub eiuſmo
di dominij ſeruitio premit̃: nōne omniū eſt ſane mi
ſerrimus? Uerumtamē qui ſecularem vitā agunt:
ſi his ſe affectibus deuinxerint / ⁊ ſi graue ſit: leuior
tamē eſt reprehēſio. Qui vero terrena ſe abieciſſe ꝓ
feſſi: ea tamē auidi inhiāt: hi grauius ſunt accuſan
di: illis em̄ pecuniarū tenus damnū: his autem ad
animā vſqꝫ periculū extenditur. Nam cum ſeculari
gloria fidei rectitudinē mutarint: ⁊ deū vt ipſi lau
dētur cōtempſerint: dic queſo quo damno / qua in
ſania afficiunt̃? Alij anime affectus / ⁊ ſi magno ſint
homini nocumēto: aliquā ſaltem afferūt voluptatē:
q̄ꝫuis temporalem: atqꝫ breui duraturā. Nam q̄ pe
cuniarū / aut mulierū flagrāt deſiderio: eaſqꝫ ſectan
tur: nōnullam tamē cum damno voluptatem / licet
breuiſſimā capiunt: quos vero hic morbus irretiue
rit: hi ſemper omni priuati voluptate vitā viuunt /
q̄ꝫ miſerrimā. Neqꝫ enim ꝙ tātopere exquirūt mul
titudinis gloriam aſſequūtur: ſed cum ea frui videā
tur: ea tamē omnino carent: cū id nulli prorſus glo
rie ſit adnumerandū. Ideoqꝫ non gloria: ſed inanis
glorie opus appellatur. Inanem gloriā: hāc maio
res noſtri omnes merito dixerūt: inanis nāqꝫ eſt: ni
hil in ſe habens: neqꝫ clarū: neqꝫ glorioſum: tanq̄ꝫ ꝑ
ſone: que pulchre quidem viſu / ⁊ decore: intus ina
nes reperiūtur. Quare aſpectu cum ipſo elegantio
res appareant: neminē tamē vnq̄ꝫ ad ſe amandū al
lexerūt. Ita nihil etiam miſerius / que multitudine
comparatur gloria: difficilem nobis / ⁊ violentū af
fectum ſignificat: aſpecto nāqꝫ ſolo pulchra / atqꝫ ele
gans videtur: intrinſecus autē nō inanis modo: ve
rumetiā ignominioſa: crudelitatis / ⁊ violentie ple
na. Unde igitur tā temerarius / tam inſanus abſqꝫ
vlla voluptate affectus? Non aliunde ſane: q̄ꝫ a vili
⁊ abiecto animo: neqꝫ enim fieri poteſt: vt qui glorie
dulcedine capitur: magnū aliquid ⁊ egregiū ſapiat:
ſed ignominia ilico ipſum notari neceſſe eſt: ⁊ animi
abiecti infamis / atqꝫ exigui exiſtimari. Qui enim ni
hil propter virtutē: ſed vt hominibꝫ / ⁊ rudibus / et
indoctis placeat / operatur: qui ve in omni re fallacē
hominū: atqꝫ erroris plenā exquirit ſentētiā: quam
is gloriam meretur? Animaduerte ſi quis eū percō
tarctur: quid tu multitudinē eſſe arbitraris? procul
dubio / ⁊ deſidem / ⁊ nulle bone rei deditā reſpōdet.
Quid autē? an ex illius numero fieri optares ſi q̄s
eundem iterū interrogaret: nō vtiqꝫ mihi aſſenſurū
perſuadeo. Nonne igitur maxime ridiculū eſt: eorū
gloriam aucupari: quorum ne ſimilis quidē eſſe vel
les. Si autē dixeris: multos etiā conſtantes viros
hac eſſe ſentētia: iccirco longe magis cōtemnendos
dicimus. Nam ſi ſponte ſua cōtemptibiles ſunt: cū
multi fuerint: maiorem imodū digni ſunt qui contē
nātur. Singulorū enī amentia ſimul collecta: mul
titudine ipſa fit auctior. Quā ob rē ſi q̄s eos ſigillati

tim caſtigaret: facile quod vellet aſſequeretur: ſin cū
ctos ſimul nullus eſſet correctioni locus: cū nume
ro ipſo ſtultitia creſcat: ⁊ pecudū more ducātur: quo
cūqꝫ inuicem ſecularem gloriam: atqꝫ opinionem ſe
cuti. Agite quid hanc popularē gloriā tantopere de
ſideratis? Nolite inq̄ꝫ fratres obſecro. Glorie nāqꝫ
cupiditas omnia cōmiſcuit: auaritiā / inuidiā / calū
niā / inſidias peperit: ⁊ qui nulla affecti ſunt iniuria
in illos qui nihil de ipis male meriti ſunt: ⁊ armat /
⁊ efferat: hec amicitia ⁊ cōſuetudinis obliuiſcit̃. Ni
hil ſe pudet: ſed omni abiecta virtute omnibus bellū
indicit. Semper incōſtās: ſemper inuiſa. Et ſane ira
⁊ violentus ⁊ intollerabilis morbus eſt: nō tamen
ſemper nocumēto eſſe ſolet: ſed dūtaxat cum irritat̃.
Inanis enim gloria omni tēpore peſtifera eſt. Nū
q̄ꝫ ceſſat: nūq̄ꝫ remittitur: niſi ratione ⁊ cohibeatur /
⁊ ſedetur: ſemper preſto eſt: nō ſolum peccandi ſe hor
tatricem exhibens: verum etiā ſi quid recte faciam⁹
id e manibus ſūma vi eripere cōtendit: vel nihil re
cti a nobis inchoari: perficiqꝫ permittit. Qđ ſi auari
tiā Paulus idolorū ſeruitutem appellat: eius ma
trem / radicem / fontem: hoc eſt inanē gloriam: quo
nomine merebitur appellari? Nullū quidē ſi recte
eius malitiam cōtemplabimur: dignū inueniem⁹.
Abſtineamus ergo dilectiſſimi: ⁊ pernitioſum hoc
exuamus veſtimētū / quo diſciſſo / ⁊ procul abiecto
fiamus aliquando liberi: veram induti libertatem /
⁊ vere nobilitatis: que a deo nobis elargita eſt: co
gnitionē non negligamus: ſed ſecularem gloriam:
qua nihil riſu dignius: nihil turpius: nihil ignomi
nioſius. Hoc multis ſane rationibꝫ videri licet. Si
quidem huius glorie cupiditas ignominia eſt. Eſt
autem vera gloria: eam vt nullius momenti contē
nere / ⁊ ad diuinam voluntatem: omnia ⁊ verba / et
opera noſtra dirigere: hoc pacto ab eo qui cuncta cer
ta ratione intelligit: mercedem accipere poterimus
ſi eo ſolo erimus ſpectatore contenti. Quid enim no
bis opus eſt / vt alij opera noſtra inſpiciant: cum is
nos intueatur / qui vnicuiqꝫ pro meritis retribu
turus eſt premiū. Nōne hoc ridiculū atqꝫ abſurdū
cum quicquid ſeruus operatur ad gratiā / ⁊ amorē
ſui domini cōciliandū faciat: eoqꝫ vidente ⁊ proban
te ſeruitiū ſuū contentus ſit: neqꝫ aliorum laudibus
moueatur. Nos cum tantum tamqꝫ ſummū domi
nū habeamus: alios qui nos / ⁊ opera noſtra vide
ant ⁊ probent diſquerere: maxime cum nihil / vl' no
bis vtilitatis afferre: ſed tantum inſpicere poſſint: q̄
facimus. Accedit ad hoc ꝙ omnis noſter labor ina
nis fit: ⁊ irritus. Non ita obſecro dilectiſſimi: non
ita: ſed vnde premium nobis futurum eſt: inde totis
viribus id comparare curemus deum operum no
ſtrorū / ⁊ laudatorem: ⁊ ſpectatorem adhibeamus:
nihil nobis cum humano iudio. Quod ſi hanc glo
riam aſſequi voluerimus: tūc profecto ꝯſequemur
cum diuinam tm̄ implorabimus. Qui me glorifi
cat: glorificabo ⁊ eū inquit. Et quemadmodū tunc
maxime diuitijs affluimus: cum eas contemnim⁹
⁊ diuitias tm̄ efflagitamus? Querite enī inquit re
gnū dei: ⁊ hec omnia adijcient̃ vobis / itidem in glo
ria vſuuenit: quādo iam ſine ꝑiculo / ⁊ diuitie nobis
⁊ glorie largiri poſſunt: tunc eas plena ⁊ exuberāti
manu: diuina nobis benignitas elargitur. Sine ꝑi
culo autem tunc his fruimur: cum nos capere ⁊ ex
uperare nequeūt: neqꝫ tāq̄ꝫ ſeruis imperāt: ſꝫ nobis



ſeruiunt / eaſqꝫ ⁊ domini / ⁊ liberi poſſidemus: pro
pterea earū nobis amorem prohibet deus: ne tur
pi his ſeruitio ſubijciamur. Quod ſi aſſequimur: in
credibili nobis libertate omnia inſtaurat. Quid em̄
Paulo clarius: quid glorioſius: qui nō humanam
gloriā ſe querere profitetur? Quid nihil habente: ⁊
omnia poſſidente locupletius? Cum enī (vt iam di
xi) neqꝫ pecunie: neqꝫ glorie cupiditate vincimur:
tunc eas affatim accipimus: tunc eis fruimur. Si
igitur nobis gloriā comparare cupimus / gloriam
fugiamus: hoc enim pacto diuina ſeruare precepta
⁊ preſentibus bonis / ⁊ futuris / frui poterim⁹: quo
rum vtinam fiamus participes: gratia / ⁊ benigni
tate dn̄i noſtri ieſu chriſti / per quē / ⁊ cum quo patri
gloria ſimul / ⁊ ſpirituiſancto in ſecula Amē.

Homelia tertia Ex capitulo primo.

## In principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deum.

Bonarū artiū preceptores: cum pueros doctri
ne rudimentis accipiūt: non grauiori primū lectio
nū onere eorū mentes implicāt: ſed breuibus ⁊ ijſdē
ſepenumero repetit̃ preceptis: paulatim eos aſſue
faciunt: quo fit vt eoꝝ animis facile doctrina impri
matur: ne ab ipſo eruditionis principio ad lectionū
multitudinē capeſcendā: memoria nimiū laborante
ꝑterriti: ad colligēda ꝓcepta ſegniores reddāt̃: ⁊ do
ctrine difficultate torpeſcāt. Hūc ⁊ nos morē ſecuti
vt vos labore leuem⁹: paulatim h̄ diuinū pabulū
diſtribuam⁹: veſtriſqꝫ inſtillemus pectoribus. Qua
re eadem iterū verba proponam: nō vt idem repetā
ſed vt omiſſa adijciātur. Agite igitur [In principio
erat verbū / ⁊ verbum erat apud deum] Qua nā ra
tione cum reliqui euangeliſte ab humanitate chri
ſti ſuū orſi ſunt euangelium. Nam Mattheus inci
pit liber generatiōis ieſu chriſti filij Dauid. Lucas
de Maria prima verba facit. Marcus ſimili fere
vtitur principio: ⁊ de Joāne baptiſta: illic nobis in
texit hyſtoriā. Joannes id breui proſequens / his v
bis ſignificauit: Et verbū caro factum eſt: ⁊ reliq̄s
pretermiſſis omnibus cōceptione / partu / educatio
ne / incremento q̄ꝫ primū ſupernam nobis generati
onem aggreditur. Cur ita fecerit iam vobis aperiā.
Cum reliqui euāgeliſte circa carnē imorati eſſent /
timendum erat: ne iccirco nōnulli nihil altum: ſed ter
rena dūtaxat / ⁊ caduca cōlectantes: in ea ſolum do
ctrina confirmarētur: quod ⁊ Paulus ſamoſaten
ſis opinat⁹ eſt. Ex hac igitur humilitate (qui lapſu
ri erāt) in celum erectis: nō imerito ab eterna / ⁊ di
uina eſſentia facit nobis narrationis principiū. Cū
enim Matheus ab Herode rege / Lucas a Tybe
rio ceſare / Marcus a baptiſmate Joannis exordia
tur / his omnibꝫ Joānes omiſſis: ſupra omne tem
pus / ⁊ ſeculū aſcendit: auditoꝝ animos ad id quod
in principio erat erigens: neqꝫ vſqꝫ eos ſinit ꝯſiſtere
neqꝫ terminū aliquem ponit: quemadmodū illi He
rodem / Tyberiū / Joānem. Illud autem admirati
onē dignū eſt: ꝙ neqꝫ Joānes in ampliori narratiōe
humanitatem contempſit: neqꝫ illi cum huic vaca
rent: ſempiternam omnino ſiluerunt eſſentiā. Et ſa
ne quidem: vnus enī ſpiritus eſt / qui omniū mētes
mouet. Propterea valde in narrationibꝫ ſuis ꝯcor
dant. Tu autem dilectiſſime: cum verbū hoc in lo
co audis: noli (queſo) his acquieſcere: qui dicunt id

verbum eſſe quod ore profertur: aut ſimpliciter ver
bum: multa enim dei ſunt verba: que ⁊ angeli faci
unt: nullum tamen eorū deus eſt: ſed ⁊ prophetie ⁊
precepta verba dicūtur. Mos enim ſcripture eſt di
uinas leges / ⁊ precepta / ⁊ prophetias verbū appel
lare. Quare de angelis loquēs: Potentes (inquit)
virtute qui facitis verbum eius: hoc autem verbū
ſubſtantia quedam eſt in perſona: ex ipſo patre ſine
paſſione prouenięns: hoc (vt iam dixi) per verbi ap
pellationem manifeſtauit. Quemadmodū igit̃: In
principio erat verbum, eternitatē ſignificat: ita hoc
erat in principio apud deū: coeternitatē nobis oſten
dit. Sed ne hac particula: In principio erat verbū
eternū quidem / antiquiorē tamē aliquo temporis
ſpatio patris vitam ſuſpicareris: ⁊ vnigenito dares
principiū addidit [Hoc erat in pr̄icipio apud deū]
itidē ei⁹ eternitatē queādmodū patris ſignificans.
Nunq̄ꝫ enim ſolus / ⁊ ſine verbo fuit: ſed ſemꝑ deus
apud eum erat / ⁊ in perſona quidem propria. Qua
ergo ratione ſubdidit: In mundo erat: ſi apud deū
erat: quia ⁊ apud deum erat / ⁊ in mundo. Neqꝫ em̄
aut pater aut filius: ſine vllo comprehēditur. Nā ſi
magnitudinis eius nō eſt finis: ⁊ ſapientie eius nō
eſt numerus / neqꝫ etiam ſubſtantie / ſatis cōſtat eſſe
aliquod temporale principiū. Cum audis: Qđ in
principio creauerit deus celum ⁊ terrā: quid nā per
hoc principiū intelligis? Certe ꝙ ante omnia viſibi
lia ea creauit. Sic cum vnigenito dicatur / ꝙ in pri
cipio erat: ante omnia intelligibilia: ⁊ ante ſecula fu
iſſe intelligas / neceſſe eſt. Quod ſi quis diceret: Si
filius eſt: quo nā pacto fieri poteſt quin patre ſit mi
nor: quod enim ab aliquo eſt: omnino eo a quo fit /
poſterius eſſe oportet. Reſpōdemus: has maxime
humanarū eſſe cogitationū inquiſitiones: ⁊ qui hoc
querit inquirit etiam abſurdiora: neqꝫ auribus tm̄
accipienda hec ſunt. De deo enim nūc nobis ſermo
eſt: nō de humana natura: que noſtrarū rationū cō
ſequētie / neceſſitatiqꝫ ſubiecta eſt. Uerumtamē pro
infirmorū intelligentia: aliquod ad hec exemplū ad
ducemus. Age dic queſo. Nunquid ſolis ſplendor
ex ipſius ſolis natura emanat: an aliūde? neceſſario
fatendū eſt: niſi penitus deſipiamus: ex ſolis natu
ra: quod cum ita ſit: nunq̄ꝫ tamē ipſo ſole poſterius
ipſius radios / fulgoremqꝫ dixerimus exoriri: cum
ſine his nunq̄ꝫ appareat. Quod ſi in his que ipſo vi
ſu / ⁊ ſenſu ꝑcipiūt̃ in corporibꝫ: qđ ex aliq̊ fit nō po
ſteri⁹ eo a q̄ fit: eē aliq̄d manifeſte dep̄hēdit̃: ꝑſuade
ri nō poterit: inuiſibili / ineffabili / nature: eandē ineſ
ſe poteſtatem: vt par eſt illius eſſentie. Propterea
Paulus quoqꝫ ipſum: ⁊ ex eo ⁊ coeternum aſſeruit.
Quid autē? nōne ⁊ ſecula / ⁊ temporū ſpatia ꝑ ipm̄
facta ſunt? omnia confiteamur neceſſe eſt: niſi inſani
amus. Nulla igitur inter patrem / ⁊ filiū eſt differē
tia. Si nulla: nō eſt filius poſterius: ſed coeternus
patri. Ante enim ⁊ poſt tempus ſignificant / ⁊ oſten
dunt. Sine ſeculo / vel tempore: nemo poſſet: neqꝫ
ante / neqꝫ poſt intelligere. Temporibus autem / ⁊
ſeculis omnibus ſuperior eſt deus / atqꝫ antiquior.
Quod ſi omnino filio principiū eſſe contendis: ca
ue ne patrem quoqꝫ ſub principio: antiquiori quidē
ſub principio tamen cōprehendere eadem ratiōe co
garis. Age nunquid terminū aliquem / vel princi
piū filio conſtituis: a quo ad ſuperius illud ꝓcedēs
patrē ſuꝑiorē eſſe dicas? Quid? dic igit̃ q̄ſo q̄ꝫto pat̃

pꝛioꝛ eſt:bꝛeue ne/an longũ inter patrem/⁊ filium
tempoꝛis ſpatiũ fuiſſe dicis: alterutrũ aſſeras ſub
pꝛincipio patrem compꝛehẽdas neceſſe eſt. Mediũ
nãqꝫ interuallũ quãtumcũqꝫ ſit:pꝛoculdubio meti/
ris. Dimenſio autem fieri non poteſt:niſi ſit vtrinqꝫ
pꝛincipiũ:ſub quo hoc pacto quãtum in te eſt:patrẽ
conſtituis:neqꝫ iam ſm nos pater ſine pꝛincipio in
tellgi poterit. Nõne aſſentis id verum eſſe/quod a
ſaluatoꝛe dicitur: vbiqꝫ poteſtatis ipſius argumẽ/
tum. Qui nõ honoꝛat me nõ honoꝛat patrem: Nec
ignoꝛo hoc verbũ nõ facile a multis intelligi. Iccir/
co pleriſqꝫ in locis/ſentẽtias noſtras afferre differi
mus:eo ꝙ reliquũ vulgus eas capere/atqꝫ aſſequi
nequeat:neqꝫ ſi aſſequeretur firmitudinis aliqd ha/
bet/aut certitudinis:humane nãqꝫ rationes/⁊ ſen
tentie incerte ſunt:atqꝫ imbecilles. Libẽter autem/
⁊ illud negãtibus veritatem afferã:quod a pꝛophe
ta dicitur: Ante me nõ eſt factus alius deus:⁊ poſt
me nõ eſt. Quod ſi filius patre minoꝛ eſt:quo pacto
(inquit)poſt me nõ eſt alius deus: Nunquid ipſiꝰ
vnigeniti tolletis ſubſtãtiam: Neceſſe eſt enim aut
hoc tam impie audere/aut in pꝛopꝛia patris ⁊ filij
perſona vnã intelligere diuinitatẽ. Quo nam etiam
pacto id verꝫ eſt: Et omnia per ipſum facta ſunt. Nã
ſi patris euũ antiquiꝰ:quomodo que ante ipſum fi/
liũ facta fuerunt/per ipſum facta ſunt: Videtis ne
in quantã temeritatẽ ſe adducant:qui ſemel veritatẽ
abiecerũt. Sed quam ob rem nõ(inquit) euãgeliſta
ex nihilo factũ eſſe quemadmodũ Paulus his ver
bis oſtendit: Qui vocat:que nõ ſunt tanqꝫ ea q̃ ſunt
ſed in pꝛincipio erat(inquit) Hoc illi contrariũ eſt:
nec imerito:ſiquidem deus neqꝫ fit/neqꝫ ſe quicqꝫ
habet antiquius:ſed huiuſmodi gentiũ verba ſunt.
Age ⁊ illud:nõne rerũ omniũ conditoꝛem lõge om
niũ excellentiſſimũ/pꝛeſtantiſſimũqꝫ dixeris: Qd
ſi itidem vt alia ex nihilo factus eſſet:vbi eius incoꝛ
poꝛabilis eẽt excellẽtia: quid item illud: Ego pꝛimꝰ
⁊ ego poſt hec. Et ante me nõ eſt factus alius deꝰ.
Si enĩ filius nõ eſſet eiuſdem ſubſtantie:alter eſſet
deus:ſi nõ coeternus poſt illũ ſi nõ ex ſubſtantia ꝓ/
ceſſiſſet:factũ eſſe cõſtaret. Quod ſi ad idoloꝛũ ſimu
lacroꝛũqꝫ differentiã hec facta aſſerũt:cur eiuſdẽ dif
ferentie gratia vnũ verum deũ dicere nõ cõſentiũt:
ac ſi ad eam differentiã hoc dictum eſſet:quo nã pa
cto verba omnia interpꝛetaberis. Poſt me(inquit)
nõ eſt aliꝰ deus:nõ filium his verbis excludit poſt
ſe nõ eſſe:ſed deũ fictũ. Eſto ſane: Quid ergo qd ait
ante me non eſt factus alius deus:ita ne hoc quoqꝫ
intelliges/quod fictus deus ante eum factus non
ſit:ſed tamẽ filiũ factũ. Et quis nã hoc dixerit:neqꝫ
enim ipſum diabolum hoc dicturũ arbitroꝛ. Pꝛe/
terea:ſi filius nõ eſt coeternus patri:infinitam eius
vitam quo nam modo dixeris: Nã ⁊ ſi alicuius pn
cipiũ ducit:quis ſine fine ſit:non tamen eſt infini/
tus. Quod enĩ infinitũ eſt vtrinqꝫ fine careat/opoꝛ
tet. Hoc Paulus his vbis manifeſtauit. Neqꝫ pn/
cipiũ dierũ:neqꝫ finẽ habẽs:quibus verbis/⁊ pꝛin
cipio/⁊ fine carere plane demõſtrauit. Queadmo/
dũ em̃ hoc nõ habet finẽ:ita neqꝫ illud:cum neqꝫ hic
finis:neqꝫ illic pꝛincipiũ. Quo nam autem pacto vi
ta erat aliquãdo cum nõ eſſet: vitã nãqꝫ ſemper/⁊ ſi
ne pꝛincipio/⁊ ſine fine eſſe omnes confitẽtur:ſi pꝛo
fecto vita ſit:quemadmodũ eſt. Si vero eſt:quãdo
nõ eſt qua ratione alijs vita eſſe poteſt/cum aliquã
do ipſa nõ fuerit: Quid ergo cauſe fuerit quod pꝛin
cipiũ Ioãnes poſuit: In pꝛincipio inquit erat. Cõ/
ſideraſti hanc particulam. In pꝛincipio erat: ⁊ ver/
bũ erat non intelligis: Quid autem de patre ꝓphe/
ta diceret: A ſeculo/⁊ vſqꝫ in ſeculũ tu es: Nũquid
ei terminũ aliquem his vbis pꝛeſcripſit: Nequaqꝫ:
ſed eius ſignificat eternitatem:itidem hoc in loco in
telligi neceſſe eſt:quippe cum nullum ei terminũ cõ/
ſtituat:neqꝫ dicat pꝛincipiũ habuiſſe:ſed ĩ pꝛincipio
erat. Hinc te adducit/tibi ſuadet: vt filiũ ſine pꝛinci
pio intelligas. Sed dixerit quiſpiã:patrem articuli
adiectione:filiũ ſine articulo poſitũ. Quid ergo:cũ
apoſtolus inquit: Magni dei/⁊ ſaluatoꝛis noſtri
ieſu chꝛiſti. Et iterũ: Qui eſt ſuper omnes deos:ſi/
ne articulo filij meminit. Itidẽ de patre ad philip.
ſcribens: Qui cum in foꝛma dei eſſet/nõ rapinã ar/
bitratus eſt/eſſe ſe equalẽ deo. Et ad Roma. Gra/
tia vobis ⁊ pax a deo patre noſtro/⁊ domino Ieſu
chꝛiſto:neglexit articulũ. Superuacaneũ nãqꝫ eſt:
vbiqꝫ id pꝛeſertim cum ſuperius frequẽter eo vſus
ſit. Quemadmodũ enim de ſpiritu i paꝛ loquẽs(in/
quit:)Spiritus deus:neqꝫ cum ſpiritui articulũ nõ
adijciat:iccirco deum eſſe incoꝛpoꝛeũ negamus:ita
hoc in loco quis filio articulus nõ pꝛeponatur:nõ
pꝛopterea patre minoꝛ eſt deus. Quid tum cum ad
hũc ⁊ illum appellet:neutrius nobis diuinitatis vl
lam facit differentiã:ſed pꝛoꝛſus contra. Nam cum
dixiſſet: Et deus erat verbũ:ne quis filij diuinitatẽ
patre aliqua ex parte minoꝛem arbitraretur:mox id
affert/per quod eius ſupꝛema diuinitas manifeſte
ſignificatur:⁊ eius demonſtrat eternitatẽ. Hoc etiã
erat(inquit)in pꝛincipio apud deũ:⁊ opificiũ addit:
omnia per ipſum facta ſunt/⁊ ſine ipſo factum eſt ni/
hil:quod factũ eſt. Quod potiſſimũ pater per ꝓphe/
tas vbiqꝫ eius ſubſtãtie indicium eſſe pꝛedicat:⁊ fre
quenter in hoc demonſtrando pꝛophete verſantur:
neqꝫ hoc dũtaxat:ſed etiã ſumma ope ad idoloꝛum/
ſimulacroꝛũqꝫ gloꝛiam tollendã contẽdũt. Dij inqt
qui celum/⁊ terram nõ fecerunt/pereant. Et iterũ:
Ego manu mea extendi celum: vt diuinitatem per
hoc ſignificari oſtendant. Idem frequenter memine
runt. Ioannes autem his ſolis verbis non contẽtꝰ:
etiam vitam ipſum/⁊ lucem appellat. Si igiꝛ ſemꝑ
cum patre fuit:ſi omnia condidit:pꝛoduxit:cõtinet:
hoc enĩ per vitã ſignificatur:ſi vniuerſa illuminat:
qs nã adeo ſtultꝰ adeo temerariꝰ eſt: vt dicat:ex his
euangeliſtã minoꝛem diuinitatis virtutẽ intellexiſ/
ſe:per que ⁊ equalitas:⁊ idem eſſe/vel maxime po/
teſt oſtendi: Nolimus queſo creaturã cũ creatoꝛe cõ
fundere:ne id audiamꝰ:quod ſeruierũt creature:po
tiuſqꝫ creatoꝛi. Quod ſi de celis hoc dictũ exiſtimãt
verumtamẽ cum de his ſermo haberetur:pꝛoꝛſus
tanqꝫ gentile/⁊ impiũ creature cultum exhibendũ
negauit. Abſit igitur/vt huiuſmodi noſipſos male/
dicto ſubijciamus. Pꝛopterea venit dei filius: vt
nos ab h cultu liberaret. Pꝛopterea ſui foꝛmã ac/
cepit: vt ab hac nos eriperet ſeruitute. Pꝛopterea
inſputus eſt:pꝛopterea alapis ceſus:ꝓpterea moꝛtẽ
paſſus ignominioſam/atqꝫ turpiſſimã. Minime cõ
mittendũ eſt vt nullũ hec nobis fructũ afferant/⁊ in
pꝛiſtinã rurſus impietatẽ recidamus:imo lõge gra/
uioꝛẽ. Nõ em̃ creature ſeruiendũ eſt:⁊ ipm creatoꝛẽ
quantũ in nobis eſt in creature vilitatem adducen/
dũ:ipſe nãqꝫ qualis eſt/permanet. Tu autem idem



ipſe es(inquit)⁊ anni tui nõ deficient. Ei igitur glo
riã demus/ vt a patribus/⁊ maioꝛibus noſtris ac
cepimus:demus inquã gloꝛiã ⁊ fide/⁊ operibus.
Nulla enim nobis bonoꝛũ dogmatũ ad ſalutẽ vti/
litas:ſi vita vitioꝛũ ſoꝛdibus ſcateat/⁊ inquinet.
Quam ob rem eam ita foꝛmemꝰ/⁊ erudiamus: vt
deo placeat:omni turpitudine/iniquitate/auaritia
lõge abiecta:⁊ tanqꝫ hoſpites/⁊ aduenas/⁊ a ter
renis rebus alienos/nos exhibeamus. Et ſi quis
diuitijs plurimis/⁊ poſſeſſionibꝫ affluit:haud aliꝛ
is q̃ colonus vtatur:tanqꝫ paulopoſtea omnia ve/
ſit/nolit relicturus. Et qui fuerit iniuria laceſſitus
nõ modo memoꝛ nõ infigat pectoꝛi:ſed q̃pꝛimũ eã
obliuioni pꝛoꝛſus mãdet. Nõ amplius vna nobis
die ad iram indulſit apoſtolus. Sol(inquit) nõ oc/
cidat ſuper iracundiã veſtrã. Et merito quidem:ni/
hil enim tam bꝛeui fieri poteſt moleſtius. Quod ſi
nox ira percitos nos cõpꝛehenderet:omnes opera/
tiones noſtre grauioꝛes ſubſequerentur:cum ignis
plurimũ memoꝛia excitetur:ſi per ociũ om̃ia animũ
pꝛouocantia atrocius nobis reputentur. Pꝛiuſqꝫ
igitur tam exitiali vacemus ocio:⁊ vehemẽtioꝛẽ flã
mã accẽdamus:pꝛeueniendũ pꝛecepit:⁊ quicqd pe
ctus noſtrũ vꝛit:penitus extinguendũ. Vehemẽs
enim ire affectus eſt/⁊ omni flãma vehemẽtioꝛ:qua
re nobis celeritate opus eſt: vt hũc ignem extingua/
mus:ne ve ad ſũmũ eũ euadere ſinamus. Ire enim
moꝛbus/niſi mox ſedetur/multas generat calami
tates:domos ⁊ familias totas euertit: veteres diſ/
ſoluit ꝯſuetudines:⁊ bꝛeui momento res infandas
molitur:eius nãqꝫ furoꝛis impetus:ipſi ruina inqt
eſt. Quam ob rem huic indomite belue nolimꝰ ha/
benas remittere:ſed pꝛe duro freno:metu ſcilicet fu/
turi iudicij:eam cohibeamus. Quotiens cum do/
loꝛe aliq̃ amicus te vel familiaris affecerit:ad irãqꝫ
concitarit: veniat in mentem:que tu contra deũ cõ/
miſeris:quodqꝫ ſi a ꝓximo offenſam/⁊ cõtumelias
equo animo tolerauerís:leuius in te dei iudiciũ ꝓ/
uocabis. Dimittite(inquit) ⁊ dimittetur vobis. Cũ
hoc ſuccurrerit/omnis vltionis cupiditas ꝯtinuo
euaneſcit. Illud pꝛeterea animo frequẽter volutes
velim:⁊ ſi quando in imanitatẽ aliquã/⁊ furoꝛem
mox lapſurus te ꝯtinueris:⁊ ſi quando ira percitꝰ
in alicuiꝰ iniuriã pꝛiciẽue pꝛeceps irrueris:⁊ vtraqꝫ
inuicem tempoꝛa conferas:id enim non parũ tibi ad
coꝛrectionẽ pꝛofuerit. Age dic queſo/ vtrũ tibi lau/
dabilius duxeris:cũ ab ira victꝰ es:an cũ eã viciſti:
nõne victi noſipſos repꝛehendimus vehementiꝰ:et
nemĩe nos accuſante erubeſcimꝰ:⁊ m͛lta nos operꝫ
⁊ verboꝛũ noſtroꝛũ ſubit penitẽtia: Verũ cũ affectꝰ
ſtrenue ſuperauimus(victoꝛis moꝛe)⁊ gaudemus
plurimũ/⁊ exultamus. Victoꝛia enim contra iram
eſt:⁊ quidem maxima:non cum vlciſcimur iniurias
ſed cũ eas equo animo toleramꝰ. Hoc nãqꝫ magnũ
eſt:hoc laudabile. Neqꝫ cũ ira excandeſcis cuipiam
mineris interitũ. Neqꝫ in eum furibũdus irruas.
Neqꝫ admonẽrẽ vt iram cohibeas/cõtẽnere velis:
ea gratia ne quis te foꝛte irrideat. Nemo te hac cau
ſa irridebit/ſed cum ira te traxerit in vindictam: vꝛ
ſi quis irriſerit ſtultus erit extimandus. Tu vo no
li inter ſtultos ⁊ amẽtes victoꝛie gloꝛiã querere:ſed
ea cõtentus ſis:quã ſapientũ tibi iudicio cõparaue/
ris. Verũ quid in paruo ⁊ humili hominũ ſpectacu
lo te cõſtituo:in ipm cõtinuo deũ oculos dirigas:q
te laudabit:neqꝫ pꝛeterea vllã ab hominibꝫ gloꝛiam
q̃rere opoꝛtebit. Si quidẽ huius ſeculi gloꝛia ad g̃/
tiã ſepe/nõnũqꝫ ad odiũ tribuit:neqꝫ qcq̃ affert vtili
tatis:quod vo deus nobis indicat nullã hmõi ha
bet dubitationẽ:⁊ plurimũ qui a deo laudaꝛ vtili/
tatis conſequitur:hãc nos laudem:hũc honoꝛem ſe
quamur. Vis ne manifeſte intelligere quantũ mali
afferat iracundia: Adſis cum aliqñ qſpiã rixaꝛ:neqꝫ
em̃ in temetipſo facile hanc poſſis dephendere tur/
pitudinẽ:tenebꝛis ⁊ ebꝛietate ratione obuoluta:ſed
cũ tui tibi affectus nõ dñantur:tũc in alijs rem tuã
planiſſime cognoſcas/licet cũ incoꝛrupte:⁊ vere iu/
dicare poteris. Videbis nãqꝫ iratos nõ ſecus ac in
ſanos/turpiter in mediũ pcipites fieri. Cum enim
circa pꝛecoꝛdia ira efferbuerit:os ignẽ emittit:tota
inflatur facies:incõpoſite manus mouẽtur:ridicule
ꝓſiliunt pedes:monitoꝛibꝫ ⁊ rixam dirimere conan
tibus inſultant/in coſqꝫ nulla ab inſanientibꝫ diffe/
rentia irruũt:⁊ cum hec faciunt:tanqꝫ amẽtes/nihil
ſentiũt:nihil intelligunt:ſed aſinoꝝ moꝛe calcibus/
moꝛſibuſqꝫ inuicem inſultãt. Et pꝛofecto iracundia
percitus:nullũ neqꝫ decoꝛẽ ſeruare poteſt:neqꝫ mo/
deſtiã. Hi igiꝛ homines poſt hãc ignominiam ⁊ do/
mũ/⁊ ad ſe reuerſi:doloꝛe ſimul agũtur/⁊ metu cũ
intelligãt quos leſerint:quos furoꝛis/⁊ inſanie ſue
teſtes habuerint. Quippe qui in illo furoꝛe nõ ſecꝰ/
ac mente capti/quid faciãt:nõ aduertũt/cũ ad ſe re/
dierint:tum demũ omnia ſecũ reputant:nũ amici:
num inimici ei inſanienti affuerint:nũ viderint:pa/
ri enim ratione vtroſqꝫ foꝛmidant: alios tanqꝫ repꝛ/
henſoꝛes/⁊ eos quoꝛũ pꝛeſentia magis ſibi erube/
ſcendũ ſit:alios tanqꝫ qui ipſoꝛũ malo/⁊ ignominia
plurimũ gaudeãt. Qd ſi ad plagas/⁊ verbera inui/
cem pꝛoꝛuperint:longe maioꝛe foꝛmidine angũtur
ne quid grauius ei qui ceſus eſt/accidat:ne aut fe/
bꝛis in moꝛtẽ:aut vlcus inſanabile:in vltimũ eum
adducat periculũ. Et quid(inquit)mihi pugna opꝰ
erat: quid iniurijs: quid cõtentionibꝫ: hec ⁊ illa pe/
reant:⁊ omnibꝫ his terrenis rebus maledicũt:que
ipſis diſcoꝛdie pꝛebuerũt materiã:⁊ de demonibus
cõquerũtur:ſtultioꝛes autẽ cũ perperam qd operan
tur tempoꝝ malitie inſimulant:nõ tñ malitia tẽpo/
rũ cauſa eſt. Neqꝫ em̃ mala ſunt ipſa:neqꝫ malus de
mon dũtaxat/ſed eoꝝ malitia:q a pꝛauis ſe vinci pa
tiunꝛ affectibꝫ:hi demones alliciũt/⁊ ſibijpſis ma/
loꝝ omniũ ſunt auctoꝛes. Sed intumeſcit coꝛ inqt/
⁊ iniurijs excãdeſcit. Nouimꝰ qd ira poſſit/⁊ iccirco
qui inanẽ hãc beluã exuperãt:eos maxime admira/
mur:neqꝫ deeſt(modo velimus)facultas. Quã ob
rẽ cũ dñi nos ⁊ pꝛincipes cõtumelijs ꝓſequũtur/nõ
iraſcimur:an foꝛmido:ira nõ minoꝛ nos abſterret:
neqꝫ a pꝛincipio ire locũ dare pmittit. Quã ob rem
ſerui ſepenumero a nobis maledictis affecti:ſilẽtio
oĩa ꝑpetiũtur:an ꝙ ſuitutis vinculo ꝯtinẽꝛ: Tu aũt
noli ſolũ dei timoꝛẽ cogitare:ſed etiã ꝙ ipſe illi iniu/
riã faciat cũ ſilẽtiũ inducit:⁊ oĩa equo animo perfer
res. Dic te vꝛgẽti: Quid faciã tibi/alius mihi ⁊ de/
xtrã/⁊ linguã cohibet. hoc ꝓfecto verbũ/⁊ tibi ⁊ il/
li fiet philoſophie materia. Nũc aũt hominũ gratia
etiã intolerabilia ferimus/⁊ eos qui nos laceſſunt
hmõi ſepenũero vbis vtimur. Ille me:nõ tu laceſſi/
uit. Veꝝ deo nõ tãtã adhibemꝰ reuerẽtiã ⁊ q̃ nã nob
venia ſperãda ẽ: Agite qſo noſipſos alloqmur. De
nũc nos laceſſit:cũ manꝰ nr̃as ꝯtinet/ne ꝓſiliamꝰ

cōtra ne ve nobis deus q̃ homines ſit deſpectior. Exhorruiſtis hoc verbū. Verū ego nō verbū tm̄: ſed operationes exhorrere has velim. Dei preceptū eſt/ nō modo nobis percutientem maxillā/ ſed graviorem etiā contumeliā perferendā: nos vero volēdo penitus metui: diuine repugnamus voluntati/ vt nō modo mala perpeti recuſemus: ſed grauiꝰ etiā iniurias vlciſci annitamur: qui niſi omni conatu vltioni inuigilemus: humilis noſ ipos ⁊ abiecti animi eſſe ducimus/ ⁊ quod grauiſſimū eſt: noſtrā calamitatē/ victoriā nobis ducimꝰ: ⁊ cum maxime ab ira vincimur: tūc maxime viciſſe exiſtimamus: ⁊ cū humi miſere proſtrati iacemus: innumeris a diabolo plagis/ vulneribuſqꝫ acceptis victoriam reportaſſe contendimus. Quā ob rem fratres vos ego/ ⁊ hortor/ ⁊ moneo/ vt victoriā ipſam cognoſcere nō negligatis: eamqꝫ proſequamini: ſi quidem malorū ꝑpeſſio victoria nobis eſt. Si igitur a deo laudum ꝑconia cupimus/ nō eterna certamina: ſed diuinā legē in his ſeruemus certaminibus: ⁊ quicquid eueniat equo animo perferamus: hoc pacto veteri proſtrata malitia/ ⁊ preſentis ſeculi/ ⁊ que in futuro nobis promittūtur: bona conſequemur/ gratia ⁊ benignitate domini noſtri ieſu chriſti/ per quē/ ⁊ cū quo patri ſimul/ ⁊ ſpirituſancto gloria/ honor/ ⁊ imperiū in ſecula ſeculorū Amen.

Homelia quarta Ex capitulo primo.

## Omnia ꝑ ipm̄ facta ſunt ⁊ ſine ipō factū eſt nihil qđ factū ē.

Moyſes veteris teſtamēti librū hyſtoriāqꝫ exorſus: que ſenſu percipiūtur ea nobis pluribus verbis enumerat. In principio inquit creauit deus celum ⁊ terram. Inde ſubdit lucē ſm celum ſtellarū naturā: varia animantiū genera: creata ⁊ cetera deniqꝫ omnia ne ſigillatim proſequētes ſimus longiores. Hic autē euangeliſta omnibꝫ his preciſis/ atqꝫ omiſſis: vno verbo ⁊ ea/ ⁊ longe altiora comprehēdit/ nec immerito/ vtpote cum ſatis cognita eſſent auditoribus/ ⁊ ipe ad altiorē/ preſtantiorēqꝫ materiā properet: ⁊ omni conatu non circa creata: ſed ipſum omniū creatorem incūbat: idcirco ille q̃uis, minorē creatiōis partē aggrederetur. (Nihil eni nobis de inuiſibilibus diſputat virtutibus) his tantū immoratur: verū Joannes ad ipſum omniū conditorem aſcēdere feſtinans: merito ⁊ que ille proſecutus eſt/ ⁊ que conticuit: pretermiſſis paucis omnia cōprehēdit. [Omnia (inquit) per ipſum facta ſunt] ⁊ ne putares quecūqꝫ Moyſes dixit: ea dūtaxat Joannē intelligere: infert: [Et ſine ipſo factū eſt nihil/ quod factū eſt] hoc eſt eorū que creata ſunt: ſiue viſui/ ſiue intellectui tm̄ ſubiecta: nihil ſine filij virtute productū eſt/ vel cōditū. Neqꝫ cū dixerimꝰ: ſine ipſo factū eſt nihil: pfecto id puncto notabimus: vt heretici opinantur. Hi enim cum velint ſpiritū creatū eſſe ſic legūt. [Quod factū eſt in ipſo vita erat:] verū cū nulla profecto ratiōe hec intelligi poſſit oratio. Primū nāqꝫ neqꝫ temporis huius/ neqꝫ propoſiti: erat ſpiritus meminiſſe. quod ſi ita ei viſum eſt/ ſi ita placuit: qua nā gratia tam obſcure ſpiritꝰ mentionē fecit? vnde autem conſtat de ſpiritu dictū eſſe? preterea in hoc euāgelio inuenimus: nō ſpiritū: ſed filiū ⁊ ſeipm̄ factum. Verū excitemini ne hec vos ſentētia fugiat: ⁊ agite queſo/ primū hunc textū ſm eorū legamus opinionem/ hoc pacto q̃ perperā/ impieqꝫ eum interpretētur plane intelliges. Inquiūt igitur [qđ factum eſt in ipſo vita erat] hanc vitā ſpiritū intelligi cōtendunt/ ſed hec vita lux etiam inuenitur appellata/ cum ſubdidit: [Et vita erat lux hominum] Itaqꝫ ſm eorū poſitionē/ lux hominū ſpiritus dicetur. Quid ergo cum proſequitur: [Fuit homo miſſus a deo/ qui teſtimonium perhiberet de lumine] quod etiā de ſpiritu dictum confiteātur/ neceſſe eſt: quod enim ſuperius verbū appellauit: id deinde et deū/ ⁊ vitā/ ⁊ lucem appellat. Vita erat inquit hoc verbum: ⁊ vita lux. Si igitur verbū vita eſt. Verbū autem hoc ⁊ vita: caro factum eſt: vita facta caro eſt: hoc eſt verbū: [Et vidimus gloriā eius/ gloriā quaſi vnigeniti a patre]. Quod ſi ſpiritū dicant hoc in loco vitam appellari: conſidera quot ſequerētur abſurda: erit enim ſpiritus incarnatus/ nō filiꝰ erit vnigenitus ſpiritus. Quod ſi negaret in aliud longe abſurdius/ hoc euitato/ prolaberentur. Nam ſi de filio hoc in loco intelligendū/ ⁊ punctum illic faciendum cōtenderent: filiū a ſeipſo factū fateri cogerentur. Nam ſi vita eſt verbum: ⁊ quod factū eſt in ipſo vita erat ſm eorū lectionem: ipſum in ſeipſo: et per ſeipſum factum eſt. Deinde poſt nōnulla in mediū adducta ſubdit: [Et vidimꝰ gloriā eius/ gloriā quaſi vnigeniti a patre.] Ecce vnigenitus filius eorum ſententia: ſpirituſſanctus eſſe inuenietur/ de eo enim hec omnia narrata ſunt. Animaduertis necū ſemel veritas deprauatur: quo res euadat? quot impia: quot abſurda pariātur? Quid ergo? nō erit lux ſpiritus? eſt ſane lux: ſed hoc in loco: nequaq̃ de eo loquitur euangeliſta: etenim deus ſpiritus hoc eſt in corporeus appellatur: non tamen vbicūqꝫ mētio fit de ſpiritu: deus quoqꝫ intelligit. Et quid admiraris ſi de patre hoc dicimus cū ne paracliti quidē appellatione id dicere poſſemus: vt vbicūqꝫ ſpiritus: illic oīno paraclitus ſignificetur: q̃uis hoc nomē illius potiſſimū ſit demōſtratiuū? ſi quidem ⁊ chriſtꝰ dei virtus ⁊ dei ſapiētia nūcupatur: nō tamē ſemper ſapientie/ ⁊ virtutis dei appellatōe: filiū dixeris intelligēdū. Itidem hoc in loco q̃uis illuminet ſpiritus minime tamē de eo intelligitur: ſed quādo eos iam his erroribus liberauimus: vndiqꝫ contra veritatē inſurgere annitētes: eo quo primū aſſeruerūt modo legendū pertinaciter inſiſtūt: videlicet: Quod factū eſt in ipſo vita erat: quid igitur ⁊ ſodomorū ſupplicū/ ⁊ diluuiū/ ⁊ gehenna/ ⁊ innumera hmōi? Sed de mundi opificio ſermo nobis inquit eſt: ſane quidē ⁊ illa opificij ſunt. Sed vt vehementius eorum reprehēdamus poſitionē percōtemur eos: nūquid lignū vita ſit? nūquid lapis? inania hec ⁊ immobilia: verum ⁊ hec omnino eſſe nata/ ⁊ quis nā hoc diceret? nō enim ipſa vita homo eſt: ſed vitam ſuſcepimus. Et vt ordine hoc etiam in loco orationem proſequamur: animaduerte q̃ inepte/ q̃ abſurde/ quamqꝫ nulla ex parte ſpiritui quicqꝫ conſentaneū loquantur. Nā cum inde decidunt ea hominibus attribuunt: que merito de ſpiritu dici arbitrati ſunt. Verū tamē etiā ſic ipſorum ſententiā inquiramus: vita creatura hoc in loco intelligit: ergo ⁊ lux creatura eſt: ⁊ de ea venit teſtimonium perhibiturus Joannes: quam ob rem igitur ipſe lux non eſt? Non erat inquit ille lux: at qui ex creaturarum erat numero. Quomodo ergo non eſt lux? Quomodo in mun-



do erat/ ⁊ mundus per ipſum factus eſt? Nunquid creatura in creatura erat: ⁊ creatura per creaturam facta erat/ vł eſt. Quomodo ⁊ mūdus eū nō cognouit? (Quotquot aūt receperūt eū dedit eis poteſtatē filios dei fieri.) Sed iam ſatis riſimus vobis has ineptias: hec monſtra conſiderāda dimittimus: ne riſus mouēdi dūtaxat gratia: hec dixiſſe videamur ⁊ tēpus cōteramus incaſſum. Nam ſi neqꝫ de ſpiritu id dictū eſt/ vt plane oſtendimus/ neqꝫ de creatura: ⁊ eo quo aſſerūt puncto eſſet is textus diſtinguēdus illud vnū ſequeretur abſurdiſſimū/ quod ante diximus: filiū per ſeipſum factū eſſe. Si enim lux vera filius eſt: lux autē hec erat vita. Vita aūt facta eſt in ipſo: eorꝫ proculdubio ſententia hec coniungi: ⁊ in idem venire neceſſe eſt. Quā ob rem hac reiecta: verā aggrediamur expoſitionē: que nam autē ea eſt? vt poſt eā particulā quod factū eſt: perfectū punctū apponamus: deinde clauſulā incipiamus: (in ipſo vita erat:) cuius particule ſentētia hmōi eſt: Sine ipō factū eſt nihil quod factū eſt. Si quid factū eſt (inqt) ſine ipſo factū nō eſt/ vides quo pacto hac breui adiectione omnia corrigit incōuenientia? ex ea eni particula: Sine ipſo factū eſt nihil: ⁊ adiectiōe qđ factū eſt: intelligibilia cōphendit/ ſpiritū ſubtrahit. Quippe cum dixiſſet: (Omnia per ipſum facta ſunt/ ⁊ ſine ipſo factū eſt nihil:) ne quis ſuſpicaretur: ſi omīa per ipſum: ſpiritū quoqꝫ per ipſum factū eſſe: ea fuit adiectio neceſſaria. Ergo ſi quid factū eſt: id per ipm̄ factū dixi: ſiue inuiſibile ſit/ ſiue corporeū/ ſiue celeſte. Preterea non ſimpliciter dixit omnia: ſed ſi quid factum eſt hoc eſt genitū: ſpiritus vero ingenitus eſt vides ne doctrinā qua certiſſimā in memoriā reduxit ſenſibiliū creationē que añ Moyſes edocuerat? Inde cū ſatis in his profecerimꝰ: ad altiora nos erigens ad incorporea ſcꝫ atqꝫ inuiſibilia: ſpiritūſanctū ab omni creatura ſeiunxit. Itidem Paulus gratia hac inſpiratus: inquit vniuerſa in ipſo condita eſſe: cuius animaduerte queſo certitudinē: ipſe eni ſpiritus in Paulo loquebatur: ne quis igitur eorū que a deo creata factaqꝫ ſunt/ quicqꝫ ſubtraheret eo q̃ ſint inuiſibilia: neqꝫ his admiſceret paraclitū ſenſibilibus: ⁊ que cognitu facilia ſunt pretermiſſis: celeſtia his verbis enumerat: Siue throni/ ſiue dñatiōes: ſiue principatus: ſiue poteſtates. Hec autē particula: ſiue ſingulis addita: nil aliud nobis ſignificat/ q̃ omnia per ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ipō factū eſt nihil quod factū eſt. Si vero hanc prepoſitionem/ per/ ſignificare diminutionē arbitraris, audi ꝓphetā dicentem: Initio terram tu fundaſti: ⁊ opera manuū tuarū ſunt celi: quod de patre tanq̃ de conditore dictū eſt. Idem de filio Paulus atteſtatur: nunq̃ profecto id aſſerturus: niſi conditorē ipſum nō miniſtꝝ opinaretur. Per ipm̄ autē hoc in loco nulla alia ponitur gratia/ q̃ ne ingenitū quiſpiā ſuſpicaret. Nā quod ex opificij ⁊ generationis dignitate nihilo ſit patre inferior audi loquentē: Sicut pater ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat: ſic ⁊ filius quos vult viuificat/ quod ſi de filio etiā in veteri teſtamēto: Initio terrā tu fundaſti domine: dictum eſt: manifeſta eſt opificij dignitas. Sin de patre prophetā id locutum dixeris: quod de illo dictum eſt: Paulus filio attribuit ⁊ ita idem efficietur/ neqꝫ enim filio id Paulus tā conſtanter attribuiſſet: niſi proculdubio patri ⁊ filio: pares eſſe intelligeret dignitates. Ultime nāqꝫ ⁊ amentie eſſet ⁊ audatie: que in corporali conuenirent nature: ea ad minorem: ⁊ que illa indigeret deducere: verum neqꝫ minor eſt filiꝰ: neqꝫ patris indiget ſubſtantia/ quo circa nō modo de filio Paulus audet profiteri: ſed alia quoqꝫ huiuſmodi/ hoc enim verbū ex quo quod tanq̃ dignū quoddam ⁊ precipuū ſolo patri attribuis: filio quoqꝫ propriū his verbis oſtendit/ ex quo totum corpus per nexus ⁊ coniunctiones ſubminiſtratū: ⁊ conſtructum creſcit in augmentū dei/ neqꝫ hoc ſolo contētus aliunde etiā nobis os obſtruxit/ cum illud verbū (per quē:) qđ diminutionē ſignificare arbitraris: patri attribuat. Fidelis enim deus (inquit) per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius. Et item per voluntatem eius. Et alibi quod ex ipſo ⁊ per ipſum ⁊ ad ipſum omnia Itaqꝫ non filio tantū hoc verbū/ ex quo/ ſed ſpiritui quoqꝫ attributū inueneris. Dixit eni ad Joſeph angelus: Noli timere/ accipere Mariā coniugem tuā quod enim in ea genitū eſt: ex ſpirituſancto eſt. Quēadmodū certe hoc verbū in quo q̃uis ſpirituſſancti ſit propriū: id tamē deo attribuere non recuſat propheta/ cum inquit: In deo faciemus virtutem. Et Paulus obſecrans inquit: Si quomodo tandem aliquādo proſperū iter habeam in voluntate dei venire ad vos. Et iterū in chriſto Jeſu. Et huiuſmodi frequenter verba indifferenter accepta inuenimus: quod minime fieret niſi vbiqꝫ eadem eſſet ſubſtātia. Ne autem ex ea particula: Omnia per ipſum facta ſunt de ſignis dictū ſuſpicareris (de his enim reliqui euangeliſte verba fecerunt) non multo poſt ſubdit: (In mundo erat ⁊ mundus per ipſum factus eſt) nō autem ſpiritus qui factus nō eſt: ſed omnē longe excedit creaturā. Verū iam reliqua ꝓſequamur/ cū de rerū creatione Joannes verba feciſſet/ q.ſ. (omīa per ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ipō factum eſt nihil qđ factum eſt.) De prouidentia iam ſermonē aggreditur. (In ipſo inquit vita erat) quod ideo addidit: ne quis forte diffideret: quo nā pacto tāta ⁊ talia per ipſum facta ſunt. Nam quemadmodū ſi ex profundiſſimo ⁊ iugi fonte quātūuis aque haurias/ nihil tamen his diminuitur/ ita in vnigeniti operibꝫ: quodcūqꝫ ex his productū factūue credideris: nihilominus effecit. Immo vt ꝓpriori vtamur ſimilitudine lucis .ſ. quā mox ipſe ſubdidit. (Et vita erat lux hominum) quemadmodū inquā lux quantāuis hominū multitudinē illuminaret: nihil ſplendoris remitteret: itidem deus ⁊ anteq̃ mundū conderet: ⁊ poſtq̃ cōdidit idem perfectus atqꝫ integer permanet: nihil tanto ⁊ tam admirabili opificio minor/ nihil imbecillior. Quod ſi innumeros huiuſmodi eſſet mūdos cōditurus: omnibꝫ tamen ſufficeret: non modo ad creādos/ ſed ⁊ gubernandos. Vite eni nomē hoc in loco non modo creationis eſt: ſed prouidentie ad perpetuitatem. Necnon ⁊ reſurrectionis rationem iam afferre incipit ⁊ admiranda hec euangelia exordit/ adueniēte aūt ad nos vita/ vis mortꝭ perijt/ ⁊ luce nos illuminātē/ tenebre euanuerūt: ſꝫ manet ſemꝑ in nobis vita: ⁊ mors ei dominari non poteſt. Itaqꝫ de patre dictum eſt/ de hoc quoqꝫ proprie dicetur/ q̃ in ipſo viuimus/ ⁊ mouemur/ ⁊ ſumus. Quod ⁊ Paulus his verbis ſignificauit: quia in ipſo cōdita ſunt vniuerſa ⁊ omnia in ipſo ⁊ per ipm̄ creata ſunt: quapropter ⁊ radix dicitur/ ⁊ fundamētū. Verū cū audis (quod in ipſo vita erat:) noli ſuſpicari cōpoſitū

alibi enim de patre dicit: Sicut pater habet vitam in ſe/ ſic dedit ⁊ filio vitā habere: ſed vt patrem iccirco nō dixeris cōpoſitum: quia vitam habeat; ita nec filiū. Etenī alibi inquit/ ꝙ lux eſt deus: ⁊ iterum ꝙ lucem habitat inacceſſibilē. Hec autē omnia ſigillatim proſecuti ſumus: nō ꝙ compoſitionē vllā in deo ſuſpicemur: ſed vt paulatim ad doctrine altitudinem euehamur. Cum enī nō facile a multitudine intelligi poſſet: qua nā ratione in eius perſona vita ſit primū id humilis tetigit: cū inquit dedit ei vitā habere. Inde eruditos altius erigit his verbis: Ego ſum vita: ⁊ iterum: Ego ſum lux. Et que nā eſt hec lux? Non que ſenſu: ſed que animo percipitur: que ipſam illuminat animā. Cum em̄ dicturus eſſet chriſtus: Nemo poteſt venire ad me/ niſi pater traxerit eum. Iccirco hinc exorſus euāgeliſta inquit ipſum eſſe q̄ illuminat/ vt q̄uis de patre aliqd eiuſmodi audieris nō ſolius patris id eſſe: ſed filij quoqꝫ profitearis Omnia inquit quecūqꝫ habet pater meꝰ/ mea ſunt. Primū igitur creationē nobis edocuit: deinde bñficia que in aduentu ſuo nobis largitus eſt: vno verbo cōmemorauit/ ſignificauitqꝫ euangeliſta/ cū ait: (Et vita erat lux hominū:) nō iudeorū: ſed hominū omniū. Nō enī iudei dūtaxat: ſed gentiles quoqꝫ in hanc cognitionē deuenere: ⁊ cōmunis omnibꝫ ꝓpoſita eſt hec lux. Qua nā aūt gratia non angelorū: ſed hominū tm̄ lucē dixit? quoniā ei in preſentia de humana natura ſermo habetur/ ⁊ ad homines venit: vt vera ⁊ perpetua eis bona annūciaret. (Et lux in tenebris lucet) Tenebras ⁊ mortē ⁊ errorem appellat. Siquidē ſenſibilis hec lux: nō lucet in tenebris: ſed omni luce penitus tenebre carēt. Predicatio autem inter eū qui omnia cōprehēderat errorem effluxit/ eumqꝫ penitus aboleuit: ⁊ moriens chriſtus ſic mortem vicit: vt eos qui iam pridem morte detinerētur/ liberaret. Cum igitur neqꝫ mors/ neqꝫ error hanc lucem exuperet: ſed charitate incredibili ꝓpria vi vbiqꝫ effulgeat. Iccirco inquit (⁊ tenebre eū non cōprehenderūt) que ⁊ ſi vinci nequeat: nō tamē illorū qui illuminari nolūt animis patitur immorari. Quam ob rem: ſi non omnes cōprehenderit: nolite turbari. Nos enī neceſſitate ⁊ vi: ſed cum volumus cū aſſentimur: deus ad nos venit. Nolimꝰ huic luci/ ⁊ tantis delitijs oſtiū claudere: hec lux per fidem nobis exoritur: ⁊ exorta in eorū a quibꝫ pie ſuſcipiť animis: affatim radios diffundit: cui ſi purā ⁊ imaculatā vitam exhibeas: ſemper tecū permanet: ſemper ī te habitat. Qui diligit me (inquit) p̄cepta mea ſeruabit: ⁊ pater meꝰ diliget eum/ ⁊ ad eū veniemꝰ ⁊ manſionē apud eū faciemus. Quemadmodū em̄ ſolaribꝰ radijs nemo clauſis oculis frui poteſt: ita neqꝫ huiꝰ claritatis particeps abunde vnq̄ fuerit: niſi animi oculū ad eam ⁊ dirigat/ ⁊ intendat: tunc enim quocūqꝫ ſe vertit: facilis ei ꝓſpectus patebit: quod eueniet cū omnibꝫ malis affectibꝫ animū purgauerimus/ peccatū enim tenebre ⁊ vorago quedā profunda. Quod vel inde planiſſime conſtat/ ꝙ clā ⁊ ſine arbitris peccata cōmittuntur. Quicūqꝫ enim in facinora/ ſceleraqꝫ prolabitur/ odio habet lucem neqꝫ luci ſe credit: ⁊ que occulte/ ⁊ in abſcondito fiūt etiā ſunt dictu turpia. Sicut enim in tenebris neqꝫ amicus: neqꝫ inimicus agnoſcitur: ſed omnia penitꝰ ignorātur: itidem in peccato vſuuenit. Quippe qui lucro inhiat nullā amici/ inimicique intelligit differentiā: ⁊ inuidus familiariſſimū nō ſecus q̄ inimicū conſpicatur/ ⁊ latrones ſimiliter in omnes bellū gerunt: omnibus inſidiātur: ⁊ omnino quicūqꝫ ſe viciorū ſordibꝫ coinquināt: nihil ad rerū differētias dignoſcendas ab ebrijs/ inſanientiuſqꝫ differunt. Et quēadmodū noctu amoto lumine lignū/ plumbū/ ferrū/ argentū/ lapides precioſos/ ⁊ alia omnia eodem modo/ ⁊ videmus/ ⁊ dijudicamus: itaqꝫ q ſordide/ ⁊ vitioſe vitā viuit: neqꝫ modeſtie vim/ neqꝫ ſapientie diſcernit pulchritudinē. In tenebris enī (vt iam dixi) precioſi etiā lapides nullā ſpeciem: nullū pre ſe ferūt fulgorem nō ſua: ſed caligantiū oculorū culpa. Neqꝫ hoc dūtaxat nobis dum ſub impia viciorū tyrannide viuimus/ moleſtū eſt. Uerū etiam illud quod formidine ꝓpterea angimur: ⁊ veluti qui per obſcurā noctem iter faciūt: ⁊ nihil metuendū ſit: metu tamē cōcutiūtur: ſic qui ſcelus aliquod admittūt: ⁊ ſi nemo id videat: nemo reprehēdat: nihilo tamen ſibi melius ſibi fidunt: ſed oīa formidāt omnia ſuſpicātur: quippe qui perpetuis cōſciētie ſtimulis agitātur: omnia formidoloſe circūſpiciūt. Propulſemus igitur tam grauē: tam moleſtā vitā: cuius angorem mors ſequitur: mors inquā īmortalis ⁊ perpetua: cui nullus ſupplicij finis eſt. Adde ꝙ ī hac vita nihil ab inſanientibus hi differunt: qui terrenas res/ ⁊ breui duraturas tanq̄ in ſomnis ſuſpicātur: videtur diuitijs affluere: cum nullis affluāt: in delitijs eſſe cum nō ſint: neqꝫ ante ſe deceptos intelligūt q̄ ab inſania liberētur: q̄ ſomnū diſcutiāt. Quocirca vt ſobrij ſimus/ ⁊ vigilemus: nobis Paulus p̄cipit: ⁊ itidem dominus. Qui ſobrius eſt/ ⁊ vigilat: q̄uis a peccato capiatur: mox tamen ipſum abijcit/ fugatqꝫ: qui vero ſomno/ aut inſania cōprehendiť: nō intelligit quo pacto ſub eius detineatur ſeruitute. Quam ob rem nobis nullus ſit ſomni locus: nō enim noctis tēpus eſt: ſed diei: vt in die honeſte ambulemus. Etenī nihil peccato turpiꝰ eſt: nihil ignominioſius. Et ꝓfecto ſi ad turpitudinis rationē referatur: tolerabilius eſt nudos/ q̄ in peccato ⁊ ſcelere deprehēdi: illud em̄ nō ita in culpa eſt/ interdūqꝫ paupertatis gratia contingit: eo autem qui peccatorū ſordibꝫ inquinatur: nihil obſcenius: nihi contemptu dignius. Ueniat nobis in mentē/ ⁊ diligenter conſideremus: eos qui rapine a cupiditatis cauſa in iudiciū vocātur: q̄ obſceni q̄ ridiculi appareāt: cum omnia turpiter ⁊ iniuſte fecerint: omnes fefellerint: in omnia temere prolapſi ſint. Nos autē tā miſere: tam infeliciter vitam agimus/ vt veſtem prepoſtere indui non patiamur: imo alios ſi id faciant reprehendemus. Cum vero/ ⁊ nos/ ⁊ proximi noſtri capite ambulemus: nō aduertimus. Quid enī eo turpius qui aſſidue meretriceos petit fornices? Quid cōtumelioſo: quid maledico: quid inuido riſu dignius? Sed quam ob rem nō tam hec turpia q̄ nudꝰ ambulare videatur? ex conſuetudine vnde nemo vnq̄ ſponte ſua nudus ambulare cōſueuit? Illud autē omnes omni tēpore: ⁊ ſane cōfidenter audēt. Qd ſi quiſpiā cum angelis haberet cōſuetudinē: apud q̄s vel nunq̄ tale cōmittitur: certo tunc quoniā ridiculum ſit intelligeret. Et quid de angelorū loquor cōſuetudine: in ipſis enim regijs apud nos ſi q̄s introductā meretricem cognoſceret: vel ebrietate: vel aliq̄ hmōi turpitudine dehoneſtareť: vltimū daret ſupplicium. Quod ſi hec in regijs intollerabilia ſunt: longe magis in cōſpectu ſūmi ⁊ omnipotētis regis: cū vbiqꝫ preſto adſit/ ⁊ quecūqꝫ audemus intueatur: meritis penis afficiemur. Quare vos ⁊ hortor/ ⁊ admoneo: vt in hac vita/ ⁊ ſobrios nos/ ⁊ quietos exhibeamus: rex em̄ noſter: omnia noſtra opera cōſpicatur. Ut igitur hec lux ꝑpetuo nos illuminet: hos diuine clementie radios/ ⁊ queramus/ ⁊ efflagitemus: ita vt preſentibꝫ his/ ⁊ futuris bonis affatim fruemur/ gr̄a ⁊ benignitate domini noſtri ieſu chriſti: per quem/ ⁊ cum quo patri gloria ſimul/ ⁊ ſpiritui ſancto in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia quinta Ex capitulo primo.

## f Uit homo miſſus a deo: cui nomen erat Joannes.

Cum de verbo dei in euangelij ſui principio ea Joannes diſſeruiſſet: que mentes noſtras facile allicere poſſent ad credendū: via ⁊ ordine procedens ad ipſius verbi preconē/ ac nunciū: ⁊ eodē quo ipſe nomine appellatū Joannē. f. venit. Tu autem cum a deo miſſum intelligas nihil iam humanū ab eo dici/ annūciariue exiſtimes. Non enim ſuū quicq̄: ſed mittētis archana denūciat. Iccirco angelus appellatur: hoc eſt nūcius. Eſt enim nuncij officiū nihil ex ſe dicere: fuit autem hoc in loco nō trāſitus ad eſſe: ſed ipſius apoſtolatus eſt ſignificatiuū [Fuit miſſus inquit] promiſſus eſt. Quomodo igiť textū illum apoſtoli: Qui cum in forma dei eſſet: nō eandē cum patre eſſentiā ſignificare dicūt/ eo ꝙ nō preponatur articulus. Ecce hoc in loco nullus preponiť nunqd igiť de patre hic non loquiť? quid igitur dicemus/ prophete dicēti: Ecce ego mitto angelū meū ante faciem tuā: qui preparabit viam tuā ante te. Meum nāqꝫ ⁊ tuū duas perſonas ſignificat [Hic venit in teſtimoniū/ vt teſtimonium perhiberet de lumine] Quid hoc: dicet fortaſſe quiſpiā ſeruus de dño teſtimoniū perhibet? Uerū cum nō ſolū a ſeruo teſtimonio perhibitꝰ ſit: ſed ad ſeruū etiā venerit: ⁊ cum iudeis baptizatꝰ, nōne magis/ ⁊ cōmoueberis/ ⁊ dubitabis? Sed quid ꝑturbari/ cōmoueriqꝫ oportet? Admirare potius ineffabilem dei benignitatē. Qd ſi quis adhuc in ꝑturbatiōe dubius ꝑſiſteret dic ad illū/ id qđ ad Joannē dixit Sine modo: ſic. n. opus eſt nobis implere omnē iuſticiā. Si vero amplius quis ꝑturbabitur: ⁊ illud ad iudeos dictū adducet. Ego nō ab homine teſtimoniū accipio/ dicetqꝫ: Si hoc nō indiget teſtimonio: qua nā gratia miſſus eſt a deo Joānes? Reſpōdendū eſt: nō ꝓpterea ꝙ ipſiꝰ teſtimonio indigeret: ꝓhanū enim id aſſerere: ſed ea quā ipſe Joannes ſubdit cauſa: [vt omnes crederēt per illū] Ipſe autē chriſtꝰ cū dixiſſet: Ego nō ab homine teſtimoniū accipio/ ne apud īdoctiores ſibi ipſi repugnare videreť: cū nūc dicat aliꝰ de me perhibet teſtimoniū: ⁊ ſcio quia verū eſt teſtimoniū eius/ Joannē ſignificās nūc nō ab homīe teſtimoniū accipio mox adiectione eam ſoluit dubitationem/ inquiēs: Sed hec dico ꝓpter vos/ vt ſalui ſitis. Quaſi dicat deus ego ſum: ⁊ dei vnigenitus filius ⁊ ſuperne: et immortalis ſubſtātie/ nulliuſqꝫ indigeo teſtimonio ⁊ q̄uis nemo hoc profitereť: nihil propterea natura mea ſit minor/ nihil deterior: ſed cum mortaliū ſalus mihi cure eſſet: in hāc deſcendi humilitatem: vt hominis teſtimonio me ſubijcerē. Nam propter iudeorū imbecillitatem: hoc pacto melius faciliuſqꝫ fides in eū extendi/ propagariqꝫ poterat. Sicut igiť carnē induit/ ne ſi nuda ſe diuinitate exhiberet: omnes perderet: ita virū qui ſe annūciaret miſit: vt cum familiarem vocē populi audirent: facilius ad credēdū adducerētur. Nā ꝙ nihil illo teſte indigeret ſatis erat (quis nam eſſet) nuda dūtaxat ⁊ apta ſubſtantia potuit oſtendere: atqꝫ ita omnes in admirationē cōuertere: nō tamē id fecit: quoniā vt iā dixi omnes perdidiſſet: cum nemo poſſet inacceſſam illius lucis preſentiā tolerare. Propterea (vt dictum eſt) carnē induit: ⁊ vni cōſeruorū noſtrorū de ſe teſtimonium mandauit: quoniā ad ſalutem noſtrā omnia operatus eſt: neqꝫ ſue dūtaxat dignitati: ſed auditorū vſui facilitatiqꝫ cōſuluit. Quod ipſe quoqꝫ his verbis ſignificat: Hec dico ꝓpter vos/ vt ſaluemini. Et euāgeliſta cum domino locutꝰ dixiſſet [Ut teſtimoniū perhiberet de lumine] Addidit [vt omnes crederēt per illum). Quaſi dicat: Ne putes hac cauſa teſtificatum veniſſe Joānē baptiſtā: vt fidei ratione aliqd domino adderet: ſed vt ſui homines crederēt ꝑ ipm. Qd autē ad hanc tollendam ſuſpitionē hoc dixerit: ex ſequētibus ꝯſtat. Addit enī [Nō erat ille lux] nā ſi nō huius ſuſpitōis gratia in hoc inſtitiſſet/ preteriſſet ſimpliciter: ⁊ potius eſſet eiuſdem rei repetitio: q̄ doctrine clarior ſignificatio. Quippe cum dixerit [miſſus eſt vt teſtimoniū perhiberet de lumine] ꝓſequitur [Nō erat ille lux] Neqꝫ id temere: ſed quoniā frequēter apud nos qui teſtimonium perhibet: maior eo eſt: de quo perhibeť: ⁊ maioris plerūqꝫ auctoritatis apparet: ne qua de Joanne huiuſmodi oriretur ſuſpitio: ab ipſo ſtatim principio: eam penitus tollit: oſtenditqꝫ ⁊ quis perhibuerit: ⁊ de quo perhibitum ſit teſtimoniū: ⁊ que ſit inter eos differētia: ⁊ in hoc eius incomparabilem enarrat eſſentiā. Et ita audenter iam reliquam aggreditur orationem. Necnon ſi quid abſurdum temerariūue oriebatur: quo ſtultorū mentes cōmoueri potuiſſent/ e medio diligēter ſublato: ita omnia perſequitur vt facile iā nullo impedimento doctrine ſue rationem edoceat. Oremus itaqꝫ cum horum ſenſuū reuelatiōe/ ⁊ doctrine huius veritate: puram etiam vitā nullis his ſordibus inquinatam. Si quidem nullus eorū viſus eſt: niſi bonis illuſtrentur operibus. Quamuis enim fidem firmiſſimā: q̄uis ſcripturarū ſenſus haberemus: a vite autem patrocinio/ ⁊ deſerti eſſemꝰ ⁊ nudi: nihil nos a gehenne ignibus eriperet: quin ꝑpetua/ ⁊ inextinguibili flāma cōſumeremur. Quēadmodū enim qui bene operantur/ reſurgent in vitam eternam: ita qui male in ſuppliciū eternū: quod nullo vnq̄ fine preſcribitur. Quare omni diligētia curaqꝫ adhibita contendamus: ne quod ex vera/ et firma fide lucrū accepimus: operum prauitate perdatur: ſed in hac vita totis viribus chriſti ſectemur veſtigia/ cui beatitudini nihil eſt cōferendum. Atqꝫ vtinam pure/ ⁊ ſancte viuentes: quecūqꝫ dicta ſunt ad dei gloriā referamus: cui honor ſimul ⁊ vnigenito filio/ ⁊ ſpiritui ſancto in ſecula ſeculorū Amē.

Homelia ſexta Ex capitulo primo.

## e Rat lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Propterea mihi iam diu dilectiſſimi filij: pau

latim vos per ſcripturarū paſcua ducimus: nec omnia ſimul diffundimus / vt facile que vobis cōmittimus / ⁊ cuſtodiatis / ⁊ ſeruetis. Quippe qui edificando nōdū primis compactis lapidibus / alios ſuperimponūt: iam quaſſatum ⁊ breui ruiturū ſtruunt parietem. Qui autem his firmatis / ⁊ calce cōpactis opus reliquū proſequūtur: tutam ⁊ diu duraturā domū edificant. Huiuſmodi / ⁊ nos architectos ad noſtras confirmandas animas imitemur. Etenim nōnūqꝫ veriti ſumus / ne recēte ⁊ adhuc imbecilli priore fundamēto: aliorū ſpeculationū acceſſu: cum mens ſimul omnia aſſequi nequeat: priora illa offendantur / ⁊ pereant. Quid igitur hodie nobis propoſitū eſt [Erat lux vera que illuminat oēm hominē venientē in hunc mundū] Siquidem cum ſuperius Joannē veniſſe dixiſſet / vt teſtimoniū perhiberet de lumine: ⁊ ꝙ miſſus fuit: ne quiſpiā ex teſtimonij nouitate: de eo qui teſtimoniū perhibiturus eſt: aliquid ſuſpitionis exoriretur: mētes erexit: ⁊ ſupra oīe principiū eternā: ⁊ nullo fine ꝑſcripturam dei proſecutus eſt eſſentiam: ⁊ quo nam pacto filius hoc habere poteſt / inqs? De deo loqmur: ⁊ q̄ nā pacto interrogas? nōne times / nōne exhorreſcis? qđ ſi abs te quiſpiam quereret: quō immortalem vitam ⁊ corpora noſtre habiture ſint anime? nōne ridicula eſſet queſtio? ac ſi nō humani eſſet ingenij eiuſmodi inquirere: ſed credere tantum oporteret: neqꝫ eſſet curioſius inueſtigādū ꝙ ſufficientem habeat ſui demonſtrationē: ⁊ immēſam promittentis poteſtatem. Nam cum animarum / ⁊ corporū noſtrorū conditorem: qui omnem incorporalem excedit creaturā: ſine principio eſſe aſſeramus: qua nam ratione id factū ſit efflagitabis? Quis nam hoc incōſtantiſſimi eſſe animi / ⁊ inſane mentis indicium negauerit? audiſti [Erat lux vera] Quid ſtulte / ⁊ temere eternā hanc vitam humana ratione coniectari / atqꝫ inuenire cōtendis? Haud fieri poteſt. Quid ſcrutaris inꝑſcrutabilia? Quid circa incomprehenſibilia inanē ſubis laborē? Quid inueſtigas que nulla ratiōe poſſunt deprehendi? Jnquiras quanta potes diligentia ſolariū radiorum originem: non ſane poteris / neqꝫ indignaris: neqꝫ tuā iniquo feras animo imbecillitatem. Quid igitur in maioribus tam audax es / ⁊ temerarius? Tonitrui filius Joānes tuba perſonās ſpiritali: nihil aliud q̄ quod audierat a ſpiritu / inueſtigauit. Tu autem illius gratie expers / ⁊ penitus vacuus / manifeſtis humane nature rationibꝫ illi⁹ cognitionis terminos ſuperare contendis. Propterea eo peruenire nūqꝫ poteris. Tale enim diaboli ingeniū eſt: tales inſidie: vt eos qui nobis cōſtituti ſūt fines trāſire perſuadeat: ac ſi ad lōge meliores ſim⁹ peruenturi. Cum vero hac nos ſpe allexerit: diuina gratia priuauerit: tūc non ſolum nobis nihil amplius preſtantiuſue elargitur. Quo nā enim pacto diabolus: ſed ne in priſtinā quidem cōditionē / vbi tute / ⁊ ſecure cōmorabimur: reditum permittit: ſꝫ paſſim trahit errantes: cum non habeāt vbi poſſint cōſiſtere? His fraudibus primū e paradiſo hominem expulit. Maioris nāqꝫ cognitionis / ⁊ glorie ſpe allectum: ab his quibus tranquille fruebatur bonis deiecit: ⁊ non modo eū deo ſimilem: vt pollicit⁹ erat nō reddidit: ſed ſub mortis ditionem compulit. Nō modo nihil amplius a ligni fructu aſſecutus eſt: ſed ne cognitionem quidem: quā prius habuerat / retinuit: cum multa ſe cognituꝝ ſperaret: tum primum erubuit / cum ſe nudū abſcondit: cum antea nullo fuiſſet pudore confuſus. Cum enim ſe nudū / ⁊ veſtibꝫ carentem cognouit / ⁊ triſtitia ⁊ dolore cōtabuit: qđ ne nobis accidat: conditori noſtro deo pareamus: ⁊ eius precepta omni diligentia obſeruemus. Neqꝫ preterea quicqꝫ inueſtigemus curioſius / ne accepta beneficia amittamus. Quemadmodū hi qui cū ſempiterne vite principiū inuenire cōtenderint: etiam q̄ aſſequi licuerat amiſerunt: neqꝫ tamē queſita aſſecuti ſunt: cum minime potuerint / ⁊ a vera vnigeniti fide deciderint. Nos vero nullo pacto velimus perpetuos quos nobis patres noſtros poſuerunt terminos preterire: ſed omni tempore ſpirituſſancti legibus pareamus: ⁊ cum audierimus [Erat lux vera] non vlterius inquirendo: quod inuenire nō eſt / perſiſtamus. Nam ſi genitus eſſet vt homo neceſſario differentiā aliquam eſſe inter genitorem / genitumqꝫ oportuiſſet. Cum vero ineffabili ratione: et vt deum decet / genitus ſit: merito ⁊ ante / ⁊ poſt: q̄ particule temporis indicia ſunt / in eum cadere nequnt. Nam filius ſeculorum omniū eſt cōditor: ergo nō pater inquit eſt: ſed frater. Que nam hec neceſſitas? ſi patrem / filiūqꝫ aliunde ortos diceremus / id ſane ſequeretur. Sin hāc negamus impietatem: et patrem quidem ſine principio eſſe: neqꝫ ex alio genitum: filiū autem ſine principio: genitum tamē ex patre / ⁊ ſentiamus / ⁊ profiteamur: quid nos tam impiā cogit inducere neceſſitatem? nihil profecto ſplendor eſt: ſplendor autem cum natura ſimul cuius eſt ſplendor intelligitur. Preterea Paulus filiū ſplendorem appellauit: vt nullā ſuſpicareris patris / ⁊ filij differentiā. Quod autem a ſuperiori exemplo ſeqtur abſurde a ſtultis moram obiectionem tollit. Nō enim ex ſplendoris (inquit) appellatione ꝓpria ipm priuari perſona exiſtimabis: hoc impiū eſt / ⁊ ſabellianorū / marcellianorūqꝫ inſania: qua nos abiectam propria eſſe perſona filiū dicimus. Jcirco cū ſplendorem ipſum appellaſſet: addidit figurā eſſe ſubſtātie eius: quo propriā eius perſonam oſtēderet: ⁊ ei⁹ eſſe ſubſtantie cuius eſt figura. Nō eni ſatis eſt vno (vt iam dixi) verbo dei doctrinam hominibus oſtēdere: ſed multa ex ſingulis collecta: que huic acomodentur materie eligamus: ſic poterimus de diuina gloria digne loqui: digne autem dico quantum in noſtris viribus eſt. Quod ſi quis dei reſpectu digne ſe verba facturū arbitrareť / cōtenderetqꝫ ita ſe deū intelligere: vt ipſe ſeipm nouit: is maxime deū ignorat. Cum igitur hec aperte videamus dilectiſſimi: ſummo nobis ſtudio inſiſtēdū eſt: in his que nobis verbi miniſtri: ⁊ qui certo id conſpicati ſunt / tradiderunt: ⁊ nihil vlterius contēdamus. Duo nāqꝫ mala ⁊ quidem grauia: hoc morbo laborantes circūueniunt. Primū ꝙ dum in his fruſtra inquirendo laborant / miſeri fiunt: cum ea inuenire nequeant. Alteꝝ ꝙ deū irritant / cum conſtitutos ab ipſo terminos excedere conentur: qđ quantopere deū ad iram prouocet / cum plane omnibus cōſtet / in preſentia omittamus: ⁊ eorū cōtēpta dementia: quo perpetuo nos corroboret eius ſermones formidemus. Quoniam inquit: Ad quem aſpiciā niſi ad humilem / ⁊ quietū ⁊ metuentē ſermones meos. Hac igitur pernicioſa inquirendi cura abiecta: noſtra cōteramus corda / peccata deploremus: vt a chriſto nobis preceptum



eſt: ⁊ eorū gratia que perperam / ⁊ inique egimus / compungamur / ⁊ ſumma cum diligentia quicquid ſuperiori tempore auſi ſum⁹: quicquid maligne cōmiſimus: animo repetamus / atqꝫ abijciamus. Ad quod multas nobis deus vias aperuit. Primū em̄ errata tua in deum cōfiteare: vt iuſtificeris. Et iteꝝ. Dixi pronūciabo aduerſum me iniquitatem meā domino: ⁊ tu remiſiſti impietatē cordis mei. Neqꝫ em̄ paꝝ nobis confert ad magnitudinem peccatoꝝ imminuendā: frequēs eorū memoria / ⁊ accuſatio. Eſt ⁊ alia operioſior: vt nemini qui nos offendit ſuccenſeamus: ſed iniurias oīes: magno ⁊ generoſo animo obliuioni mandemus. Uis ad tertiā: audi Danielem: Peccata tua elemoſynis redime: ⁊ iniquitates tuas miſericordijs pauperū. Accedit ⁊ alia iugis ſcilicet oratio / ⁊ in deprecationibꝫ ad deū cū puritate perſeuerantia: que nō paruā nobis affert conſolationē: ⁊ a peccatis nos abluit. Jeiuniū ad hec cū proximi charitate: maiorem īmodū diuinam in nos iram extinguit: ignem nāqꝫ ardentem extinguit aq̄: ⁊ elemoſynis purgātur peccata. Decurſis igiť his vijs omnibus / ⁊ repetitis: in ijſdē aſſidue perſeueremus: hoc pacto nō modo preterita abluemus peccata: ſed impoſterū maximū cōſequemur emolumentū. Quippe qui nullam dabimus diabolo occaſionem / vt nos in vite deſidiā: vel in exitialem aliquē affectū pelliciat. Preterea neqꝫ inſanas diſputationes / neqꝫ noxias inducet cōtrouerſias: vt ei moris eſt: cum ocioſos nos / ⁊ oſcitantes / nullāqꝫ quomodo ad virtutis viam dirigamur ſolicitudinem habere cōſpicatur. Hunc nos eius inſidijs aditū obſtruamus / vigilemus / ſobrij ſimus: vt in hac breui vita paruo labore: perpetua in externo illo ſeculo bona nobis comparemus: gratia ⁊ benignitate domini noſtri ieſu chriſti: per quem / ⁊ cū quo patri ſimul ⁊ ſpirituiſancto gloria in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Homelia ſeptima Ex capitulo primo.

## e Rat lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Nihil prohibet quin hodierna die eadem verba repetamus: cū heſterna propter opinionū expoſitionem: omnia complecti nō potuerimus. Ubi ſunt hi qui ipſum verum deū negant? Ecce hic lux vera appellatur. Alibi ipſa veritas / ⁊ vita: ſed cum in eū locum venerimus / apertius explicabimus. Jn ꝑſentia autem neceſſariū eſt id charitati veſtre exponere: ſi illuminat omnē hominē venientem in hunc mundū: quo nā pacto tot homines ſine lumine permanent? Neqꝫ enim omnes chriſtum cognoſcunt. Quomodo ergo illuminat omnem hominem? Jlluminat profecto: quantū in ipſo eſt. Si qui autē ſponte ſua mentis oculis cōniuentibus ad huius lucis radios aciem dirigere noluerint: nō ex luminis natura: in tenebris perſtiterūt: ſed malitia ſua qui ſpōte tanto ſe dono indignos reddiderunt. Nam ſi gratia in omnes diffuſa eſt: nō iudeū / non grecum: non barbarū / nō ſchytam / nō liberū / nō ſeruū / nō viꝝ / nō mulierem / nō ſenem / non iuuenem effugit: aut dedignatur: omnibus eadem eſt: omnibus ſe facile exhibet: omnes pari honore aduocat. Qui autē ei⁹ munere frui negligūt hāc ſuā cecitatem equo librēt examine. Cum enim oīibus aditus pateat: ⁊ a nemine prohibeatur: perditi quidem ⁊ nequam homines: propria dūtaxat malitia ingredi recuſant [Jn mundo erat] ſed non tanqꝫ mundo equalis. icirco addidit [Et mundus per ipſum factus eſt] Quibꝫ verbis iterum te ad eternā vnigeniti reducit eſſentiam. Qui enim audit hunc mundū eſſe eius opus: niſi penitus inſaniat / niſi inimicus glorie dei / atqꝫ hoſtis ſit: omnino velit / nolit: ante opera ſua: eorum conditorem fuiſſe confiteatur / neceſſe eſt. Quocirca magis / magiſqꝫ indies admiratus ſum Pauli ſamoſatenſis inſaniā / quo vultu tam manifeſte audeat repugnare veritati: ſed ipſum ſponte ſua in errorē precipitem dare. Nō enim ignoratiōe: ſed cōſulto errauit: nō ſecus ac iudei. Nam quemadmodū hi hominū gratia: fidei firmitudinem prodiderūt / ⁊ chriſtum vnigenitū / ⁊ dei filium intelligentes: principum tamē gratia fateri noluerūt: ne e ſynagoga eijcerētur: ita ⁊ illum vt mulieri cuidam rem gratā faceret: ſalutem ſuā inquiunt cōtempſiſſe. Graue profecto ⁊ moleſtū quiddam eſt inanis glorie vis: que facile etiam ſapientū oculos poſſit perſtringere: niſi temperetur: ⁊ ſi ambitio hoc poteſt / lōge magis hic qui ea violētior eſt affectus. Jccirco ad iudeos chriſtus: Quomodo inquit poteſtis credere / qui gloriā abinuicem accipitis: ⁊ gloriā que a ſolo deo eſt non queritis [Et mundus eū non cognouit] Hoc loco mundū peccantiū multitudinem / ⁊ terrenis rebus deditam / ſtultūqꝫ / ⁊ abiectum / ⁊ oīibus obnoxiū perturbationibus vulgus appellat. Nam dei amici ⁊ venerabiles illi viri etiam ante chriſti incarnationem: ipſum cognouerūt / ⁊ patriarchā eius preuidiſſe aduentum: ipſe chriſtus nominatim teſtatur. Abraam pater veſter exultauit / vt videret diē meū: vidit / ⁊ gauiſus eſt. Et ꝙ Dauid iudeos arguens / inquit: Quomodo Dauid in ſpiritu dominū ipſum vocat dicēs: Dixit domin⁹ domino meo ſede a dextris mdis. Et frequenter in eos inuectus Moyſi meminit: ⁊ ꝙ reliqui prophete eādem habuiſſent cognitionem: apoſtolus Petrus / omnes prophetas a Samuele cognouiſſe eum ⁊ eius aduentū multo ante tempore predixiſſe / his verbis atteſtať: Et omnes ꝓphete a Samuel / ⁊ deinceps qui locuti ſunt annūciauerūt dies iſtos. Jacob autē ⁊ patri quēadmodū auo / ⁊ apparuit deus / ⁊ locutus eſt / multa ⁊ magna eis ſe daturū bona pollicitus: que quidem re executus eſt. Ad hec obiecerit quiſpiā: Quo igitur pacto multi prophete cupierūt videre que videtis: ⁊ nō viderūt: ⁊ audire que auditis: ⁊ non audierunt. Nunquid non fuerūt eius cognitiōis participes? Fuerūt ſane. Quod hac eadem particula ex qua nōnulli ea cognitione priuatos fuiſſe prophetas arbitrati ſunt / manifeſtum facere contēdabim⁹. Multi (inquit) cupierūt videre: que vos videtis: nouerunt ergo ipſum ad nos venturū: ⁊ que fecit / facturum. Niſi enim nouiſſent nullo pacto vidēdi flagraſſent deſiderio: nemo enim quod ignorat cupere poteſt. Nouerūt igitur ipſum dei filium ad humanum genus deſcenſurū: ſed que nam ſunt que neqꝫ viderūt: neqꝫ audierūt? Ea que nūc vos / videtis / ⁊ auditis: ſi quidem ⁊ vocem eius illi audierūt / ⁊ ipm viderunt: nō tamē in carne: neqꝫ cum hominibus cōuerſantem: neqꝫ nobiſcum tam familiariter / libereqꝫ loquentem. Quod ſignificauit cum non ſimpliciter

dixit cupierūt videre me: ſed que vos videtis: neqꝫ
audire me: ſed que vos auditis. Itaqꝫ licet nō ipſi⁹
aduentum in carne cōſpicati ſunt: viderunt tamen
ipſum futurū: quem cupiebāt/ ⁊ in quem credebāt.
Ceterū cum nos gētiles accuſant: ⁊ his verbis per-
contantur: quid ſuperiori illo tempore: cum nondū
humanū genus aſpiceret/ faciebat chriſtus? Quid
tandem finem ipſum expectauit/ vt noſtre ſaluti con
ſuleret/ cum tam diu nos neglexerit? Reſponde/
bimus/ ꝙ ante id tempus in mundo erat: ⁊ opera
ſua ſumma curabat prouidentia: neqꝫ a venerabili
bus illis/ ⁊ ſanctis viris ignorabatur. Si vo ꝙ nō
omnes eum tunc temporis: ſed boni tantum/ ⁊ vir
tuti prediti/ ⁊ ſanctimonia cognouerūt: iccirco inco
gnitū dixeris: hac etiam ratione nūc incognitum di
xerimus: cum non ab omnibus cognoſcatur. Sed
quemadmodū in preſentia/ nemo eorum gratia qui
deum ignorant/ cognoſcentibus non crederet: ita
neqꝫ de ſuperioribus illis temporibus dubitādum
eſt? Multis enim (⁊ vt rectius dicam) claris illis/
⁊ preſtantibus viris cognitus eſt. Ac ſi quis per-
contaretur: quam ob rem nō omnes ei tūc credide-
runt: neqꝫ ſeruierūt: ſed iuſti dūtaxat: eum rurſus in
terrogabo: quid hoc etiam tempore non omnes eū
cognoſcūt? Et quid de chriſto loquimur: cur ipſius
patris nō omnes: neqꝫ nūc: neqꝫ antiquitus habue
runt cognitionem? Uerum alia omnia ſponte ſua fi
eri aiunt: alij demonibus vniuerſi orbis prouiden/
tiam permittunt. Sunt qui alium preter hūc deū
effingant: nōnulli oppoſitam poteſtatem deum im
pie aſſeuerant: ⁊ leges eius mali cuiuſdam demōis
arbitrantur. Quid ergo hac nos cauſa deū eſſe ne-
gabimus: quoniam nōnulli ipſum negant: ⁊ malū
ipſum eſſe profitebimur: quoniā malum impie au/
tumant? Mitte (queſo) ſtultitiam: ⁊ vltima te inſa-
nia liberum redde. Nam ſi ſtultorum iudicio ad no
ſtras mentes doctrina informādas duceremur: ni
hil eſſet reliqui: quin eadem ſimiliter comprehende
remur inſania. Nemo ſolem dixerit oculis noxium:
eo ꝙ nonnulli viſu ſunt hebetiori: ſed ꝗꝫ accomoda
tiſſimum ⁊ ex acute intuentibus eius vtilitas iudi/
catur. Neqꝫ mel quiſpiā amarū guſtu iudicauerit:
quoniā tale egrotantibus videatur. Deum autem
ex infirmorū ⁊ ignorantium iudicio: vel nō eſſe/ vel
malū eſſe aliquādo rebus humanis prouidere ali/
quando eas negligere opinari: nō ſani hominis: vel
inſani potius: ⁊ vltimo furore perciti/ merito dixe/
rimus [Et mundus eum nō cognouit] inquit: ſed
hi quibus mundus dignus non erat: eum cognoue
runt/ ⁊ cauſam ignorationis inſeruit. Nō enim ſim
pliciter inquit: Nemo eum cognouit: ſed [mundus
eū nō cognouit] hoc eſt qui tantū mundo inherent:
qui mūdo innitūtur: qui terrena dūtaxat ſapiunt: ſic
etiam chriſtus eos appellare cōſueuit. Pater ſan/
cte inquit [⁊ mundus te nō cognouit] Neqꝫ filiū tā
tum: ſed ⁊ patrem mundus ignorauit: quemadmo
dū diximus. Nihil eteni adeo mentē ꝑturbat: ꝗꝫ ſe/
cularibus his rebus inherere. Cum igitur hec no-
bis luce clarius pateant/ huius mundi illicebras/
carnaliaqꝫ/ ⁊ terrena totis viribꝫ abijciam⁹. Neqꝫ
enim in parua re/ ⁊ nullius momenti: ſed in maxi-
mo bonorum detrimentū accipimus: ſiquidem nul/
lo pacto fieri poteſt: vt qui omnia ad preſentis vi-
te voluptatem refert: is celeſtibus bonis fruatur.

Sed neceſſariū eſt qui terrenis rebus inhiat: a cele-
ſtibus decidat. [Nō poteſtis (inquit) deo ſeruire/ et
māmone] Unū teneamus/ alterum odio habeam⁹
oportet. Hoc quoqꝫ ipſa rerum clamat experientia.
Quippe qui pecuniarū deridēt cupiditatem: hi ma
xime ſunt qui dei flagrant deſiderio: at cōtra qui il/
las precipue admirātur: hi maxime ſunt/ qui in de
um amorem habent remiſſiorem. Animus eni qui
pecuniarū cupiditate diſtrahit: nō facile ab his ab-
ſtinet: que deū ad iram prouocant: vtpote qui alte/
rius ſeruus ſit domini: omnia ipſi cōtra diuinas le-
ges precipientis. Sobrij igitur ſitis aliquando: et
excitemini ⁊ cui noſtrū debeamus ſeruitiū/ intelli-
gamus: eiuſqꝫ dūtaxat regnū deſideremus/ clame/
mus: preterita defleamus tempora: quibus mam
mone ſeruiuim⁹/ cuius graui/ ⁊ intollerabili iugo
abiecto: chriſti iugum/ ⁊ leue ⁊ facile ſubeam⁹. Ni-
hil enim eorū q̄ māmona/ nobis chriſtus precipit:
ſiquidem illud omniū inimicitias: hic ꝯtra/ omniū
amorem: omnibus ſalutem dicere. Illud nos luto
⁊ terre affigens/ neqꝫ enim aliud aurum eſt/ ne no/
ctu quidem vel minimū reſpirare nos ſinit: hic nos
inani/ ⁊ ſuperuacanea cura liberat: iubetqꝫ vt in ce/
lo theſauros ſine cuiuſqꝫ iniuria propria iuſticia re-
condamus. Illud poſt inumeros ſudores/ atqꝫ mi
ſerias: neqꝫ nobis adeſſe/ neqꝫ auxiliū in neceſſitati/
bus preſtare poteſt: ꝗuis multa ⁊ grauia perpeſſi
ſimus: vt eius legibus pareamus: imo vehemētio
re afficit ſupplicio: hic ⁊ ſi nobis amaritudinis cali/
cem promittat: nunqꝫ tamē nos ſine mercede dimit/
tit: ſꝫ incredibili liberalitate nos donat. Nōne ſum/
me profecto dementie eſt tam leue/ tam gratū impe
rium/ ⁊ tantis redūdās bonis (vt ingrato/ ⁊ fediſ/
ſimo ſeruias tyrāno) cōtemnere? cum nihil neqꝫ in
hac/ neqꝫ in eterna illa vita his qui ipſi parēt/ ⁊ ſer-
uiūt afferre poſſit vtilitatis? Neqꝫ id ſolū graue eſt/
⁊ moleſtum ꝙ nullum laborum premium reddat:
verum ꝙ innumeris ſibi obſequentes (vt iam dixi-
mus) malis/ acumulat: plurimi enim ex his qui il-
lic cruciātur eo ꝙ pecunijs ſeruierūt: earūqꝫ cupidi
tati indigentibus/ nihil erogarūt/ penas luūt. Qd
ne nobis accidat: diſpergamus: demus pauperibꝫ
⁊ noxijs huius vite curis: ſolicitudinibus: ⁊ eo qd il
lic nobis impendet ſupplicio animū liberemus: ⁊ ꝓ
terrenis pecunijs: iuſtitiam celo recōdamus: perpe
tuos colligamus theſauros: qui vna in celum no-
biſcum euadere/ ⁊ proſilire: ⁊ nobis periclitātibus
preſto adeſſe: ⁊ iudicem cōciliare poſſint: quem ſi no
bis propitiū vt optamus/ ⁊ in hac vita: ⁊ in die il-
la habuerimus/ fidenter his bonis fruemur: que in
celis diligentibus ſe preparauit: que vtinam omes
cōſequamur gratia/ ⁊ benignitate domini noſtri ie/
ſu chriſti: cum quo patri gloria ſimul/ ⁊ ſpirituiſan/
cto in ſecula ſeculorū Amē.

Homelia octaua Ex capitulo primo.

i **N propria venit: et ſui eum non receperunt.**

Niſi priorū meminiſtis ſermonum fratres dile-
ctiſſimi/ fidemus iam que ſequūtur ſuper eis: ma-
gno cum emolumento edificabimus: ſic enim ⁊ vos
melius edoceri poteritis: ⁊ nobis multo opus erit
labore: cum ex diſcēdi cupiditate acutius inſpicien/
di via pateat. Qui eni id quod accepit amittit: ſem-



per indigeat: oportet: nec vllo vnqꝫ tempore quicqꝫ
cōſequetur. Qui vero accepta cuſtodit: ⁊ his indices
aliquid ſuperaddit: ex diſcipulo ꝗꝫ primū magiſter
proculdubio euadet: non modo ſibi: ſed omnibꝫ vti-
lis. Huiuſmodi ego hāc omnem contionem futurā
expecto: hoc ex incredibili veſtro audiēdi deſiderio/
⁊ mira attētione/ cōiectatus. Agite ergo tanqꝫ ſub
certa/ ⁊ tuta cuſtodia in animis veſtris chriſti theſau
rum deponam⁹: ⁊ que nobis hodie propoſita ſunt:
ea quātū nobis ſpirituſſancti gratia ſuppeditabit/
explicemus. Dixerat euangeliſta [Et mūdus eum
nō cognouit] quod de ſuperioribus illis tempori/
bus locut⁹ eſt: nō immerito iam ad predicatiōis tē-
pora deſcendit: atqꝫ [in propria venit/ ⁊ ſui eū nō re
ceperūt] Suos hoc in loco/ iudeos appellat: tanqꝫ
populū potentē: ⁊ ſub quo omnes ferme homines
comprehenderentur. Et quemadmodū ſuperi⁹ mul
titudinis amentiā admiratus: ⁊ de cōmuni natura
erubeſcens inquit/ ꝙ mūdus per ipſum factus eſt:
nec tamen conditorem ſuū cognouit: ita in hoc iteꝝ
loco iudeorū multitudinis egre ferens perfidiam:
in grauiorem prorumpit accuſationē. Inquit enim
[Et ſui eū non receperūt] cum ad eos veniſſet. Nec
Ioānes ſolum: ſed ꝓphete quoqꝫ/ ⁊ deinceps Pau
lus: hoc idem conqueſti ſunt: ⁊ ꝙ prophete ex perſo-
na chriſti clamauerūt: Populus quem ego non co/
gnoui ſeruiuit mihi/ in auditu auris obediuit mihi.
Filij alieni mentiti ſunt mihi: filij alieni inueterati
ſunt/ ⁊ claudicauerūt a ſemitis ſuis. Et iterū: Qui-
bus nō eſt narratum de eo videbūt: ⁊ qui nō audie-
runt cōtemplati ſunt: ⁊ inuētus ſum nō querentibꝫ
me: palam apparui his qui me nō interrogabant.
Paulus autem ad Ro. Quid ergo inquit: qd que
rebat iſrael hoc nō eſt cōſecutus: electio autem cōſe/
cuta eſt. Et iteꝝ: Quid ergo dicemus: ꝙ gētes que
nō ſectabantur iuſtitiā/ apprehenderūt iuſtitiā: iu/
ſtitiam autem que ex fide eſt: iſrael vero ſectans legē
iuſtitie: in legem iuſtitie nō peruenit. Et ſane pluri-
ma admiratione dignū eſt/ quo pacto: qui in ꝓphe-
tarū libris educati Moyſen/ ⁊ reliquos deinceps
prophetas ſingulis diebus plurima de chriſti ad-
uentu locutos audierāt: preterea chriſtum ſigna et
miracula quottidie facientē: ⁊ ſecū dūtaxat verſatū
viderant: neqꝫ ſinentē adhuc diſcipulos vt in gētes
diſpergerētur: ⁊ in ſamaritanorū ciuitatē ingrederē
tur: neqꝫ ipſum eas ingreſſum: ſed vbiqꝫ aſſerentem
miſſum ſe ad oues que perierant de domo iſrael: tū
cum ſigna viderēt: prophetas frequenter audirent:
quotidie ab ipſo admonerētur: tam ſurdi penitus/
⁊ ceci perſtiterūt: vt nihil eos ad chriſti fidem poſſet
adducere: gentiles autem nihil eiuſmodi viderant
nullos de deo ſermones: ne in ſomnis quidem ac-
ceperant: ſed inſanientiū fabulis verſati. Hec enim
gentilium philoſoppia eſt: hoc poete/ ⁊ deliramēto
euoluentes: lignis/ ⁊ lapidibus affixi incubuerāt:
neqꝫ doctrine/ neqꝫ vite gratia: ꝗcꝗꝫ vtile bonūue
cōſpicabātur. Eorū nāqꝫ vita ꝗꝫ porcina imundior
erat/ ⁊ ſceleſtior. Et quid ita nō eſſet/ cum viderent
deos ſuos in omibus flagitijs/ ſceleribuſqꝫ delecta
ri/ ⁊ verbis quidem obſcenis: rebus autem obſceni
oribus coli: quibus ⁊ feſtū diem/ ⁊ cultū ipſis ſe ex
hibere arbitrabātur. Preterea nefandis etiam pu-
erorū cedibus venerari: mirū ſi in his illos imita-
bātur. Hi tamē cum in imū malitie pelagus dimer

ſi eſſent/ repente tāqꝫ machina quadā ad ſuperna im
pulſi ab ipſo celo: clari apparuerūt. Quo nā pacto
hoc factum eſt? audi Paulū. Etenim beatus ille eſt
qui hec diligenter inquirit: neqꝫ ceſſat quouſqꝫ eoꝝ
cauſas inuenerit/ ⁊ in omnes diffuderit. Que igi-
tur eſt cauſa? ⁊ quam ob rem iudei tam obſtinate in
duruerūt? Audi inquā illū cui miniſteriū hoc credi/
tum eſt: ⁊ qui hec aperit: hanc multitudinis ſoluēs
dubitationē. Ignorantes inquit/ iuſtitiā dei: ⁊ que
rentes propriā iuſtitiā ſtatuere: iuſtitie dei non ſunt
ſubiecti: propterea ita indurueruūt. Et iterū hoc idē
aliter interpretatus/ ait: Quid ergo ꝙ gentes que
nō ſectabātur iuſtitiā/ apprehenderūt iuſtitiā: iuſti-
tiā aūt q̄ eſt ex fide: iſrael vero ſectādo legē iuſtitie in
legē iuſtitie nō ꝑuenit. Hic q̄re? Quia nō ex fide: of-
fenderant eni in lapidem offenſiōis: hoc eſt diffidē
tia eis horum malorū fuit cauſa quā ſtultitia pepe/
rit. Cum enim antiquitus: ꝗꝫ gentiles/ ⁊ legē ⁊ dei
cognitionē/ ⁊ alia que Paulus cōmemorat ampli
us ⁊ perfectius iudei habuiſſent: inde poſt chriſti ad
uentū eodem honore/ ⁊ hos illoſqꝫ ex fide vocatos
viderent: nihilqꝫ circūciſionis gratia poſt fidē ſe gen
tibꝫ ſuperiores: ſtultitia ſua in inuidiā exarſerunt/ ⁊
ineffabilem: imenſamqꝫ domini nō tulerūt benigni
tatē quod nulla alia cauſa/ ꝗꝫ ex ſupbia/ ⁊ prauita/
te ſua eis accidit. Quid eni omniū ſtultiſſimi ob hu
manitatem/ clemantiāqꝫ in alios collatam offendi-
mini? Nunquid veſtra bona aliorum cōmunicatio
ne minuebātur? Sed ceca profecto malitia eſt: que
nihil oportunū/ nihil vtile intelligere poteſt: ſed ꝗꝫ
primū omniū obliuiſcit. Offenſi itaqꝫ ꝙ ſocios eiuſ
dem habituri eſſent familiaritatis: contra ſe enſem
ſtrinxerunt: ⁊ longe a ſe diuinā abiecerunt benigni-
tatem. Nec immerito: Amice enim (inquit) non tibi
facio iniuriā. Uolo etiam ⁊ huic nouiſſimo dare ſi-
cut ⁊ tibi. Immo neqꝫ digni ſunt hi quibꝫ ita reſpō-
deatur. Ille enim ⁊ ſi egre ferebat/ narrare tamē po
terat toti⁹ diei labores: erumnas: eſtus: ſodores:
hi autem quid afferre potuiſſent: niſi deſidiam/ lu/
xuriam/ iniuriā/ vitia/ que ſemper omnes prophe/
te ſuis proſecuti ſunt accuſatiōibus/ quibus nō mi-
nus ꝗꝫ gentes deum offenderunt? Quod Paulus
his verbis ſignificauit: Non enim eſt diſtinctio iu/
dei/ ⁊ greci: omnes enim peccauerūt/ ⁊ egēt gloria
dei: iuſtificati gratis per gratiā ipſius. In qua epi/
ſtola/ ⁊ vtiliter admodū/ ⁊ ſcire diſputat. Ceterum
ſuperius grauiori eos ſupplicio dignos oſtēdit. Qui/
cūqꝫ enim in lege peccauerūt/ per legem iudicabun-
tur: hoc eſt grauius: quippe qui cum natura etiā
legem habent: que eos accuſat: neqꝫ hac tantū cau-
ſa ſed ꝙ fuerūt apud gentes auctores: vt deo male-
diceretur. Nomen meū (inquit) per vos blaſphema
tur inter gentes. Cum igitur hoc maxime eos offen
deret: etenim ex circūciſione credētibus nouū/ ⁊ ad-
mirabile videbatur: iccirco Petrum accuſabant cū
ad ipſos a ceſarea rediret/ ꝙ ad homines habētes ꝑ
putiū diuertiſſet: ⁊ cum his comediſſet. Qui cū dei
intellexiſſent diſpenſationem/ rurſuſqꝫ admiraban
tur: quomodo inter gentes donū ſpirituſſancti dif-
fuſum eſſet: ⁊ ſtupore quodam: nunqꝫ tam inopina
tam rem ſe expectaſſe ſignificābant: hoc cum intelli-
geret Paulus maxime eos tangere: in eo immora-
tur/ vt eorū tam inflatā cōtundat ſuperbiā. Et quo
nam pacto hoc faciat vide: cum de gentibus diſpu-

nuerit/ oſtẽderitqꝫ nullam eas habere excuſationẽ: neqꝫ ſalutis ſpem/ ⁊ accurate eorum peruerſam doctrinã: ⁊ imundã: vitam accuſauerit: ad iudeos ſermonem vertit/ inde a propheta omnibus collectis: quib' ille aſſerit ſceleſtos quoſdã ⁊ doloſos/ ⁊ ſubdolos/ ⁊ q̃ſi oẽs ſimul inutiles factos: ⁊ neminem deũ requirere/ ⁊ declinaſſe omnes: ⁊ alia huiuſmodi addit. Scimꝰ aũt qm̃ q̃cũqꝫ lex loquit̃: his q̇ in lege ſunt loquit̃: vt omne os obſtruat̃: ⁊ ſubditꝰ fiat oĩs mũdus deo. Omnes enĩ peccauerũt/ ⁊ egẽt gloria dei. Quid te efferes iudee? Quid ſuperbis? etenim os tuũ obſtruſum eſt/ ⁊ tua perit audacia: ⁊ cũ omni mũdo etiam tu factus es ſubditus: nec ſecus ac ceteri omnes/ vt gratis iuſtificeris indiges. Oportebat ſi benignus eras ⁊ rectus/ ⁊ debitam habebas in deo fiduciã: non hoc pacto his qui cõſecuti erant/ ⁊ miſericordiã/ ⁊ ſalutem pro humanitate inuidere. Maxime enĩ prauitatis eſt: vt alioꝝ commoda iniquo animo quis ferat: precipue ſi nullo ſuo detrimento id fiat. Nam ſi alioꝝ ſalus tuis cõmodis officeret: eſſet fortaſſe dolori tuo indulgẽdum: quamq̃ꝫ neqꝫ hoc ſapientem deceat. Ꝙ ſi neqꝫ proximi damno aliquid tibi lucri/ neqꝫ felicitate detrimenti prouenit: quã ob rem torqueris ſi quis gratis ſalutẽ aſſequit̃? Oportebat ſane (vt dixi) ſi bonis/ ſi probatis eſſes moribus/ que gratis gentib' ſalus elargita ſit/ eam minime iniquo animo ferre. Cum aũt domino eiuſdem ſis reus criminis/ eũqꝫ offenderis: alienis cõmodis doles ⁊ ſuperbis: tanq̃ꝫ tibi ſoli ſit obnoxius cui gratiã largiatur: hoc profecto non inuidie tantum: ſed vltime dementie eſt: ⁊ quantũuis grauiſſimis dignũ ſupplicijs. Superbiam nãqꝫ maloꝝ omniũ in te plantaſti radicem. Jccirco ſapiẽs principiũ eam peccati: hoc eſt radicẽ/ fontemqꝫ/ ⁊ matrem appellauit: per hanc primus homo ab tanta illa paradiſi ſede deiectus eſt: ꝑ hãc qui eum decepit diabolus a tante dignitatis faſtigio decidit. Quare cum verſutus ipe/ atqꝫ ſceleſtus huius peccati naturam/ vimqꝫ intelligat: ꝙ ex ipſo etiam celo poſſit creaturã deijcere: hanc viã aggreſſus eſt. Cum Adam e tanta gloria deturbauit: q̇ppe cum deo ſimilem eum futurum polliceretur: ſuperbia extulit: ⁊ ad ima precipitem deuoluit. Nihil enĩ tam alienũ a diuino amore hoĩem reddit: Nihil tam facile in gehennã intrudit/ q̃ꝫ ſuperbie inſania: ſub qua omnis noſtra vita immunda eſt: q̃ꝫuis pudicitia/ virginitate/ ieiunio/ orationibus/ elemoſyna: q̃ꝫuis omni deniqꝫ virtute preſtemus. Jmmundus inquit apud deum omnis ſuperbus. Coerceamus ergo hanc animi elationem: hunc faſtum penitus tollamus ſi mundi eſſe: ⁊ eo qđ diabolo paratũ eſt ſupplicio volumus liberari. Superbus enim eodem quo diabolus cruciatu dãnatur. Audi Paulum non neophitum: ne in ſuperbia elatus in iudiciũ incidat: ⁊ in laqueũ diaboli: quod in iudicium? quem in laqueũ? Jn ipſam damnationẽ/ ⁊ in ipſum ſuppliciũ. Quo nã igit̃ pacto h̃ euitare diſcrimẽ poteris? ſi tecũ eiꝰ naturã/ multitudinẽ ſceleꝝ tormẽtoꝝ magnitudinẽ/ ⁊ eoꝝ q̃ in hac vita pl'chra vident̃ fluxum/ imbecillitatẽqꝫ: nihil a feno differentẽ: ⁊ vernis florib' languidiorem reputabis. Si hec frequẽter animo inſederint cogitationes: ⁊ eorum qui recte vixerint meminerimus: nullo nos conatu: nullis viribus diabolus inflare poterit: neqꝫ occaſionẽ vllã/ aut cauſam qua nos oppugnet inuenerit. Bonus autem ⁊ mitiſſimus humilium deus: ipſe ⁊ vobis ⁊ nobis cor contritum prebeat/ ⁊ humiliatum: ſic enim ⁊ hec/ ⁊ alia bona opera de nobis extare poterũt/ ad gloriam domini noſtri ieſu chriſti/ cum quo patri gloria ⁊ ſpirituiſancto in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia nona Ex capitulo primo.

t

## In propria venit: et ſui eum non receperunt.

Clementiſſimus ⁊ benigniſſimus deus dilectiſſimi omnia/ ⁊ facit ⁊ molit̃: vt nos ad ſectandas virtutes illuminet: ⁊ vnũquemqꝫ bonum eſſe vult: neminem tamen cogit. Suadet autem vt recte faciamus q̇cũqꝫ ipſi aſſentiũtur/ ⁊ allicit/ ⁊ trahit. Propterea cum veniret in mundum alij eum receperũt: alij neglexerunt. Nullum enim ſeruoꝝ deus vult inuitum: nullum coactum: ſed eos tantum qui ſpõte ſua ipſum optant/ ipſum amplectuntur/ ⁊ gratiã ſe ei ſeruitutis habere intelligũt. Homines enim vtpote quibus neceſſario ſeruoꝝ opera ⁊ ſeruitio opꝰ eſt: improbos ⁊ dicto non audientes ſeruos: poſſeſſionis iure cohercent. Deus autem cũ ſibiipſi ſufficiat/ ⁊ nulliꝰ indigeat: noſtre dũtaxat ſalutis gratia/ omnia operat̃: noſqꝫ ipſos noſtri arbitrij ⁊ iuris eſſe libere permittit. Jccirco cogit neminem: ad noſtrã tantũmodo ſpectat vtilitatem. Quod ſi nolentes ad ſeruiendum traheret: nõ ſecus eis deberet: ac ſi nullum preſtitiſſet ſeruitiũ. Qua nam igitur cauſa dicet quiſpiam: qui ipſi parere nolunt/ ſupplicio afficit? Quid minatur gehẽnã his/ qui precepta tranſgrediũtur? Quoniam maiorem in modum eorum qui hortatu/ ⁊ ſuaſionibus ſuis non adducũtur curam habet: ⁊ cum bonus benignuſqꝫ ſit: nec reſiliẽtes miſſos facit: neqꝫ fugientes negligit. Quamobrem cum priorem/ hoc eſt beneficij viam contemnamus/ nulliſqꝫ aut ſuaſionib'/ aut premijs obaudire volumus: alteram pene ſcilicet/ ⁊ ſupplicij aggreditur amariſſimã quidem: maxime tamen neceſſariam: priore enim contempta: neceſſario ſecũda agendum eſt. Nã ⁊ legũlatores multis ⁊ grauib' contra errantes ſupplicijs animaduertunt: non tamẽ eos propterea aſpernamur: ſed longe magis ſanctionũ illarum gratia veneramur: qui nulla noſtra re indigentes: vel potius neſcij qui futuri ſint: qui ex ipſorum legibus fructum ſint percepturi: tamẽ vite noſtre curam habuerũt/ eoſqꝫ qui honeſte ⁊ probe viuunt laudibus: qui male ⁊ perperam ſupplicio proſequuntur: ⁊ a ſceleribus arcent: ac ſi humanã offendant ſocietatẽ. Quod ſi hos ⁊ diligimus/ ⁊ admiramur/ nõne longe magis deus ob immenſam noſtri curã amore nobis complectendus eſt? Etenim maxima/ ⁊ illorum ⁊ huius erga nos prouidẽtie differentia eſt. Jneffabiles profecto/ ⁊ que omnem excedũt cogitationem diuine bonitatis diuitie ſunt. Cõſidera queſo [Jn propria venit] nõ ſue neceſſitatis gratia: ſufficiens enim eſt (vt dixi) per ſe diuinitas ſed ad ſuorum vtilitatem: neqꝫ tamen ſui eum receperunt: neqꝫ eum tantum expulerunt: verumetiã extra vineã eiectũ occiderũt. Non tñ dei benignitas eos a penitentia excluſit: ſed tam benignũ: tam facilem ſe eis exhibuit: vt modo velint poſt tantam iniquitatem omnia abluere/ ⁊ delere peccata per fidẽ:



poſſint/ ⁊ tanq̃ꝫ nihil vnq̃ꝫ ſceleris cõmiſiſſent amicis annumerari. Ꝙ autem non falſo/ neqꝫ inanis ſpei gratia hec loquamur: ex apoſtolo Paulo planiſſime cõſtat: qui cum chriſtum poſt eius mortẽ perſecutus eſſet/ ⁊ eius teſtẽ/ Stephanũ multitudinis manibus tradidiſſet: cum primũ penituit/ ⁊ errata ſua cognouit/ atqꝫ reprehendit: nec nõ ei quem tantopere perſecutꝰ erat/ ſe ſubiecit/ ⁊ paruit: inter primarios ⁊ familiariſſimos: in predicatorem ⁊ magiſtrũ vniuerſi orbis aſſumptꝰ eſt: cũ paulo ante blaſphemus fuerit: perſecutor: cõtumelioſus: vt ipe de dei ſalute/ benignitateqꝫ exultans nullo rubore teſtatur: ſed litteris tanq̃ꝫ momento cuidã que ſuperiori tempore temere cõmiſerat: mandauit/ meliꝰ ratus priſtinã vitam ſuã ab omnibus accuſari: diuini muneris magnitudinem oſtendendo: q̃ꝫ ſi ineffabilem dei benignitatem veritus: errorem ſuũ palã gentibus facere tacuiſſet. Propterea aliquotiẽs ꝑſecutiones/ inſidias/ bella: que in eccleſia molitus eſt meminit/ ⁊ nunc quidem: Non ſum dignus vocari apoſtolus (inquit) eo ꝙ perſecutus ſum eccleſiã dei. Nunc ꝙ venit ieſus vt ſaluos faceret peccatores/ quoꝝ primus ego ſum. Et iterum: Audiſtis meã cõuerſationẽ aliquãdo in iudaiſmo: ꝙ maxime perſecutus ſum eccleſiam dei: ⁊ expugnabam illã. Tanq̃ꝫ enim vicem chriſto redderet panẽtie: quam ipſe in ſe habuerat/ ita prompte ⁊ ingenue quantopere a principio chriſtũ oppugnauerit: ⁊ quo pacto hoſtis ⁊ inimicus ſit ſalutem cõſecutus/ profitetur: ex quo bonam etiã ſpem deſperãtibus prebet. Nã propterea inquit ſe miſericordiam a chriſto conſecutum: vt ⁊ patientia: ⁊ ĩmenſe bonitatis eius diuitie in ipſo primũ oſtenderẽtur: ad informandũ eos qui credituri erant in illum in vitam eternam. Grauiora enim cõmiſſa erant/ q̃ꝫ que venia digna eſſent: q̇ quidem euãgeliſta oſtendens (inquit) [Jn propria venit: ⁊ ſui eũ non receperũt] Unde venit qui omĩa implet: qui vbiqꝫ preſens eſt? Quem locum aduẽtu ſuo vacuũ reddidit: qui omnia manu comprehẽdit: omĩa ſuſtinet? Locum quidem illũ. Quomodo deſcẽſu ſuo ad nos id fecit? Quoniã ⁊ ſi in mũdo erat: adeſſe tamen non videbatur: cum adhuc nõ cognoſceretur. Poſt aũt ſeipſum oſtendit: cum noſtrã carnem induere dignatus eſt: ⁊ hanc eius apparitionẽ ⁊ deſcenſum aduentũ appellat. Admiratiõe profecto dignũ vt diſcipulus in magiſtri ſui cõtumelijs cõmemorãdis nõ erubeſcat: ſed aperte oĩa litteris mandet. Etenim nõ paruũ veritatis argumentum Nam quem pudet: gratia accipientiũ nõ facientiũ contumeliã: pudere oportet. At hic poſt tantã iniuriam magis etiã claruit: cum adeo hominibus contumelioſis cõſuluerit. Jlli autẽ iniqui/ ⁊ ſceleſti omni iudicio apparuerunt: cum tam beneficũ/ tam liberalem: tanq̃ꝫ inimicum/ atqꝫ hoſtem expellerent. Neqꝫ in hoc tãtũ ſibiipſis obfuerũt: ſed quod nõ aſſecuti ſunt: que eſſent ſi eũ recepiſſent. [Quotquot autem receperũt/ eum dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri] Quid non dicis nobis Joannes/ eoꝝ etiam ſuppliciũ: qui eũ nõ receperunt: ſed tantũ ꝙ ſui erãt ⁊ in propria veniens a ſuis minime receptus eſt? qđ autem ex hoc eis ſuppliciũ maneat ſilentio preterijſti. Jta enim maiorẽ in modũ eos perterrere/ ⁊ duritiem illã ingratitudinis mollire poteras. Qua nã igitur gratia id ſubticuiſti? Et quod nã maius ſuppliciũ eſſe poſſet: q̃ꝫ ſi in eoꝝ ponatur arbitrio filios dei fieri: et nolint ſed ſpõte ſua: tãta ſe nobilitate: tanto honore indignos efficiãt? Uerũ enimuero nõ in hac dũtaxat vita cruciabũtur: cũ nihil acceperit: ſed in ignem damnabũtur perpetuũ: vt in ſequentibus patebit. Hoc autem in loco: eũ recipiẽtiũ immenſa bona breui enarrat. [Quotquot autem receperũt/ eum (inquit) dedit eis poteſtatem filios dei fieri] ſiue ſerui ſint/ ſiue liberi/ ſiue greci/ ſiue barbari/ ſiue ſchyte/ ſiue ſapientes/ ſiue inſipiẽtes/ ſiue viri/ ſiue mľieres/ ſiue pueri/ ſiue ſenes/ ſiue nobiles ſiue ignobiles/ ſiue diuites/ ſiue pauperes/ ſiue principes/ ſiue priuati/ omnes inquit eodẽ dignati ſunt honore. Fides enim ⁊ ſpiritusſancti gratia: mortalium omniũ diuerſitatem comprehendẽs: in vnã redigit formã: ⁊ vno regio charactere ĩprimit. Quid hac humanitate par? Rex eodem quo nos luto formatus eſt. Serui eandem cum rege naturam communicãt: ⁊ nõnunq̃ꝫ melioribus prediti ſunt moribus. Non dignatur rex in exercitũ ſuũ aſcribere: q̇ ſeruili ſunt cõditione. Unigenitus autem dei filiꝰ/ neqꝫ publicanos/ neqꝫ magos/ neqꝫ ſeruos/ ⁊ his etiam deſpicatiores/ ⁊ pauperiores homines: nonnullos etiam manco/ diſtorto/ ⁊ ſordido corpore in filios accipere nõ dedignatur. Tanta fidei vis: tãta gratie exuberantia: ⁊ quemadmodũ ignis ſi metalloꝝ terram attigerit: eam q̃ꝫprimũ aurũ reddit: ſic ⁊ longe magis pro luteis aureos/ eos baptiſma facit/ quos abluerit: cũ ſpiritusſanctus tanq̃ꝫ ignis illa ipſa hora animos noſtros ingrediatur: ⁊ terrena abſumpta ſimilitudine: celeſtẽ illam nouã ⁊ claram tanq̃ꝫ ex fornace fulgentem referat. Et cur non dixit: fecit eos filios dei fieri? Ut oſtenderet multa nobis opus eſſe diligentia: vt adoptioni nobis per baptiſma impreſſam imaginẽ purã ſeruemus/ atqꝫ intactam. Preterea ꝙ nemo hãc nobis poteſt auferre poteſtatem: niſi primũ nobiſipſis abſtulerimus: ſi enim qui ab hominibus auctoritatem aliquã accipiunt: tantũ fere poſſunt/ quantũ qui dederint: longe magis nos qui hũc a deo honorẽ aſſecuti ſumꝰ: ſi nihil hac indignũ fecerimus poteſtate: omniũ erimus potentiſſimi/ cum qui hoc nos honore dignatur inter omnes maximus ſit ⁊ preſtantiſſimus. Accedit ad hoc ꝙ per eam particulam: gratiam non temere/ neqꝫ ſine labore noſtro in nos infundi ſignificatur: ſed cum ipſi volumus: tum eã inquirimus. Jn noſtra enim poteſtate eſt filios dei fieri. Quippe niſi primũ ad eam accipiendam promptũ animũ exhibeamus: neqꝫ diuinũ ad nos munus accedit: neqꝫ quicq̃ꝫ in nobis operatur. Ubiqꝫ igitur nõ violentũ: non coactum: ſed voluntarium penitus ⁊ liberum nobis oſtendit arbitrium/ quod in hoc loco ſignificauit. Jn ipſis enim arcanis ⁊ ſupernis bonis: dei quidem eſt dare gratiam/ hominis autem fidem exhibere. Preterea non parua opus eſt diligentia. Si quidem ad anime puritatem ſeruãdam: nõ ſatis eſt baptizari dũtaxat ⁊ credere/ ſed ſi perpetuo ea frui mundicia ⁊ pulchritudine volumus: dignam ſe vitã exhibere oportet. Talem ſe nobis deus exhibuit. Ꝙ enim per myſticã generationem omĩ priori crimine abluamur per baptiſma: nobis largitus eſt. Ꝙ autẽ in puritate mentis in poſterũ perſtemus: neqꝫ vllis amplius ſordibus vitam coinquinemus: noſtre virtutis eſt ⁊ diligentie. Jdcir

co ⁊ generationis modũ meminit: ⁊ carnaliũ patrũ comparatione hanc ſignificat excellentiã: cũ inquit: [Qui nõ ex ſanguinibus: neq; ex volũtate carnis: neq; ex volũtate viri: ſed ex deo nati ſunt]. Hoc autem fecit vt vilitate ⁊ humilitate prioris partꝰ ex ſanguinibus: ⁊ carnis volũtate: ⁊ magnitudine ꝓſtantiaq; vlterius per gratiam cognita: magnum quiddam inde de deo ⁊ genitoris noſtri beneficio ſentiamus: neq; paruam deinceps curam adhibeamus: verum maiorem immodũ nobis formidãdũ eſt: ne pulchra hac ſtola: ſegnitie poſtmodũ ⁊ ſceleribus noſtris ſordidata / e cubiculo / thalamoq; eijciamur: vt quinq; ille virgines fatue: ⁊ is qui nuptialem veſtem nõ habebat / ſi quidem ille ex cõuiuis erat: excluſus tñ eſt. Et quoniã inuitatꝰ / ⁊ tanto acceptus honore: dominũ qui ſe inuitauerat cõtumelia affecit: audi q̃ miſeram q̃ luctuoſam penã dederit. Cum enim ad tam ſplendidã ⁊ tam lautam mẽſam veniret: nõ modo cõuiuio prohibitus eſt: verũ ⁊ manibus ligatis ⁊ pedibus in tenebras mittitur exteriores: vbi ⁊ perpetuus fletus eſt ⁊ ſtridor dentium. Nolimus igitur nolimus inquam delectiſſimi fidem nobis ad ſalutem ſatis eſſe exiſtimare. Nã niſi vitã puram exhibuerimus: ⁊ hac ſceleſti vocatione digna nos induerimus veſtimenta: quibus admittamur: nihil nos eripiet / quin eodẽ quo miſer ille afficiamur ſupplicio. Etenim indignũ eſt cum deus ⁊ rex viles ⁊ abiectos ⁊ nullo honore dignos homines cõuocare ⁊ a triuio ad menſam ſuã accerſere nõ erubeſcat / nos tantã preferamus temeritatem: vt ne tanto quidem honore allecti: meliores efficiamur: ſed poſt vocationem in eadem perſeueremꝰ malitia: adeoq; incredibilem vocantis inſaniamus humanitatem. Non enim icirco nos ad ſpiritalẽ hanc ⁊ verendam myſteriorũ vocauit ſocietatem: vt veteri coinquinati malitia ingrediamur: ſed vt omni abiecta turpitudine / nõ indignas regijs conuiuijs veſtes induamur. Quod ſi vocantis gratia nolumus noſtri ſaltem nos vocatione illa dignos exhibeamus. Si quidem nõ ille nos a tam admirabili cõuiuarũ cetu / ſed noſipſos eijciemus. Ille quod ſuũ fuit ſumma parauit diligentia / nuptias fecit: menſam ſterni iuſſit: ſeruos vocatũ nos miſit: veniẽtes benigne / ⁊ maximo honore accipere dignatꝰ eſt: nos autem ipſum / cõuiuas / nuptias / ſordidarũ veſtium contumelia: hoc eſt ſceleribꝫ nr̃is afficientes nõ iniuria eijcimur. Hoc eni pacto ⁊ nuptias ⁊ ꝯuiuas honorat: cũ temerarios ⁊ impudẽtes expellit / aliꝰ reliq̃s inuitatos offenderet. Sed abſit / vt quiſpiã talẽ experiatur vocationem. Icirco priuſq̃ hec fierent mãdata ſunt litteris: vt earũ minis perterriti: noſtros compeſceremus affectus: neq; hanc ignominiam ad ſuppliciũ re ipſa / ſed verbo tenꝰ experiri ſineremus. Candida igitur ⁊ pura ſtola induti: in vocationem illam proficiſcamur / quam vtinam omnes cõſequamur / gratia ⁊ benignitate domini noſtri ieſu chriſti cum quo patri ſimul / ⁊ ſpirituiſancto gloria in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia decima Ex capitulo primo.

## Et verbum caro factum eſt: ⁊ habitauit in nobis.

Unũ vos ĩ pñtia añq̃ ad euãgelica ꝟba veniamꝰ rogatos volo: id ne cõtẽnatis / obſecro. Quippe cũ nihil graue: nihil factu difficile petamus: neq; accipienti mihi ſolum / vtile: verum exhibentibus vobis longe vtilius. Quid igitur a vobis cõtendimꝰ? vt vna dierũ in hebdomade: vel ſaltem ſabbato: cure vobis ſit euangelicas legere lectiones: quas ante has cõtiones in manibus habere domi frequenter repetere: caꝝ diligenter ſenſum diſquirere: quid clarũ: quid obſcuꝝ in his ſit: annotare velitis: quid pugnare videatur: cum non pugnet: ita omnibꝫ penitus examinatis: his vos contionibus: q̃ attentiſſimos exhibeatis. Hoc pacto non parum vtriſq; noſtrũ emolumenti prouenerit. Si quidem vobis non multo opus erit labore: vt euangelij vim oſtendamus: cum domi ipſam vobis ſententiã quantum ad verba iam familiarem reddideritis: vos autem ⁊ acutiores: ⁊ ꝑſpicatiores efficiemini: nõ ad audiẽdum / ⁊ doctrinam dũtaxat percipiẽdam: ſed ad docendum alios. Nam multi in preſentia hic audiũt: qui ſimul omnia euangelij verba: ⁊ que ſuper his a nobis dicũtur: memorie mandare conãtur: non tamen etiam ſi annũ in hoc cõſumeremus admodum proficerent. Quam ob rem? quoniã intempeſtiue ⁊ in ſola tantũ eccleſia breui tempore meis vacant ſermonibꝰ. Quod ſi qui ſunt qui negocia / occupatiõeſq; / ⁊ publicarũ / priuatarũq; rerũ curas cauſantur: primũ in hoc non parũ errant / ꝙ in tot rebus verſantur: ⁊ ita ſemper ſecularibus negocijs affixi ſunt: vt ne minimũ quidẽ ĩ his que maxime neceſſaria ſunt / ſtudiũ impendant. Deinde friuolam / ⁊ nulliꝰ momenti accuſationem afferũt: cum accuſari potiꝰ hac in parte: eorũ cum amicis poſſent conſuetudines: ⁊ more in theatris: ⁊ conſeſſus: vt equorũ certamina ſpeculẽtur: in quibus ſepenumero diem totum conſumũt: nõ tamen in his alias cauſantur occupationes. Preterea rebus vilibus: ⁊ abiectis diligẽs adhibere ſtudiũ poteſtis: diuinis autem ſi quãdo vacandũ eſt: adeo vobis inutilia ⁊ nullius momẽti videntur: vt ne minimã quidẽ curam in his ponendã ducatis: ⁊ quonã pacto qui ita ſentiunt ſpirare ſolẽ ve conſpicare digni ſunt? Eſt ⁊ alia his oſcitantibꝰ inepta excuſatiõ: librorum videlicet inopia. Et diuitibus quidem ad hoc reſpondere ridiculũ eſt. Uerũ cum multos pauperes hac frequẽter accuſatiõe vti exiſtimẽt cũ his parũper iocari: itaq; ita eos percõtari placet: Nunquid omnia artis ſue habeant inſtrumenta? ⁊ ſi inopia in his comparãdis admodũ impediantur. Nõne igitur abſurdũ eſt hic nõ cauſari paupertatem: ſed diligenter attẽdere: ne quid ſibi ad artem ſuam neceſſariũ deficiat: vbi autem tantã ſint conſecuturi vtilitatem occupationes deflere / et inopiam? Uerum ſi quis tam pauper eſſet vt nullo pacto libros ſibi cõparare queat: ei ex cõtinua que hic habetur lectiõe: nihil ex diuinarum litterarum ſentẽtijs ignorare licet. Quod ſi impoſſibile vobis videtur: nõ immerito videtur / pleriq; enim paruã his ſermonibus attẽtionem adhibent: ſed vix paucis auditis: q̃primũ domũ reuertuntur: ſi qui remanſerint nihilo attentiores ſunt / corpore ſolo adſunt. Sed ne amplius querimonijs vos tedio afficiam / ⁊ tempus fruſtra conteratur: Agite euangelium aggrediamur. Tempus enim iam propoſitis verbis noſtrã accomodare orationẽ. Sed excitemini queſo / ne quid vos pretereat [Et verbũ caro factũ eſt: ⁊ habitauit in nobis] Cũ dixiſſꝫ ex deo ⁊ filios dei factos / qui eum receperũt: tãti honoris cauſam adiecit: ꝙ verbum caro factũ eſt / et ſerui formã dominus accepit. Factus eſt em̃ filius hominis: dilectiſſimi dei filiꝰ: vt filios hoĩm filios dei faceret. Supernũ nanq; cum homini copulatũ eſt: illud q̃dẽ nullo in ꝓpriã gl'iam detrimẽto affectũ: hoc autẽ ex multa elatum humilitate / qđ certe in chriſto factum eſt: ſuam nanq; naturã deſcenſu ſuo nihilo inferiorem reddidit: nos aũt cũ ignominia ante ⁊ in tenebris eſſemus / ad ſupnã erexit gloriã. Non aliter q̃ cum rex inopem / mendicũq; ſtudio / ⁊ beniuolentia quadam alloquitꝰ: nihil ſe indignũ facit: illum vero omnibꝫ admirandũ reddit / ꝙ ſi in contingenti hominũ dignitate nihil honoratiorẽ abiectioris cõſuetudo offendit: multo minus immortalẽ illã ſubſtantiã: cũ nihil nõ ꝓpriũ habeat / qđ abſit: cũ oĩa bona firma / ſtabiliaq; in eternũ poſſideat. Itaq; cũ audieris: Et verbũ caro factum eſt: ne ꝑturberis / neue titubes: nõ em̃ ſubſtãtia tranſiuit in carnem: hoc etiã cogitatu impiũ eſt: ſed eadem permanens ſerui formã accepit. Sed quanã gratia hoc verbo / factũ eſt / vtitur? Ut hereticoꝝ os obſtruat. Cũ eni ſint / q̃ dicant imaginationẽ quandam ⁊ figmentũ eſſe: quecunq; de incarnatione feruntꝰ: ab ipſo principio eorũ percepta blaſphemia factũ eſſe aſſerit: neq; ſubſtantie mutationẽ / qđ abſit: ſed ꝟe carnis vult acceptionem oſtendere. Queadmodũ em̃ cum inquit: Chriſtus nos redemit ex maledicto legis / factꝰ ꝓ nobis maledictũ: nõ intelligit ſubſtantiã eius a ꝓpria gl'ia ſeparatam in maledictũ verſam: hoc enim neq; demones ipſi neq; ſtultiſſimi ⁊ naturali ſenſu penitus carentes opinarentꝰ / tantã ea opinio ſaperet vna cũ impietate ſtultitiã. Non igitur hoc dicit: ſed ꝙ ꝓ nobis maledictũ accipiẽs / nõ ſinit nos ampliꝰ maledictos eſſe. Itidem hoc in loco: carnem inquit ipm factum eſſe nõ ꝙ mutauerit carne ſubſtantiã: ſꝫ ꝙ carnẽ accepit: nulla parte coinquinata ſubſtantia. Qđ ſi q̃ dicerẽt oĩa in dei eſſe poteſtate / ⁊ icirco in carnẽ potuiſſe tranſferri. Id eis reſpondebimꝰ: Deũ ꝓfecto oĩa poſſe: quouſq; deus ꝑmanet / ſi aũt mutaretur / ⁊ in deterius: quonã pacto deus ampliꝰ eſſe poſſet? Longe enim ab immortali illa natura ẽ trãſmutatio. Unde ꝓpheta: Omnes inquit / vt veſtimẽtum veteraſcent / ⁊ ſicut opertorium mutabis eos: ⁊ mutabuntꝰ / tu aũt idem ipſe es ⁊ anni tui nõ deficient. Hec enim ſubſtãtia omni mutatione ſuperior. Ideoq; ad hoc venit / vt prodeſſet. Sed quid dico preſtantius? Neq; eſt quicq̃ deo preſtantius. Nihil ei ne minima quidem in re equiparatur. Sequitur ergo ipſum in deterius mutatum eſſe: ſi mutatus eſſet. Hoc aũt nullo pacto deꝰ eſſet: ſed blaſphemia: que in eorum: qui hec dicerent caput verteretꝰ. Sed qm̃ ꝓpter hoc dũtaxat factũ eſt (inquit) ne id opinareris: animaduerte ex his que ſequuntꝰ / q̃ pacto rationẽ illam / ⁊ omnẽ auferat ſuſpitionẽ. Subdit enim: [Et habitauit in nobis] tantũ nõ dicens: nihil abſurdũ ſuſpiceris / cum factum dicimꝰ. Non eni immutabilis illius nature mutationẽ: ſed diuerſorium et habitationẽ mutatã dixi: Habitare autẽ nõ idem / te qđ habitatio: ſed alteꝝ ĩ altero habitat: aliter nõ eſſet habitatio. Siquidẽ nihil in ſeipſo habitat. Alterũ dixi ſꝫm ſubſtantiã: vnitate nãq; / ⁊ cõiunctione vnũ eſt: deus verbum / ⁊ caro / non confuſione / aut interitu ſubſtãtiarũ: ſed archana quadã / et inexplicabili vnitate. Quomodo autẽ hoc ſit / noli diſquirere / factum eſt vt ipe nouit. Sed quãnam habitationẽ habitauit? audi prophetam: Suſcitabo tabernaculũ Dauid quod cecidit. Cecidit ꝓfecto natura noſtra: eo caſu / vt reſtitui nullo pacto a quoq̃: niſi ab illa potentiſſima manu poſſet / neq; enim aliter exurgere poterat: niſi qui in principio eã effinxerat manum porrexiſſet / ⁊ celitus aque / ⁊ ſpiritus regeneratione informaſſet. Et animaduerte queſo admirãdum: atq; archanum myſterium: perpetuo enim hoc habitat tabernaculũ. Carnem noſtram induit: nõ vt rurſum dimitteret: ſed omni cum ea tempore habitaturus: aliter eni regio eã throno feciſſet indignã / ⁊ omniũ angelorum exercitui / angelis / et archangelis / thronis dominationibus / principatibus / poteſtatibꝫ inferiorem conſtituiſſet. Que oratio / que mens / q̃tum honorẽ / humano generi deꝰ exhibuit mirificũ profecto ⁊ admirandum explicare potuiſſet? quis angelus? q̃s archangelus? nihil qđ in celis eſt: nihil qđ in terra. Eiuſmodi dei in nos beneficia ſunt tam magna / tam excellentia / vt non ſolum mortaliũ linguam: ſed angelorũ virtutem eoꝝ exuperet explanatio. Quã ob rem iam orationi noſtre finem imponemꝰ / ſi prius vnum vos faciemus admonitos: vt ſcilicet ei vicem reddamus: qui tã bene de vobis meritus eſt: qđ ſi fecerimus ad nos rurſus omne lucrũ refertur. Tunc autẽ ei vicem reddiderimus / cum anima noſtra nobis cure fuerit. Et profecto in hoc quoq; domini videri licet benignitatem: qui cum nemine noſtrũ indigeat / referri tamen ſibi vicem dicit / cum animã noſtrã nõ neglexerimꝰ. Quare vltime amentie eſt / ⁊ innumeris dignũ ſupplicijs / niſi pro viribus contendamus tales nos exhibere: qui tanto frui honore mereamur. Et maxĩe cũ operũ noſtrorũ ad nos oĩs reditura ſit vtilitas / et multa preterea nobis bona preponantur / ꝓ quibus omnibus gloriam diuine demꝰ clementie / nõ verbis ſolum: ſed re ipſa / vt futurorum bonorũ fiamus ꝑticipes: gratia et benignitate dñi nr̃i ieſu xp̃i cũ q̃ patri gloria ſimul / ⁊ ſpũiſctõ in ſcl'a ſcl'oꝝ Amẽ.

Homelia. XI. Ex capitulo primo.

## Et vidimꝰ gl'iam eiꝰ q̃ſi vnigeniti a p̃re plenũ gr̃e ⁊ veritatꝫ

Fortaſſe vehemẽtiꝰ q̃ opꝰ ſit nuꝑ vob / ⁊ graues viſi ſumꝰ ⁊ moleſti / acrioriq; ꝯtra vos / ⁊ deſidiam veſtrã accuſatiõe orationẽ noſtrã ꝓſecuti ſumꝰ / qđ ſi ea tm̃ gr̃a feciſſemꝰ: vt dolore afficeremini: nõ imerito eſſet ab oĩbꝫ iniquo animo ferendũ. Ueꝝ ſi cũ omnium veſtrum cõmunem ſpectaremus vtilitatem / veſtram nobis conciliare gratiam contempſimus: ſi non voluntati noſtre veniam ſaltem (ſi equi iudices eritis) amori dabitis. Etenim non parua nos formido incuſſit: ne quando orationi noſtre negligentius vobis aures adhibentibus / attentione / ⁊ induſtria remiſſiore grauius in vos diuinã irritaretis indignationẽ. Quã ob rẽ frequẽter vos excitare annitimur / et ſomnũ excutere / vt ne minimũ quidem contionis noſtre verbum inauditum pretereat. Hoc enim pacto fidenter / ⁊ hanc vitam agere: ⁊ in die illa ante chriſti tribunal impauidi adeſſe poterimus. Cum igitꝰ ſuperiori die ſatis vos admonitos fecerimus: agite hodie ab his verbis exordiamur. [Et vidimus (inquit) gloriam eius / gloriam

quaſi vnigeniti a patre.] Cum dixiſſet euangeliſta nos filios dei factos: neqꝫ aliter ꝗ per verbū quod caro factum eſt: alterum item emolumentum affert qđ inde conſequimur. Quidnā id eſt? [Et vidimus gloꝛiam eius / gloꝛiam quaſi vnigeniti a patre.] Non vtiqꝫ niſi per ſocium coꝛpus vidimꝰ. Nam ſi iudei gloꝛioſam moyſi (cum noſtre eſſet nature particeps) faciem conſpicari non potuerunt: ſed homini etiam iuſto opus fuit velamento: quod eius gloꝛie magnitudinem obumbꝛaret: vt illis qui eius aſpectum nō perferebant: ſpectabilem redderet. Quonā pacto ⁊ ipſis ſupernis virtutibus inacceſſibilē diuinitatem: nos ex luto / ⁊ terra facti ferre poſſemꝰ? Jccirco habitauit in nobis vt ad ipm̄ accedere: cum ipſo loqui / et conuerſari audenter liceret. Quid aūt ſignificat gloꝛiam quaſi vnigeniti a patre? Quoniam multi etiā pꝛophetarū gloꝛificati ſunt / vt idem ipſe moyſes: vt Helias: vt Heliſeus: ille ab igneo curru tractus: hic autem ſimpliciter receptꝰ / ⁊ poſt hos Daniel / et tres pueri / ⁊ alij cōplures: quicunqꝫ miracula fecerūt ⁊ angeli hominibꝫ apparuerūt / et ſue nature clariſſimā lucem ſpectātibus oſtenderūt. Neqꝫ angeli ſolum: ſed et cherubin / et ſeraphin multa cum gloꝛia a pꝛopheta viſa ſunt. A quibus omnibus hoc in loco euangeliſta abducit / ⁊ a creatura et ꝯſeruoꝝ nr̄oꝝ claritate mentibꝫ nr̄is amotis: in ipo nos bonoꝛū culmine cōſtituit: ac ſi dicat: Non pꝛophete: nō angeli: nō archāgeli nō celeſtium virtutū: non create alicuius nature: nō cuiuſpiam alterius rei: ſed ipſius domini / ipſius regis / ipſius dilectiſſimi vnigeniti filij: gloꝛiam vidimus. Jd autē verbū [quaſi] hoc in loco nō ſimilitudinis eſt neqꝫ parabole: ſed confirmatiōis / ⁊ diffinitiōis certiſſime. Quaſi dicat: Uidimus gloꝛiam qualem deceat et credibile ſit habere vnigenitū / et dilectiſſimū omniū regis dei filiū. Neqꝫ hoc loquēdi genus pꝛeter moꝛē inuenitur. Neqꝫ recuſabo a cōmuni etiam conſuetudine id cōfirmare. Neqꝫ enim ad verboꝛū ſpeciē: neqꝫ ad compoſitionis oꝛnatum pꝛopoſitū eſt nobis ī pꝛeſentia oꝛationem habere: ſed ad veſtrā dumtaxat vtilitatem. Quapꝛopter nihil ꝓhibet ex vulgi verbis: hunc dicendi moꝛem oſtendere. Quonam pacto qui regem aliquādo pꝛecioſiſſimo cultu oꝛnatū: pꝛecioſiſqꝫ vndiqꝫ fulgentem lapidibus conſpicati: alijs ſpeciem illam / ac maieſtatem enarrare volunt: purpureum floꝛem: gemmarū magnitudinē: albas mulas: auratos currus: ſolium aſtantiū: oculos nimio fulgoꝛe perſtringens / pꝛo viribꝫ enarrant. Cū vero et his ⁊ alijs collectis cultum illum omnē / maieſtatemqꝫ verbis compꝛehendiſſe ſibi non videantur continuo addunt: Quid multis opus eſt? vno verbo dicam: quaſi rex. Cum ex hoc verbo [quaſi] non regi ſimilem: ſed ipſum regem velint ſignificare. Jta hoc in loco euangeliſta: quaſi inquit / ad gloꝛie maieſtatem / ⁊ incomparabilē excellentiam ſignificandam. Reliqui nanqꝫ omnes / et angeli / ⁊ pꝛophete iuſſi omnia operabanť: ipſe autē ea poteſtate que ⁊ regem deceret et dominū. Qđ quidem et turbe admirate ſunt / ꝙ ita loqueretur: quaſi ipſe vim haberet / et poteſtatem. Apparuerūt (vt dixi) angeli cum gloꝛia multa in terra / vt in Daniele: in Dauid: in Moyſe: ſed tanꝗ ſerui / et qui domini mādata exequerenť: ipſe autem tanꝗ omniū dominus ⁊ pꝛinceps / ⁊ licet ſub vili / et abiecta ſpecie ſe oſtendiſſet: creatura tamē dominū ſuum agnouit. Quonā pacto? Stella e celo magos vocauit: qui eum adorarent. Angeloꝛū celeſtium cetus in terra apparuerunt: qui et domino ſeruirent / et gratias referrent. Alij item pꝛecones ſurrexerunt omnes / admirabile hoc myſteriū teſtimonio perhibentes. Paſtoꝛibus enim angeli / ciuibus paſtoꝛes. Marie ⁊ Eliſabeth Gabꝛiel: his qui in templo erāt Anna / ⁊ Simeon annunciauerūt. Nec viri tm̄ ⁊ mulieres letati ſunt: verum nōdum infans in hanc venit cognitionē. Ciuis inqꝫ heremi / et eodē quo hic euangeliſta nomie appellatus: adhuc in vtero matris gaudio exultauit / et omnes ſpe maxima erigebanť / et hec quidem circa partus tempoꝛa. Uerū cum ſeipm̄ magis oſtēdit: longe pꝛioꝛibus maioꝛa miracula apparuerūt. Siquidem nō amplius ſtella / non celum / nō angeli / nō archangeli / nō Gabꝛiel / non Michael: ſꝫ ipſe eum celitus pater / ⁊ cum patre paraclitus loquēs / irradianſqꝫ et in eo permanens / pꝛedicauit: hec ꝑfecto gratia: [Uidimus gloꝛiā eius / gloꝛiam quaſi vnigeniti a patre.] Accedit ad hoc ꝙ non paſtoꝛes tm̄ / neqꝫ vidue / neqꝫ ſenes / nobis chꝛiſtū annunciant: ſed ipſa quoqꝫ rerum vox omni tuba clariꝰ pꝛoclamat: que tanta fuit / vt ꝗ̄pꝛimū hic quoqꝫ exaudiretur: abijt in ſyriam auditus eius inquit: Tunc celum terra facta eſt: cum celi dominum contineret: quem omnibus manifeſtauit: vbiqꝫ clara voce pꝛofeſſa: celoꝛum regem aduentaſſe: demones vndiqꝫ exilientes / diffugerunt: diabolus oppꝛeſſus abſceſſit: ipſa moꝛs pꝛimum ſuccubuit: mox penitus abolita eſt: omne moꝛboꝛum genꝰ diſperijt. Siquidem moꝛtuos ſepulture: īſanos demonia: egrotos moꝛbi reliquerunt / ⁊ plurima admiratiōis plena / ⁊ ſtupoꝛis / et pꝛeter omniū expectationem apparuerūt / et que nō immerito deſiderarunt videre pꝛophete / et non viderunt. Uideri enim licuit factos oculos / et qđ in omniū votis eſſe poterat: videre ſcilicet quonam pacto Adam deus effinxerit: id bꝛeui omnibꝫ / et in potioꝛe coꝛpoꝛis parte oſtenſum eſt. Membꝛa pꝛeterea abſciſa reſtitui / et coꝛpoꝛi apte conglutinari: manus emoꝛtue moueri: pedes contoꝛti repente pꝛoſilire: ſurde aures aperiri / ⁊ muta lingua clara voce pꝛoloqui. Siquidem quēadmodum optimus architectus domum ſitu / et vetuſtate labantem: ita communi hominū natura accepta eius perditas reſtituit partes: diſiuncta et abſciſſa copulauit / et que pꝛoꝛſus ceciderant / erexit. Quid autem opus eſt vt anime foꝛmationem longe coꝛpoꝛe admirabilioꝛem: verbis pꝛoſequamur? Magna ſane coꝛpoꝛis pꝛeſtantia: anima tamē tanto pꝛeſtantioꝛ: quanto coꝛpoꝛe melioꝛ. Neqꝫ hac tm̄ ratione: ſꝫ qm̄ coꝛpoꝛis natura: quocunqꝫ ipam opifex ducere velit: eo ſequeť / neqꝫ reſiſtit: aīa aūt ſui iuris vim in ſe habet operandi: neqꝫ vlla in re deo: niſi velit obtemperat: inuitam enim ⁊ coactā / minime vult deꝰ bonam ⁊ virtutibꝫ pꝛeditam reddere: neqꝫ id aīe virtuti eſſet aſcribendū: ſed ſponte ſua bona ſit: et ſibi virtutem complectendam perſuadeat / opoꝛtet. Quā ob rem difficilioꝛ huius eſt / ꝗ̄ illius cura. Uerūtamen omnis emendata eſt / omnis fugata malitia: ⁊ quēadmodum coꝛpoꝛa bene curata non in bonam tm̄ valitudinem: ſed in bonū ꝗ̄pꝛimū habitum reſtituunť: itidem animas deus nō a vitijs ſolum purgauit: ſed ad ipſum mox virtutis cacumen extulit:



⁊ publicanus apoſtolus factus eſt / perſecutoꝛ / blaſphemus / calumniatoꝛ / oꝛbis terrarum pꝛedicatoꝛ apparuit / magi iudeoꝝ magiſtri effecti: latro paradiſi ciuitate donatus: meretrix fide incredibili effulſit. Chananea ⁊ ſamaritana / et ipſa foꝛnicatrix: hec ad ciues ſuos pꝛedicatoꝛis munere functa: ciuitatē totam irretiens: vniuerſos in chꝛiſti fidē traxit. Jlla fide / ⁊ ſedulitate effecit: vt filie anima a malo demone liberareť. Et alij longe his peioꝛes ſtatim in diſcipuloꝝ numerū accepti: oēs repente coꝛpis egritudines: omnes animi affectus mutauerūt: ⁊ in ſanitatē ipmqꝫ virtutis apicem euaſerūt. Nec duo tā tum / aut tres / nō decem / nō centum ſed tote ciuitates / ⁊ gentes facilime chꝛiſti fidem acceperūt. Quid ego pꝛeceptoꝝ ſapientiā: celeſtiū legum virtutē: angelice vite oꝛdinem enarrem? Talem em̄ nobis vitam ꝓpoſuit: tales apud nos leges condidit: ⁊ tales moꝛes inſtituit: vt qui his vtenť: angeloꝛū mox naturā induāt / ⁊ ꝗ̄tum homini liceat: deo ſimiles reddanť: ⁊ ſi omniū hoīm maliciā exceſſerint. His igiť omnibꝫ ab euāgeliſta collectis: in coꝛpoꝛibꝫ videlicet / ⁊ in animis: in elementis: chꝛiſti miraculis pꝛeceptis archanis illis: ⁊ celo altioꝛibꝫ donis / legibꝫ / moꝛibus / ꝑſuaſionibꝫ / futuroꝝ ꝓmiſſionibꝫ / eiuſqꝫ toꝛmentis ⁊ cruciatibus: in admirandā hanc: ⁊ celeſtis doctrine plenā vocem ꝓrupit. [Uidimꝰ gloꝛiam eius: gloꝛiā quaſi vnigeniti a patre: plenū gratie / ⁊ veritatis.] Neqꝫ em̄ miraculoꝝ grā: chꝛiſtum duntaxat admiramur: ſed et paſſionis: vt cū affixꝰ eſt cruci: flagellis / et alapis ceſus / et inſputꝰ ab his de quibꝫ tam bene merebať. Siquidē in his ipſis: que pꝛobꝛi / ⁊ ignominie plena eſſe videbanť: ipſum rurſus verbum clariſſimū apparuit. Hoc Johānes gloꝛiā appellauit: nō em̄ charitatis ſolū / et amoꝛis fuerat: ſed immenſe etiā virtutis. Tunc enim moꝛs abolita eſt: maledictū perijt: demones confuſi ſunt: et de his triūphatum eſt / chirographū cruci affixū. Uerum cū ſenſu ipo viſus: hec nō depꝛehenderenť: etiam coꝛpoꝛea: ipm̄ vnigenitū dei filium / et totius nature dn̄m certiſſime demonſtrarūt. Quippe cum pꝛimū ſanctiſſimū coꝛpus cruci affixum eſt: ſol radios abſcōdit: vniuerſa terra cōcuſſa: ⁊ tenebꝛis operta eſt: ſepulchꝛa aperta ſunt / ⁊ moꝛtuoꝝ multitudo ſurrexit: ciuitatem ingreſſa: ⁊ cum lapis monumēto impoſitus / ⁊ cuſtodibꝫ ſignatus eſſet: qui crucifixꝰ: qui diſtractus: qui moꝛtuus erat: reſurrexit. Pꝛeterea poteſtate multa vndecim implēs diſcipulos: per vniuerſum oꝛbē dimiſit: qui humano generi ad melioꝛē frugem vita directa mederenť: ⁊ celeſtꝭ doctrine cognitionē quocūqꝫ terrarū diſſeminarēt: demonū euerterent poteſtatem: magnas illas / et archanas diuitias edocerent: nobis anime immoꝛtalitatē: ſempiternā coꝛpoꝛis vitā / ⁊ ꝗ intellectū nr̄m excedūt: nunꝗ̄ finem habitura pꝛemia annūciarēt. Hec ⁊ alia plura reputans beatus hic euāgeliſta: ꝗ is quidē nouit: ſcribere aūt nō eſt auſus / eo ꝙ mundus ea nō caperet: omnia em̄ ſi ſcribanť ꝑ ſingula / nec ipm̄ arbitroꝛ mundū capere eos / ꝗ ſcribēdi ſunt libꝛos. Hec inqꝫ omia reputans / exclamauit: [Uidimꝰ gloꝛiā eiꝰ: gloꝛiā q̄ſi vnigeniti a patre plenum gratie / ⁊ veritatis.] Qui igiť tāta / et tā admirāda audire / ⁊ tot muneribꝫ frui meriti ſunt: eos etiā vitam ea dignā doctrina exhibere opoꝛtet: vt illis fruantur bonis. Jccirco dn̄s noſter ieſus xp̄s in mūdū venit: vt nō ſolū in hac vita eiꝰ gloꝛiā: ſed futurā qꝫ videamꝰ. Pꝛopterea inq̄t: Uolo vt ego vbi ſum / et ipſi ſint: vt videāt gloꝛiā meā. Que ſi tā clara / tam eximia eſt: q̄dnā de ea quiſpiā diceret? Non enim in hac terra coꝛruptibili: neqꝫ in fluxis ⁊ caducis coꝛpoꝛibus in quibꝫ ſumꝰ: ſꝫ in ꝑpetua / ⁊ inmoꝛtali creatura apparuit: ⁊ tanto ſplendoꝛe: vt nulla poſſit ratione cōpꝛehendi. O beati ter inqꝫ ⁊ ſepius: qui gloꝛie illius digni habiti ſunt ſpectatoꝛes fieri / de qua exclamans ꝓpheta inquit: Tollať impiꝰ ne videat gloꝛiā dei. Sed abſit hoc cuiqꝫ veſtrum accidat: vt eam aliq̄n nō videat: ad quā aſſequendā niſi ſumma vtamur diligentia poſſemꝰ ſane dicere: bonū eſſe ſi nati nō eſſemus. Quid em̄ viuimus? Quid ſpiritū ducimꝰ? Quid ſumꝰ ſi illo pꝛiuamur aſpectu: ſi dominꝰ noſter tūc a nobis videri nō ꝑmittet? Nam ſi illi ꝗ ſolis lucē cōſpicari nequeūt: omni moꝛte miſerioꝛē vitam degūt: quid eos perpeti credendum eſt: ꝗ illa luce pꝛiuanť? Siq̄dem in hoc ſeculo cecitatis dūtaxat damnū eſt: ī illo aūt nō in viſu tm̄ ledimur: ꝗ̄uis hec ſola pꝛiuatio ſit grauiſſima / vt neqꝫ etiam ſic par eſſet ſuppliciū: ſed tanto id grauiꝰ: quāto ſol ille ꝗ̄ hic eſt ſine cōparatione pꝛeſtātioꝛ. Ueꝝ aliud ꝗ̄ ſuppliciū expectādū eſt. Quippe ꝗ luce illa caruerit: nō modo in tenebꝛas intrudeť: ſed perpetuo ardebit / cōſumeť / dentibꝰ ſtridebit / innumerꝭ penis cruciabitur. Nolimꝰ (queſo) noſipſos contemnere: ⁊ bꝛeui huius vite deſidia in eternum damnari ſupplicium: ſed vigilemus / ſobꝛij ſimꝰ / omnia ⁊ faciamus / ⁊ operemur: vt eternis illis potiamur bonis: et fluuiū illū igneo flagroꝛe perfluentē: ante hoꝛrendū tribunal lōge diffugiamꝰ: in quē qui ſemel inciderit: ei nunꝗ̄ reditus datur. Nemo eū inde (nō parentes / nō frater) eximere amplius poterit: quod et ipſi ꝓphete clamitāt: Frater nō redimit: redimet hō. Et Ezechiel / q̄ddam etiā amplius: Si ſtaret Noe et Job ⁊ Daniel: filios ſuos ⁊ filias nō liberarent. Siquidem vnum duntaxat illic patrociniū eſt operum videlicet: quo qui caruerit / aliūde nuſꝗ̄ ſaluti locus eſt. His itaqꝫ frequenter animo agitatis: vitam noſtram nullis coinquinatam ſoꝛdibꝰ: clarā / mundamqꝫ reddamus: vt fidēter dominū noſtrum cernere: et pꝛomiſſa aſſequi bona poſſimus / gratia / ⁊ benignitate dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti cū ꝗ patri gloꝛia ſimul / ⁊ ſpirituiſancto in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Homelia. XII. Ex capitulo pꝛimo.

## Ohannes teſtimoniū perhibet de ipſo: ⁊ clamat dicēs: Hic erat quē dixi: qui poſt me venturus eſt: ante me factus eſt: quia pꝛioꝛ me erat.

Nunquid fruſtra currimus? fruſtra laboꝛamꝰ? nunquid ſuper petram ſemen iacimus? nunquid ſecus viam / an inter ſpinas latēt ſemina cadentia? cōtendimus enim et maioꝛē in modū foꝛmidamꝰ: ne agricultura nobis ſterilis euadat: neqꝫ hoc dico ꝙ verear ne in laboꝛis huiꝰ mercede capiā detrimentū: nō em̄ eadē cōditiōe / ꝗ agricole ſūt vbi diuini ꝓceptoꝛes: ſiq̄dē agricole poſt annuos ſudoꝛes / ⁊ miſeram illam laboꝛioſam vitā ſi terra aliquando pꝛo opis in ſe impēſis nō reſpōdeat: nemo aliꝰ eiꝰ dam-

num inſtaurare poteſt:ſed pudibundus/triſtiſqꝫ ab area domū ad vxorem ⁊ filios reuertit̃:⁊ quē longi laboris mercedem petat/habet neminē. Jn nobis autē nihil hmōi vſuuenit: ſed licet culta terra nullū afferat fructū/⁊ eius ⁊ noſter dominꝰ vana nos ſpe dimiſſos nō fruſtrat̃:ſed remunerat. Unuſq̄ſqꝫ em̄ (inquit) ꝓpriam mercedē accipiet ſm̄ ꝓprium laborem:nō ſm̄ rerum euentum. Et tu (inquit) fili hoīs teſtificare populo huic:ſi forte audiāt:ſi forte intelligant:⁊ ꝑ Ezechielem: Si volūtas ꝑdicat q̄d fugere:quid eligere oporteat:animā tuā libera/q̄ꝫuis nemo attendat. Uerū enīuero licet firmū hoc ſolatiū/⁊ remunerationis fiduciā habeamꝰ:cum nihil vos bene operādo ꝓficere videamus:nihilo melius afficiamur q̄ꝫ agricole illi:q̄ dimiſſo vultu/⁊ rubore ꝑfuſi angunt̃/⁊ ſuam deflent calamitatē. Hoc magiſtri miſericordia eſt: hoc patris cura. Etenī moyſes cū a iudeoꝝ ingratitudine liberari poſſet:⁊ alterius gētis potiorem/lōgeqꝫ maiorē accipere principatum: Dimitte me (inquit) vt iraſcatur furor meus contra eos:⁊ deleam eos/faciāqꝫ te in gentem magnā. Cū ſanctus ⁊ dei ſeruus eſſet intimꝰ:ne audire quidem id ſuſtinuit:ſed potius vna cū his qui ſibi ſemel crediti erāt perire:q̄ꝫ ſine illis ſaluꝰ eſſe:⁊ ad maiorē dignitatē aſſumi/ꝑtulit. Huiuſmodi eſſe oportet cui animarū cura cōmiſſa ē. Eſt nāqꝫ abſurdum vt prauorum filiorū pater:nolit niſi eorū quos genuit pater appellari. Nos autē diſcipulos quottidie nunc hos/nunc illos mutemus:erga neminē amice/familiariterqꝫ affecti? Sed abſit vt de vobis vnq̄ꝫ hec ſuſpicio ſuboriat̃. Cōfidimus em̄ vos fide in dominum noſtrū ieſum chriſtū/⁊ mutua in oēs charitate abundare:ſed hec dicimꝰ/vt ſtudiū veſtrū augeamus/et diligentiam:⁊ vite veſtre virtutē maiorē in modū propagemꝰ. Sic enim iactis oratiōis nr̄e fundamētis:altius mētes erigere poteritis:ſi nulla malicie lippitudo mētis veſtre oculos ꝑſtrinxerit:⁊ acumen obtuderit. Quid igit̃ hodierna die nobis ꝓpoſitum eſt Johānes teſtimoniū perhibet de ipſo/et clamabat dicens: Hic erat quē dixi: [qui poſt me venturꝰ eſt:quia prior me erat] Multꝰ eſt hic euāgeliſta in Johānis laudibꝫ:⁊ eius teſtimoniū multifariam diffundit. Qđ nō temere:ſed incredibili ſapientia ꝓſequit̃:plurimū em̄ hūc hominē oēs iudei admirabant̃. Nam ⁊ ioſephus Johānis cede bellum ortum exiſtimat/⁊ ꝓpterea non eſſe iudeoꝝ ciuitatē: que aliquādo metropolis fuit:⁊ longa oratiōe precurſoris laudes exequit̃:per eū iudeos arguens:cuius frequenter teſtimoniū meminit. Et alij quidem euāgeliſte facta ſuperioꝝ ꝓphetaꝝ mentiōe:ꝑ ſingula chriſti opa trahunt auditorem/et ſup natiuitate. Hoc aūt factum eſt (inquit) vt impleret̃ qđ dictum eſt per ꝓphetam dicentē: Ecce virgo concipiet/⁊ pariet filium/⁊ vocabūt nomē eius ieſum. Et cum herodes ei inſidiatꝰ:tanta vbiqꝫ diligentia eū perquiri fecit: vt pueꝝ interficeret/in mediū Hieremie adducūt teſtimoniū: Uox in rama audita eſt ploratꝰ/et vlulatus multus Rachel plorās filios ſuos. Et Oſee cum rurſus ex egypto rediret: Ex egypto vocaui filium meū:⁊ hunc vbiqꝫ in ſuis euāgelijs morem ſeruant. Johānes autem apertius/⁊ a recētioribus teſtatur: vt pote qui ceteris ſublimius locutus:non mortuos tm̄:ſed viuum/⁊ qui chriſtū preſentem preſens oſtendit/⁊ baptizauit:in mediū frequenter adducit:nō iccirco vt ſerui teſtimonio domino auctoritatē cōpararet:ſed vt ad auditoꝝ deſcēderet imbecillitatem. Quēadmodū enim niſi ſerui formam accepiſſet:nunq̄ꝫ comprehendi potuiſſet/ita niſi ſerui voce conſeruorum aures arrexiſſet:non ſane multi iudeoꝝ eius probaſſent orationem. Preterea et aliud magnum/et admirabile reſpexit: nam cum de ſuiipſius laudibus:cuiuſqꝫ ſuſpectum ſit teſtimonium:⁊ pleriſqꝫ ſepenumero auditoribus non ꝑſuadeant:alterum de ipō teſtificaturū adduxit. Accedit ad hoc: ꝙ nulli ſolent libentius eorum vocem audire/cum quibus cōſuetudinē habuerūt: vtpote quē magis cognoſcūt. Propterea vox de celo ſemel vel bis audita eſt. Johannes autem ſepenumero/⁊ frequenter locutꝰ. Nam qui multitudinis imbecillitatem ſuperabant/hi a ſenſibilibꝫ omnibꝰ liberi:celitus vocem audire poterāt:nec eis multū opus erāt humana:quippe qui ab illa perſuaſi erāt/et allecti. Qui vero adhuc in his inferioribꝫ deuoluebant̃:et multa terrenarū rerum nube operiebant̃:hoc humiliori indigebant ſermone. Jta igit̃ Johannes cum omnibꝫ ſe ſenſibilibus exuiſſet:alijs magiſtris non indiguit:ſed celitus eruditus eſt. Qui enim me miſit (inquit) baptizare in aqua:ille mihi dixit: Ad quē videris ſpiritū dei deſcendentem/hic eſt. Judei aūt qui adhuc rudes ad illam altitudinem nō poterant peruenire:hominē habebant magiſtrū:non ſua eis: ſed celeſtia annūciantem. Quid igit̃ hic loquit̃ [Jpſe teſtimoniū ꝑhibet de eo/⁊ clamabat dicēs:] Quid per illud verbū [clamabat] ſignificat̃? hoc eſt fidenter/et libere/omni abiecta formidine/dei aduentū predicabat. Quid aūt reſtabat̃? q̄d clamabat? [Hic erat quē dixi:qui poſt me vēturꝰ eſt: ante factꝰ eſt] Obſcurū ⁊ adhuc plenū humilitatis teſtimonium. Non em̄ dixit:hic eſt filiꝰ dei: vnigenitꝰ:et dilectꝰ: ſed hic erat quē dixi:qui poſt me venturus eſt: ante me factus eſt:quia prior me erat. Quēadmodū em̄ aues pullos ſuos/neqꝫ e veſtigio neqꝫ vna dūtaxat die:totam volandi artem edocent: ſed primo e nido tantū educūt:inde cū aliquantulū quieuerūt: volatui eos aſſuefacere incipiūt:poſtridie ad operam reuocant:ita paulatim exercēdo ad naturalem eos efferūt altitudinem. Jta beatꝰ Johannes non ſtatim ad ſumma iudeos erigit: ſed primū paululū a terra eleuat:cum chriſtū ſe meliorem teſtat̃. Neqꝫ em̄ parū erat/ꝙ auditores primo chriſtū nondū cognitū/nondū miracula facientē Johanne viro tam admirabili/tam claro ad quē omnes cōcurrebant:quem oēs angelū arbitrabant̃ meliorē crederēt. Principio igit̃ hāc opinionē in auditorū animis confirmare conatꝰ eſt:eo videlicet q̄ teſtimoniū ꝑhiberet eum de quo ꝑhiberet̃/⁊ eo q̄ prior venit/eū qui poſterior et claro et nobili/nondū notū eſſe potiorē. Et animaduerte teſtis ſapientiā: non modo cognitū:ſed priuſq̄ꝫ noſceret̃ predicat. Jlla enim particula. [Hic eſt] id eſt ſignificat quemadmodum. Mattheus dicit: Omnibus qui ad ſe venerāt/dicebat: Ego quidem baptizo in aqua in penitentiā:qui autē poſt me venturus eſt/fortior eſt/cuiꝰ nō ſum dignꝰ ſoluere corrigiā calceamenti. Sꝫ quanā cauſa anteq̄ꝫ eū oſtenderet ita locutꝰ eſt? Ut facilius preſentis teſtimonium auditorum animis reciperetur/cum iam exhibitis verbis illius noticiam habuiſſent: neue eos vile chriſti veſtimentum a credendo dehortaretur:ſed



facile multitudinē in fide cōtineret. Nam niſi prius aliqua de dn̄o cognitio habita eſſet/⁊ ſimul eum populus vidiſſet/⁊ tam admirabile:tam magnū teſtimonium accepiſſet/aſpectus eius vilitas teſtimonij q̄ꝫ primū magnitudini obſtitiſſet. Adeo em̄ chriſtus abiectus:adeo cōmunis om̄ibꝫ videbat̃:vt ⁊ ſamaritane mlīeres/meretriceſqꝫ/⁊ publicani:nullo honore:⁊ accedere ⁊ alloqui eū auderent. Ut igit̃ diximus/ſi ⁊ vba hec ſimul audiſſent/et xp̄m vidiſſent Johānis ſaltē deriſiſſent teſtimoniū. Sꝫ cū an̄ eius cognitionē plura de ipſo audierint/⁊ in his confirmati fuerint/cōtra euenit/ſiquidē eo viſo nō ſunt ꝑdicatiōis eius doctrinā aſpernati:ſed Johānis teſtimonio fidē adhibētes etiā clariorem ſunt arbitrati. Qđ aūt dicit: [Qui poſt me venturꝰ eſt] hoc eſt ꝑdicaturꝰ/nō futurus. hoc ⁊ Matthēꝰ ſignificat dicēs: Poſt me venit vir:cuiꝰ generatio nō ex maria: ſed ex aduentu ſm̄ ꝑdicationē. Nam ſi de generatione dixiſſet:nō ꝑſenti:ſed ꝑterito vſus eſſet tꝑe: natus nāqꝫ erat chriſtꝰ/cū ita locutꝰ ē iohānes. Quid aūt ſignificat: [Ante me factꝰ ē] Clarior videlicet/atqꝫ honorabilior. Nolite em̄ (inquit) ⁊ ſi prior venerim ad ꝑdicandū:nō me illo maiorē arbitrari lōge minor ſum: vt ne ſerui q̄dē loco cōnumerari ſim dignus:hoc ſignificauit/cū inquit: [Ante me factꝰ ē] Qđ alijs verbis Mattheus oſtēdit. Non ſum (inquit) dignꝰ ſoluere eiꝰ corrigiā calciamēti. Uerum ꝙ per hāc particulā. [Ante me factꝰ eſt] chriſti non intelligat̃ aduētus:ex ſequētibꝫ perſpicuū eſt: ſiq̄dē ſuꝑflue adderet̃: [Quia prior me erat] Quis enim adeo ſtolidus/adeo inſanus eſt: vt q̄ ante eū factus eſt:illum eodē tꝑe nō fuiſſe/non intelligat? Qđ ſi de eterna intelligeretur eſſentia:id nihil aliud ſignificaret/q̄ꝫ q̄ poſt me vēturꝰ eſt:ante me factꝰ eſt:quia prior me erat. Sed hoc abſurdū eſt: et cauſa fruſtra adijcit̃. Cōtrarium em̄/ſi hoc ſignificare voluiſſet/dicere oportuit/videlicet: Qui poſt me vēturꝰ eſt/prior me erat:quia an̄ me factus eſt. Huic em̄ particule: [prior me erat] nō immerito poſſet hec afferri cauſa:quia an̄ me factꝰ eſt. Huic aūt an̄ me factꝰ ē: quia prior me erat/nō eſt cauſa/hoc firma ratiōe nititur Siquidē iam oēs noſtis:nō q̄ manifeſta ſunt: ſed obſcura ſemper ratiōe indigere. Qđ ſi de eſſentia ſermo eſſet:nō erat obſcurū/quin priꝰ factū priꝰ eſſe oportuerit:ſed cū de honore diſputet̃ nō ab re apparentē ſoluit dubitationē. Etenim credibile erat multos dubitare:quanā gratia qui poſteriꝰ venit/ante factus ſit/hoc eſt honorabilior. Huius igit̃ queſtionis mox cauſam affert: Quia prior me erat. Neqꝫ ſuperbe locutꝰ eſt: Cū prior eſſem me reiecit/et an̄ me factus eſt:ſed prior me erat (inquit) q̄ꝫuis poſterior venerit. Et quonā pacto inquis ſi de eiꝰ claritudine et futura hoīs gloria diceret ꝙ nōdum fuerat: tāq̄ꝫ factū ꝓfitet̃:nō em̄ (inq̄t) fiet:ſed factꝰ eſt? Quoniā mos ꝓphetaꝝ eſt: vt ſepenumero q̄ futura ſunt tanq̄ꝫ facta enarrent: Nam et Eſaias de chriſti morte locutus:nō inquit: Tanq̄ꝫ ouis ad occiſionē ducetur/qđ futurū erat:ſed ductꝰ eſt. At qui nōdum carnem induerat: verūtamē qđ futurum erat: ꝓpheta tanq̄ꝫ factum enarrat. Et dauid crucem ſignificās/nō inquit: Fodient manus meas/⁊ pedes meos:ſꝫ foderunt/et diuiſerunt ſibi veſtimenta mea/⁊ ſuper veſtem meā miſerunt ſortem. Et de ꝓditore verba faciens:qui nōdum fuerat. Qui manducat (inquit) panes meos:leuauit cōtra me calcaneū. Et de paſſiōe locutꝰ: Dederūt in eſcam mihi fel/⁊ in ſiti mea potauerunt me aceto. Uultis ne alia adducamus exempla: an hec in ꝑſentia ſufficiunt? Ego ſatis arbitror. Nam ſi in ſuꝑficie nō multū ſpacij cōprehendimus: ꝓfundum tn̄ attigimꝰ/nō tn̄ minus hoc/q̄ꝫ illud laboris habet. Sed veriti ſumꝰ ne longiori ſermone veſtrā remitteremꝰ attentionē. Quā ob rem debitū orationi noſtre finē imponamꝰ. Debitꝰ aūt finis ē: laus digna deo/nō verbis tm̄:ſed operibꝫ. Luceat enim (inquit) lux veſtra coram hominibꝫ/vt videāt opera veſtra bona/⁊ glorificent patrem veſtrū qui eſt in celis. Et profecto nihil optima vita clariꝰ dilectiſſimi: vt ſapiens teſtat̃: Uie iuſtoꝝ tanq̄ꝫ lux fulgent:illuſtrāt vō nō eos modo/q̄ per opa lucē attingunt/⁊ rectā viam ingrediunt̃:ſed ⁊ ꝓpinquos. Effundamꝰ igit̃ oleum e lampadibꝫ: vt maior accēdat̃ ignis/⁊ lux appareat locupletior. Hoc aūt oleū nō modo in ꝑſentia multū valet:ſed cum ſacrificia florerent:maiorē in modū illoꝝ virtutē probauit. Oleū em̄ (inquit) volo/⁊ nō ſacrificiū. Et merito quidē: alterū enim inanimatū eſt:alterū animatū. Jn altero quicq̄d imponit̃ igni conſumptū in cinerē vertit̃ et fumus in aerem diſſoluit̃:alteꝝ alios affert fructus. Qđ Paulus ſignificauit:cū em̄ paupertatis Corinthioꝝ theſauros enarraret/his verbis vſus eſt: Quoniā miniſteriū huiꝰ officij nō ſolum ſupplet ea que deſunt ſanctis:ſed etiā abundat ꝑ multos in gratiarū actiōe in dn̄o. Et iteꝝ: Glorificātes deū in obediētia cōfeſſiōis veſtre:in euāgelio chriſti: ⁊ ſimplicitate cōmunicatiōis noſtre in illos ⁊ in oēs/⁊ in ipſoꝝ obſecratiōe pro nobis deſiderantiū vos. Uides mutuā gratitudinē dei laudē: cōtinuas ꝑces/et vehementiorē eoꝝ charitatē:qui beneficiū acceperunt. Sacrificemus igit̃ dilectiſſimi ſacrificemꝰ in ipſis ſacrarijs quottidie:hoc enim/⁊ oratiōe/⁊ ieiunio/⁊ multis hmōi officijs maiꝰ eſt ſacrificiū:modo ex iuſto labore fiat ⁊ lucro/⁊ omīs ſit expers auaricie/rapine/violētie. He oblatiōes deo grate ſunt: alias reſpuit/oditq̄ꝫ:neqꝫ vult alienis calamitatibꝫ honorari. Jmpiū em̄ ⁊ prophanū id ſacrificiū eſt: et irritat potius deū q̄ꝫ placet. Quo circa ſumma diligentia vti oportet:ne dum volumꝰ deū colere: iniuria afficiamus. Nam ſi Cain deteriores hoſtias offerendo:q̄ꝫuis nullā aliā iniuriā intulerit: vltimū tamē dedit ſuppliciū. Nonne lōge grauiora perpetiemur:ſi rapina et auaricia male parta deo offeremus? Propter hoc em̄ formā huiꝰ mandati deus manifeſtauit: vt videlicet miſereamur:non torqueamus cōſeruos. Qui aūt aliena rapit/⁊ alij dat/nō miſeret̃: ſꝫ ledit: ⁊ iniuriā vel maximā facit. Ut em̄ lapis nunq̄ꝫ oleū fundit:ita neqꝫ crudelitas humanitatē:ſiquidē cū hinc prouenit elemoſyna:non amplius eſt elemoſyna. Quare hortor ne id ſolū cogitemus/vt ꝑbeamꝰ indigentibꝫ:ſꝫ ne ex rapina. Nā ſi alter ꝑcat̃:alter iprecat̃: vtriꝰ vocē potiꝰ dn̄s audiet? An plus illud vtilitatꝭ:an h̄ detrimenti afferet? Qđ ſi diligēter vixerimꝰ: diuīe grē auxilio: miſericordiā/veniāqꝫ oim:q̄ ſemꝑ peccauimꝰ: cōſeq̄ potuerimꝰ/⁊ flumē igneū effugerimꝰ:a q̄ liberi vtinā oēs ad celoꝝ regnū ꝑueniamus/gratia/et benignitate dn̄i noſtri ieſu chriſti:cum quo patri gloria ſimul/⁊ ſancto viuificanti ſpiritui:nunc et ſemper et in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia. XIII. Ex capitulo primo.

## Et de plenitudine eius nos oẽs accepimꝰ: ⁊ grãꝫ ꝓ grã

Superiori die diximus ꝙ Johannes eoꝝ dubitationem ſolueret: ꝗ eſſent queſituri quo pacto chriſtus poſterior ad predicandũ veniens / prior eo fuerit ⁊ clarior addidit. [Quia p̄or me erat] Et hec vna cauſa eſt: qua nõ contentus ſubdit aliam / videlicet: [Et de plenitudine eius nos oẽs accepimꝰ: ⁊ gratiam pro gratia] Et iteꝝ aliam: [Quia lex (inq̄t) ꝑ moyſen data eſt / gratia ⁊ veritas per ieſum chriſtũ facta eſt.] Et quid tandẽ (inquis) ſignificat [Et de plenitudine eius nos om̃es accepimꝰ] Ad primum ſatis dictum eſt. Non habet (inquit) donum participabile: ſed ip̄e fons eſt ⁊ radix bonorum omniũ. Ip̄e vita / ipſe lux / ipſe veritas: nõ in ſeipſo bonorũ diuitias cõtinens: ſed in vniuerſos diffundens: quibus diffuſis plenus permanet: neqꝫ aliorũ ſatietate minuitur: ſed diuitias ſuas elargitur ſemꝑ vberiꝰ: cũqꝫ omnes his bonis impartiat: in eadem permanet perfectione. Qđ autem ego fero participabile eſt: ab alio enim id accepi / ⁊ exigua pars totius eſt / ⁊ quaſi gutta parua ad imenſum abyſſum / ⁊ infinitũ pelagus comparata: imo neqꝫ exemplum ſufficiẽs eſt: ad qđ volumus oſtendendum. Nam ſi guttam e pelago acceperis: ea tamẽ pelagus (⁊ ſi viſu ꝑcipi nequeat) diminuitur: de illo aũt fonte hoc dici non poteſt: ſed q̄ntũcunqꝫ quis hauriat / nihil deficit. Quare alio exemplo vtẽdum eſt: cum hoc infirmũ ſit: neqꝫ poſſit qđ querimus demonſtrare. Alterũ igiť afferemus: qđ magis ad ꝓpoſitam nos adducat ſentẽtiam. Conſtituamꝰ nobis igneum fontem / a quo innumere accendanť lucerne / ⁊ totidem / ⁊ item totidem. Nõne hmõi fons ita plenus eſt ignis: quẽadmodũ anteq̄ꝫ ex eo quicq̄ꝫ ſumeretur? Sane perſpicuũ eſt. Qđ ſi in corporibꝫ que in partes diuidi poſſunt: ⁊ per ademptionẽ partium minora fiunt aliq̄d huiuſcemodi inuenitur: vt poſt ſui communicationẽ nullam diminutionẽ accipiant / quantomagis ĩ incorporea / ⁊ immortali illa potentia hoc contigerit. Nam ſi vbi ſubiectũ ſubſtantia eſt / ⁊ corpus / ⁊ fit / et non fit diuiſio: multomagis cum de actiõe ſermo habetur / ⁊ actione incorporee ſubſtantie / credibile eſt idem euenire. Iccirco Johãnes inquit [Et de plenitudine eius nos omnes accepimus] Et teſtimonium ſuum baptiſte teſtimonio cõiungit. Hec enim particula [de plenitudine eius nos omnes accepimus] nõ precurſoris verbum eſt: ſed diſcipuli: cuiꝰ hec eſt ſententia. Nolite exiſtimare diutine conſuetudinis / ⁊ eiuſdem menſe participationis gratia: nos deo teſtimoniũ perhibere: nam ⁊ Johãnes qui chriſtum antea nunq̄ꝫ viderat: neqꝫ cũ eo conuerſatꝰ eſt: niſi cum ipſum baptiſauit: in multorũ cetu eum conſpicatus / inde om̃ia accipiens / clamauit [Prior me erat] Nos autẽ omnes duodecim / trecenti / quingenti / tria milia / quinqꝫ milia / innumera iudeorũ multitudo / omnis fidelium cetus: qui tũc fuerũt / nunc ſunt / et futuri ſunt / de plenitudine eius accepimus. Quid autem accepimus? [Gratiam ꝓ gratia] Quam? pro qua? Pro veteri nouam. Quẽadmodum enim duplex erat iuſticia (Scđm iuſticiam inquit que in lege eſt factus irreprehẽſibilis) ⁊ duplex fides / vt ex fide in fidem / ⁊ adoptio duplex: vt Quorum adoptio eſt / et duplex gloria: vt Si enim qđ euacuatur per gloriam eſt: multomagis qđ manet in gloria: et lex duplex: vt Lex ſpiritus vite liberauit me / ⁊ duplex ſeruitus: vt Quorum ſeruitus: et iterum: Spiritui dei ſeruientes / et teſtamentum duplex: vt Diſponam vobis teſtamentum nouum: non ſꝫm teſtamentum quod diſpoſui patribus veſtris: et duplex ſanctificatio / et duplex baptiſma: et duplex ſacrificium / et templum / et circunciſio duplex / ita et duplex gratia. Sed illa quidem quaſi figure ſunt: hec quaſi veritas: equiuocationem quãdam: non rei communionem ſeruantia: quoniam in figuris ſunt / et vmbra. Nam et homo pictꝰ: homo appellatur / et verus homo itidem. Similiter in ſtatuis / ⁊ aurea ⁊ lutea: hominis habet appellationẽ / verum tanq̄ꝫ hominis figura / ille vt verus homo. Noli igitur tanq̄ꝫ a nominũ communicatione idem re ipſa eſſe exiſtimare: ſed neqꝫ diuerſum. Nam ſi figura erat / nõ erat alterna a veritate: ſi vmbrã ſeruabat: ipſa minor erat veritate. Vultis quenam ſit horum omnium differentia explicemus? Vnum aut alterum dictorum accipiamus: hoc pacto et cetera fient vobis manifeſta: certoqꝫ deprehendemus puerilia fuiſſe precepta. Hec preclarorum philoſophie profeſſorum / et magnorũ virorum: et illa tanq̄ꝫ ab hominibꝫ: hec tanq̄ꝫ ab angelis inſtituta. Unde igitur exordiemur? Vultis ab ip̄a adoptione? Quenã inter hanc / et illam differentia eſt? illa verbo honorabatur: hec re ipſa: et de illa quidem inquit: Ego dixi dij eſtis: et filij altiſſimi omnes. De hac autem: Ex deo facti ſunt. Quanam ratiõe? Per lauacrum regenerationis / et renouatiõis ſpiritusſancti. Et illi quidem poſtq̄ꝫ filij appellati ſunt: adhuc ſpiritum ſeruitutis habebant: erãt enim ſerui / et ſi hac appellatione honorabantur: nos liberi tunc facti / non nomine: ſed re honorem accepimus. Qđ Paulus his verbis ſignificauit: Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum dei: in quo clamamꝰ abba pater. Generati nanqꝫ a deo / ⁊ vt vere dici poteſt / formati: itaqꝫ vocati ſumus filij. Sed ſi ſanctificatiõis modum / et hunc ⁊ illum conſiderabimus: multã in hac quoqꝫ parte deprehendemus differẽtiam. Illi enim cum idola nõ colebant: neqꝫ fornicabanť: neqꝫ adulterium committebant: hoc nomine appellabãtur: nos ṽo nõ in huiuſmodi continentia: ſed in maiorum poſſeſſione facti ſumus ſancti. Et primũ quidem ab ipſo ſpiritusſancti aduentu: hoc donum aſſecuti ſumus: deinde a vita longe potiore q̄ꝫ iudaica. Et ꝙ non arroganter hoc dictum ſit: audi quid ille loquiť: Nolite vaticinari / neqꝫ purgare filios vr̃os qm̄ populus ſanctus eſtis. Ita apud illos hec erat ſanctitas: vt idoloꝝ leges abijcerẽt: apud nos autẽ: vt ſancta ſint (inq̄t) ⁊ corꝑe ⁊ ſpiritu: pacẽ ꝓſeq̄mini et ſanctificationẽ: ſine qua nemo videbit dñm ⁊ ꝑficientes ſanctificationẽ in timore dei. Vides hãc eſſe ſanctificationem / quando intrinſecus radicem habet: et fontem. Non enim hoc nomẽ ſanctꝰ: in om̃ibus eandem habet ſignificationẽ. Nam ⁊ deus ſanctus diciť: ſed nõ quẽadmodum nos. Cum igiť vocem hanc a ſeraphin demiſſam ꝓpheta audiuit: qui inquit: Heu mihi miſero ꝙ cũ homo ſim et impura labia habeã: in medio populi immũda labia habentis habito. At qui et ſanctus et purus erat: ſed ſi ſu-



perne ſanctitati noſtrã cõferamꝰ: ĩmundi ꝑfecto ſumus. Sancti angeli ſũt / ⁊ ipſa cherubin ⁊ ſeraphin ſancta: ſed huiꝰ quoqꝫ ſanctitatis alia differentia: inter nos videlicet: ⁊ ſupnas ṽtutes. Opus eſſet alia genera explicare: ſꝫ lõgiori vteremur oratiõe. Quare vlterius progreſſi: reliqua vobis inquirenda relinquemꝰ / poteritis em̃ hec domi colligendo / ip̄am deprehendere differentiã: ⁊ inde in reliquis ꝓficere. Da inquit ſapienti occaſionẽ: ⁊ ſapiẽtior fiet: nobis reliqua ſunt neceſſario tranſigẽda. Cum ergo dixiſſet Johannes: [⁊ de plenitudine eius nos oẽs accepimus] addidit [Et gratiã pro gratia] Gratia nãqꝫ iudei ſalutem cõſequebanť. Non em̃ vt multiplicem vos inquit / ſed ꝓpter patres veſtros elegi vos. Nam qui nõ proprijs meritꝫ a deo dilecti ſunt: eos perſpicuũ eſt ⁊ ꝓpter gratiam eiuſmodi honorẽ cõſecutos. Nos autẽ oẽs ſalui quoqꝫ facti ſumꝰ gratia: ſed nõ eodem modo: neqꝫ ijſdem de rebꝫ: ſꝫ longe maioribꝫ / et excelſioribꝫ. Non em̃ hec nobis duntaxat gratia data eſt venia / ſcꝫ pctõꝝ: quã cum illis communicamꝰ. Omnes em̃ peccauerũt: ſed iuſticia / ſanctificatio / adoptio / ſpũſſancti gratia / longe clarior / longe vberior: ad hec ⁊ alia maior: hoc eſt a ſpiritu ⁊ reconciliatiõe fiducia: huius gratie cauſa: deo chari facti ſumus / nõ amplius vt ſerui: ſed vt filij ⁊ amici. Quocirca inquit: [Gratiã pro gratia] Veꝝ que legis fuerũt: fuerunt ⁊ gratie: etiã ipſa formatio hominis ex nihilo. Non em̃ noſtris p̄cedentibꝫ meritꝫ hanc accepimus remunerationẽ. Quõ em̃ cũ nihil eſſemus: ſed gratia dei: que ſemꝑ in beneficijs priores ſibi partes vendicat. Neqꝫ ſolum ꝙ facti ſumus ex nihilo: ſed ꝙ facti: ⁊ facienda / ⁊ vitanda didicerimus: ⁊ hoꝝ a natura legem accepérimꝰ: ⁊ conſciẽtie iudiciũ incorruptũ nobis ab opifice deo tributũ ſit. Hoc inq̄ꝫ maxime fuit gratie: poſtq̄ꝫ alia ſecuta ẽ: vt preuaricatã legẽ preſcriptã recuperaremus. Cõſentaneum nãqꝫ erat: vt qui datum ſemel a deo preceptum preuaricaſſent / penã luerent: verũ mitius nobiſcum actum eſt. Iterũ emendandi medicina adhibita: nõ debita quidem: ſed a miſericordia / et grã ꝓueniẽs. Nam ꝙ gratie ſit / ⁊ miſericordie: audi dauid loquentẽ: Qui facit miſericordiã deꝰ: et iudiciũ omnibꝫ iniuriã patientibus. Notas fecit vias ſuas moyſi filijs iſrael voluntates ſuas. Et iterum: Bonus ⁊ rectus dominꝰ: ꝓpter hoc legem ponet peccãtibus in via. Miſericordie igiť ⁊ miſerationũ: ⁊ gratie legẽ accipimꝰ. Iccirco cum gratiã ꝓ gratia dixiſſet: etiã pro beneficioꝝ dei in nos magnitudine vehementius certans addidit. [Lex ꝑ moyſen data ẽ: gratia ⁊ veritas ꝑ ieſum chriſtũ facta eſt] Et aniaduerte euãgeliſte ſapientiã / nõ ꝑſonarũ: ſed tenuiũ rerum facit diſquiſitionẽ: quibꝫ cõfeſſis longe chriſtũ Johãne maiorẽ neceſſe eſt: etiã pertinaces cõſentiãt. Si quidem cum res que nullam habẽt: neqꝫ ad alicuius gratiã / neqꝫ ad odium cauſam hoc teſtantur: certam etiam impudẽtibꝫ oſtendũt ſententiã. Nam quales eas auctores fecerunt: tales exiſtimantur. Quare eorum maxime verum eſt teſtimonium ſine vlla ſuſpitione. Videte q̄ꝫ placide / ⁊ paulatim / ⁊ baptiſta Johãnes et diſcipulus: ad ſupmam auditores cognitionem trahant: cum prius humilioribꝰ eos aſſuefecerint. Ille enim chriſti ad ſe comparatione facta: eum ſine comparatione omnes excedentẽ: ſic deinde eius excellentiã oſtendit [Qui fortior me erat. Et ante me factus eſt] Inde ſubdit: [Quia prior me erat] Hic aũt maius locutus eſt: minꝰ tamẽ q̄ꝫ vnigeniti dignitas poſtularet. Non enim ad Johãnem: ſed ad eũ qui lõge maiori erat apud iudeos admirationi / facit cõparationem: hoc eſt ad moyſen: [Quia lex inquit per moyſen data eſt: gratia ⁊ veritas ꝑ ieſum chriſtũ facta eſt] Aniaduerte p̄terea q̄ꝫ honeſtam facit cõparationẽ: etiã apud imbecilliores. Non em̃ ratione excellentiam confirmat: ſed nudis nominibꝫ differentiã oſtendit: gratiã ⁊ veritatem legi: ⁊ hac particulã. [Facta eſt] huic. [Data eſt:] opponens. Maxima aũt vtrorumqꝫ differentia: dari enim miniſtri eſt. Nam qui dat: is aliunde accipit: et dat cui dari precipitur. Fieri aũt ⁊ gratiam / ⁊ veritatem / regis eſt: cum poteſtate omnia dimittentis peccata / ⁊ benignitatis ſue dona cõfirmãtis. Quare (inquit) dimittunť tibi peccata tua. Et iterũ: Vt ſciatis quoniã poteſtatẽ habet filius hominis in terra dimittendi peccata: dicit paralitico: Surge tolle grabatum tuũ: ⁊ vade in domũ tuam. Vides quomodo gratia ꝑ eum facta ſit? vide ⁊ veritatẽ. Gratiã quidẽ ⁊ que modo diximus: ⁊ erga latronem benignitas: ⁊ baptiſmatis / ⁊ ſpũſſancti dona: et alia itẽ plurima nobis oſtendunt. Veritatẽ aũt manifeſtiꝰ intelligemus: ſi figuras didicerimus: futuras em̃ diſpenſatiões in nouo teſtamẽto cõſumari: figure p̄mũ vt figure annũciarunt: quas chriſtus ſuo conſumauit aduentu. Videamus ergo figuras ſi placet ĩ paucis. Non em̃ omnia tranſigere preſentis eſt temporis. A paucis reliq̄s intelligetis. Vultis ab ipſa paſſiõe incipiamꝰ. Quid dicit figura? Tollite agnũ per familias: ⁊ ſacrificate ⁊ facite: vt inſtituit. Chriſtus autẽ nihil hmõi precipit: ſed ipſe id factus eſt ſacrificium / ⁊ oblationẽ ſeipſum patri offerẽs. Vides quo pacto figura data eſt ꝑ moyſen: veritas facta eſt ꝑ ieſum chriſtũ. Item in mõte ſyna: vt Amalechite ĩ pugna ꝓfligarẽt: manꝰ moyſi ab aaron / ⁊ vt vtrinqꝫ ſublimes tenebanť: chriſtus ṽo adueniens ſuas extendit in cruce. Aniaduertis quõ nobis figura oſtẽdit: ⁊ veritas facta eſt? Preterea lex inquit: Maledictus q̄cunqꝫ nõ manſerit in om̃ibꝫ q̄ ſcripta ſunt in libro hoc. Gratia aũt. Venite oẽs q̄ laboratis / et onerati eſtis: ⁊ ego reficiã vos. Et factꝰ eſt ꝓ nobis maledictũ. Cum igiť tantã aſſecuti ſimus gratiã / et veritatẽ: nolimꝰ queſo ꝓ beneficiorũ magnitudine pigriores fieri. Quãto em̃ maiori honore accepti ſumus: tãto maiorẽ debemus virtutẽ. Nam qui pro paruis acceptis beneficijs parua retulerit: nulla dignus eſt reprehenſiõe. Qui ṽo in ip̄m honoris culmẽ aſſumptꝰ eſt: ſi vilia / minimaqꝫ repẽdit: lõge maiꝰ mereť ſuppliciũ. Sed abſit oĩs de vobis hec ſuſpicio. Cõfidimus in dño / qui animis veſtris pennas dabit / quibꝫ in celũ elati / in huius mundi ꝑegrinatione / terrena labe nõ inquinabimini. Verũ enimuero hoc vobis ꝑſuaſi: nõ quieſcimus tñ quin frequẽter eadem / ⁊ hortemur / ⁊ admoneamus. Nam ⁊ in ſeculi certaminibꝫ non oſcitantes ⁊ ſupinos: ſed ſtrẽnuos / ⁊ ſe vltro periculis obijcientes vniuerſi hortantur: et plaudunt ſpectatores. Illos enim ac ſi de eorum victoria penitus deſperẽt: neqꝫ poſſint vllis hortationibus ad virtutem accẽdi: taciti miſſos faciunt. Hoc autem loco non de vobis tantum qui ſobriam vitam agitis: ſed de recidentibus (modo voluerint) bene ſperare licet. Quam ob rem mo-

do hortando/modo exprobrando/ nunc ſuadendo/ nonnunq̃ laudando: omia ⁊ facimus/et annitimur: vt ſalutem veſtrā nō negligatis: ⁊ q̄tum in nobis ē nihil omino ꝑtermittimus. Nolite igit̃ noſtrā de viuendi ratione iniquo animo admonitionē accipere. Non enim ita loquimur/ vt vos inertie accuſem⁹: ſed de vobis optime ſperamus. Neq̃ ad vos duntaxat: ſed ad nos qui orationē habem⁹: hec et loquimur/ ⁊ loquemur. Si q̄dē et nos doctrina/admonitione/cōſilio indigem⁹. Nam ⁊ ſi ipſi ſermonē facimus: nihil nobis quoq̃ fieri prohibet. Sermo em̄ ſceleribꝫ obnoxios corripit. Qui aūt omi liberi ſunt crimine: eos etiā lōgius abducit. Neq̃ em̄ nos ſine peccato ſumus. Medicine igit̃ ars cōmunis eſt/et remedia omnibꝫ ꝓponit. Cura nō cōmunis eſt: ſꝫ ad vtētiū volūtatē. Qui vult medicina vti curat̃. Qui eam vulneri adhibere negligit: magis ledit̃/ et torquetur vehementi⁹. Nolimus ergo egre medicinā ferre: ſed toto animo accipiamus Licꝫ nō paruū dolorem noſtre afferant admonitiōes: ſuauiſſimus tm̄ fructus ſequit̃: cuius gratia ⁊ facimus omia/et dicimus: vt a plagis et vulneribꝫ que peccādo aīe inurimus: liberi ad eternā vitā euadamus: ⁊ chriſti ꝑſentia digni efficiamur: neq̃ acerbis/ et ſeuis poteſtatibus in die illa nos exhibeam⁹: ſed q̄ nos ad celorum poſſunt aſſumere hereditatem: deum diligētibus ꝑparatam: quā vtinā oēs cōſequamur: gratia ⁊ benignitate dn̄i noſtri ieſu chriſti/ cui gloria et imperium cum ſancto ⁊ viuificāte ſpiritu nūc et ſemper/ ⁊ in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia.xiiij. Ex capitulo primo.

## d Eum nemo vidit vnq̃. Vnigenitus filius qui eſt ī ſinu patris ipſe narrauit.

Sacre ſcripture verba nō vult deus/ vt ſimpliciter: ſed multa cum prudētia intelligant̃. Ideo beatus dauid ſepenumero in pſalmis ad doctrinā noſtram: Reuela (inquit) oculos meos: ⁊ intelligam mirabilia ex lege tua. Item et eius fili⁹. Oportet tanq̃ argentum exquirere ſapientiā: ⁊ tanq̃ theſaurum perſcrutari. Preterea dominus iudeos admonuit: Scrutamini ſcripturas: quod non vtiq̃ dixiſſet: ſi perfacile ⁊ prima tantum lectione poſſent intelligi. Qđ enim in medio/ ⁊ in promptu poſitū eſt: nemo ſane perſcrutatur. Sed qđ obſcurū/ ⁊ latens: id multa indiget inquiſitione: vt inueniat̃. Iccirco theſaurum abſconditū ſcripturas appellauit: vt ad eorum nos inquiſitionem excitaret. Hec aūt nobis dicta ſunt: ne ſimpliciter/ ⁊ temere: ſed ſumma cū attentione ſcripturā accipiam⁹. Nam ſiquis ipa duntaxat verba nuda: et vt dicunt̃ acciperet: multa abſurda de deo neceſſe eſſet ſuſpicari. Eteni hominē eum eſſe/ pecunia corrumpi/iracundum/furibundum: alia de eo nō his peiora intelliget. Verū ſi reconditā verbis ſententiā deprehēderit: oia purgabunt̃. Nā ꝓpoſita nobis lectio ſinum deum habere dicit: qđ ē propriū corporis. Sed nemo tam inſipiens eſt: qui incorporeum corpus arbitret̃. Vt igitur digne ſpiritalem ſenſum accipiam⁹/agite altius hūc locum inueſtigem⁹. [Deū nemo vidit vnq̃] Quānam hec particula cum ſuperioribꝫ habet conſequentiā? Vt oſtendat euangeliſta beneficiorū dei magnitudinē: et horū eorūq̃ que ꝑ moyſen data ſunt incōparabilem differentiā: probabilē cauſam: perſone adducit dignitatem/ que maiora effecerit. Ille em̄ cum ſeruus eſſet/merito inferiorꝫ factus eſt rerū miniſter. Hic aūt domin⁹ ⁊ rex: ⁊ regis fili⁹ lōge maiora nobis cōtulit: qui cum patre ſemꝑ eſt: et ſemꝑ eum intuetur. Propterea inquit [Deum nemo vidit vnq̃: ſed vnigenitus filius] Quid igitur dicem⁹ clariſſimo prophete Eſaie/cū inquit: Vidi dn̄m in throno altiſſimo ſedentem? Quid Iohāni de eo teſtimoniū ꝑhibenti/ ꝙ hec dixit quādo vidit gloriā eius: et de eo locutus eſt? Quid ezechieli? Eteni ipſe q̄ꝫ ſuꝑ cherubin eum ſedētem vidit. Quid preterea danieli dicenti: Antiquus dierū ſedit? Quid ipſi moyſi: Oſtēde mihi gloriā tuā? Jacob aūt etiam ab hoc appellationem accepit/ cum iſrael vocatus eſt: qđ deum videns interpretat̃. Necnon ⁊ alij ipm viderūt. Quid Iohānes: Deum nemo vidit vnq̃? Vt oſtēdat illa oia ꝑmiſſionis fuiſſe: nō ipius pure ſubſtātie. Nam ſi ipſam vidiſſent/nulla ex parte differentem vidiſſent. Quippe que ſimplex/et pura eſt; nō cōpoſita/ nec deſcriptibilis. Non iacet/ non ſtat/non ambulat. Hec omnia corporis ſunt officia. Quō autem ſit ipſe nouit ſolus: qđ per ꝓpherā ſignificauit: Ego viſionem multiplicaui: ⁊ in manibꝫ ꝓphetarū aſſimilatus ſum. Hoc eſt permiſi: nō tm̄ id qđ eram me oſtēdi. Cum em̄ eius filius vera carne accepta ventur⁹ eſſet in mundū: multo ante ſanctos viros ad diuine ſubſtantie viſionem exercuit: ita vt videre poterāt. Nā id qđ eſt de⁹ nō mō ꝓphete nō viderūt: ſꝫ neq̃ angeli neq̃ archangeli. Sꝫ ſi eos ꝑcōtaberis nihil ab his de dei ſubſtātia audies: ſed tantū referētes: Gloria in altiſſimis deo/ et in terra pax hominibꝫ bone voluntatis. Si cherubin/ ⁊ ſeraphin: ſanctificationis laudem audies: plenū eſſe celum et terram gl'ia eius. Si ſupernas virtutes/ tibi item reſpondebūt: ſibi vnū opus eſſe/ vt deū laudēt. Laudate eū (inq̄t) omnes virtutes eius. Solus aūt ipm videt fili⁹ et ſpiritusſanctus. Qđ ſi omnis natura creata eſt: quanam ratione increatū videre poterit? Et ſi incorpoream virtutē/ q̄uis genitā nō poſſumus manifeſte cōſpicari: et hoc ſepenumero in angelis oſtenſum ē: multo minus incorporeā/et ingenitam ſubſtantiā. Quare paulus: Quem (inquit) vidit nemo hoim/ neq̃ videre poteſt. Solo ne igit̃ patri hoc precipuū ineſt: nō autē filio. Audi hec etiam in parte quid ſuperi⁹ dicat: Qui eſt imago dei inuiſibilis. Qui aūt inuiſibilis imago eſt: ipm quoq̃ inuiſibilē eſſe neceſſe eſt: aliter nō eſſet vera imago. Propterea inquit: Qui manifeſtus eſt in carne. Manifeſtatio autē per carnem nō eſt ſm ſubſtantiā. Nam qđ ipſe inuiſibilis ſit/nō ſolum hominibꝫ: ſed ⁊ ſuꝑnis virtutib⁹/ cūm dixerit Paulus: manifeſtū eſſe in carne: ſubdidit viſum ab angelis. Ergo ex quo carnē induit ante: nō ita videbat̃ cū ipis quoq̃ inuiſibilis eſſet ſubſtantia. Quā ob rem igitur inquit: Nolite deſpicere vnū ex his minimis. Dico em̄ vobis ꝙ angeli eorū ſemper vident faciē patris mei/ q̄ eſt in celis? Quid ergo faciē deus habet: ⁊ celo circūſcribit̃? Sꝫ nemo ea agitet̃ inſania: vt hec dixerit. Quenā ergo ea ſententia? Que ⁊ in loco illo: Beati mundo corde/ q̄m ipſi deū videbūt. Cogitationē nāq̃ atq̃ imaginationē: quā ꝓ viribꝫ nr̄is de deo capim⁹: eā viſionē appellat. Neq̃ aliter de angelis intelligendū ē: ꝓpter



puram ipſorꝫ/et nullo ſomno obnoxiā naturā: cū nihil aliud q̄ꝫ deū ſemper mente agitent. Propterea chriſtus: Nemo (inquit) cognoſcit patrē/ niſi filius. Quid inq̄? Num omnes in ignorantia viuimus? Abſit. Sed nemo ita cognouit patrē/ vt filius. Vt igit̃ multi: quiſq̃ pro captu ſuo ipm viderūt: ſubſtātiam aūt nemo vidit: ſic multi deū cognoſcim⁹/ non tm̄ ipam ſubſtantiā qualis ē: niſi ſolus ei⁹ vnigenit⁹ qui certam notionē/ viſumq̃/ ⁊ comprehēſionē habet: qualē filiū de patre hr̄e par ē. Sicut em̄ cognoſcit me pater (inquit) et ego cognoſco patrē. Quare aniaduerte quāta cū auctoritate loquat̃ euāgeliſta. Siquidem cum dixiſſet: Deum nemo vidit vnq̃: non proſecutus eſt: filius qui vidit narrauit. Nam in ſinu patris eſſe: maius quiddā eſt: q̄ꝫ videre. Qui em̄ tm̄ videt: nō certā habet rei viſe cognitionē: qui vero in ſinu immorat̃: omīa ei perſpicua ſunt/ ⁊ certa. Ne autē audiendo: Nemo cognoſcit patrem niſi filius/ diceres ꝙ licet maiorē ceteris de patre habeat cognitionē: nō tamen qualis eſt nouit: ideo ī ſinu patris eum eſſe/ inquit/ euangeliſta. Chriſtus autē tantum ſe patrē cognoſcere inquit q̄tum pater ipm Percontare queſo: qui cōtradicit: nunquid cognoſcat filium pater/ reſpondebit: etiam/ niſi omnino inſaniat. Deinde illud iterꝫ interrogabimus: Quid aūt? certa ne quadā viſione ⁊ ſciētia ipm videt: et id quod eſt manifeſte cognoſcit? Certe aſſentiet. Hinc collige certam filij de patre cōprehenſionē. Ipſe eni inq̄t: Sicut cognoſcit me pater/ ⁊ ego cognoſco patrem. Et alibi: Nemo deū vidit/ niſi qui ex deo eſt. Hac vt dixi gratia euāgeliſta ſinus meminit/ quo vno verbo: multā ſubſtantie cognationē/ ꝓpinquitatem: parem patri cognitionē/ poteſtatē oſtendit. Non enim diuerſam ſubſtantiā in ſinu haberet pater: ſed neq̃ ipſe auderet: ſi ſeruus/ ſi ex multitudine vnus eſſet in ſinu dn̄i verſari. Hoc nāq̃ dilectiſſimi filij tātū eſt: qui multū genitori ſuo fidit: neq̃ ipo vlla ex parte ſit inferior: equa hoc cognitio ſignificat. Vis ⁊ ſempiternū intelligere. Audi Moyſen q̄d de patre loquat̃. Nam cū peteret ſi interrogaretur a iudeis: quis ipm miſerit: quid iuberet reſpōdere. Dic (inquit) qui eſt: miſit me. Hoc eni verbū: qui eſt ſempiternū/ ⁊ ſine principio: et vere et ꝓprie eſſe ſignificat. Hoc idē ex ea particula [In principio erat] oſtēdit Johannes. Item in hoc loco cū in ſinu patris eſſe dicit/ ⁊ ne ꝓpter nominis cōmunicationē: vnum eorū: qui ꝑ gratiā facti ſunt filij ſignificare arbitreris: primū articulum addidit: qui ꝑ gratiam filios ſe ponit. Inde ſi hoc tibi nō ſatis eſt: ⁊ adhuc humi deuolueris: alio magis ꝓprio nomine vſus eſt/ cū inquit [vnigenitus] Sin adhuc humū deſpicis: non recuſabo inquit/ euangeliſta de deo ſermonem faciens: humanis et corporeis verbis vti: hoc eſt in ſinu tantū/ ne vile quicq̃ ⁊ abiectū de chriſto ſuſpiceris. Conſidera benignitatē dn̄i/ ⁊ noſtri curā. Indignis ſe verbis nuncupari patit̃: vt hoc ſaltem pacto oculos erigamus: ⁊ aliquid de ſe magnū concipiamus: ⁊ tu ad inferiora ſemꝑ deflecteris. Dic queſo/ qua gratia hoc in loco ſinū poſitū exiſtimas? Craſſum hoc nomen ⁊ carnale. Nunquid vt deū corp⁹ habere ſuſpicemur? Abſit. Cur igitur? Nam ſi neq̃ filij dilectio: neq̃ corpus deū eſſe/ hinc comprobat̃: ſuꝑfluū hoc in loco/ et ocioſum id verbum eſt. Non enim te petere recuſabo: vt aliqd in hoc cōiectemur. Sed profecto conſtat: nihil aliud q̄ꝫ ſummā vnigeniti dilectionē ⁊ patri coeternitatē/ ſignificari. Vbiq̃ hoc ꝑſpicuū eſt. Ille narrauit/ inquit. Quid narrauit? Quod deum nemo vidit vnq̃/ an ꝙ vnus eſt deus? Verum hoc et reliqui ꝓphete: ⁊ Moyſes iampridem exclamat: Dominus deus tu⁹/ dn̄s vnus eſt. Et Eſaias: Ante me nō eſt factus alius deus: ⁊ poſt me nō eſt. Quid igit̃ amplius a filio didicim⁹? ꝙ in ſinu ſit patris. Quid ab vnigenito? Primū q̄dem hec eadē vnigeniti operationes ſunt: deinde lōge ab eo expreſſiorem et magis ꝑſpicuam doctrinā accepimus: videlicet ꝙ ſpiritus deus eſt: ⁊ qui adorāt eū in ſpū ⁊ v̄itate oportet adorare. Quod deū videre eſt impoſſibile: ꝙ eum nemo nouit niſi fili⁹: ꝙ pater eſt dilectiſſimi vnigeniti: ⁊ alia multa que de eo narrata ſunt. Id aūt verbum [narrauit] expreſſiorem certioremq̃ doctrinā demonſtrat/ nō apud iudeos tantū: ſed in vniuerſum mundū ꝓpagauit: eūq̃ meliorē reddidit: ꝓphetis enim/ neq̃ iudei omēs fidem adhibebant: vnigenito autē dei filio vniuerſus orbis/ ⁊ paruit/ ⁊ credidit. Narratio autē hoc ī loco doctrine euidentiam ſignificat. Quare ⁊ verbū et magni conſilij angelus appellat̃: cum igit̃ perfectiore dignati ſimus doctrina: neq̃ ampli⁹ per prophetas: ſed per filiū ad nos in vltimis his diebus deus locutus ſit: longe potiorē/ ⁊ dignā accepto honore vitā exhibeam⁹. Etenim abſurdū eſt cū tant⁹ deſcenderit domin⁹/ ⁊ nō amplius ꝑ ſeruos: ſed per ſeipm nos alloqui voluerit: nos nihil a priſcis illis differamus. Illi Moyſen: nos moyſi dn̄m/ magiſtrū habemus. Quā ob rem hoc honore dignā pre nobis feram⁹ philoſophiā: ⁊ nihil cum terrenis cōmunicemus. Propterea nobis celitus viuendi normā detulit: vt magiſtri imitatores ꝓ viribꝫ efficeremur. Qua aūt ratiōe poſſum⁹ chriſti imitatores fieri? Si omia in cōmunē nō noſtrā fecerimus vtilitatem: etenim chriſtus nō ſibiipſi morē geſſit: ſed vt ſcriptū eſt: Improperia (inquit) improperantiū ceciderūt ſuꝑ me. Nemo priuatā querat vtilitatem: ſꝫ ⁊ proximi/ ita ſuam querat: ſiquidem illorum res noſtre ſunt. Corpus nanq̃ vnū ſumus/ ⁊ inuicem partes ⁊ mēbra. Nolim⁹ igitur ita alter erga alterꝫ affici: ac ſi penit⁹ ſimus alieni. Nemo illum/ neq̃ amicum/ neq̃ cognatū/ neq̃ vicinum/ neq̃ quicq̃ cum eo ſibi eſſe dicat. Quomodo accedā? quid dicam? Licet em̄ horum nihil ſit: homo tamē eſt eiuſdē nature particeps/ ſub eodem dn̄o cōſeru⁹/ ⁊ cōtubernalis: eiuſdem mūdi incola. Quod ſi fidem tātum tecū cōmunicat: iam tuū fact⁹ eſt membrū. Que em̄ amicitia: que familiaritas: tātam cōtrahere vnionem poſſet: quātam fidei cognatio? Nō em̄ quātam amic⁹ amico debet propinquitatē: tātam nos habere inuicem oportet: ſed quāta eſt membri ad membrū: hac amicicia et cura: aliam maiorē nemo vnq̃ inuenire poſſet. Quēadmodum ergo is ſane ridiculus foret: qui vnde ſecū familiaritas ſit: vn̄ ꝓpinquitas percōtaretur: ita qui vnde ſibi cum fratre et proximo. Omnes em̄ in vnum corpus baptizati ſumus/ inquit. Quid ſignificat in vnum corpus? ne diuidamur: ſꝫ mutuam cōſuetudinem amiciciamq̃ tanq̃ vnū corpus ſeruemus. Nolimus inuicem alter alterum cōtemnere: ne nosipſos cōtemnam⁹. Nemo vnq̃ carnem ſuā odio habuit: ſꝫ nutrit/ et fouet. Propterea hūc mūdum tanq̃ domū vnam nobis deus largi

tus eſt: ⁊ omnia equa portione diſtribuit. Unū ſolē
omnibus lucere fecit. Uno nos tecto / celo videlicet
operuit. Unam cūctis menſam: hoc eſt terrā cōmu-
nicauit. Impartitus eſt aliam longe maiorē: vnam
tamē condiſcipuli intelligūt. Unū generatiōis mo-
dum om̄ibus largitus eſt ſpiritalē. Una nobis / et
cōmunis in celo patria: idem poculū omnibꝫ propi-
natur. Nihil amplꝰ diuiti ⁊ ſpectato viro / q̄ȝ pau-
peri: et abiecto deus exhibet: ſed vniuerſos pariter
vocat. Carnalia pari honore / ſpiritualia ſimiliter.
Unde ergo tāta huius vite inequalitas? Ex diuitū
auaritia / atqȝ inſolentia. Sed nolite fratres / nolite
queſo / ita affecti eſſe: nec cum ratio ipa / ⁊ neceſſitas
in vnū nos cogat: a terrenis et caducis huius vite
bonis diſtrahamur a diuitijs dico / paupertate / ſan-
guinis coniunctione / inimicicijs / amicicia. Hec em̄
omnia vmbra ſunt: ⁊ q̄ȝ vmbra abiectiora: habenti
bus celitus vinculum charitatis: hoc ſeruemus di
lectiſſimi toto conatu: ꝙ nullus paruus affectꝰ hāc
diuidere / perturbareue poterit vnitatem: quā vtinā
omnes conſequamur: gratia ⁊ benignitate dn̄i no-
ſtri ieſu chriſti: per quē / ⁊ cū quo patri gloria ſimul /
et ſpirituiſancto in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia. XV. Ex capitulo primo.

# T hoc ē teſtimoniū Johā- nis: qn̄ miſerunt iudei ab hieroſolymis ſacerdoteſ ⁊ leuitas vt īterrogarēt eū tu q̊s es?

Graue vitium inuidia eſt dilectiſſimi: graue inq̄ȝ
et exitioſum: nō his quibꝫ inuidet̄: ſed ipſis inuiden
tibus. Primū enim eos offendit / cōſumitqȝ: tanq̄ȝ
mortiferū quoddā virus eorum animos occupans.
Si quo autē pacto eū cui inuidetur ledit: paruū q̇-
dem / ⁊ nullius fere momēti detrimentū eſt quodqȝ
plus emolumēti q̄ȝ damni afferat. Neqȝ inuidia ſo-
lum: ſed etiam in ceteris vitijs / nō qui malo affici-
tur: ſed qui afficit is damnū accipit. Quod niſi ita ſe
haberet: nō iniuriā accipiendā potiuſq̄ȝ inferendam
precepiſſet Paulus diſcipulis: Quare non magis
inquit iniuriam accipitis? quare nō magis fraudē
patimini? Certo enim nouit: nō mala accipientē: ſed
inferentem om̄ino exitium ſecuturū. Hec om̄ia mi-
hi propter iudeorū inuidiam dicta ſunt. Qui enim
ex ciuitatibus ad Johannē confluxerant: qui pro-
pria damnarāt peccata: qui baptizati erāt: poſt ba-
ptiſma tanq̄ȝ quadam boni operis penitētia: mittūt
qui Johannē interrogent. Tu quis es? Certe geni
mina viperarū et ſerpentes: vel ſi quid his grauius
generatio mala / adultera / peruerſa / poſt baptiſma
baptiſtā interrogas / et percontaris. Quid hac ſtul
ticia ſtultius? quomodo cum cōueniſtis? quomodo
peccata veſtra confeſſi eſtis? quomō ad baptiſma cu
curriſtis? quomodo ipm̄ percontati eſtis: quid for-
te agendū? Hec om̄ia a vobis temere / ⁊ ſine ratione
facta ſunt: cum neqȝ principium: neqȝ fundamentū
intelligatis. Uerū neqȝ vos accuſauit Johannes /
neqȝ quicq̄ȝ exprobrauit: ſed omni cum manſuetudi
ne reſpondit. Quā ob rem? eſt enim dignū cognitu:
vt omnibꝫ eorū manifeſta / pſpicuaqȝ fieret malicia.
Sepenumero Johannes chriſto teſtimonium per-
hibuit: et cum iudeos baptizaret: frequenter chriſti
meminerat. Ego inquit vos baptizo in aqua: q̇ aūt
poſt me venit / fortior me eſt: ipſe vos baptizabit in
ſpirituſancto / ⁊ igni. Quibus verbis humana qua
dam perturbatione affecti ſunt. Mūdi nāqȝ gloriā
affectantes: ⁊ ſm̄ faciem iudicantes Johannē chri-
ſto inferiorem: indignū arbitrabant̄. Multa nāqȝ
Johannis generoſitatē oſtendebāt. Primum gene
ris claritas: principis enim ſacerdotis erat filius.
Deinde vita / et aſperitate: ⁊ omniū hominū cōtem-
ptu inſignis. Si quidē veſte / menſa / domo / ⁊ ipſo
victu contempto heremū ab ineunte etate incoluit.
Contra: chriſtus obſcuro genere natus: qḋ ſepenu-
mero his verbis exprobrarūt. Nonne hic eſt fabri
filius? Nonne mater eius dicit̄ Maria: ⁊ frater eiꝰ
Jacobus / et Joſeph ⁊ patria vnde originem duce-
re putabatur ignominia quadā notabatur / vt inq̇t
Nathanael. A nazareth poteſt aliq̇d boni eſſe? Pre
terea cōſeruatio om̄ibus cōmunis: ⁊ veſtimenta ni-
hil a vulgo differentia. Nō em̄ zona pellicea cinge-
batur: neqȝ piloſam veſtem induebat: neqȝ melle / et
locuſtis veſcebatur: ſed cum om̄ibꝰ eandē habebat
cōſuetudinem. Infamiū hominū / et publicanoꝝ cō
uiuijs aderat: vt eos ad meliorē frugem alliceret: q̇
cum nō cōueniret: iudei ei exprobrabāt: vt ipſe chri-
ſtus inquit: Uenit filius hoīs māducans / et bi-
bens: et dicunt: Ecce homo vorax et potator vini /
publicanorū ⁊ peccatoꝝ amicus. Cum ergo frequē
ter Johānes ab ſe iudeos ad chriſtū: longe eorū opi
nione inferiorē dimitteret: egre ipſi ferebāt: et rubo-
re perfundebātur. Quippe qui Johannē potiꝰ ma-
giſtrum habere q̄ȝ chriſtū voluiſſent: palam tamē id
dicere verebant̄. Mittunt autē ad eum: vt per adu
lationē ipſum alliciant ad cōfitendum ſe chriſtū eſſe.
Quā ob rem nō abiectos / et infime ſortis homines
mittūt: quēadmodum ad chriſtū cum vellēt eum ca
pere in ſermone. Tunc em̄ ſeruos: et iterū Herodia
nos deſtinarūt. Nūc autē ſacerdotes / ⁊ leuitas: nec
quoſlibet ſacerdotes: ſed ab hieroſolymis: hoc ē ma
ioris auctoritatis ⁊ nominis. Nō em̄ temere hoc ſi
gnificauit euāgeliſta: ⁊ mittūt vt interrogarēt eum:
Tu quis es? Et profecto natales eiꝰ adeo celebres
erant: vt vulgo diceret̄: Quiſputas puer iſte erit: ⁊
ſuper om̄ia mōtana iudee diuulgarētur om̄ia verba
hec. Et cum iterū iordanē petiſſet: om̄es ad eum ci-
uitates aduolarēt: ex hieroſolymis / et ex om̄i iudea
ad Johannē vt baptizarentur / cōcurrerunt. Quid
igitur interrogāt? Nō qḋ ignorarēt. Satis em̄ ſu-
perqȝ cognoſcebat̄. Neqȝ vllo pacto poterat ignora-
ri: ſed ea quā paulo an̄ diximus ratiōe: quo eum ad-
ducerēt / vt ſe chriſtū eſſe cōfiteretur. Audi ergo quō
beatus Johānes nō verbis: ſed animo quo illi pcō-
tabant̄ / reſpōdet. Nam cū dixiſſent tu quis es? Nō
reſpōdit cōtinuo qḋ recte erat reſpondēdū: Ego vox
clamātis in deſerto: ſed eorū primū ſuſpitionē amo-
uit. Interrogatus em̄ inquit: Tu quis es? Confeſ-
ſus eſt ⁊ nō negauit: cōfeſſus eſt / quia non ſum ego
chriſtus. Et animaduerte euāgeliſte ſapiētiam. Ter-
tium idem dicit: vt ⁊ baptiſte virtutē / et iudeorum
maliciā / atqȝ ſtulticiā demōſtret. Lucas ⁊ ſo inquit:
ꝙ cū turbe ſuſpicarent̄ eū eſſe chriſtum: iteꝝ tollit ſu
ſpitionē. Hoc frugi ſerui officiū eſt: nō ſolum dn̄i ſui
gloriā nō aucupari: ſ; ⁊ a multitudīe tributā ꝓpulſa
re. Uerū turbe ſimplicitate / ⁊ ignorātia in hanc ve
nere ſuſpitionem: hi aūt mala mente: malo animo:
cū pcontati ſunt: id arbitrati qḋ diximꝰ. Qḋ niſi hoc





animo fuiſſent nō cōtinuo ad aliā veniſſent interro-
gationem: ſed indignati tanq̄ȝ ad ꝓpoſitum nō reſpō
diſſet: neqȝ id dubitare / neqȝ id pcontatū venire du-
xiſſent. Uerū tanq̄ȝ in crimine deprehēſi / ⁊ rei ad ali
ud venerūt [Quid ergo? Helias es tu? Et dixit: nō
nō ſum] Arbitrabant̄ em̄ eū vētuꝝ / ſicut xp̄s inq̇t.
Rogantibus nāqȝ diſcipulis: quomodo ergo ſcribe
dicūt? ꝙ Heliā oportet primū venire: ipe reſpondit:
Helias quidē venturus eſt / ⁊ reſtituet om̄ia. Dein-
de interrogāt: [Propheta es tu. Et reſpōdit: Nō]
Et tamē propheta erat. Quare ſe prophetā negat?
quia iterū percōtantiū animum inſpexit. Exiſtima-
bant em̄ propheram quendā eximiū venturū / eo ꝙ
inquit Moyſes: Prophetam vobis ſuſcitabit do-
minus deus de medio fratrum veſtroꝝ: tanq̄ȝ me-
ipm̄ audite. Hic aūt erat chriſtus. Nō igitur roga-
runt: an eſſet vnus ex aliorū numero prophetarū:
ſed articulū addiderūt: ac ſi dicerēt: Propheta ne il
le es: qui a Moyſe predictꝰ eſt: Propterea negauit
[Dixerūt ergo ei: Quis es? vt reſpōſum demꝰ his
qui miſerūt nos. Quid dicis de teipſo?] Uides ne
hos vehemētius vrgentes: alliciendo iterum rogā-
tes / nō dimittēdo: hunc autē ſumma cū māſuetudi-
ne falſas eorū ſuſpitiones omni conatu tollentē. Et
veritatis amicꝰ: [Ego (inquit) vox clamātis in de-
ſerto dirigite viā domini / ſicut dixit Eſaias ꝓphe-
ta:] Cum em̄ magnū quiddā / ⁊ eximiū ſm̄ eorū opi
nionem de chriſto locutus ſit: ad preſtandā verbis
ſuis auctoritatē / prophete ſtatim teſtimoniū addu-
cit. [Et qui miſſi fuerāt: erāt ex phariſeis / ⁊ interro
gauerūt eum / et dixerunt ei: Quid ergo baptizas:
ſi tu nō es chriſtꝰ: neqȝ Helias: neqȝ ꝓpheta?] Ui-
des q̄ȝ nō temere loquant̄. Quoniā adhuc eū addu
cere volebāt. Nō tamē hinc orſi ſunt: ne quo animo
dicerēt / deprehēderent̄. Et cum ſe chriſtū eſſe negaſ
ſet / iterū malicia ſua diſſimulata: ad Heliā veniūt:
⁊ prophetā. Qḋ cum ſe neutrū eſſe profiteret̄: dubij
iam cōſilij perſona / ⁊ ſimulatiōe omni abiecta: aper-
te fraudulentā mētē his verbis detegūt: [Quid er
go baptizas / ſi tu nō es chriſtꝰ?] Deinde vt animū
celarēt / addiderunt: neqȝ Helias: neqȝ ꝓpheta. Nā
cum adulationibꝫ eū allicere nō poſſent: calumnia ſe
eum coacturū arbitrati ſunt: vt qḋ nō eſſet: ſe eſſe cō
fiteret̄. O ſuperbiā / o amentiam ⁊ curā intempeſti-
uam. Miſiſtis vt ab eo cognoſceretis quis eſſet / et
vnde. Nūquid ei q̇d facturus ſit preſcribetis? Hoc
cogentiū eſt / vt ſe chriſtū confiteat̄. Ueruntamē ne-
qȝ nūc indignat̄ Johānes: neqȝ ſic eis: vt merebant̄:
reſpondet. Uos precipere / ⁊ legem mihi ponere au-
detis: ſed iterū incredibilē pre ſe fert manſuetudinē.
[Ego (inquit) baptizo in aqua: medius autē veſtrū
ſtetit quē vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venturꝰ
eſt: qui ante me factus eſt: cui nō ſum dignꝰ / vt ſol-
uam eius corrigiā calciamenti.] Quidnā his reſpō-
dere potuiſſent iudei? Ipſi ꝯtra ſe / nulla venia / nul-
la excuſatione dignā ſentētiā tulerūt. Quonā pacto
tante auctoritatis Johannē: ⁊ tam verū arbitrabā
tur / vt nō ſolū de alijs teſtimoniū: veꝝ ipſi de ſeipo
om̄ia crederēt? Neqȝ em̄ niſi ea eſſent ſentētia ipſum
interrogatū miſiſſent quid de ſe diceret: Noſtis em̄
ꝙ de dicentibꝫ: his dūtaxat marīe fidem adhibemꝰ:
quos veriſſimos arbitramur. Neqȝ hoc tm̄ eoꝝ os
obſtruit: ſed animū q̄ȝ quo ad eū locuti ſunt. Prom
ptiſſimo nāqȝ animo ad eum venerūt: licet poſtmo-
dum mutati ſint. Que ambo chriſtus his verbis ſi-
gnificauit: Ille erat lucerna ardens / ⁊ lucens / vos
aūt voluiſtis exultare ad horā in eiꝰ luce. Et reſpō-
ſum eius probauit / inquiēs: Qui nō querit gloriā
ſuam verax eſt: ⁊ iniuſticia nō eſt in eo. Johānes aūt
nō ſibi gloriā queſiuit: ſed ad aliū eos dimiſit. Et q̇
miſſi erant / ſumme erāt apud iudeos auctoritatis:
et primū locum obtinebāt. Itaqȝ nulla ex parte con
fugium / aut excuſationē habebant: ſi chriſto nō cre-
derent. Sed qua gratia Johanni de chriſto fidē nō
adhibuiſtis? Uos ex primoribus miſiſtis. Uos de
his interrogaſtis. Uos baptiſte reſpōſum audiſtis:
om̄ia conati: oīa ſcrutati ſunt: et ſuſpitiōes veſtras
omnes in mediū protulerūt: ⁊ tamē ingenue confeſ-
ſus eſt: nō eſſe neqȝ chriſtū / neqȝ Heliā: neqȝ prophe
tam: neqȝ hoc cōtentus quis eſſet oſtendit: ⁊ de ba-
ptiſmate ſuo verba fecit: ꝙ paruū eſt ⁊ vile: ⁊ preter
aquā nil amplius haberet: oſtendit preterea excellē
tiā baptiſmatis: a chriſto traditi. Adduxit Eſaie ꝓ-
phete teſtimoniū: qui diu ante deum ⁊ ſe: eius mini
ſtrum appellauit. Quid iam dubij relinquebat̄: q̇n
deum adorarent / ⁊ cōfiterent̄: cum om̄i adulatione
amota / verū eſſet teſtimoniū. Neqȝ em̄ aliud teſtan-
tis mores / ⁊ ſapiētia pollicebat̄. Ad hoc vel inde p-
ſpicuū erat: ꝙ nemo proximū ſibi prefert: neqȝ quē ſi-
bi honorē arrogare poteſt: in aliū facile cōfert. Ita-
qȝ Johannes niſi chriſtus deus fuiſſet: in tantū nō
deſcendiſſet teſtimoniū. Nam ſi id nomē tanq̄ȝ con-
ditiōe ſua maius abiecíſſet: nō ſane alij: ⁊ ſane inferi
ori / tribuiſſet. [Medius aūt veſtrū ſtetit quē vos
neſcitis.] Decēs nāqȝ erat / vt in populo tanq̄ȝ vnꝰ
ex multitudine verſaret̄: qui vbiqȝ humilitatem / et
māſuetudinē doceret. Neſcitis aūt quis ⁊ vnde ſit.
Illam aūt particulā q̇ poſt me venit: frequēter me-
minit: tantū non dicens: Nolite putare rem ipam
in meo eſſe baptiſmate. Non ſane pfectum eſt. [Ali-
us poſt me venit: alteꝝ allaturus:] hoc tamen illiꝰ
p̄paratio quedā eſt / et preceſſio. Res noſtre vmbre
ſunt: ⁊ imago: alium venire oportet: qui veritatem
afferat. Quā ob rem illud [poſt me venit] eius ma-
xime oſtēdit dignitatē. Nam ſi id erat perfectū: nul-
lus erat ſecūdo locꝰ. [Ante me factꝰ eſt] hoc ē hono
rabilior. Inde ne ex cōparatiōe ſimilitudinē intelli-
gerēt: cū nullā vellet intelligi: ita ſe an̄ fuiſſe dicit / vt
neqȝ inter vltimos miniſtrorū adnumerari ſe dignū
ꝓfiteat̄. Soluere em̄ calciamēta viliſſimi ſerui offi-
cium eſt. Ac ſi Johānes indignꝰ qui corrigiā ſolue-
ret (Johannes inq̄ȝ quo maior inter natos mulierū
nō ſurrexit) q̇ nos loco ponemus? Si is qui terraꝝ
orbi equiparat̄: imo q̇ maior eſt (nō em̄ inquit erat
his dignꝰ mūdus) ne inter vltimos quidem mini-
ſtros cōnumerari ſe dignū dicit: q̇d nos innumero-
rū ſcelerū pleni dicemꝰ: q̇ tāto Johāne ſumꝰ inferio
res: quāto terra minor ē celo? Hic neqȝ q̇ ſoluat cor-
rigiā calciamēti dignū ſe ꝓfitet̄: inimici aūt veritatis in
tātā ꝓrūpūt inſaniā: vt q̇ deū cognoſcāt digni ſe ar-
bitrent̄. Quid hac amētia ſceleſtiꝰ? q̇d hac ſupbia in-
ſanius? Bene inq̇t ſapiēs: Initiū ſupbie nō cogno-
ſcere dn̄m. Nō eſſet e celo eiectꝰ: neqȝ in diabolū ver
ſus cecidiſſet angelus: niſi hoc ſe ſcelere coinq̇naſſet.
Hoc eū p̄cipitem dedit: hoc in gehennā intruſit: hoc
maloꝝ oīm ei cauſa fuit: hoc tātaꝝ viriū eſt / vt oēm
animi virtutē / elemoſynā / orōnes / ieiunium / cetera
animi bona corrūpat. Supbia in hominibꝫ: imūda

inquit eſt apud deum. Nō ergo fornicatio dūtaxat
neqꝫ adulteriū hominē polluit: ſed ⁊ ſupbia / ac etiā
illis longe magis. Quā ob rem: qm̄ fornicatio etſi
indigna venia ſit: poteſt tamē quiſpiā voluptatē in
excuſationē adducere: ſupbia aūt ne minimā quidē:
propter quā vel vmbrā: ſaltē venie conſequat̄: ſꝫ ni
hil aliud eſt q̄ꝫ deprauatio animi: ⁊ morbus grauiſ-
ſimus: nō aliunde q̄ꝫ ex inſania ortū ducens. Nihil
em̄ ſuperbo homine inſanius: q̄ꝫuis ditiſſimus ſit:
q̄ꝫuis multa hac exteriori ſapientia preditus: q̄ꝫuis
potens: q̄ꝫuis om̄ia que homini exoptanda vident̄:
in illum cogerant̄. Quippe qui humanis bonis ſu-
perbit miſer eſt ⁊ infelix: ⁊ illoꝝ omnium mercedem
amittit. Qui eorum gratia: que nulla ex parte bona
ſunt ꝓter vmbrā / et florem feni (hec em̄ inanis glo
ria eſt) inflatur. Nonne oīm maxime ridiculus eſt:
cū idem faciat qꝺ quiuis pauper ⁊ mendicus / ⁊ ſem
per famelicus: qui ſi quando letū ſomniū viderit eo
letatur? Miſer ſane ⁊ infelix: qui cū animā tuā gra-
uiſſimo morbo cōſumas: ⁊ vltima in miſeria verſe-
ris: tumeſcis tamē ꝙ auri tibi talenta ſint plurima:
ꝙ ſeruoꝝ multitudo. Uerū hec nō tua ſunt. Si non
credis plurimorū habes exemplū. Qꝫ ſi ita inſanis
vt neqꝫ ex maioꝝ experiētia hoc intelligas: parum-
per expecta ⁊ in teipſo nullā tibi inde vtilitatē cogno
ſces: cū exanimis / nec hora / nec breui quidē momē-
to: eorum dominꝰ eris: inuitus aliȷ̇s relinques: et
his ſepenumero quibꝫ nolles. Multi em̄ / nec ſua
diſponere ꝑmiſſum eſt: migrauerūt repente e vita /
⁊ cum vellēt hiis frui / nō poterāt. Qꝺ ne nobis acci
dat / iam ad ſanitatē reuerſi / ea noſipſi ad ciuitatem
noſtrā tranſmittamꝰ: quibus ſolis fruemur / aliȷ̇s
minime. Jlla in aſylū et locū tutiſſimū recondemꝰ:
vnde nihil ea nobis poterit auferre / nō mors / nō te
ſtamenta / nō hereditatū ſucceſſiones / nō calumnie /
nō inſidie. Sꝫ qui hinc emigrās ſua premiſerit: his
perpetuo fruet̄ / et quiſnā tanta laborat inſania / vt
rebus ſuis omni tempore ſe perfruiturū negligat?
transferamus igit̄ illuc noſtras diuitias / nō nobis
aſinis opus eſt / nō camelis / nullis iumentis / nul-
lis curribꝫ / nullo alio vehendi inſtrumento / q̄ nos
moleſtia deus liberos reddidit: tm̄ pauperibꝫ indi-
gemus: claudis / cecis / infirmis. Hi res ⁊ pecuni-
as in celum perferre: et carū dominos ad eternorū
bonorū hereditatē perducere poterūt: quā vtinam
omnes conſequamur: gratia et benignitate domini
noſtri ieſu chriſti ꝑ quē / ⁊ cū quo patri gloria ſimul /
et ſpirituiſancto in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Homelia XVI. Ex capitulo primo.

Ec in Bethania facta ſunt
b trās iordanē: vbi erat Jo-
hānes baptizans. Altera
aūt die vidit Johānes Jeſum ve-
nientem ad ſe: et ait: Ecce agnus
dei: ecce qui tollit peccata mundi.

Magnū bonum fiducia eſt: ⁊ loquendi libertas:
omniaqꝫ chriſti confeſſioni poſtponere: tam magnū
inqꝫ et admirabile: vt filius dei vnigenitus: idē de
patre predicet: q̄ꝫuis non equa ſit viciſſitudo: tu em̄
confiteris in terra: ipſe in celo: tu preſentibꝫ homini
bus: ille patre / et angelis omnibus. Talis Johan-
nes / nō multitudine / non gloria / nulla re humana
motus: omnia peſſundat: liberrime (vt debet) chri-
ſti myſteria omnibus annunciat: propterea etiā lo-
cum ſignificat euāgeliſta: vt magnanimi preconis
fiduciam oſtenderet. Non em̄ domi / neqꝫ in angulo
aliquo ſe abdidit: ſed apud iordanē / in media omni-
um / qui a ſe baptizatū venerāt / multitudine: id pa-
lam profitebatur. Uenerant enim iudei dum bapti
ſaret: tunc ſupremum illud archanum / et inenarra-
bilis doctrine plenum de Chriſto predicauit: ꝙqꝫ
non eſſet dignus ſoluere eius corrigiā calciamenti.
Propterea inquit: [Hec in Bethania facta ſunt.]
Quedā autē exemplaria veriora vident̄ in quibus
bethauara ſcriptū eſt. Bethania enim non trās ior-
danem: neqꝫ in deſerto erat: ſed nō longe ab hieroſo
lymis. Locorū autē alia etiā ratiōe meminit. Nam
cum nō antiqua: ſed que pauloante contigerāt eſſet
narraturus: qui aderant / et viderāt: eos teſtes ad-
ducit: ex quibus rem certam innuit. Confidens em̄
nihil ſe veritati addidiſſe: ſed vt res ſe habuerat: pu-
re ⁊ ſimpliciter enarraſſe: a loco teſtimoniū accepit:
nō paruum (vt dixi) futurū veritatꝭ indiciū. [Alte-
ra autē die vidit Johānes ieſum venientem ad ſe: et
ait: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi.]
Diſtribuerūt tempora euāgeliſte. Mattheus pri-
uſqꝫ Johānes baptiſta caperetur tempora ꝓſequēs:
ad ea que ſecuta ſunt / properat. Euāgeliſta aūt Jo-
hānes his maxime imorat̄. Et ille poſtq̄ꝫ venit Je-
ſus e deſerto: interim omiſſis omnibꝫ / que Johan-
nes: qui iudei miſſi inuicem verba cōtulerīt: ⁊ aliȷ̇s
pluribus: continuo tranſit ad carcerē. Cum audiret
inquit Jeſus / ꝙ traditus eſſet Johannes: ſeceſſit in
deſertum. Johānes autē hoc tacuit / vtpote a Mat
theo narratū. Narrat autē que poſt deſcenſum mō-
tis ſecuta ſunt: ⁊ multis pretermiſſis addit: Nōdū
enim miſſus erat Johānes in carcerem. Et qua nā
gratia hoc in loco inquit ieſum ad ipm̄ veniſſe: nō ſe-
mel / ſed iterū. Mattheus neceſſariū eius aduentū
fuiſſe inquit baptiſmatis gratia. Addit em̄ Jeſus:
Sic em̄ decet nos iplere oēm iuſticiā. Johānes eū
iteꝝ veniſſe dicit poſt baptiſma: qꝺ māifeſtauit / in-
quiens: [Ego vidi ſpiritū deſcendentē quaſi colū-
bam / et manentē ſuꝑ eum.] Qua igitur gratia ve-
nit nūc ad Johānem / neqꝫ em̄ venientē tm̄: ſꝫ ad ſe
inquit. Cur inqꝫ? Ne quis ſuſpicaretur cum primū
vna cum cetera multitudine veniſſet: eadē qua aliȷ̇
cauſa veniſſe / vt ſcilicet peccata cōfiteret̄ / et in peni-
tentiā ablueret̄ in flumine. Jccirco venit prebēs Jo
hanni occaſionē: vt eiuſmodi ſuſpitionē tolleret: q̄ꝫ
illud verbum: [Ecce agnꝰ dei: ecce qui tollit pecca-
ta mundi.] penitus tollit. Qui em̄ tāta excellit pu-
ritate / vt aliorū peccata poſſit abluere / ſane conſtat
cum nō ad confitendū peccata veniſſe / ſed vt illi ad-
mirabili preconi: hanc daret occaſionē: ⁊ ſecūda hac
voce his qui priora audierāt: ⁊ certius dicta impri-
meret / et alia ſuperadderet. Jllud autē verbū / ecce:
ponitur eo ꝙ ſepe multi ex iam dictis ipm̄ inquire-
bant: ideo preſentem oſtendit: Ecce hic eſt de quo iā
ſermo habitus eſt. [Hic eſt agnus] Agnū autē ap-
pellat vt Eſaie ꝓphetiā in memoriā iudeis reducat:
vt ꝑ figurā magis eos ad veritatē alliciat. Jlle qui
dem agnus nulliꝰ peccatū accepit / hic aūt totiꝰ or-
bis terrarum. Periclitantē enim mundū q̄ꝫprimū
ab ira dei liberauit. Hic eſt de quo dixi: [Poſt me



venit vir: qui ante me factus eſt.] Uides ⁊ in hoc lo
co quomodo ſuperiora interpretat̄. Nam cum dixiſ
ſet: Agnus qui tollit peccata mūdi / ſubdidit: Quo-
niam ante me factus eſt: videlicet ꝙ accipit pctā mū
di: ⁊ baptizat in ſpirituſancto. Meus em̄ aduētus
nihil aliud habuit: q̄ꝫ predicare cōmune orbi terra-
rum preſtitū beneficiū: et in aqua baptizare: huius
aūt purgare humanū genꝰ / ⁊ largiri parcliti ope-
rationē. [Hic ante me factus eſt:] hoc eſt clarior ap
paruit: quia prior me erat. Pudeāt Pauli Samo-
ſatenſis ſectatores: tam manifeſtā oppugnare veri-
tatem. [Et ego neſciebā eū.] Aufert oēm teſtimonio
ſuſpitionē: cum nō humane familiaritatis gratia: ſꝫ
diuina reuelatione id ꝑhibere oſtendat. Neſciebam
eum / inquit: Quomodo ergo dignus eſt fide teſtis?
Quomodo alios docet / qui neſcit? Nō inq̄t neſcio:
ſꝫ neſciebam: vt hoc verbo maxie ſibi crederet̄. Quo
em̄ pacto tm̄ ignoto tribueret? [Sꝫ vt manifeſtetur
iſrael: propterea ego veni in aqua baptizās.] Non
igitur ipſe baptiſmatis indigebat. Neqꝫ alia ratiōe
illud lauacrū inſtitutū eſt: q̄ꝫ vt viam reliq̄s ad chri-
ſti fidem preberet. Non em̄ inquit vt baptiſmate ab
lutos mūdem: neqꝫ vt peccatis liberē: ad baptizan-
dū veni: ſed vt manifeſtet̄ iſrael. Quid em̄ / dic que-
ſo. Nonne licebat ſine baptiſmate predicare / ⁊ mul-
titudinē facile ad credendū adducere? Minime: ne-
qꝫ enim tāto ſtudio om̄es feſtinaſſent / ſi ſine baptiſ-
mate fuiſſet predicatū: neqꝫ niſi ex cōparatione eius
excellentiā didiciſſent. Si quidē multitudo: non vt
predicationē audiret: ſed vt cōfeſſi peccata baptiza-
rentur / cōcurrebat. Aduenientes chriſti doctrina im-
buebant̄ / ⁊ baptiſmatis intelligebāt differentiam:
q̄ꝫtum iudaice inſtitutioni preſtaret. Jccirco oēs cō-
fluebant: nec tamē ſic erat in precio. Quomodo igit̄
cognouiſti eum? Quia ſpiritus deſcēdit. Uerum ne
quis ſpiritꝰ: quēadmodū nos: eum indiguiſſe arbi-
traret̄: audi quo pacto hāc tollit ſuſpitionē: vt oſten
dat ſpiritum ad chriſtum annunciandum deſcendiſ-
ſe. Nam cum dixiſſet: [et ego neſciebā illum.] ad-
didit: [Sed qui miſit me baptizare: ille mihi dixit:
Super quē videris ſpiritū deſcendentē / ⁊ manentē
ſuper eum: hic eſt qui baptizat in ſpirituſancto.] Ui
des ad hoc veniſſe ſpiritū vt chriſtū oſtenderet. Non
erat Johānis ſuſpectū teſtimoniū: nihilominꝰ vt id
probabilius faceret ad deū / ⁊ ſpiritūſanctū relega-
uit. Cū em̄ rem tam magnā / ⁊ admirabilē dignāqꝫ
que oēs in admirationē conuerteret / teſtificaretur:
videlicet ꝙ vniuerſi orbis terraꝝ ſolus peccata au-
ferret: ⁊ tātam multitudinē abluendam diuini mu-
neris magnitudo ſufficeret: hmōi iam ſentētiā cōfir-
mat. Confirmatio aūt eſt ꝙ filiꝰ dei ſit: neqꝫ baptiſ-
mate indigeat: et ꝙ iccirco ſpiritus deſcēdit: vt eum
dūtaxāt manifeſtaret. Nō enim erat Johānis dare:
qꝺ ab eo baptizati ſignificabāt / cum dicerent: Sed
neqꝫ ſi ſpirituſſanctꝰ eſt / audiuimus. Non enim ba-
ptiſmate chriſtꝰ: neqꝫ illo: neqꝫ alia re: ſed baptiſma /
chriſti indiguit gratia. Hoc em̄ fons ⁊ caput omni-
um bonoꝝ relinquebat̄: vt ſcꝫ qui baptizarent̄ / di-
gni eſſent ſpūſancto. Hanc igit̄ ſpūs ſatietatē aduē-
tu ſuo impleuit / ⁊ teſtimoniū ꝑhibuit Johānes / di
cens: [Qꝺ vidi ſpiritū deſcendentē quaſi columbā
de celo / ⁊ manentē ſuꝑ eū / ⁊ ego neſciebā eū. Sed q̄
miſit me baptiſare in aqua ille mihi dixit: Suꝑ quē
videris ſpiritū deſcendentē / ⁊ manentē ſuꝑ eū: hic ē
qui baptiſat in ſpūſctō / ⁊ ego vidi / ⁊ teſtimoniū ꝑhi
bui / quia hic eſt filius dei.] Frequēter hac vtit̄ par
ticula [neſciebā eū.] Quanā gratia? Ei cognatione
iunctus erat ſm̄ carnē. Ecce em̄ inquit: [Eliſabeth
cognata tua / ⁊ ipa cōcepit filiū.] Ne igit̄ videretur
ad volūtatē loqui eiꝰ cognatiōis gr̄a / inquit: [Ne
ſciebā eū] ⁊ merito ſane. Qui in deſerto extra pater-
nam domū a pueris verſatus erat: q̄d mirū ſi xp̄m
neſciebat / anteq̄ꝫ ſpiritus deſcēderet? Qꝫ ſi ante ba-
ptiſma eū cognouit: ꝓhibebat eum / dicēs: [Ego a
te debeo baptizari.] Hoc em̄ ſignū erat certiſſime co
gnitionis: nō tn̄ multo an̄ tempore eius noticiā ha-
buit. Nec ab re: miracula em̄ que a pueris chriſtus
fecerat: vt de magis et alia hmōi / diu ante / Johan-
ne adhuc infante cōtigerāt. Jnterea multo interce-
dente tēpore: minime miꝝ ſi ignorabat̄. Nam ſi an-
tea notus fuiſſet / nō vtiqꝫ dixiſſet: [Ut manifeſtet̄
in iſrael / ꝓpterea veni baptizans.] Hinc conſtat ſi-
gna illa / et miracula que in chriſti puericia ferunt̄ /
vera nō eſſe. Nam ſi a pueris miracula facere cepiſ-
ſet: nō ſane eū Johānes ignoraſſet: nec reliqua mul-
titudo indiguiſſet magiſtro: qui ipm̄ manifeſtaret.
[Nūc aūt (inquit) ꝓpter hoc veni vt manifeſtet̄ in
iſrael.] Sed quanā ratiōe inquit: [Ego debeo a te
baptizari.] Deinde vtpote q̄ manifeſtiꝰ eum cogno
ſceret: turbis eum manifeſtauit dicēs: [hic eſt q̄ ba-
ptizat in ſpirituſancto: quē dixi poſt me venit vir: q̄
ante me factus eſt.] Quia ⁊ q̄ miſit me baptizare in
aqua: ꝓpterea miſit me vt manifeſtet̄ in iſrael. Jpſe
an̄ deſcenſum ſpiritꝰ Johanni reuelatꝰ ē. Jccirco ⁊
anteq̄ꝫ veniſſet / dixit: [Poſt me venit vir: q̄ an̄ me
factus eſt.] Neſciebat igit̄ anteq̄ꝫ chriſtꝰ ad Johan
nem veniret: ſed cū baptizandus eſſet / tūc eū cogno
uit / ⁊ maxie cum pater eum ꝓphete reuelaſſet: ⁊ ſpi-
ritus iudeis / quoꝝ gratia deſcenderat: qui baptiza
retur / oſtēdiſſet: Jtaqꝫ ne Johānis cōtemneret̄ teſti
moniū / cū inquit: [Quia prior me erat: ⁊ in ſpū ba-
ptizat / ⁊ iudicabit orbem terrarū.] Jdeo pater ipſe
voce ſua filiū ꝓfeſſus eſt / ⁊ ſpiritus ſupra chriſti ca-
put deſcendit. Cum em̄ alter baptizaret: alter bapti
ſaret̄: ne quis de Johāne id verbū dictum arbitra-
retur: venit ſpiritꝰ qui hmōi amouit dubitationē.
Jtaqꝫ cum inquit: [neſciebā eum.] ſuperiora tēpo-
ra reſpicit: nō que circa baptiſma fuerāt. Nam q̄ pa
cto ꝓhibuiſſet / dicēs: [Ego debeo a te baptizari.]
quō hec de eo loqueret̄? Sed q̄d nō credebāt iudei?
Nō em̄ ſolus Johānes vidit ſpiritū in colūbe ſimi-
litudinē. Quoniā hoc myſteriū nō corporeis tm̄ o-
culis indigebat: ſꝫ mētis potiꝰ: ne inanis ſpecies pu
taret̄. Nā ſi miracula facientē chriſtū: cū tactu ſolo
infirmos ſanaret: mortuos vite redderet: videntes
iudei nō crediderūt: ſꝫ inuidia perciti: ꝯtraria ſibi vi
dere videbant̄: q̄ pacto ſolo ſpūs aduētu abiiciſſent
incredulitatē? Quidā aūt dicūt: nō oēs / ſed Johan
nem tm̄: et quoſdā vita et moribꝫ ꝓbatiores ſpiritū
vidiſſe. Nā etſi corporeis oculis in colūbe ſpeciē ſpi
ritꝰ deſcendēs videri poterat: nō tn̄ neceſſario ſeque
bat̄: vt ab om̄ibꝫ ſpectaret̄. Eteni zacharias ſub cor
porea imagine multa cōſpicatꝰ eſt: necnō ⁊ Daniel
et Ezechiel / nullū tn̄ viſiōis ſociū habuerunt. Pro-
pterea moyſes multa vidit: qualia alioꝝ nemo. Et
trāſfigurationē in mōte: nō oēs viderunt diſcipuli.
Sꝫ neqꝫ in reſurrectiōe viſionis illiꝰ oēs fuere par-
ticipes. Qꝺ ſignificauit Lucas cū inquit: Qui de-

dixit cum manifeſtū fieri teſtibꝰ preordinatis. Et ego vidi et teſtimoniū perhibui: quia hic eſt filius dei. Agnū ipm̄ appellauit: atq; ꝙ ſpiritu baptizare deberet profeſſus eſt. Filiū aūt dei nequaq̄. At ꝗ poſt baptiſma nihil ipm̄ dixiſſe ſcribunt alij euangeliſte. Uerū omiſſis que interea facta ſunt: poſt captū Johannē: miracula proſequunt᷑. Ex quo nō immerito cōiectari poſſumus: ꝙ et hec ⁊ alia plura pretermiſerunt: qđ etiā hic euangeliſta in fine operis ſui demonſtrauit. Tantū aūt abeſt/ vt fingant aliq̄d magnum de eo: que vident᷑ exprobranda eſſe: oēs vno ore diligentiſſime poſuerint: neq; inuenires qui eoꝝ quicq̄ relinqueret. Miracula autem: alij alia omiſerūt/ alia nemo meminit. Hec nō temere dixi: ſed ad cōtundendā gētiliū impudentiā: ſufficiens ſane hoc ad diſcipuloꝝ mores oſtendendos exemplū: ꝙ nihil ad grāꝫ loquāt᷑/ poteritiſq; aduerſus fidei oppugnatores his muniri rationibꝫ. Uerū attendite queſo. Etenim abſurdū eſt ꝙ medicus/ coriarius/ textor/ et omnes generatim opifices quiſq; ꝓ artis ſue profeſſione pugnet: chriſtianus aūt nō poſſit vllā religiōis ſue afferre rationē. At qui ille artes neglecte: ad pecuniā damnū referūt: huiꝰ autē cōtemptus: anime detrimentū affert: ⁊ tamē tāta miſeria: tanta inſania laboramus: vt in illas omnem curam/ cogitationēq; adhibeamus: neceſſaria autē/ ⁊ ſalutis noſtre munimēta firmiſſima: pro nihilo ducimus. Hoc nō ſinit gentiles recognoſcere errorē ſuum: atq; deridere. Nam cū ipſi mendacio nixi/ omnia faciant vt dogmatū ſuoꝝ ignominiam defendant: nos autē veritatis cultores: ne hiſcere quidem ad noſtra tutanda poſſimꝰ: que cauſa eſt quin doctrine noſtre nimiā damnēt imbecillitatē: quin fraudem ⁊ ſtultitiam in nobis ſuſpicent᷑: quin chriſto tanq̄ mendaci et multitudinis ſtulticia fraude ſua abutenti maledicant: huiꝰ nos cauſa blaſphemie. Nos inq̄ ꝗ noluimus pijs religionis noſtre ſermonibꝫ inuigilare: ſed ſupuacuis/ ⁊ caducis rebꝰ curam oēm adhibemꝰ/ et qui ſaltationis/ ⁊ aurigandi/ ⁊ beſtias cōficiendi ſtudio delectant᷑: hmōi certaminibꝫ totis viribus incumbūt: ne inferiores euadāt: ⁊ ſtudia ſua maiorem in modū laudant/ ⁊ aduerſus eoꝝ accuſatores/ excuſationē meditant᷑: qui ṽo reprehendit: maledictis proſequunt᷑. In chriſtiana aūt religiōe defendēda/ nulla cura adhibita torpeſcimus/ oſcitamus: maxie ridiculi deprehēdimur/ ⁊ q̄d nō ſummā dei ſubimꝰ indignationē: cū chriſtū inferiore loco q̄ ſaltatorem habeamus. Horū em̄ opera q̄uis turpiſſima: multis modis excuſare adnitimur: chriſti miracula q̄uis orbē terrarū conuerterint: neq; intelligere: neq; curare videmur. Credimꝰ in patrē/ ⁊ filium/ ⁊ ſpiritūſanctū: in reſurrectionē corpoꝝ: in vitā eternā. Si quis gētiliū ꝑcontaret᷑: Quis hic pater eſt? quis filius? quis ſpiritusſanctus? Tres deos aſſeritis: et nos pluriū deoꝝ aſſertores reprehēditis. Quid ad hoc dicetis? quid reſpōdebitis? Quo pacto has diſſoluetis obiectiones? Quid aūt ſi vobis ad hec obmuteſcentibꝫ aliā inferat queſtionē: An in hoc corpore/ an in alio reſurrecturi ſimꝰ. Et ſi in hoc: q̄ neceſſitas vt diſſoluat᷑? Quid p̄terea: ƀ tandē/ ⁊ nō ſuperiori tēpore: chriſtꝰ hūanā carnē accepit? Quid ei in p̄ſentia/ potiꝰ q̄ tot ſuperioribꝫ ſeculis viſum ē: hūano generi ꝓuidere? Neq; em̄ neceſſariū eſt: vt ꝗ plures p̄terea queſtiōes accumulat: eaꝝ cōticeat ſolutiōes: ne rudioribꝫ obſit. Arbitramur ſane que diximꝰ ſuffectura ad ſomnū veſtrū excutiendū. Quid igitur ſi hec/ et hmōi ꝑcontarent᷑. Non poteſtis ipā verba audire: qđ nos (queſo) manet ſuppliciū: cum tāti ſimꝰ erroris autores: his ꝗ in tenebris inuoluunt᷑? Uellem ſi horū ſtudio teneremini: huc ī mediū impij alicuius gentilis philoſophi cōtra nos librū proferre: cōtra ſenioris huius: vt hac vos ratiōe excitarem et deſidiam veſtrā excuterem. Nam ſi illi vt cōtra religionem noſtrā loquerent᷑ tantopere inuigilarunt/ q̄ nos venia dignamur: niſi hmōi cōtra nos inſultus propulſare calleamus. Hoc nos Paulus precipit. Inquit em̄ parati ſemꝑ ad ſatiſfactionē omni poſcēti vos rationem: de ea que in vobis eſt fide/ et ſpe. Et iterum: Uerbum chriſti inhabitet in vobis abūdanter: ſed quid ad hec reſpondent fucis ſtultiores? Benedicta omnis anima ſimplex/ ⁊ qui ſimpliciter ambulat in fiducia ambulat. Hoc nāq; omniū malorū cauſa eſt: ꝙ nō multi ſcripturarū teſtimonia in oportunis rebus ſciunt adducere. Non em̄ eo loco ſimplex pro ſtulto/ ⁊ pro eo qui nihil nouit intelligēdum eſt: ſed ꝓ nō malo: nō verſuto. Nam ſi ita intelligeretur ſupuacaneū fuiſſet dicere: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes/ ⁊ ſimplices ſicut columbe. Sꝫ quid hec cum in nullam huiꝰ diſputatiōis adducamur neceſſitatē? Preterea neq; alia ī hac vita nobis recte efficiunt᷑: ſꝫ vndiq; miſeri: vndiq; ridiculi: ī mutuas ſemꝑ calamitates intenti. In corrigēdis/ ⁊ accuſandis criminibꝫ pigri/ oſcitamus. Quā ob rem vos hortor nunc ſaltem veſtri iuris facti: ne in reprehendēdo tātum ꝑſeueretis. Siquidē nō ſatis eſt ad placandū deum: ſed optimā vitā induamini: vt ad gloriā dei in hoc ſeculo viuētes: futuram omnes cōſequamur: gratia/ ⁊ benignitate domini noſtri Jeſu chriſti: per quem et cum quo patri gloria ſimul et ſpirituiſancto in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Homelia. XVII. Ex capitulo primo.

a **Ltera die iterū ſtabat Johannes: et ex diſcipulis eiꝰ duo: et reſpiciens Jeſum ambulantem dicit: Ecce agnus dei: et audierūt eum duo diſcipuli loquentem: ⁊ ſecuti ſunt Jeſum.**

Pigra quodāmodo humana vita eſt/ ⁊ ad perditionem procliuis/ nō propter nature ſue opificium: ſed propter volūtatis deſidiam. Quā ob rem ſepiꝰ admonendū eſt. Unde Paulus: Hec ſcribere mihi quidem nō graue/ vobis aūt tutum. Terra em̄ ſemel accepto ſemine mox profert fructꝰ: neq; indiget altera ſatione. In anima noſtra nō ita vſuuenit: ſed frequenter ⁊ ſumma cum diligentia in ea ſerendum eſt/ vt ſemel ſaltem fructū accipiat: primū enim non facile inſident/ ⁊ imprimunt᷑ animo verba dei: quoniam multa ſequit᷑ difficultas: multis obſtruit᷑ ſpinis anima: multi adſunt inſidiatores: ſemīa diripientes. Deinde cum germināt/ ⁊ radices agunt ſemina: iterū indigent diligentia: vt ad maturitatē perueniant/ et cum peruenerint/ vt integra perſtent/ ⁊ a nemine ledantur. In ſeminibꝫ enim cum e vagina ſpica erūpit/ et rubiginem ⁊ cetera noxia facile contemnit. In doctrina aūt perfectum opus nōnunq̄



aliqua incumbens tempeſtas/ ⁊ fluctus ꝑdidit: idq; et rerū difficultate: ⁊ hominū qui ſciunt/ ⁊ volunt ledere fraudibus/ varijſq; alijs tentationibꝫ penitus labefactatur. Hec autē nō temere vobis dicta ſunt: ſed vt quotiens idem Johānem repetentē audieris: nolis tanq̄ nugatorem cōtemnere: neq; ſuperfluū ⁊ moleſtum arbitrari: voluit enim ſemel audiri: ſed cū non multi eius verbis a principio nimio ſomno oſcitantes vacauerint/ iterū eos excitat. Conſidera aūt eius verba: inquit enim: [Qui poſt me venit anͣ me factus eſt.] Et item: [Non ſum dignus ſoluere eiꝰ corrigiā calciamēti.] Et iterum: [Hic eſt qui baptiſat in ſpirituſancto/ ⁊ igne.] Atq; ſpiritus viſus eſt deſcendens/ quaſi columba ſuper eum. Et ꝙ teſtimonium perhibuit: quoniā hic eſt filius dei: nemo his verbis attendit: nemo rogauit cur: pro quo: et qua ratione id diceret: Dixit preterea: [Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi.] Neq; hoc vlla eos admiratione affecit: iccirco repetere cogit᷑/ tanq̄ duram quandā ⁊ immitē terram nouali frequenter molliens/ ⁊ ſermone tanq̄ aratro ſubactam mētē excitans: hoc pacto ſemīa alte deijcit. Propterea nō longiori vſus eſt oratione: quoniā vnū tm̄ curabat: vt chriſto omniū animos coniungeret. Norat enim ſi hoc reciperēt: nō amplius teſtimonio alicuiꝰ indigere: vt factum eſt. Nam ſi Samaritani audito chriſti ſermone: dicūt mulieri: Non iam ꝓpter tuam loquelam credimus: ipſi enim audiuimꝰ/ et ſcimus: quia hic eſt vere ſaluator mundi. Longe magis diſcipuli id feciſſent: effecerūtq;. Nā cū abeūtes vno tantū veſperi chriſtū audiſſent: nō amplius reuerterunt: vt et Johanni miniſtrarent/ ⁊ eius audirent predicationē. Inuenit enim hic primū (inquit) fratrem ſuum Simonē/ ⁊ dicit ei: Inuenimꝰ meſſiam: qđ eſt interpretatū chriſtus. Intuere hoc etiam loco: ꝙ neq; cum dixit: [Poſt me venturus eſt: qui ante me factus eſt.] neq; cum. [Non ſum dignus ſoluere eius corrigiā calciamēti.] quenq̄ lucratus eſt. Uerū cum de chriſti generatiōe verba habere/ et in humiliorē ſermonem deſcēdere cepit: tunc ſecuti ſunt diſcipuli. Unde aniaduertendū eſt: ꝙ nō tam multi ad chriſtū ſectandū adducunt᷑: quādo magnū aliquid/ ⁊ altum de deo dicit᷑: ſicut cum ad humiliora: et ad auditorū ſalutē accomodatiora deſcendit᷑. Audierunt igit᷑ a Johanne ꝙ tollit peccata mundi: et e veſtigio ad eum properarūt. Nam ſi peccata abluere/ ⁊ ſine labore noſtro his nos liberare poteſt/ cur tantā reijcimus gratiā? Audiant cathecumini/ et qui ad vltimū vſq; ſpiritum propriā cōtemnūt ſalutem. Iterū inſtat Johannes: [Ecce agnus dei.] Nihil chriſtus: ſed ille oīa loquit᷑: ita et ſponſus: nihil ad ſpōſā p̄mo loquit᷑: ſꝫ ſilet. Alij ipm̄ oſtēdūt: alij ſponſam accipiūt: cui tantū monſtratur: neq; ſe ipſo eam: ſed alio tradente accipit ſpōſus. Cum ṽo traditam acceperit: ita ei afficit᷑: vt minime ampliꝰ deſpondentiū reminiſcat᷑. Ita chriſtus venit vt eccleſiam cōponeret: nullū ipſe verbum fecit: tantū preſto fuit amicꝰ eius Johānes: dexterā impoſuit ſpōſe: ipſe verba habuit/ ⁊ hominū animas chriſto tradidit: quibꝫ acceptis ita formauit: vt non amplius ad Johannē eſſet redeundū. Aliud p̄terea aniaduertēdum eſt: ꝙ queādmodū in nuptijs: nō ſponſa ſpōſum petit: ſed contra/ etiā ſi regis filiꝰ vilem ancillā duceret: ita nūc nō in celū humana aſcendit natura: ſed ipſe deꝰ ad hāc deſcendit/ q̄uis humilē: q̄uis cōtemptā. Re autē perfecta nō permiſit eā ampliꝰ hic immorari: ſed ad patriā domū ſuſtulit. Sed quanā gratia nō ſeorſum ſuis cōuocatis diſcipulis Johānes hec cum his loquit᷑ et ita eos chriſto cōmendabat: ſed omnibꝰ preſentibus inquit ad eos: [Ecce agnus dei.] Ne videret᷑ id ex cōpoſito feciſſe. Nam ſi ipſius hortatu/ ⁊ tanq̄ gratiā ei haberent chriſtū petijſſent/ reſiliiſſent fortaſſe. Nūc aūt ex cōmuni doctrina eum ſecuti firmi perſtiterūt diſcipuli/ nō magiſtri gratiā: ſed ꝓpriam tantū ſpectātes vtilitatem. Prophete ⁊ apoſtoli omēs abſentē chriſtū p̄dicauerūt. Illi quidē ante: hi ṽo poſt acceptam carnē: Johānes aūt ſolus p̄ſentem. Quare amicū ipm̄ ſponſi appellat? Affuit em̄ ſolus nuptijs: oīa fecit/ oīa ad finem perduxit: ipſe rem orſus eſt/ ⁊ viſo ieſu ambulante/ inquit: [Ecce agnus dei.] Neq; voce tm̄: ſed et oculis chriſtū teſtatus eſt/ ⁊ admiratꝰ/ et incredibili gaudio exultauit. Neq; iam exhortat᷑: ſed admiratur/ ⁊ obſtupeſcit p̄ſentem/ ⁊ dei donū qđ annunciaturus venerat/ et purgatiōis modū manifeſtat: agnus em̄ vtrūq; ſignificat. Neq; dixit ꝗ tollet aut tulit: ſed tollit peccata mūdi: vt quottidie ea tollere intelligat᷑. Nō em̄ cū paſſus eſt/ ſolū noſtra abſtulit peccata: ſed ex illo hactenꝰ tollit. Nō ſemꝑ crucifigitur: vnū nāq; ꝓ peccatis nr̄is tulit ſacrificiū: ſꝫ ſemper ꝑ illud nos purgat. Queādmodū igit᷑ cū verbū dixit: ⁊ filiū vtrūq; pre ceteris eximiū intellexit: ita ⁊ agnꝰ ⁊ ꝓpheta: ⁊ lux vera: ⁊ paſtor bonꝰ/ ⁊ alia q̄ ab eo articuli adiectiōe dicta ſunt: precipuū q̄dem et ceteris preſtātius demōſtrāt. Eteni ⁊ agni et ꝓphete et filij multi ſunt: ſed hic lōge preſtat. Neq; articulo ſolo: ſed vnigeniti q̄ꝫ adiectione hoc cōfirmat. Nihil eni cum creatura cōmunicat. Ac ſi cui nō idoneo tēpore hora videlicet decima hec dicta viderent᷑: [hora em̄ (inquit) quaſi decima erat.] multū mea ſentētia fallitur. Mundi nāq; hominibꝫ/ carniſq; voluptatibus deditis: id tempus nō admodū cōmodū eſt: ad aliquid ſerio ꝑagendū: eo ꝙ mens cibo ingraueſcit. Johānes aūt etiā veſperi tam ſobrius erat: q̄ nos ſub aurora: imo longe magis. Nam ſepenumero veſꝑtini cibi reliquie: animi ſolertiā mane etiā habebāt: ille aūt nullo hmōi onere p̄mebat᷑. Nō igitur īmerito ſub veſperū hūc ſermonē habuit. Propt᷑ea in deſerto ꝯuerſabat᷑ iuxta iordanē: ꝗ omēs ſummo feruore ad baptiſma cōcurrebāt: parum ſecularia curātes: ⁊ vt chriſtū ſectarent᷑/ triduo cibis omībꝫ abſtinebāt. Hoc em̄ ſtudioſi p̄conis: ⁊ diligentis agricole officiū eſt: vt nō prius ab opꝫ deſiſtat: q̄ qđ intēdunt/ effecerit. Sed q̄d tandē non vniuerſam iudeā chriſtū annūciando peragrauit? Quid iuxta iordanem tantū īmoratus venientē expectauit/ quē oſtenderet? qm̄ ꝑ opa id fieri volebat: id curabat/ vt chriſtus noſceret᷑/ ⁊ ꝑſuaderet: vt vitā eternā audirēt: illi maiꝰ (opeꝝ ſcilicet) reliquit teſtimoniū: queādmodū ipe inq̄t: Ego ab hoīe nō accipio teſtimoniū: opa q̄ dedit mihi pater: hec ſunt q̄ teſtimoniū ꝑhibent de me. Uide quāto ƀ clariꝰ ſit. Cū em̄ ſcintillā paruā excitaſſet: repēte flāma ad ſummū euaſit. Nā ꝗ priꝰ Johānis ṽbis minime mouebāt᷑: poſtmodū dicūt: q̄cunq; Johānes dixerit vera eſſe. Accedit ad hoc: ꝙ ſi in his annūciādis orbē peragraſſet/ hūano q̄dā ſtudio id feciſſe videret᷑: ⁊ nō parua auditoꝝ animis orta eſſet ſuſpicio. Et audierūt eum duo diſcipuli lo-

Petrus ⁊ ſuper hanc petrā edificabo eccleſiā meā]
Hunc Petrū appellauit Joānem vero filiū toni-
trui. Quā ob rem: vt oſtēdat ſe eundē eſſe: qui vetꝰ
dedit teſtamentū. Ipe eſt qui nomia apte imponit/
q̇ Abraam/Abraā: Sarā/Sarā/Jacob Iſrael:
vocauit. Multis a natiuitate nomia impoſuit: vt
Iſaac/Sampſon/vt his quorū meminit Eſaia/⁊
Oſee/quibuſdā quā a parētibꝫ acceperunt appella
tionem/mutauit: vt pdictis/⁊ Jeſu. Mos etiā an
quitus erat a rebus noīa imponi/qđ ⁊ Helias fe-
cit: hoc autē nō temere fit: ſed vt ea appellatio impo
natur: que ſit diuini beneficij perpetuū monumētū/
⁊ memoria per predicta nomia auditorū animis im
primatur. Ita ⁊ Joāni celitus nomen impoſuit/q̇ eū
debebāt ab ineunte etate virtute pollere: eis tūc in
dita ſunt nomia: qui vero in etatis ꝓgreſſu profectu
ri erāt: poſtmodū: ſed tūc q̇dem varia/ac differentia
ſinguli nomē acceperūt. Nūc autē vno oēs appel
lamur chriſtiano. ſ. omniū maximo/atqꝫ preſtātiſſi-
mo: cū quo ⁊ filij dei ⁊ amici/⁊ corpus dicti ſumus
qua appellatiōe ceteris omnibꝫ vehemētius excita-
ri/⁊ ꝓmptiores ad virtutē cōplectendā fieri: nec ea
quicq̄ indignū facere conari debemꝰ cū eodem quo
chriſtus nomine vocamur: vt Paulus teſtatur/cuiꝰ
excellentiā nos intelligere oportet: q̄ ſi is qui pnci-
pis cuiuſpiā/aut alterius clari viri nomē ſortitꝰ eſt
cū id audit/tumet/atqꝫ ſupbit/⁊ magne id ſibi glo
rie arbitratur: eiuſqꝫ auctoritatē pro viribus ſerua
re annititur: quid nobis faciendū eſt: qui nō princi-
pis/nō terrene alicuiꝰ poteſtatis/nō angeli/nō ar-
changeli: ſed ipſius omniū regū nomie appellari di
gnati ſumꝰ? Nōne ita animā noſtrā inſtituemꝰ: vt
nō afficiatur iniuria? qui tāto nos honore ꝓſecutꝰ eſt?
an ignoratis q̄to cohortes regie/⁊ ſcutati/⁊ haſtati
eius latus ſtipātes honore habeantur? ita ⁊ nos ꝓxi-
mi facti deo eo magis q̄ q̄s nūc diximꝰ: quo corpꝰ
ꝓpinquius eſt capiti: q̄ illi regibus: totis viribꝫ cō-
tendamus/vt chriſti ſimus imitatores: qui inquit
[Vulpes cubilia hñt/⁊ volatilia celi nidos ſtruūt
filius autē hominis non habet vbi incliner caput]
Hoc ego a vobis exigere poſſem: graue fortaſſe et
oneroſum multis videbitur: quare hanc perfectio-
nē ꝓpter imbecillitatē noſtrā omittamus. Arbitror
autē vos nō inhiare pecunijs: ſed queadmodū ſum-
mā illā virtutē ꝓpter multorū imbecillitatē omitto:
ita vobis a ſūma malitia abſtinendū eſt/ac etiā lon
ge magis: nō accuſo qui domos habēt/agros/pe-
cunias/mācipia: modo his bene vtantur ad frugali-
tatem/⁊ vt decet: hoc eſt tāq̄ dominus: nō tā q̄ ſer
uus: vt ea poſſideat/nō ab his poſſideatur: vt vtatur
nō abutatur. χρημάτα enī hoc eſt pecunie ἀπο
τοῦ χρᾶσθαι qđ eſt vti dicūtur: ea videlicet ratiōe:
vt his in neceſſitatibus vtamur: nō vt ſeruemꝰ/hoc
ſerui eſt: illud domini/⁊ ius ſuper id habētis. Non
ꝓpterea diuitias accepiſti: vt terre defodias: ſꝫ diſ-
tribuas liberaliter: quas ſi deus ſeruari voluiſſet:
nō ſane homini dediſſet: ſed creditas dimiſiſſet: ve-
rū cū velit expēdi eas nobis largitꝰ eſt: vt his inui
cē cōicaremus. Qui pecunias ſeruat: nō eſt earū do
minus. Qđ ſi vt augeātur fuas: ea ꝑfecto optima
augēdi ratio: vt in omnes diſtribuātur. Neqꝫ enī
ſine ſumptu lucrū: neqꝫ diuitie ſine larga effuſiōe ꝑ
ueniūt. Cuius rei argumētū in ſecularibus rebꝫ vi-
deri licet. Siquidē mercator/⁊ agricola: ille pecu-
nias: hic ſemina ꝓfundit. Mercator nauigādo pe-
cunias in multos impēdit: vt deinde lucretur. Agri-
cola ſemia in terrā iaciēs: aſſiduo diei labore exercet
vt plus inde accipiat: hic autē nō tāto opus eſt la-
bore: nō nauis fabricāda eſt: nō iungēdi boues: nō
terra arāda: non tempeſtates: nō aeris intēperies:
nō vis grādinis timēda: nulli fluctus: nulli ſcopu-
li offendēdi. Hec nauigatio: hec ſatio: vna dūtaxat
re indiget: vt diſpergātur diuitie: reliqua oia agri-
cola ille perficiet: de quo inquit chriſtꝰ: Pater me-
us agricola eſt. Que igitur temeritas: que inſania:
vbi omnia ſine labore/ſine ꝑiculo aſſequi poſſumꝰ
ſupinos/⁊ oſcitātes perſiſtere? vbi autē ſudores in-
numeri: nauigādi pericula/labores/cure/⁊ qđ gra
uius eſt incertū votū: tantopere inuigilare? Nolite
(queſo) nolite erga propriā ſalutē tātopere deſpice-
re: ſed tot periculis cōreptis: ad faciliora ⁊ lucroſio-
ra curramus: vt futura bona cōſequi poſſimꝰ: gra
tia ⁊ benignitate domini noſtri ieſu chriſti/per quē
⁊ cū quo patri gloria ſimul/⁊ ſpirituiſancto/nūc ⁊
ſemper ⁊ in ſecula ſeculorū Amē.

## Homelia. XIX. Ex capitulo primo.

**In craſtinū autē voluit exire in galileā et inuenit Philip-pum et dicit ei Jeſus: ſequere me. Erat aūt Philippus a Bethſaida ciuitate Andree et Petri.**

Tritum prouerbiū eſt homini diligēti ſemper ali
quid ſupereſſe. Et chriſtus: Qui querit (inquit) in-
uenit. Quare nulla iā me admiratio tenet/cur phi-
lippus chriſtū ſecutus ſit. Andreas enī audito Jo-
anne/Andrea/Petrus hic nemine: ſed tantū chri-
ſto dicēte: Sequere me q̄primū credidit/⁊ ſecutꝰ:
alijs factus eſt predicator. Cucurrit enim ad Na-
thanael: [quem ſcripſit (inquit) Moyſes in lege/⁊
prophete: inuenimꝰ]. Vides viri diligentiā vt ſcri
pture meminerit: vt chriſti aduentū expectauerit? in
uenire enim querētis eſt. In craſtinū exiuit in gali-
leam priuſq̄ quiſq̄ ipſum ſequeretur/neminē vocat:
quod nō temere fecit: ſed ſūma ſapientia: nam ſi ne-
mine ſua ſpōte proſequēte: ipſe aliquos vocaſſet: de
eorum perſeuerantia potuiſſet dubitari: Verumtñ
vltro ſequi elegiſſent minime. Philippū autem ſi-
bi notiorē vocat: vtpote qui in galilea/⁊ natꝰ erat/
⁊ educatus. Acceptis igitur diſcipulis/alios iā ve
natur/⁊ in primis Philippū/⁊ Nathanael: ſed de
hoc nō tam mirum fuit: quādoquidē nomē Jeſu in
vniuerſam ſyriam diffuſum erat: illud admiratiōe
dignū/quo pacto Petrus: Jacobus: Philippus
potuerūt tam breui perſuaderi: nō ea tantū ratione
q̄ ante ſigna: ſed q̄ galilei erāt: vnde neqꝫ propheta
ſurrexit: neqꝫ quicq̄ boni. Ruſticiori enim quodā-
mō ⁊ craſſiori erāt ingenio. Vñ in hoc etiā chriſtus
ſuam demonſtrauit virtutē/cum ex ſterili terra: ta-
les ſibi diſcipulos comparauit. Credibile quidē eſt
Philippum/⁊ qui cum Petro erāt: viſo ⁊ audito
Joannis de chriſto teſtimonio: eum ſecutos/⁊ chri-
ſti ſermonem non parum in illis operatum. Noue-
rat enim qui idonei futuri eſſent diſcipuli. Euange
liſta autem hec omnia omittit. Quoniā igitur ven-
turus erat chriſtus credidit: q̄ chriſtus eſſet ignora



bat: qđ vel a Petro vel a Joāne audierat: memi-
nit autē eius patriam euangeliſta: vt intelligas/q̄
infirma mūdi elegit deus [Inuenit Philippꝰ Na
thanael ⁊ dicit ei: Quē ſcripſit Moyſes in lege ⁊ ꝓ
phete/inuenimꝰ Jeſum filiū Joſeph a nazereth] ꝑ
Moyſen ⁊ ꝓphetas dignū fide ſermonē ſuū facere/
⁊ auditore perſuaderi annititur. Nā cum Nathanael
eſſet in perſcrutāda veritate diligētiſſimus: vt ⁊ ſu-
is ꝟbis ⁊ chriſti teſtimonio videri licet: merito ipm
ad Moyſen ⁊ prophetas Philippus relegauit/vt
crederet. Qr autē Joſeph filiū appellat noli pertur-
bari: eiuſmodi adhuc erat opinio. Et vnde conſtat
Philippe/q̄ ille ſit? qđ das nobis ſignū? neqꝫ enī
ſatis eſt q̄ is ſit affirmare. Quod inquā ſignū: quod
miraculū affers? Nō eſt de tātis rebus temere cre-
dendū: ⁊ periculoſum eſt/dic quid certi habes? qđ
⁊ Andreas inquit: Si quidē ille cū ſuarū viriū nō
eſſe intelligeret: quē theſaurū/quas diuitias inue-
nerit/oſtēdere: fratrē ad quem inuenerat ducit/ita
Philippus quomodo ille hic ſit chriſtꝰ/⁊ quomo-
do ꝓphete eū pdixerint nō dicit: ſed ducit ad Jeſum:
quē adhuc ibidē cōſpicabatur/vt inde doceretur. [Et
dixit ei Nathanael a Nazereth poteſt aliquid boni
eſſe? Dicit ei Philippus: veni ⁊ vide. Vidit Jeſus
Nathanael venientē ad ſe/⁊ dicit de eo: Ecce vere
iſraelita: in quo dolus nō eſt] Laudat Jeſus ⁊ ad-
miratur/qui dixit: A Nazareth pōt aliquid boni eſ
ſe? quid laudat? nōne potiꝰ accuſare oportuit? Mi-
nime. Non enim q̄ nō crederet ita locutus eſt: neqꝫ
accuſari: ſed laudari meruit/qua nam ratiōe ꝓphe-
tarū verba: diligētius q̄ Philippꝰ/cōſiderabat?
Audierat ex Bethleem ⁊ ex patria Dauid chriſtū vē
turū. Hoc iudei credebāt: hoc propheta iam pridem
his verbis predixerat. Et tu Bethleem terra iuda:
nequaq̄ minima es in principibus iuda: ex te enim
exiet dux: q̇ regat populū meū iſrael. Huiꝰ ꝓphetie
memor nathanael audiēs eū nazarenū perturbatur/
⁊ dubitat/ne ſm prophete ſermonē Philippꝰ fal-
leretur. Intuere (queſo) hominis prudentiā: intue-
re manſuetudinē. Nō dixit ſe deceptū: neqꝫ falſa ſi-
bi narrari: neqꝫ q̄ a propheta/nō ex Nazareth: ſed
ex Bethleem chriſtū venturū didicerit: ſed cōtra q̄
Philippus dixerit: perſuaſus obuiā tamen venit.
Oſtēdit igitur ⁊ ſcripturarū cognitionē/⁊ morū ſim
plicitatem: necnō vehemēs chriſti aduentus deſide
rium: cum Philippi verba nō cōtempſerit. Norat
enim Philippū in patria cōmemoranda falli potu-
iſſe. Et vide q̄ verecūde: interrogando nō credendū
innuit. Nō dixit nihil boni fert Nazareth: ſed a Na
zareth poteſt aliquid boni eſſe? Necnō ⁊ Philippꝰ
prudenter quidē nō indignatur: nō egre fert/vtpo
te parū creditus: ſed expectat virū: vt adducat: ⁊ ab
ipſo principio apoſtolū gerit: ideo chriſtus inquit:
[Ecce vere iſraelita in quo dolus nō eſt] Eſt enim
⁊ mendax iſraelita: ſed nō hic quippe/cuius incorru
ptum eſt iudiciū/nec ad gratiam: nec ad odium quic
q̄ loquitur. At qui iudei rogati vbi chriſtus naſce-
retur: in Bethleem dixerūt: prophete teſtimoniū af
ferentes: Et tu Bethleem terra iuda nequaq̄/mi-
nima es in principibus iuda. Verū illi anteq̄ chri-
ſtum viderent de eo teſtati ſunt: quo viſo inuidia de
ſtiterunt/dicentes: [Hūc neſcimus vnde eſt] Na-
thanael aūt in eadē pſtitit ſentētia: q̄ nō eſſet a Na-
zareth: quomodo ergo prophete eū Nazarenū vo-
cant? Eo q̄ illic educatꝰ eſt/⁊ cōuerſatus. Nec ſe na
zarenum negauit: ne qua ſuſpitio oriretur: neqꝫ ſi id ꝑ-
ſuaſiſſet: nō ꝓpterea ſe chriſtū eſſe oſtendiſſet. Quid
enim prohibebat nō eſſe chriſtū: quāuis a Bethleē
natum? Hoc igitur omiſit: id autē in mediū attulit:
quod maximū erat ad credendū argumentū: ſe vide
licet preſentem eorū ſermoni fuiſſe. Nam cū ille di-
ceret: [Vñ me noſti] Reſpondit: [Prius q̄ te Phi
lippus vocaret/cum eſſes ſub ficu: vidi te] Anim-
aduerte hominis cōſtantiā. Nam cum dixiſſet chri-
ſtus: [Ecce vere iſraelita] non intumuit laudibus
neqꝫ his obuiam factus eſt: ſed perſcrutatur/vt de
eo certi aliquid intelligat: ⁊ adhuc tanq̄ hominē al-
loquitur: Jeſus tanq̄ deus reſpondet: Nō enī e lo
co aliquo editiori ipſum/⁊ eius mores/⁊ manſue-
tudinē vidiſſe: nō e ſpecula aliqua more hominis:
eū ſub ficu obſeruaſſe dicit: nemo enī illic aderat: ſed
ſoli Philippus ⁊ Nathanael ſecreto in loco inuicē
ſermonem habuerāt: Jccirco/inquit euangeliſta/q̄
cum videret a lōge venientē ad ſe dixit: [Ecce vere
iſraelita] Vt intelligatur prius q̄ appropinquaret
Philippus: ita chriſtū locutū. Et ne quiſq̄ poſſet
ſuſpicari: quare: ⁊ temporis meminit/⁊ loci/⁊ arbo
ris? Ne ab ipſo miſſum philippū quiſquā opinare
tur: ſi tantū eius ad Nathanael profectiōis memi-
niſſet. Verum cum dixiſſet vbi eū cōuenit Philip-
pus ⁊ tempus: certiſſimū ſe prophetā oſtendit: neqꝫ
hoc tantū: ſed etiā que inuicē locuti eſſent in memo-
riam reduxit (hoc eſt a nazareth poteſt aliquid boni
eē?) Ex quo maxime eū ſibi cōciliauit: cum ex eo nō
reprehendit: ſed laudibus proſecutus eſt. Et admi
ratus his verbis Nathanael vere chriſtū eē cogno-
uit: a ꝓphetia ſcilicet/⁊ prudētia: ⁊ a certiſſima ipſi
us mentis perſcrutatiōe/demōſtrarat enim animi
eius cogitationes plane intellexiſſe/preſertim cum
que egre ferenda: videbātur ea nō reprehendit: ſed
laudat: dixit enim a Philippo vocatū: non autem
quem inuicem ſermonē habuerint: neqꝫ q̄ affuerit:
relinquit hec eius cōſciētie examināda: cū nolit ipſe
coarguere. Quid igitur priuſq̄ a xpo vocaretur eū dū-
taxat vidit: nōne an etiā a inſomni oculo viderat? vi
derat ſane: nō modo inficias iret: ſed ita opꝰ fuit di-
ctu. Quid igitur ille? cū certiſſimū de chriſti proui-
dentia argmmentū accepiſſet/cōfeſſus eſt: ⁊ primo
ſe diligentem: deinde cōſenſu fidelem oſtēdit: reſpō-
dit enim: [Tu es filius dei. Tu es rex iſrael] Vi-
des gratam repente/⁊ Jeſum amplexantē animā:
tu inquit/ille es quē expectamus: quē q̄rimus. Vi
des hominē ſtuporis: admiratiōis/leticie plenum.
is nobis ſequēdus eſt: quibus deus filij ſui cogni-
tionem dare dignatus eſt: exultādū nobis eſt: non
animo tantū: ſed re ipſa. Qđ autem exultantiū offi
ciū eſt? Credere ei quē cognoueris. Credentiū vero
cogniti parere voluntati: nā ſi operibꝫ noſtris deū
in iram prouocabimꝰ: quo nā pacto poterimus ex-
ultare? Nōne videtis cum amicū domi quiſpiā ac-
cipit? quā pre ſe ferat leticiā: quāta alacritate para-
tus ſit nulli rei parcere/dū hoſpiti rem gratā faci-
at? Qr ſi quis ei nō obſequeretur/neqꝫ ad eū refici-
endum oia faceret: ⁊ ſi milies eius preſentia ſe le
tari diceret: non vtiqꝫ crederetur/⁊ merito ſane. Re
ipſa: non verbo tenus oſtendenda leticia eſt. Venit
ad nos chriſtus: oſtēdamus eius aduētu leticiam:
nihil qđ eū ꝑturbet faciamus: ornemꝰ quā ingredi

tur domū. Hoc letantiū eſt/ pꝛandiū apponamus: eius guſtui ſuauiſſimū: hoc exultantiū eſt: quale autem pꝛandiū: ipſe inquit [Meus cibus eſt vt faciā voluntatem eius / qui me miſit] Paſcamus ipſum eſurientē: potum demus ſitienti: etiā frigidā aquā abs te accipit: quippe qui amat (amicus enim: et ſi parua accipit) magna ſibi videt̄. Tu modo leto vultu impēdas duos obolos nō recuſat: ſed tanq̄ magnā dederis grate accipit. Nā cū nullius indigeat neqꝫ neceſſaria ei ſint munera tua: merito nō munerū magnitudinē: ſed donantis volūtatem reputat. Oſtēde igit̄ dūtaxat te aduenientē diligere: omnia eius gratia moliri: aduētu letari. Cōſidera qualis erga te fuerit: ꝙ pꝛo te animā poſuerit: neqꝫ poſt tāta in te beneficia rogare te recuſat. Pꝛo chꝛiſto eīm pꝛedicamus (inquit) tāq̄ deo obſecrāte pꝛo nobis. Et quis nā adeo inſanit: vt dominū ſuū nō amet? Hoc ego dico: nec ignoꝛo neminē veſtrū: neqꝫ vbis neqꝫ animo aliter ſenſurū. Verū nō verbis tm̄: ſed ⁊ re oſtendi vult amicus quid ſentias. Nam ſi lingua dūtaxat amici exhibem⁹ officiū: ſane ridiculū eſt: nō modo apud deū: ſed apud homīes: nec ſtultū modo: ſed dānoſum. Verbis ergo opera cōſentiāt: opibus cōfiteamur: vt ipſe nos ſuos ꝓfitea t̄ ineffabili gratia / ⁊ benignitate qui cū patre ⁊ ſpirituſancto viuit / ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ Amē.

Homelia.xx. Ex capitulo pꝛimo.

## r Eſpondit ei Nathanael et ait: Rabbi tu es filius dei. Tu es rex iſrael. Reſpōdit ieſus ⁊ dixit ei: Quia dixi tibi: vidi te ſub ficu: credis: maius his videbis.

Plurimū nobis curandū eſt dilectiſſimi / ⁊ omī ſtudio inuigilandū: vt ſacrarū ſcripturarū pꝛofundū inſpicere poſſimus: quarū ſenſus oſcitātes nūq̄ depꝛehendemus. Eſt igitur q̄ diligētiſſime inueſtigandū / ⁊ aſſiduis pꝛecibus inſiſtēdū: vt vel aliqua ex parte diuina myſteria aſſequi valeam⁹. Ecce hodierna die: nō parue nobis: ſed multe perſcrutatōis queſtio pꝛoponit̄. Nam cū Nathanael dixiſſꝫ [Tu es filius dei] reſpōdit chꝛiſtus [quia dixi tibi: vidi te ſub ficu: credis / maius his videbis] Quid hic q̄ſitu dignū? cur Petrus poſt tot / tātaqꝫ miracula: poſt talem doctrinā acceptā: chꝛiſtū dei filiū confeſſus: ac ſi reuelationē a patre acceperit / laudat̄. Nathanael vero ante ſigna / ante doctrinā idē qđ Petrus aſſerēs / minime: ſed tanq̄ nihil chꝛiſto dignū dixerit: maioꝛū ſpe trahitur. Quid nā hoc? quoniā ⁊ ſi iiſdem vbis / ⁊ Petrus / ⁊ Nathanael vſi ſint: nō tamē idē ambo ſenſerūt: ſed Petrus filiū dei tāq̄ verū deū / Nathanael tanq̄ hominē tantū ꝯfeſſus eſt: quod ex conſequētibus cōſtat. Addit enim: [Tu es rex iſrael] Filius autē dei nō modo iſrael: ſed vniuerſi oꝛbis terrarū rex eſt. Qđ etiā inde oſtēditur: ꝙ Petro nihil amplius addidit chꝛiſtus: ſed tāq̄ pꝛofecto in fide eccleſiā ſuā eius teſtimonio edificaturū pollicitus eſt. Nathanael autē tanq̄ potioꝛi in parte deficienti / ſubdidit: [Amē amē dico vobis amodo videbitis celū apꝰtū: ⁊ angelos dei aſcēdentes / ⁊ deſcēdentes ſuper filiū hominis] Animaduertis quomodo eū a terra / paulatim erigit: quomodo animū excitat ne amplius ſimplicē hoīem cōiectetur: Cui eīm angeli miniſtrāt / ⁊ ſuper quē aſcēdunt / ⁊ deſcēdūt: quo nā pacto hominē eē exiſtimabitur? Preterea cū maioꝛa viſurū diceret: angeloꝛū miniſteriū addidit: ac ſi diceret: hoc tibi magnū Nathanael viſum eſt: pꝛopterea me regem ꝯfeſſus es: quid autē dices cū angelos ſuper me aſcēdētes / ⁊ deſcendētes videris? quib⁹ verbis ſuadet: vt ipm̄ angeloꝛū dominū cōfiteatur: tanq̄ enim ſuper dilectiſſimū regis filiū: regij miniſtri / ⁊ aſcenderūt / ⁊ deſcenderūt: hoc quidē paſſiōis tempoꝛe: illud reſurrectiōis / ⁊ aſcenſiōis: nec nō ⁊ ante: cum acceſſerūt / ⁊ miniſtrabāt ei: cum natū annūciarūt / laudarunt / dicētes: Gloꝛia in altiſſimis deo / ⁊ ī terra pax: quādo ad Mariā venerūt: quādo ad Joſeph: facit autem / qđ ſepe alˀs: duo pꝛedicit: alterū iam pꝛeteritū indicat: alterū ex hoc ꝯfirmat futurū: illud nāqꝫ manifeſtū erat ꝙ ante Philippi vocationē eſſet ſub ficu: aſcenſus autē ⁊ deſcenſus angeloꝛū partim fuerant: partim erāt futuri: apud crucē: videlicet in reſurrectiōe: in aſcēſione: qui ⁊ ſi nondū euenerint: ex pꝛeteritis tamē facit / vt credātur. Qui enī eius virtutē iam viderat: facilius que futura audit: credit. Quid igitur Nathanael? nihil reſpōdit. Chꝛiſtus autem hactenus locutus ſecū ea verba reputaturū dimiſit: noluit enī omnia ſimul: ſed iacto in terrā fertilē ſemīe: ſinit vt germinet / vt alio in loco / inquit: Simile eſt regnū celoꝝ homini q̄ ſeminauit bonū ſemē: cū autē doꝛmiret / venit inimicus ei⁹ / ⁊ ſuperſeminauit zizaniā in medio tritici / ⁊ abiit.

Capitulū ſecūdū.

## e T die tertia nuptie facte ſūt in chana galilee: et erat mater Jeſu ibi. Vocatus eſt autē Jeſus et diſcipuli eius ad nuptias.

Vt iam dixi erat chꝛiſtus / q̄ alibi in galilea notioꝛ: quare vocatus nuptiis affuit: in quibus nō dignitati ſue: ſed noſtre cōſuluit vtilitati: quippe q̄ nō dedignatus eſt foꝛmā ſerui accipere: lōge min⁹ ſeruoꝛū nuptiis intereſſe. Qui cū publicanis / ⁊ peccatoꝛibus verſabatur: multominus nuptias recuſaſſet: nō enim qui inuitauerāt: recte de eo ſentiebant: neqꝫ tanq̄ magnū quendā: ſed popularē: ⁊ vt notū: quod his verbis ſignificat euāgeliſta [Et erat mat̄ Jeſu ibi / ⁊ fratres eius] Ac ſi dicat / quemadmodū illam ⁊ fratres: ita ⁊ Jeſum vocauerūt [Et deficiēte vino: dicit mater Jeſu ad eum: Vinū nō habent] dignū hoc in loco queſitu eſt / vnde in mentē matri venerit: magnū aliquid de filio cōiectari: nullū eīm adhuc ſignū fecerat. Hoc enim fecit inquit initiū ſignoꝝ Jeſus in chana galilee. Qꝫ ſi quis diceret: nō idoneū hoc argumentū ꝙ pꝛimū ſignū fuerit: quoniā additū ſit in chana galilee. Ac ſi diceret: nō omniū pꝛimū: ſed eoꝛū que illic fecerat. Ad hoc reſpondebimus quod ſuperius inquit Joannes [Ego neſciebam eū] ſed vt manifeſtetur iſrael: pꝛopterea veni ego in aqua baptiſans] Nā ſi antea miracula feciſſet / nō indiguiſſet iſrael / qui ipſum manifeſtaret. Vir enim factus: miraculoꝛū multitudine: non iudeis modo: ſed ⁊ ſyris ⁊ longinquioꝛa incolētibus: cognitus eſt tribus annis dumtaxat: immo ne tribus quidē: ſed q̄ pꝛimū nomen eius in omēs diffu



ſum. Qui igitur tā bꝛeui miraculis claruit lōge magis a pꝛima infantia ſi ea feciſſet: fuiſſet enī maioꝛi admiratiōi / vtpote puer: q̄ vir: neqꝫ tā diu in obſcuro latuiſſet: ſed nihil a pueris operatus eſt: vnū aūt dūtaxat Lucas teſtat̄ ꝙ annoꝛū duodecim ſediſſet in templo medius doctoꝝ: ⁊ audiēs / ⁊ interrogās / fuiſſetqꝫ ſūme omnib⁹ admiratōi. Nec īmerito a teneris annis Jeſus a miraculis abſtinuit: arbitrati enim eſſent ſe pꝛeſtigia videre. Nam ſi annoꝝ acceſſu / ⁊ etate maturo multi id ſuſpicati ſunt: quid de puero credidiſſent? Preterea maturius eū pꝛopter inuidiā crucifixiſſent: ⁊ generatio eius nō fuiſſet credita. Vnde igitur matri venit in mentē aliquid magnū excogitare đ filio? Manifeſtari iā ceperat ⁊ Joannis teſtimonio ⁊ ex his: que diſcipulis pđixerat: ⁊ ante omnia ipſa natiuitas: ⁊ que eo tempoꝛe euenerāt: maximā de puero opinionē cōcitarāt. Audiebat enim inquit omnia de puero ⁊ cōſeruabat ea in coꝛde ſuo. Sed qđ antea nihil eiuſmodi dixit? Quoniā vt dixi iam manifeſtatiōis tempus aduērabat: antea enim cum tāq̄ ex medio vulgo aliquis: ꝯuerſatus eſſet: nihil adhuc tale mater auſa fuerat: verū cum Joannē ad perhibendū de eo teſtimoniū veniſſe audiſſet: ⁊ diſcipulos iam videret: cepit audere. Et deficiēte vino dicit: [vinū nō habēt] Optabat eīm vt iam hominū gratiā cōciliaret: ⁊ ipſa clarioꝛ filij gratia efficeretur: ⁊ foꝛtaſſe aliquo humano afficiebatur affectu queadmodū / ⁊ fratres eius cū dixerūt: Oſtēde teipſum mūdo cupidi eius miraculis ſibi famā cōparare. Jccirco aſperius reſpondit: [Quid mihi ⁊ tibi mulier? Nōdū venit hoꝛa mea] Nam ꝙ matrem reuereret̄: teſtatur Lucas: ꝙ ſubditus erat parentib⁹: ⁊ hic euāgeliſta: quantā paſſionis tempoꝛe matris curā habuerit. Vbi eīm parētes nihil diuina impedirēt myſteria: nihil offenderēt: equū / ⁊ neceſſariū erat filio parere: neqꝫ negare ſine magno periculo potuiſſet. Cōtra ſi quidē cū intempeſtiuū: ⁊ quod ſpiritalibus eſſet impedimēto petiiſſent: Que eſt mater mea / ⁊ fratres mei aiebat Si q̄dē nō adhuc debitā de ipſo opinionē habebāt. ſed moꝛe matrum Maria: iure omnia filio ſe pꝛecepturā cenſebat: cum tāq̄ dominū colere / ⁊ uereri liceret: ideo in hūc modū reſpōdit. Conſidera q̄ indignū erat: vniuerſo aſtāte populo / ⁊ ad eū ⁊ ei⁹ doctrinā audiēdo ſuſpēſo: illā in mediū accedētē publicā impedire vtilitatē / ⁊ de pꝛiuatis rebus habere ſermonē / ⁊ extra eiuſmodi ꝯtionē euocare / inquit igitur: que eſt mater mea ⁊ fratres mei? nō ꝙ matrē cōtemneret / abſit: ſed vt maxime vtilitati cōſuleret: neqꝫ occaſionē daret / vt quiſpiā de ipſo abiectū aliquid cōiectaretur: nam ſi alioꝝ curā habebat: ⁊ digna ſe opinione illos imbuere moliebatur: lōge magis id in matre curaſſet. Cū eīm cōſentaneū ſit Mariam / vtpote matrē: pꝛioꝛes ſibi partes vendicaſſe: ideo matrē veniſſe nunciātib⁹ ita reſpōdit: neqꝫ alit̄ ipſam ex humili ad illam altitudinē erexiſſet: ſi ſemper tanq̄ a filio honoꝛari exiſtimaſſet: ⁊ nō tāq̄ dominū habuiſſet. Hac gratia / ⁊ hoc in loco / inquit: [Quid mihi ⁊ tibi mulier] Alia pꝛeterea cauſa afferri poteſt nō minus neceſſaria: ne qua ſuſpitio oꝛiretur: ab indigentibus eīm non a matre id querendū erat. Quid tandē? quoniā que familiariū pꝛecibus impetrātur: q̄uis magna: raro tamē eoꝛū pꝛedicationibus augētur: indigentiū laudes cum quid impetrarint: omni vacāt ſuſpitiōe: nihil ab his ſimulatur: ⁊ multa inde vtilitas ꝓuenit. Etenī ſi / vel optimus medic⁹: q̄ multos egrotos curauerit: neqꝫ ab ipſis neqꝫ eoꝝ familiarib⁹: ſꝫ a ſua tm̄ m̄re laudaret̄ ſuſpecta ſane eſſet laus illa / ⁊ moleſta: ne pꝛeſentiū quiſpiā magnū de eo aliquid / vel egregium opinaretur: pꝛopterea aſperius locutus [Quid mihi (inquit) ⁊ tibi mulier] eam admonēs ne idem ampli⁹ tentaret. Cure eīm ipſi erat maternus honoꝛ: ſed lōge magis animaꝝ ſalus: ⁊ cōmune in multos beneficiū: cuius gratia humanā carnē accepit. Nō ſunt igitur hec liberi⁹ ad matrē loquētis: ſed diuine diſpenſatiōis verba: vt admoneret pꝛo dignitate miracula faciēda: ꝙ enim vehemēter ipſam / ⁊ pꝛe ceteris amaret: ⁊ reuereret̄: aſperioꝛa hec verba / ⁊ indignatio demōſtrat: quo nam pacto / in ſequētibus dicemus. Verū cum audieris mulierē illam dicentem: Beatus venter qui te poꝛtauit / ⁊ vbera que ſuxiſti: deinde ipſum reſpondentē: Quinimo beati qui audiunt verbū dei / ⁊ cuſtodiūt illud: ea ſentētia dictū: exiſtima: nō ꝙ matrē negligeret: ſed nihil ei vtilitatꝭ matris nomē allaturū oſtēderet: niſi bonitate / ⁊ fide pꝛeſtaret. Qꝫ ſi Marie nihil ſine virtute materna charitas erat pꝛofutura: lōge minus nobis patris: fratris: matris: filij bonitas: niſi aliquid noſtrū afferamus. Frater inquit nō redimet: redimet homo. Jn nullo nāqꝫ alio: niſi in ſolis ſuiipſius virtutibus: poſt diuinā gratiā de ſalute cuiq̄ ſperandū eſt. Nam ſi id pꝛofuturū erat per ſe Marie: pꝛofuiſſet etiā iudeis / quoꝝ cōſanguineus erat chꝛiſt⁹ ſcḋm carnem: pꝛofuiſſet ciuitati in qua natus eſt: pꝛofuiſſet fratrib⁹. At qui dum fratres rerū ſuarū curā habuerūt / nihil eis ꝓpinquitatis nomē pꝛofuit: ſed cū reliquo mūdo dānati erāt. Tūc autē admiratōi eſſe ceperūt: quādo ꝓpꝛia claruerūt virtute: patria vero nihil inde ꝯſecuta cecidit: ⁊ incēdio abſumpta eſt: cōciues miſere interempti periere: ꝯſanguinei ſcḋm carnem nil ad ſalutē baccati ſunt: deficiēte virtutis patrocinio. Verū apoſtoli ante omnes clariſſimi euaſerunt: cū ſe ad verā / ⁊ expetendā eius familiaritatē / cōſuetudinēqꝫ per obedientiā cōtulerūt. Hinc intelligimus fide ſemper nobis opus eſſe: ⁊ vita: q̄ virtutibus luceat: hec dūtaxat ſaluos nos facere poterit. Quāte eīm cognati eius admirationi fuerunt cū ne eoꝛū quidē nomina teneam⁹ / apoſtoloꝛū autē / ⁊ vita ⁊ nomina vbiqꝫ terrarū decantātur. Nolim⁹ igitur ob terrenā nobilitatē in ſuperbiā efferri: licet longā pꝛogenitoꝛū / ⁊ quidē clariſſimoꝛū ſeriem numeremus: eoꝛū virtutes ſuperare cōtendam⁹: ſcientes alioꝛū nobis opera: nō modo nihil in futuro iudicio pꝛofutura / verū graui nos cōdemnatura: cū optimoꝛū parentū liberi / ⁊ domeſticis exēplis eruditi: nihil pꝛofecerim⁹. Hoc ideo in pꝛeſentia dico: quoniā multi gentiliū ad fidem ⁊ chꝛiſtianā religionem a nobis hoꝛtati: ad cognatos pꝛogenitoꝛes / et familiares ſuos cōfugiūt: q̄ fideles ⁊ chꝛiſti fuerint aſſertoꝛes. Quid ad te miſer / ⁊ infelix: hoc te magꝭ cōdēnat: quoniā tot ꝓgenitoꝛū / tot familiariū exempla ad veritatē cōplectēdā: te adducere nō poterūt. Alij fideles quidē: ſed vite nullā curā adhibētes: cū ad virtutē hoꝛtant̄ idem in ſuā adducūt excuſationē: ꝙ pater / au⁹ / atau⁹ pietatē maxime coluerint. Jd te accuſa ꝙ ex taliū viroꝝ ſemīe his te īdignū pſtiter. Audi ꝓphetā ad iudeos loqntē. Seruiuit iſrael

in muliere/ ⁊ in muliere ſeruatus eſt. Audi chriſtū/
Abraā pater veſter exultauit vt videret diem meū:
vidit ⁊ gauiſus eſt. Ita ſemꝑ bona progenitoꝝ opa
nō modo nulli ad laudē: ſed ad crimē longe q̄dē gra
uius ius aſcribit. His igitur animaduerſis noſtrꝭ
ipſoꝝ operibꝫ ſalutē ꝯſequi totis viribꝫ annitamur
ne ſpe noſtra fruſtrari: tū deū intelligamꝰ: cū nulla
nob penitētie erit vtilitas. In inferno enī inquit qs
ꝯfitebit tibi? Quā ob rē in hac vita flagitioſoꝝ nos
peniteat: vt ſempiterna bona cōſequamur gratia ⁊
benignitate domini noſtri ieſu chriſti per quē/ ⁊ cū
quo patri gloria ſimul ⁊ ſpiritui ſancto nūc ⁊ ſemꝑ/
⁊ in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia. xxi. Ex capitulo ſecundo.

## q Uid mihi et tibi mulier: nō- dum venit hora mea.

Laborioſum ſane eſt orationē habere: qđ ⁊ Pau
lus his ꝟbis teſtat: Qui bene p̄ſunt preſbyteri: du
plici honore digni habeātur: maxime q̄ laborant in
verbo/ ⁊ doctrina: veꝝ vos ⁊ leuiare hūc laborem/
⁊ grauiorē facere poteſtis. Nā ſi orationē noſtrā ne
glexeritis: vel etiā nō neglectā: re tamē nō adimple
ueritis laborioſum nobis profecto erit/ eo ꝙ incaſ-
ſum laborauerimꝰ: ſin autē attētionē preſtabitis di
ligentē: ⁊ re ipſa audita exeq̄mini: nullus nos labor
grauabit. Fructus eñ qui in laboribꝫ cōparat: non
ſinit quicq̄ graue/ aut oneroſum videri. Quā ob rē
ſi animū noſtꝝ excitare/ ⁊ ꝓmptiorē in dicēdo redde
re placet: quē fructū faciamꝰ oſtēdite: vt letis inſpe-
ctis ſegetibꝫ/ prouētus ſpe allecti/ vtilitatiſ magni-
tudinē reputantes/ nō laboremꝰ. Neq3 eñ parua
nobis hodierna die ꝓponitur queſtio. Nā cū mater
dixiſſet [Uinū nō habēt] Reſpōdet chriſtꝰ [Quid
mihi ⁊ tibi mulier: nondū venit hora mea] Et licet
ita reſpōderit: maternis tamē votis obtemperauit.
Hec nulla ex parte minor eſt queſtio/ q3 ſuꝑior: de q̄
nō imerito ſit dubitandū. Eū igitur ipm qui mira-
culū operatus eſt inuocātes: ad huius loci expoſiti
onē veniamus. Neq3 hoc tm̄ in loco dictū eſt: [Nō
dū venit hora mea] ſed ⁊ al's: nā cum capere eū iu-
dei nō poſſent inq̄t euāgeliſta: Nōdū venerat hora
eiꝰ. Et iteꝝ: Nemo miſit in illū manū: quia nondū
venerat hora eius. Et iteꝝ: Uenit hora clarifica fi-
liū tuū. Quid nā iſta ſignificant? Iccirco plures in
eandem ſententiam textus adduximus: vt vna om
nibus ſolutio afferat. Que igitur ea eſt? Nulli tem
poꝝ neceſſitati chriſtus ſubiectus eſt: nec ob tēporis
obſeruationē nondū horā ſuā veniſſe dicebat. An ne
tempoꝝ opifex/ ⁊ auctor ſeculoꝝ tempora obſerua-
ret? Oſtēdit autē omnia debito tempore: nō ſimul
operari: quoniā inordinata quedā cōfuſio fuiſſet: ni
ſi oportune omnia trāſegiſſet: ſimulq3 generationē:
reſurrectionē/ iudiciū miſcuiſſet. Conſidera queſo/
oportuit facere creaturā: nō vniuerſam ſimul/ non
viꝝ/ nō mulierem vno cōdidit momēto. Oportuit
morti damnatū/ ⁊ reſurrectū iri propter humanū
genus: multū inter vtrūq3 affuit. Sic enim opus
fuit: oportuit dari legem: ſed nō ſimul ⁊ gratiā: ſed
vtrūq3 debitis diſpēſari tēporibus. Nulli igit chri
ſtus ſubeſt temporū neceſſitati: ſed ipſe temporibus
ordinē impoſuit: quoniā auctor eorū eſt: quare hoc
in loco inquit [Nōdū venit hora mea] hoc eſt nōdū
cognitus ſum: neq3 enim ipm quiſq3 preter Andreā
⁊ Philippū ſequebātur: neq3 hi vere adhuc ipſum
cognoſcebāt: nō mater/ non fratres. Si quidē poſt
multa miracula inquit euangeliſta/ neq3 enim fra-
tres eius credebāt in eū: nemo qui nuptijs adeſſet:
quippe qui ſi cognouiſſent ſine dubio ad eū in ſuis
cōfugiſſent neceſſitatibus. Propterea inquit [Nō
dū venit hora mea] id eſt nōdū cognitus ſum p̄ſen-
tibus: nondū ſciūt vinū deeſſe. Sine id primū in-
telligāt: ſatis nō eſt ꝙ ſola referas: mater es: ⁊ ſuſpi
cioſum miraculū faceres. Oportet indigentes ro-
gent: nō ꝙ hoc ipſe indigeā: ſed vt miraculū vniuer-
ſis appareat. Quippe egeni cum beneficiū accipiūt
plurimā habēt gratiā: qui nō indigēt: nō itidem eā
intelligūt. Cur autē cum nondū horā ſuam veniſſe
dixerit/ impleuit tamen matris volūtatē? Maxi
me quidē: vt cōtradicētibus ⁊ temporū momentis
eum ſubiectū exiſtimātibus: palam nō rectā eorum
ſententiā oſtenderet: nam ſi tempori ſubijceret: quo
pacto imature id feciſſet? Preterea vt matri hono-
rem exhiberet et nō omnino ꝯtumax videret matri:
tot preſentibus: neue impotentie argueret. Etenim
Maria ad filiū miniſtros duxit. Si quidē cū cha-
nanee dixiſſet chriſtus: Nō eſt bonū ſumere panem
filiorū/ ⁊ dare canibus: dedit tamē nimia eius ſedu
litate ꝑmotus: at qui etiā dixerat: Nō ſum miſſus
niſi ad oues que perierūt domus iſrael: ⁊ tamen fi-
liam liberauit. Ex quo admonemur: ꝙ etiā benefi-
cio indigni aſſidua efflagitatiōe eo digni efficimur.
Iccirco mater/ ⁊ expectauit: ⁊ palam miniſtros ac-
cerſiuit: vt a pluribꝫ rogaret/ ⁊ addidit [Quodcūq3
dixerit vobis/ facite] Norat nō eſſe imbecillitatis
excuſationē: ſed ne faſtu quodā temere id ſuſcipere vi
deretur: quā ob rem miniſtros adduxit. [Erāt aūt
ibi lapidee hydrie ſex poſite ſ̄m purificationē iudeo
rum: capiētes ſingule metretas binas/ vel ternas.
Dicit eis ieſus: Implete hydrias aqua/ ⁊ impleue-
runt eas vſq3 ad ſummū/ ⁊ dixit eis ieſus: haurite
nūc/ ⁊ ferte architriclino/ ⁊ tulerūt]. Nō temere di
ctum eſt ab euāgeliſta ſ̄m purificationē iudeorū: ſed
ne quis infideliū ſuſpicari poſſ3 aliquo fortaſſe craſ
ſiore vino in eis inſidēte: deinde infuſa aqua limpi
diſſimū vinū effectū. Quare illa particula [ſ̄m pu-
rificationē iudeorū] nūq3 in his vinū fuiſſe oſtēdit.
Nā cum paleſtina: inopia aquarū laboret/ rari eñ
illic fontes ſcaturiūt/ hydrie ille aqua ſemper plene
ſeruabātur: ne ſi quādo imunde fierēt: lōgius flu-
mina petēda eſſent: ſed prope purgarent. Sed qua
nam gratia anteq̄3 implerētur: nō fecit miraculum
qđ lōge fuiſſet admirabilius? Si quidem aliud eſt
ſubiecte materie qualitatē mutare: aliud ipſam ſub-
ſtantiā ex nihilo facere. Hoc profecto mirabilius:
nō tamē ita credibile: ⁊ ꝙ tam facile potuiſſet multi-
tudini perſuaderi: hac gratia miraculorū nōnunq̄3
magnitudinē cōſulto iminuit/ vt facilius crederen-
tur. Sed cur ipſe hydrias aqua nō impleuit: dein-
de in vinū vertit: ſed miniſtris implēdas mādauit?
Ipſam eādē ob cauſam: vt miraculi ipſos teſtes ha
beret: qui aquā hauſiſſent: ne qua fraus/ ne qđ pre
ſtigiū putaretur. Nā ſi cōtumaciores fuiſſent ad cre
dendū: potuiſſent miniſtri teſtimoniū perhibere ſe
aquā hauſiſſe/ ⁊ hydrias ipleuiſſe. Accedit ad hoc/
ꝙ hereticorū dogmata in eccleſia pullulantia ꝓpter
hoc euertuntur: Nam cum ſint nonnulli qui alte-
rum mundi opificem: que videntur opera condidiſ-



ſe aſſeuerēt: horū quoq3 inſaniā cohibēs plura facit
miracula ex ſubiectis ſubſtātijs. Nā ſi ipſe deo ꝯtra
rius opifex fuiſſet: nō vtiq3 alienis vſus eſſet chriſtꝰ
ad ꝓprie virtutis demōſtrationē: hoc autē miracu-
lo manifeſte oſtēdit ſe eū eſſe: qui vineas irrigat: plu
uiā per vitis radicē in vinū vertit: cū qđ in plāta lon
giori tēporis ſpatio efficit: id repēte in nuptijs opa-
tus eſt. Cū aūt impleſſent hydrias inquit [Hauri
te nūc/ ⁊ ferte architriclino: ⁊ tulerūt. Ut guſtauit
architriclinꝰ aquā vinū factū: ⁊ nō ſciebat vn̄ eſſet:
miniſtri autē ſciebāt: qui hauſerāt: vocat ſpōſum ar
chitriclinꝰ/ ⁊ dicit ei: Omnis homo ꝑmū bonū vi-
nū ponit: ⁊ cū inebriati fuerint: tūc id qđ deteriꝰ eſt:
tu autē ſeruaſti vinū bonū vſq3 adhuc] Rurſus hoc
in loco nōnulli calūniāt hūc ebrioſum fuiſſe cōuētū:
de guſtu diſſerētiū: corruptis hoīes moribꝫ: nec ido
neos qui miraculū iudicarēt: vtpote qui nō viderit
aqua: an vinū eſſet. Si q̄dē ipſe architriclinus inq̄t
cū inebriati fuerint/ maxime hoc ridiculū. Uerūta
mē hāc ipſorū ſuſpitionē tollit euāgeliſta: nō enī cō-
uiuas inquit de miraculo tuliſſe ſententiā: ſed archi
triclinū: qui ſobrius nil adhuc guſtauerat: etenī ne
mo ignorat hmōi in ꝯuiuijs munia maxime ſobrijs
⁊ temperātibꝫ demādari: quoꝝ ſolū officiū eſt vt de
bito ordine/ ⁊ apparatu/ omnia diſpenſent. Iccirco
ſobriū viꝝ in miraculi teſtimoniū adduxit. Nō eñ
dixit chriſtus recumbētibꝫ/ miſcerēt: ſed ferrēt archi
triclino. Ut autē guſtauit architriclinus aquā vi-
nū factū: ⁊ nō ſciebat vn̄ eſſet: miniſtri autē ſciebant.
Uocat ſpōſum architriclinus: ⁊ qua nā gratia non
vocauit miniſtros? ita eñ miraculū manifeſtius fu
iſſet: quoniā neq3 ipſe chriſtus manifeſtū fecit: ſ3 len
te ⁊ pedetētim miraculoꝝ ſuoꝝ virtutē cognoſci vo
luit: ad h̄ ſi miniſtri id narraſſent: nemo eis credidiſ
ſet: ſed inſanire potiꝰ arbitrati eſſent: cū de hoīe opi-
niōe omniū humili ⁊ abiecto/ id ꝑhiberēt teſtimo-
niū: ſed re ipſa cognouerunt. Neq3 eñ qui ſibijpſis
nō crederēt alijs fuiſſēt credituri. Propterea nō om
nibꝫ reuelauit miraculū: ſed maxime idoneis: certio-
rē cognitionē in poſterū reſeruauit: vt poſt aliorū ſi-
gnorū certitudinē: hoc etiā crederet. Si quidem in
filij reguli curatiōe oſtēdit euāgeliſta: hoc manifeſti
us potuiſſe: hac eñ maxime gratia regulus chriſtū
vocauit: ꝙ illud ſignū audierat: qđ his verbis ſi-
gnificat [Uenit ieſus in chana galilee: vbi fec̄ aquā
vinū] neq3 ſimpliciter vinū: ſed optimū. Eiuſmodi
eñ chriſti miracula/ vt q3 que natura ꝑfecta ſunt lō
ge pulchriora/ melioraq3 reddant/ ita ⁊ alia/ diſtor
tū membꝝ: q3 ſana validius reddebat. Et autē vi-
nū/ ⁊ vinū optimū eſſet factū/ nō miniſtri tm̄: ſed et
ſpōſus/ ⁊ architriclinꝰ perhibuere teſtimoniū/ ꝙ a
chriſto factū fuerit miniſtri: q̄ aquā hauſerāt: itaq3
q̄3uis tūc occultatū eſſet miraculū/ nō tamē diutiꝰ
ſileri poterat: ſic multos ⁊ neceſſarios teſtes ſibi in
poſteꝝ aſciuit/ ⁊ ſane credibile eſt ſpōſu3 nō prorſus
in his ſiluiſſe. Ueꝝ euāgeliſta expoſito miraculo ad
magis neceſſaria ꝓperat: neceſſariū nāq3 erat vt aq̄
vinū: ⁊ vinū bonū factū ſciretur: non autē ꝙ archi-
triclino ſpōſus dixerit: multa eñ ſigna prius obſcu-
ra ꝓgreſſu tēporis manifeſtata ſunt ab his q̄ a prin-
cipio viderūt: tūc ieſus vinū ex aqua fecit: tunc atq3
etiā in p̄ſentia laſciuas/ ⁊ infirmas hominū volun-
tates mutare nō deſinat: ſunt enim pleriq3 hominū
nullo aqua meliores: frigidi/ fluētes/ ſemꝑ muta-
biles/ hmōi homines ad dn̄m adducēdi ſunt: vt eo-
rū volūtates in vini ſimilitudinē trāſferat: ne am-
plius labātur: ſed p̄teritoꝝ cōpuncti ſibi/ ⁊ ꝓximo
leticie efficiātur auctores. Sed qui nā ſunt hi frigi-
di? Qui fluxis p̄ſentis vite rebꝫ incumbūt: qui non
cōtēptis humanis ſeculi delitijs/ glorie: potētie: di
uitiaꝝ ſunt amatores. Hec eñ omnia fluxa ⁊ cadu
ca ſunt: ⁊ nuſq3 cōſiſtētia: que in preceps ſemper ce-
leri impetu deferunt. Si quidē qui hodie diues eſt
cras erit pauper: qui hodie in curru/ precone/ licto
ribuſq3/ ⁊ apparitoribꝫ/ comitatus magiſtratū ge-
rit: poſtridie nōnunq̄3 in carcerē intrudit: ⁊ velit no
lit/ alijs omnia relinquit. Qui in delitijs vitā agit:
qui cōuiuijs diſſoluit: pene crapula ventrē diſrum
pit: ne vna q̄dem die p̄t in eadē ſatietate permanere
ſed ꝯcocto cibo iteꝝ ad id cōpellit: nihil a torrēte dif
ferēs. Nā queādmodū in eo prior fluxus alio ſupin
cumbēte vrgetur: ita ⁊ nos alio poſt aliū cibo indi-
gemus. Hmōi eſt omniū huiꝰ ſeculi reꝝ natura: vt
q̄ ſortita eſt: retinere nūq̄3 poſſit: ſed ſemꝑ fluāt: ſemꝑ
trahant: in delitijs autē ⁊ cōuiuijs nō ſolū fluxꝰ: ſ3
difficultates multe: ⁊ mala deꝑhēdunt: illa nāq3 ſa-
tietas: tū corporis robur/ tum animi minuit forti-
tudinē. Neq3 ita fluuialiū fluctuū vis ripas excede
re/ ⁊ cōuellere ſolet: vt delitie/ laſciuiaq3 bonā vali-
tudinē/ ⁊ vires omnes facile ſubtrahit. Et ſi medi-
cos ꝑcōtaberis oīum ꝓpe morboꝝ cauſas inde or-
tas inuenies. Uilis ⁊ tenuis ⁊ ſimplex menſa bone
valitudinis mater eſt: ita eā medici appellarūt: ⁊ nō
ad ſatietatē crapulari ſanitatē/ ⁊ ſanitatis parentē.
Cōtra ſatietatē morborū ipſa medicina arte incura-
biliū dixerūt: qđ perſpicuū eſt. Si quidem pedū ca-
pitis oculoꝝ/ manuum egritudines/ paralyſis/ hy-
dropiſis/ hicteritia/ febres lōge/ ⁊ acute/ ⁊ pl'es id
genus morbi/ nimia crapula ꝯtrahunt/ neq3 enim
vacat in p̄ſentia omnes enumerare: q̄ nō ex modico
⁊ victu: ſed voracitate/ ⁊ crapula ingenerant. Et ſi
vis animi quoq3 morbos hinc ꝓuenietes intellige-
re/ auaritia/ iactātia/ bilis/ deſidia/ luxuria/ omis
deniq3 incōtinētia hinc ducit originē. Hec ſecus ac
aſini anime imodicis menſis: ⁊ tot beluis diſtracte
luxuriāt/ perſtringā ⁊ dolores anxietateſq3: quibꝫ q̄
ſe his addixerūt/ afficiūt/ oēs quidē enumerare nō
poſſumꝰ: in ſūmā breui totū explicabo: varia nāq3
⁊ ꝑcioſa mēſa: nunq̄3 auide/ nunq̄3 cū voluptate fru
unt. Ut enim tenuis mēſa bone valitudinis: ita et
voluptatis mat eſt crapula: ⁊ vt morboꝝ ita faſti-
dij: ⁊ fons eſt ⁊ radix. Ubi eñ ſatietas: ibi auiditas
eſſe nullo pacto p̄t. Ubi nulla auiditas: quo pacto
ibi voluptas erit? Propterea nō tm̄ prudētia ⁊ vali
tudine ꝓſpera: preſtare diuitibꝫ pauꝑes videmꝰ: ſ3
⁊ leticia. Quibꝫ manifeſte cognitis ebrietatē/ delitiaſq3 fugiamꝰ: nō i mēſis modo: ſed quecūq3 in rebꝰ
ſecularibꝫ capiūt ea oīa ſpiritualiū voluptate mute
mus/ ⁊ ſ̄m ꝓphetam: Delectare in dn̄o/ ⁊ dabit ti-
bi petitiōes ⁊ cordis tui/ vt p̄ntibꝫ ⁊ futurꝭ bonis ꝑ-
fruamur: gr̄a ⁊ benignitate dn̄i nr̄i Jeſu chriſti per
quē ⁊ cū q̄ p̄ri gl'ia ⁊ ſp̄ūi ſancto in ſecula Amen.

Homelia. xxij. Ex capitulo ſc̄do.

## b Oc fecit initium ſignorū Je- ſus in chana galilee.

Plurimū nos diabolus vrget: plurimū nr̄e inſi
diatur ſaluti. Inuigilandū eſt igitur: ⁊ cōtra illius.

ímpetus: vnumquenq; ſe omni ex parte premunire oportet: nā vel nimio aditu viā ſi quā latiſſimā patefacit: paulatim vires accipit. Qd ſi qua nobis ſalutis noſtre cura eſt: ne nimia quidē in re eū nobis preualere permittamꝰ: ne mox ī morib⁊ preualeat. Sūme nāq; amētie eſt: vt cū ille tātopere animarū perditiōi inuigilet: nos cōtra: ꝓ noſtra ipſoꝝ ſalute nō eandē adhibeamꝰ diligētiā. Hūc ego nō temere in preſentia ſmonē aggreſſus ſum. Timeo ne in medio etiā templo aliquādo hic lupus deliteat: nō preuiſus a nobis: ⁊ inſidijs ſuis / ⁊ noſtra deſidia: ouis aliqua a grege: ⁊ hac cōtiōe aberrās diripiat̄. Nam ſi eius vulnera ſenſu deprehēderētur: ſi corpus offēderetur: nō ſane eſſet difficile eius inſidias precauere: verū tum anima inuiſibilis: inuiſibiles plagas accipiat ſūma nobis opus eſt vigilātia. Nec tantū vnuſquiſq; ſeipm̄ probet. Nemo em̄ nouit hominē vt ſpiritus hominis qui in ipō eſt: oratio omnib⁊ in mediū ꝓponit̄: cōmunis indigētib⁊ medicina. Vnūquēq; auditoꝝ: qd ad morbū ſuū facit accipe oportet. Neſcio qui egrotēt: qui bene valeant / iccirco de omnib⁊ loquor affectibus / vt ſibi quiſq; accomodatā medicinā inueniat. Nūc in auaritiā: nūc in delitias / nūc in luxuriā inuehimur: rurſus ꝟtutes laudamus. Timeo ne quādo vni nobis morbo vacantibus: alij quo magis laboret / medicinā non adhibeā. Si vnus hic eſſet: nō tā neceſſariū ducerē multiplicē habere ſermonē: ſed in tāta cōtiōe plurimos eē affectꝰ credibile eſt. Quā ob rē nō īmerito hac vtimur orōis varietate: q̄ in omnes diffuſa: q̄ quiſq; indigeat: inueniet / hac gratia ⁊ ſcriptura varia eſt: et varia loquit̄ cū in oēm hominū naturā cōditionēq; diffundit̄: in qua omēs reperire affectꝰ neceſſe eſt: licet nō omēs in ſingulis his nos purgati: ſūma cū attētiōe: q̄ nobis hodie ꝓpoſita ſunt audiamꝰ. [Hoc inquit fecit initiū ſignoꝝ ieſus in chana galilee] Diximus quoſdā dicere nō fuiſſe hoc initiū ſignoꝝ q̄ illic facta ſūt. Ego nō cōtēdo hoc. Illud affirmo: poſt baptiſma chriſtū miracula facere cepiſſe: ante nullū hoc: ſiue aliud primū fuerit poſt baptiſma nō admodū queſitu neceſſariū ducimꝰ [Et manifeſtauit gloriā ſuā] Quo nam pacto? Non em̄ multi affuerunt ſed miniſtri tm̄: architriclinꝰ: ſpōſus. Quo inq; pacto manifeſtauit gloriā ſuā? Ex parte licet: ⁊ nō tūc: ſecutis tm̄ tēporib⁊ manifeſtauit: cū oēs id miraculū eſſent audituri / hactenꝰ nāq; predicat̄ / neq; vſpiam latet: nā ꝙ in illa die nō omnes ſciuerint ex ſequentibus cōſtat: ſi quidē cū dixerit [manifeſtauit gloriā ſuā] addidit [⁊ crediderūt in eū diſcipuli eius] qui etiā antea admirati eū fuerūt. Vides ne tūc ſigna maxime fuiſſe neceſſaria quādo idonei eſſent diſcipuli / ⁊ preſto ad miracula accipiēda: facilius em̄ credituri erāt: quorū predicatōe vniuerſus orbis ſecutis temporib⁊ in chriſtū credidit. Et quo nā modo ſine miraculis eius quiſq; habuiſſet cognitionē? doctrina: ꝓphetia: miraculū: ſufficiētia fuerūt: q̄ omniū animos arriperēt. Itaq; iā anima familiarior magis idonea facta eſt / que ſignis ⁊ miraculis moueretur. Quare ſepe euangeliſte nihil operatū chriſtū dicūt: quādo quidē preſentes ad id accipiēdū nō eſſent idonei. [Poſt hec deſcēdit in capharnaū ipſe / ⁊ mater eius / ⁊ fratres / ⁊ diſcipuli eius: ⁊ ibi manſerunt nō multis diebus] Qua nā gratia cū matre abijt in capharnaū: neq; em̄ illic vllū fecit miraculū neq; incole recte de ipſo ſentiebāt: ſed multis flagitijs laborabāt: vt ipſe chriſtꝰ oſtēdit. Et tu capharnaū: vſq; ad celū delata: vſq; ad infernū defereris. Quoniā vt mihi videt̄: cū paulopoſt eſſet hieroſolymā aſcēſurus: ante capharnaū petit: ne quocūq; fratres ſecū / ⁊ matrē traheret. Parū igitur illic matris gratia cōmoratus: iterū miracula aggredit̄. Propterea inquit ꝙ non multopoſt aſcēdit hieroſolymā paucis itaq; ante paſcha dieb⁊ baptizatꝰ venit hieroſolymā vbi rem mirā aggreſſus eſt. Venit in templū ⁊ vendētes oues / boues / colūbas / ⁊ numularios ſedētes eiecit. Alius euāgeliſta cū dicētem meminit: Nolite facere domū patris mei ſpelūcā latronū: hic autē inquit domū negociatōis: nō vt inuicē diſcordēt: ſed ꝙ bis eos eiecerit: nō eodē tēpore: ſed hoc in operū ſuoꝝ initio: illud iā paſſiōis tēpore appropinquāte: quare vehemētiori caſtigatione vſus latronū ſpelūcā appellauit: nūc in ipſo principio remiſſius agit: ex quo veriſimile eſt illud iterū factū. Preterea queſitu dignū eſt / qua gratia adeo chriſtus hic indignatus eſt: ⁊ maxime cū alijs iniurijs / cōtumelijſq; affectus: ſamaritanus / ⁊ demoniū habens appellatus: nihil tale fecerit: nūc nō cōtētus flagello: verbis etiā in eos inuehitur? Cōtra cur iudei qui in collatis beneficijs chriſtū accuſabāt / ⁊ perſequebātur: cū credibile eſſet tam acri caſtigatōe grauius excādeſcere equo animo tulerūt? Nulla em̄ in eū cōtumelia vſi ſunt: ſed quod ſignū (inquiūt) oſtendis nobis / quia hec facis? Animaduertis inuidiā incredibilē: ⁊ quo nam pacto in alios collata beneficia magis eos irritabāt? Sed cū ſpeluncā latronū ab his templū fieri dicit / oſtēdit: que vēdebāt̄ a furto / rapina / auaritia / ⁊ alienis calamitatibus cōparata: cū autē domū negociatiōis impudētes eos in negociādo ſignificat. Sed qua gratia hoc fecit: cum morbos eſſet ſabbato curaturus / ⁊ alia facturus: que illis trāſgreſſio legis videbātur? Ne dei cōtemptor / ⁊ patri cōtrarius exiſtimaret̄: id fecit / vt eorū tolleret ſuſpitionē. Nō em̄ par erat: vt qui pro templi honore tātā oſtēdiſſet indignationē: ab eius domino alienū animū haberet. Sufficiētes ſane erant ſuperiores anni: quib⁊ legi paruerat qui eius erga legiſlatorē reuerētiā oſtēderēt: quodq; nō preuaricaretur: at qui cū credibile eēt ſuperiorē vitā: aut obliuioni mādatā: aut incognitā: vtpote ī paupere ⁊ vili caſa educati: ⁊ cū vilibus ꝯuerſati iā in omni frequētia prope diē feſtū: cū multi cōcurrerēt / hoc ſui facit experimētum. Neq; tm̄ illos eiecit: ſed euertit mēſas: diſperſit argētū / vt illi ſecū reputarēt: ꝙ qui ſe pro domus honore periculis exponeret: eiꝰ dominū minime cōtēneret. Neq; ſimulationē in ipō quiſpiā poterat ꝯiectari: cū nō verbo tenꝰ monuiſſet: ſ; periculis ⁊ cōtumelijs in mediū vulgi: ⁊ ſacerdotū furorē: ſe obieciſſet: rē minime cōtēnēdā: hoc ſane nō ſimulātis: ſed nihil pro diuini tēpli honore recuſantis officiū fuit: hac gratia operi verba cōſenſerunt. Nō enī dixit domum ſanctā ſed patris mei: patrem appellat: neq; iudei indignātur: ſimpliciter nāq; patrem acceperūt. Cum autem in poſterꝝ expreſſius ſe illi equalē oſtēdit: tūc exacerbati ſunt. Quid igit̄ illi [Qd ſignū oſtēdis nobis: quia hec facis] O ſūmā dementiā: quo nā ſigno opꝰ erat: cū malefacta corriperet: ⁊ dei domū tanta purgaret ignominia? Zelus ille ꝓ domꝰ dei honore: maximū fuit virtutis ſignū



Quod boni aduerterūt. [Recordate nanq; ſunt diſcipuli eius tunc: q ſcriptū eſt: Zelus domꝰ tue cōmedit me.] Illi aūt ꝓphetie nō meminerūt: ſed ſignū querebāt: dolebāt turpe lucrū auferri / ⁊ vt eū ab incepto auerterēt: ad miraculū trahere anitunt̄: ideo a ſignis abſtinuit: vt antea cum idē peterēt: reſponderat enī: [Generatio mala ⁊ adultera ſignū q̄rit: et ſignū nō dabit̄ ei niſi ſignū Jone ꝓphete:] ſed tūc quidē manifeſtiꝰ: nunc latentiꝰ: ob nimiā eoꝝ ſtulticiā. Neq; enī qui primū nō petentibꝰ ſignū dederat / petentibus negaſſet: niſi prauam ⁊ fraudulentā eoꝝ mentē cognouiſſet. Intellige queſo q̄d ſtatī rogauerint: intellige malitie plenā ꝑcontationē: cōſentaneū erat / vt xp̄s eā curā ſuſciperet: ⁊ tandē domus ignominia cōmoueret̄: illi aūt accuſant: ⁊ vendere ſibi licere cōtendūt: neq; a vendendo deſiſtēdū niſi ipē ſignū oſtenderet. Quid ad hec xp̄s? [Soluite (inq̄t) templū hoc / ⁊ in tribꝰ dieb⁊ excitabo illud] Multa tunc obſcura ad eos locutꝰ eſt: q̄ adimplendam ꝓphetiā erant futura clariſſima / vt nūc cōtigit. Nam cū reſurrexiſſet (inquit) a mortuis / recordati ſunt diſcipuli eius: q hoc dicebat de corpore ſuo: et crediderūt ſcripture: ⁊ ſermoni quē dixit Jeſus. His verbis alij dubitabāt: alij reſponderūt: [Quadragintaſex annis edificatū eſt templū hoc: ⁊ tu tribus dieb⁊ excitabis illud?] ſecundā templi edificationē memīerūt: prima nāq; viginti ānis abſoluta eſt: ſed qua gratia dubitātibꝰ non aperuit / ſe templū carnem ſuā appellare. Euangeliſta id īterpretat̄ / xp̄s tacuit. Qua inq; gratia? qm̄ ipius verbis fidē non adhibuiſſent: qd ſi diſcipuli nō erant idonei: qui ea audirent: multo minꝰ turbe. Inquit enī [cū ſurrexiſſet a mortuis: tūc recordati ſunt / ⁊ crediderūt ſermoni ⁊ ſcripture. Duo nāq; eis ꝓponebant̄: alterū reſurrectio: alterꝝ longe maiꝰ: an deus in ipō eſſet: vtrūq; his verbis ſignificauit. [Soluite templum hoc / ⁊ in trib⁊ diebꝰ excitabo illud.] qd ⁊ Paulus nō paruū eſſe diuinitatis ſignū oſtendēs inq̄t: Qui predeſtinatꝰ eſt filiꝰ dei in virtute ſcd̄m ſpiritū ſanctificatiōis ex reſurrectiōe mortuoꝝ Jeſu xp̄i: Quare ⁊ hic ⁊ alibi: ſepenumero hoc ſignū in mediū affert [Cum exaltaueritis (inquit) filiū hōis: tūc cognoſcetis q ego ſum.] ⁊ iterū: [Nō dabit̄ vobis ſignū niſi ſignū Jone ꝓphete.] Et hic iterū: [In tribꝰ diebus excitabo illud.] Qm̄ hoc vel maxime argumēto ſe nō eſſe purū hominē: ⁊ mortē ſibi ſubeſſe: ⁊ eius vim ⁊ bellum grauiſſimū mox ſolutuꝝ oſtendebat. Jccirco inquit [tūc ſcietis] Tūc. Quādo? qn̄ videlicet in reſurrectiōe orbē terraꝝ ad me trahā: tūc ſcietis me vt deū / ⁊ dei filiū dilectiſſimū: ad paternā vlciſcendā cōtumeliā hoc feciſſe. Quid tandē? Nō dixit quibꝰ ſignis a negociatiōe mala abſtinere oporteret: ſed daturū ꝓmiſit: quoniam id eos magis irritaſſet: hoc aūt magis exterruit. At illi nihil reſponderūt: cū id incredibile videret̄ / ⁊ vt impoſſibile percōtari neglexerūt. Q̄ ſi ſane mētis fuerūt: qd tūc incredibile viſū erat: poſt tot ſigna ⁊ miracula ꝑfecto querere / ⁊ ꝑcontari debuiſſent: vt eā ſoluerēt dubitationē: ſed ſtulti / aut eiꝰ verbis aures nō adhibebāt / aut iniqua interp̄tatiōe deprauabāt. Propterea xp̄s obſcure ad eos locutꝰ eſt. Eſt aūt hoc in loco queſitu dignū: quō diſcipuli xp̄m a morte reſurrecturꝝ ignorabant: quoniā adhuc ſpiritali gratia indigni erāt. Jdeoq; cū frequēter eis xp̄s reſurrectionem p̄dixiſſet: nihil tn̄ manifeſte ītellexerūt: ſed q̄d id eſſet / inuicē ꝑcontabant̄. Videbat̄ enī haud quaq; credibile: ꝙ ſeipm̄ poſſet aliquis ſuſcitare: ⁊ ita ſuſcitari. Nec aliā ob cauſā Petrus rep̄henſus eſt: q̄ ꝙ cum nihil de reſurrectione ſciret / inquit: [Abſit a te dn̄e.] Neq; xp̄s ante rem ipam hoc manifeſte diſcipulis reuelauit: ne ſc; a principio tanq̄ rei maxime incredibili diffiſi ꝑturbarent̄: neq; enī adhuc plane norāt q̄s eſſet. Manifeſtis nanq; operib⁊ nemo nō crediſſet: ſolo aūt verbo nō ita fides p̄ſtari aſſolet. Hac ratione obſcure primū locutꝰ / cū re ipa / fidem cōfirmauit: tūc ⁊ verbis prudentiā: ⁊ tantā ſpiritus gratiā infudit / vt repente omīa ad ſe traheret. Ille vobis cōmemorabit omīa / inquit. Nam ſi vno duntaxat veſpi pudore abiecto diſcipuli fugiētes / xp̄m negauerūt: minīe ſuꝑioris temꝑis operū / ⁊ verboꝝ eſſent recordati: niſi ſpūſſctī gratiā ſuperne affati accepiſſēt. Q̄ ſi a ſpiritu inquiet quiſpiā audituri erāt Quid oportuit xp̄m id priꝰ cōmunicare / p̄ſerti cū non intelligerēt? Quoniā non docuit eos ſpūs: ſed xp̄i doctrinā in memoriā reduxit: qd nō parū in eiꝰ gloriā ceſſit. Spūs itaq; gratie infuſio / tā larga: tā exuberās a dei gratia ortū habuit: inde ſua ipi virtute: donū coſecuti ſunt. Vite enī honeſtate / atq; ſapiētia effulſerūt: magnoꝝ ſubierūt labores / ⁊ p̄ſentem cōtempſerūt vitā: n[illegible]liꝰ eā momenti arbitrati: hinc ſuper oēs elati: tan[illegible] aquile leues alte volantes: operib⁊ ſuis in ipm̄ celū euaſerūt. Hinc ineffabilem ſpūſſancti gratiā coſecuti ſunt. Hos ⁊ nos dilectiſſimi imitemur: neq; extinguamꝰ lampades: ſed elemoſyna clariores reddamꝰ. Huiꝰ ignis lux ita ſeruat̄: in vaſa oleū dum hanc vitā viuimꝰ / colligamus / qd vobis / neq; poſt hinc migrationē ampliꝰ: neq; niſi ꝑ manꝰ pauperꝝ colligere ꝑmittit̄. Colligamus inquā abūde: ſi cū ſpōſo ingredi volumꝰ. Sin minꝰ: excludemur. Impoſſibile.n. impoſſibile inq; eſt: ⁊ ſi innumera faciamꝰ bona ſine elemoſyna: celeſtis regni / vel veſtibulū quidē attigere. Quā ob rē multa in paupes vtendū eſt liberalitate: vt arcanis et ineffabilib⁊ illis fruamur bonis / q̄ vtinā omnes cōſequamur: gratia / ⁊ benignitate dn̄i noſtri Jeſu xp̄i: cū quo patri gloria ſimul / ⁊ ſpiritui ſctō nunc et ſemper / ⁊ in ſecula ſeculorū. Amen.

Homelia. xxiij. Ex capitulo ſecundo.

## Cum aūt eſſet hieroſolimis in paſcha in die feſto multi crediderunt in nomine eiꝰ

Chriſti temporib⁊ alij in errore ꝑſtabant: alij veritatē oppugnabāt: nōnulli eā cōplexi paulopoſt deſerebāt: hos xp̄s ſeminib⁊ cōparauit: radices tm̄ in ſuperficie diffundētibꝰ: que q̄primū areſcūt. Hos nob euāgeliſta in p̄ſentia ſignificat. [Cū eſſet hieroſolymis ī paſcha ī die feſto multi crediderūt ī noīe eiꝰ videntes ſigna que faciebat: ipē autē Jeſus non credebat ſemetipm̄ eis eo ꝙ ipē noſſet eos.] Firmiores erāt diſcipuli: nō ſignoꝝ tm̄ gratia: ſed doctrine / Jeſum ſecuti. Qui craſſiori erāt ingenio / ſignis trahebant̄: acutiori vero ꝓphetis ⁊ doctrīa: quib⁊ q̄ crediderāt / ſignis: deinde magis cōfirmabant̄: hos xp̄s btōs appellauit. [Beati qui nō viderūt / ⁊ crediderunt.] Q̄ aūt hi nō vere crederent: ex ſequētib⁊ oſtēdit. Ipē enī inquit: [Jeſus nō credebat ſeipm̄ eis.]

Quare? [Eo ꝙ ipſe noſſet oēs et qꝛ ei opus nō erat vt qs teſtimoniū ꝑhiberet de hoīe: ipſe enim ſciebat qd eſſet in hoīe.] hoc eſt/ nō curabat exteriora v̄ba: qui in ipſos aīos ingredit̄: q in humanas cogitationes irrūpit: q eorꝫ feruorē mox infrigeſcere cognoſcebat: neqꝫ acſi ꝑfecti eſſent diſcipuli: eis fidebat: nec archanorꝫ doctrinā tanqꝫ fidelibꝰ credebat/ humanorū aūt cordiū cognitio ſolꝰ dei eſt: q ea formauit. Tu eni inqt cognoſcis corda ſolus. Non opus erat ieſu teſtibus: ad eas quas formarat mentes cognoſcēdas. Norat igitur eorū infirmitati non credendū hoīes eni vtpote q neqꝫ preſentia: neqꝫ futura intelligūt: cū fraudulētis/ ⁊ inſtabilibꝰ ſepenumero res ſuas ſine ſuſpitiōe cōmunicant: xp̄s aūt abſcondita cordiū manifeſte intuebat̄. Tales multi ſūt/ his q̄ꝫ tp̄ibus q ſibi fidei nomē vendicāt: facile ad credēdū adducunt̄: his neqꝫ nūc chriſtus fidit: plurima occulit/ ⁊ queādmodū nos: nō eodē mō amicis/ noīe ⁊ re credimꝰ: ita neqꝫ deus. Audi qd diſcipulis dicat: [Nō iā vos dico ſeruos. Vos amici mei eſtis.] Unde ⁊ quā ob rē? [Quia quecūqꝫ audiui a p̄re/ nota feci vobis.] Hac grā nulla iudeis (ne petentibꝰ qdē) ſigna oſtēdebat: qm̄ tētandi grā percōtabant̄. Nōne ⁊ nūc quoqꝫ ſignorꝫ petitio tētantiū eſt? Sūt ſane ⁊ hac nr̄a etate q querant: quare ⁊ nunc ſigna nō fiūt? Si fidelis es vt oportet/ ſi xp̄m diligis/ vt diligendus eſt: nō indiges ſignis. Signa eni incredulis dant̄. Cur igit̄ inquis/ iudeis nō data ſunt? Sunt inqꝫ maxime. Qd ſi petētes aliqn̄ nō acceperūt: ideo factū eſt: qm̄ nō vt ab incredulitate deſiſterēt: ea q̄rebāt: ſꝫ vt magis malicia ſua obdureſcerēt.

Capitulum tertium.

e **Rat autē homo ex phariſeis nicodemꝰ noīe princeps iudeorum: hic venit ad ieſum nocte.**

Hic in euāgelice narrationis ꝓgreſſu xp̄o opitulat̄/ dicit enī: Lex nr̄a nō iudicat quenqꝫ: niſi prius audiat ab eo ⁊ cognoſcat/ qd faciat. Aduerſus hūc iudei indignati dicebāt: Interroga ⁊ vide ꝙ ꝓpha ex galilea nō ſurrexit. Hic etiā poſt paſſionē multū diligētie in ſepulturā dn̄ici corporis adhibuiſſe ꝑhibetur. Venit enī inquit ⁊ nicodemus: qui venerat ad ieſum nocte primū: ferēs mixturā myrrhe/ ⁊ aloes quaſi libras centū: hic nūc afficiebat̄ quidē chriſto: nō tamē vt oportebat: neqꝫ quo debebat aīo: ſꝫ adhuc iudeica imbecillitate detinebatur: ideo nocte venit: qꝛ interdiu formidabat. Sed clemētiſſimus deus: neqꝫ tam frigidū affectū pepulit: neqꝫ obiurgauit: neqꝫ indignū ſua duxit doctrina: ſꝫ multa cū manſuetudine eum alloquit̄/ ⁊ archana apperit: obſcure quidē: aperit tamē: quippe q longe magis venia dignū exiſtimauit: q̄ꝫ qui malicia ꝑcontabant̄: illi enī nullo pacto poterāt excuſari: hic etſi reprehēſioni/ nō tante tn̄/ erat obnoxius: quomō igit̄ euangeliſta nihil tale de nicodemo dixit: queādmodū alibi/ ꝙ ex principibꝫ multi crediderunt in eū: ꝓpter iudeos aūt nō cōfitebant̄/ ne extra ſynagogā fierēt. Quia id totū ex nocturna profectione ſignificauit. Quid ergo inquit? [Rabbi: ſcimꝰ ꝙ a deo veniſti: nemo enī poteſt hec ſigna facere q tu facis: niſi fuerit deus cum eo.] Adhuc humi vertit̄ nicodemus: adhuc humanā de xp̄o habet ſententiā: et tanqꝫ de ꝓpheta loquit̄: nihil altū propter ſigna coſectatus. [Scimꝰ (inquit) ꝙ a deo veniſti magiſter.] Quid ergo noctu venis: et clanculū: ad eū qui diuina loquit̄: qui a deo venit? Quid nō aperte profiteris? Sed hoc neqꝫ dicit/ neqꝫ reprehēdit ieſus. Calamū enim contritū non cōfringet inquit: ⁊ linū ardens nō extinguet. Nō dicet inqt/ neqꝫ clamabit. Et iterum: Non veni vt iudicē mundū: ſed vt ſaluū faciā. [Nemo poteſt hec ſigna facere q̄ tu facis niſi fuerit deus cū eo.] Adhuc ſc̄m hereticos loquit̄/ qui dixerunt chriſtum in operibus ſuis alterius indiguiſſe auxilio. Quid ad hoc chriſtus? Cōſidera q̄ſo/ humilitatē incredibilē. Noluit dicere ſe nullius egere auxilio: oīa ſuapte facere poteſtate: eē dei dilectiſſimū filiū/ ⁊ eiuſdē qua pater potētie: eo ꝙ difficile creditu videbat̄. Qđ enī ſemꝑ dixi/ ⁊ nūc dicā: cure erat chriſto a principio: nō tam quiſnā eſſe oſtendere/ q̄ꝫ vt crederet̄: nihil contra patris facere voluntatem. Ideoqꝫ verbis ſepenumero humilioribꝫ locutꝰ eſt. re autē qd poſſet/ oſtendit. Miracula virtute ſumma operatus eſt. Volo inqt: purgare. Tabitha ſurge: Extēde manū/ dimittunt̄ tibi pc̄tā tua. Tace: obmuteſce. Tolle grabatū tuū: et vade in domum tuā. Tibi dico malū demoniū exi ab hoc. Fiat tibi vt vis. Si qs vobis aliquid dixerit/ dicite: qꝛ dn̄o his opus eſt. Hodie mecū eris in paradiſo. Audiſtis quia dictū eſt antiquis: Nō occides. Ego autē dico vobis: quia oīs qui iraſcit̄ fratri ſuo: reus erit iudicio. Venite poſt me faciā vos piſcatores hoīum. ſic in oī euangelio ſummā eius deprehēdimus in rebus autoritatē. Et quonā pacto ei quiſpiā crediſſet: niſi ſc̄m iuſſa res finē aſſecute eſſent? Potuiſſent inania derideri precepta. Verū cum re euenerint/ etiā inuitis ſilentiū impoſuit. Ex ſolis enim verbis iudei/ vt erāt impudentes: ſtulticiam eius arguere potuiſſent. Quam ob rē hoc in loco Nicodemū alloquēs: nihil altū attingit: ſed obſcure/ ex humili ad ſuperna erigit: admonetqꝫ ſe ſibi ipſi ſufficientē ad facienda miracula. Perfectū enī ipſum genuit pater nullius indigentē: nullius rei humilis/ aut abiecte participē. Sed videamus quomō hoc confirmet. Dixerat nicodemus: [Rabbi ſcimus qꝛ a deo veniſti magiſter/ ⁊ ꝙ nemo poteſt facere q̄ tu facis: niſi fuerit deus cum eo.] Exiſtimauit ſe magnū aliquid dixiſſe. Quid chriſtus? Ut oſtēderet nondū vere cognitionis veſtibulū attigiſſe: ſed extra regiā aberrare/ ⁊ ipſum ⁊ quicūqꝫ eadē eſſet ſentētia: reſpondit: [Amen amen dico tibi: Niſi qs renatus fuerit denuo: nō poteſt videre regnum dei.] Hoc eſt/ niſi iterū naſcaris/ et vera imbuaris doctrina: longe a regno dei aberras. Sed obſcure dixit: ⁊ vt equiori aīo toleraret: nō apte ad ip̄m ſermonē vertit: ſed indefinito vtit̄ verbo. [Niſi quis renatus fuerit tantū.] non dicēs ſiue tu/ ſiue quis aliꝰ: talē de me habet opinionē: in regnū non recipiet̄. Quod niſi hac ratiōe dixiſſet/ nihil ſane ad ꝓpoſitū id reſponſum. Hoc ſi iudei audiſſent: irriſiſſent ꝑfecto/ ⁊ abijſſent. Nicodemus aūt/ ⁊ in hoc diſcēdi ſtudiū ꝑ ſe tulit: et ꝓpterea obſcure aliquādo loquit̄ chriſtus: vt audiētes attētiores reddat. Siquidē clarū/ et manifeſtū verbū fugit nōnunqꝫ auditorē: obſcurū aūt etiā diligentiorē efficit. Sentētia aūt eſt: Niſi genitus fueris denuo/ hoc eſt niſi ſp̄ūs per regeneratiōis lauacrum particeps efficiaris: nō poteris veram de me



opinionē cōcipere. Iſta tua nō ſpiritalis: ſed aīalis opinio eſt. Non tamē his verbis vſus eſt: noluit enī ꝓ viribus: ⁊ cognitiōe ſua loquentē perterrere: ſed ad maiorū cogitationē ſine ſuſpicione erigit. [Niſi quis renatus fuerit denuo.] Denuo hoc ī loco: alij e celo: alij iterū exponunt. Quippe qui nō ita naſcit̄ nō poteſt videre regnū dei. Regnū dei ſeip̄m ſignificat: oſtendēs nō eſſe id tantū/ qđ videt̄: ſꝫ alijs opꝰ eſſe oculis vt videat̄. Adhec nicodemus: [Quō (inquit) poteſt hō naſci cū ſit ſenex.] Rabbi eum appellas/ ⁊ a deo veniſſe dicis/ ⁊ eiꝰ verba nō intelligis? eo etiā verbo vteris qđ multā affert ꝑturbationē. Ea enī particula [quomō?] nō multū credētiū: ſed adhuc terrena ſapientiū eſt. Nam ⁊ ſara ꝓpterea riſit: qꝛ quomodo parere poſſet cogitauit/ ⁊ alij multi hoc verbo fide exciderunt. Heretici quoqꝫ hinc in ſua perſtāt opinione: alij quidem quomodo natus eſt chriſtus: alij quomō carnē accepit interrogant/ ⁊ mentis ſue imbecillitati/ immenſam illam: ⁊ ineffabilem ſubijciunt ſubſtantiam: que importuna curioſitas ſapientibus fugienda eſt. Neqꝫ enim qui quomodo percontant̄: id ſciēt/ ⁊ a vera excidūt fide. Propterea nicodemꝰ cum dubitaret modū inqrit/ id enī ſibi dici intelligebat/ ꝑturbat̄/ ⁊ rē nō intelligit. Nam cū ad chriſtū tanqꝫ ad hoīem veniſſet/ audiretqꝫ q̄ꝫ ab hoīe longe maiora: ⁊ q nemo vnqꝫ audierat: primū ad id mentē erigit: caligine tn̄ ꝑſtringitur: neqꝫ perſtat in fide: rei difficultate huc illuc diſtractus. Ideo nō poſſe id fieri primum aſſerit: inde apertius ſibi declarari rogat. [Nunqd inqt poteſt in ventrem matris ſue iterato introire/ ⁊ renaſci?] Animaduertite quonā pacto q humanis rationibꝫ ſpiritalia admiſcet: ridicula loquit̄/ ⁊ delirat tanqꝫ ebrius: quotiens diuinorū ſenſum ꝑſcrutatur: neqꝫ eum accipit. Audiuit generationē: ſed ſpiritalē non intellexit: ſed ad carnis traxit vilitatē: ⁊ tā admirabilē ꝓfundā doctrinā naturali neceſſitati cōglutinauit/ deliramēta/ ⁊ ridiculas ꝓponit dubitationes. iccirco paulus inquit: ꝙ aīalis homo nō ſuſcipit ea que ſpiritus ſunt. Verū nicodemus chriſtū reuerenter alloquit̄: nō intellexit q̄ diceret/ ⁊ impoſſibile id arbitrat̄: hoc tn̄ cōticet. Duo ei dubitationem faciebant/ ⁊ generatio talis/ ⁊ regnum. Neqꝫ enī regni nomē auditū erat a iudeis vnqꝫ: neqꝫ huiuſmodi generatio/ primū autē priorē partē aggredit̄: q maxime eius mentē mouerat. Nos autē horū nō ignari: diuina myſteria ꝑſcrutari caueamus: neqꝫ rerū humanarū neceſſitate illa agi exiſtimemꝰ: ſed pietate ſumma/ oīa intelligamus/ ſcripruris fidē adhibeamus. Curioſus nanqꝫ ⁊ nimius rerū diuinarū perſcrutator/ nihil ꝓficit/ nihil inuenit/ preter vltimū ſuppliciū. Audis natū chriſtū/ crede: quomō/ noli diſquirere: neqꝫ ꝓpter hoc tollas generationē/ qđ vltime ſtulticie eſt. Nā ſi nicodemus (generatione nō illa ineffabili: ſed hac q ei gratia ꝓuenit audita) qm̄ nihil magnū aīo cōcepit: ſed terrenis tantū inheſit/ tenebris ꝑfuſus eſt/ quāto hi digni ſupplicio qui admirandā illā/ et omnē ſuperantē rationem/ ⁊ intellectū tanto ſtudio querūt/ inueſtigāt/ ꝑſcrutantur? Nihil enī tam obſcuris obducit̄ tenebris/ q̄ꝫ humana cogitatio/ que oīa ad terrā reducit/ nec patit̄ celitus lumen accipere: viliſſima ꝑfecto/ ⁊ ad lutū oīa referēs/ ideo ſuperna nobis aqua opus eſt/ vt abluti ⁊ quantū fieri poteſt/ mūdi celū petamus/ ⁊ celeſtibus imbuamur diſciplinis/ hoc autē ⁊ animi bonitate/ ⁊ vite recritudine aſſequimur/ neqꝫ enī intēpeſtiua inueſtigatiōe dūtaxat: ſed corruptis quoqꝫ moribus: humana mens in tenebris verſat̄. Quare paulus ad corinthios inqt: Lac vobis potū dedi/ nō eſcam: nōdū enī poteratis: ſed ne nūc quidem poteſtis/ adhuc enī carnales eſtis/ cū ſit inter vos zelus/ ⁊ cōtentio/ nōne carnales eſtis? Et ad hebreos/ ⁊ alibi: frequēter hāc malorū dogmatū cauſam paulū afferentē quis videre poterit. Aīa enī in affectibus implicita/ nequit ꝑfecto magnum aliquid aut generoſum intueri: ſed tanqꝫ lippitudine quadam ꝑturbata/ in tenebris verſat̄. Mentis igitur oclos: a tā grauiſſimo morbo liberemꝰ/ illuminemꝰ nolimꝰ inter ſpinas ſemē iacere. Que nā hec ſpinarum copia noſtis/ ⁊ etſi tacemus/ ſepe numero audiſtis/ chriſtum p̄ſentis vite ſolicitudines/ ⁊ diuitiarum fraudes/ ſpinas appellaſſe/ ⁊ merito ſane. Nā queādmodū ſpine ſteriles ſunt ita et diuitie. Queādmodū ille: qui tangūt lacerāt: ita harū cupiditas Queādmodū facile igni cōprehendunt̄/ ⁊ odio habent̄ agricolis/ ita huius ſeculi negocia. Poſtremo vt inter ſpinas fere/ vipere/ ſcorpij deliteſcūt: ita in fraudibꝰ diuitiarū. Verū enīuero dilectiſſimi/ ſpiritus ſc̄ti igne/ ⁊ ſpinas cōſumamꝰ/ et beſtias effugemus/ vt agricole agrū purgatū reddamus/ inde ſpiritalibus aquis irrigemꝰ/ plātemus oliuā fructiferā/ plantā vtiqꝫ mitiſſimā ⁊ ſemꝑ virētē/ q illuminat/ q nutrit/ que bonā facit valitudinē: hec elemoſyne ſunt officia/ que tanqꝫ ſignaculū eſt eā poſſidentibus. Hec plāta ne morte quidem areſcit: ſed ſemper viret/ mentē illuminat/ animi vires nutrit/ ac etiā robuſtiores efficit. Hāc ſi ꝑpetuo amplectemur: fidenter ⁊ ſponſum adire/ et thalamū ingredi poterimus/ cuius vtinam oēs fiamus participes: gratia ⁊ benignitate dn̄i noſtri ieſu chriſti/ cum quo patri gloria ſimul/ ⁊ ſpiritui ſc̄tō nūc/ ⁊ ſemper et in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia. xxiiij. Ex capitulo tertio.

r **Eſpondit ieſus ⁊ dixit: amē amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpiritu ſc̄tō nō poteſt introire in regnum dei.**

Pueri ſingulis diebus ad magiſtros proficiſcentes/ et doctrinā accipiūt/ et accepta recitant/ nunqꝫ vacātes/ vt ſciētie poſſeſſionē adipiſcat̄/ interdū noctes diebus iungūt/ ⁊ adhuc pro caducis/ et fluxis rebus ſepenumero illos cogitis. Nos autē a vobis qui ꝑfectiori eſtis etate/ nō tantū exigimus quantū vos a liberis veſtris: non enī ſingulis diebus: ſed duobus tm̄ ⁊ breui eorū parte/ vt vos labore leuemus/ hortamur orationi noſtre aures adhibeatis. Adhec ⁊ paulatim vobis ſcripturarū dicta decerpimus/ vt facile accipere: in mētis vr̄e theſauris recōdere: memorie mādare: mādata alijs diligēter exponere poſſitis: quod profecto aſſequimini niſi perqꝫ ſomnolēti/ ⁊ deſidie dediti/ ⁊ puerulis lōge hebetiores ſitis. Accipiatis igit̄ dilectiſſimi q heſternā contionē ſequūtur. Heſitabat nicodemus/ ⁊ de huius ſeculi generatiōe locutū chriſtum arbitratus. [Impoſſibile (inquit) ſenē naſci denuo.] Animaduerte nūc quomō iterum chriſtus/ quā generationē dicat

manifeſtius oſtendit/ difficilē quidē ei qui ſm aīam
tm̄ percōtabaꝛ/ potentē tamē a terrene cogitatiōis
humilitate erigere auditorē. Quid ergo dicit? [ Ni
ſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpirituſctō/ nō po-
teſt introire in regnum dei.] Tu impoſſibile dicis:
ego tā neceſſariū/ vt aliter quis ſaluus eſſe non poſ-
ſit/ q̄ppe que maxime neceſſaria ſunt/ ea etiā facilia
fecit deus. Terrena ⁊ ſm carnē generatio ex pulue
re eſt/ ideo recondita ſunt ei celeſtia. Quid eni com-
mune terre cū celo? Spiritalis celeſtes nobis por-
tas perfacile aperit: intelligitis quot veſtrū in tene
bris ſitis? Exhorreſcite/ gemite/ formidoloſe mine
ſunt/ formidoloſa ſententia. [Non poteſt (inquit) q̄
nō renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu introire ī regnū
celorū.] Non ita ſentiebat nicodemus. Nihil enim
peius eſt q̄ humanis rationibus ſpiritalia ſubijce-
re. Hoc illū impedit ne quid magnū/ ne quid ꝓfun
dum cōtemplareꝛ. Ideo nos fideles appellamur/
vt humanaꝝ cogitationū vilitate cōtēpta/ ad fidei
altitudinē euadamus/ ⁊ que nos manēt bonorū co-
gnitionē hauriamus. Qď ſi nicodemus intellexiſ-
ſet: nō ſane impoſſibile dixiſſet: qua vt abduceretur
ſnīa: quā diceret generationē xp̄s oſtendit. [Niſi qs
renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpirituſctō: nō poteſt introi
re in regnū dei.] Voluit eū minis perterrere/ ⁊ ad
credendū allicere: ne impoſſibile arbitraretur/ ⁊ vt
carnalis generationis opinionē tolleret: aliam in-
quit nicodeme generationē dico. Quid ad terrā de-
uolueris? Quid hāc naturali ſubijcies neceſſitati?
Altius partus hic/ ⁊ excellētior nihil cū terrenis cō
municat/ nomine tantū hec generatio cōuenit/ re lō
ge differt. Reijce cōmunē conſuetudinē: aliū partū
induco: quo homines renaſci volo: alium generatio
nis modū affero. Formaui ex terra ⁊ aqua: nō vtile
vas euaſit: ſed deterius factū eſt: nō amplius aqua
⁊ terra fingendū eſt: ſed aqua et ſpiritu. Qď ſi quis
interroget quomō ex aqua: rurſus ego illū: quomō
ex terra? Quomō lutū in aliā tranſiuit materiam?
Quomō vnius ſpeciei ſubiectū (terra eni ſola erat)
varia ⁊ diuerſa effinxit. Vn̄ oſſa/ nerui/ arterie/ ve
ne? vnde mēbrana ⁊ vaſa organica? vn̄ epar/ ſplen/
cor? vnde cutis/ ſanguis/ phlegma/ colera? vn̄ tot
operatiōes/ tot colores? hec eni nō terre ſunt/ neq̧
luti. Quomō terra accepto ſemine germinat: caro
acceptā corrūpit? quomō terra cōmiſſa nutrit: caro
his nutritur/ nō nutrit? Terra collecta aqua vinū
facit: caro id ſepenumero acceptū in aquam vertit.
Vnde igiꝛ caro ex terra eſt: cū cōtrariā terre opatio
nē oñdit? Sane rōne inuenire nō poſſumꝰ fide ſola
poſſumꝰ. Qď ſi q̄ quotidie videmus/ ⁊ tangimꝰ fi-
de indigent: quātomagis archana illa ⁊ ſpiritalia?
Nam queādmodū terra inanimata immobilis diui
na volūtate ad tanta miracula ꝓducenda vires ac-
cepit: ita ſpiritu et ſenſibili aqua oīa hec admirabi/
lia/ ⁊ humanā excedētia cogitationē facile exoriūꝛ
Noli igitur quoniā hec nō vides diffidere: neq̧ eni
animā vides: tamē animā eſſe et eā te habere/ ⁊ ali-
quid preter corpus eſſe nō dubitas. Verū chriſtus
nō hoc: ſed alio exemplo nicodemū allicit. Siquidē
anima incorporea eſt: nicodemus vo craſſioribus
adhuc cogitationibꝰ verſabaꝛ. Mediū igitur ad-
duxit exemplū: quod non ad ſolidi corporis naturā:
neq̧ ad incorpoream aſcēdit: hoc eſt venti impetus.
et primum ab aqua ordiꝛ que tenuior eſt/ q̄ terra:
craſſior q̄ ventus. Queādmodū enim in principio
elementū terra ſubiecta eſt: totum autē opificis dei
fuit: ita hoc in loco elementū aqua ſubijciꝛ. Verū-
tamen totū ſpiritalis eſt gratie/ ⁊ tunc quidē in ani-
mam viuentē factus eſt homo/ nunc in ſpiritum vi-
uificantē. Verū magna eſt differentia: anima enim
vitā alicui nō dat: ſpiritus autē nō modo per ſe vi-
uit: ſed alijs vitā largitur/ ita mortuos ſuſcitarunt
apoſtoli. Et tūc quidē poſt factā creaturā homo for
matus eſt: hic autē cōtra. Siquidē ante nouā crea-
turam nouus homo creaꝛ/ ⁊ primus naſciꝛ/ ⁊ tunc
mundus tranſfiguraꝛ. Et queādmodū a principio
totum formauit/ ita nunc totū creat. Et tūc: Facia-
mus (inquit) ei adiutoriū: hic minime. Quippe qui
ſpirituſſancti gratiā accipit: nulla alia re indiget.
Qui in chriſti corpore perficiꝛ: quonā alio ei opus
eſt auxilio? Tunc ad dei imaginē fecit hominē: nūc
deo familiarē reddidit. Tunc piſces/ ⁊ feras homi-
ni ſubiectos fecit: nūc ſupra celos noſtrū propaga-
uit imperiū. Tunc paradiſi incolā conſtituit: nunc
celū aperuit. Tunc ſexta die factus eſt: nunc prima
⁊ ipſo principio vna cum luce. Ex quibus oībus cō
ſtat: ꝙ ad aliā meliorē/ ⁊ nullū finem habiturā vitā
hec efficiebantur. Prima igiꝛ formatio ex terra hoc
eſt ade. Altera ex eiꝰ latere: mulieris videlicet. Ter
tia ex ſemine: vt abel. Verum nullā harū quomodo
⁊ qua fiant ratiōe aſſequi poſſumus: quanq̄ craſſio
ra ſint. Quonā igitur pacto de intellectuali per ba
ptiſmū generatiōe/ ⁊ tam admirabili partu rationē
reddemus: q̄ longe altiora ſunt/ ⁊ ſubtiliora? Nam
et angeli qui affuerūt: tā inenarrabilis operis mo-
dum minime enarrare poſſent. Affuerūt dūtaxat et
viderūt nihil tamen operati ſunt: ſed pater tm̄ et fi-
lius/ ⁊ ſpirituſſanctus. Pareamus igiꝛ diuine ſen-
tentie: que ſenſu ipſo viſus certior eſt. Viſus eni ſe-
penumero falliꝛ: illa minime. Nam cū oīa quecūq̧
ſunt deus effecerit: dignus ſane eſt cui fides adhi-
beatur: cum de ſuo quicq̧ aſſerit opificio. Quenam
ergo diuina ſententia eſt? Qď generatio eſt res ꝑfe-
cta: quod ſiquis quomō percōtabitur/ ſilentium ei
diuino imponas teſtimonio: qď maxima eſt/ et cer-
tiſſima demonſtratio. Sin iterū rogabit qua ratio-
ne aqua abluimur: rogemus rurſus nos: cur vni-
uerſa terra principium in hoīs formationē retulit.
Nam ꝙ ſine terra homo fieri potuiſſet/ nemini du-
bium eſt. Sed inquiet quiſpiā a terra corpus habu
iſſe: ab aqua autē nihil. Verū in hac re aqua nō pa-
rum confert. Quā ob rem noli curioſius inueſtiga
re. Nam ꝙ perneceſſaria ſit aqua/ vel inde perſpi-
cuum eſt: ꝙ cum ante aquā ſpiritus inſpiraſſet. In
hoc tamē nō quieuit apoſtolus: ſed ad aque neceſſi-
tatē oſtendēdam ait: Nunqđ aqua quis prohibere
poteſt/ vt nō baptiſenꝛ hi qui ſpiritūſanctū accepe-
runt: ſicut ⁊ nos? Quenā ergo aque neceſſitas? Iā
abſconditum vobis myſteriū apperiā: ſunt ⁊ alia:
nunc vero ex omnibꝰ vnum expoſuiſſe ſufficiat: pri-
mum: diuina in hoc conſumanꝛ iudicia/ ſepultura
mortificatio/ reſurrectio/ vita/ et hec ſimul omnia.
In aqua enim tanq̄ in ſepulchro caput immergen-
tibus/ vetus homo ſepeliꝛ: emergentibꝰ nouus re-
ſurgit: inde vt facile nobis eſt immergi/ et emerſos
reſpirare: ita deo veterē ſepelire hominē/ et nouum
induere. Preterea hinc patris/ ⁊ filij/ ⁊ ſpirituſſan-
cti virtutem: hec omnia implere intelligis. Quod



ne coniectura a me: ſed vero ſenſu dicta intelligas:
audi paulū: Cōſepulti (inquit) ſumꝰ cū illo ꝑ baptiſ-
mum. Et iterū: Noſter vetus homo ſimul crucifixꝰ
eſt. Et itē: Complātati facti ſumꝰ ſimilitudini mor-
tis huius. Non ſolū autē baptiſma crux diciꝛ: ſed
crux baptiſma. Baptiſmo enim quo ego baptiſo (in-
quit) baptiſabimini/ et baptiſmo habeo baptiſare:
qď vos neſcitis. Nam quemadmodū facile baptiſa-
mur/ ⁊ emergimus: ita ipſe moriēs: cum voluit re-
ſurrexit: immo lōge facilius: quāuis triduū diuini
myſterij diſpenſatiōe in ſepulchro iacuerit. Cū igiꝛ
tantis myſterijs nos deus dignatus ſit: vitā dono
conſentaneā exhibeamꝰ: vitā inquā optimā. Qď au-
tē ſi nō adhuc digni eſtis totis viribus contēdite: vt
digni efficiamini/ vt fiamus oēs vnū corpus: vt ſi-
mus fratres. Donec eni diſſentiētibꝰ: ſiue patrē qs
habeat/ ſiue filiū/ ſiue fratrē: nemo ſane vera ꝓpin-
quitate deuinctus inueniꝛ: ſpiritali propinquitate
ablata. Quid enim vtilitatis lutei corporis cōiun-
ctio: niſi cōiungamur ⁊ ſpū? qđ nobis terrena cōfert
cognatio: ſi in celis ſumꝰ alieni? Alienꝰ eſt cathecu
minus a fideli: nō hēt idē principiū/ nō eandē ciuita
tē: nō eūdē parētē/ nō victū/ nō veſtitū/ nō mēſam/
nō caſtrū/ nō domū/ nihil cōmune. Etenim terrena
cathecumini/ celeſtia fidelis ſunt: huic chriſtus rex
eſt: illi autē peccatū/ et diabolus. Huic cibus chri-
ſtus eſt: illi quod corrumpiꝛ. Et rurſus huic veſtis
tinearū opera: illi autē angelorū dn̄s. Huic terra:
illi celū patria: itaq̧ cum nihil cōmunicemus: que
cū illis nobis cognatio? Sed eādē matrē habemꝰ:
eodē partu nati ſumus. Nihil hoc ad veriſſime co-
gnatiōis cōparationē. Studeamus ſuperne ciuita
tis ciues fieri: quouſq̧ ab ea peregrinamur? Opor
tet veterē repetamus patriā: neq̧ eni paruis rebus
piclitamur. Nam ſi inopima/ ⁊ repētina mors/ qď
abſit/ nos inuaderet/ ⁊ celeſtiū ignari hinc migrare
mꝰ: nihil nobis innumera huiꝰ ſecli bona ad ſalutē
ꝓficerēt: qn̄ nos gehēna/ vermis venenoſus/ ignis
inextinguibilis/ ⁊ cathene maneāt indiſſolubiles.
Sed abſit vt auditorū meorū quiſpiā eo dāneꝛ ſup
plicio: quod euitabimus/ ſi ſanctis dignati myſte-
rijs/ aurū/ argentū/ lapides p̄cioſos ſuꝑ fundamē-
to ſm apoſtolū edificabimus. Hoc pacto hinc emi-
grantes diuites apparebimus: ſi pecunias nō hic
relinquemus: ſed per pauperū manus ad perpetu-
os trāſferamus theſauros. Si chriſto mutuabis/
cui multa debemus: nō q̄dē pecunias: ſed peccata.
Mutuemuſq̧ itaq̧ pecunias/ vt veniā accipiamꝰ
peccatorū: ipſe eni eſt qui iudicat. Nolimus eni de-
ſpicere in hoc ſeculo eſurientē: vt in futuro nos nu-
triat. Hic cum veſtimento operiamus: ne ſuo nos
auxilio nudos deſtituat. Si ei potū dederimꝰ/ nō
dicemus cū diuite: Mitte lazarū vt intingat extre
mū digiti ſui in aqua: vt refrigeret linguā meā. Si
hic domi hoſpitē accipiemꝰ/ multa nobis in regno
ſuo habitacula p̄parabit. Si in carcerē intruſum vi
ſitabimus: ipſe nos vinculis liberabit. Si peregri
num colligemus: nos celeſtis regni peregrinos nō
deſpiciet: ſed ſuperne ciuitatis participes faciet. Si
infirmo operā preſtabimus: q̄ꝓprimū noſtras cura-
bit infirmitates. Parua igiꝛ ſaltē exhibeamus: vt
ꝓ paruis maxima accipiamꝰ/ maxima mercemur.
Dum tempus eſt ſeminemus: vt metamus anteq̄
hyems adueniat: dū mare nauigari pōt: dū huius
negotiationis ſumus dn̄i. Sed quādo erit hyems?
Quādo magnus ⁊ tremendus ille dies aduenerit:
tūc nō ampliꝰ mare hoc ſpacioſum/ ⁊ imēſum naui-
gare nobis licebit. Mari nanq̧ preſens hec vita cō
paraꝛ. Nunc ſerēdi tēpus eſt: tunc meſſis ⁊ prouen-
tus. Qui nō ſemētis tēpore: ſed in meſſe ſeminarit:
eſt ſane ridiculus: ſemētis nunc tp̄s. Non igiꝛ nunc
colligēdū ſ3 diſꝑgendū eſt. Diſꝑgamꝰ vt ꝯgregemꝰ.
Non cōgregemus vt meſſem amittamus: hoc eni/
vt dixit tp̄s ad ſerendū nos vocat/ vt diſtribuamꝰ.
nō colligamus: erogemus/ nō recondamus. Noli-
mus tēpeſtiuū tēpus contēpnere: ſed vbertim ſemē
iaciamus: nec vlla ex parte noſtris parcamꝰ facul-
tatibus: vt multiplicē dei in nos remunerationē/
liberalitatēq̧ expiamur: gratia ⁊ benignitate dn̄i
nr̄i ieſu chriſti: ꝑ quē ⁊ cū quo patri gloria ſimul/ ⁊
ſpirituiſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia. xxv. Ex capitulo tertio.

## q Uod natū eſt ex carne caro eſt: ⁊ quod natum eſt ex ſpiritu: ſpiritus eſt.

Magnis nos myſterijs dignatus eſt vnigenitꝰ
dei filius: magnis inq̄ ⁊ diuinis nō qualia nos ac-
cipere: ſed qualia ip̄m exhibere decet. Nam ſi meri-
ta noſtra reputabimus: nō modo munere nullo: ſed
ſupplicio digni ſumus. Sed nō hoc reſpiciēs beni-
gnus deus nō modo nos ſupplicio liberauit: ſed et
vitā: multo priori potiorē largitꝰ eſt: aliū nobis mū-
dū: aliā cōdidit creaturā. Si qua enim in chriſto eſt:
inquit/ noua ē creatura. Que nā? Audi ip̄m: [Niſi
qs renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpūſctō: nō poteſt introi-
re in regnū dei.] Terra excideramus haud digni q̄
bus hic habitationē cōcederet/ in celū tamē nos ex-
tulit. Principio inuidos nos dep̄hēdit/ ⁊ maiora
largitus eſt. ab vno ligno nō abſtinuimus/ ⁊ ſuper-
nas delitias impartitus eſt. In paradiſo ꝑmanere
nō potuimus/ ⁊ celos nobis apperuit. Nō immeri-
to igiꝛ paulus: O altitudo (inquit) diuitiarū ſapiē-
tie ⁊ ſciētie dei. Nō amplius mater/ nō enixus/ non
ſomni/ neq̧ cōcubitus/ nō amplexus/ nouū iā na-
ture noſtre intexiꝛ opificiū: a ſpūſctō ⁊ aqua. Aqua
autē accepta eſt: partus genito factū. Quod eni eſt
matrix embrioni: hoc ⁊ fideli aqua. Siqđē in aqua
fingiꝛ/ ⁊ formaꝛ. Nam primū dictū eſt: Producāt
aque reptile aīe viuentis. Ex quo autē iordanis al-
ueū ingreſſus eſt chriſtus: nō ampliꝰ reptilia aīarū
viuentiū: ſed aīas rationales ⁊ ſpiritales aqua pro-
ducit. Et qď de ſole dictū eſt/ Tanq̄ ſpōſus ꝓcedēs
de thalamo ſuo: hoc longe maius de fidelibus in p̄-
ſentia dici poteſt. Multo nanq̧ q̄ ille clariores dif
fundūt radios. At qď in matrice formatur tēpore in-
diget/ qď in aqua minime: ſed momēto oīa ꝑficiunꝛ.
Siquidē vbi caduca vita eſt: a corporea corruptiōe
principiū accipiꝛ: oīa mora tēporis generantur. Ea
namq̧ natura corporis eſt vt tēpore perfectionē ſuā
accipiat: ſed non ita in ſpiritalibus. Quid tandem?
Quoniā perfecta ab ipſo principio opa ſua facit ſpi-
ritꝰ. Sed cū nicodemꝰ his verbis ꝑturbareꝛ: videi
quō xp̄s ei tāti myſterij archana apperit. [Qď na-
tū eſt ex carne caro ē: ⁊ qď natū eſt ex ſpū ſpūs ē.] Ab
oībus eū q̄ ſenſu percipiunꝛ abducit: neq̧ ſinit cor-
poreis oculis myſteria ꝑſcrutari. Nō diſputamꝰ de

carne (inquit) nicodeme: ſed de ſpiritu. Et e veſtigio hoc verbo ad ſuperna eum erigit: ne qd ſenſu ſubiectum perquirat: cum his oculis ſpiritum nemo poſſit intueri. Noli arbitrari ꝙ carnē ſpiritus pariat. Quomodo ergo dixerit quiſpiam chriſti caro parta eſt? Non a ſpiritu tm̄: ſed et a carne. quod Paulus ſignificat: Factum ex muliere: factū ſub lege. Spiritus illam formauit non tamen ex nihilo. (Quid enim opus fuiſſet matrice?) ſed ex carne virginali. Quonam autem pacto factum ſit/ explicare nō poſſum ſed factum eſt; ne quis a natura noſtra partum illum alienū putaret. Nam cum etiam ſic nonnulli huic generationi non credant: niſi virginalis carnis particeps fuiſſet: in quam impiā prolapſi eſſent opinionē? [Quod natum eſt ex ſpiritu: ſpiritꝰ eſt.] Animaduertis ſpiritus dignitatem. Dei nanqꝫ efficiens opus apparet; ſuperius enim inquit/ ex deo natos: nunc ex ſpiritu. [Quod natū eſt ex ſpiritu: ſpiritus eſt.] Natiuitatē autem hoc in loco: non ſecundum ſubſtantiam: ſed honorē et gratiam intelligit: ꝙ ſi filius hoc pacto natꝰ eſt: qd in eo q̄ꝫ in ceteris hominibus: qui ita nati ſunt excellentius inuenit? Quomodo eſt vnigenitus? Etenim ego ex deo natus ſum: ſed non ex eius ſubſtantia: ꝙ ſi neqꝫ ipſe quid differt a nobis: fortaſſe autem hoc pacto ſpiritu minor inuenitur. Nam huiuſmodi generatio ex ſpūs gratia facta eſt. Nunquid igit̄ vt ſit filius/ ſpiritus īdiget auxilio? Hec iudeica fuit doctrina. Cū ergo dixiſſet chriſtus: [Qui natus eſt ex ſpiritu: ſpiritus eſt.] ⁊ his verbis etiā ꝑturbaret̄ nicodemꝰ/ rurſum ad ſenſibile exemplū deſcēdit. [Ne mireris (inquit) quia dixi tibi: Oportet vos naſci denuo. Spiritus vbi vult ſpirat.] Hoc verbū [mireris] eius animi ꝑturbationē ſignificat/ ꝑturbat̄ enim ꝙ nō intelligebat: [Qui natꝰ eſt ex ſpiritu ſpūs eſt.] qua particula ab oī eū corpore chriſtus abduxerat. Quā ob rē ad id qđ magis de corpore cōmunicat: nō tm̄ corporee craſſitudini oīno ſubiectū eſt/ deſcendit: pura incorporea/ omittit q̄ ille cape nō poterat. Inuenit igit̄ mediū quoddā inter corpus/ et incorporeū/ hoc eſt venti impetū/ hinc eū excitat/ cū inqt: [Vocē eius audis: ſed neſcis vnde veniat/ aut quo vadat.] Qđ aūt dicit: [vbi vult ſpirat.] nō loquit̄: ac ſi volūtate aliqua ferat̄ ventus: ſed liberū eius a natura impetū ſignificat. Mos enim eſt ſcripture/ ita etiā de inanimis loqui: queadmodū cū inquit: Vanitati creatura ſubiecta eſt nolens. Significat igitur nō poſſe contineri/ et quocūqꝫ vult diffundi: neqꝫ poſſe ꝓhiberi: quin huc illuc ferat̄. [Et vocem eius audis.] hoc eſt ſonitū. [ſed neſcis vnde veniat aut quo vadat.] ita vſuuenit his qui ſpū generant̄. Hec cōcluſio eſt: Nā ſi huius (inquit) ſpiritus quē auditus ſenſu accipis/ ⁊ tactu impetū intelligis ne viā qdē noſti: q̄ nā pacto diuini ſpūs operationē ꝑſcrutaberis? Preterea [vbi vult ſpirat:] ad paraclyti potentiā oſtēdendā dixit. Nam ſi ventū nemo cohibet/ quin quo vult ferat̄/ quāto magis ſpiritꝰ operationē nulle nature leges: nulli corporee generatiōis fines: nulla alia huiuſmodi vis poterūt cohibere? Qđ autē de vēto loquat̄ inde perſpicuū eſt: cū inqt: [Et vocē eius audis.] nō enī infideli/ ⁊ ſpiritus opationē neſciēti/ de ſpū dixiſſet [Et vocē eiꝰ audis.] ſenſus igit̄ eſt: ꝙ queadmodū ventus nō videt̄: ſentit̄ tamen/ ita ſpiritalis generatio corporeis oculis nō cōprehendit̄. Verū vetus corpꝰ eſt: q̄ꝫuis tenuiſſimū. Nam qđ ſenſui obiectū eſt/ corpus eſt. Qđ ſi non doles cum corpus non videas et eſſe eum credis: quid hoc ſpiritali ſermone ꝑturbaris/ ⁊ tam curioſe rationes exigis: cum idem in corpore nō facias? Quid ad hec nicodemꝰ? Adhuc in iudeica vilitate perſiſtit: cum tā manifeſtū exemplū acceperit/ petitqꝫ: [Quomō poſſunt hec fieri?] Icirco vehementiꝰ eum tāgit chriſtus: [Tu es magiſter in iſrl̄ et hec ignoras?] Nō malicie hoīem: ſꝫ ſtulticie potiꝰ ⁊ ſimplicitatis accuſat. Qđ ſi qs ꝑcōtaret̄ qd hec generatio cū iudeica cōicet: rurſū qd nō cōicet rogabo. Etenī primi hoīs: ⁊ ex latere eius mulieris formatio/ ⁊ ſteriliū/ ⁊ oīum que per aquas ꝑfecta ſunt/ cōſumatio. Heliſei p̄terea miraculū/ qui ex fonte ferrum reuocauit: tranſitus iudeoꝝ per rubrū mare: piſcine ab angelo cōmotio: Naaman ſyri a lepra in iordane mundatio: hec oīa generationē ⁊ purgationē futurā: tanq̄ꝫ in figura p̄monſtrarūt. Ad hec ꝓphetarū dicta hanc generationē annunciāt. Annūciabitur domino generatio vētura/ ⁊ Annūciabūt celi iuſtitiam eius populo: qui naſcet̄/ quē fecit dominus. ⁊ Renouabit̄ vt aquile iuuētus tua. Exurge illuminare hierlm̄: Ecce rex tuus venit: et Beati quorū remiſſe ſunt iniquitates. Iſaac etiā figura huius fuit generatiōis. Dic (queſo) nicodeme quō natus eſt iſaac? Nunqd ſm̄ nature legē? Minime. Verū inter hanc ⁊ illā generationē: medius quidē modus fuit/ illā: quoniā ex coitu/ hanc/ quoniā nō ex ſanguinibus facta eſt. Neqꝫ predicta hanc tantū: ſed virginis etiā generationē p̄dixerūt. Nā cū nemo facile crediturus eſſet: virginem parere: ſteriles primū/ inde etiā anus pepererūt: quāuis longe mirabilius ſit ex viri latere genitā: q̄ꝫ ſterilē parere. Sed cū illud antiquiſſimū/ ⁊ iā oblitteratū fuiſſet/ nouꝰ pariēdi modus ſecutus eſt/ ⁊ ſteriliū partus: virginalis partus fidē p̄ceſſit. Hec oīa ieſus Nicodemo in memoriā reducens: [Tu es (inquit) magiſter in iſrael/ ⁊ hec ignoras? Amen amē dico tibi/ qđ ſcimꝰ loquimur/ ⁊ qđ vidimus teſtamur/ ⁊ teſtimonium noſtrū nemo accipit.] Hec autē dicit vt ꝓ illius imbecillitate ad inferiora deſcendēs/ orationē ſuā magis credibilē faciat. Ideo inqt: [Quod ſcimꝰ loquimur/ et qđ vidimus teſtamur.] Siquidē cū apud nos ſenſus viſus certiſſimus ſit: cū ꝑſuadere qd volumus/ ita loqui ſolemus/ nō audiſſe nos: ſed vidiſſe. Icirco xp̄s more hoīum loquēs: ſibi fidē ꝯciliat. Qđ autem neqꝫ ſenſibilem viſum/ neqꝫ quicq̄ꝫ aliud intelligat: inde perſpicuū eſt/ cū dixiſſet: [Qđ natū eſt ex carne/ caro eſt: et qđ natū eſt ex ſpū/ ſpūs eſt.] addidit: [Qđ ſcimus loquimur: ⁊ qđ vidimꝰ teſtamur.] Hoc autē nondū natū erat. Quomō igit̄ (inquit) qđ vidimus? Nōne conſtat ꝙ de certa generatione/ ⁊ q̄ aliter ſe habere nō poſſit? [Et teſtimoniū noſtrū nemo accipit.] Qđ autē inquit [ſcimus] vel de patre ⁊ ſe/ vel de ſe tm̄ dicit. Illā vō particulam [nemo accipit.] nō indignātis eſt: ſed verū enarrantis. Nō enī eos ſtulticie coarguit/ ꝙ tā manifeſta nō acciperēt: ſed re ⁊ verbis ſummā pre ſe fert manſuetudinē: quā nuda ⁊ leui veritatis annūciatiōe nos etiā edocet: ne quēpiā ſi nō ꝑſuademus/ q̄ volumꝰ: maledictis ꝓſequamur: neue excādeſcamus. Neqꝫ





enī ꝓpterea mouemus auditorē: ſed magis ad incredulitatē ꝓuocamus. Abſtinendū igit̄ ab ira eſt: annitendūqꝫ vt orationē noſtrā probabilē faciamus/ nulla non modo ira/ ſed ne voce quidē altiori: q̄ ire indiciū eſt. Impediamus igitur equum/ vt deijciamus vectorē. Incidamꝰ pēnas ire: ne augeſcat. Velox enim affectus eſt ⁊ grauis: quo facile decipimur propterea vndiqꝫ ei aditus obſtruendus. Abſurdum nanqꝫ eſt: vt fere manſuefieri poſſint: noſtram aūt aīam efferatam condemnamus. Ira vehemēs ignis eſt/ oīa cōſumit/ quippe q̄ corpus corrumpit/ aīam coinquinat: triſtitiā affert/ turpis viſu. Qđ ſi iratus ſeipſum intueri poſſet: nulla alterius indigeret admonitiōe. Nihil enī irato turpius. Ebrietas quedā ira/ vel potius ebrietate grauior/ et demone miſerabilior. Verū ſi clamori modū imponere curabimus: optimā ſapientie viā inueniemus. Propterea paulus nō iram tm̄: ſed ⁊ clamorē tollit. Parcamus igit̄ totius ſapientie magiſtro/ ⁊ qn̄ ſeruis noſtris ſuccēſemus/ eorū delicta cognoſcamus/ ⁊ vna eorū nos manſuetudinis pudeat. Cum enī cōtumelias tuas ſilentio tolerat: cū tuis nō ꝑturbat̄ maledictis/ hinc exemplū capias. Eſt enī homo licet ſeruus/ ⁊ aīa immortali/ et iſdē q̄bus tu apud cōmunē dn̄m donis/ atqꝫ bn̄ficijs preditus. Qđ ſi in maioribus ⁊ ſpiritualibꝫ rebus par nobis eſt/ ⁊ humane cuiuſdā ⁊ vilis prerogatiue gratia: tā manſuete nos tolerat: quanā venia/ qua excuſatione digni ſumꝰ qui diuino metu nō poſſumus/ vel potius nolumꝰ vt ille nr̄o philoſophari? Hec aīo agitemꝰ dilectiſſimi/ pctā noſtra et humane nature cōmunitatē reputemꝰ: ad oēs manſuete loquamur/ vt cordis humilitate animis nr̄is/ et p̄ſentē/ et futurā requiē inueniamus/ quā vtinā oēs cōſequamur: gratia ⁊ benignitate dn̄i noſtri ieſu chriſti/ per quē ⁊ cū quo patri gloria ſpirituiqꝫ ſancto in ſecula ſeculoꝝ. Amen:

Homelia. XXVI. Ex capitulo tertio.

## Si terrena dixi vobis: et non creditis: quomō ſi dixero vobis celeſtia credetiſ? Et nemo aſcēdit in celum: niſi qui deſcēdit de celo filius hominis qui eſt ī celo. Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto ita exaltari oportet filiū hoīs: vt oīs qui credit in ipſo non ꝑeat: ſed habeat vitā eternā. Sic enim deus dilexit mūdum: vt filium ſuū vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum non pereat: ſed habeat vitam eternam.

Quod ſepe numero dixi in preſentia/ ⁊ frequenter repetā: neqꝫ ceſſabo. Quid hoc eſt? Cum profundiſſimarū rerū doctrinā narraturus eſſet ieſus: ⁊ locus hic exigeret: propter auditorū imbecillitatē plerūqꝫ abſtinet: neqꝫ magnitudinē ſuam dignis ꝓſequit̄ ſermonibus: ſed potius perſuaſibilibus. Alta enim ⁊ magna etiā ſemel narrata: pro auditorū captu illā poſſunt oſtendere dignitatē: humiliora aūt et humano intellectui ꝓpiora: niſi frequenter repetantur: nō facile humilē auditorem ad alta erigūt. Propterea in humiliori crebrius: q̄ꝫ alto ſermone verſat̄. Sed ne hoc aliud afferat detrimentū et humi diſcipulū detineat: nō ſimpliciter poſuit: ſed cauſam affert: cur tam humiliter loquat̄. Cum enī de baptiſmate: ⁊ terrena ſm̄ gratiā generatiōe: verba feciſſet (vt dictum eſt) voluit et ſuā illam archanā/ et ineffabilē adducere: omiſit tamē ⁊ cauſam affert: craſſitudinē ⁊ imbecillitatē auditorū: quam his verbis ſignificauit. [Si terrena dixi vobis/ ⁊ nō creditis: quomō ſi dixero vobis celeſtia credetis?] Itaqꝫ eius ſermonum humilitas auditorum imbeciſſlitati aſcribenda eſt. Terrena autē hoc in loco nōnulli de vento dictum arbitrant̄: hoc eſt: ſi exemplū a terrenis ſumptū nō creditis: quonā pacto altiora credetis? Verū terrenū potius baptiſma dicit/ vel quod in terra perficit̄/ vel qđ ad ſue ipſius ineffabilis generatiōis cōparationē: ita appellat. Nā etſi celeſtis ipſa generatio ſit: ad illam tamē verā ex patris ſubſtantia cōparata terrena eſt. Et nō dixit nō intelligitis: ſed nō creditis. Si quidē qui intellectu difficilia nō intelligit: merito ignorātie accuſat̄: qui vō que nō ratione: ſed fide intelligunt̄: nō accipit: non amplꝰ ſtulticie: ſꝫ incredulitatis arguit̄. His igit̄ nicodemo admonito: ne id rationibꝰ perſcrutet̄ vehementius eius incredulitatē accuſat. Qđ ſi generatio noſtra fide credenda eſt: quonā digni ſunt ſupplicio: q̄ vnigeniti generationē rationibꝰ inquirūt? Sed fortaſſe dicet quiſpiā: qua gr̄a hec dicta ſunt: ſi non erāt hoīes credituri? Qm̄ etſi ipſi nō crediderunt: futuri tamē hoīes credituri erāt: et fructū accepturi. Itaqꝫ ieſus nicodemū corripiēs: nō ſolū ea ſe: ſed alia plura/ ⁊ lōge maiora cognoſcere hac adiectione oſtendit: [Nemo aſcēdit in celū: niſi qui de celo deſcēdit filius hoīs: q̄ eſt in celo.] Et que nā a p̄dictis conſequētia? Maxima quidē ⁊ valde conſentanea. Nā cum ille dixiſſet: [Scimus q2 a deo veniſti magiſter.] eū nūc coarguit ac ſi dicat: ne arbitreris ita me magiſtrū eſſe: vt multi ꝓphetarū q̄ a terra ſunt. Ex celo venio quo nemo ꝓpheta aſcendit: ego illic habito. Vides vt qđ q̄ꝫ maximū videt̄/ eius p̄ſtantia ſit indigniſſimū? Nō enī in celo tantū eſt: ſed vbiqꝫ oīa implet. Verū adhuc ꝓ auditoris captu loquit̄/ vt paulatim altius eū erigat: filiū autē hoīs hoc in loco nō carnē/ ſed a maiori ſubſtātia totum ſeipſum (vt ſic dicā) intelligit. Hic nāqꝫ ei mos eſt: vt nūc a diuinitate: nūc ab humanitate totū nūcupet. [Et ſicut moyſes exaltauit ſerpētē in deſerto (inqt) ſic exaltari oportet filiū hoīs]. Hoc quoqꝫ videt̄ et ſuꝑioribus alienū: maxime autē conſentit. Nam cū incredibilē ſuā erga humanū genus ꝑ baptiſma liberalitatē oſtēdiſſet: addit huius cauſam: neqꝫ illa minorē: hoc eſt per crucē. Queadmodū igit̄ paulus ad corinthios: hec ſil̄ iungit beneficia/ inquiēs: Nūquid paulus crucifixus eſt ꝓ vobis: aut ī noīe pauli baptiſati eſtis? Siquidē hec duo maxime ineffabilē chriſti in nos amorē pre ſe ferunt: ⁊ ꝙ pro inimicis paſſus ſit: ⁊ mortuus: ⁊ per baptiſmū integram peccatorū veniā largitus. Sed quanā gratia non

manifeſte ſe crucifigendū apperuit: ſed ad veterē figurā auditores relegauit. Primū quidē vt veterū ad noua cognationē intelligeret: deinde vt intelligas nō inuitū ad paſſionē veniſſe: et preterea nullū ſibi ex eo damnū: ſed multorū ſalutē ſecuturam. Ne igitur quiſpiā diceret: quomō poſſunt in crucifixū credentes ſalui fieri: cum ſe a morte nō liberauerit? Veterē in mediū adducit hyſtoriā. Nā ſi ad erei ſerpentis ſimulachrū aſpicientes iudei morte liberabantur: quāto maiori qui in crucifixū credant beneficio fruentur: neqꝫ enī ꝙ crucifixus eſt: iccirco eum imbecillitatis arguas: neqꝫ iudeos ſupiores dixeris. ſed mundū deus amauit. Ideoqꝫ aīal eeius templū crucifixū eſt / vt oīs qui credit in ipſum non pereat: ſed habeat vitā eternā. Vides crucis cauſam: et ex ea ſalutē. Vides vt figura veritati cōſentiat. Illic mortē fugerunt iudei: ſed tēporalē / hic ſempiternā fideles. Illic ictus ſerpentū: ſuſpenſus ſerpēs ſanauit: hic incorporei ſerpentis plagas / ieſus cruci affixus curauit. Illic corporeis oculis ſuſcipiētes corporis ſalutē: hic icorporeis oīum peccatoꝝ remiſſionem conſecuti ſunt. Illic es ſuſpenſum erat in ſerpētis effigiē: hic dominicū corpus a ſpiritu formatū. Serpens illic mordebat: et ſerpens ſanabat. Hic mors perdidit: ⁊ mors ſaluū fecit. Ad hec qui interimebat ſerpens veneno ſeuiebat: qui liberabat nullo: itaqꝫ perdidit mors peccatū: tanqꝫ ſerpētis venenum habuit: dn̄i mors id omne vt ereus ſerpēs venenū abſtulit. Peccatū enim (inquit) nō fecit: neqꝫ inuentus eſt dolus in ore eius. Hoc eſt quod ſignificauit paulus: Expoliās principatus ⁊ poteſtates traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo. Quemadmodū enī cum fortis athleta hoſtem alte erectū proſternit: clariorē facit victoriā: ita chriſtus toto orbe ſpectāte: hoſtiles conatꝰ euertit: et qui in ſolitudine formidabāt: eos ab omnibꝰ feris in cruce ſuſpenſus tutatus eſt. Sed nō dixit ſuſpendi ſed exaltari: vt neqꝫ auditoribus ignominioſum: neqꝫ a figura abhorrēs videretur. [ Sic enim dilexit (inquit) deus mundū: vt filiū ſuum vnigenitū daret: vt oīs qui credit in eum nō pereat: ſed habeat vitam eternā. ] Qđ autē dicit huiuſmodi eſt: Ne mireris ꝙ exaltari debeā vt ſaluemini: ita enim patri videtur: qui adeo vos dilexit: vt ꝓ ſeruis / ⁊ quidē ingratis: filiū daret. Atqui neqꝫ pro amico: neqꝫ pro iuſto ſponte quiſpiam id fecit: quod paulus his verbis oſtēdit: Vix enī pro iuſto quis oritur. Sed lōgiori his ſermone vſus eſt: quoniā fideles alloquebatur: chriſtus breui / quoniā nicodemū: verum ſignificantius. Etenī ſingula verba magnā vim habent. Nā illud verbū [ ſic dilexit. ] et illud [ deus mundū ] immēſam amoris ſignificāt vehementiā. Magna enī inter hec differētia eſt: et minime cōferenda: qui enī īmortalis eſt / ⁊ nullo fine cōprehenditur: ꝗ potentiſſimus ex terra ⁊ cinere factos / ⁊ innumeris peccatis obnoxios: ⁊ male de ſemeritos: ⁊ ingratos dilexit. Que p̄terea ſequuntur magnā vim habēt: [ Vt filiū ſuū vnigenitū (inqt) daret. Non ſeruū: non angelū: nō archangelū. Nemo inqꝫ pro filio tantā p̄ ſe tulit charitatē: quantā ꝓ ſeruis ⁊ ingratis ſeruis deus. Paſſionē itaqꝫ non aperte: ſed in vmbra p̄dicit. Ex ea aūt emolumētū manifeſtius enarrat. [ Vt oīs ꝗ credit in eum nō pereat: ſed habeat vitā eternā. ] Et cū ea particula [ exaltari oportet ] moriturū ſe ſignificaret: ne nicodemus humanis affectibus perturbaretur / ⁊ oīno interiturū putaret: vide quo pacto auferat dubitationē. Nā cum dei filiū datū dicat: et vite ⁊ ſempiterne vite autorē eū eſſe profiteretur: et ꝑfecto qui morte ſua vitā alijs elargitur: perpetua in morte minime eſt futurus. Nā ſi credētes in crucifixum non pereūt: multo minus ipſe crucifixus: qui alios ab interitu: lōge magis ſeipm vēdicat. Qui vitā alijs: eā ſibi potius elargietur. Aīaduertis ſemꝑ fide opus eſſe? Fontē vite crucifixū dixit: hoc nō facile humane mēti ꝑſuadetur: vt ex gentilibꝰ apparet: ꝗ adhuc eū irridēt / ⁊ cōtemnūt. Verū enīuero fides ꝑ quā facile humane mētis imbecillitatem ſuperās ad credendū nos illuminat. Unde aūt tantope dilexit deꝰ mūdū? Sola charitate: eā ne dilectiſſimi cōtēnemus. Pudeat tā immenſe nō reſpondere dilectioni. Ipſe ne vnigenito quidē filio noſtri gratia pepercit: nos pecunijs in noſtrum parcimꝰ detrimentum. Ipſe dilectiſſimum filiū pro nobis obtulit: nos pro eo: immo pro nobis argentum offerre noluimus: ⁊ quanā hec venia digna ſunt? Si hominum quempiā pericula / et mortē noſtri gr̄a ſubeuntē vidimus: eū oībꝰ p̄ferimus / in primis amicū adnumeramus: ⁊ oīa nr̄a ei credimꝰ: neqꝫ adhuc eiꝰ nos meritis rn̄dere arbitramur. Erga xp̄m aūt eū gratitudinis modū minime ſeruamꝰ. Sed ipſe aīam ꝓ nob poſuit: et p̄cioſum ſanguinē fudit: neqꝫ ꝓpterea nos ſibi conciliare potuit: ꝗ neqꝫ ꝓ nobis pecunias erogamꝰ: ſed ipm nudū / ⁊ hoſpitē ꝓ nob mortuum cōtemnimꝰ: ⁊ ꝗnā (ꝗſo) a futuro nos ſupplicio liberabit? nā ſi nō deꝰ nos: ſꝫ noſmetipſos dānamꝰ: nōne ꝯtra nos ſn̄iam ferimꝰ? nōne gehēnā in nos ꝓuocamus cū ꝗ ꝓ nob aīam poſuit eū fame ꝑeuntē contēnimus? et qđ ego pecunias memoro: cū etiā ſi innumere aīe nob eſſent: oēs ꝓ eo ponere oporteret? neqꝫ etiā ſic ꝓ acceptis bn̄ficijs gr̄am retuliſſemꝰ. Nā ꝗ prior bn̄ficijs ē: maximū p̄ ſe fert bonitatis indiciū. Qui bn̄ficiū accipit: qn̄cūqꝫ reddit: nō gr̄am init: et maxime cum qui primū exhibuit: inimicos bn̄ficijs proſecutus ſit: ꝗ vo accepit gratiā refert: rurſumqꝫ accipit: ſed minime his mouemur ingratiſſimi: ſeruos: mulos: equos auro exornamꝰ: dn̄m nudū errantē: oſtiatim mēdicantē deſpicimus / ⁊ toruo nonnunqꝫ oculo indignamur. At ꝗ ꝓpter nos ea libēter mala tolerat: eſurijt vt delitijs perfruaris. Nudus erat / vt incorruptiōis veſtē induaris. Nihil tn̄ exhibetis: ſꝫ veſtimēta vr̄a ꝑtim a tineis corroduntur: partim arche oneri ſūt: ⁊ ſuꝑflue cure poſſeſſoribꝰ. Ille ⁊ hec ⁊ alia vob metuēs nudū ſe exhibet: ſꝫ vos nō ī archa veſtes recōditis: ſꝫ induimini: vt ornati appareatis: cur niſi vt vulgus vos admiretur? Verū nō tā his indutos veſtibꝰ ꝗ ſua īdigētibꝰ erogantē: multitudo admiratur. Si igitur ī admiratiōe hr̄i cupis: nudos veſti: ita etiā innumeri te plauſus proſequentur. Tūc ⁊ deꝰ te / ⁊ hoīes laudabūt: veſtibꝰ aūt ꝯſpicuū nemo: īuidebūt potiꝰ oēs: cū corpꝰ ornatū aīam neglectā intuebuntur. Hmōi cultꝰ corporis meretrices excolāt: qbꝰ veſtimēta ꝗ aīa chariora ſūt: ornamēta aīe ⁊ virtutis dūtaxat amici amplectantur. Hec ego frequēter repeto / repetāqꝫ nec ceſſabo: nō tā pauperū ꝗ vr̄aꝝ aīaꝝ gr̄a. Illi enī ⁊ ſi nil a nobis: aliūde tamē aliquid adiumēti conſequuntur. Et ſi nullū cō-



ſequuntur: ſed fame pereant: non multū capiūt detrimentū. Quid enim nocuit Lazaro paupertas? quid fames? Vos autē nemo a gehenna eripiet: niſi pauperū elemoſyne opitulentur: ſed cum diuite perpetuis cruciatibus dānabimini: verū abſit / vtqꝫſqꝫ tam dirā audiat ſententiā: ſed in ſinu Abrae omēs recipiamur: gratia ⁊ benignitate domini noſtri Ieſu chriſti: per quem / ⁊ cum quo patri: ⁊ ſpiritui ſctō gloria in ſecula ſeculorū. Amen.

### Homelia. xxvij. Ex capitulo tertio.

**Non enim miſit deus filiū ſuum in mundū vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum: non iudicatur. Qui autē non credit iam iudicatus eſt: quia nō credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc eſt autem iudiciū: quia lux venit in mundum: ⁊ dilexerunt hoīes magis tenebras ꝗ lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enī qui male agit odit lucem: ⁊ non venit ad lucem vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatē venit ad lucem vt manifeſtentur opera eius: quia in deo ſunt facta.**

Magna peccantiū pars in ſcelerum ſordibus diuine fiſa clementie: nullam gehennā: nullū eſſe ſuppliciū: oīa deū peccata dimittere aſſeuerat: quoꝝ os / ſapiēs his verbis obſtruit: Ne dicas miſeratio eius magna: multitudinis peccatorū meoꝝ miſerebitur: miſericordia enim / ⁊ ira ab illo cito proximat in peccatores reſpicit ira eius / ⁊ ſecundū magnitudinē miſericordie eius: multa reprehenſio eiꝰ. Ubi igitur dei clemētia eſt: ſi pro peccatoꝝ noſtrorū merita accipiemus? Qđ autē ita ſe res habeat: audi ꝓphetā / ⁊ David dicētē: alte ꝓꝗdē: Tu retribues vnicuiqꝫ ſecundū opera eius: ꝙ autem in hoc multa dei clementia oſtendatur: hinc cōſtat: Duas nobis vitas deus conſtituit: preſentē / ⁊ futurā. Preſentē in certamīe poſuit: futurā ī certaminis premiū. Qua nā ratiōe? Multa ⁊ grauia cōmiſimus: neqꝫ a pueris in vltimā vſqꝫ ſenectutē abſtinuimꝰ: quin innumeris animā ſceleribus coinquinaremꝰ / nullā eorū a nobis rationē exegit: ſꝫ per regeneratiōis lauacrum his nos abſoluit: iuſticiā / ⁊ ſanctificationē largitus eſt: quid ergo qui a cunabulis diuinis miſterijs initiatꝰ: deinde multa in peccata prolapſus eſt? Is profecto maioris reꝰ eſt ſupplicij: ex ipis nāqꝫ peccatis poſt miſteriorū initiationē longe grauiꝰ affligimur: quod Paulus his verbis ſignificauit: Irritā quis faciens legem Moyſi ſine vlla miſeratione duobus / vel tribus teſtibus moritur: quāto magis putatis deteriora mereri ſupplicia / qui filiū dei conculcauerit: ⁊ ſanguinē teſtamenti pollutum duxerit: in quo ſanctificatus eſt / ⁊ ſpiritui gratie cōtumeliā fecerit? Maiori igitur ſupplicio hic obnoxius: verūtamē etiā huic penitentie portas aperuit: ⁊ multas abluendi peccati vias prebuit. Conſidera / queſo / quāta hec ſint benignitatis exempla: vt poſt lapſum a gratia peccanti ⁊ reo nō ſuppliciū: ſed emēdatiōis ſpaciū: diuina largiatur clemētia. Propterea inquit chriſtus Nicodemo: [ Non miſit deus filium ſuū in mundū / vt iudicet: ſed vt ſaluetur mundus per ipm. ] Duo enī ſunt chriſti aduentꝰ: ⁊ preteritus et futurꝰ: ſed nō iſdem de cauſis: ſed preteritꝰ non vt iudicaret / ſed dimitteret: futurꝰ contra: nō vt dimitteret / ſed iudicaret. Propterea de preterito inquit: Nō veni / vt iudicē mūdū: ſed vt ſaluū faciā mundū. De futuro: Cū venerit filius in gloria patris ſui ſtatuet oues: quidē a dextris: hedos aūt a ſiniſtris: ⁊ alias quas in hāc ſententiā parabolas locutꝰ eſt. Atqui ⁊ prior aduentꝰ iudicij erat ſecundū iuſticie rationē. Quā ob rē? Quoniā ante ipſum naturalis lex fuit / ⁊ prophete: propterea lex ſcripta ⁊ doctrina: ſigna: ⁊ alia plura / que nos admonuiſſe poterāt / quorū ratio nō iniuria fuiſſet exigenda: ſed immēſa benignitate ſua hec nō inquirit: ſed parcit: nā ſi peccata iudicaſſet omēs repente periſſent. [ Omēs enī peccauerūt (inquit) ⁊ egent gloria dei ] Vides ſummā dei clementiā? Atꝗ ſi tunc nō venit vt iudicaret mundū: quo pacto qui nō credit iam iudicatus eſt? ſi nondū adeſt iudicij tempus. Aut igitur (inquit) ipam incredulitatē ſine penitētia ſuppliciū (ſiquidē priuatio lucꝭ per ſuppliciū maximū eſt) aut futurū prenūciat. Nā queādmodū homicida: ⁊ ſi iudicis ſentētia ſit indēnatꝰ: dānatur tn̄ ipius rei natura: ita ⁊ incredulꝰ: ſiquidē ⁊ Adā qua die comedit a ligno mortuꝰ eſt: ea enī lata eſt ſentētia: In ꝗcunqꝫ die comederitis a ligno: morte moriemi. Atꝗ viuebat: quō igitur mortuꝰ eſt? Diuina ſentētia / ⁊ rei natura: quippe qui ſeipm ſupplicio facit obnoxiū: ſub ſupplicio ē: ſi nō re tn̄ ſentētia. Sed ne ꝗs cū audiret eū nō venire / vt iudicaret mūdū: impunitū peccatū arbitraretur / ⁊ pigrior fieret: hāc tollit opinionē inquiens: [ iam iudicatꝰ eſt. ] Nā cū multo poſt tempore futurū eſt iudiciū eiꝰ iā formidinē incutit: qđ incredibilē ipius pre ſe fert humanitatē: ꝙ nō ſolū filium daret: ſꝫ iudicij ꝗꝫ tēpꝰ differret in longū: vt abluēdi criminis ptās fieret pctōribꝰ: ⁊ īfidelibꝰ. [ ꝗ credit ī filiū n̄ iudicatur. ] Qui credit n̄ curioſiꝰ īueſtigat: n̄ ꝑcōtatur diligentiꝰ. Quid igitur ſi īmūda vita viueret: ſi nō recte operaretur? hos ne vere ꝗdē fideles eſſe Paulus inquit: Cōfitentur ſe ſcire nomīe deū: factis autē negāt: verūtn̄ in hac vita ꝓpter hoc ipm nō iudicari ſed operū grauiꝰ poſtmodū ſuppliciū daturū dicit: infidelitatis aūt cauſa eo ꝙ ſemel credidit nō punitur. Vides quo pacto ab horrendis principijs in eandē rurſus rationē deſcendit? Primū inquit: [ Niſi ꝗs renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpū: nō introibit in regnum dei. ] Nūc autē qui nō credit in filiū iā iudicatꝰ eſt. Noli (inquit) arbitrari quicꝗ ei dilationē conferre: iā reꝰ eſt / niſi mutet ſententiā: nihil aūt meliori conditiōe erit infidelis: ꝗ qui iā dānati ſunt / ⁊ ſupplitio affecti: hoc eſt autē iudiciciū: [ qr lux venit in mūdum / ⁊ dilexerūt hoīes magis tenebras ꝗ lucē. ] Cuiꝰ particule hec eſt ſententia: iccirco plectuntur: ꝙ tenebras dimittere: luci obuiam fieri noluerūt: his verbis omnē aufert infidelibꝰ excuſationē: nā ſi ad

operū rationē exigendā: ⁊ errata puniēda veniſſem
poſſent ſane excuſari ſi me nō ſequerent̃. Sin vero
ad diuidendā lucē a tenebris: quiſnā eiꝰ miſerebit̃/
qui cognita luce: ī tenebris potiꝰ degere pſeuerat:
Cū eni nulla in re nos accuſare poſſint: ſed īnume-
ra a nobis acceperint beneficia/ reſiliūt tñ: quod ali
bi ſignificauit: Oderūt (inquit) me gratis: ⁊ rurſū:
Si nō veniſſem/ ⁊ locutꝰ nō fuiſſem eis/ pctm̄ non
haberēt. Siquidē qui in tenebris verſat̃: deficiēte
lumīe aliqua fortaſſis venia dignꝰ eſt: qui vero ad
ueniente luce tenebras ſectat̃/ mali ꝓfecto/ prauiqꝫ
aīi pre ſe fert argumentū: ſed cū multis hoc incredi
bile videat̃/ vt quiſpiā luci tenebras p̃ferat: adducit
cauſam quare ita affecti ſint. Erāt (inquit) eoꝝ ma-
la opera. [Omīs aūt qui male facit/ odit lucē: ⁊ nō
venit ad lucē: vt nō arguant̃ opera eiꝰ.] Et ꝓfecto
nō ad iudicandū/ neqꝫ ad inquirendū venit: ſed ad
dimittēda pctā: ⁊ ſalutē ꝑ fidē largiendā. Qua igit̃
ratiōe fugerūt: Si iudicatū veniſſet: aliquid habu
iſſent excuſatiōis. Qui eni alicuiꝰ ſibi culpe cōſcius
eſt: iudicē fugere ſolet: indulgēti aūt errātes quoqꝫ
obuiā fiunt: ꝙ ſi ad indulgendū venit: cōſentaneum
erat/ vt plurimoꝝ criminū cōſcij: ꝓmpto aīo ſe ex-
hiberēt: qd̄ multi fecerūt: eteni publicani/ ⁊ pctōres
Jeſum ſequebant̃. Quid ergo his verbis ſignifica-
uit: qui ſemꝑ in malitia pſeuerāt. Ipſe iccirco venit
vt vetera pctā dimitteret: ⁊ in poſteꝝ cautiorē homi
nē redderet: verū cū nōnulli ita ad virtutis labores
tolerandos fluxi ſint/ ⁊ imbecilles: vt cū ita mali-
tie ſtudeant: nunqꝫ ſe abſoluere curātes: eos hoc in
loco xp̄s ſignificauit. Nā cū xp̄i aſſertor: ad doctrīe
rectitudinē vitā etiā ſctām addat: ideo ad me venire
formidāt (inquit) qm̄ a recta formidāt vita. Qui eni
gentiliū errores ſectat̃: a nemīe libere reꝑhenditur:
quippe qui eiuſmodi deos colūt: ⁊ ipſis turpes/ ⁊ ri
diculos (quales ipſi ſunt) honores exhibēt: nō alie-
na a doctrina ſua opera pre ſe ferūt: qui aūt dei ſunt
et deſidioſe viuūt: oēs ⁊ expoſtulant eos: ⁊ accuſant:
tante etiā apud inimicos admiratiōi eſt veritas: vi-
de igit̃ qꝫ diligēter oīa ꝓſequit̃. Nō eni (inquit) qui
male facit/ nō venit ad lucē: ſed qui in malis pſeue-
rat operibꝰ: hoc eſt qui ſemper in ꝑditionis vitiorū
luto verſat̃: neqꝫ vult meis ſubijci legibꝰ: ſed his p̄
uaricatis: fornicat̃ licenter/ ⁊ cetera q̄ ꝓhibent̃/ exe
quitur: huc eni tanqꝫ in lucē ꝓdiens fur manifeſtꝰ
deprehendit̃: icciro ſub ditionē meā venire recuſat.
Multi gentiliū inueniunt̃: qui ideo xp̄iane religio
ni ſe inherere nō poſſe cauſantur: quoniā ab ebrieta
te/ fornicatōe/ ⁊ ceteris hmōi affectibꝰ nequeāt ab-
ſtinere. Quid igit̃: Nōne et xp̄iani male/ et perdite
viuūt: gentiles vero philoſophie ſtudioſiſſimi inueni
unt̃: Ex multi xp̄iani ꝑdite viuāt nō ignoro: ꝙ autē
gentiles recte faciāt: hoc adhuc mihi nō ſatis cōſtat
neqꝫ tu mihi natura ipa māſuetos/ ⁊ modeſtos ad-
duxeris: hoc eni nō eſt virtus: ſed eos qui cū affecti
bus trahunt̃ fortiter reſiſtūt: hos tamē non habes.
Futuroꝝ bonoꝝ ſpes: ⁊ gehēne metꝰ: ⁊ alia hmōi:
vix hominē in virtute cōtinēt: quibꝰ eni nil horū ꝑ
ſuadet: hi mīme virtutē amplectunt̃: ſi q̄ aūt ſil'ant:
glorie cauſa ſimulāt: ⁊ q̄ ita affectꝰ eſt cū latere opa
ſua poſſe cōfidet: mīme a prauis cupiditatibꝰ abſti-
nebit: veꝝ ne cuipiā cōtentioſi eſſe videamur: cōten
damꝰ ex gentilibꝫ eſſe qui recte viuāt: neqꝫ hoc poſi
tioni noſtre cōtradicit. Qd̄ eni frequēter: nō qd̄ ra-
ro cōtigit/ intelligendū eſt. Cōſidera aūt quo pacto
aliūde etiā omnē aufert gentilibus excuſationē. In
mundū lucē veniſſe dicit: nū eā queſiert/ inquit: nū
laborarūt: nū annixi ſunt/ vt eā inuenirent: Uenit
ad eos lux: neqꝫ obuiā facti ſunt: ꝙ ſi xp̄ianoꝝ non-
nulli male viuūt/ reſpondebimꝰ: nō de his intelligi
qui xp̄iani nati ſunt: ⁊ a maioribꝰ ſuis pietatē didi-
cerūt: licet hi ſepenumero doctrina vitioſa vitā mu-
tauerit: ſed de his (vt arbitror) qui gentiliū/ vel iu-
deoꝝ ꝓfeſſiōe cōtempta: verā fidē cōplectunt̃. Oſtē
dit etiā errantiū neminē fidei ſe ſubiecturū: niſi priꝰ
rectā ſibi vitā pſuadeat: ⁊ neminē niſi ꝓrſus malitie
deditꝰ in īcredulitate pſiſtere: neqꝫ mihi dixeris eū
neqꝫ incontinentē eſſe/ neqꝫ raptorē: nō eni hec ſola
virtꝰ eſt. Quid hec illi ꝓſunt: ſi inanis glorie ſeruꝰ
ſit: ⁊ amicorū ſodalitatē veritꝰ: in errore pmaneat:
hoc nō ē recte viuere: neqꝫ eī gl'ie ſeruꝰ minꝰ peccat
qꝫ fornicator: imo longe plura/ ⁊ grauiora cōmittit:
ſed da mihi apud gētiles aliquē oibꝫ affectibꝫ/ ⁊ ma
litia liberū: nō inuenies. Nā q̄ apud eos magni ha
bent̃/ ⁊ pecunijs/ ⁊ ventri deditī (vt inq̄t) maxie oīm
hoim gl'e ſeruierūt: qd̄ maloꝝ oīm eſt cauſa. Hinc ⁊
iudei in ꝑfidia māſerūt: quos arguēs xp̄s/ inquit:
Quō poteſtis vos credere q̄ gloriā ab inuicē accipi-
tis: Et quid tandē ad Nathanael: cui etiā veritatē
teſtatꝰ eſt: hec verba nō habuit: neqꝫ longiori ſermo
ne vſus eſt: qm̄ nō eo ſtudio venerat: hic eni hoc ſibi
faciendū cōſtituerat: ⁊ ꝙ alij quieti: hic auditiōi tē-
pus exhibuit: ille ab alio pſuaſus: nō tñ quin admo
neret p̄terijt. Siquidē inq̄t [Amē amē dico vobis/
videbit̃ celū apertū: ⁊ angelos dei aſcēdētes/ ⁊ de-
ſcendētes ſupra filiū hoīs.] huic nihil tale: ſed de ge
neratōe ⁊ vita eterna diuerſo ſermone: ſm̄ ſubiectā
materiā locutꝰ eſt. Nam cū ille ꝓphetarū dicta pro-
culdubio crederet: tantū audire ſatis habuit: hic āt
cū adhuc dubitaret: non quidē manifeſte: oīa ei xp̄s
aperuit: ſed eiꝰ mouit mentē: vt timore timorē eijce-
ret/ cum nō credentē iudicari: ⁊ non credere a parua
conſciētia proficiſci diceret. Humanā nanqꝫ gloriā
magnifaciebat: ⁊ pluris qꝫ ſuppliciū. Multi eni (in
quit) ex principibus crediderunt in eū: ſed propter
iudeos non confitebantur: preterea eum coarguit/
cum dicat nulla alia ratione hominē nō credere: qꝫ
ꝙ vitā immūdā viuit: ⁊ in ſequentibꝰ inquit: Ego
ſū lux: h aūt venit lux ī mūdū: ī pricipijs ei obſcuriꝰ
inde apertius locutus eſt. Uerumtamen Nicode-
mus multitudinis gloria mulcebatur: quā ob rem
debitam fiduciam habere non poterat. Fugiamus
igitur inanem gloriam: que ceteris eſt affectibus vi
olentior: hinc auaritia: hinc pecuniarum amor: hinc
odium: bella: pugne. Quippe qui plura amat: mini
me conſtare poterit: amat autem nullam aliam ob
rem: qꝫ inanem gloriā. Et quanam gratia dic (que
ſo) eunuchorum/ et mancipiorum gregibus/ ⁊ hu-
iuſmodi rebus friuolis/ et inanibus multi ſtipari
volunt: nō neceſſitatis gratia: ſed vt importuni hu
ius affectus obuios omnes teſtes habeant: horum
caput eſt inanis gloria: quod ſi abſcindemus: reli
qua malitie membra interibunt. ⁊ nil prohibuerit:
quin terram vt celum incolamus: neqꝫ ad malitiā
tantum quos capit animos impellit inanis gloria:
ſed et virtutibus ſe inſinuat: a quibus cum nos ab
ſtrahere non poſſit/ in ea maiorem in modum nos
offendit: multis nos laboribus ſubijcit quorū om-



nem fructum penitus aufert. Siquidem qui inani
gloria mulcet̃: ieiuniorum/ orationum/ miſericor-
die: omnem mercedē amittit. Quid hoc damno mi
ſerius: cum fruſtra verberemur/ ⁊ ridiculi fiamus:
⁊ ſuꝑna excidamus gloria: Neqꝫ enim vtrumqꝫ et
deſiderare/ ⁊ conſequi poſſumus: ſed ſi vnam opta
uerimus celorum videlicet gloriam: vtramqꝫ con-
ſequemur: quam ob rem ſi gloriā volumus: huma-
nā fugiamus gloriā: ⁊ diuinā dumtaxat proſequa
mur: hoc pacto/ ⁊ hanc/ et illam adipiſcemur: gra-
tia ⁊ benignitate domini noſtri Jeſu chriſti: per quē
⁊ cum quo patri gloria ſimul/ ⁊ ſpirituiſancto in ſe-
cula ſeculorum. Amen.

Homelia. xxviij. Ex capitulo tertio.

P Oſt hec venit Jeſus et diſci-
puli eius in iudeā terram: et
illic demorabatur cum eis ⁊ bapti
ſabat. Erat autem ⁊ ioannes ba-
ptiſans in ennon iuxta ſalim: quia
aque multe erant illic: et veniebāt
et baptiſabantur. Nondum enim
miſſus fuerat ioannes in carcerē.
Facta eſt autem queſtio ex diſcipu
lis ioannis cum iudeis de purifi-
catione.

Nihil veritate clarius/ nihil potentiꝰ: nihil men
dacio imbecilliꝰ: ⁊ ſi innumeris obtegat̃ operimen
tis: nam etiā ſic deꝑhendit̃/ ⁊ effluit facile: veritas
aūt nuda omnibꝰ ꝓponit̃/ volentibꝰ eiꝰ pulchritu-
dinē intueri: neqꝫ latere vult: nullū timet periculū:
nullas inſidias tremit: nullā deſiderat multitudīs
gloriā: nulli hoīm eſt obnoxia: omīa excedit: ⁊ ſi in-
numeris circūueniat̃ inſidijs tuta permanet: ⁊ qui
ad eam cōfugiūt/ tāqꝫ firmiſſimo/ ⁊ tutiſſimo muro
eius viribꝰ cuſtodiunt̃ ⁊ latētia omīa/ ⁊ abſcondita
in mediū ꝓponit: qd̄ xp̄s ad Pilatū his vbis ſigni
ficauit: Ego palā locutꝰ ſū mūdo: ego ſemꝑ docui
in ſynagoga/ ⁊ in templo: quo omēs iudei cōueniūt
et in occulto locutꝰ ſum nihil: hoc tūc locutꝰ eſt Je-
ſus: nūc aūt fecit. Poſt hec in quit: [Uenit Jeſus ⁊
diſcipuli eiꝰ in iudeā terrā: ⁊ illic demorabat̃/ ⁊ ba
ptiſabat: erat aūt Joānes baptiſans in ennō iuxta
ſalim: quia aque multe erant illic: ⁊ veniebāt ⁊ ba-
ptiſabant̃.] In ſolēnitatibus in ciuitatē veniebat
Joānes: vt in mediū dei doctrinā ꝓponeret: ⁊ ex mi
raculis vtilitatē/ inde ſepe iordanē petebat: nam et
illuc multi cōcurrebant: ſemꝑ aūt frequētioribꝰ lo-
cis verſabat̃: nō oſtentatiōis/ aut ambitōis gratia:
ſed ſtudio/ vt prodeſſet qꝫ plurimis. At qui ꝓſequit̃
euangeliſta: nō Jeſum ſed diſcipulos baptiſaſſe: vñ
cōſtat hoc etiā in loco ita intelligi. Et quanā gratia
ip̄e nō baptiſauit in ſpirituſancto ⁊ igne: Spiritus
eni nondū erat datus: merito aūt nō ip̄e: ſed diſcipu
li baptiſarunt: cū vellent plurimos ad ſalutarē do-
ctrinā allicere: ⁊ quid tandē diſcipulis Jeſu bapti-
ſantibꝰ: Joannes baptiſare nō deſtitit: ſed quouſqꝫ
miſſus fuit in carcerē id exercuit miniſteriū. Illa eni
ꝑticula: [Nondū miſſus fuerat in carcerē.] Joan-
nes in eum vſqꝫ diem eū baptiſaſſe ſignificat: at qui
Jeſu diſcipuli longe viſi forent clariores: ſi is bapti
ſare incipientibus/ Joannes deſtitiſſet. Quanam
igitur gratia baptiſauit: Ne diſcipulos ſuos in ma
iorem cōtentionē adduceret: nam ſi ſepenumero clā-
mitando: ⁊ prioribus ſemper chriſto cōceſſis parti-
bus: ſe inferiorē p̄dicādo non perſuadebat: vt ad eū
accederent: ſi hoc etiā addidiſſet: longe in maiorem
contentionē prouocaſſet: propterea chriſtꝰ tunc ma-
xime predicationi ſue fecit initiū: cū Joannes longe
aberat. Puto aūt ⁊ propterea citiorē eius mortem
permiſiſſe: vt omnes multitudinis animi ad chriſtū
cōuerterētur: neqꝫ amplius circa vtrunqꝫ eorū ſcin
derentur ſententie. Preterea inter baptiſandū Jo-
hannes non ceſſauit frequenter admonere: ⁊ maxi-
ma ⁊ clariſſima de Jeſu oſtendere: nil aliud dicens:
qꝫ vt in eū qui poſt ipm̄ venturus erat/ crederent.
Qui igitur hoc predicabat/ quo pacto diſcipulorū
chriſti preſtantiā demōſtraſſet: ſi a baptiſmate ceſſaſ
ſet: Contrariū viſum eſſet/ vel emulatiōe/ vel ira id
facere: cum autē predicando preſtiterit: ea vehemen
tiora oſtēdit: neqꝫ eni ſibiip̄i gloriā comparauit: ſed
ad xp̄m miſit auditores: neqꝫ minus qꝫ diſcipuli illi
fiunt: immo longe magis: quanto minime ſuſpectū
eius erat teſtimoniū/ ⁊ maioris apud omēs autori-
tatis: hoc euangeliſta Mattheus ſignificat/ ꝙ exi-
bat ad eum hieroſolyma/ ⁊ omīs iudea/ ⁊ omīs re-
gio circa iordanē/ ⁊ baptiſabant̃ ī iordane ab eo: cō-
fitentes peccata ſua: diſcipulis autē baptiſantibus
multi non perſiſtebant ad Joannē percurrentes: ꝙ
ſi quis percōtaretur quid amplius in Joannis ba-
tiſmate qꝫ diſcipulorū fuerit: nihil reſpondebimus.
Utrumqꝫ eni ſimiliter ſpiritꝰ expers erat: ⁊ vnā eā-
demqꝫ baptiſādi cauſam habebat: vt ſcilicet chriſto
conciliaret baptiſatos: vt eni non ſemper peragran
do credituros cōgregaret: oportebat (qd̄ ⁊ ī Simo
ne frater/ ⁊ in Nathanael Philippus: baptiſare cō
ſtituerant) vt per id omnes ſine labore adducerent̃:
et ad futurā fidē prepararentur. Ex autem nihil eo
rū baptiſma preſtaret: ſequentia manifeſtant. Que
nam: Facta eſt autem queſtio (inquit) ex diſcipulis
Joannis cum iudeis: ⁊ de purificatione contende-
bant ſemper cū chriſti diſcipulis: diſcipuli Joānis
apud ipm̄ etiā chriſtū. Cum eni viderent eos bapti-
ſare/ ceperūt aduerſus baptiſatos loqui: ac ſi Joan
anes apud ip̄os baptiſando xp̄i diſcipulos excelle-
ret: ⁊ aduocato aliquo ex baptiſatis pſuadere ei co-
nabātur: non tamē perſuaſerūt: nā ꝙ ip̄i acceſſerint
nō ille queſierit: audi quo pacto euangeliſta ſignifi-
cauit. Non eni dixit iudeum aliquē eos interrogaſ
ſe: ſed queſtionē ex diſcipulis Joannis factam cum
iudeo de purificatione. Conſidera autē euangeliſte
lenitatem: non enim in quēqꝫ inuehitur: ſed pro viri
bus crimen extenuat: cum queſtionē factā ſimplici-
ter dicit. Nam ꝙ cōtenderint ex ſequētibus patet:
que etiam lenius exequitur: [Et venerunt (in quit)
ad iordanem: ⁊ dixerūt ei: rabbi/ qui erat tecū trās
iordanem/ cui teſtimoniū perhibuiſti: ecce hic bapti
ſat: ⁊ omnes veniunt ad eum.] hoc eſt quem tu ba-
ptiſaſti: quem clarum/ ⁊ conſpicuū reddidiſti: is ea-
dem que tu audet: non tñ dixerūt quē tu baptiſaſti:

ſiquidē oportuiſſet eos/ ⁊ ſuperne vocis: ⁊ ſpūſancti
aduentꝰ meminiſſe: ſed [qui erat trās iordanē/ cui tu
teſtimoniū ꝑhibuiſti.] hͦ eſt q̄ ī diſcipli loco habitꝰ ē:
qui nulla ex parte nobis ſuperior erat: is abs te di-
ſcedens/ baptiſat. Nō autē verbis cū tm̄ dolore af-
ficere: ſed opera ſua ſuperari arbitrabanť. Omnes
cī (inquit) ad eū veniūt: vnde cōſtat ꝙ iudeo cū quo
diſceptabāt ei mīme perſuaſerūt. Hec aūt animi im
becillitate/ ⁊ ambitiōe quadā loquebanť. Quid ad
hos Joānes: nō eos coarguit: veritus ne ſe relicto/
aliꝺ quid mali aggrederenť. Sed nō poteſt hō (in-
quit) accipere q̄cꝙ̄/ niſi fuerit ei datū de celo: ſi meū
prorſus teſtimoniū accepiſtis (inquit) ⁊ verū id ar-
bitramini: diſcite vel ex eo: nō me: ſed illum in hono
re potiorē. Uos me audiſtis: vos mihi teſtimoniū ꝑ
hibetis: ꝙ dixerim: Nō ſum ego xp̄s: ſed miſſus ſū
ante illum: ꝙ ſi teſtimonij mei memores eſtis/ dixi-
ſtis enī cui tu teſtimoniū perhibuiſti/ nō modo ex eo
nō minuitur: ſed augeť plurimū: preterea nō meū:
ſed dei teſtimonium fuit. Si enī vobis fidedignus
videor: inter alia ⁊ me ante illum miſſum profeſſus
ſum. Uides quo pacto paulatim diuinā vocem fuiſ
ſe oſtendit: ac ſi dicat miniſter ſum: ⁊ mittentis man
data nūcio: neꝙ̄ humanā aucupor gratiā: ſed eiꝰ pa
tri/ qui me miſit/ miniſteriū exhibeo: nō ergo ad ca-
ptandā gratiā teſtimoniū perhibui: ſ; ad qꝺ miſſus
ſum/ id annūciaui: quare nolite me ꝓpterea magnū
exiſtimare: hoc enī illius oſtendit magnitudinē: ille
nanꝙ̄ rerū dominꝰ: iccirco addit: [Qui habet ſpon
ſam/ ſponſus eſt. Amicꝰ autē ſponſi qui ſtat ⁊ audit
eum: gaudio gaudet propter vocē ſponſi.] Et quā
ob rem qui dicit: [Non ſum dignꝰ vt ſoluā eiꝰ cor-
rigiā calciamenti:] amicū ſe eius in preſentia dicit.
non vt extollat ſe: neꝙ̄ vt laudet: ſed vt hanc maxi-
me curā habere neꝙ̄ inuito ſe ⁊ egre ferente id fieri:
ſed cordi ſibi/ ⁊ q̄ꝫ gratiſſimū eſſe oſtēdat: ⁊ hec ſunt
quoꝝ gratia maxime omīa fecit: que omīa amici ap
pellatiōe ſignificauit: non enī tam miniſtri ſponſi q̄ꝫ
amici letanť: ⁊ in eius nuptijs exultāt. Nō ergo pa
ritatē: abſit/ ſed voluptatis magnitudinē demon-
ſtrare voluit: ſimul ⁊ eorū imbecillitati indulgens
amicū ſe dicit: nā ⁊ miniſtrū ſe dixerat/ cū inq̄t: miſ-
ſus ſum ante illum. Preterea quoniā egre ferre Je
ſu opera putabanť: ſponſi ſe amicū appellauit: vt oſtē
deret/ nō modo nō egre ferre: ſed maiorē in modū le
tari. Hoc enī effecturus: veni inquit: ⁊ tantū abeſt:
vt moleſte eius opera feram: vt tū maxime dolerē ſi
non fierent: ſi ad ſpoſum ſpōſa nō accederet: dolore
tunc afficerer: nō aūt nūc cū teſtimoniū noſtrū re cō-
probat. Hinc enī probamur cū id quod voluimꝰ cō
tigit/ ⁊ ſponſa ſpōſum cognoſcit: ⁊ vos hoc teſtimo-
nio perhibetis: cū dicitis ꝙ omēs veniūt ad eū: hoc
mihi cure fuit: ⁊ ꝓpterea omīa feci: cū ꝟo in p̄ſentia
cōtigiſſe videā: gaudeo/ ⁊ exulto. Sed quid ſignifi
cat illa particula [qui ſtat ⁊ audit eū.] ex ſimilitudi
ne ad ꝓpoſitū venit. Cum enī ſpōſi ⁊ ſpōſe meminiſ-
ſet: quomō ſponſalia fiant oſtendit: per vocem vide
licet/ ⁊ doctrinā: ita eccleſia cōciliať deo: quā ob rē
Paulus inquit: Fides ex auditu: auditus autē per
vocē dei: hac ego voce gaudeo. Jd autē verbū: [qui
ſtat] nō temere poſuit: ſed vt res ſuas cōpoſitas: et
iam ſibi ſtandū: ⁊ dantē illi ſponſa audiendū oſten-
dat: ⁊ ꝙ ſeruus ſit ⁊ miniſter: ⁊ ſpes ⁊ gaudiū ſuū re
euenerit/ ꝓſequiť: [Jn hoc ergo gaudiū meū imple
tū eſt.] Perfectū eſt (inquit) opꝰ ⁊ officiū meū/ nec
amplius habens qꝺ faciamus. Deinde nō preſentē
tm̄: ſed futuꝝ merorē prohibens: ⁊ futura ex dictis
et factis cōfirmat. [Jllum (inquit) oportet creſcere:
me aūt minui.] hoc eſt: meū feci officiū/ iam ceſſabo
illius opera nūc augenť: qꝺ enī nūc formidatis: nō
in p̄ſentia tm̄ erit: ſed maiꝰ in dies fiet: qꝺ maxime
res noſtras claras oſtendet. Propterea ⁊ veni/ ⁊
gaudeo: quoniā xp̄s magnū accepit incrementū/ et
ea euenerūt quoꝝ gratia omnia fecimus. Animad-
uerte q̄ꝫ leniter/ q̄ꝫ ſapienter illorū ſedauit affectus:
et inuidiā extinxit: ⁊ fruſtra id eos tentare demon-
ſtrat: quibus verbis maxime eorum ſedat malitiā:
Jccirco enī adhuc eo viuēte ⁊ baptiſante hec tracta-
ta ſunt: vt chriſti excellentiā teſtareť: neꝙ̄ quiſpiam
incredulitatis excuſationē haberet: neꝙ̄ enī a ſeipo
hec dixit/ neꝙ̄ alijs interrogantibꝫ: ipi ⁊ percōtato
tores erāt/ ⁊ auditores. Nam neꝙ̄ ſponte ſua id di-
centi: ita crediſſent: vt poſt interrogationē. Cū enī
reſpōdentē audirent/ eius certā habuerunt ſenten
tiā. Judei autē eo ꝙ ad ipm miſerūt/ ⁊ eius nō credi
derūt teſtimonio: iccirco merito ſibi omnē ꝑciderūt
excuſationē. Quid igiť hinc erudimur? Ex omniū
maloꝝ cauſa eſt glorie inſania: hec illos in cōtentio-
nē traxit: hec temerario auſu excitauit: vt ad Jeſum
veniētes/ dicerent: [Quare diſcipuli tui non ieiu-
nāt.] Fugiamus hūc affectū dilectiſſimi/ vt gehen-
nā fugiamꝰ: hic nāꝙ̄ maxime eius ignē accēdit: hic
diaboli vndiꝙ̄ ditionē propagat: hic etatē ⁊ digni-
tatē omnē ſeuiſſimo premit impio: hic eccleſias huc
illuc diſtrahit: hic ciuilia opera corrumpit/ domos
funditꝰ ciuitates: populos: gētes euertit: ⁊ ſi in de
ſertū venerit/ multā ⁊ illic vim oſtēdit. Nā qui ſepe
numero pecunias/ ⁊ mundi illecebras/ ⁊ violentio
res corporis voluptates valere iubent: hi nōnunquā
inani gloria capti/ omīa perdiderūt. Qui multum
laborauit propter hunc affectū: non laborantis: ſed
grauiter peccantis premium accipiet. phariſeus q̄ꝫ
publicanus/ propter inanē gloriam minus meruit.
Uerū hanc accuſare nullus labor: omnes enim con
ſentiūt: id autē querendū quo pacto vincamꝰ. Quo
modo igitur poſſumus? Si gloriam glorie cōpara-
bimus: quēadmodū enī terrenas diuitias cōtemni
mus: cum alias ſperamus diuitias: ita ⁊ huiꝰ vite
gloriā cū longe maiorē/ ⁊ verā gloriā cōiectabimur
cōtemnemꝰ. Hec nāꝙ̄ inanis/ ⁊ ſtulta eſt/ ⁊ noīe tā
tū nō re/ gloria: illa vero celeſtis vera: q̄ nō hoīes:
ſed angelos/ ⁊ archangelos/ ⁊ angeloꝝ dn̄m: immo
et cū his etiā homines laudatores habet. Si illud
ſpectaculū cōtemplaberis: ſi illas coronas noueris
ſi ad illum plauſum te tranſtuleris: nunq̄ꝫ aduerſū
te terrena poterūt ꝑualere: neꝙ̄ hec magnifacias: ſi
habebis: ſin minꝰ/ nō queres. Et eī in huiꝰ ſeculi re
gijs nemo ſatellitū: is omiſſis quibus coronato re-
gi/ ⁊ in ſolio ſedenti placeat/ graculorū voces: mu-
ſcarum ⁊ culicū obuolantiū ſtridorem proſequitur:
Neꝙ̄ enī is vlla ex parte potiores hominū laudes
inueniunť. Humana igitur intellecta miſeria: om-
nia in tutiſſimos recondamus theſauros: ⁊ manen
tē ⁊ incorruptibilem gloriam inquiramus: quā vi-
tam omnes conſequamur: gratia ⁊ benignitate do-
mini noſtri Jeſu chriſti: per quem/ ⁊ cum quo patri
gloria ſimul/ ⁊ ſpūiſancto in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Homelia. xxix. Ex capitulo tertio.



Q Ui deſurſum venit ſuꝑ oēs
eſt. Qui eſt de terra: de terra
eſt: et de terra loquitur.

Graue q̄ddā ē gl'e amor: graue inq̄ꝫ: ⁊ multaꝝ ipa
ſpinarū plena gl'a: ⁊ q̄ difficile tolli pōt fera: ⁊ mul-
toꝝ capitū beſtia: ⁊ in eos q̄bꝫ foueť/ q̄bꝫ ſuſcipiť ar-
mata: quēadmodū eī ꝟmis ligna ex q̄bꝫ naſciť: ⁊ ru
bigo ferrū/ ꝯſumit: ita īanis gl'a altricē ſui aīaꝫ ꝑdit
q̄re mlťa opꝰ ē diligētia: vt hūc tollamꝰ affectū. Cō
ſidera q̄d hͦ ī loco diſcipul' ſuis hͦ morbo affect' dicat
Joānes: et vix eos placat. Ad ſuperiora etiam hoc
addit [Qui deſurſum vēit/ ſuper omēs eſt: qui ē de
terra/ de terra eſt: ⁊ de terra loquiť.] Cum meū (in-
quit) vbiꝙ̄ extollatis teſtimoniū: ⁊ digniſſimū fide
eſſe dicatis: illud vos ſcire neceſſariū eſt: non licere
vt is qui e celo venit/ a terreno homīe fidē accipiat.
Quid aūt illa particula [ſuper omēs eſt] ſignificat:
et quid vobis per eam oſtenditur? Ex nullius indi
get: ſed ipe ſibi ſatis eſt/ ⁊ oīm maximꝰ: ſed ex terra
et de terra loquentē dicit/ non ex ſua: ſed ex xp̄i ſentē
tia. [Si terrena (inquit) dixi vobis/ ⁊ nō creditis]
baptiſma terrena appellauit: non ꝙ terrenū ſit: niſi
ineffabilis generatiōis ipius comparatiōe: ita nūc
de terra loqui ſe dicit/ ſua diuine doctrīe compara-
ta. Nihil enī de terra loquiť aliꝺ ſignificat: q̄ꝫ par-
uas ⁊ humiles facultates ſuas: ⁊ quales credibile
eſt terrenā accipere naturā: ſi cum dei magnitudine
cōferantur. Siquidē apud deū omēs ſapientie the-
ſauri recōduntur: ꝙ autē de humanis rationibꝰ nō
loquatur: inde conſtat: [Qui de terra eſt (inquit)
de terra loquiť:] at qui non totus erat ex terra: ſed
propriora: nā ⁊ animā habebat/ ⁊ ſpiritꝰ particeps
erat: que mīme de terra ſunt. Quomō igitur de ter
ra eſſe dicit? Animaduertis ne nihil aliud q̄ꝫ paruū
ſe/ ⁊ nulliꝰ fere momēti/ vtputa humi reptantem:
et in terra natū: xp̄m autē celitus nobis demiſſum
ſignificari? His omībꝫ eorū affectū extinguēs/ iam
audentiꝰ de xp̄o loquiť: antea eī ſuperuacaneū erat
verba nullū in auditorū mentibꝰ locū habitura ef-
fundere: cum autē ſpinas īciderit: merito iacit ſemi
na/ inquiēs: [Qui de ſurſum venit/ ſuper omēs eſt
et qꝺ audiuit/ loquitur: ⁊ qꝺ vidit teſtať: ⁊ teſtimo-
niū eius nemo accipit.] Cū magnū quiddā ⁊ ſubli-
me de xp̄o locutꝰ eſſet: rurſus in humiliorē de eo ſer
monē deſcendit. Jlle nanꝙ̄ particule: [Qꝺ audiuit
et vidit.] magis ſecundū hominē dicte ſunt. Nō eī
viſu neꝙ̄ auditu norat: que norat: ſed ſuapte nature
perfectus ex patris ſinu ꝓcedens: neꝙ̄ preceptore i
digens. Sicut (inquit) cognoſcit me pater: ⁊ ego co
gnoſco patrē. Quid aūt ſignificat? [Qꝺ audiuit lo
quitur: ⁊ quod vidit teſtatur]. Quoniā per hos ſen
ſus omīa certe cognoſcimꝰ: ⁊ digni videmur quibꝰ
credatur: cū vidimꝰ/ aut audiuimus/ vtpote q̄ neꝙ̄
fingimꝰ/ neꝙ̄ mēdacia dicimꝰ. Jccirco vt rē confir-
met/ inquit Joannes: [Que audiuit ⁊ vidit.] hoc
eſt veriſſima: ita ⁊ nos ſepenumero ſciſcitamur. Ui-
diſti ne: an audiſti? qꝺ ſi fatebiť: certū arbitramur
teſtimoniū. Jpe autē cum dicit: [Sicut audio iudi
co/ ⁊ que audiui a patre meo loquor: ⁊ que vidimꝰ
loquimur.] ⁊ id genꝰ alia: nō ea gratia dicit/ vt ali
unde eū accepiſſe intelligamꝰ. Jd enī arbitrari vlti
me amentie eſt: ſed vt omnē impudentibꝰ iudeis au
ferat ſuſpitionē. Cū enī nōdū debita de ſe opinio ha
beretur: frequēter ad patrē cōfugit: inde verbis ſu-
is fidem faciens. Et quid admiraris ſi ad patrē: cū
et ad ꝓphetas ⁊ ſcripturas ſepe deſcendit/ ⁊ eoꝝ ad-
ducat teſtimoniū: ille ſunt inquiens que teſtimoniū
perhibēt de me. Nunquid ꝓphetis minorē ipm di-
cemꝰ: cū eoꝝ accipiat teſtimoniū? Abſit: nam ꝓpter
auditorū imbecillitatē ita loquiť: et a patre audire
ſe dicit/ que loquiť/ nō ꝙ magiſtro indigeret: ſed vt
illi crederēt nō eſſe mendaciū. Uerba aūt Joannis
hoc ſignificāt: Mihi opus eſt audire ab illo deſur-
ſum ei venit/ qui hec nūciat/ que ipe ſolꝰ manifeſte
nouit. Ea nāꝙ̄ verba videlicet [audiuit] hāc ſigni-
ficāt certitudinē: ⁊ teſtimoniū eiꝰ nemo accipit. At q̄
et diſcipuli ⁊ multi alij acceperūt/ quō igiť/ inquit:
[nemo accipit.] hoc eſt pauci/ ⁊ hoc nūc: nā ſi nemi-
nē dixiſſet: qua ratiōe addidiſſet/ qui accepit eiꝰ te-
ſtimoniū ſignauit: quia deꝰ verax eſt. Hoc ⁊ in loco
diſcipulos ſuos tangit/ ac ſi nō multū ei credituri eſ
ſent: ꝙ enī neꝙ̄ deinceps ei crediderīt/ ex ſequētibꝰ
conſtat. Propterea cū eſſet in carcere ad Jeſum eos
miſit/ vt ei magis cōciliarenť: illi aūt vix tūc credi-
derunt: qꝺ xp̄s ſignificās dicebat: Beatꝰ qui nō fu
erit ſcādaliſatꝰ in me: ⁊ ꝓpterea nō dicebat Joānes.
Et teſtimonium eius nemo accipit: diſcipulos ſuos
erudiēs/ ⁊ tm̄ nō dicens ꝙ pauci eſſent ei credituri:
et iccirco verbis eiꝰ nō creditis: q̄ enī vidit loquiť:
ſimul ⁊ iudaicā tangit inſaniā/ atꝙ̄ dementiā. Qꝺ
et euāgeliſta in principio his verbis coarguit: in ꝓ-
pria venit ⁊ ſui eū nō receperūt: hoc nō veniētis: ſed
nō recipientiū pctm̄ eſt. [Qui accipit eiꝰ teſtimoni
um ſignauit/ quia deus verax eſt.] Hic ⁊ eos pter-
ret/ cū oſtendat qui xp̄o nō credit: eū non modo non
ipi: ſed ne patri quidē credere: [Quē enī miſit deus,
inquit/ verba dei loquiť.] Loquiť enī q̄ ab illo ac-
cepit/ ⁊ credens illi credit/ ⁊ incredulus non credit.
[Signauit autē] hoc eſt oſtendit. Jnde his verbis
timorē auget: [Deꝰ verax eſt.] Neꝙ̄ ei aliť quiſpiā
ea nō crederet: niſi mittentē deū mēdacij inſilaret: ⁊
cum nil aliud q̄ꝫ de patre loquať xp̄s: qui eū nō au-
dit: nō audit mittentē patrē. Uideſne quantā formi-
dinē eis incutiat? Primū xp̄m infideles audire con
temnebāt: ideo ꝑiculi magnitudinē eis ꝓpoſuit: vt
diſcerent/ ꝙ qui xp̄m nō audiūt/ neꝙ̄ deū audiunt.
Hac deinde ratiōe imbecillitat' eoꝝ magnitudinē
exponit: [Non (inquit) ad menſurā dat deus ſpiri-
tū.] Et vt dixi: rurſus ad humiliorē deſcēdit ſermo-
nē/ eūꝙ̄ ⁊ variū ⁊ intellectu facilem auditoribꝰ red
dit: neꝙ̄ enī aliter incutere ⁊ augere metū poterat.
Nam ſi de eo magnū ⁊ eximiū dixiſſet/ nō vtiꝙ̄ cre-
didiſſent: ſed cōtempſiſſent potiꝰ: iccirco ad patrem
omnia refert. Rurſum tanq̄ꝫ de homine xp̄o diſpu-
tans: quid aūt inquit: [nō ad menſurā dat deꝰ ſpi-
ritū.] Nos omēs (inquit) ad mēſurā ſpiritꝰ opera-
tionē accipimꝰ: nā ſpiritū hoc in loco operationē di
cit. Hec enim eſt que diuidiť: ille ſine mēſura: ⁊ in-
tegrā habet operationē: ꝙ ſi operationē eius metiri
nemo poteſt: longe minꝰ ſubſtantiā: videſne ſpiritū
infinitū? Sed quiſnā omnē ſpiritꝰ accepit operatio
nē? Qui dei opera nouit: qui dicit: [Qꝺ audiuimꝰ
loquimur/ ⁊ qꝺ vidimꝰ teſtamur.] Quid igiť iure
dubitādū ē? Nihil eī niſi q̄ dei ſunt/ dicit: nihil niſi
que ſpūs. Et primū quidē de verbo dei nihil loqui
tur: ſed a patre ⁊ ſpū doctrīe ſue fidē ꝯparat. Ex enī

deꝰ eſſet norāt: ꝙ ſpūs etiā intelligebāt: quāuis nō debitā de eo haberent opinionē: ignorabant aūt filiū: ꝓpterea ad patrē ⁊ ſpiñ ſꝑ cōfugit/ ⁊ inde verba ſua cōfirmat hac nāqꝫ abdita cauſa: ſi quis ꝑ ſeipm̄ hoc cōſideraret: valde xp̄i minueret dignitatē. Non enĩ ꝓpterea crediderūt ꝙ̄ ſpiritꝰ operationē haberet: neqꝫ eiꝰ indiget auxilio: ſed ſibiipi ſufficiens eſt. Uerū imbecilliorū ſuſpitione cognita his vtiť verbis. Hec aūt dico ne ſimpliciť ſcripturas ꝑtereamꝰ ſed dicētis cōſideratione/ ⁊ auditoꝝ imbecillitatē/ et alias in ſcripturis cauſas ꝑſcrutemur. Nō eĩ oĩa vt volunt p̄ceptores: ſed multa ſcd̄m auditoꝝ imbecillitatē loquiť. Quam ob rem Paulꝰ: Non potui (inquit) vobis loqui quaſi ſpiritalibꝰ: ſed q̄ſi carnalib: tanqꝫ paruulis in xp̄o: lac vobis potū dedi nō eſcā. Uolebā (inquit) tāqꝫ ſpiritualibꝰ loqui: ſed nō potui: nō ꝙ ip̄e loqui nō poſſet: ſed ꝙ auditores ītelligere nō poterāt: ita ⁊ Joannes maiora diſcipulos docere voluiſſet: ſed illi nō patiebanť: hac gratia in humiliorib verſať. Diligēter igiť inueſtigāda ſunt oĩa. A ſcripturis enĩ ſpiritalia arma accipimꝰ: veꝝ ſi ea nos induere/ ⁊ diſcipulos armare ignorabimꝰ ip̄a quidē ꝓprias habēt vires: accipiētibꝰ aūt nihil afferūt vtilitatis. Eſt thorax ⁊ galea firmiſſima/ et clypeꝰ ⁊ haſta inde quis thoraca pedibꝰ/ galeā pro capite oculis aptet/ clypeo nō pectꝰ: ſed pedes ꝓtegat: nunqd huic hoĩ ea arma qd cōferēt/ ⁊ non potiꝰ ledēt? Plane hoc cōſtat: nō tñ armoꝝ culpa: ſed is vti recte ſcientis: ita ⁊ in ſcripturis vſuuenit: ſi eaꝝ ordinem cōfundemꝰ/ ip̄e quidē vim ſuā retinēt: nobis aūt nihil cōferūt: hec ego ⁊ priuatim/ ⁊ publice vos frequēter erudiēs/ nihil ampliꝰ ꝓficio: ſꝫ ſcl'aribꝰ rebꝰ omne vos tempꝰ affixos/ ⁊ implicitos video. Spiritalia ꝟo ne in ſomnijs quidē cōiectaini. propterea negligimur/ ⁊ pro veritate certātes non multū valemꝰ: ſed ridiculi gentilibꝰ/ iudeis/ ⁊ hereticis efficimur: qd̄ ſi vt in his alijs quoqꝫ rebꝰ negligentia vteremini: nec ſic quidē vobis eſſet ignoſcendū. Sꝫ ĩ ſecularibꝰ negocijs vnuſqſqꝫ enſe acutior eſt/ ⁊ ſūma diligētia artes exercet/ ⁊ rēpublicā gerit in neceſſarijs aūt ⁊ ſpiritalibꝰ quātauis deſidia torpemꝰ ſuꝑuacuis tanqꝫ neceſſarijs vtētes/ ⁊ neceſſaria arbitrātes vtētes. An neſcitꝭ nō ſuꝑioris tantū etatꝭ hoĩm gratia ſcripturas editas: ſꝫ noſtri? Nōne audis Paulū dicentē: Hec ad noſtrā doctrinā ſcripta ad quos fines ſeculoꝝ deueneřt/ vt ꝑ patientiā et conſolationē ſcripturaꝝ ſpem habeamꝰ? Et licet me fruſtra loqui nō ignorē: non tñ ceſſabo: ita enim apd̄ deū excuſabor/ ꝙuis nemo me audiat. Qui attente audientibus loquiť is laboris premiū habet/ auditoꝝ ꝑſuaſionē. Cuiꝰ aūt verba nō audiuntur: neqꝫ tamē ceſſat plurimi faciendꝰ eſt/ cū deo placere annitať/ ⁊ nemine attendēte ſuū impleat officiū. Uerū licet maiꝰ nobis ex cōtemptu noſtro premiū proueniat: id tamē minꝰ deſideramꝰ: mō ad veſtrā aliqd ſalutē ꝓficiamꝰ: maximā mercedē ꝓbitatē veſtrā ducētes. Hec dicimꝰ nō vt moleſtiā/ ⁊ grauē veſtrā faciamꝰ orationē: ſed vt affectū in vos noſtrū oſtendamus/ ⁊ quo ob deſidiā veſtrā dolore afficiamur vos nō lateat: qua deſidia vtinā omnes liberi magna ſpiritaliū chara ſuſcepta celeſtia bona conſequamur: grā ⁊ benignitate dñi nr̄i Jeſu xp̄i: cum q̄ pāi glīa ſit/ ⁊ ſpūiſcto nūc ⁊ ſꝑ/ ⁊ in ſcl'a ſcl'oꝝ. Amē.

## Homelia. xxx. ex capitulo tertio.

**Pater diligit filiū: et oĩa dedit in manu eiꝰ. Qui credit in filium habet vitā eternā. Qui autē incredulus eſt filio: non videbit vitam: ſed ira dei manet ſuper eum.**

Magna aſſiduitatis ⁊ humilitatꝭ vtilitas/ in oĩbus rebus oſtendiť. Per eā enĩ artes meliores reddimus: cū rep̄ēte oĩa a magiſtris diſcere nequeamꝰ per eā paulatim ciuitates condimꝰ: ꝑ eā vitā noſtrā ſuſtentamꝰ. Neqꝫ admireris ſi tantū in ſecularibꝰ viriū habeat: qñquidē ⁊ in ſpiritalibꝰ plurimū poſſit. Sic.n. ab ydolatria liberari iudei potuerūt paulatim/ ⁊ in paruis/ ⁊ humilibꝰ rebꝰ a p̄ncipio: neqꝫ doctrine: neqꝫ vite gratia/ eruditi. Sic poſt xp̄i aduentū/ cū ſublimioris iā doctrīe tempꝰ eſſet: omēs acceſſerūt apoſtoli: nihil primū altū vel archanū locuti. A paruis xp̄s multitudini exorſus eſt/ ita ⁊ in preſentia Joannes: tāqꝫ de hoĩe quodā mirabili loquitur: alta aūt ⁊ ſublimia per vmbram interſerit. Primū dixit [Nō p̄ōt hō a ſemetip̄o accipere quicqꝫ.] inde altius quiddā attingēs: [Qui deſurſum (inquit) venit ſupra omēs eſt.] Rurſus ad humilia deſcendens: poſt alia multa: [Non ad menſurā (inquit) dat deꝰ ſpiritū.] Inde ꝓſequiť: [Pater diligit filiū/ ⁊ omnia dedit in manu eiꝰ.] Inde cū ſupplicij vim intelligeret: neqꝫ ita in multitudinis animos bonoꝝ ꝓmiſſiōe/ vt ſuppliciōꝝ formidine moueri: his verbis ſermōi ſuo finē imponit: [Qui credit in filiū habet vitā eternā: qui aūt ĩcredulus eſt filio/ nō videbit vitā: ſed ira dei manet ſuꝑ eū.] Rurſus ad patrē ſupplicij rationē refert/ nō eĩ dixit ira filij (quāuis ip̄e ſit iudex) ſed dei/ vt maiorē illis metum incuteret. Nūquid ergo ſatis ē ad vitā eternā in filiū credere? Mime. Nō enĩ oĩs (inqt) qui dicit mihi dñe dñe/ intrabit in regnū celoꝝ/ ⁊ peccatū in ſpiritū/ vel ſolū eſt ſatis qd̄ in gehennā detrudat/ ⁊ quid de patre loquor? Nā ſi tu patrē ⁊ filiū ⁊ ſpiritum ſctm̄ recte credideris/ non aūt recte vixeris: nulla tibi ad ſalutē vtilitas. Cū ergo dicit [ip̄a eſt vita eterna] vt cognoſcāt te ſolū veꝝ deū: nolimꝰ hoc nobis ad ſalutē ſatis arbitrari. Opus nāqꝫ nobis eſt: et vite ⁊ moꝝ puritate pollere/ ⁊ licet h̄ in loco dicat [Qui credit in filiū habet vitā eternā] nec bona tātum: ſed ſuppliciōꝝ quoqꝫ formidinē ꝓponit: ꝙ qui incredulꝰ eſt filio/ nō videbit vitā: ſꝫ ira dei manet ſuꝑ eū: nō tamē dicimꝰ ſatis eſſe ſolā fidē: ad ſalutē: qd̄ q̄ de vita ſepe in euāgelijs dicunť: oſtēdūt. Cur enĩ nō dixit: ip̄a eſt vita eterna ſola/ neqꝫ qui credit in filiū ſolū habet vitā eternā: ſed in vtroqꝫ vitā eſſe ſignificauit? Nam niſi mores ſequanť: ſequeť ſuppliciū. Et non dixit in eo: ſed ſuꝑ eum: hoc eſt/ nūqꝫ ab eo diſcedet. Siquidem ne temporalē fore mortē putares: cum dicit: [Non videbit vitam] id verbū poſuit vt eiꝰ demōſtraret ꝑpetuitatē. Qd̄ fecit vt ꝑ hec ꝟba eos ad xp̄m traheret. Quā ob rē ñ ꝓuata: ſꝫ cōmūi ad eos admonitōe vſus ē/ vt faciliꝰ alliceret. Nō.n. inqt ſi credetꝭ/ ⁊ nō credetꝭ: ſed ĩ ꝯ̄muni loqtur ne q̄ poſſet exoriri ſuſpitio/ ⁊ vehemētiꝰ q̄ꝫ xp̄s. Siquidē xp̄s: [Qui nō credit iā iudicatꝰ eſt.] Hic autē: [Non videbit vitā: ſed ira dei manet ſuꝑ eū.] Et merito ſane. Neqꝫ enĩ idē eſt aliquē de ſeip̄o loq/



et de altero. Chriſtū ambitiōis cauſa ita locutū ⁊ iactatū exiſtimaſſent. Joannes hac carebat ſuſpitiōe. Et ſi poſtmodū xp̄s vehemētiori ſermone vſus eſt/ ea poteſt ratio afferri: ꝙ iam magnā de ip̄o iudei opinionē cōceperāt. [Ut ergo cognouit Jeſus inquit/ quia audierūt phariſei: q2 Jeſus plures diſcipulos facit/ ⁊ baptiſat q̄ꝫ Joannes/ quāqꝫ Jeſus nō baptiſaret: ſed diſcipuli eiꝰ reliquit iudeā/ ⁊ abijt iterū in galileā.] Ip̄e quidē nō baptiſauit: ſed nuncij cū vellent auditores in eiꝰ odiū excitare: ita ferebāt. Sed quanā grā diſceſſit? Nō formidinis: ſed vt eoꝝ leniret inuidiā. Poterat nāqꝫ ⁊ inſultātes cohibere: ſed noluit hoc frequēter facere: ne de eiꝰ incarnatōe diffiderēt. Et ſi ſepiꝰ impulſus fugiſſet id etiā ſuſpitioſum multitudini fuiſſet: propterea multa/ more hominis/ operatꝰ eſt. Quēadmodū enim credi voluit deū eſſe: ita ⁊ carnē ſuſcepiſſe: hanc ob rē Petrū corripit dicentē: Abſit a te dñe. Non erit tibi hoc. Tante hoc ſibi cure fuit. Nā in eccleſiaſtica doctrina non parua hec portio eſt/ ⁊ ſalutis noſtre principiū/ cuiꝰ gratia oĩa ⁊ facta/ ⁊ ꝑfecta ſūt. Sic mors ſublata ē et pctm̄/ ⁊ maledictū abolitū/ ⁊ plurima vite noſtre collata ſunt bona: ideo maxime ſuā voluit incarnationē credi: q̄ nob p̄ncipiū ⁊ fons eſt innumerabiliū oĩm bonoꝝ hic ñ humanitatē: ſꝫ diuinitatē potiꝰ: latere ꝑmiſit. Recedēs ergo: ad eos rurſū ſe cōtulit/ vñ prius venerat. Neqꝫ ab re in galileā cōceſſit: ſed vt magna apud ſamaritanos operareť/ ea q̄ deū decere ſapiētia/ ⁊ vt nullā iudeis/ ne impudentē quidē excuſationē relinqueret: qd̄ euangeliſta his verbis ſignificauit: [Oportebat aūt eū trāſire ꝑ ſamariā] vt oſtenderet p̄ter itineris rationē hoc feciſſe: cuius exemplū ⁊ apl'i ſecuti ſunt. Quēadmodū.n. illi iudeoꝝ ꝑſecutionib tunc temporis agitati ad gentes profecti ſunt: ita ⁊ xp̄s/ cū ab illis fugareť: ad has venit/ vt ⁊ in muliere fecit chananea. Hec autē fctā ſunt vt omnē iudeis auferret excuſationem: ne dicerēt ſe relictis/ xp̄m ad incircūciſos ꝓfectum. Idcirco excuſantes diſcipuli dicebāt: Uobis oportebat primū loqui verbū dei: ſed ꝙ̄ repellitis illud/ ⁊ indignos vos iudicatis eterne vite/ ecce cōuertimur ad gentes. Et ip̄e iterū: [Nō veni niſi ad oues q̄ perierant domꝰ iſrael. Et iterū: [Non eſt bonū accipere panē filioꝝ/ ⁊ dare canib. Cum autē eū iudei expulerunt: portā gentibꝰ aperuerunt: neqꝫ etiā ſic in ſamariā p̄cipaliter ꝓfectus eſt xp̄s: ſed per eā iter fecit. [Preteriēs ergo venit in ciuitatē ſamarie: que diciť ſichar: iuxta prediū qd̄ dedit Jacob Joſeph filio ſuo. Erat aūt illic fons Jacob.] Quanā gratia tanta hunc locum diligentia narrat euāgeliſta? Ne poſtmodū audiēdo mulierē dicentē Jacob pater noſter dedit nobis hūc puteū/ mireris. Etenĩ is locꝰ erat vbi ꝓ Dina/ Leui ⁊ Simeon indignati grauē illā cedē patrati ſunt. Et ꝙ̄ ad hoc ventū eſt nō ab re fuerit ſubtexere: vñ ſamaritani originē habuerĩt Locus is oĩs ſamaria appellať. Uñ igiť appellati ſūt? Samor mōs a cōditore dictꝰ eſt/ vt teſtať Eſaias/ ⁊ caput ſamoroꝝ ephraim. Habitatores aūt ñ ſamaritani: ſꝫ iſraelite appellabanť: ꝓcedēte tp̄e deum offenderūt/ ⁊ regnāte Phacee ſurgēs Thelgamaſa/ ⁊ ml'tas ciuitates occupauit/ ⁊ Ele ſubdidit quo interempto Oſee regnū tradidit. In hūc inſurgens Salmanaſar: alias cepit ciuitates/ ⁊ tributarias fecit. Huic Oſee primū paruit: inde defectiōe facta: ethiopib ꝯfederatꝰ eſt: qd̄ cū Aſſirꝰ rex intelligeret/ gentē illā obſeſſam cepit: neqꝫ amplius illic habitare ꝑmiſit: veritꝰ ne iteꝝ deficerēt: ſꝫ babylonem ⁊ in medos trāſlatis collecticiā hincinde multitudinē in ſamariā habitatū miſit/ vt impoſteꝝ firmum ſibi imperiū familiaribꝰ incolis cōfirmaret. His pactis volens deꝰ poteſtatē ſuā oſtēdere: ꝙqꝫ nō imbecillitatis: ſed pctōꝝ gratia: iudeos aſſirijs tradiderit: leones in barbaros emiſit: qui vniuerſā gentē ꝑderēt. His regi nūciatis miſit ſacerdotē quēdam: qui populo exponeret leges dei: nō tñ oĩno: ſꝫ ex parte impietatē exuerūt. Procedente adhuc tp̄e idoloꝝ cultu abiecto: dei cultū cōplexi ſunt. Cū ita ſe res haberēt/ reuerſi iudei: his vtpote alienigenis et hoſtibꝰ emulabanť/ ⁊ a mōte ſamaritanos nūcuparunt: nec parua hic inter eos cōtentio: neqꝫ enim oēs ſcripturas recipiebāt: ſed Moyſi duntaxat ꝓphetas paruipēdebāt. Nitebanť tñ in iudaicā ſe inſerere nobilitatē ad Abraā ⁊ ꝓgenitorū/ ⁊ genꝰ ſuū referētes: vtpote qui caldeꝰ fuiſſet/ ⁊ Jacob patrem appellabāt: vtpote Abrae nepotē. Iudei aūt cū ceteris/ ⁊ hos abominabanť. Unde xp̄o exꝓbrabāt/ dicētes: [Samaritanꝰ es tu/ ⁊ demoniū habes] ⁊ cū deſcēdiſſet ab hieruſalē hiericho/ hac gratia xp̄s ſamaritanū vilem cōtemptūqꝫ/ ⁊ abominabilē apud eos in ſe miſericordiā operantē/ ⁊ ĩ decē leꝓſis vnū alienigenā: ꝓpter hoc ſamaritanū dicit/ ⁊ ip̄is diſcipulis ita mādauit: [In viā gentiū ne abieritis/ ⁊ ĩ ciuitates ſamaritanoꝝ ne intraueritis:] neqꝫ hyſtorie dūtaxat gratia predij Jacob meminit euāgeliſta ſed vt iudeos iā diu repulſos oſtēderet. Siquidē ꝓgenitoꝝ temporibꝰ ꝓ ip̄is ea loca ſamaritani occuparāt: q̄ eĩ eoꝝ maiores cū ſua nō eſſēt/ ceꝑant: ea hi ob deſidiā ſuā ⁊ iniqtatē iā pridē poſſeſſa amiſerūt. Ita ⁊ nihil maioꝝ virtꝰ ꝯfert/ ſi nepotes degenerāt Barbari eĩ cū primū leones exꝑti ſūt/ ad iudaicū e veſtigio cultū redierē: hi tot affecti ſupplicijs mores ſuos minime emēdarūt. Huc itaqꝫ xp̄s vēit: mollē ⁊ laſciuā vitā expellēs: laborioſā aūt ⁊ difficilē nos erudiēs. Nō enĩ iumētis vſus eſt: ſed adeo intēte vadit vt ex itinere fatigeť. Hoc ſꝑ admonet vt ſibiipi qſqꝫ ſeruiat: neqꝫ q̄rat ſuꝑflua: neqꝫ multꝭ ĩdigeat. Adeo enĩ oĩ nos ſuꝑfluitate alienos voluit: vt multꝭ neceſſarioꝝ ſe fraudaret. Idcirco dicebat: vulpes foueas habēt/ ⁊ volucres celi nidos: filiꝰ āt hoĩs nō habet vbi caput reclinet. Propterea plurimū in montibꝰ verſatꝰ eſt/ ⁊ in deſertis: nō ꝑdius tantū: ſed ꝑnox. Hoc Dauid annūciās/ inqt: De torrēte in via bibit vt eiꝰ tolerantiā demōſtraret. Idē hoc in loco ſignificat euāgeliſta: [Fatigatꝰ enĩ ex itinere ſedebat ſic ſuꝑ fontē: hora aūt erat q̄ſi ſexta: venit mulier de ſamaria haurire aquā: dicit ei Jeſus: Da mihi bibere Diſcipuli eĩ eiꝰ abierāt ĩ ciuitatē/ vt cibos emerēt] Hinc itineris ſtudiū/ ⁊ cibi cōtemptū intelligimꝰ: cū tanqꝫ re ſuꝑuacanea vtať: ita diſcipuli res ſuas diſpēſare didicerāt. Nō eĩ parabāt viaticū qd̄ ⁊ aliꝰ oſtēdit euāgeliſta/ cū de fermēto phariſeoꝝ loquentē diceret/ ꝙ putabāt panes nō ferre. Et eſuriētes īducit ſpicas decerptas mādūcare: et ad ficū ob famē veniſſe: hec nil aliud q̄ꝫ vētris cōtemptū/ ⁊ eiꝰ ſeruitiū ꝑuipēdere nos admonēt. Cōſidera/ queſo/ h̄ in loco nihil ferentes diſcipulos: neqꝫ a principio diei vllam victus curam h̄ntes: ſed quo tempore omēs prādent: cibos emptum proficiſcuntur: non vt nos qui

cum primū mane exurgimus ante oīa coquas ad-
uocamus / ⁊ de parādis epulis / ⁊ menſa diligēter
verba facimus / inde alijs opera damus / ſecularia
diuinis preponentes / et que ſuperflua habenda eſ-
ſent / tanq̄ neceſſaria exequimur. Ideo omnia pre-
poſtere agunt. Cōtra aūt ſpiritaliū ꝓmū ratione et
q̇dē maximā habere: q̄bus ꝑfectis: hec alia deinceps
attingere oporteret. Neq̄ laboris ſtudioſus tantū:
ſed humilitatis nō fatigatus dūtaxat ex itinere ſe-
diſſe: ſed relictꝰ ſolus dimiſſis diſcipulis / hic ieſus
oſtendit. At qui poterat: vel non oēs dimittere / vel
alios ſibi miniſtros cōparare. Noluit. Eteni diſci-
pulos quoq̄ his moribus aſſuefecerat. Et q̇d mirū
dixerit fortaſſe quiſpiā ſi hūiles erāt / piſcatores / ⁊
tentoriorū opifices? Erāt ſane. Verū repēte ad ipm
celū euolarūt / ⁊ cūctis regibus clariores euaſerūt:
digni habiti q̄ vniuerſi orbis dn̄i familiaritate frue
rent / ⁊ eū vbiq̄ admirabilē ſectarent. Illud ꝓterea
non ignoratis / ꝙ quanto q̇s humilis gradu ad di-
gnitates aſſumit / facilius ī ſupbie inſaniā effert / vt
pote q̇ expers ſit repentini et inſperati honoris. In
hac eos humilitate chriſtus cōtinuit: ⁊ vt ab oībus
ſe abſtinerēt / neq̄ miniſtris indigerēt. [Ipſe aūt fa-
tigatus ex itinere ſedebat ſic ſup fontē.] Vides la-
boris: caloris: ⁊ diſcipulos expectādi grā ſediſſe ie-
ſum? Norat enim quid apud ſamaritanos eſſet euē-
turum. Non tamē propter hoc principaliter venit.
Neq̄ ſi propterea nō veniſſet / erat adueniens mu-
liercula repellenda: que ſummam erat attentionem
preſtatura. Iudei eni ad ſe venientē expulerūt: gen-
tiles alio ꝓficiſcentē ad ſe trahūt. Illi inuidebāt / hi
credūt: illi īdignabant: hi admirant / adorāt. Quid
igit erat tot hoīum ſalus contēnenda / tā promptis
aīs relinquēdus? Indignū ſane diuina fuiſſet beni
gnitate. Quare cū debita ſapiētia cūcta ab eo diſpo
nant: ſedēdo corpus reficiebat iuxta fontem. Erat
dies medius: qđ euāgeliſta his verbis ſignificauit.
[Hora erat quaſi ſexta ⁊ ſedebat ſic.] Quid autē ꝑ
hoc verbū [ſic] intelligit? Nō in ſella: nō in loco ho-
noratiori: ſed in terra / vt contingit. [Venit mulier
ex ſamaria haurire aquam.] Ecce mulierē propter
aliud egreſſam ciuitatē: vt impudētibus iudeorum
obiectionibꝰ ſilentiū imponat / ⁊ ne quis dicat eum
ſuū ipſius ꝓceptū tranſgredi: cū mandet ne in ſama
ritanorū ciuitatē ingrediant / ipſe eos alloquatur.
Qꝫ aūt dicit nondū veniſſe diſcipulos: ea id gratia
meminit euāgeliſta: vt multas ſermonis ieſu ad mu
lierē occaſiōes afferret. Quid ergo mulier? cū a ieſu
aquā peteret / dicēte: [Da mihi bibere. Quomō tu
inq̇t iudeus cū ſis: bibere a me poſcis / que ſum mu-
lier ſamaritana? Non eni coutunt iudei ſamarita-
nis.] Unde eū iudeū eſſe cognouit? Ex habitu for-
taſſe ⁊ ſermone. Tu āt mulieris ingeniū conſidera.
Nam ſi cauendū erat ieſum q̄ illā cauere potius de
cebat. Non eni dixit / nō coutuntur ſamaritani iu-
deis: ſed iudei ſamaritanis. Abſtinet tn̄ mulier a cō
ſuetudine ne peccet / cū alterū ſua cauſa peccaturū
arbitraret. Neq̄ tacuit: ſed ſententia ſua ꝙ eſſet ꝓ-
ter legē corrigit. Sed illud poſſet quiſpiā dubitare:
qua nā grā ab ea / bibere petierit: cū lex nō permitte-
ret. Si q̇s diceret ieſum preuidiſſe nō daturā: ideo
minus petere oportuit. Quid igitur dicendū? Qꝫ
nihil iā referebat eiuſmodi obſeruatiōes ꝑuaricari.
Qui eni alios ad preuaricationē inducit / ipſe lōge
magis preuaricat. [Non eni qđ ingredit (inquit) ꝑ
os coinquinat aīam: ſed qđ ꝓcedit de ore.] Non pa-
rum aūt iudeos accuſat hic ieſu ad mulierē habitus
ſermo. Illi eni ſepenumero ⁊ verbis ⁊ re allecti / mi
nime paſſi ſunt ꝑſuaderi: hec aūt breui / ⁊ nuda roga
tione q̄ primum capitur ipſe ieſus ratiōe hac / ⁊ via
nō inſtabat. Si qui accedebāt nō ꝓhibebat / quāuis
diſcipulis dixerat: [In ciuitatē ſamaritanorū ne in
traueritis.] ne accedētes offendatis. Id eni q̄ indi-
gniſſimū erat eius humanitate / q̄re reſpōdet mulie
ri: [Si ſcires donū dei / ⁊ quis eſt qui dicit tibi da
mihi bibere / tu forſitā petiſſes ab eo / et dediſſet tibi
aquā viuā.] primū dignā q̄ audiat / eā iudicat: neq̄
contēnendā: deinde q̇s ipſe ſit celat. Nā ſi hoc ſciſſet
e veſtigio paruiſſet: qđ de iudeis haud dicendū eſt /
qui cū admonerent nihil tamē petebāt: nihil diſce-
re cupiebāt / qđ aliq̇d afferret vtilitatis: ſed cōtume
lia affectū expellebant. Mulier aūt ſamaritana q̄
manſuete reſpondeat: q̄ſo aīaduerte. [Dn̄e neq̄ in
quo haurias habes / ⁊ puteꝰ altus eſt. Unde ergo
habes aquā viuā?] Iam oēm ab ea ꝙ vilis eſſet / ⁊
vnus ex vulgi hoībus / ſuſpicionē amouit. Neq̄ eni
ſimpliciter hoc in loco dn̄m: ſed honorifice appellat:
quod ex ſequētibus apparet. Nō eni irriſit / non ex-
probrauit: ſed primū heſitauit. Qꝫ ſi nō cōtinuo in
tellexit: minime mirū. Neq̄ eni nicodemus intelle-
xerat: inquit eni: [Quomō poſſunt hec fieri?] Et
iterū: [Quomō poteſt hō naſci cū ſit ſenex?] Et ite-
rum: [Nūquid poteſt ī vterū matris iterato introi-
re / ⁊ renaſci?] Hec autē mulier longe verecūdius.
[Dn̄e (inq̇t) neq̄ in quo haurias habes / et puteus
altus eſt. Unde ergo hēs aquā viuā?] Aliud xp̄us
dicebat: aliud illa intelligebat: tantū verba accipi-
ens: neq̄ altū aliq̇d pertingere poterat. At q̄ petulā
tius reſponderi licuiſſet. Si haberes aquā viuam:
non me peteres / ipſe eā acciperes: ſed te iactas. Ve-
rum nihil tale locuta: māſuete a principio per oēm
ſermonē reſpōdit. primum inquit: [Quomō tu iu-
deꝰ cū ſis: bibere a me poſcis?] Neq̄ tanq̄ ad alie-
nū ⁊ inimicū ita locuta eſt. Abſit vt tecū hoīe alieni
a gēte nr̄a animi / ⁊ infeſti: quicq̄ cōmunicē. Dein-
de cū magna loquentē audiret / ⁊ ea q̄ inimici maxi-
me carpſiſſent / nō deriſit: nō cauillata eſt: ſed [Nū-
quid (ait) tu maior es patre nr̄o iacob / qui dedit no-
bis puteū hūc / ⁊ ipſe ex eo bibit / et filij eiꝰ / ⁊ pecora
eius?] Aīaduerte quo pacto ī iudeicā ſe inſerit no-
bilitatē: hoc eſt: Ille hac vſus eſt aqua / nec habuit
qđ nobis maius daret. Oſtēdit aūt magnū q̇ddā ⁊
altū ex primo reſponſo intellexiſſe. Ea nāq̄ particu
la. [Ipſe ex eo bibit ⁊ filij ⁊ peccora.] nihil aliud ſi-
gnificat q̄ potiorē quandā aquā cōcepiſſe: eā tamē
neq̄ inuenire: neq̄ manifeſte cognoſcere. Ut autem
apertius dicā: Non potes inq̇t dicere: Iacob hunc
nobis fontē dediſſe: alio aūt vſum: nā ⁊ ipſe ⁊ filij / ⁊
nepotes eiꝰ ex hoc biberūt: neq̄ bibiſſent / ſi habuiſ-
ſent potiorē. Tu ergo hoc potiorē aliū neq̄ dare po
teris: neq̄ habes / niſi te / q̄ iacob: maiorem ꝓfitea-
ris. Unde igit quā te daturū polliceris aquā: hēs?
At iudei nō tāta vſi eſſent modeſtia q̄ eadē de re ſer-
mone habito / ⁊ eiuſdē aque mentiōe facta nihil vtili
tatis cōſecuti ſunt. Cum v̄o ieſus abrae meminiſſet
lapidibus eum ꝑſecuti ſunt. Mulier aūt incredibi
li manſuetudine in medio diei eſtu patiēter / ⁊ dicit /
et audit. Nec ei quicq̄ in mentem venit: ꝙ iudeus



dixiſſet: credibile ē ip̄m inſanire ⁊ delirare. Me ad
fontē expectauit: ⁊ verbis iactabundꝰ nihil ꝓſtitit:
ſed expectat / ⁊ ſedet / dum qđ querit / inueniat. Qꝫ ſi
mulier ſamaritana tantā adhibet diligentiā / vt ali-
quid vtilitatis cōſequat / neq̄ a xp̄o diſcedit: q̄uis
eū adhuc ignoret: quā nos veniā cōſequemur: q̄ eū
nō ad fontē / nō in deſerto / nō in meridie / neq̄ in ſo-
lis eſtu ardētiſſimo: ſꝫ ſub aurora / ſb̄ h̄ tecto ad vm
brā intuemur: nō tn̄ quicq̄ audire patimur: ſed deſi
demꝰ. Illa ita Ieſu verbis attendit: vt alios aduo
cet: iudei nō mō neminē aduocāt: ſed accedētes pro-
hibent / impediūtq̄ dicētes: Videte nū ex principi-
bus aliquis credit in eū / aut ex phariſeis: ſed turba
hec que nō nouit legem: maledicti ſunt. Imitemur
igit ſamaritanā / alloquamur xp̄m: eteni mediꝰ no
ſtrū in ꝓſentia adeſt: ⁊ ꝑ ꝓphetas ⁊ diſcipulos ſuos
nobiſcū loquit. Audiamꝰ / ⁊ credamꝰ: quādiu fru-
ſtra ⁊ inutilit viuemꝰ: facere eni que deo nō placēt:
id demū eſt fruſtra ⁊ inutiliter viuere / vel potiꝰ per
dite. Cū eni datū nobis tempus in nullā impendi
mus vtilitatē: inutilis impenſe vltimū daturi ſup-
pliciū hinc migrabimꝰ. Nunquid qui pecunias ad
negociationē acceperit / eaſq̄ prodegerit ab eo credi
tor rationē exiget: qui aūt vite munꝰ perdite cōſum
pſerit impune abierit? Non ꝓpterea deꝰ ꝓſentē nob
vitā preſtitit: non animā in hoc corpꝰ infudit: vt hac
tn̄ fruamur vita: ſed vt totis viribꝰ ad futurā con-
tendamꝰ. Bruta ꝓſenti duntaxat vſui ſunt: nos ic-
circo immortalē habemꝰ animā: vt ad illiꝰ vite pre
parationē omīa moliamur: ⁊ quoꝝ eni boū / aſino
rū / ⁊ alioꝝ huiuſmōi pecorū ſi quis vtilitatē roget /
nullā preter in preſentis vite neceſſitatibꝫ ſeruitiū /
vſumq̄ inueniemꝰ. De nobis nō ita ſentiendū eſt:
ſed meliꝰ ⁊ preclariꝰ domiciliū poſt huius vite mi-
grationē expectamꝰ: ad qđ (vt clari perueniamus)
omīa facienda ſunt: vt cū angelis iubilemꝰ / ⁊ ſemꝑ
regi aſſiſtamꝰ: ꝓpterea īmortalē nobis animā / ⁊ cor
pus īmortale futurū largitꝰ eſt / vt perpetuis cū ip̄o
bonis ꝑfruamur: ꝙ ſi terre inniteris: cū tibi celeſtia
preponantur: conſidera quanta ignominia afficias
eorū exhibitorē: cū cōtemptis que tibi offert celeſti-
bus / ea terrenis mutare nō dubites: ideo gehennā
minatur vtpote cōtemptus: vt intelligas quātis te
bonis priuas: ſed abſit vt illud experiamur ſuppli-
ciū: ſed deo placētes eterna bona cōſequamur: gra-
tia ⁊ benignitate domini noſtri Ieſu chriſti / cū quo
patri gloria ſimul ⁊ ſp̄ūiſctō in ſecula ſcl'oꝝ. Amen.

Homelia. XXXI. Ex capitulo. IIII.

r **Eſpondit Ieſus et dixit ei:
Omīs qui bibit ex hac aqua
ſitiet iterū qui autē bibit ex aqua:
quam ego dabo ei: nō ſitiet ineter-
nū: ſed aqua quā ego dabo ei: fiet
in eo fons ſalientis in vitā eternā.**

Spirituſſancti gratiā nunc ignē / nūc aquā ſcri-
ptura appellat / vt n̄ ſubſtantie: ſed operatōis has
intelligentias eſſe demonſtret. Nō eni ſpiritꝰ ex dif
ferentibꝰ cōſtat ſubſtantijs / cū inuiſibilis / ⁊ vnius
generis ſit: ⁊ Ioānes quidē dicit: Ipſe nos baptiſa
bit in ſpirituſancto ⁊ igni. Chriſtus aūt: Flumia de
ventre eiꝰ fluent aque viue: hoc autē dixit / de ſpiri-
tuſancto quē erant accepturi: itidē ⁊ nūc ſpiritū ap-
pellat: [Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei: nō ſi-
tiet ineternū] ita ſpiritū ignē appellat / vt excitamē
tū ⁊ feruorē gratie / ⁊ peccatoꝝ abſumptionē ſignifi
cet / aquā aūt / vt ablutionē ⁊ refrigeriū quibꝰ ip̄m
accipiētes animi fruunt. Eteni tanq̄ hortū virentē
⁊ fructiferis / ⁊ ſemper florentibꝰ arboribꝰ coman-
tē: ita promptā animā diſponit / vt nulla anxietate /
nullis ſathane inſidijs / diſtrahi ſinat: ſed omīa ar-
dentia malitie tela extinguat. Tu aūt (queſo) dei ſa
pientiā cōſidera: q̄ leniter mulierculam allicit: non
a principio dixit: [Si ſcires quis eſt qui tibi dicit:
Da mihi bibere.] ſed poſtq̄ occaſionē illi ꝓbuit / vt
ip̄m iudeū appellaret / ⁊ crimiaret: hoc propulſans
inquit: [Si ſcires q̇s eſt qui dicit: da mihi bibere /
tu forſitan petiſſes ab eo.] quibꝰ verbis iā ad maio
ra impulit / vt patriarche memierit. Inde cū illa di
ceret: [Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob]
nō ſe maiorē dixit: viſus eni eſſet ſe tn̄ iactare: non-
dū cognitꝰ: ſed latenter id ſignificat: nō eni ſimplici
ter dixit: [Dabo tibi aquā:] ſꝫ priꝰ Iacob aq̄ negle
cta: ſuā laudat / a muneꝝ natura dantiū volēs dif-
ferentiā oſtendere / ⁊ quantū ip̄e patriarchā excelle
ret. Nam ſi admiraris (inquit) patriarchā: ꝙ hanc
aquā dederit / inde ego lōge meliorē tibi dedero / ea
accepta me q̄ Iacob maiorē confitearis / neceſſe eſt.
Si cū dicas: Nūquid maior es Iacob: quoniā hāc
aquā dederit? Si illa meliorē a me acceperis: ꝓfe-
cto me maiorē dixeris: intuere verū mulieris iudi-
ciū / a re ip̄a ⁊ de xp̄o ⁊ de patriarcha / ferentis ſentē
tiā: verū non ita iudei: ſed cū eijcientē eū viderēt de-
monia / nō modo patriarche nō pretulerūt: ſꝫ demo
niū habere dixerūt. Samaritana aūt ſecundū chri-
ſti voluntatē iudicat ab operibꝫ: ſcilicet / hinc eni ip̄e
iudiciū requirit / dicēs: Si nō facio oꝑa patris mei
nolite mihi credere: ſi aūt facio ⁊ ſi mihi nō creditis:
operibus credite / ſic mulier fide adducit. Propte-
rea cū audiſſet Ieſus: [Nūquid maior es patre no-
ſtro Iacob?] eo omiſſo / de aqua ſic loquit: [Omīs
qui bibit ex hac aqua ſitiet iterū:] ⁊ cōparationē nō
accuſandi: ſed excellentiā demonſtrādi gratia / facit
Nō eni aquā illā vilem / ⁊ negligendā dicūt: ſed na-
turā oſtēdit. [Qui aūt biberit ex aqua / quā ego da
bo ei: nō ſitiet ineternum.] Audiuit aquam viuam
mulier: ſꝫ primū nō ītellexit. Nā cū aq̄ viua ſit etiā
que ſꝑ ſcaturit: huiuſmō aquā chriſtū dixiſſe arbitra
ta eſt: ideo apertius ex vtriuſq̄ cōparatione / Ieſus
ſue aquā preſtantiā declarat. [Qui biberit ex aqua
quā ego dabo ei nō ſitiet in eternū.] Hinc maxie ex
ſequentibꝰ excellētia dignoſcitur: horū eni nihil ha
bet aqua quā ſenſu deprehendimꝰ. Quid autē pro-
ſequit? [Sed aqua quā ego dabo ei / fiet in eo fons
aque ſalientis in vitā eternā.] Sicut eni ſi quis fon
tem intus habeat / nunq̇d ſitiret / ita qui hanc aquā
habuerit. Credidit cōtinuo mulier lōge Nicodemo
ſapientior: ſed ⁊ fortior. Ille huiuſmōi pluribus au
ditis neminē aduocauit / neq̄ ſibi confidit / hec apo-
ſtolico officio functa eſt: omnibꝰ audita annūcians
⁊ populum extra ciuitatē ad chriſtū aduocās ac tra
hēs vniuerſum. Ille: Quomō poſſunt hec fieri inq̇t
Neq̄ manifeſtū ſpiritus exemplū a chriſto adductū
accipit: mulier vero primū parūper heſitauit: mox
non expectata cōfirmatione ad eius ſermonē tanq̄

certū accipiendū properat: dicēte enī xp̄o: [Fiet in
eo fons aque ſalientis in vitā eternā.] Statim ſub
didit: [Da mihi hanc aquā vt nō ſitiam: neqꝫ veniā
huc haurire.] Cōſidera (queſo) qꝫ paulatim ad vere
doctrine altitudinē adducit̄. Primū iudeū quendā
legis tranſgreſſorē ſuſpicata eſt / inde vt hoc crimen
propulſauit (abſurdū enī erat talē eſſe q̄ tot bona cō
prehēderet) audita aqua viua: ſenſu ꝑceptibilē exi
ſtimauit / tandē ſpiritalē intelligens credidit hmōi
aqua poſſe ſe tollere ſitis neceſſitatē: nō tamē adhuc
quenā eſſet intelligens / ambigebat. Et ſuperiꝰ ſen
ſu ꝑceptibilē credidit: certo tamē neſciebat / hinc aūt
diligentiꝰ intuēs: nec eā penitꝰ cōprehendēs. [Da
mihi (inquit) hanc aquā / vt nō ſitiā: neqꝫ veniā huc
haurire.] Primū patriarche xp̄m p̄tulit / ꝙ eo fon
te nō indigeret ſi illā aquā acciperet. Cōſidera quā
to potiorē xp̄m duxerit: hoc grate ⁊ fidelis anime in
diciū: oſtendit quā de Jacob opinionē haberet: no
uit meliorē: mutauit ſententiā: non tamē nimiū cre
dula mulier / neqꝫ temere xp̄i verba accepit: diligen
ter inueſtigauit: nec incredula / neqꝫ ꝑtinax / qꝺ ro
gando oſtēdit. At qui iudeis dixerat xp̄s: [Qui cō
medit de carne mea / non eſuriet: ⁊ qui credit in me
nō ſitiet:] verū nō mō nō crediderūt: ſed ⁊ ſcandali
ſati ſunt. Mulier nulla ꝑturbatiōe affecta: īmorat̄
et rogat: iudeis inquit: [Qui credit in me nō ſitiet]
mulieri craſſius: [Qui biberit ex hac aqua / nō ſiti
et.] Spiritalia nullo p̄ſcripta fine pollicebat̄ / ideo
mulieris animū pollicitatiōibꝰ erigens / adhuc ſen
ſibilibꝫ īmorat̄: qm̄ nōdū ſpiritalia ea capere poterat
Nam ſi dixiſſet: Si credideris in me / nō ſities: non
vtiqꝫ intellexiſſet q̄d diceret. Sed quanā gratia nō
his ad iudeos vſus eſt verbis? Qm̄ multa ſigna vi
derāt: hec nullū: ſed tm̄ verba audierat: propterea
iā ſuā demōſtrat poteſtatē / eiꝰ p̄dicando cōditionē /
et leniter rep̄hendēdo. [Vade (inquit) voca virum
tuū / ⁊ veni huc. Reſpondit mulier / ⁊ dixit: Nō ha
beo virū. Dicit ei Jeſus: Bn̄ dixiſti: virū nō habeo.
Quinqꝫ enī viros habuiſti / ⁊ nūc quē habes nō eſt
tuꝰ vir / hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier: Dn̄e video
quia ꝓpheta es tu.] Pape quāta mulieris ſapiētia
qꝫ equo anīo rep̄henſionē paſſa eſt: et cur nō paſſa di
xerit quiſpiā? Cur. Dic queſo. Nōne ⁊ iudeos ſepe
numero ⁊ grauiter increpuit? Non idē eſt que ⁊ aīo
abſcondita ſunt / ⁊ rem clanculū cōmiſſam in mediū
proferre. Alteꝝ enī ſolius dei eſt: neqꝫ enī aliꝰ quiſ
piam hominis mentē nouit / qꝫ qui mentē habitat. Al
teꝝ familiaribꝰ cognitū: verū iudei rep̄henſi: mole
ſte ferunt / ⁊ dicente Jeſu: Quid me queritis interfi
cere: nō ſolum nō admirant̄ queadmodū mulier: ſed
maledicūt ei / ⁊ conuiciant̄ dicentes: Demoniū ha
bes: quis te querit īterficere? At q̄ ⁊ ex alijs ſignis
illum cognoſcere poterant. Samaritana hoc dūta
xat acceperat / ⁊ nō mō nihil maledicit: ſed admirat̄
⁊ ſtupet / ⁊ ꝓphetā autumat. At grauiꝰ hanc qꝫ illos
rep̄hēdit: hoc enī vniꝰ pctm̄ erat: illud cōmune plu
ribus: neqꝫ ita cōibus vt ꝓprijs obiectis criminibꝰ
offendimur: et illi magnū q̄d ſe facturos arbitrant̄:
ſi xp̄m ꝑderent / huiꝰ vero peccatū patebat omnibꝰ
nō tn̄ egre tulit: ſed admiratiōe ⁊ ſtupore ꝑculſa eſt.
Hunc ordinē ⁊ eū Nathanael ſeruauit. Non enim
primū prophetauit / neqꝫ dixit: Vidi te ſub ficu: ſed
cū ille dixiſſet: Unde me noſti? id reſpōdit: Volebat
enī ⁊ miracula faciendi / ⁊ ꝓphetandi occaſionē: ab
his qui ad ip̄m ſe cōferebāt capere: vt magis ſibi tri
buerent̄ / ⁊ inanis glorie ſuſpitionē tolleret: idē hoc
in loco facit. Nam ſi primo eā ꝙ virū nō haberet / in
crepuiſſet / ⁊ graue viſum eſſet / ⁊ ſuꝑfluū: ſed nactus
ab ea occaſionē / recte omīa ꝓſecutꝰ eſt: ⁊ audientem
māſuetiorē reddidit. Et quō ꝓſequit̄ orationē hanc
dicet quiſpiā: [vade voca virū tuū.] De domo ſer
mo habebat̄ / ⁊ gratia humanā excedēte naturā / in
ſtabat mulier ⁊ eā efflagitabat. Dicit Jeſus: [Va
de voca virū tuū:] quaſi opus eſſet cū eo cōicare. Il
la accipiēdi cupida / putans hominē alloqui / vt ſuā
celaret turpitudinē. [Nō habeo (inq̄t) virū.] Hinc
nactꝰ occaſionē xp̄s tpi eā rep̄hēdit: vtrūqꝫ explicās
⁊ quot viros habuerit: ⁊ quem in preſentia celabat.
Quid ad hoc mulier? Nō egre tulit: nō abijt: nō in
cōtumeliā accepit: ſed magis admirat̄ / ⁊ ꝑſtat. [Vi
deo enī (inquit) qꝛ ꝓpheta es tu.] Et intuere eiꝰ pru
dentiā: non e veſtigio in ciuitatem accurrit: ſed obſtu
peſcēs cōſiderat. [Video inq̄t.] hoc eſt videris mi
hi ꝓpheta eſſe: qꝺ cū opinaret̄ nō ampliꝰ terrena ro
gat: nō bonā corporis valitudinē: nō pecunias: nō
opes: ſed tm̄ doctrinā. [Patres noſtri (inq̄t) in mō
te hoc adorarūt:] Abraā ſignificās q̄ filiū illuc obla
turꝰ duxiſſe dicit̄. Et quō? [Vos dicitis quia hie
roſolymis eſt locꝰ vbi adorare oportet.] Anīaduer
tis enī qꝫ breui altiora aggredit̄. Nam cui mō de ſe
danda ſiti cura erat: iā doctrīe p̄cepta ꝑquirit. Chri
ſtus aūt nō ſoluit / neqꝫ enī hoc ei propoſitū erat: ſed
ſimpliciter reſpondet / altiꝰ tn̄ mulieris animū eri
git: nō tn̄ priuſqꝫ ſe ꝓphetā ꝓfiteret̄ / vt maiorē ver
bis ſuis fidē faceret: ne ampliꝰ illa dubitaret. Pu
deat igit̄ nos: ⁊ erubeſcamus: quinqꝫ viroꝝ mulier
et ſamaritana / tantā in diſcendo adhibet diligentiā
vt neqꝫ diei tempore / neqꝫ alijs occupationibꝫ a Je
ſu doctrina abduceret̄: nos vero nō mō nihil ad di
uinaꝝ rerū eruditionē inquirimꝰ: ſed in omnibꝰ ſe
cure ⁊ eodē mō afficimur: propterea oīa negligimꝰ.
Quis noſtrū (queſo) repetita domo: aliqꝺ xp̄iano
dignū opus aggredit̄? Quis ſcripturarū ſenſus ꝑ
ſcrutat̄? Nemo ſane: ſed alueolos ⁊ talos frequen
ter inueniemꝰ: libros qꝫ rariſſimos: quos ſi qui ha
bent: ac ſi nō haberēt: clauſos in ſcrinijs ſeruāt: vel
omne ſuū ſtudiū in mēbranaꝝ tenuitate: in littera
rū characteribꝰ qꝫ pulcherrimis / cōſumūt / nō vt le
gant: nō vt vſum inde aliquē cōſequant̄: ſed vt diui
tias / vt ambitionē: oſtentent in his ſtudēt. Tāta eſt
inanis gloria: nullū ambitioſum audio: qui librū ī
telligat: ſed aureas tm̄ litteras admirat̄. Quid que
ſo hoc lucri? Nō ꝓpterea nobis ſcripture date ſunt
vt in libris dūtaxat habeamꝰ: ſed cordi inſculpamꝰ
Itaqꝫ hec libroꝝ poſſeſſio iudaice ambitionis eſt: q̄
bus in litteris p̄cepta data ſunt: nobis nō ita: ſꝫ in
tabulis cordis carneis. Nō aūt libros cōparari ꝓ
hibeo: ſed admoneo / ⁊ maiorē in modū rogo: vt eos
cōparemꝰ / ita tn̄: vt ⁊ litteras ⁊ ſenſus frequenter
animo repetamꝰ: vt hoc pacto mundꝰ efficiat̄: nam
ſi in quacunqꝫ domo euāgeliū eſt / illuc diabolus in
gredi nō audet: quāto minꝰ animā ei aſſiduis lectio
nibꝰ familiarē / neqꝫ demon / neqꝫ peccatū attinget?
Sanctifica igitur animā / ſanctifica corpus: hoc cō
tinget / ſi euangeliū ſemꝑ ⁊ animo habueris / ⁊ lin
gua. Et ſi lingue obſcenitas animā coīquinat: ſi de
mones vocat: ꝑſpicuū eſt ſpiritali lectione eā ſancti
ficari / ⁊ gratiam ſpūſancti affatim infundi. Diuini



cantꝰ ſunt ſcriptura: hinc nobis ⁊ aīe noſtre affecti
bus remediū petamꝰ: cuiꝰ vtilitatē ſi intueremur /
ei incredibili attentiōe vacaremus. Hec ego frequē
ter dico: An nō perqꝫ abſurdū eſt / vt fori hoīes / au
rigarū ⁊ ſaltatorū noīa / genera / ciuitates / actiōes
mores / necnon equoꝝ virtutē / ⁊ q̄d ſinguli poſſint /
memoriter teneāt: qui aūt huc ſe cōferūt: oīm peni
tus ignari diſcedāt / imo ⁊ librorū ſuorū numerum
ignorāt? Et ſi voluptatis gratia illa ꝓſequeris lon
ge maiorē in his oſtendā. Quid enī iucūdiꝰ queſo:
quid mirabiliꝰ? Hominē ne cū hoīe: an cū diabolo
hominē ſpectare certantē? Et corpus cū incorporea
potētia cōgredi / ⁊ genꝰ ſuū victoriā referēs ītueri?
Has pugnas: hec certamīa cōtemplemur: hec inqꝫ
que imitari / ⁊ pulcherrimū ⁊ vtiliſſimū eſt: in qui
bus coronā accipe licet: nō in illis / quorū emulatio
ignominioſa eſt: illā cū demonibꝰ pugnā: hanc cum
angelis / ⁊ angeloꝝ dn̄o ſpectabis. Dic (queſo) ſi ti
bi regū ⁊ principū cōſeſſu ſpectaculis adeſſe liceret
nōne tibi honorificū duceres? Huc vbi cū angeloꝝ
rege / diabolū deuinctis poſt tergū manibꝫ / ⁊ cona
tibus ſuis nihil p̄ualentē ſpectare licet / nō curris /
et incredibili voluptate hoc ſpectaculū nō ꝓſequer̄
Et quonā pacto hoc fiet / inq̄es? Si librū in mani
bus frequēter habueris: illic enī diaboli foſſas / lon
ga curricula / laqueos / captiones / artē dep̄hendis:
inde ⁊ pugnare cū eo / ⁊ ſuꝑare didiceris: demonū
ſunt nō hoīm / ſecularia ſpectacula. Quare vos hor
tor: vt a ſathane feſtis abſtineat̄: nā ſi in idoloꝝ tē
plis nefas eſt ingredi: longe magis ī demonū ſolē
nitatibꝫ: his ergo vos frequēter admonitionibꝰ ob
tundo: dū aliquid ꝓficiā. Mihi quidē nō moleſtū
eſt (inquit) vobis aūt ſecurū: neqꝫ grauis vobis ſit /
oro / hortatio mea: nā ſi grauiter ferendū eſſet / mihi
potiꝰ eēt: q̄ nō auditꝰ ī hoc vob ſepenumero cōſeſſu
verba facio: qꝫ vobis q̄ tm̄ aures adhibetis / nunqꝫ
proficit̄: ſed abſit vt vobis moleſtꝰ ſim: ſed hac cul
pa vacui ſpectaculo ſpiritali digni futura gloria ꝑ
fruamur: gratia / ⁊ benignitate dn̄i noſtri Jeſu xp̄i /
cū quo pr̄i gl'a / ſimul ⁊ ſpūiſctō in ſcl'a ſcl'oꝝ. Amen.

Homelia. XXXII. Ex capitulo. IIII.

**Dicit ei Jeſus: Mulier crede mihi: quia venit hora quando neqꝫ in monte hoc: neqꝫ in hieroſolymis adorabit̄ patrē. Vos adoratis qꝺ neſcit̄: nos adoramꝰ qꝺ ſcimus: qꝛ ſalus ex iudeis eſt.**

Vbiqꝫ fide nobis opꝰ eſt dilectiſſimi: fide inqꝫ bo
norū matre: ſalut̄ medicina: ſine qua nullā magna
rū reꝝ doctrinā ꝑcipere quiſpiā poteſt: ſed illis ſimi
lis: qui ſine naui pelagꝰ trāſnare aggreſſi: parū ꝓ
fecti: laſſatis manibꝰ / pedibuſqꝫ fluctibus cōtinuo
obruunt̄: neqꝫ aliter qui ſuis nitunt̄ rationibꝫ ante
cognitā veritatē (vt Paulus ait) naufragiū faciūt.
quā q̄dā repellentes circa fidē naufragauerūt. Qꝺ
ne nobis accidat / ſacre anchore: qua xp̄s in p̄ſentia
ſamaritanā cōfirmauit / īnitamur. Nā cū illa dixiſ
ſet: [Quō vos dicitis: qꝛ in hieroſolymis eſt locus
in q̄ oportet adorare? Reſpōdit Jeſus: Mulier cre
de mihi: qꝛ venit hora qn̄ neqꝫ in hieroſolymis: neqꝫ
in mōte hoc adorabitis patrē.] Maximā huic reue
lauit doctrinā: ⁊ quā neqꝫ Nicodemo / neqꝫ Natha
nael hec ſua potiorē qꝫ iudaicā: maiorū auctoritate
cōmentabat̄. Chriſtus nihil ad hoc reſpōdit: tanqꝫ
ſuꝑuacaneū cognitu: quare patres ī mōte iudei hie
roſolymis adorarēt: tollit tn̄ vtriuſqꝫ loci cultū: ⁊ il
lius mentē excitat / edocetqꝫ: neqꝫ iudeos: neqꝫ ipos
aliquid de ſe magnū impoſteꝝ poſſe polliceri: ⁊ nūc
differentiā adducit: p̄ſtātiores tn̄ iudeos ſignificat:
nō loci ratiōe: ſed cognitiōe. Ac ſi dicat: Loci gratia
nil cōtendendū eſt: ſed in cultu iudei p̄ferēdi ſunt ſa
maritanis. [Vos (inq̄t) adoratis qꝺ neſcitis. Nos
adoramꝰ qꝺ ſcimꝰ.] Et quonā pacto neſciebant ſa
maritani qꝺ adorarēt? Quoniā in certo / ⁊ circūſcri
pto loco eē: ⁊ quaſi diuidi poſſet: deū arbitrant̄: ita
eū colebāt: ita ad perſas mittēres: nō eis loci deū ſi
bi iratū nunciarūt: nihil de eo ampliꝰ hoc pacto qꝫ
de idolo arbitrati: q̄re ⁊ demones ⁊ ip̄m adorabāt:
⁊ que miſceri nō poterāt / cōfundebāt. Judei autem
hac vacabāt opiniōe: ⁊ totiꝰ orbis eū norāt deū eē:
qꝫuis nō omēs: ꝓpterea inquit: [Vos adoratis qꝺ
neſcitis. Nos adoramꝰ qꝺ ſcimꝰ.] Neqꝫ tibi admi
ratiōi ſit Jeſum ſe iudeis annumerari: nā ſcd̄m mu
lieris loquit̄ opinionē / tanqꝫ iudeꝰ propheta: Ideo
(inquit) adoramꝰ / adorantis officiū omibꝰ conſtat
Adorare enī creature: adorari nō creature: ſed dn̄i ē
Sed primo quaſi iudeus loquit̄: nos hoc in loco iu
deos ſignificat: iudaicam ergo religionē extollit: tn̄
verbis ſuis fidē cōparat: amouēs ſuſpitionē: ne af
fectu quodā ſuā p̄ferat gentē: nā qui p̄cipuū cultus
locū: ⁊ quē ipi plurimi faciebāt / negligit / extollitqꝫ
cū ꝑſpicuū eſt nulliꝰ ad gratiā locutū: ſed vere / ⁊ ꝓ
phetice: ⁊ cū rationes nō adduxerit inquiēs: [Cre
de mihi mulier:] ⁊ que ſequunt̄ / addidit: [quia ſalꝰ
a iudeis eſt.] hoc eſt vel ꝙ orbi terraꝝ bona inde ꝓ
uenerūt: nā ⁊ dei cognitio / idolorūqꝫ contemptꝰ / ⁊
cetera dogmata: ⁊ noſter cultꝰ: qꝫuis non recte a iu
deis tamē ortū habuit: ſalutē inqꝫ vel hoc: vel ſuum
aduentū appellat: vel vtrūqꝫ / potiꝰ ex iudeis ꝓue
niſſe teſtat̄: qꝺ etiā Paulus: Ex quibꝰ (inquit) xp̄s
ſecundū carnē q̄ ſuꝑ oīa benedictus deus in ſecula.
Vides enī vt veteri fauet teſtamēto / idqꝫ bonoꝝ de
monſtrat originē ⁊ nulla ex parte legi cōtrariū? Si
quidē ex iudeis oīa bona ortū habuiſſe dicit. [Sed
venit hora / ⁊ nūc eſt: qn̄ veri adoratores adorabūt
patrē in ſpū ⁊ veritate.] Hic ⁊ ſamaritanos ⁊ iude
os / a veris excepit adorantibꝰ: ⁊ qꝫuis meliores iu
deos: venturis tn̄ lōge deteriores: quāto figura ve
ritate inferior eſt / iudicauit: eccleſiā autē ſignificat:
quoniā verꝰ ⁊ debitꝰ deo cultꝰ ipa eſt. Etenī pater
querit tales adoratores: ſi ergo tales iāpridē quere
bat / nō oīno hūc illis morē cōſtituit: ꝑmiſit tn̄ ꝓpter
hoc: vt eos quoqꝫ ad verū induceret. Qui igit̄ ſunt
veri adoratores? Qui nullo loco diuinū cultū cir
cūſcribunt: qui deū in ſpū colunt: ſicut ⁊ Paulus:
Cui ſeruio (inquit) in ſpū: in euāgelio filij eiꝰ. Et ite
rū: Obſecro vos fratres ꝑ miſericordiā dei / vt exhi
beat̄ corꝑa vr̄a hoſtiā viuentē: ſctām: deo placentē:
rōnabile obſequiū veſtrū: per ſpiritū autē incorꝑeū
ſignificat. Opus eſt enī incorporei: hunc cultū eſſe
⁊ ꝑ incorporeū qꝺ eſt ī nobis: hoc eſt ꝑ animā / ⁊ ani
me mūdiciā offerri: iccirco ait: [Et adoratores eius
in ſpū / ⁊ veritate adorare oportet.] Nā cū ⁊ iudei et
ſamaritani ꝯtempta aīa mūditie corporis plurimū
ſtuderēt / nō ablutiōe (inquit) ⁊ ornatu corporis: ſed

incorporea noſtri parte adorandū: quā ob rē nō pecora / nō vitulos: ſꝫ te totū deo offeras ſacrificiū: ſic viuentē hoſtiā exhibebis. In veritate enim adorare oportet: nā q̄ ſuꝑiori tempe figura erāt: circūciſio: holocauſta: ſacrificia: incenſum: nō ſunt ampliꝰ: ſed oīa veritas. Nō enī caro: ſed male circūcidēde ſunt cogitationes: ⁊ nosipſos crucifigere: ⁊ irrationales auferre cupiditates oportet: his mulier verbis īplicata: ⁊ eoꝝ ſe ſenſum aſſecutā: nō cōfidens: [Scio (inquit) q̄ꝛ Meſſias venit qui dicit̄ xp̄s: cū ergo venerit: ille annunciabit nobis oīa. Dicit ei Ieſus: Ego ſum q̄ loquor tecū.] Et vnde ſamaritani xp̄i aduentū expectabāt: cū ſolū Moyſen recipēt? Ex ipo Moyſe: q̄ in principio filiū reuelauit: illud enī: Faciamꝰ hominē ad imaginē / ⁊ ſimilitudinē noſtrā: ad filiū dictū eſt: ⁊ Abrae in tabernaculo filiꝰ loquit̄: ⁊ Iacob de eo ꝓphetiſans dixit: Non auferet̄ ſceptrū de iuda: ⁊ dux de femore eiꝰ / donec veniat / q̄ mittendꝰ eſt: ⁊ ipē erit expectatio gentiū: ipē p̄terea Moyſes inq̄t: Prophetā de gēte tua: et de fratribꝫ tuis: ſicut me ſuſcitabit tibi dn̄s deꝰ tuꝰ / ipm audies: ⁊ q̄ ō ſerpēte / ⁊ virga Moyſi: ⁊ de Iſaac / ⁊ oue / ⁊ alia multa liꝫ ſtudioſis colligere: q̄ xp̄i aduentū teſtant̄. Et q̄ inq̄ꝫ gratia inquies: his mulieri rationibꝰ nō ꝑſuaſit xp̄s: vt Nicodemo: cui in mediū ſerpentē attulit: ⁊ Nathanael cui ꝓphetauit? Quī hi viri erant / ⁊ in hmōi verſati / ſamaritana rudis / ⁊ abiecta mulier: expꝫ oīm litterarū erat: ideo nullū cū ea de ſcripturꝭ verbū facit: ſed aque tm̄ pollicitatiōe / ⁊ ꝓphetia eā allicit: ideoq̄ꝫ in ſui mentionē eā adducit: ⁊ ſe iā q̄ ſit manifeſtat: qꝺ ſi nō rogatꝰ feciſſet: creditꝰ eſſet delirare / ⁊ ſe iactare. Nūc pedetentī ⁊ modeſte nactꝰ occaſionē / omī ſe ſuſpitiōe abſoluit: ⁊ quidē iudeis frequēter rogantibꝰ: [Quouſq̄ꝫ animā noſtrā tollis? Dic nob ſi tu es xp̄s] n̄ palā: vt huic mulieri: ſe xp̄m eſſe ꝓfeſſus eſt: fidelior hec erat illis: q̄ nō diſcēdi: ſꝫ arguēdi gratia rogabāt: nā ſi diſcere voluiſſent: verborū / ſcripturarūq̄ꝫ / ⁊ miraculoꝝ: ſufficiens eis fuiſſet doctrīa: ſamaritana integra ⁊ ſimplici mēte petijt: vt ex ſequētibꝰ facile pōt intelligi. Audiuit enī: credidit / ⁊ alios ad credendū traxit: ⁊ in oī re eiꝰ diligētia / ⁊ fides integra dinoſcit̄. [Et cōtinuo venerūt diſcipuli eiꝰ.] ⁊ quidē tempeſtiue: cū iā nihil ampliꝰ ad dicendū relinqueret̄. O rem mirabilē: mulier ſamaritana hmōi loquit̄: [Et cōtinuo (inq̄t euāgeliſta) venerūt diſcipuli eius: ⁊ mirabant̄ q̄ꝛ cū muliere loquebat̄: nemo tn̄ dixit: Quid queris / aut q̄d loqueris cū ea?] Sed quid mirabant̄? Facilitatē ⁊ incredibilē xp̄i humilitatē: q̄ꝛ tā clarus / ⁊ tanti nōis pauperē ⁊ ſamaritanā mulierē benigne alloqui nō dedignaret̄: nihil tn̄ rogarūt: adeo diſcipulorū mores imbiberāt: adeo magiſtrū ⁊ timebāt: ⁊ reuerebātur plurimū: at qui nōnunq̄ꝫ audētiores viſi ſunt: ⁊ cū Ioānes ſupra pectꝰ eiꝰ recubuit: ⁊ cū acceſſerūt ad eū dicētes: Quis putas maior eſt in regno celoꝝ? ⁊ cū Zebedei filij rogāt: vt alter a dextris: alter a ſiniſtris / ſedeat: quid igit̄ hoc in loco ſiluerūt? Quoniā illic res ſua agebat̄: ideo neceſſario ꝑcōtati ſunt hec tāta res nihil ad eos: accedit / q̄ꝛ Ioānes multo poſt tempore ſuꝑ Ieſu pectꝰ recubuit / ſuꝑ ipm finē: cū iā xp̄o eſſet familiarior eiꝰ dilectione fretꝰ. [Hic enī erat (inq̄t) quē diligebat Ieſus.] Quid huic btītudini par dilectiſſimi? Nolimꝰ tn̄ ea cōtenti eſſe: ſꝫ totis conemur viribꝰ: vt ⁊ nos btōꝝ numero aſcribamur / ⁊ imitemur euangeliſtā: ⁊ tante dilectiōis cauſam cōtemplemur. Quenā ea eſt? Reliq̄t patrē ⁊ nauiculā: ⁊ rhete: ⁊ ſecutus eſt Ieſum: verū hoc ⁊ frater fecerat: ⁊ Petrꝰ ⁊ Andreas: ⁊ alij itē apl̄i: in quo ergo excelluit: q̄ꝛ tantā ſibi Ieſu cōciliauerit dilectionē? Nunq̄d inueniemꝰ? Ipſe de hoc nullā facit mentionē: ſed q̄ꝛ tm̄ diligeret: dilectiōis cauſam et modeſte quidē ſubticuit: ſed qui eximie a xp̄o diligeret̄ ambigit nēo: n̄ tn̄ neq̄ꝫ loq̄ndo: neq̄ꝫ rogādo: p̄cipuā quandā apud Ieſum auctoritatē habuiſſe apparet: vt ſepenumero Petrꝰ: vt Philippus: vt Iudas: vt Thomas / niſi ſemel tm̄ cū obſequi / ⁊ obtēperare cōdiſcipulo voluit: nā cū ipoꝝ princeps ei īnuit: tūc Ieſum (quis ipm eſſet traditurꝰ) rogauit. Immēſo nanq̄ꝫ hi duo diſcipuli / ⁊ mutuo ſe amore proſequebant̄: in templū ſimul aſcēdiſſe: ⁊ ſimul loquētes ambos legimꝰ. At q̄ ardentiꝰ aliquotiēs petrꝰ: ⁊ mouet̄ / ⁊ loq̄t̄ / ⁊ demū audit xp̄m dicēte: Petre amas me magꝭ his? q̄ āt p̄ ceterꝭ diligebat: ꝓcul dubio / ⁊ p̄ ceterꝭ diligebat̄: veꝝ alteꝝ amaſſe ieſū alteꝝ a ieſu amatū ſatꝭ cōſtat: q̄d igit̄ hāc p̄cipuā dilectionē cōciliauit? Incredibil' arbitror ioānis māſuetudo / ⁊ lenitas: qua remiſſior ſepenumero videbat̄ que quāta ſit virtus ex Moyſe manifeſtū eſt: quippe q̄ tm̄ / ⁊ talē p̄ſtiterit: nihil enī humilitati cōparādū: hinc xp̄s beatitudini principiū fecit: tanq̄ꝫ enim quoddā īmenſi edificij fundamentū: humilitatē primā iecit: ſine qua nemo ſalutē cōſequit̄: ſꝫ ſiue quis ieiunauerit / ſiue orauerit / ſiue ſuas paupibꝫ erogauerit facultates: ſine humilitate / hec ⁊ hmōi omia: nihil afferūt vtilitatis: cōtra ipiꝰ cōdimēto gratiora omīa / iucūdioraq̄ꝫ reddunt̄: humiles ergo ⁊ māſuetos nos exhibeamꝰ dilectiſſimi: ita haud difficile eſt bene operari. Quid ſtulte ſuperbis? Nō intelligis humāe nature ībecillitatē: ⁊ ianes ſpes nr̄as? q̄ te exitꝰ maneat ꝯſidera: ītuere mltitudīeꝫ pctōꝝ: ſed forſitan opera te tua efferūt: his intumeſcis: hoc pacto oīm mercedē amittis: quā ob rē nō adeo pctis obnoxiā: vt virtutis ſectatorē: moderatōe vti decet. Quid tandē? Quoniā ille cōſciētia retrahit̄: hic aūt niſi ſe diligēter cōtineat: cōtinuo quaſi vento quodā tollit̄ / ⁊ euaneſcit: quēadmodū phariſeꝰ. At paupibus ſubuenis? non ex tuis: ſed dn̄i facultatibꝰ: que cōſeruis cōmunes ſunt. Quo circa humilitate vtendū eſt: ⁊ in tui generis calamitatibꝰ: res tuas: ⁊ naturā tuā ī illis / te cōſiderare oportet: fortaſſe ⁊ nos talibꝫ ſumus orti ꝓgenitoribꝰ. Et ſi trāſiere ad nos diuitie / ⁊ aliq̄n nos diſerturas credibile eſt. Quid aūt oīno ſunt diuitie? Umbra iners: fumꝰ qui cito euaneſcit: flos feni / vel etiā viliores. Quid in feno magnifacis? Nonne ⁊ latronibꝫ / ⁊ perditis hoībꝰ / meretricibꝰ / ſacrilegis / accedunt diuitie? Intumeſcis: q̄ꝛ cū talibꝰ illas cōmunices? Sed honoris cupidus es? Uerū nil honoratiorē te reddet / q̄ꝫ elemoſyna. Diuitiarū honores / ⁊ potentie: coacti ſunt / et inuidioſi / hi voluntarij: et vero honorantiū iudicio prouenīūt: q̄re nunq̄ꝫ remittunt̄. Et ſi hoīes tantū honorē: tantā reuerentiā: miſcdiam ſibi faciētibꝫ tribuūt: et bona eis p̄cant̄: cōſidera (q̄ſo) quā a clemētiſſimo et benigniſſimo deo remūerationē: quā vicē ſint accepturi: has igit̄ q̄ramꝰ pecunias ſꝑ duraturas vt ī hac vita magni: ī futura gl'oſi: eterna bona cōſequamur: gr̄a et benignitate dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: cū quo patri gloria / et ſpūiſctō in ſecula ſeculoꝝ. Amen



Homelia. XXXIII. Ex capitulo. IIII.

# Reliquit ergo hydriā ſuā mulier: et abijt in ciuitatē: ⁊ dixit illis hominibꝰ: Uenite et videte hominē: qui dixit mihi oīa quecunq̄ꝫ feci. Nunquid ipē eſt xp̄s?

Multo nobis feruore opꝰ eſt: multo ſtudio: quibus excitemur: alioq̄n impoſſibile eſt / vt ꝓmiſſa nobis bona cōſequamur: qꝺ ſignificās xp̄s: nūc quidē ait: [Qui nō accipit crucē ſuā / ⁊ ſequitur me: nō eſt me dignꝰ.] nūc vero: [Ignē veni mittere in terrā / et q̄d volo: niſi accendat̄?] Quibꝰ verbis flagrantē et incenſum diſcipulū ⁊ in omne periculū ꝓmptiſſimū nobis ꝓponit. Qualis ei fuit hec mulier? Adeo enī audito Ieſu incenſa eſt: vt relicta hydria ⁊ aqua cuiꝰ gratia eo cōceſſerat in ciuitatē properaret: ⁊ ad xp̄m vniuerſum populū traheret. [Uenite (inquit) et videte hominē qui dixit mihi oīa quecunq̄ꝫ feci.] Cōſidera mulieris ſtudiū: cōſidera ſapientiā: venerat hauriēde aque gratia: ⁊ cū veꝝ fontē inueniſſet: cōtempſit alteꝝ / vt nos exemplo licet paruo admoneret: ſpiritualiū gratia: ſecularia oīa eſſe nobis cōtemnēda: neq̄ꝫ eoꝝ niſi ad neceſſitatē vllā rationē habendā: qꝺ ⁊ apoſtoli fecerūt: ⁊ hec in p̄ſentia mulier. Siquidē illi a Ieſu vocati / rhetia reliquerūt: hec ſpōte ſua reliquit hydriā: ⁊ ſuꝑna ꝓueniēte gratia / apoſtolico munere fungit̄: neq̄ꝫ vnū / aut alterū vt Andreas ⁊ Philippꝰ: ſed vniuerſam aduocat ciuitatē / ⁊ populū ad xp̄m adducit: ⁊ cōtemplare mulieris prudentiā. Non dixit / venite videte xp̄m: ſed ea qua ipſa allecta eſt humilitate: allicit populares ſuos: [Uenite (inquit) ⁊ videte hominē: q̄ dixit mihi omīa quecūq̄ꝫ feci.] At qui aliter dicere potuiſſet. Uenite videte ꝓphetā: ſed cū anima diuino igne ardeſcit: nihil ampliꝰ terrenū curat / nō gloriā / nō decus: ſed eiꝰ flāme feruore tm̄ mouet̄. Nunquid ipſe eſt xp̄s? Animaduerte iteꝝ immēſam mulieris ſapientiam: neq̄ꝫ affirmat xp̄m eſſe / neq̄ꝫ reticet. Noluit huiꝰ ſe opinionis auctorē: ſed ſuo ipſoꝝ auditu inductis: hoc ipis ꝑſuaderi: qꝺ longe futuꝝ erat ꝓbabilius: ſed nō omnē vitā ſuā a xp̄o acceperat: ex his tn̄ que dixerat / ⁊ cetera credidit. Neq̄ꝫ dixit: Uenite ⁊ credite: ſed videte: ⁊ leuiꝰ erat ⁊ ꝑſuaſibiliꝰ. Anīaduertis mulieris ſapientiā? ꝓculdubio intelligebat mō illū fontē guſtarent: eadē de eo q̄ ⁊ ipa ſenſuros q̄ꝛ ſi quis craſſiori eſſet ingenio / vt cognoſcere eū nō poſſet: vitā ſuā a xp̄o patefactā in mediū adducit: vt vel hic omēs alliciat. [Interea rogabāt eū diſcipuli eius / dicentes: Rabbi māduca:] hoc nō improbitate quadā: ſed amore ⁊ ſtudio in magiſtrū dicebāt: cū itinere ⁊ eſtu fatigatū viderēt: quibꝰ xp̄s: [Ego (inquit) cibū habeo māducare quē vos neſcitis. Dicebāt ergo diſcipuli ad inuicē: Nunq̄d aliq̄s attulit ei manducare?] Quid mirū ſi mulier aque: appellatione / aquā eſſe opinabat̄: quando ⁊ diſcipuli eodē in errore deprehendunt̄: neq̄ꝫ adhuc ſpiritalia intelligunt: ſed ambigūt? Solitū tamē magiſtro honorē tribuūt / ⁊ mutuis inuicē ſermonibꝰ eū ꝑcontari nō audent: qꝺ ⁊ alias fecerūt: cū etiā cuperēt interrogare. Quid xp̄s? [Meus cibꝫ eſt vt faciā voluntatē eiꝰ q̄ miſit me: ⁊ ꝑficiā opus eiꝰ.] Hoīm ſalutē hoc in loco cibū appellat: vt quāta ſalutis noſtre cura / ⁊ deſiderio teneat̄ / oſtendat: ſicut enī nos cibū: ita xp̄s humani generis ſalutē deſiderat. Accipe āt quo pacto nō oīa ſemꝑ palam ante oculos ponit: ſꝫ primū obſcuritate quadā īuoluit auditorē: vt inter dubitandū inquirēdo laborās / certiꝰ veritatē inueniat / ⁊ magis excitet̄ auditor: quā ob rē nō primū dixit: [Meꝰ cibꝰ eſt / vt faciā voluntatē p̄ris mei.] qꝺ ⁊ ſi nō manifeſtū erat: tn̄ intellectu faciliꝰ: q̄ꝫ ego cibū habeo manducare: quem vos neſcitis. Primū igit̄ vt dixi obſcuriori ſermone attentiores reddit: ⁊ vt melius q̄ dicturꝰ erat intelligerent / aſſuefacit: q̄ vero ſit volūtas patris iā interp̄tat̄. [Nōne vos (inquit) dicitis q̄ꝛ adhuc quatuor mēſes ſunt / ⁊ meſſis venit? Ecce dico vobis: leuate ocl'os veſtros / ⁊ videte regiones: q̄ꝛ albe ſunt iā ad meſſem.] Ecce iteꝝ familiaribꝫ noībꝰ ad maiorē eos erigit cōtemplationē: nā cibi appellatiōe nihil aliud q̄ꝫ futurā hoīm ſalutē demōſtrat: regionis aūt ⁊ meſſis animaꝝ multitudinē: q̄ in ipiꝰ p̄dicatione erāt credituri: et oculos autē / ⁊ mentis ⁊ corporis ſignificat. Iam enī viuētiū ſamaritanoꝝ turbam videbāt: quorū feruorē / ⁊ promptiſſimā voluntatē: albas regiones appellat. Sicut enī ſpice flaueſcētes meſſem indicāt / ⁊ iā manus poſtulāt: ita illi ꝓperabāt ad ſalutē: et quid nō apertius dixit ꝓmpto eos animo venire: vt ⁊ docerent̄ ⁊ crederēt: ⁊ a ꝓphetis ꝑſuaſi fructū redderēt: ſꝫ regionē tm̄ et meſſem appellauit? Quid ſibi hec volunt tranſlationes: quibꝫ nō hic tm̄: ſed per totū vtitur euangeliū: itidē et ꝓphete plurimū his vti aſſolent? Quanā hoc gratia? Neq̄ꝫ eī temere ſpūſſctūs ita inſtituit: duabꝰ rationibꝰ: primū vt ſignificantiꝰ loqueret̄: et magis ante oculos poneret: mēs eī familiariū reꝝ imagine cōcepta: magis ſuſcitat̄: et tanq̄ꝫ in pictura rē ipam magis amplectit̄: deinde vt iucundior eſſet narratio: et diutius animo immoraret̄. Non tā facile ſententia capit̄: neq̄ꝫ ita trahit / auditoꝝ multitudinē: vt rerū narratio: et ꝑ ea maxime quoꝝ ꝑiculū fecimꝰ deſcriptio: ſimilitudo quoq̄ꝫ multā pre ſe fert ſapientiā. [Et q̄ metit / mercedē accipit: et cōgregat fructū in vitā eternā: huiꝰ terrene meſſis fructꝰ ad eternā nō ꝑuenit vitā: ſꝫ ī hac fluxa / et caduca conſumit̄: ille aūt ꝑpetuo nos comitat̄. Animaduertis eī verba quidē ſenſibilia: ſenſus vo ſpiritales: et quo pacto terrena a celeſtibꝰ ſeparat? Et enī de aqua more ſuo dixit: q̄ꝛ qui biberit ex hac aqua nō ſitiet: hoc et nūc dicit: q̄ꝛ cōgregat fructū in vitā eternā: vt et qui ſeminat ſimul gaudeat / et qui metit. Quis ſator? quis meſſor eſt? Prophete ſatores: nō meſſuerūt tn̄: ſed apoſtoli: at qui: nō ꝓpterea voluptate / et fructu laborū priuant̄: ſꝫ vobiſcū gaudent: q̄ꝫuis vobiſcū vna nō meſſuerūt: neq̄ꝫ enī meſſis ſerendi habet difficultatē: et in meſſe minꝰ laboris eſt: et plus voluptatis. Ad hoc vos ſeruaui non ad ſerēdū vbi plurimū laborat̄: ī metēdo aūt et ꝓuētus vber / et labor remiſſior. Hinc ꝓphetaꝝ voluntatē fuiſſe demōſtrat: vt humanū genꝰ ad xp̄m allicerent: hoc eſt legē conatā: ꝓpterea ſemīaſſe: vt hūc parerēt fructū: et ſe eos miſiſſe: et magnā int̄ ſe vetꝰ nouū teſtamentū cognationē: que omīa hac ſimilitudine oſtēdit. Meminit aūt ꝓuerbij qꝺ in ore multorū eſt: in hoc enī eſt verbū vetus: q̄ꝛ aliꝰ eſt qui ſeminat: et aliꝰ eſt qui metit. Hoc freq̄uēs dictū erat q̄n̄ alius labores: alius fructū reportaret: qꝺ ꝓuerbiū

hic maxime verū dep̄hendi dicit: laborarūt enī prophete: vos fructus inde capitis: neq; dicit mercedē: neq; ei multus illoꝝ labor: ſed fructꝰ fuit: hoc ⁊ Daniel fecit: etenī ipſe ꝓuerbij meīit/ dicētis: Exijt ab iniquis peccatū. Et Dauid etiā in fletu ſuo/ eiꝰ mētionē facit: ꝓpterea hoc p̄occupās ieſus/ inq̄t: [Ut ⁊ qui ſeminat ſimul gaudeat ⁊ qui metit.] Cū dicendū eſſet: aliꝰ ſeminauit/ aliꝰ metit. ⁊ ne q̄s/ vt diximus/ ꝓphetas mercede fraudatos putaret: nouum quiddā ⁊ preter opinionē ⁊ ſenſibꝰ abhorrēs: ſed in ſpiritualibꝰ egregiū narrat: ſiquidē in his terrenis ſi aliū ſeminare cōtingit/ aliū metere: nō ſimul gaudēt: ſed alteri dolent: vtpote q̄ pro alijs laborē ſuſceperint: ſoli aūt meſſores gaudēt: hic aūt q̄ nō metūt que ſeminarūt: eadē qua metentes afficiunt letitia vn̄ ꝑſpicuū eſt eos mercedis eē ꝑticipes. [Ego miſi vos metere qd̄ vos nō laboraſtis: alij laborarūt: et vos ī labores coꝝ intraſtis:] his eos verbis magis hortat. Cum enī laborioſum videret orbē terraꝝ ꝑagrare ⁊ p̄dicationibꝰ inſiſtere: eiꝰ facilitatē oſtēdit: laborioſior erat ſatio: ⁊ maiori egebat ſolicitudīe ſemina ſpargere: ⁊ ad dei cognitionē animā erudire: hoc aūt dixit ne ad p̄dicandū dimiſſi: tanq; maximū onus ſubeūtes ꝑturbarent: magis enī ꝓphete laborauerūt: qd̄ ratiōe cōfirmat: qm̄ faciliꝰ ipi opꝰ ſuſceperint. Si quidē vt in meſſe facile fructus colligit: et breui implet area: neq; tpa expectant: nō hyems nō ver/ nō pluuie/ ita nūc opera ipa clamāt. Dū hec diceret exierūt ſamaritani: ⁊ mox coactus eſt fructꝰ ꝓpterea inq̄t: [Leuate oculos veſtros: ⁊ videte regiones q: albe ſunt.] Uerba res ipa cōfirmauit: ex ciuitate enī illa multi crediderūt in eū ſamaritanoꝝ ꝓpter verbū mulieris teſtimoniū ꝑhibētis. [Quia dixit mihi oīa q̄cunq; feci.] Uidebāt enī nō ad gratiā locutā: neq; qui pctā ſua narrarit admiratā: neq; vt alterius ſibi amorē cōciliaret: ſuā manifeſtā vitā faceret: hāc vt nos mulierē imitemur: ⁊ in pctīs que cōmiſimꝰ cōfitendis neminē vereamur: deū dūtaxat (vt decet) formidemꝰ: qui ⁊ nūc opera noſtra videt: ⁊ tūc quos in p̄ſentia nō penitet/ damnabit. At nos cōtra: futuꝝ iudicē minime timemꝰ: ſed q̄ nihil nobis poſſunt officere: eos/ ⁊ horreſcimꝰ/ ⁊ pudore tremimꝰ: icc irco in q̄ timemꝰ: in eo penas dabimꝰ. Nam q̄ in hac vita ſolo hoīm pudore afficiunt: deū vniuerſa ſpectantē minime curāt: q̄ ī oīa ſcelera ꝓlabunt: quos nihil pudet: q̄ nō mutant: hi in die illa nō vno p̄ſente/ vel altero: ſed vniuerſo mundo teſte manifeſtabuntur: nā ꝙ bonoꝝ operū/ ⁊ maloꝝ magnū illic ſpectaculū pateat: ouiū ⁊ hedoꝝ ſimilitudo edocet/ ⁊ beatiſſimꝰ Paulus his verbis teſtatur: Omnes enī nos manifeſtari oportet ante tribunal xp̄i: vt referat vnuſq̄ſq; ꝓpria corporis ꝓut geſſerit ſiue bonū ſiue malū. Cōmiſiſti aliqd̄ ſcelus/ aut aīo agitaſti/ hoīes celas non deū: ⁊ nihil curas: oculos hominū formidas: intellige igit in illo die te ne hoīes quidē quicq; celaturū: oīa nāq; oculis noſtris rep̄ſētabunt: vnuſq̄ſq; ſinguloꝝ ſcelera punēda iudicabit: qd̄ ex diuite videri licet: qui cū Lazarū pauperē: ⁊ iā ſepenumero a ſe cōtemptū: ⁊ maledictis affectū intueret: vt intincto in aquā digito: linguā ſuā refrigeret/ obſecrat. Uos aūt hortor dilectiſſimi: vt etſi nemo opera noſtra videat: vt ſinguli ſuā cōſcientiā ingrediant: ⁊ iudicē ſibi rationē cōſtituāt: errata ſua in mediū adducāt: niſi velint in die illa horrēda vniuerſo orbi ea māifeſte patere: ſanent iā vulnera: ſumat penitētis medicina. Poteſt etiā qui innumeris ſit cōfectus vulneribꝰ ſanꝰ euadere: ſi dimittitꝭ (inquit) dimittet vobis: ⁊ ſicut in baptiſmate abluta peccata nō amplius apparēt: ita ⁊ dimittēdo abluunt/ ſi penitere voluerimꝰ. Ea demū eſt penitentia/ ne ampliꝰ peccemꝰ: nā qui ad peccata reuertit: ſimilis eſt cani ad vomitū redeūti: oportet igit ⁊ opibꝰ ⁊ animo oī ſcelere vacuū eſſe ⁊ vulneribꝰ cōtrariā afferre medicinā. Uerbi gratia/ rapuiſti/ ⁊ ditatus es: pone modū rapine ⁊ eiꝰ vulneri elemoſyna medearis. Scortatꝰ es: huic vlceri caſtitatis imponat medicina. Fratrē calumniatꝰ es/ ⁊ offendiſti: Ceſſa a maledictꝭ/ ⁊ charitatē amplectere: ⁊ ita per ſingula faciamꝰ: q̄ ꝑperā cōmiſimꝰ: neq; ſimplicit his abſtineamꝰ. Inſtat iā inſtat inq; tempꝰ exigēde rationis: ideo Paulus ait: Dn̄s ꝓpe eſt nihil ſoliciti ſitis. Qui in anxietatibꝫ/ laboribꝰ/ miſerijs: q̄ in rapinis viuūt: qui in delitijs graues daturi penas nō hoc/ ſed illud merito audiāt: Dn̄s ꝓpe eſt: nihil ſoliciti ſitis. Nō enī longe a fine abſumꝰ: ſed iā mūdus ꝓperat: hoc bella: hoc afflictiones: hoc terremotus: hoc extincta charitas ſignificat: queādmodū ei corpꝰ iā aduētante morte innumeris malis afficit: et domus ꝓpe caſum in rimas fatiſcit: ita orbis terrarū ad finē ꝓperans: tantis vndiq; malis cōterit. Nā ſi Pauli temporibꝰ dn̄s ꝓpe erat: nūc ꝑfecto ꝓpius: ſi ante trecētos annos finē tempoꝝ Paulus eſſe dixit: q̄d nūc dicendū? Sed icc irco q̄dā non credunt: cum maxime ſit credendū. Quo argumēto hō finē appropinquare/ ⁊ breui q̄ p̄dicta ſunt euentura diffidis? Siquidē vt anni finē nō vltimū dūtaxat diē: ſed menſem. xxx. dieꝝ ſpaciū dicimꝰ: ſic tot annoꝝ etiā: ſi quadringentos annos finē duxerimus: nō errabimꝰ: quocirca tot iam temporibꝰ finē p̄nūciauit: cohibeamꝰ igit dilectiſſimi affectus noſtros exerceamur in dei timore: etenī nobis licētia perditis: nihil tale expectantibꝰ/ ex improuiſo dei aduentus aderit: qd̄ his verbis xp̄s ſignificat: Sicut factum eſt in diebꝰ Noe/ ⁊ in diebus Loth ſic erit. Et Paulus: Cum dixerint pax/ ⁊ ſecuritas/ tūc repentinus eis ſuꝑueniet interitꝰ: ſicut dolor in vtero habentis. Sed q̄d per hanc vltimā particulā intelligitur? Sepe grauide mulieres inter ludendū/ ⁊ edendum: dū balneis: dū ſpectaculis oblectant: repentinis torquent doloribꝰ: hac ⁊ nos in hac vita conditione verſamur. Simꝰ ergo ſemper parati: nō ſemper hec audimꝰ: nō ſemper habebimus benefaciēdi poteſtatē. In inferno (inquit) quis cōfitebitur tibi: dū hanc vitā agimꝰ nos peniteat: vt deū nobis propitiū reddamꝰ: ⁊ veniā cōſequamur peccatorū: grā et benignitate domini noſtri Jeſu xp̄i/ per quē/ ⁊ cū quo patri gloria ſil ⁊ ſpūiſctō in ſecula ſclōꝝ. Amen.

## Homelia. XXXIIII. Ex capitulo. IIII.

c Um veniſſent ergo ad illum ſamaritani: rogauerunt eū: vt ibi maneret: ⁊ māſit ibi duos dies: ⁊ multo plures crediderūt propter ſermonē eius: ⁊ mulieri dicebant: Quia iam nō propter tuam



loquelam credimꝰ. Ipſi enī audiuimus: ⁊ ſcimus: quia hic eſt vere ſaluator mūdi. Poſt duos autē dies exijt inde: ⁊ abijt in galileam.

Nihil inuidia nocentiꝰ: nihil inani gloria grauiꝰ ipa īnumera bona corrūꝑe cōſueuit: nā cū iudei maiorē q; ſamaritani dei cognitionē haberent: ⁊ in prophetaꝝ eſſent lectiōibꝰ educati: hic longe inferiores apparuerūt. Samaritani mulieris teſtimonio: fide adhibita/ nullo ſigno cōfirmati: xp̄o obuiā fiunt: rogāt apd̄ ipos moret: iudei tot miraculꝭ admoniti: nō mō nō retinēt: ſed expellere cōtendūt. At qui eorum gratia in mūdū venit: ipſi expulerūt: hi vt maneat/ rogant. Num ergo nō accedendū fuit? Nū tantoꝑe rogantes ⁊ indigentes erant cōtemnēdi: ⁊ apud inſidiantes/ et expellētes morā trahere: amicis et volentibꝫ ſe nō exhibere decuit? Indignū ſane/ ⁊ a xp̄i benignitate alienū: eoꝝ itaq; obtemꝑauit voluntati: ⁊ māſit apd̄ eos duos dies: ipi aūt ſemꝑ eū apud ſe habere voluiſſent: vt ſignificat euāgeliſta ꝙ rogauerūt eū/ vt ibi maneret: qd̄ ipe noluit: ſed māſit duos dies: quibꝰ multo plures crediderūt in eū: nō tn̄ credibile erat: cū nullū ſignū viderint credituros/ maxime cū iudeos odio haberēt. Uerūtamē cū verba eius ⁊ veritatē reputarēt: nil curarunt amplius: ſed altiꝰ q; que impediebāt cōtemplati ſunt: ⁊ xp̄m admirari/ ⁊ venerari maiorē immodū cōtendebāt. Dicebant enī mulieri: [Quia iā nō ꝓpter tuā loq̄lam credimꝰ: ipſi enī audiuimꝰ/ ⁊ ſcimus: quia hic eſt vere ſaluator mundi xp̄s.] Diſcipuli magiſtrum ſuperarūt: hi iudeos haud iniuria: ⁊ credendo ⁊ accipiendo accuſare poſſent: ſiquidē illi frequēter xp̄m lapidibꝰ ꝑſecuti ſunt: quorū ipſe gratia oīa fecerat: hi neq; ad ſe venientē/ ſecū manere hortabantur: illi viſis ſignis ⁊ miraculis pertinaciter obduruerunt: hi ſine ſigno aliquo plurimā in eū fidē pre ſe tulerūt. Hi de fide cōtendunt: illi ſigna efflagitare nō deſinunt: ita ſemper fideli anima opus eſt: quā veritas (modo accipiatur) facile illuſtrat: ſi minꝰ/ non veri imbecillitas: ſed nolentis perfidia culpanda eſt: nā et ſol puros oculos nactꝰ facile illuminat: ſin minꝰ oculoꝝ culpa: nō ſolis eſt. Audi igit quid hi loquātur: [Scimꝰ (inquit) quia hic eſt vere ſaluator mūdi.] Quā breui Jeſum orbē terraꝝ cōuerſurū nouerunt: ꝙ ad cōmunē omniū ſalutē venerit: ꝙ nō ſolis iudeis eius prouidentia preſcriberet: ſed vbiq; terrarū: verbū ſuū eſſet diſſeminaturꝰ: nō ita iudei: ſꝫ querentes propriā iuſticiā cōfirmare iuſticie dei nō paruerūt. Hi aūt omēs in culpa eſſe cōfitent: illud apoſtolicū ſentientes/ ꝙ omēs peccauerūt/ ⁊ egent gloria dei iuſtificati gratis per gratiā ipſiꝰ. Cū enī dicerent ſaluatorē eſſe mundi/ intellexerūt perditi: nec ſimpliciter: ſed in rebꝰ maximis ſaluatorē. Uenerūt enī multi vt ſaluos facerēt: ⁊ ꝓphete: et angeli: ſed hic vere ſaluatorē inquiūt: q̄ verā ſalutē elargitur: nō breui/ ſed perpetuo duraturā: hoc ſincere fidei argumentū: vtrinq; enī admirabiles extiterūt et ꝙ crediderūt/ ⁊ ꝙ ſine ſignis ⁊ miraculis/ quos ⁊ xp̄s beatos dicit: Beati qui nō viderunt ⁊ crediderunt: ⁊ ꝙ ſincere crediderit inde cōſtat: ꝙ cū mulier dubie loqueretur: Nunquid hic eſt xp̄s: nullam pre ſe tulerunt dubitationē: ſed ſcire eū eſſe: ꝓculdubio aſſeuerauerūt: neq; vnū quendam ex medio vulgo xp̄m: ſed vere ſaluatorē ꝯfeſſi ſunt. At qui quē ſaluū feciſſe viderāt? Uerba audierāt tm̄/ ⁊ tā certe locuti ſunt. Quid ſi miracula vidiſſent? Nōne plura et maiora dixiſſent? Quanā autē gratia: que ⁊ quāta locutꝰ ſit/ non narrāt euangeliſte? Ut multa/ ⁊ magna eos omittere intelligas: ab euentu autē omnia demonſtrat: perſuaſit nanq; populo/ ⁊ vniuerſe ciuitati: vbi autē nō ꝑſuaſum eſt: que dixerit exponere cogunt: ne auditorū ignauiā: in oratorē q̄ſpiā duceret referendā. [Poſt duos autē dies/ exijt inde: et abijt in galileā.] Ipe enim xp̄s teſtimoniū perhibuit: quia propheta in ſua patria honorē nō habet: quare addidit: ꝙ nō in capharnaū: ſed in galileā/ ⁊ chana abijt: ne perconteris quare nō apud ſuos potius q; apud ſamaritanos manſerit: cauſam hic affert: qm̄ ſui/ ipſi nō audirēt: non ergo eo ſe cōtulit/ ne grauius iudicarent. Puto enī hoc in loco patriā capharnaū ſignificare: nā ꝙ in capharnaū nullum honorē aſſecutꝰ ſit: audi ip̄m dicentē: Et tu capharnaū: nunquid vſq; in celum exaltaberis: vſq; in infernū deſcendes: patriā autē appellat: in qua carnē acceperat/ ⁊ in qua diutius verſatus eſt. Quid inquiet ⁊ q̄ſpiā? Nōne videmꝰ multos in popularibꝫ ſuis magni nomīs/ ⁊ auctoritatis? Uidemꝰ inquit: raro tamē neq; per ea q̄ raro cōtingunt/ ſentētia ferenda eſt/ ⁊ q̄ domi ſue honorant longe magis aliene: conſuetudo enī cōtemptū facere conſueuit. [Cū ergo veniſſet in galileā/ exceperūt eū galilei: cū oīa vidiſſent que fecerat in hieroſolymis in die feſto: et ipi nō venerāt ad diē feſtū.] Ecce qui reprehēſi ſunt hi maxime xp̄m accipere inueniunt. Nam apud hūc euangeliſtā dicit: A nazareth poteſt aliq̄d boni eſſe? et alibi: Scrutare/ ⁊ vide: quia propheta a galilea nō ſurgit: qd̄ in cōtumeliā dicebant. Cōmunis enī opinio erat xp̄m nazarenū eſſe: ei tamē tanq; ſamaritano exprobrabant. Samaritanꝰ es (inquiūt) ⁊ demoniū habes. Uerūtamen/ ⁊ ſamaritani/ ⁊ galilei credunt in ignominiā iudeoꝝ: ſed ſamaritani vehementiorē pre ſe tulerunt fidem: cū mulieris tm̄ teſtimonio in Jeſum crederēt: galilei nō niſi miraculis cōfirmati. [Uenit ergo iteꝝ in chana galilee: vbi fecit aquā vinū] miraculum in memoriā reducit/ ad maiorē ſamaritanoꝝ laudem: ſignoꝝ nanq; gratia que hyeroſolymis: que apud ipſos fecerat: eū acceperant/ ſamaritani doctrina tm̄: ꝙ autē in chana galilee venerit/ dicit. Quanā gratia ſubticet/ ī galileā propter iudeoꝝ inuidiā cōceſſit. In chana vero quā ob rem? Primū vocatus ad nuptias: nūc arbitror vt preſentia ſua ſuperioris miraculi fidem cōfirmaret: ⁊ ſpontaneo acceſſu magis alliceret: cum relicta patria: eos potiores ducere videret. [Et erat quidam regulus cuiꝰ filius infirmabatur capharnaū: hic cū audiſſet: quia Jeſus adueniret a iudea in galileam: abijt ad eū/ ⁊ rogabat eū: vt deſcenderet ⁊ ſanaret filiū eiꝰ:] ſiue ꝙ regio eſſet genere: ſiue ꝙ alia principatus dignitate fungeretur/ regulus appellabatur: nōnulli eundē hunc eſſe opinant: ⁊ qui eſt apud Matheū: ſed alter profecto videtur: nō modo dignitatis nomine/ verum ⁊ fide: ille quidem volētem Jeſum ad ip̄m ire: ſe indignū cenſet: hic domū trahit. Ille: Non ſum (inquit) dignꝰ/ vt intres ſub tectum meū: hic vt deſcendat priuſq; moriatur filiꝰ

enixe orat. Tunc cum de monte deſcendiſſet Jeſus/ intrauit capharnaũ: ſed in chana galilee ingreſſo acceſſit regulus: illius preterea filius paralyſi laborabat: huius febribꝰ/ ⁊ rogabat eũ: vt deſcenderet: et ſanaret filium eius: incipiebat enim mori. Quid ad hunc chriſtus? [Niſi ſigna (inquit) ⁊ prodigia videritis: non credetis.] At qui: ⁊ ꝙ venerat: ⁊ ꝙ rogabat: eius fidei eſt argumentũ: preterea hoc teſtat̃ euangeliſta. Nam cũ diceret Jeſus: [Uade filius tuus viuit.] Credidit homo ſermoni/ ⁊ ibat. Quid ergo ita chriſtus reſpondit? Uel quia ſamaritanos qui ſine miraculis crediderũt admiratur: vel ciuitatem capharnaũ: vnde ille gentilis erat reprehendit. Siquidẽ cũ aliꝰ apud Lucã diceret: Credo domie adiuua incredulitatẽ meã: iterũ his verbis vſus eſt Jtaꝫ licet hic crediderit: nõ tamẽ firmiter/ neꝫ integre: ꝙ ſciſcitando ſeruos demonſtrauit: qua hora reliquerit filiũ febris. Uoluit enĩ cognoſcere an ſpõte ſua: an chriſti precepto diſceſſerit. [Cum vero audiuit: quia heri hora ſeptima: credidit ⁊ ip̃e/ ⁊ domꝰ eius tota.] Uides eum demũ in fide cõfirmatũ: cũ ſeruoꝝ de valitudine filij teſtimoniũ accepit? Quã ob rem hominis animũ intuitꝰ arguit: vt magis in fide confirmaret: neꝫ enĩ ante ſignũ admodũ credebat: ꝙ ſi venit ⁊ rogauit: minime mirũ eſt. Ob incredibilem enĩ in filios amorẽ nõ modo quibus confidunt medicis: ſed ⁊ quoſlibet cõpellare parentes ſolent: ne quid in aduerſa filiorũ valitudine omittãt: nã ꝙ nõ multũ ſpei in chriſto haberet/ conſtat: quoniã veniente Jeſu in galileã acceſſit: ꝙ ſi vere chriſti poteſtatẽ credidiſſet: nõ vtiꝫ in tanto filij periculo: iudeã petere neglexiſſet: ꝙ ſi timuerat: neꝫ hoc quidem ſatis erat cauſe. Cõſidera igitur ipſius verba: quantã viri infirmitatem indicant: debuerat enĩ (ſi non prius) at ſaltem poſt reprehenſam ipſius animi ſententiã: magnã quandã de Jeſu opinionẽ cõcipere. Audi quantũ adhuc humi trahatur. [Deſcende inꝗ̃ priuſꝗ̃ moriatur filius meus:] ac ſi mortuum ſuſcitare nõ potuiſſet: ⁊ neſciret/ vt ſe puer haberet: iccirco eum reprehendit: ⁊ animũ arguit: oſtendens ſigna maxime anime gratia fieri: neꝫ minus hoc in loco patrẽ animi morbo laborantẽ ꝗ̃ filium curat/ ſuadetꝫ nõ ſigna nobis: ſed doctrinã ipſius attendendã: ſigna enĩ infidelibus/ ⁊ rudioribus exhibenda. Regulꝰ aũt filij dolore affectꝰ/ non multũ tũc Jeſu verbis attendit: ſed in ſoliꝰ filij cura verſabatur/ poſtmodũ ea reputaturus: ⁊ inde multũ vtilitatis conſecuturus. Ex autẽ Centurioni ſe iturum vltro pollicitus eſt/ regulo autẽ ne rogatus quidẽ: quoniã in illo fides perficiebatur: ideo ſe ituꝝ dixit vt viri fidem cognoſceremꝰ. At regulus adhuc imperfectus erat: propterea omni ſtudio chriſtũ impellebat/ vt deſcẽderet: neꝫ adhuc norat abſentẽ quoꝫ curandi habere poteſtatẽ. Quid ergo poſſet/ oſtẽdit/ vt quod per ſe Centurio ſentiebat: hic nõ accedẽte Jeſu erudiretur: cũ itaꝫ dixit: [Niſi ſigna et prodigia videritis/ non credetis:] debitam de ſe eos fidem nõ habere: ſed adhuc tanꝗ̃ prophetã opinari/ ſignificauit. Quo circa rẽ indicat: ⁊ ſine miracul' credendũ admonet: quod ⁊ Philippũ admonuit. Non credis/ quia ego in patre/ ⁊ pater in me eſt? Et ſi mihi non vultis credere: operibꝫ credite. [Jam autem eo deſcendente: ſerui occurrerunt ei: et nunciauerũt dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis: in qua melius habuerit: ⁊ dixerunt ei: Quia heri hora ſeptima reliquit eum febris Cognouit ergo pater: quia hora illa erat: in qua dixit ei Jeſus: Uade filius tuꝰ viuit. Et credidit ipſe et domus eius tota.] Uides quo pacto miraculum manifeſtetur? Non enim per ſucceſſionẽ: ⁊ diuturnitatem cõualitudinis (vt aſſolet) liberatus eſt: ſed repente: ne naturalis valitudo: ſed chriſti operatio videretur. Nam qui in ipſum mortis articulum venerat/ patris teſtimonio dicentis: [Deſcende priuſ ꝗ̃ moriatur filius meus.] E veſtigio in proſperam reſtitutus eſt valitudinẽ. Serui autẽ fortaſſis non vt nunciaturi tantũ: ſed vt ſuperfluũ chriſti aduentum obuiam ierant. Sciebant enĩ iam aduentare: quare in itinere eum conuenerũt. Regulus ergo iã timore depoſito fidei incumbit: vt oſtẽderet ꝑfectionis/ ⁊ ſue gratia id contigiſſe: ⁊ iã ſe non fruſtra profectum delectatur: hac gratia ſummã in percontando adhibet diligentiã: ⁊ credidit ip̃e/ ⁊ domus eius tota. Jam nihil amplius erat dubitandũ: qui enim neꝫ affuerãt: neꝫ audierãt xp̃m: neꝫ tẽpꝰ norãt: hi in dño ſuo tẽpꝰ cognoſcentes xp̃i põtatẽ ꝗ̃ certiſſimã habuerũt: ideo crediderũt. Quid ergo hic hodie reportabimus non expectãda miracula: neꝫ diuine virtutis pignora efflagitanda? Uideo enĩ ⁊ nunc multos qui cum in filij/ vel vxoris morbo exaudiuntur tunc maiorẽ deo exhibere reuerentiã. Decens autẽ eſt etiam non exauditos tolerare: ⁊ nihilominus: gratias habere/ eumꝫ laudibus perſequi: hoc fidelium ſeruorũ eſt: hoc conſtantie: hoc pietatis: quali in dominũ affecti eſſe debemus: vt non ſolum cũ clementer nobiſcum agit: verumetiã cum indignatur/ cum flagellat/ ad eum percurramus. Hoc enĩ diuina operatur prouidentia. Siquidẽ quẽ diligit: caſtigat: flagellat quemcũꝫ filiũ ſuſcipit. Qui autem cum votũ aſſequitur deũ colit: non multa pre ſe fert dilectionis argumenta: neꝫ ſincere chriſtum amat. Et quid ego valitudinẽ dicam? Quid pecuniaꝝ copiam? quid paupertatẽ? quid morbum? Et ſi gehẽnam ſi quid grauius audieris: non tamẽ diuine nobis ſunt laudes remittende: ſed omnia: ⁊ facienda/ et ferenda eius dilectionis gratia. Hoc inquã fideliũ ſeruorũ eſt: hoc cõſtantis animi: ⁊ qui ita affectꝰ eſt: preſentia facile ꝑferet: ⁊ futuris bonis fruetur/ et plurimũ deo fidere poterit: gratia ⁊ benigni. ⁊c.

Homelia. XXXV Ex capitulo. V.

b **Hoc iterum ſecundum ſignũ fecit Jeſus cũ veniſſet a iudea in galileã. Poſt hec erat dies feſtus iudeorum: et aſcẽdit Jeſus hieroſolymam.**

Queadmodũ in auri metallis ne minimã quidẽ venã quiſpiã qui rem intelligat omittere patit̃: vtpote ꝙ ad augendas diuitias plurimũ faciat: ita in diuinis ſcripturis: ne vnũ iota: aut vnꝰ apex: ſꝫ ne dimidiũ ꝗdẽ/ ꝑtermittẽdũ eſt: ſꝫ oĩa diligẽtiꝰ inueſtigãda: nã a ſpũſctõ oĩa ꝓueniũt: neꝫ in his quicꝗ̃ ſuperfluũ: nihil nõ neceſſariũ. Conſidera queſo/ ꝗd in hoc loco dicat euãgeliſta: [Hoc iterũ ſecundũ ſignũ fecit ieſus/ cũ veniſſet a iudea in galileã.] Secũdũ non temere addidit: ſed adhuc ſamaritanos admirat̃: cũ poſt alterũ ſignũ galilei: nondũ ad eorũ qui nihil viderant perfectionẽ ꝑueniſſet. [Poſt hec erat dies feſtus iudeoꝝ.] Quinã? Ut mihi videt̃ pẽthecoſtes. [Et aſcẽdit ieſus hieroſolymã.] Frequẽter ĩ ſolẽnitatibus ciuitatẽ petit: tũ vt videat̃ ipſe quoꝫ cũ reliquis feſtos dies celebrare: tum vt ſimplicem ad ſe multitudinẽ alliciat. Maxime enĩ huiuſmodi diebus melius diſpoſita eſſe conſueuerat: [Eſt aũt hieroſolymis ꝓbatica piſcina: que cognominat̃ hebraice bethſaida: quinꝫ porticus habẽs in his iacebat multitudo languentiũ: cecorũ/ claudorũ/ aridorum/ expectantiũ aque motũ.] [Quis hic curatiõis modus? ꝗd per hoc nobis myſteriũ ſignificat̃. Non temere nec ab re hec: ſed futura nobis tanꝗ̃ imagine/ ⁊ figura quadã deſcribunt̃: ne res nimiũ incredibilis ⁊ inexpectata: accedente fidei virtute: multitudinis animos offenderet. Quenã igit̃ hec deſcriptio? Futurũ erat baptiſma plenũ maxime poteſtatis ⁊ gratie: purgaturũ peccata: pro mortuo viuum effecturũ. Queadmodũ hec in figura: ⁊ piſcine huic et alijs pluribus aſcribunt̃: ⁊ primũ quidem datur aqua ꝗ̃ corpoꝝ maculas: ⁊ nõ veras: ſed apparẽtes pollutiones: hoc eſt a morte alios: alios a lepra: et alijs huiuſmodi morbis/ liberaret. Et hac grã multa in veteri teſtamento per aquã mundata ſunt. Uerũtamen ad ꝓpoſitũ nobis ſermonẽ in preſentia redeamus. Primũ igitur pollutiones corporũ: inde varia morborũ genera per aquã ſanantur: ſiquidẽ cum vellet deus appropinquãtis baptiſmatis fidẽ nos erudire: non ſolũ peccata: ſed morbos per aquã expulit. Propriores enĩ veritati imagines: ⁊ in baptiſmate/ ⁊ paſſione/ et in alijs certiores fuerunt ꝗ̃ vetuſtiores. Nã ſicut regũ familiares: haſtatis honoratiores ſunt: ita ⁊ ꝓpriores figure. Et deſcẽdẽs angelus: move aque ſanãdi virtutẽ largiebat̃: vt intelligerent iudei longe magis angelorum dñm: oĩa aĩe impedimẽta ſanare poſſe. Et queadmodũ huiꝰ aque natura per ſe nõ ſanabat (ſi quidem ſemper ſanaſſet) ſed dumtaxat cum ab angelo mouebat̃: ita ⁊ in nobis non ſimplex aqua operatur: ſed cum ſpiritus gratiam accipit/ omnia abluit peccata. Juxta hanc piſcinam iacebat multitudo languentium/ cecorum/ claudorum/ aridorum/ expectantium aque motum. Uerũ tunc infirmitas corporis ſanari volentem impediebat: nunc vnuſquiſꝫ poteſtatem habet accedendi. Non enim angelus aquam mouet: ſed angelorũ dominus totum perficit: nõ habet excuſationis locum infirmus/ nõ habere ſe hominem qui ſibi opituletur: neꝫ dum venit aliũ deſcenderet ſed licet vniuerſus mundus accedat/ non conſumit̃ gratia: neꝫ virtus deficit: ſed eadẽ ſemper permanet. Ut enim ſolares radij ſingulis diebus illuminant: neꝫ ex nimia copia vis eorũ minuitur/ ita immo longe minus ſpiritus operatio ob accipientium multitudinẽ remittitur. Hoc autẽ factũ eſt/ vt qui in aqua corporis morbos ſanari poſſe didiciſſẽt: ĩ eo aliquãdiu exerciti: anime morbos per aquã curari poſſe facilius crederent. Et quanã gratia ieſus contemptis alijs ad eũ: qui octo: ⁊ triginta annos egrotauerat venit? quid preterea interrogat? [Uis ſanus fieri?] non ꝙ dubitaret: eſſet enim abſurdum: ſed vt illius oſtenderet tolerantiã: vt intelligamus quare poſthabitis ceteris: ad hũc venerit. Quid ille [Uolo dñe: ſed hominẽ non habeo: vt cum turbata fuerit aqua: mittat me in piſcinã. Dum enim venio ego: alius ante me deſcẽdit.] hac gratia inquit vis ſanari? vt ſcilicet hec intelligeremus. Neꝫ dixit/ vis vt te ſanem? nondũ enim tãta de ipſo habebat̃ opinio. Admirabilis profecto paralitici tolerãtia: octo ⁊ triginta annos vt ſanaretur: nunꝗ̃ diſcedẽs expectauit: ꝙ niſi patientiſſimus fuiſſet ſi non preterita/ at futura ſaltẽ inde eum abducere potuiſſent: quoniã incredibile erat reliquos egrotos priorem illum ingredi dimiſſuros. Neꝫ enim certo tẽpore aqua mouebatur: ſed claudi quidẽ ⁊ contorti tẽpus obſeruare poterant: ceci vero minime: niſi fortaſſe motũ auribꝰ accepiſſent. Pudeat ergo nos pudeat dilectiſſimi: ⁊ incredibilẽ ſecordiã noſtram deploremus octo ⁊ triginta annos hic expectauerat: expectabatꝫ: neꝫ eius impletũ eſt deſideriũ/ neꝫ negligentia ſua nõ ſanabat̃: ſed preuentus ab alijs: neꝫ propterea deſperauit: nos autẽ ſi vel decẽ dies orationibus inuigilantes nõ exaudimur: iam tepeſcimus: hoĩbus vo ꝗ̃ diligentiſſimũ exhibemus miniſteriũ in malicia: in difficultatibus ſeruientes/ tandem frequenter omnẽ ſpem amittimus: dñm autẽ noſtrũ vbi ſine dubio merces ſequit̃: lõge laboribꝰ amplior (Spes enĩ nõ confundit inꝗt) debito ſtudio ⁊ diligẽtia: ꝓſequi nõ patimur: ⁊ quonã hoc ſupplicio dignũ? nã ſi nihil accepturi eſſemꝰ: ipſius tñ frequẽs conſuetudo nõne innumera nobis bona attuliſſet? ſed laborioſa eſt aſſidua oratio: ⁊ ꝗd nõ laborioſum: ꝙ a virtute proficiſcat̃? Hoc ipſum inquiet quiſpiã me maxime ambiguũ reddit: ꝙ malitiã voluptas/ virtutẽ labor cõſequit̃. Et multos ꝗ̃rere arbitror quenã ſit cã. Dederat nobis a principio deꝰ liberã omni cura/ et laboribꝰ vitã: eo turpiter munere abuſi ſumus: ⁊ inertie dediti/ paradiſum amiſimus: iccirco laborioſam nobis vitam inſtituit: ꝗ̃ſi ſe hũano generi excuſans diceret: Dedi vobis a ꝓncipio delitias: facti eſtis indulgẽtia deteriores: ideo eas vobis laboribus cõmutaui. Qui cũ neꝫ vos continerent: lex ⁊ ꝑcepta ſucceſſere: tanꝗ̃ repagula ⁊ frenũ equo indomito: ꝗbus eiꝰ aduerſus rationẽ inſultꝰ cõpeſcerent̃: ita equorũ domitores aſſolẽt: vita igitur laborioſa inſtituta eſt: qm̃ quies et ociũ vitã ⁊ mores corrũpere cõſueuit: natura enĩ humana deſidiã nõ patit̃: ſed ab ea facilime ad maliciam declinat. Eſto nõ opus eſſe laborare ꝯtinenti: neꝫ fieri laboribꝰ meliorẽ: ſed in ocio ꝑfectũ eſſe: quonã pacto hac vtemur indulgẽtia? nõne in ſtulticiã ⁊ ſuperbiã cõuertemus? ſed quã ob rem inquit tantam malitiã voluptas tantus virtutẽ labor comitatur? et quenam tibi gratia habenda: quod premium acciperes: niſi laborioſum tibi opus iniũgeret̃? mltos etenim poſſum in preſentia oſtẽdere: qui ſuapte natura mulierũ abhorrẽt cõſuetudine: eaſꝫ vt abhominabiles fugiũt: hos ne dic queſo/ ꝯtinẽtes appellabimus: hos laudibꝫ ꝓſequemur? Minime: Continẽtia eſt voluptatum ſtimulos ſupare et in bellis maxima certamia: clariſſimos triũphos pariũt: nõ qñ nemo reſiſtit. Sũt mlti natura remiſſiores: hos ne mãſuetos dicemꝰ? Minime: iccirco dñs tribus caſtrationis modis ꝓpoſitis duos tanꝗ̃ nulla laude dignos omiſit: vnũ in celũ extulit: ſꝫ ꝗd opus eſt malitia? ita ⁊ ego ſẽtio. Et ꝗſnã malitie opifex? ꝗs alter niſi volũtaria dſidia: ſꝫ bonos tñ eẽ oportet: ⁊ ꝗdnã hoĩ ꝓpriũ: Cõtinẽtẽ eẽ ⁊ vigilare/ an dormire/ ⁊ ſter

tere: ⁊ quã ob rẽ hoc bonũ non videat: vt q̃s ſine labore recte faciat/ imperite loqueris: ⁊ eoꝝ more qui vẽtri dediti: ipſum deũ arbitrant: nã ꝙ nõ recte ſentis: reſponde queſo. Sit rex ⁊ dux: rex in lecto ⁊ voluptatibus vitã agat: dux vo aſſiduis belli laboribus fortier hoſtes fuderit/ cui victoriã aſcribemꝰ: Uter rerũ geſtarũ voluptate fruetur: Uides quanto illa magis nobis placeãt q̃ ſudoribꝫ cõparant: ꝓpterea deꝰ labores virtuti immiſcuit/ vt nos illi familiares redderet: ꝓpterea/ ⁊ ſi non ſm virtutẽ viuimus: eã tñ admiramur: vitium aũt licet ſuauiſſimũ accuſamus. Q ſi dixeris/ q̃d natura bonos: nõ potius admiramur q̃ volũtate: Qm̃ equũ eſt: laborãtẽ/ nõ laboranti ꝓponere. Qua eñ gr̃a laboramꝰ: Qm̃ indulgentiã ⁊ ociũ nõ moderate ferimꝰ: imo ſi q̃s diligẽter inquirat/ maiorẽ in modũ pigritia corrũpimur: ⁊ nimios deĩceps labores ſubimꝰ. Q ſi placet aliquẽ epulis q̃ lautiſſimis: ſub cuſtodia in ocio deſidentẽ nutriamꝰ: ne exerceret: neue opare q̃cq̃ poſſit: ſed in mẽſe ⁊ lecti delitijs cõtabeſcat: quid hac vita miſerius: ſed aliud opari eſt inquies aliud laborare. Eſt igit nõ laborioſum opus ſuſcipiẽdũ: q̃d ni: hoc ⁊ deus voluit: tu vo nõ paſſus es. Statuit vt paradiſum coleres: opus tibi ſine labore iniunxit: neq̃ tñ ſi a principio laboraſſet hõ: vitio ei datũ fuiſſet: ſtat eñ ſil' ⁊ opari: ⁊ nõ laborare: queãdmodũ angeli: nã ꝙ operent: audi q̃d dicat: Potentes qui facitis verbũ eius. Qd ſi nũc remiſſiores vires maiorẽ afferũt laborẽ: tunc nõ idẽ cõtiget: q̃ppe q̃ in dei requiẽ cõcedit: Requieſcit (inq̃t) a laboribꝰ ſuis neq̃ deſidiã: ſed quiete ſignificat: nã ⁊ deꝰ adhuc operat chriſti teſtimonio/ dicẽtis: Pater meus vſq̃ nũc operatus eſt: ⁊ ego operor: ꝓpterea oẽs vos admonitos volo: ignauia abiecta virtutẽ cõplectamini: maliciã nãq̃ voluptas breuis dolor ꝑpetuꝰ ſequit: cõtra virtutẽ labor breuis: gaudiũ ſempiternũ: hec ante premiũ ſectatorẽ ſuũ oĩ labore liberat: futurorũ ſpe alens illa ante ſuppliciũ: cõſcientie ſtimulis ꝓteritũ torquet: oĩa in ſuſpicionẽ adducit: q̃d ipſis etiã laboribus/ et anguſtijs grauius reperit. Q ſi tãtũ voluptas eſſet: q̃d ea vilius: q̃d abiectiꝰ: q̃ ſil' ⁊ venit/ ⁊ auolat: langueſcit: fugitq̃ anteq̃ cõprehendat/ ⁊ ſiue corporũ dixeris voluptatem: ſiue delitiarũ: ſiue pecuniarũ: ne diẽ q̃dẽ firma ꝑſtat: cũ autẽ ⁊ pena ⁊ ſuppliciũ eã comitet q̃d eiꝰ ſectatoribꝫ miſerius: Cum igit hec intelligamus: oĩa virtutis gratia toleremus: ita vera perfruemur voluptate: gratia ⁊ benignitate dñi noſtri ieſu chriſti. ⁊c.

Homelia XXXVI Ex capitulo V

v **Js ſanus fieri: Reſpõdit ei lãguidus: Domine hoĩem non habeo: vt cum turbata fuerit aqua: mittat me in piſcinã.**

Maximũ diuinarũ ſcripturarũ premiũ: maxima vtilitas: q̃d paulus teſtat/ inquiẽs: Quecunq̃ ſcripta ſunt ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt: ad quos fines ſeculoꝝ deuenerũt: vt ꝑ patientiã/ ⁊ conſolationem ſcripturarũ ſpem habeamus. Omniũ eñ medicinarũ theſaurus diuine ſcripture ſunt: ⁊ ſiue ſtulticiã eruere: ſiue affectus ſedare/ ſiue pecuniarũ cupiditatẽ expellere/ ſiue dolores contẽnere/ ſiue fortem animũ induere/ ſiue aduerſa equo animo tolerare velimus: q̃ plura hinc remedia inuenire poſſumus. Quis eñ ſiue extrema paupˀtate/ ſiue diuturno morbo vexatus: ſi ꝓpoſitũ hodie nobis locũ legerit: non maiorẽ in modũ cõſoletur: cum intellexerit hunc octo/ ⁊ triginta annos languentẽ: et ſingulis annis alios ſanitati redditos videntem: non tamen animo lapſum deſperaſſe: licet ſola pretereuntiũ deſperatio omni eum ſpe deijcere poterat: Audi ergo et verba eius: et miſeriã: cum eñ dixiſſet chriſtus: [Uis ſanꝰ fieri: Dñe (inquit) hoĩem nõ habeo: vt cũ turbata fuerit aqua: mittat me in piſcinam.] Quid hoc miſerius: quid calamitoſius: Uides hominem longo languore confectũ: Uides humilitatẽ: Non maledixit: vt nõnullos audimus: nõ execratus eſt diem ſuũ: non ſe irrideri arbitratus eſt: rogatus an vellet ſanus fieri: ſed per q̃ manſuete/ et humiliter: [Domine.] inquit. Atqui: ignorabat percontantẽ et ſe ſanatũ iri neſciebat: nec quicq̃ poſtulat: vt qui medicũ rogant: ſed tantũ morbũ ſuum narrare contentus eſt. Uidebatur ei fortaſſe iccirco chriſtũ interrogare: vt ipſum in piſcinã mitteret: hac gratia eũ ſibi miſericordia cõciliare vult. Quid tum chriſtus [Surge tolle grabatũ tuum et ambula.] Quidã hunc: et quẽ Mattheus meminit eſſe arbitrantur. Non eſt tamen: q̃d pluribus rationibus cõſtat: primum ille multos habebat: qui ſumma cura ipſum ferebant/ hic neminẽ: quare inquit [hominẽ nõ habeo.] deinde ille nihil locutus eſt: ille ſuam narrat miſeriã: illius curatiõis diem nõ meminit euangeliſta: hic in die feſto ſanatus eſt: ille domi: hic iuxta piſcinã: illi/ remittũtur tibi peccata tua inquit: huiꝰ prius corpus/ deinde animã curauit: illi libere dimittit peccata. [Remittunt tibi (inquit) pctã tua.] hunc admonet ⁊ minatur: vt ſibi in poſterũ caueat. [Jam noli peccare (inquiens) ne deterius tibi aliquid contingat.] Accedit ad hec differens iudeorũ calumnia: hic ſabbati preuaricationẽ: illic blaphemiã accuſant. Tu autẽ immenſam dei ſapientiã cõtemplare: non enim ſtatim ſanauit: ſed primũ rogãdo ſibi familiarẽ reddidit ad futurã fidem: inſinuãs neq̃ tñ ſanauit: ſed vt lectũ auferat/ iubet: vt miraculum crederetur/ et nemo falſum/ et ſimulatũ opinaretur. Niſi eñ firmis ⁊ robuſtis membris: id ferre non potuiſſet. Seruat hunc morem ſepenumero chriſtus: vt maiorem in modũ impudentibus ſilentium imponat. Si quidem in quinq̃ panũ miraculo: ne quid ſuſpicionis oriretur: non tñ miraculum fecit: ſed voluit vt multe fragmentorũ reliquie ſupereſſent: ⁊ mundato leproſo: [Uade ait oſtende te ſacerdoti.] ſimul vt miraculo certam fidem faceret: ⁊ calumniantiũ ipſum legem dei preuaricare impudentiora cõprimeret: idem in nuptijs fecit: nõ enim vinum ſimpliciter oſtẽdit: ſed ferri architriclino imperauit: vt qui id neſciret: confitendo indubitatum perhiberet teſtimoniũ: hac gratia euãgeliſta inſciũ architriclinũ/ vnde id vinũ eſſet demõſtrauit: vt incorruptũ iudiciũ oſtenderet: ec cum mortuũ ſuſcitauit: Date inquit ei mãducare: vt certiꝰ reſurrectionis ſignũ preberet: quibus omnibus manifeſte indicat vulgo: nõ fallacẽ ſe: neq̃ deceptorẽ: ſed ad cõmunẽ omniũ ſalutẽ veniſſe. Sed cur ad hoc: Ut ab alijs fidẽ nõ requirat. Quoniã ab his qui ſuam viderant poteſtatẽ merito requirit/ vt credant: ab ignaris aũt minime: niſi prius ſignis admoneant.



Unde igit᷑ eis tanta incredulitas? A volūtate ⁊ inuidia. Cōſanguinitas eñ ſolet quodāmodo inuidie haberi. Sed quoſnam hoc in loco diſcipulos appellat? Turbā ſequentē/ nō duodecim. Quid chriſtꝰ? vide ꝙ̃ accomodate: nō dixit ꝗ eſtis vos: ꝗ mihi conſulitis/ ⁊ me docetis. [Sed tempꝰ meū nōdū aduenit.] Hic ⁊ aliud quiddā videt᷑ poſſe ſignificari. Foꝛtaſſe eñ eum tradere iudeis cōſultabāt/ ⁊ ob hoc reſpondit: [Tempus meū nōdū aduenit:] hoc eſt crucis ⁊ moꝛtis. Quid ante tempus/ vt moꝛiar: ꝑperatis? [Tēpus aūt veſtrū ſemꝑ paratū eſt] Vos etſi ſemꝑ cum iudeis verſemini/ non interficient vos/ qui eadē eſtis ſentētia: mihi aūt ꝗ̄ꝓ̄ꝛimū moꝛtē machinabunt᷑. Itaqꝫ vobis quidē ſemꝑ tempus eſt: cū nō impendat periculū: mihi aūt tūc tempus erit/ cū ero crucifigendus/ ⁊ moꝛiturꝰ. Et ꝙ hoc intelligat ex ſequētibꝫ ꝑſpicuū ē. [Nō pōt mūdus odiſſe vos] Quō eñ qui eadem vultis ⁊ ad idem tenditis? Me aūt odit: quia repꝛehēdo eū quia mala ſunt oꝑa eiꝰ. Hoc eſt tangere/ ⁊ benigne repꝛehendere. Hinc irā vincere/ ⁊ non indignari: etiā ſi abiecti ſint: ꝗ nobis ꝯſulant erudimur. Nam ſi nō credentiū/ ⁊ iniquū/ et a charitate abhoꝛrens cōſiliū: equo animo tulit/ quā nos cōſequemur veniā: qui terra ſumꝰ/ et puluis: cum cōſulentes iniquo animo ferimꝰ. Marie ſi Paulo abiectioꝛes ſint tāꝙ̃ indignū arbitrātes? Conſidera hic queſo ꝙ̃ benigne illatā confutat cōtumeliā. Dicētibꝫ illis: [manifeſta teipm mūdo.] Reſpondit me mundus odit. Tantū eñ abeſt (inꝗt) vt querā ab hominibꝫ gloꝛiā/ vt nō deſiſtam eos repꝛehendere ⁊ cum ſciam ⁊ odiū ex hoc mihi/ ⁊ moꝛtē cōparari. Et vbi repꝛehendit inquit? Immo qñ ceſſauit? Nonne dixit: Nolite putare: quia ego accuſaturus ſum vos apud patrē: eſt ꝗ accuſat vos moyſes? Et ego cognoui vos quia dilectionē dei nō habetis: Quō poteſtis vos credere/ qui gloꝛiā ab inuicē accipitis/ ⁊ gloꝛiā que a ſolo deo eſt nō queritis? Ex his ⁊ aliud innuit᷑/ ꝙ ex libera chꝛiſti repꝛehēſiōe: nō ex ſolutione ſabbati/ iudeoꝝ odiū in eum oꝛiebatur. Sed ꝗd eos ad diem feſtū mittit/ cum dixit: [Vos aſcēdite ad diem feſtū hūc: ego nō aſcendā adhuc?] Ut ea ſe dixiſſe oſtenderet: nō rogandi/ aut adulādi gratia: ſed vt eis iudeoꝛum cerimonias ꝑmitteret. Sed cur aſcēdit cum ſe aſcenſurum negaſſet? Nō dixit ſimpliciter [nō aſcendam:] ſed adhuc id eſt vobiſcum: quia tēpus meū nondum impletū eſt. At qui in futuro paſchate crucifigēdus erat. Cur ergo non aſcendit? Et ſi quia tempus nō erat nō aſcēdit: nullo pacto erat aſcendendū. Sed nō ꝓpterea aſcendit/ vt pateret᷑: ſed vt doceret. Cur clam cū aperte poſſet ī medio eoꝝ eſſe/ et iram ⁊ furoꝛē ſedare: qō ſepe fecit? Noluit frequēter hoc facere/ fuiſſet ſane maiꝰ diuinitatis argumentū: ſed cū metu remāſiſſe putaret᷑/ et incarnationē ⁊ fiduciā ꝯfirmauit: ꝙ cum paſſiōis tēpus pꝛeuideret: id maxime eligeret/ vt aſcenderet hieroſolymā. [Aſcendite ad diem feſtū:] ꝗ̄ſi diceret: Nolim arbitremini ꝙ nolētes cogere velim mecum maneatis. Ea autē ꝑticula: [quia nōdū impletū eſt tēpus meū] ſignificātis eſt: opoꝛtere adhuc et ſigna fieri/ ⁊ cōtiones haberi: vt ꝑ audientiā ⁊ paſſionem eiꝰ plures crederēt: ⁊ diſcipuli magis cōfirmarent᷑. Hinc nos benignitatē: hinc manſuetudinē erudiamur dilectiſſimi. Diſcite inꝗt: a me qꝛ mitis ſum et humilis coꝛde/ ⁊ oēm moleſtiā abſcindamꝰ/ et ſi ꝗs nobis inſultauerit/ humiliemur: ſi ꝗs exaſperatur/ mitigemꝰ: ſi quis moꝛdet/ ⁊ lacerat/ et cōtumelijs ꝓſequit᷑/ nolimus cōmoueri/ ne victi noſipſos ꝑdamus. Etenim ira fera eſt vehemens/ et furibunda. Incantemꝰ eam diuine ſcripture carminibꝫ: Terra et puluis es/ ⁊ ꝗd ſuꝑbit terra ⁊ puluis? Et imperꝰ ire eius/ caſus ei. Et vir iratus īmodeſtus eſt. Nihil turpiꝰ aſpectu irati: nihil viſu grauiꝰ. Et ſi aſpectus/ multomagis anima. Quēadmodū eñ cenū ſi contrectetur grauius olet/ ita ⁊ anima cum ꝑturbata eſt/ et multis intrinſecꝰ fluctibꝫ agitata. Sed nō poſſum (inquis) inimicoꝝ cōtumelias tolerare. Qua gratia? Nam ſi vere accuſaris: etiā coꝛā cōpungi deberes/ ⁊ gratiā ei habere. Si falſo/ deride. Dixit pauperē: Ride. Dixit mendicū: Ride. Dixit degenerem/ vel ſtultū: Iam illum defle. Nā qui dicit fratri ſuo fatue: reus eſt gehēne ignis. Iniuria ꝗ̄ affectus: in mentē veniat ꝙ illi ſupplicium maneat/ ⁊ nō modo nulla in ꝓ̄ꝛimū ira fereris: ſed deploꝛabis vicem eius. Neqꝫ eñ febꝛibꝫ laboꝛāti: neqꝫ tumido quiſqꝫ iraſcit᷑ ſed his moꝛbis affecti: ſui miſericoꝛdiā et lachꝛymas mouēt: hmōi eſt irati animꝰ/ qui ſi in te pꝛoſilit: tace/ et opoꝛtunā ei plagā infliges. Si cōtumeliā: ꝯtumelia ꝓſequeris: ignē excitabis. Sꝫ puſilli animi arguemur/ inquies: ſi tacebimꝰ: imo tuam admirabunt᷑ ſapientiā. Et ſi cōtra contumelioſe reſponderis: materiā dabis vt vera putent᷑/ quorum argueris. Quare diues: ſi pauper appellatur ridet? Quoniā falſum id nouit. Itidem ſi nos iniurias ridebimꝰ: magnū erit argumentū ꝙ falſo repꝛehendamur. Ad hec quouſqꝫ hoīm iudicia foꝛmidabimus? Quouſqꝫ cōmunē dñm deſpiciemꝰ/ ⁊ carni vacabimꝰ? Donec eñ inter vos cōtentio eſt/ ⁊ emulatio/ ⁊ ſeditiōes. Nōne carnales eſtis. Fiamꝰ igit᷑ ſpiritales/ ⁊ ſeuiſſimā hanc beluā freno cohibeamꝰ. Inter iram ⁊ inſaniam nihil differt: ſed bꝛeuis quidem demon eſt: imo ꝙ̃ qui demonio vexat᷑ grauioꝛ. Ille eñ venia dignꝰ eſt/ iratus nulla: ſed ſupplicijs innumeris/ ſponte ſua in ꝓfundū perditiōis defertur: ⁊ etiā ante futurā gehennā penas dat. Tumultu eñ quodā ⁊ eſtu intolerabili/ die noctuqꝫ varijs cogitationibꝫ anxius iactat᷑. Ut igit᷑ ⁊ ꝑ̄ſenti ſupplicio ⁊ futuro liberemur/ abiecto penitꝰ hoc affectu/ oēs manſuetudinē induamꝰ/ ⁊ modeſtiā: vt ⁊ ī hac vita/ ⁊ in regno celoꝝ tandē animis noſtris requiē inueniamꝰ/ quā vtinā oēs conſequi poſſimꝰ: grā/ ⁊ benignitate dñi noſtri ieſu chꝛiſti/ per quē et cū quo patri glīa ſimul ⁊ ſpū̄iſctō in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Homelia. XLVIII. Ex capitulo. VII.

b **Ec cum dixiſſet: ipſe māſit in Galilea. Ut autem aſcenderunt fratres eius: tunc et ipſe aſcēdit ad diem feſtum: non manifeſte ſed quaſi in occulto.**

Que ſm humanā imbecillitatem a chꝛiſto facta ſunt: nō tm̄ incarnationē confirmant: ſed ad virtutē inſtituunt. Nam ſi omnia tanꝙ̃ deus feciſſet: ꝗd ſcire potuiſſemus in humanis rebus incidentes/ ꝗd facere nos opoꝛteret/ vt exempli gratia: Si hoc in loco homicidis iudeis obuius iram ſedaſſet/ ⁊ hoc frequenter feciſſet/ nos autem idem nō potētes offendꝛemus. Unde nobis cōſtaret quid eſſet faciendū vtrū interimere eos/ an docere opoꝛteret. Hoc nos chꝛiſtus docet cū inquit: [Hec cū dixiſſet Ieſus māſit in galilea. Ut aūt aſcenderunt fratres eiꝰ: tunc ⁊ ipē aſcēdit ad diē feſtū/ nō manifeſte: ſed ꝗ̄ſi in abſcōdito.] Hec ꝑticula: [vt aſcenderūt fratres eiꝰ:] oſtēdit noluiſſe ſe cū illis aſcendere/ ⁊ ideo manſiſſe. Neqꝫ palā cum eis verſatus eſt vt volebāt: ſed cū libere ſemꝑ alias verſatus/ hic quaſi in occulto aſcēdit. Non dixit occulte: [ſed quaſi in occulto.] Ita enim videbat᷑ (quēadmodū dixi) vt nos doceret. Pꝛeterea nō erat par iratis illis/ ⁊ excandeſcētibꝫ ſe ita exponere. Finito aūt feſto: iudei querebāt ipm ⁊ dicebant: [Ubi eſt ille?] Bona ꝗdē eoꝝ opera. In die feſto in cedem ſemꝑ ferebant᷑/ ⁊ feſtis eum diebꝫ capere tentabant. Nam ⁊ alibi/ videtis inquit: Nunꝗd venit ad diem feſtū? Et dicebāt: [Ubi eſt ille?] Ex nimio odio eum nominatim appellare nō patiebantur. Diem feſtū maxime reuerebant᷑/ ⁊ tñ capere conabant᷑. Et murmur multū erat de eo ī turba. Ego autē loci gratia: vbi miraculū fecerat/ iudeos maxime irritatos/ timuiſſe arbitroꝛ/ nō tam iratos trāſeunti: ꝙ̃ veritos ne aliud ſignum faceret. De eo aūt vel inuiti pꝛedicabāt/ ⁊ clarū reddebāt. [Quidnam dicebāt: quia bonꝰ eſt/ alij aūt dicebāt/ nō: ſed ſeducit turbas.] Illā puto multitudinis opinionē: hanc pꝛincipū/ ⁊ ſacerdotū fuiſſe. Illud eñ verbū: [non: ſed ſeducit turbas.] hoc indicat. Sed quō ſeducit/ queſo. Nunꝗd ꝑ̄ſtringit aciem/ vt ſigna facere videatur: re aūt nulla ſint? Uerū cōtrariū experiētia depꝛehendit᷑. [Nemo tñ palam loquebat᷑ de illo pꝛopter metū iudeoꝝ.] Uides vbiqꝫ optimates quidē coꝛrupto: turbam vero ſano fuiſſe/ iudicio: nō tamē foꝛtes (vt decebat) qō maxīe multitudinis ē. [Iā autē die feſto mediante aſcendit Ieſus in templū/ ⁊ docebat.] Ob dilationē attētioꝛes reddidit. Nam qui pꝛimis eum diebꝫ querebāt/ repente ꝑ̄ſentē alij bonū: alij malū iudicabāt: illi vt aliꝗd lucrarent᷑/ hi vt cōpꝛehēderēt. Illud autē verbū. [ſeducit turbā] ꝓpter eius doctrinā dicebāt/ cū eam nō intelligerēt Illud aūt: [quia bonꝰ.] ꝓpter ſigna. Eoꝛū igit᷑ irā molliens/ ita inſtitit/ vt verba ſua diligenter audirēt/ neqꝫ ampliꝰ indignati/ aures obſtruerēt. Quid doceret ſilentio pꝛeterijt euangeliſta. Et aūt tam mirabiliter/ vt eos mouerit/ ⁊ vi oꝛationis eoꝝ mutarit ſententiā: id tantū dicit: Nam quē turbā ſeducere dixerāt iam mirabant᷑/ quō litteras ſciret qui nō didicerit. Uides eoꝝ plenam malicie admirationē. Nō eñ doctrinā admirabant᷑: neqꝫ capiebāt. Sed alia eos mouebat admiratio/ vnde id ſciret/ cum potius hinc cognoſcere debuiſſent: nihil humani in eo eſſe: ſed cū nollent hoc confiteri: ſed tm̄ admirarent᷑: audi ꝗd chꝛiſtus dixerit: [Mea doctrina nō ē mea] Ad eoꝝ reſpondet ſuſpitionē: ad patrem id referēs/ vt eis ſilentiū imponeret. [Qui facit volūtatē eiꝰ/ is cognoſcet de doctrīa/ vtꝝ ex deo ſit an ego a meipō loquar.] Ac ſi dicat: hāc amouete dubitationē/ ⁊ iram ⁊ inuidiā/ ⁊ inane cōtra me odiū/ ⁊ nihil vos impediet: quin cognoſcatis dei vere verba mea eſſe. Nunc hec vobis tenebꝛas infundūt/ ⁊ rectū verūqꝫ iudiciū coꝛrūpūt/ ꝗ ſi reijceretis nō in hac eſſetis ſentētia. Ueꝝ nō his verbis vſus eſt/ ne vehementius eos irritaret: ſꝫ hoc totū ſignificauit/ cū inquit: [Qui facit volūtatē eiꝰ: cognoſcet ꝺ doctrina: vtrū ex deo ſit an ego a meipſo loquar.] hoc eſt: An alienū aliꝗd ⁊ ei cōtrariū dicam: A meipō aūt/ ſemꝑ ad hoc refertur/ ꝙ nihil pꝛeter dei voluntatē loquit᷑: ſꝫ que pater vult. [Qui aūt facit volūtatē eiꝰ/ cognoſcet de doctrina.] hoc eſt: Si ꝗs ſit amatoꝛ virtutꝭ/ verboꝝ meoꝝ vim intelliget/ ſi ꝗs voluerit ꝓphetias perſcrutari: an ſm eas loquar/ cognoſcere poterit. Et quonā pacto ſua eſt: ⁊ nō ſua? Non eñ dixit doctrina ipſa nō eſt mea. Sed cū ſibi eam tribuiſſet dicendo: [doctrina mea.] addidit: [Non eſt mea.] Quō idem eiuſdē poteſt eſſe ⁊ nō eſſe? [eſſe] qꝛ a nullo doctus loquebat᷑. [Nō eſſe.] qꝛ patris doctrina erat. Quō igit᷑ dicis: [Omnia ꝗ ſunt patris:] mea ſunt: ⁊ que mea/ patris? Si qꝛ patris doctrina eſt: ꝓpterea nō eſt tua: falſum illud eſt. Ideo eñ tua eſſe debuit. At hoc verbū: [nō eſt mea.] maioꝛē in modum patris/ ⁊ ſuā vnā eſſe doctrinā indicat: Quaſi dicat: Nihil habet diuerſum tanꝙ̃ alteriꝰ. Et ſi ꝑſona alia ſum/ idem tamē ⁊ dico/ ⁊ facio/ vt nō exiſtimetis aliud a patre: ſed idem/ me ⁊ dicere/ ⁊ facere. Inde aliā adducit rationem cui cōtradici nō pōt: humana quadā vtens ꝯſuetudine. Qui ꝓpꝛiā quādam doctrinā inſtituere vult: nulla alia rōne ſe velle dicit: ꝙ̃ vt gloꝛiā ſibi cōparet. Nam ſi ego gloꝛiā meā quero: quare ꝓpꝛiam quandā doctrinā nō conſtituo? [Qui a ſeipſo loquit᷑.] hoc eſt: ꝓpꝛiū quiddā ⁊ ſeparatū loquit᷑: icirco loquit᷑/ vt gloꝛiā ipē aucupetur: ſꝫ quia mittētis gloꝛiā quero: ideo eiꝰ doctrinam doceo. Uides cauſam cur nihil a ſemetipſo facere dicat? Ut neqꝫ gloꝛiā neqꝫ pꝛincipatū deſiderare credat᷑: ꝓpterea cū humiliter loquit᷑: [Ego patris gloꝛiā querero] inquit/ vt ꝑſuadeat ſe gloꝛiā nullā querere. Sūt ⁊ alie cauſe: ne ingenitus: ne deo contrariꝰ: ne carnē noſtrā nō accepiſſe putaret᷑/ vt auditoꝛū imbecillitati cōſuleret/ vt deniqꝫ eos modeſtiā ſeruare/ ⁊ minime ſe iactādo extollere/ doceret. Se ꝟo efferēdi vna dūtaxat cauſa īueniri pōt/ nature ꝑ̄ſtātia. Nā ſi dicēdo ſe añ abꝛaā fuiſſe ſcādalizati ſūt: ꝗdnā feciſſent: ſi ſꝑ magna audiſſent? [Nōne Moyſes dedit vob̄ legē: et nemo ex vob̄ facit legē. Quid me ꝗ̄ritis īterficere?] Quā habet hoc a ſuperioꝛibꝫ conſequentiā? Quid cū his cōmunicat? Duo iudei in Ieſu repꝛehendebāt/ vnum ꝙ ſabbatū ſolueret: alterū ꝙ patrē deum diceret/ et ei ſe equalē faceret: nō ipſoꝝ ſuſpitione: ſed ꝓpꝛia chꝛiſti ſentētia. Et aūt nō vt multi ſolent: ſed eximie ⁊ ꝓpꝛie patrē appellaret: inde conſtat. Multi ſepe deū patrē ſuū dixerūt: ꝙ ipſe vnus creauit nos/ ꝙ pater ſit omniū noſtrū: nō tamen ꝓpterea equalis eſt populus deo. Quare nō fuiſſent ſcandalizati? Et quēadmodū eum dicebant ex deo nō eſſe/ ⁊ ſabbatum tranſgredi/ ſepenumero eoꝝ reſpondit ſuſpitioni: ita ſi hoc illi eſſent ſuſpicati: ipē aūt id nō ſentiret: eos falſo id opinari: ꝓfecto docuiſſet/ dixiſſetqꝫ: Quid me deo equalē arbitramini? nō ſum. Sed ſe oīno equalē ꝓfeſſus eſt ex ſequētibꝫ. Illa eñ particula: [Sicut pater ſuſcitat moꝛtuos et viuificat: ſic ⁊ filius viuificat.] Et illa: [Ut oēs honoꝛificēt filiū/ ſicut honoꝛificāt patrē.] Et [oꝑa que ille facit/ hec ⁊ filiꝰ ſimilit᷑ facit.] Hec oīa equalitatē ꝯſtituūt. Et de lege ait: Nolite putare qꝛ veni ſoluere legē/ aut ꝓphetas. Hoc pacto malas e mētibꝫ ſuſpitiōes notat euellere. Hic cū patre equalitatē ꝯfirmat. Quare alibi cū illi dicerēt/ qꝛ te deū facis minime ſe purgauit: ſꝫ id eſſe aſſeuerauit/

inquiens: Ut aūt ſciatis ꝙ poteſtatē habet filiꝰ hominis dimittēdi pctā in terra dicit paralitico: Tolle grabatū tuū ⁊ ambula. Illud igiẗ pmū intendit/ vt equalē ſe deo faciat/ ⁊ ꝙ nō ſit cōtrariꝰ: ſed idē qꝺ ille/ ⁊ dicat/ ⁊ doceat. Inde circa ſabbati trāſgreſſionem inſtat/ dicēs: [Nonne moyſes dedit vobis legem ⁊ nemo ex vobis ſeruat legem:] Quaſi dicat: Sancit lex: non occides/ vos occiditis/ ⁊ me tanq̄ʒ legis trāſgreſſorē accuſatis. Quare aūt dixit nemo? Qm̄ oēs querebāt eū interimere. Ego ſi ſolui legē/ (inquit) hoīem tm̄ liberaui: vos ad malum ſoluitis. Ego ſi trāſgredior ſaluti conſulo. Neqꝫ a vobis qui in grauibꝫ rebꝫ legem ſoluitis me accuſari oportuit: vos oīno legē euertitis. Deinde etiā certat: atqꝫ cū mlta ⁊ diu diſputauerit: tūc qdē altiꝰ ⁊ ſm dignitatem ſuā: nūc autē humiliꝰ. Quid tandē? Noluit frequētius eos irritare. Nunc ira augebatur/ ⁊ in cedem pcedebant: quare remiſſiꝰ loquitur/ ⁊ duobꝫ his eos ſedat arguēdo audaciā/ cur ipm vellēt interficere/ ⁊ manſuete loquēdo/ oſtendēdo homicidas indignos eſſe: qui alios iudicēt. Tu autē humilē chriſti interrogationē/ ⁊ aſperū eoꝝ reſpōſum aīaduerte. [Demoniū habes. Quis te querit interficere?] Uerbū ire/ ⁊ furoris/ ⁊ impudētie plenū/ cū preter opinionem rephēderentur/ ⁊ ipm ſe pterrere exiſtimarēt. Ut enim latrones in inſidijs: ne inſidiari videantur/ cōcinunt vt incuſtoditū aggrediantur/ ita ⁊ hoc in loco iudei. Ipſe aūt omiſſa reprehēſione ne impudētiores eos faceret: iteꝝ de ſabbato ſe excuſat/ a lege eos arguens. Et intuere prudentiā. Nō mirū inquit ſi mihi nō auditis: cū ne legi quidē quā a Moyſe latā arbitramini/ audiatis. Quid ḡ nouū ſi verbis meis nō acquieſcitis? Cum em̄ dixiſſent: [Moyſi locutꝰ eſt deus: hūc aūt neſcimꝰ vnde ſit.] oſtēdit ꝙ illi etiā cōtumeliā inferūt/ eteni legem ille dedit/ ⁊ nō audiſtis. [Unū opus feci: ⁊ oēs miramini] Propterea vbi me excuſari oporteret: etiā vitio datis. Ꝙ enim pater fecerit: nō meminit: ſed ſuam inducit perſonā. [Unū opus feci.] quo innuit ſi nō feciſſet/ ſe legem ſoluiſſe/ ⁊ multa eſſe magis ꝓpria q̄ʒ lex/ ⁊ cōtra legē Moyſen mandatū magis ꝓpriū accepiſſe. Siquidem circūciſio: q̄ʒ ſabbatum/ magis ꝓpria eſt/ q̄ʒuis nō legis ſit: ſed patrū. Ego aūt magis ꝓpriū feci/ et melius q̄ʒ ſit circūciſio. Inde legalis mādati nō meminit/ videlicet ꝙ ſacerdotes ſabbatū coinquinarēt vt iam dixit: ſed ex maiori abundātia locutꝰ ē. [Diramini autē.] hoc eſt pturbamini. Nā ſi legē firmā eſſe oportebat/ non ſane circūciſio magis ꝓpria fuiſſet: neqꝫ ſe circūciſiōe maius quiddā feciſſe dixit: ſed ſignificauit his verbis: [Si circūciſionē accipit hō in ſabbato.] Uides quo pacto tūc maxime ſtat lex: cum ſoluitur ⁊ ſabbati ſolutio: legis ſeruatio eſt: vt niſi ſabbatū ſoluatur: neceſſariū ſit legem ſolui: quā ego cōſtitui. Et non dixit mihi iraſcimini/ ꝙ circūciſione maius quiddā feci: ſed rem tm̄ oſtendit: illis iudicium reliquit: an magis neceſſaria ſit totiꝰ hoīs ſanitas: q̄ʒ circūciſio [Ut intelligat hō nihil ad ſanitatē cōferre] ſoluitur lex: an ꝙ tanto morbo liberatꝰ ſit: indignamini. [Nolite iudicare ſm faciē.] hoc ē: Non ꝓpterea ꝙ moyſes apud vos maioris ē auctoritatis feratis ſentētiā: ſʒ a rerū natura: hoc eſt em̄ iudiciū. Quare nemo accuſauit moyſen: q̄re nemo credidit iubēti vt ſabbatū addito extrinſecꝰ legi mādato ſolueret. Uerū ille mādatū nō ſub lege: ſʒ extrinſecꝰ inductū ꝓpria lege firmiꝰ ducit/ qꝺ pmirū eſt: vos aūt qui nō legiſlatores eſtis: pter modū legē defenditis: ſed maioris q̄ʒ vos auctoritatis eſt moyſes/ q̄ ſolui legē p mandatū nō legittimū iubet. Illa autē pticula: [totū hominē.] particularē ſanitatē circūciſionē afferre oſtēdit. Et quenā circūciſionis ſanitas? Anima inquit homīs ſine circūciſione peribit. Ego aūt nō ex parte: ſed totū corruptū ſanitati reſtitui. [Nolite igitur ſm faciē iudicare.] hoc aūt nō illiꝰ ſeculi hominibꝫ tm̄ dictū eſt: ſʒ ⁊ nobis/ vt nullo pacto iuſticiam oppugnemꝰ: ſed totis viribꝫ eam defendere cōtendamꝰ. Nullus ſit nobis reſpectꝰ: an pauper qs ſit: an diues. Rem ipam inueſtigemꝰ: nō miſereberis (inquit) pauperis ī iudicio: hoc eſt: noli flecti: noli moueri (inqt) ſi pauperē iniuſtū iudicaturꝰ es: cui ſi nō eſt ignoſcendū: lōge minus diuiti. Hāc ego nō ad iudices tantū: ſʒ ad oēs homīes orationē habeo: ne qs iuſticiā tranſgrediatur: ſed integram ſeruet. Diligit em̄ iuſticiā dn̄s. Qui aūt diligit iniuſticiā/ odit animā ſuā. Nolimus (queſo) odio habere animas noſtras: nolimꝰ diligere iniuſticiā: cui q̄ʒtulū lucri eſt? parū: imo nihil: nā paulopoſt male peribimus: vel potiꝰ in hac vita minime iniuſticia nr̄a fruimur. Nōne ſi male nobis cōſcij ſumꝰ/ omēs delitie pena ſunt/ ⁊ ſuppliciū? Amplectamur ḡ iuſticiā: cuiꝰ legē nullo pacto tranſgrediamur. Quē em̄ ex p̄ſenti vita fructū reportabimꝰ niſi hinc virtute prediti migrauerimus. Quid illic amicicie/ quid neceſſitudines? Quid claroꝝ viroꝝ gr̄a nobis proderit? Et qd ego cuiuſpiā gratiā memoro. Si Noe/ ſi Job/ ſi Daniel nobis pater eſſet: nihil cōferrent/ ſi ꝓprijs meritis vacui repcriemur: ſed ſola aīe virtute opus eſt: ipa nos ſaluos facere/ et ſempiterno igni liberare ſola poterit/ ipſa nos ad celoꝝ regnum trāſmittet: qꝺ vt oēs cōſequamur: gratia/ ⁊ benignitate dn̄i nr̄i Jeſu chriſti/ p quē/ ⁊ cum quo patri gloria ſimul/ ⁊ ſpirituiſancto in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Homelia. XLIX. Ex capitulo. VII.

**D Icebant ergo quidā ex hieroſolymis: Nōne hic eſt quem querūt interficere? ⁊ ecce palam loquitur: ⁊ nihil ei dicūt: Nunquid vere cognouerūt principes: q꜡ hic ē chriſtus? ſed hūc ſcimus vnde ſit.**

Nihil in diuinis ſcripturis temere poſitū ē: q̄ppe que ſpūſancto ꝓlate ſunt. Quā ob rē oīa diligenter inueſtigemꝰ/ eteni ex vna pticula/ totā poſſumꝰ inuenire ſentētiā: q̄ nobis in p̄ſentia ꝓponitur. [Multi em̄ ex hieroſolymis dicebāt: Nōne hic eſt quē querūt interficere? ⁊ ecce palā loquitur/ ⁊ nihil ei dicunt] Cur ex hieroſolymis dixit? Ut oſtēderet euāgeliſta ꝙ q̄ multa ⁊ magna videbāt miracula/ hi miſerabiliores erāt. Qui maximū diuinitatis ſignū acceperāt/ perditoꝝ pncipū iudiciū ſequebantur. Nōne maximū fuit: inſanientiū/ homicidaꝝ/ et inſidiantiū/ et querentiū ſe interimere/ ⁊ iam cōprehēdentiū/ furorem ſedare. Quis h̄ feciſſet? Quis tātā tā facile extinxiſſet inſaniā? Tamē poſt tot ſigna ſtulticiā eoꝝ/ atqꝫ inſaniā intuere. [Nōne hic eſt quē querūt interficere?] Uide q̄ pacto ſeipſos accuſant. Querūt interficere ⁊ nihil ei dicūt: [Ecce palā loquitur:] q̄ loquēdi libertas magis eos irritabat: ſʒ nihil faciebāt [Nūqd vere cognouerūt pncipes: q꜡ hic eſt chriſtꝰ] Uob aūt qd videtur: quā de eo fertis ſententiā? Contrariā (inquit) ꝓpterea dicebāt: [Sed hūc ſcimꝰ vnde ſit] O maliciā/ o ptinaciā/ nō ſequuntur pncipū ſentētiā: ſed aliā corruptā afferūt ꝓprie ſtulticie conſentaneā. [Scimꝰ hunc inqt vnde ſit.] At q̄ pncipes veſtri interrogati dicebāt in bethleem naſciturū. Et iterū q̄dam alij: Nos ſcimꝰ ꝙ Moyſi locutꝰ eſt deꝰ: hunc autē neſcimꝰ vnde ſit. Scimꝰ vnde eſt/ ⁊ neſcimus inquiūt/ verba ꝑfecto ebrioꝝ. Et iterū: Nūquid ex bethleem caſtello? Ecce inſanoꝝ ſentētia. Scimꝰ et neſcimus. A bethleē venit chriſtꝰ. [Et cum veniet chriſtꝰ nemo nouit.] Quid hoc magis cōtrariū? Id em̄ tantū ſibi pſuaſerāt: ne crederēt. Quid ḡ ad hoc chriſtus? [Et me ſcitis ⁊ vnde ſum ſcitis/ ⁊ a meipō nō veni: ſed eſt verꝰ/ q̄ miſit me: quē vos neſcitis.] et alio in loco: Si me ſciretis/ ⁊ patrē meū ſciretis. Quō ergo dicit a iudeis ſciri vnde ſit. Et iterū neqꝫ ſe neqꝫ patrē ab iiſdem ſciri? nū cōtraria loquitur? Abſit: Sed valde ſibi cōſtat: alterā aūt dicit ſentētiā dicendo [neſcitis] queadmodū/ cū dicit: Filij heli: filij belial neſciētes dn̄m. Et iteꝝ: Iſrael autē me nō cognouit. Et Paulus: Cōfitentur ſe noſſe deū: factis aūt negant. Stat igitur vt q̄ ſciat neſciat. Inqt ergo: [Si me ſcitis: ſcitis quia dei filiꝰ ſum.] Illa aūt particula: [vnde ſum.] locū nō denotat: vt ex ſequētibꝫ cōſtat. [et a meipſo nō veni: ſʒ verꝰ eſt q̄ miſit me: quē vos neſcitis:] Ex quo notat operū inſcitiam: ſicut ⁊ Paulus inqt: Cōfitentur ſe noſſe deū/ factis autē negant. Neqꝫ eni inſcitie peccatū erat: ſed praui animi qui cum ſcirēt/ ſcire nollēt. Sed quenā hec cōſequētia? Quō em̄ reprehēdendo: eorū dicta confirmat? Nā cū illi dicerēt: [Hunc autē ſcimꝰ vnde eſt.] addidit: [et me ſcitis.] Quid em̄ dixerunt illi? Ꝙ neſcirēt. Minime: ſed ſe q̄ʒ ſcire profitebantur. Uerū ea ſentētia: ꝙ ſolum e terra eſſet ⁊ fabri filius/ ipē autē in celum eos erexit/ inquiēs: [Scitis vnde ſum.] hoc eſt: nō ex hoc mundo vt ſuſpicamini: ſʒ vnde ille qui miſit me/ dicendo autē: [A meipſo nō veni.] ſignificat eos ſciſſe a patre miſſum/ licet nō cōfiterentur. Dupliciter ergo eos reprehēdit. Et primū qdē que ſecrete loquebantur in mediū adducit: aperte eos cōfundens. Deinde etiā mentē eoꝝ aperit/ quaſi dicat: Non ſum vilis: nō ſum abiectꝰ: ſed verus ē qui miſit me quē vos neſcitis: hoc eſt ſi verus eſt: in veritate miſit. Si verꝰ eſt qui miſit: verū eſſe ⁊ q̄ mittitur: nō eſt ambigendū. Preterea/ ⁊ ꝓprijs eos cōuincit rationibꝫ. Cum em̄ dicerēt: [Chriſtus cū venerit nemo ſcit: vnde ſit/ hinc oſtendit ſe eſſe chriſtū. Eteni illi hāc particulā: [nemo ſcit.] ad diſtātiā localis cuiuſdā diffinitiōis dicebāt: Unde ſe xp̄m eē/ et a patre veniſſe ꝓfitetur/ ⁊ ſemꝑ ſibi dūtaxat/ patris cognitionē eſſe teſtatur/ dicēs: Nō ꝙ patrē qs vidit/ niſi q̄ eſt a patre/ quibꝫ verbis irritati ſunt. Dicēdo em̄: Neſcitis eū/ ⁊ ſcitis/ ſcire diſſimulatis nō īmerito eos tāgebat/ ⁊ irritabat. [Querebāt ḡ eū apphendere ⁊ nemo miſit in illū manū: q꜡ nōdū venerat hora eiꝰ.] Uides ne eos inuiſibiliter detētos/ ⁊ furorē eoꝝ cohibitū? Cur aūt nō apte dixit: ſed tantū: [Nōdum venerat hora eiꝰ.] humiliꝰ loqui voluit: vt hō crederetur. Cum em̄ frequēter ſublimia de ſe loquatur: hac gr̄a hec nōnunq̄ʒ interſerit. Cū aūt dicit: [ab ipſo ſum.] nō vt ꝓpheta: ſʒ vt q̄ eū viderit/ et cū eo fuerit/ loquitur. [Noui eū inqt q꜡ ab ipō ſū] Uides q̊ pacto vndiqꝫ id dictū ꝯfirmat? [A meipō nō veni] Et illud: [Qui miſit me verus eſt.] id cōtendēs: ne deo alienus putaretur. Et cōſidera q̄ʒtum in hac verborum humilitate exiſtat vtilitatis. Poſt hec multi (inquit) dicebāt: [Chriſtus cum venerit/ nūqd plura ſigna faciet: q̄ʒ que hic facit?] Que nā ſigna? At q̄ tria tantū ab euāgeliſta memorantur: vini/ paralitici: et filij reguli. Ex q̄ cōſtat: qꝺ ſepe alias dixi: multa ꝑtermiſſa ab euāgeliſtis/ ⁊ principū maledicta pluribus verbis enarrata. [Querebāt ḡ eū apphēdere/ et interimere.] quidā videlicet/ nō multitudo/ q̄ nō affectabat principatū/ neqꝫ capiebatur inuidia: ſed ſacerdotes. Multitudinis ea erāt verba. [Chriſtꝰ cū venerit/ nunqd plura ſigna faciet.] Uerūtamē non firma eoꝝ fides: ſed qualis abiecte ſolet eſſe multitudinis. Illa em̄ pticula: [cū venerit.] nō multū credētiū erat ꝙ eēt xp̄s: aut ḡ hac ſentētia/ aut p ꝯceſſionē dictū ē a turba: ac ſi conātibꝫ pncipibꝫ ſemꝑ pſuadere eū nō eſſe xp̄m: ipa diceret: Eſto non ſit xp̄s/ at cum venerit/ num melior erit. Nā vt frequenter dico: q̄ craſſiori ſunt ingenio: nō doctrina/ ⁊ orōne: ſed ſignis alliciuntur. [Audierunt ḡ phariſei turbā murmurantē/ et miſerūt miniſtros/ vt apphēderēt eū.] Uides ꝙ ſabbati ſolutionē cauſabantur: ſʒ qꝺ maxie eos angeret/ hoc erat. Nunc em̄ nihil habebant qꝺ accuſarēt neqꝫ re: neqꝫ verbis: ꝓpter turbā tm̄ eū apprehēdere voluerunt. Ipſi autē ꝓpter piculū nō ſunt auſi: ſʒ miſerunt miniſtros. O violentiā/ o ſtulticiā/ vel inſaniā potiꝰ. Cum ſepe conati eū apphēdere nō potuerint: miniſtris mādarunt. At q̄ mlta apud piſcinā locutꝰ eſt/ ⁊ nihil tale moliti ſunt. Queſiuerūt quidē nō tm̄ tētarunt. Nunc nō amplius ꝑpetiuntur: cum turba eū eſſet ꝯſecutura. Quid ḡ xp̄s? [Adhuc modicū tēpꝰ vobiſcū ſum.] Cum poſſet et flectere/ et pterrere audiētes/ quātauis loquitur humilitate: quaſi dicat: Quid me interficere queritis: qd me pſequimini? Modicū expectate/ et nō q̄rentibꝫ vob me vobis capiendū exponā. Inde ne qs cōmunē mortē arbitraretur/ cum dixiſſet: Adhuc modicū tēpus vobiſcum ſum: ita em̄ arbitrabantur/ vt hāc tolleret opinionē: q꜡ nemo poſt finē ꝓhibet/ ſubdit: [Et vbi ſum ego: vos nō poteſtis venire.] nā ſi pmāſurꝰ fuiſſet in morte/ ire ſane potuiſſent: eo nāqꝫ oēs ꝓficiſcimur. Simplicior autē multitudo his verbis mouebatur/ audacior timebat/ ſtudioſior feſtinabat ad audiendum: ac ſi breue ſibi tēpus relinqueretur ad eiꝰ doctrinā pcipiendā. Et nō dixit hic ſum: ſʒ vobiſcū/ hoc eſt q̄ʒuis me pſequamini/ q̄ʒuis exagitetis: non ceſſabo tm̄ quin vos edificē/ ⁊ q̄ ſaluti vobis ſunt predicē/ et admoneā. [Et vado ad eū q̄ miſit me.] Hec pticula ſufficiēs erat q̄ terrorē incuteret/ et ſolicitudinē. Ꝙ em̄ ſe indigerēt/ oſtēdit. [Queritis em̄ me inqt/ nō ſolum obliuioni nō mādabitis: ſʒ q̄retis me/ ⁊ nō inuenietis.] Et vbi nā q̄ſierūt eū iudei? Dicit Lucas ꝙ plāgebāt mulieres ſup eo/ ita ⁊ alios multos credibile eſt/ ⁊ ſtatī captis hieroſolymis/ xp̄i ⁊ miraculorū eiꝰ meminiſſe/ ⁊ eū deſideraſſe debuerūt. Hec autē ait Jeſus/ vt eos alliceret. Ꝙ em̄ modicū tp̄s relinq̄retur/ ⁊ poſt abitū ſuū deſideraretur: neqꝫ em̄ potuerit āpliꝰ iueniri/ ſatis eos allicere debuiſſet. Nā ſi nō erat futuꝝ/ vt deſideraretur: nihil pſuaſione dignū dixiſſet: Si vo deſiderādus erat/ ⁊ cū potuiſſet inueniri: nō multū eos mouiſſet. At ſi diutiꝰ cū

bis ꝓmāſurꝰ fuiſſet: hoc etiā eos negligētiores reddidiſſet/ his aūt verbis plurimū eos excitat/ ⁊ perterret. Hec autē ꝑticula: [Vado ad eū q̄ miſit me.] nihil ſibi detrimēti eoꝝ inſidias allaturas ⁊ ſponte ſua ſe paſſionē ſubiturū/ ſignificat. Duo ḡ p̄dixit/ et ſe paulopoſt abiturum/ ⁊ illos ad ip̄m nō vēturos/ qđ nō fuit humanitatis vt finē ſuū p̄diceret. Quare dauid: Notū mihi fac (inq̄t) finē meū/ et numerum dieꝝ meoꝝ q̄s eſt/ vt ſciam q̄d deſit mihi/ et ꝑfecto nemo hoc nouit. Ex vno aūt ⁊ alteꝝ confirmat̄. Ego autē hec verba ad miniſtros dicta arbitror/ vt eos maxime alliceret: oſtēdendo ſe aductus eoꝝ cauſam intelligere: q̄ſi diceret: Expectate paululū/ ⁊ abibo. [Dicebāt ḡ iudei ad ſemetipſos: Quo hic iturꝰ eſt] At q̄ illi deſiderabāt/ et totis virib⁹ nitebantur: vt abiret/ ne eū viderēt. Quā ob rem nō erat eis querēdum q̄ eſſet iturꝰ: ſʒ preferēda leticia/ ⁊ rogandū q̄n abiret. Verū mouent̄ his verbis/ ⁊ ſecū ſtulte ſuſpicant̄: q̄ abiturus ſit. [Nunq̄d in diſperſionem gentiū?] hoc eſt qđ iudei diſperſionē gētes appellabāt: qꝛ vbiqꝫ diſperſe eſſent et ꝓmiſcuo inuicē miſcerentur: quā ignominiā ip̄i poſtmodum ſubierūt: ip̄i nāqꝫ facti ſunt diſperſio. Antiquitꝰ em̄ iudeoꝝ natio ī ſola paleſtina/ et nuſq̄ꝫ alibi: inueniebat̄. Propt̄ea diſperſionē gentiles vocabāt/ eis exprobrādo/ ſe iactando. Qꝛ autē dicit: [Quo ego vado/ vos nō poteſtis venire.] illis oēs tunc cōmixti erant/ ⁊ vbiqꝫ terraꝝ erāt iudei. Nō ḡ ſi gentes ſignificaret/ diceret: [quo vado vos nō poteſtis venire.] Nam illis dicentib⁹: nunq̄d in diſperſionē gentiū iturꝰ eſt? nō vt offenderet: ſed doceret his vſus ē verbis: quibꝰ ſedata ira crediderūt/ neqꝫ enī aliter q̄eſiſſent inuicem: quid diceret: Verum hec illis dicta ſunt: ſʒ timēdum ne in nobis q̄ꝫ ea verba locū habeāt: q̄ vbi eſt: venire nō poſſumꝰ. Siquidē vita n̄ra ſceleꝝ plena eſt. De diſcipulis em̄ ait: Volo vt vbi ego ſum ⁊ illi ſint mecū. De nobis contra timeo ne dicat̄: Vbi ego ſum vos nō poteſtis venire. Quō em̄ poterimꝰ cū cōtraria q̄ꝫ p̄cipiamur/ operemur. Eteni inter ſeculi hoīes: ſi q̄s militum p̄ter regis voluntatē facit: ad regē nō admittit̄: ſed munere ⁊ dignitate exauctoratus/ vltimo afficit̄ ſupplicio. Itidē ⁊ nos cū cupiditati ſeruimꝰ/ cum rapimꝰ/ cum vim inferimꝰ/ cū verberamꝰ/ cum non facimꝰ elemoſynā/ illuc nullo pacto admittemur: ſed id nobis/ qđ de virginib⁹ accidit: quib⁹ ad ſpōſum ingredi nō licuit: ſʒ extinctis lāpadib⁹: hoc eſt gr̄a deficiēte/ abierunt. Eteni ignē illū quē ſpūs gr̄a ſtatim accipimꝰ (modo velimꝰ) augebimꝰ/ ſin minꝰ extinguet̄: q̄ extincto: ſole tenebre aīas n̄ras occupabūt. Vt em̄ ardēte lāpade: lux vndiqꝫ diffundit̄/ ita extincta: occupāt tenebre. Ideo inq̄t: nolite ſpiritum extinguere. Extinguit̄ em̄ cum oleum deficit/ cum vehemētior quedā vis vēti perflat: cū comp̄hendit̄/ et arctim cogit̄. Sic em̄ ignis extinguit̄. Cōprehēdit̄ nāqꝫ a cur̄ ſecularib⁹: extinguit̄ malis cupiditatib⁹. Nihil p̄terea ita eum extinguit: vt inhumanitas/ rapina/ crudelitas. Quādo em̄ olei defectui/ aquā etiā frigidā ſuꝑaddimꝰ: hoc eſt cupiditatē/ iniuſtoꝝ aīas ꝑdentē: quō iterū poterit accēdi? Cum ḡ hinc migrabimꝰ: ⁊ cinerē/ ⁊ puluerē referemus: atqꝫ etiā fumū denſiorē: q̄ nos accuſabit q̄ lampades extinguerimꝰ. Vbi em̄ fumꝰ eſt: neceſſario illic ignis eſt extinctꝰ: ſed abſit/ vt hāc q̄ſpiam vocē audiat: Neſcio vos. Audiemus em̄ ſi viſo paupere: itidē ac ſi nō viderēmꝰ afficimur: ſi eſurientem chriſtū ignorabimꝰ/ ignorabit ⁊ ip̄e nos: cum miſericordia indigebimꝰ/ ⁊ merito quidē. Qui em̄ miſerum negligit: q̄ nō opitulat̄ indigenti: q̄ vultu aliena poſtulabit? Quā ob rem curemꝰ/ queſo: annitamur ne decidamꝰ a miſericordia: ſʒ impleamꝰ lampades: ad ſpōſum in thalamū ingrediamur: ad quē vtinā oēs admittamur: gr̄a/ ⁊ benignitate dn̄i noſtri Jeſu chriſti/ per quem et cum quo patri gloria ſimul ⁊ ſpirituiſctō in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia. LI. Ex capitulo. VII.

i **In nouiſſimo aūt die magno feſtiuitatis: ſtabat Jeſus: et clamabat dicens: Si quis ſitit veniat ad me et bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura: flumina đ ventre eius fluent aque viue.**

Qui ad diuinā accedunt p̄dicationē/ et fidei vacant/ ſitiētium eos deſiderium pre ſe ferre oportet: ita em̄ quā audiūt doctrinā/ poterunt fideliter cōtinere. Eteni q̄ ſitiunt: poculum q̄ꝫ cupidiſſime hauriunt/ ⁊ ita recreant̄/ itidē et qui diuinos ſermones audiunt: ſi ſitiētes acceperint: nunq̄ꝫ fatigabuntur: quoad totum biberint. Qꝛ em̄ ſemꝑ eſurire et ſitire oporteat: Beati inquit qui eſuriunt/ et ſitiunt iuſticiam. Et hoc in loco. [Si quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat.] hoc eſt: Nemini vim facio: neminē traho: ſʒ ſi quis libens/ ⁊ ꝓmptus accedit: ſi quis ardet deſiderio hunc ego aduoco. Sed quanā gratia euāgeliſta nouiſſimū diem magnum feſtiuitatis fuiſſe admonuit? Etenim primꝰ ⁊ vltimꝰ magnus erat: medij autē potius in delitijs cōſumebant̄. Cur igitur in nouiſſimo? quia oēs cōueniebāt: nō ita in primo/ et cauſam dixit fratribus: ſed neqꝫ ſecundo/ neqꝫ tertio quicq̄ꝫ tale locutus eſt: ne irrita verba caderēt cum delitijs vacaturi eſſent. Nouiſſimo aūt quoniā domum erant redituri: prebet eis ad ſalutē viatica: [et clamabat.] hoc eſt fidenter loquebat̄/ ⁊ hoc ꝓpter magnam turbā. Et vt de ſpiritali potu loqui ſe oſtenderet/ addidit: [Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura: flumina de ventre eius fluent aque viue.] Ventrē cor dicit vt alio in loco. Et legem tuā in medio ventris mei. Et vbi nam dicat ſcriptura flumina de vētre eiꝰ fluent aque viue? Nuſq̄ꝫ. Quō igit̄ hic textꝰ intelligit̄? Hoc in loco ita diſtinguēdum eſt: vt hec particula [flumīa de vētre eiꝰ fluēt aque viue.] xp̄i ſentētia ſit. Cū em̄ multi dicerēt: Hic eſt xp̄s. Chriſtus q̄n venerit nunq̄d plura ſigna faciet? rectā habendā cognitionē: neqꝫ ita ſignis vt ſcriptur̄ credēdū aſſerit. Nā multi cū miracula facientē viderent/ chriſtū tn̄ nō arbitrabāt̄. Debebāt nāqꝫ dicere chriſtū a ſemine dauid venire/ vt frequēter dicebāt/ q̄re vult innuere eoꝝ ſe nō fugere aſſertionē. Ideoqꝫ ad ſcp̄turas iteꝝ relegat: ſuperiꝰ em̄ dixerat: Scrutamini ſcripturas. Et iteꝝ: Scriptū eſt in ꝓphetis: Et erūt om̄es docibiles dei/ ⁊ Moyſes vos accuſat. Et hoc in loco ſicut dicit ſcriptura: [flumina de ventre eiꝰ fluent aque viue.] vt abundātiā/ ⁊ copiā gratie ſignificet: vt ⁊ alibi [fons aque ſalientis ī vitam eternā.] hoc eſt multā gratiā cōſequent̄. Alibi vitā eternā hic aquā viuā dicit: hoc eſt ſemꝑ operantem.



Spiritꝰ em̄ gr̄a/ cū menti illapſa eſt: eamqꝫ irrigarit/ om̄i fonte vberiꝰ ſcaturit: nunq̄ꝫ deficit: nunq̄ꝫ vacuat̄: nūq̄ꝫ ſtat. Simul aūt et indeficientē copiā/ ⁊ incredibilē operationē/ ⁊ fontē/ ⁊ fluuios appellauit/ ⁊ nō vnū: ſed innumeros. Et illic [ſaliētis] pro inundantis poſitū eſt: qđ facile quis deprehendere poterit/ ſi Stephani ſapientiā: Petri linguā: Pauli vim conſiderauerit. Quo pacto nihil eos extulit/ nihil deiecit/ nō populoꝝ furor/ nō tyrannoꝝ ꝑſecutiones/ nō demonū inſidie/ nō q̄tidiane mortes: ſʒ more fluminis/ vehemēti lapſu delati/ om̄ia trahentes euaſerūt. [Hoc aūt dixit de ſpiritu quē accepturi erāt credentes in eū.] Nōdum erat ſpūs datus. Quō ḡ ꝓphete ꝓphetarūt/ ⁊ īnumera oꝑati ſunt miracula? Apoſtoli em̄ nō ſpiritu: ſed eiꝰ virtute eijciebant/ vt ipſe. Si ego in beelzebub eijcio demonia/ filij veſtri in quo eijciūt? Hoc aūt dicebat/ vt nō oēs ſpiritu an̄ crucē: ſed ip̄iꝰ virtute eieciſſe oſtēderet. Sʒ cum dimiſſurꝰ eos eſſet/ tūc dixit: Accipite ſp̄mſanctū/ ⁊ iteꝝ. Venit ſuꝑ eos ſpūſſanctꝰ: ⁊ tūc ſigna fecerūt. Cū aūt miſit/ nō dixit: Dedit eis ſpiritūſanctū/ ſed dedit eis poteſtatem/ dicēs: Leproſos mūdate/ demonia eijcite: mortuos ſuſcitate: gratis accepiſt̄: gratis date. Prophetis aūt ab om̄ib⁹ ꝯfeſſum eſt/ ſp̄mſanctū datum. Veꝝ ip̄a gr̄a cōtracta/ ⁊ ſeparata erat/ ⁊ a terra diſceſſerat: ex q̄ dictum eſt: Relinquet̄ domꝰ veſtra deſerta/ ⁊ an̄ illā diem iā deficere ceperāt. Siquidē nō amplius apud eos ꝓpheta erat: neqꝫ gr̄a eoꝝ ſacra tuebat̄. Cū igit̄ ſpūſſanctus cohibitꝰ eſſet/ tum iam diffundi largiter debuit/ qđ poſt crucē cepit exordiū/ nō tm̄ vt largiꝰ: ſʒ vt maioribus gratijs abundaret. Eteni mirabiliꝰ donum erat/ vt cum dicit: Neſcitis cuiꝰ ſpiritꝰ eſtis/ et iterum: Nō em̄ accepiſtis ſpiritū ſeruitutis: ſʒ adoptionis. Nā ⁊ antiquitꝰ ſp̄m habebāt: ſʒ alijs nō largiebant̄. Apoſtoli aūt innumeros implebāt. Cum aūt hanc eſſent accepturi gratiā nōdū datā. Ideo đ hac inq̄t euāgeliſta: Nōdum em̄ erat ſpūs datus: quia Jeſus nōdū erat glorificatꝰ/ hoc eſt crucifixus. Cū enī inimici ⁊ peccatores et diuino munere p̀uati/ et odio digni eſſemꝰ: gr̄a aūt recōciliatiōis eſſet indicium: cūqꝫ munꝰ nō inimicis/ nō hoſtib⁹/ nō odio habitis: ſʒ amicis/ et familiarib⁹ det̄/ oportuit primū ꝓ nobis ſacrificiū offerri: ⁊ carnis inimicitias diſſolui/ ⁊ deo amicos fieri/ ⁊ inde munꝰ accipe. Nam ſi hoc in ꝓmiſſiōe Abrae factū eſt/ multomagis ī gr̄a: qđ ſignificans Paulus inq̄t: Si em̄ q̄ ex lege ſunt: heredes ſunt: exinanita eſt fides. Lex em̄ irā oꝑat̄: hoc eſt: promiſit deus Abrae et ſemini eiꝰ daturū terrā ⁊ nepotes eius ꝓmiſſione indigni reperti ſunt: et ꝓprijs laborib⁹ placere nō potuerunt. Propterea acceſſit fides/ res facilis: q̄ gratiā adduceret: neqꝫ incaſſum caderēt ꝓmiſſiōes. Ideo ex fide dicit: vt ſcḋm gratiā firma eſſet ꝓmiſſio: ſcḋm gr̄am autē: q̄m labore ſuo nō poterāt. Sed quanā gr̄a: cum inquit ſcḋm ſcripturas: nō adducit eaꝝ teſtimoniū? Q̄m corrupte erāt ſentētie. Alij em̄ dicebāt: hic ē vere ꝓpheta. Alij/ ſeducit turbam. Quidā nūq̄d ex galilea venit xp̄s? Nōne ſcp̄tura dicit/ qꝛ ex ſemīe dauid: ⁊ bethleē caſtello? ⁊ varia erat ſn̄ia: vtpote ī turba. Neqꝫ em̄ diligēter v̄bis eius attēdebāt: neqꝫ vt diſcerēt: propt̄ea nihil eis xp̄s r̄ndit: q̄uis dicerēt: Nunq̄d ex galilea xp̄s venit? At nathanael ꝯtumelioſiꝰ dicentē: A nazareth pōt aliq̄d boni eſſe? laudauit: tanq̄ꝫ verū iſraelitā. Siquidē hi: q̄ ad Nicodemū dixerāt: Scrutare ⁊ vide q̄ ex galilea nō ſurrexit ꝓpheta: nō diſcēdi gr̄a querebāt: ſʒ vt xp̄i gloriā penitus euerterēt: ille aūt deſiderio tm̄ veritatis: et diligēti veteꝝ ſcripturaꝝ ſciētia. Quare hoc in loco nihil eis aperit: nihil exponit? Qui em̄ ſibijpſis cōtraria loq̄bant̄: ⁊ nūc neminē vnde veniret ſcire: nūc ex bethleem eſſe aſſerebāt: cōſtat etiā ſi didiciſſent contradicturos. Eſto em̄ locū ignorarēt/ q̄ ex bethleem: q̄m eſſet educatꝰ in nazareth: nō tn̄ ꝓpterea excuſabant̄. Nōne em̄ illic natꝰ eſt. Nunq̄d et genꝰ ignorabāt: q̄ ex domo ⁊ patria dauid? Quō ḡ dicebāt: [Nunq̄d ex ſemine dauid venit xp̄s?] Sed hoc illo mō abſcōdere volebāt: ⁊ verſute om̄ia loquebant̄. Sed q̄ gr̄a xp̄m nō interrogarūt/ dicētes: Cū alia quidem oīa in te admiremur: iubes autē tibi ſcḋm ſcripturas credi: Dic nobis quō? Scripture em̄ dicūt: ex bethleem xp̄m ventuꝝ: tu aūt ex galilea veniſti. Verum nullis hm̄ōi verbis vſi ſunt: ſed oīa ꝑuerſe loquuntur. Qꝛ em̄ nollēt q̄cq̄ꝫ diſcere: ſtatim ſignificat euangeliſta: q̄ quidā ex ip̄is volebāt eum apprehēdere: ſʒ nemo miſit ſuꝑ illū manꝰ. Nā ⁊ ſi nihil aliud: hoc ſaltem eos cōpūgere debuiſſet: verū nō ſunt cōpuncti/ vt inquit ꝓpheta: Diſſipati ſunt/ et nō ſunt cōpūcti. Eiuſmodi em̄ malicia eſt: nulli vult credere: ad vnū tm̄ reſpicit: vt eum cui inſidiat̄/ perdat. Sʒ q̄d dicit ſcriptura: Qui fodit foueā proximo: in eā incidit: qđ vſu tunc venit. Ip̄ſi em̄ volebāt xp̄m interimere: vt predicationē tollerēt: ſed cōtra euenit. Siquidē predicatio xp̄i gratia floruit: illoꝝ v̄o doctrina extincta perijt/ patriā/ libertatē/ ⁊ licentiā/ ⁊ cultū veterē ꝑdiderunt/ ⁊ om̄i priuati ſunt felicitate: in ſeruitutē/ et captiuitatē adducti. Quib⁹ admoniti: nulli inſidias tendamꝰ ſcientes q̄ in noſipſos enſem acuimus: et maiorē nobis plagā infligimꝰ: ſed egre tulit quiſpiam ſe offendi: ⁊ vult vlciſci. Noli queſo: nō vlciſcēdo em̄ vlciſci poter̄: vlciſcēdo v̄o nō vlciſceris. Nec que dico nugas arbitrere: ſed veritatē. Quō? q̄m q̄ nō vlciſcit̄: deo relinquit vltionem: q̄ vlciſcit̄/ minime. Mihi em̄ inquit vindictā/ ⁊ ego retribuā dicit dn̄s. Nam ſi ſerui noſtri rixantes inuicē: nulla n̄ri ratione habita: ip̄ſi ad vindictam vertunt̄/ ⁊ ſi ſepius poſtmodū nos rogent: nō ſolum non eos vlciſcimur: ſed indignamur/ ſceleſtos/ ⁊ flagitioſos appellamus: ⁊ vobis id cognoſcendū relinqui oportuiſſe dicimus. Cum enim tibi vltionē preſumpſiſti: nihil amplius in illum indignatur dominꝰ: hoc lōge magis deus dicet: qui nos admonet/ vt ſibi om̄ia permittamus. Quid em̄ nō abſurdū ſit: vt q̄ a ſeruis ⁊ pueris noſtris tantā modeſtiā: tantā obedientiam exigimus/ eandem domino noſtro nō exhibeamꝰ? Hoc autē dico quoniā tam prompte inuicem vlciſci contēdimus: ſed vere philoſophantem hoc facere nō oportet: ſed ignoſcere/ ⁊ dimittere: qđ in nos peccatur: etiam ſi illud nō eſſet magnū premium: veniam pro eo accipere. Sed dic queſo: ſi peccantē reprehendis: cur ipſe peccas: cur eadem admittis? Iniuriā tibi intulit: noli cōtra inferre. Perterruit/ noli perterrere: cum nullam inde aſſequaris vtilitatē. Merore te affecit/ noli vicem reddere: nam illi ſimilis efficieris/ ⁊ tu nihil lucraris: ſed ſi manſuete perfers forte ip̄m corriges: ita enim pudorē incuties: ita iram ſedabis. Nemo malo malū ſanat: ſed bono malū. Hec apud gentes nōnulli philoſophant̄: q̄ cū

errozis ſtulticia tantā p̄ ſe ferāt ſapiētiā: pudet nos: vt inferiores dep̄hēdamur. Multi iniuria affecti equo animo tulerunt. Multi falſo accuſati in vltionem ꝓruperūt. Inſidiatores beneficijs ꝓſecuti ſūt. Nō parū verendū eſt: ne apud illos: q̄ vita nobis p̄ſtātiores ſint / inueniant̄ / neue nos maiori cruciatui obnoxios / faciāt. Nā ſi q̄ ꝑticipes ſum⁹ ſpūs: q̄ dei regnū expectam⁹: q̄ celeſtiū cognitionē habemus: q̄ nō formidam⁹ gehennā: q̄ angeli fieri iubemur: qui diuinis fruimur myſterijs: ne ea quidē q̄ illi virtute pollem⁹: q̄d nobis ſperādū eſt? Et ſi iudei nobis ſuperādi ſunt. Niſi inq̄t abūdauerit iuſticia veſtra / pluſq̄ ſcribarū et phariſeoꝝ: nō intrabitis in regnū celoꝝ: longe magis gentiles: ſi phariſei / magis infideles. Si nō ſupantib⁹ nobis illoꝝ vitam: celoꝝ regna claudunt̄ quō ea cōſequemur / ſi gentilib⁹ peiores inueniemur? Abijciam⁹ ḡ dilectiſſimi om̄e odium / irā / indignationē. Eadē dicere mihi quidē nō moleſtum: vobis autē tutū. Eteni medici eadē ſepe medicina vtunt̄: ⁊ nos eadē veſtris aurib⁹ inſtillare: in memoriā reducere / docere / hortari / non ceſſamus. Eteni magna ſeculariū rerū turba: horū obliuiſcimur. Quare ne incaſſum hic colligam⁹ ope cōfirment̄: vt futura bona ꝯſequamur: gr̄a ⁊ benignitate dn̄i noſtri Jeſu chriſti ꝑ quem / ⁊ cum quo patri gloria ſimul / ⁊ ſpirituiſancto ī ſecula ſeculoꝝ Amē.

Homelia. LII. Ex capitulo. VIII.

v **Enerūt ergo miniſtri: ad pōtifices ⁊ phariſeos: ⁊ dixerūt eis illi: Quare non adduxiſtis eū? Reſpōderunt miniſtri: Nunq̄ ſic locut⁹ eſt homo: ſicut hic loquit̄.**

Nihil veritate clarius / nihil ſimplicius: niſi maligni eſſe velimus. Queādmodū nihil malignis obſcurius / nihil verſuti⁹. Ecce vt phariſei ⁊ ſcribe: qui ſapiētia preſtare videbant̄: qui cū chriſto ſemꝑ verſabantur: vt ei inſidiarent̄: licet miracula viderint / et ſcripturas legerint: nō modo nihil vtilitatis: ſ3 dāni plurimū acceperunt: miniſtri autē / ⁊ ſi nullā eiuſmodi materiā haberēt: vno tm̄ ſermone ꝑſuaſi ſunt: et q̄ ad xp̄m capiendū ierant: eius admiratiōe capti redierūt. Neq3 eoꝝ tāta ſapiētia admirāda eſt / ꝙ ſignis nō eguerunt: ſed ꝙ ſola doctrina crediderunt. Non em̄ dixerūt neminē vnq̄ ita miracula feciſſe: ſed neminē vnq̄ ſic locutum. Nec ſapiētia tm̄: ſed ⁊ audientia admirāda. Siquidē his qui ſe miſerant / ita loquunt̄ / phariſeis videlicet: qui oīa faciebāt / ⁊ conabant̄: vt caperet̄. [Venerūt inquit miniſtri ad pontifices / ⁊ phariſeos / ⁊ dixerunt eis illi: Quare nō adduxiſtis eum?] Et autē venerint / lōge magis fuit q̄ ſi apud chriſtum remanſerint. Sic enim liberati fuiſſent eorum moleſtia: nunc precones fiunt ſapientie chriſti: ⁊ maiorē pre ſe ferunt animū: neq3 excuſant ſe propter turbā non potuiſſe: que eum tanq̄ prophetam ſequunt̄: ſed [nunq̄ ſic locut⁹ ē homo:] potuiſſent ſane ita ſe excuſare: ſed animi oſtendūt rectitudinem. Neq3 tm̄ ſe illum admirari / q̄ qui ſe miſerant ad eum ligandum: quem audire debuiſſent / accuſari viſi ſunt. At qui breuem chriſti audierunt orationem. Tanti enim veritas eſt: vt incorrupto animo longis ſermonibus minime opus ſit. Quid ad hoc phariſei? Cum compungi / et mutare ſententiam oportuiſſet contra faciunt: inuicem eos accuſant / dicentes: [Nunquid et vos ſeducti eſtis?] Adhuc eis blandiuntur: neq3 in eos grauius inuehuntur: veriti ne tandem diſcederēt: tm̄ indignationem pre ſe / ⁊ leuitatem ferunt. Sed interrogādum erat quid admiratione dignū loqueretur / quo caperunt: quippe qui ſine dubio ſe captū iri intelligebāt. Perq̄ſtulta autem coniectura / dicūt: [Nunquid aliquis ex principib⁹ credidit in eū.] Ita chriſtū accuſatis: ⁊ nō incredulos. [Sed turba hec que non nouit legē maledicti ſunt.] Hoc em̄ magis vos accuſat / ꝙ turba credit: vos ꝟo minime. Eteni illi cognoſcentiū legē opera faciebāt. Quō ergo nōne maledicti: qui nō ſeruabant legē / ⁊ nō illi qui legem ſeruabant. Oportebat aūt nō ab incredulis q̄ non credebant̄ / accuſare. Neq3 em̄ rectus hic modus. Nā et vos nō crediſtiſ deo / vt Paulus inquit: Quid em̄ ſi nō crediderūt quidā? Nunquid incredulitas eorū fidem dei euacuabit? Abſit: eteni ꝓphete ſemꝑ eos accuſant / dicentes: Audite p̄ncipes ſodomorū. Et principes tui nō credunt. Et iteꝝ: Non veſtrum eſt noſſe iudiciū. Et vbiq3 vehementi⁹ accuſant̄. Et quid chriſtū ꝓterea quiſpiā accuſaret? Abſit: Illorum em̄ hoc crimen. Et autē aliud eſſe poſſet argumentū ꝙ legem nō cognoſcatis: q̄ ꝙ nō creditis? Cū enim dixiſſent ꝙ nemo principū credebat in eum: ſ3 qui legem ignorabāt merito eos arguit. Nicodem⁹ inquiens: [Nunq̄d lex noſtra iudicat hominē / niſi audierit ab ipſo prius?] Oſtendit aūt eos neq3 ſcire legem: neq3 ſeruare. Nam ſi lex iubet neminē interfici: niſi pri⁹ audiat̄: ipi aūt añ auditā cauſam iudicabant: certe legis tranſgreſſores erāt. Et cū dixiſſent neminē principū crediſſe ī eū: ideo innuit euāgeliſta eum e principū numero fuiſſe / oſtendēs etiā ex principib⁹ crediſſe. Nondū autē palā facere audebāt: erant tñ chriſto familiares. Vide aūt q̄ parce arguit. Non dixit vos aūt vultis eū interficere / et temere: [hominē vt errantem accuſatis.] ſed benignius: vt nimiū eoꝝ temerariū impetum: crudeleq3 ſedaret. Quā ob rem ad legē ſuam vertit orationē / dicens: [Niſi audierit diligēter ⁊ cognouerit q̄d faciat.] Quare nō ſolus ⁊ nudus requirit̄ audit⁹: ſed diligēs: qđ hac particula ſignificat̄: [et cognouerit q̄d faciat.] Quid velit: et q̄re: et cui an tanq̄ hoſtis mores ꝑuertat. Dubitātes ḡ cū dixiſſent neminem principum in eum credere. Neq3 vehementer: neq3 remiſſe ad eum ſe contulerunt / ⁊ quenam hec conſequentia? Dic queſo dicente illo: Lex noſtra non iudicat quenq̄: vt reſpondeat. [Nūquid tu galileus es?] Oſtendēdum nāq3 erat nō ab re pro eo miſiſſe: vel ſi aſperi⁹: minime ei eēt reſpōdēdū. [ſcrutare / et vide q2 a galilea ꝓpheta nō ſurgit.] q̄d em̄ dixit hō? Et ꝓpheta ē: imo ꝙ nō iudicat⁹: nō eſſet morti tradēdus: illi ꝟo ꝯtumelioſe tāq̄ inſcio ſcp̄turaꝝ reſpōdet Ac ſi dicerēt acquieſce nobis ⁊ diſce / h̄ em̄ innuūt / dicentes: [Scrutare ⁊ vide.] Quid chriſt⁹: cū multifariā de galilea ⁊ ꝓpheta locuti eſſent vt hanc alienā tolleret ſuſpitionē / ꝙ vn⁹ ꝓphetaꝝ ⁊ non mundi dn̄s putaret̄. [Ego inquit ſum lux mūdi / nō galilee / nō paleſtine / nō iudee. Quid iudei? Tu d̄ teipſo teſtimoniū ꝑhibes: teſtimoniū tuū nō ē veꝝ? [O inſaniā ſcp̄turas vbiq3 adducit / ⁊ dicūt: Tu de teipſo teſtimoniū ꝑhibes. ꝙ aūt ꝑhibuit teſtimoniū. [Ego



ſum lux mundi] Magnū dictu / ⁊ vere magnū: ſed nō nimiū ipſi admirati ſunt. Quoniā nō ſe patri eq̄parauit: neq3 ſe eius filiū dixit: neq3 deū: ſed lucem: reprehēdere tamē voluerūt: nam maius hoc erat q̄ dicere [Qui ſequitur me nō ambulat in tenebris] Lucem ⁊ tenebras intellectu perceptibiles dicit: h̄ eſt non manet in errore. Ubi ⁊ Nicodemū allicit / vt valde promptū / ⁊ fidentē / ⁊ miniſtros laudat: qui id fecerint: hoc em̄ clamare ſignificat: ⁊ eos ad audiendum ꝯfirmare vult ſimul: ⁊ eos dolos ſtruere: ⁊ in tenebris ⁊ errore verſari: neq3 lucē attingere: oſtēdit. Nicodemo ꝓterea in memoriā reducit: q̄ ante dixerat [Omnis qui male operatur odit lucem: ⁊ non vadit ad lucē: ne opera eius appareāt.] Cū em̄ neminē ex principib⁹ in eū credere dicerent: ideo inquit: Qui male operat̄ in lucē nō prodire: nō ex lucis defectu: ſed mētis vitio. Reſpōderūt ei: [Tu de teipſo teſtimoniū ꝑhibes.] Ad quod ille: [Et ſi ego teſtimoniū perhibeo de meipſo: teſtimoniū meū verum eſt: quia ſcio vnde veni / ⁊ quo vado. Vos aūt neſcitis vnde venio / aut quo vado] quod iam dixi: hoc iudei tanq̄ iam dictū proponūt: qđ chriſtus arguit: ſed id dixiſſe aſſeuerat propter eoꝝ ſuſpitionē: qui puꝝ eum hominē ſuſpicabātur. Ex deo ſum (inquit) ⁊ deus ⁊ dei filius: deus autem ſibijpſi idoneus teſtis: vos autē neſcitis / ⁊ ſpōte veſtra mali eſtiſ ⁊ videntes diſſimulatis: ⁊ omnia ſ̄m humanā ſententiā loquimini: neq3 quicq̄ amplius q̄ qđ apparet / intelligere vultis. Vos ſ̄m carnem iudicatis: quemadmodū ſ̄m carnē viuere / male viuere eſt: ita ⁊ ſ̄m carnem iudicare. [Ego nō iudico quemq̄: ⁊ ſi iudico iudiciū meū verū eſt] Hoc eſt iniuſte iudicatis / ⁊ ſi iniuſte iudicamus inquiūt: quid nos nō arguis? quid nō condemnas? Quia non veni ad hoc / ideo dicit ſe neminē iudicare: ⁊ ſi iudicet verū eſſe iudiciū ſuū. Nā ſi vellem ex dānatoꝝ numero eſſetis: hoc autem nō ꝙ iudicē dico: neq3 ideo non iudico / ꝙ non fidā. Nam ſi iudicarē: vos ſane cōuincerē ꝙ iuſte iudicarem: ſed nūc iudicij tempus nō eſt. Significat futurū iudiciū: quia ſolus nō ſum: ſed ego et q̄ miſit me pater: vbi innuit / nō ſolum ſe iudicare: ſed etiā patrem: qđ obtexit in teſtimoniū eius inducens [In lege autē veſtra ſcriptū eſt: Quia duoꝝ hominum teſtimoniū verū eſt] Quid hoc in loco heretici dicerēt? Quid chriſtus hominib⁹ preſtaret: ſi h̄ ſimpliciter acciperem⁹? In homib⁹ em̄ ita inſtitutū eſt quoniā nemo per ſe fidedignus eſt: in deo aūt quomodo hoc eſſet cōſentaneū? Quō ergo hec particula intelligēda eſt? Nūquid quoniā duo: an q̄m homines: ꝓterea duo. Nā ſi q̄m duo ſunt: qua gr̄a non cōfugit ad Joānē. Nō eni dixit teſtimoniū ꝑhibeo ego de meipſo / ⁊ de me Joānes: cur non ad angelū cur nō ad ꝓphetas. Inueniſſet eni ⁊ alia innumera teſtimonia: ſed noluit hoc tm̄ ſignificare nō ꝙ duo: ſed ꝙ eiuſdē ſubſtātie. Dicūt ei quis eſt pater tuus? Reſpondit ieſus [Neq3 me ſcitis: neq3 p̄rem meū] Cū em̄ ſciētes tāq3 inſcij: ⁊ vt eū tētarent: ꝑcōtarent̄ indignos / quib⁹ reſpōderet̄ arbitrat⁹ eſt. Propterea iā oīa apti⁹ ⁊ audētius loquit̄ / q̄ppe q̄ a ſignis / ⁊ ſeq̄ntiū ſe doctrina accipiebat teſtimoniū: ⁊ q̄a iā crux appropinquabat. Noui inq̄t vñ venio qđ non nimiū eos offendit: ꝙ aūt addidit: [Et quo ego vado] magis eos perterruit: ac ſi nō eēt in morte permanſurus. Sed cur nō dixit ſe ſcire deū eſſe: ſed vñ veniret? Quia ſemꝑ hūilia magnis admiſcet: eaq3 viciſſim cohibet. Nā cū dixiſſet [Ego teſtimoniū ꝑhibeo de meipſo] idq3 oſtēdiſſ3 / ad humiliora deſcēdit q̄ſi diceret: Scio a q̄ miſſus ſum: ⁊ ad quē vado. Quib⁹ ꝟbis nihil habebāt: ꝙ ꝯtradicerēt: nihil em̄ falſi locut⁹ ſum (inq̄t) cū inde venerim: ⁊ illuc ad veꝝ deū vadā: quē vos neſcitis: ideo ſ̄m carnem iudicatis. Nā ſi poſt tot argum̄ta / ⁊ ſigna: adhuc veꝝ nō eſſe dicitis ⁊ Moyſen de alijs / ⁊ de ſe teſtantē fidedignū iudicatis: chriſtū ꝟo minime: hoc eſt ſ̄m carnē: iudicare [Ego nō iudico quēq̄] At qui etiā patrem / neminē iudicare teſtat̄: quō hic dicit [Et ſi iudico ego / iudiciū meū verū eſt: quia nō ſum ſolus?] Iterū ad illoꝝ loquit̄ ſuſpitionē: hoc eſt: iudiciū meum patris eſt: neq3 aliter q̄ ego / pater iudicat: neq3 aliter ego / q̄ pater. Sed qua nam gratia p̄ris meminit? Quia nō dignū filiū cui crederet̄ arbitrabātur: niſi patris p̄occupaſſet teſtemoniū. Alit̄ nō ſtaret ſentētia. In hoib⁹ em̄ cū ſuꝑ alieno negocio duo teſtificant̄: tūc teſtimoniū eſt verū: hoc eni eſt duos teſtimonium perhibere: ſed hic nō ſunt duo. Vides nulla alia ratiōe hoc dictū q̄ vt p̄ri cōſubſtantialis: ⁊ alterius nō egere teſtimonio: ⁊ nulla alia ex parte patri inferior oſtendat̄. Animaduerte preterea quāta cum auctoritate loquitur: [Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo: ⁊ teſtimoniū perhibet de me / qui miſit me pater] Et ſi ſubſtātia minor eſſet: non ſane dixiſſet: Nūc autē ne numeri gratia id poſitum arbitreris: nihilo inferiorē poteſtatē intueri. Teſtimoniū perhibet homo cum fidedignus eſt: nō cum teſtimonio indiget: ⁊ hoc in re aliena: ī propria autē ab alio accipit: ipſi in re ſua nō creditur: hic autem cōtra / in ſuo em̄ negocio teſtimoniū perhibens ⁊ alio ſe / habere aſſerēs / dignū ſe fide dicit / vndiq3 ſuā ꝓponens auctoritatē: ſed qua gratia: cum dixit: [Non ſum ſolus: ſed ego ⁊ qui miſit me pater ⁊ duorū hominū teſtimoniū eſt veꝝ: addidit: [Ego ſum qui teſtimoniū perhibeo de meipſo] vt ſcilicet quāte eſſet auctoritatis oſtēderet: ⁊ primū quidē ſeipm̄ poſuit: vt equalitatē indicaret: ⁊ nihil eos adepturos: qui ſe patrē ſcire: ip̄m aūt neſcire dicerēt: ⁊ hāc cauſam dicit / ꝙ ip̄m cognoſcere nō velint. Ait enim impoſſibile ſine ſui cognitiōe quempiā noſſe patrem vt hoc ſaltē pacto ad ſe cognoſcendū eos alliciat: ipo enim cōtempto patrē ſemper querebāt / quare inq̄t: [Non poteſtis noſſe patrē ſine me.] Itaq3 qui filio maledicūt: nō ipſi tm̄: ſed ⁊ patri maledicunt. Hec nos caueam⁹ ⁊ glorificem⁹ filiū: q̄ppe qui niſi eiuſdē eſſet nature: non ita dixiſſet: Et ſi tm̄ admonuit: alterius aūt nō erat ſubſtātie: poterat etiā ignorās patrē cognoſcere: neq3 fuiſſet omnino cognoſcere: ſi patrem noſſet. Neq3 em̄ qui hominē nouit: nouit ⁊ angelū: imo inquit: Eteni qui creaturā nouit: nouit ⁊ deū? minime: multi enim: vl' potius om̄es hoies creaturā norūt: norūt ſane: ⁊ deū ignorāt. Glorificemus ergo dei filiū / nō oris tantū gloria: ſed operib⁹ ſine quibus ea nihil proficit. Vide: tu inquit iude⁹ cognominaris: ⁊ requieſcis in lege: ⁊ gloriaris ī deo: qui ergo aliū doces / teipſum nō doces: qui in lege gloriaris: ꝑ preuaricationē legis deū inhonoras: vide ne q̄n ⁊ nos in rectitudine fidei gloriantes: nō exhibēdo vitam fidei cōuenientē: deū inhonorem⁹: mendacē eū faciētes. Eteni orbis terraꝝ magiſtꝝ: fermētū lucē ſalē: vult eē chriſtianū. Quid ſignificat

lux: vite claritatẽ: nihil obſcuritatis in ſe continen/
tem: nõ lux ſibiipſi vtilis eſt: neqꝫ ſal: nec fermentũ
ſed in alios cõfert vtilitatẽ: ita nobis nõ noſtra tan
tũ vtilitas: ſed alioꝝ exigitur: ſal niſi ſalſum reddat
nõ ſal: ſed aliud eſſe deprehẽdit᷑. Nam ſi ipſi beneſe
cerim⁹: aliis erim⁹ benefaciẽdi exemplũ. Quouſqꝫ
a bonis operib⁹ deſiſtemus: nihil aliis cõferre pote
rimus: nihil fatuũ apud nos: nihil molle ſit: ⁊ ſolu
tũ: qualia mũdi opera ſunt/ ⁊ cure ſeculares. Pro
pterea virgines fatue ſunt appellate: quoniã circa
fatuas mũdi curas vacabãt: hic ꝯgregãtes/ vbi mi
nime eſt reponendum. Uerendũ ſane ne id nobis ac
cidat: ne ſordidis veſtib⁹ eo accedam⁹: vbi mũdas ⁊
nitidas oẽs induti ſunt. Nihil eni peccato ſordidi⁹
nihil imundi⁹: cuius naturã ꝓpheta interpretatus
clamabat: Putruerunt/ ⁊ corrupte ſunt cicatrices
mee. Et ſi peccati placet cognoſcere turpitudinẽ: cõ
miſſum cõſidera: cũ liber nõ amplius ei⁹ perturba
ris affectu: tũc id cognoſces. Cõſidera irã cũ ſedata
eſt. Auaritiã cũ ea nõ afficeris intelliges profecto:
nihil turpi⁹/ nihil ſceleſtius rapina/ ⁊ auaritia. Idõ
frequẽter repetimus: non vt vos perturbemus: ſed
vt maiorem imodũ proſimus. Nã qui vna nõ cor
rigitur admonitiõe/ corrigetur fortaſſe altera/ ⁊ quẽ
altera preterit: nõ preteribit tertia. Utinã autẽ omes
omnib⁹ malis liberi: chriſti ſuauitatẽ deguſtemus
cu glia cũ pr̃e ſimul/ ⁊ ſpũſctõ in ſcl̃a ſcl̃oꝝ Am̃.

Homelia. LIII. Ex capitulo. VIII.

b **Ec verba locutus eſt Jeſus in gazophilatio docẽs in tẽplo: et nemo apprehendit eũ quia non venerat hora eius.**

O iudaicã dementiã: ante paſcha Jeſum q̃rebãt:
⁊ in medio inuentũ/ conati eũ/ ⁊ per ſe/ ⁊ per mini
ſtros fruſtra cõprehendere: nõ tamẽ eius virtutẽ ite
rũ formidarũt: ſed in malitia perſiſtebãt. Et autẽ id
ſemp tẽtarẽt/ inquit: [Hec locutus eſt Jeſus in ga
zophilatio docẽs in tẽplo: ⁊ nemo apprehẽdit eũ.]
In templo loquebat᷑: more magiſtri: qđ magis eos
mouere debuiſſet: ⁊ eos: qui ipſum reprehendebant
⁊ calũniabant᷑: ꝙ ſe patri equalẽ faceret. Illud em̃
duoꝝ hominũ teſtimoniũ verum eſt/ hoc ſignificat.
Uerũtamẽ hec inquit: [Locutus eſt in templo tãq̃
magiſter: ⁊ nemo app̃hendit eũ: quia nondũ vene
rat hora eius] hoc eſt paſſiõis tẽpus. Quã ob rem
cum paſſus eſt: nõ eoꝝ poteſtati: ſed diuine diſpen
ſationi aſcribendũ eſt: ipſi em̃ iãpridẽ voluiſſent: nõ
tamẽ potuerũt: neqꝫ tũc potuiſſent: niſi ipſe permi
ſiſſet. Iterũ igit᷑ inquit ad eos ieſus: [Ego vado ⁊
queritis me] Cur hoc freq̃nter repetit? Ut eoꝝ ani
mos cõmoueat/ atqꝫ perterreat. Cõſidera quãtum
hoc terroris incutiat: cũ em̃ vellẽt interficere: q̃runt
tamẽ quo vadat: tantã de eo opinionẽ cõceperant.
Aliud itẽ docere eos intẽdit: nõ in eorũ eſſe poteſta
te: ſed iampridẽ prefiguratũ dicit: ⁊ reſurrectionem
iam his ſermõib⁹ deſcripſit. [Dixerũt ergo/ nunq̃d
interficiet ſemetipſum] Quã mox tollit ſuſpitionẽ.
[Uos inq̃t deorſum eſtis: ego deſupius ſum] Hoc
eſt: haud mirũ ſi vos carnales homines hec: ⁊ nihil
ſpiritale ſuſpicemini/ ego tamẽ talia nõ faciã [Uos
deorſum eſtis: ego deſuperi⁹ ſum. Uos de mũdo
hoc eſtis] Iterũ mundanas ⁊ carnales eorũ aperit
ſentẽtias. Unde cõſtat illã particulã [Ego nõ ſum
de mũdo hoc] Nõ ideo dictã ꝙ carnẽ nõ acceperit:
ſed ꝙ lõge ab eoꝝ abeſſet malitia. Etenim diſcipu
los de mũdo nõ eſſe dixit: habebant tamẽ carnem.
Quemadmodũ igit᷑ Paulus/ dicendo: Non eſtis
in carne: nõ ſine corpore eſſe intelligit: ſic diſcipulos
non eſſe de mũdo: nihil aliud q̃ eoꝝ ſapientiã teſta
tur. [Dixi ergo vobis: quia ſi nõ creditis/ quia ego
ſum/ moriemini in peccatis veſtris] Si em̃ ꝓpterea
venit/ vt tolleret peccata mũdi: neqꝫ aliter tolli po
terant: niſi per lauacrũ: neceſſariũ erat eũ: q̃ nõ cre
deret: cum vetere homine eſſe morituꝝ. Qui eni nõ
vult ſeipſum mortificare per fidẽ/ ⁊ ſepelire/ morti
ficabitur in eo: ⁊ migrabit/ priorũ peccatorũ penas
daturus. Propterea dicebat: Qui nõ credit iã iu
dicatus eſt: non ſolũ/ quia nõ credit: ſed quia in pec
catis morit᷑ [Dicebãt ergo ei: tu quis es] O demẽ
tiam: poſt tantũ tẽporis tot miracula/ ⁊ tantam do
ctrinã: quis ſit interrogãt. Quib⁹ chriſtus: [Prin
cipiũ qui ⁊ vobis loquor] Hoc eſt: ſane indigni eſtiſ
qui ſermões meos audiatis/ ⁊ qui ſim intelligatiſ.
Uos vt me tentetis ſemper loq̃mini: mihi aũt non
attenditis/ ⁊ in omnibus vos reprehẽdere nũc nõ
poſſum hoc em̃ ſignificat [Multa habeo de vobis
loqui/ ⁊ iudicare] nõ tantũ reprehẽdere ſed punire:
[ſed qui miſit me] hoc eſt pater: non vult hoc. Non
enim veni iudicare mundũ: ſed ſaluũ facere. Nõ em̃
miſit deus filiũ ſuũ/ vt iudicet mundũ inquit: ſꝫ vt
ſaluũ faciat. Si ergo ad h̃ me miſit: ⁊ ille verax eſt:
merito neminẽ ego in preſentiarũ iudico: ſed ad ſalu
tem loquor: nõ ad reprehenſionẽ. Hec autem dicit:
ne metu deſiſtere: neue eorũ mẽtes introſpicere nõ
putaret᷑. Illi autẽ de patre ſermonẽ haberi nõ intel
lexerũt. O dementiã: nõ deſiſtit de eo verba facere:
neqꝫ aduerterunt. Preterea cũ poſt multa ſigna/ ⁊
doctrinas nihil eis perſuaſiſſet: iã đ cruce ſermonẽ
aggredit᷑ [Cũ exaltaueritis filiũ hominis: tũc ma
xime quia ego ſum ſcietis [⁊ per ſigna/ ⁊ reſurrectio
nẽ/ ⁊ captiuitatẽ: que om̃ia ſufficiẽtia erãt eius vir
tutem demõſtrare. Cũ videbitis (inquit) me nihil ꝑ
mortẽ paſſuꝝ: tũc ſcietis q̃a ego ſum: videlicet chri
ſtus ⁊ filius dei: ⁊ qui cũcta ⁊ fero ⁊ duco: ⁊ nõ ſum
ꝯtrari⁹ illi. Iccirco addit: [Et a meipſo nõ loquor]
Si quidẽ vtrũqꝫ cognoſcetis ⁊ virtutẽ meã: ⁊ cum
patre cõſenſum. Hec enim particula [a meipſo nõ
loquor] indiſcretã cũ patre ſubſtantiã: ⁊ nihil cõtra
paternã voluntatẽ ſe loqui oſtendit. Cũ em̃ a cultu
excidetis: neqꝫ vobis ſolita ſacrificia permittent᷑ tũc
diuinã in vos indignationẽ/ vltionẽqꝫ (quia me nõ
audiſtis) intelligetis. Quaſi dicat ſi mihi alienus
eſſet ⁊ cõtrarius: adhuc cõtra vos indignaret᷑. Hoc
⁊ Eſaias inquit: Dabit impios pro ſepultura eius.
Et Dauid: Tũc loquet᷑ ad eos ĩ ira ſua. Et ipſe: Ec
ce relinquet᷑ dom⁹ v̄ra deſerta. Et parabola: Quid
faciet agricolis dñs vinee illius? Malos male per
det. Uides vbiqꝫ ꝓpter eoꝝ incredulitatẽ ſic loqui:
Et ſi ipſe eos perdet: quẽadmodũ perdet? Auferte
(inquit) qui me ſic regnare nolũt/ ⁊ interficite. Cur
nõ ſuũ id opus: ſed pr̃is dicit: Quia tũ ad eoꝝ reſpi
cit imbecillitatẽ: tum patrẽ ſuũ reueret᷑: ꝓpterea nõ
dixit Relinquã domũ v̄ram deſtã: ſꝫ relinq̃tur: nõ
addita ꝑſona. Dicẽdo ei: Quotiẽs volui cõgregare
filios veſtros/ ⁊ noluiſtis/ inde addendo: relinque
tur: ſe deſolatuꝝ eã oſtẽdit: h̃ eſt cũ obſequiis ⁊ bñfi



ciis cognoſcere me noluiſtis: ſuppliciis cognoſcetis
q̃ ſum. [Et pater mecũ eſt] Et ne hoc verbo [qui mi
ſit me] minor patre exiſtimaretur: ſecum eſſe dicit:
aliud em̃ diſpẽſatiõis eſt: aliud diuinitatis. [Et nõ
reliquit me ſolũ: quia ego que placita ei ſũt/ facio.]
Rurſus ad humiliora deſcẽdit: ad illud frequenter
inſtãs ꝙ dicebãt ex deo nõ eſſe: neqꝫ ſabbatũ ſerua
re: ideo inquit: [Que placita ei ſunt facio] Indicãs
ſabbati ſolutionẽ p̃ter eius nõ eſſe volũtatẽ: Ita ⁊ in
paſſione: An putas quia nõ poſſum rogare patrem
meũ. At qui dicẽdo ſolũ: quem queritis reiecit eos
retrorſum. Qua ergo gratia nõ dicit: nõ putatis ꝙ
poſſum eos perdere: cũ id re ipſa oſtẽderit? Ad eorũ
deſcẽdit imbecillitatẽ: id em̃ maiorẽ in modũ anni
ſus eſt: vt minime patri cõtrariũ ſe oſtẽderet: ita hoc
in loco humani⁹ loquit᷑: ⁊ vt dixi [Nõ reliquit me
ſolũ [ita ⁊ [que placita ei ſunt/ facio ſemꝑ.] Hec illo
loquente multi crediderũt in eũ] Cũ em̃ ad humili
ora deſcẽdit: multi ad credendũ adducũtur: ⁊ tu ad
huc interrogas qua gratia humiliter loquat᷑: cum
euãgeliſta aperte his verbis demõſtret: tãtũ nõ cla
mans. Noli perturbari: cũ ad hãc v̄boꝝ humilita
tem eũ deſcendere audis. Siquidẽ qui ſuperna illa
doctrina non ſunt ꝑſuaſi: ꝙ ſi a pr̃e ſit: merito humi
lia audierũt/ quib⁹ crederent/ ⁊ hac rõne poſtmodũ
etiã hmõi vſus eſt verbis. Crediderũt ergo: non tñ
vt oportuit: ſꝫ quodãmodo: cũ intelligerẽt/ ⁊ acqui
eſcerent ſermonis eius humilitati: ꝙ em̃ perfectam
fidẽ nõ haberẽt/ ex ſequẽtib⁹ euãgeliſta ſignificat: cũ
rurſus ei maledicũt: ⁊ ꝙ hi iidẽ ſint ex ſequẽtib⁹ con
ſtat [Dicebat ergo Jeſus ad eos q̃ crediderunt ei ex
iudeis. Si vos manſeritis in ſermone meo] Hinc
em̃ perſpicuũ eſt: nõdũ doctrine inherere: ſed tm̃ ver
bis vacare: quare vehemẽtius locutus eſt/ illic ſim
pliciter [Queretis me] nunc maius quiddã addit:
[In peccatis veſtris moriemini] Ideo ſcilicet ꝙ il
luc migrãtes: me ampli⁹ rogare nõ poteſtiſ hec que
loquor in mũdo: hinc ſe ad gẽtes exituꝝ oſtẽdit. Cũ
nõ cognouerint ꝙ de patre ad eos locutus eſſet: rur
ſum ad ſe redit: ⁊ humilitatis verboꝝ cauſam affert
euãgeliſta. Hoc igitur pacto/ ſi ſcripturas diligen
ter ſcrutari voluerim⁹: ſalutẽ aſſequi poterim⁹: ſi pe
nitus in eis verſabimur: ⁊ doctrinã rectã ⁊ vitã eru
diemur. Et licet durus ſit quiſpiã ⁊ aſper ⁊ imitis:
licet ſuperiori tempore nihil ꝓfecerit: nũc ſaltẽ ꝓfici
et: ⁊ aliquã (⁊ ſi nõ ſtatim ſentiat) vtilitatẽ/ accipiet.
Nam ſi vnguẽtario quiſpiã/ aut vnguẽtarie taber
ne aſſideat: etiã inuit⁹ illũ accipit odorẽ: lõge magis
q̃ eccleſiã frequẽtat: vt em̃ ex deſidia: negligẽtia: ita
ex oꝑatione alacritas orit᷑. Quamuis inumeris vi
tiis ſis obnoxi⁹: q̃uis imũdus: noli eccleſie vitare
cõſuetudinẽ. Quid ergo ſi audita nõ facio? Nõ pa
rũ cõſequeris: ſi te miſeꝝ intelligis. Nõ inutilis h̃
metus: neqꝫ intempeſtiua formido (modo ingemi
ſcas) ꝙ audita nõ facias: ſine dubio: aliquãdo bene
facere incipies. Nõ em̃ fieri poteſt/ vt qui deũ ⁊ au
diat/ ⁊ alloquat᷑: nõ aſſequat᷑ vtilitatẽ. Statim em̃
cohibemur: manus lauamus/ cũ librũ accipimus.
Uides quãta añ lectionẽ reuerẽtia moueamur. Et
ſi diligẽter accedam⁹ magna inde ꝓueniet vtilitas
Nõ em̃ niſi reuerẽs anima manus lauerit. Et vxor
ſi detectũ caput habuerit: q̃primũ tegit iterioris re
uerentie preferens indiciũ: vir autẽ tectũ caput de
teget. Uides quo pacto interiores affectus exterior
habitus indicat? Preterea qui diuine cõtionis au
ditor ſedet: ſepe ingemit/ ſepe vitã ſuã/ ⁊ mores re
prehendit. Uacemus ergo ſcripturis dilectiſſimi: ⁊
ſaltem euangeliis: ea frequẽter pertractemus. Ap
to nãqꝫ libro: e veſtigio chriſti nomẽ occurret: ⁊ eius
audiẽs generationẽ/ recordaberis matris Marie q̃
a Joſeph inuẽta eſt in vtero habẽs ex ſpirituſancto
qui autẽ hec audierit: q̃primũ miro virginitatis a
more flagrabit: partũ admirabit᷑: terrena ꝯtemnet.
Neqꝫ paruũ putãdũ eſt: dignatã ſpirituſancto vir
ginem: ⁊ ab angelo annũciatã/ ⁊ hec quidẽ in ſuper
ficie. Et ſi diligenter omnia perſcrutaberis: e veſti
gio cuncta contẽnis ſecularia/ ridebiſqꝫ. Si diues
fueris: nihil diuitias duxeris: cum intelligas fa
bro nuptam: in humili domo/ ⁊ fortuna: matrẽ do
mini factam eſſe. Si pauper nõ erubeſcis: cum vilif
ſimã domũ mundi auctor nõ aſpernatus eſt: hoc ꝑ
ſuaſus/ nõ rapina/ nõ cupiditate fereris: nõ ꝓximi
rem capies: ſed potius paupertatẽ amplexaberiſ: di
uitias negliges: hac ratiõe omnẽ propulſabis ma
litiam: ad hec cũ videris ieſum in preſepio iacentem
abiicies omnẽ curã ornandi filiũ tuũ auro/ aut ar
gento lectũ excolendi: abiicies ſane omnẽ cupiditatẽ
multa cõſequeris: que particulatim in preſentia di
ci nõ vacat: ſcient aũt qui experientur. Quã ob rem
hortor/ vt lectioni vacetis: ſenſus imbibatis/ eoſqꝫ
veſtris inſcribatis mẽtib⁹: quod cũ iudei neglexerũt
libros manib⁹ ferre iubebant. Nos vero non ma
nibus: ſed domi habeam⁹: imo cordib⁹/ vt oportet
inſcribamus: hoc em̃ pacto abſterſis preſentis vite
ſordib⁹: futura bona cõſequemur: gratia/ ⁊ benigni
tate domini noſtri Jeſu chriſti/ per quem/ ⁊ cũ quo
patri gloria ſimul/ ⁊ ſpirituiſancto in ſecula ſeculo
rum Amen.

Homelia. LIII. Ex Capitulo. VIII.

d **Icebat ergo Jeſus ad eos qui crediderũt ei ex iudeis: Si vos mãſeritis in ſermone meo vere diſcipuli mei eritis: et cognoſcetis v̄itatẽ ⁊ v̄itas liberabit vos**

Multa nobis patientia op⁹ eſt dilectiſſimi: quã
tunc profecto cõſequemur: cum ſacrarũ litteraꝝ do
ctrina altius in cor radices egerit. Nam quẽadmo
dum querc⁹ altius demiſſis radicibus nullius vẽ
ti viribus ſternitur: ita animã diuino cõfixam timo
re/ nullus tentationũ ventus euellet. Icirco inq̃t
propheta: Confige timore tuo carnes meas: ita et
tu ꝯfigere quaſi clauo quodã/ ⁊ adhereas: vt enim
hi difficulter: ita aliter affecti: facile decipiũtur: ⁊ in
labem procidunt: ſicut cõtigit iudeis: licet enim au
dierint/ crediderintqꝫ: rurſus ad deteriora prolapſi
ſunt. Quam ob rẽ chriſtus vt eos in fide quãq̃ par
uam haberent/ ꝯfirmaret: aſperius eos tangit. Eſt
credentiũ facile reprehẽſiones tolerare: ipſi autem
q̃primũ excanduerũt. Primũ ergo Jeſus eos ad
monet: [Si vos permanſeritis in ſermone meo: ve
re diſcipuli mei eritis: ⁊ cognoſcetis veritatẽ: ⁊ veri
tas liberabit vos.] Tm̃ nõ dicẽs: Sũ alti⁹ iaſur⁹:
ſꝫ nolite agitari. Ul' poti⁹ his v̄bis eoꝝ ſedat ſupbiã
A q̃ aũt liberabit? dic q̃ſo: A peccatiſ. Quid temera
rii illi [Semẽ Abrae ſumus/ ⁊ nemini ſeruiuimus

vnq̄] Statim defecerūt quoniā terrenis inhiabāt. Si nō māſeritis in ſermōe meo: indicat cordis eoꝝ cogitatiōes: q̄ crediderūt quidē: nō autē permanſerūt / ⁊ magnū quiddā: eos videlicet futuros ſibi diſcipulos annūciat. Cū em̄ nōnulli ante diſceſſiſſent eos notat / inquiēs: Sed ſi māſeritis: nā ⁊ illi audierant / crediderāt / diſceſſerāt: quoniā nō permāſerūt. Multi em̄ diſcipuloꝝ eius abierūt retro: ⁊ iam nō cū illo ambulabant [Cognoſcetis em̄ veritatē] hoc eſt me [Ego em̄ ſum veritas [Judaica em̄ dogmata omnia figura erāt [Ueritatē a me intelligetis: q̄ vos a peccatis liberabit] Quēadmodū em̄ illis dixit: In peccatis veſtris moriemini: ita his liberabit vos. Et nō dixit vēdicādo vos a ſeruitute: ſed hoc eis cogitandū reliquit. Illi autē [Semen Abrae ſumus: ⁊ nemini ſeruiuim⁹ vnq̄] At qui ſi indignandum fuiſſet: tolerabilius potuiſſent / cū dixit: [Cognoſcetis veritatē] dicēdoq̄: Nūquid eā neſcimus? lex igit̄ ⁊ cognitio noſtra falſa eſt: ſ; de ſecularib⁹ indignātur: ⁊ mūdi verent̄ ſuitutē. Sūt ⁊ hac etate: ſunt inquā: qui in reb⁹ nō ꝓpriis / ⁊ mundi ſeruitute erubeſcūt: peccati ſeruitiū nil verent̄ / ⁊ optarēt huic poti⁹ obnoxii freq̄nter appellari: q̄ illi ſemel: tales illi erāt: ⁊ aliud ſeruitiū ignorabāt / dicentes: Seruos appellas / qui ex ſemine Abrae ſunt: qui generoſi: qui ſerui minime ſunt appellādi [Nunq̄ ſeruiuimus.] Hmōi iudeoꝝ iactatiōes [Semē Abrae ſumus] Iſraelite ſumus. Nunq̄ ꝓpria merita memorāt. Ideo in eos clamat Joānes: Nolite putare dicere patrē habem⁹ Abraā. Sed q̄re nō repbēdit eos xp̄s. Si q̄dē ſepe ſuierāt ⁊ egyptiis ⁊ babiloniis ⁊ aliis multis quoniā nolebat cū his cōtēdere: niſi ad ſalutē tm̄ / ⁊ beneficiū ad quod tm̄ ꝓperabat. Potuiſſet nāq̄ in mediū eorū quadraginta: inde. lxx. inde ſub iudicib⁹: nūc viginti: nūc duoꝝ: nūc ſeptē annoꝝ afferre ſeruitutē. Preterea q̄ nūq̄ ſerui eſſe deſierint: ſed eos nō hominū ſeruos oſtendere voluit: ſed peccati que ſeruitus eſt grauiſſima: a qua ſolus deus liberare poteſt. Dimittēdi em̄ peccatū poteſtatē nemo habet preter deū: qd ⁊ ipſi confeſſi ſunt: ideo ad hoc eos adducit / dicitq̄ [Qui facit peccatū: ſeruus eſt peccati [Ut quā ſeruitutē dicat / intelligāt. [Seruus autē nō manet in domo ineternū: filius autē ineternū] Placide per legē ſuperiora tollit: ne his ſe verbis tueantur. Sacrificia habemus / Moyſes mādauit: ille nos liberare poterit. Hac gratia addidit: Quā nā hec cōſequētiam habēt: oēs em̄ peccauerūt / ⁊ egēt gloria dei: iuſtificati gratis gratia ei⁹ / ⁊ ſacerdotes ei⁹. Propterea inquit Paulus de pōtifice: Q̄ debet quēadmodū pro populo / ita pro ſemetipſo offerre pro peccatis: quoniā ⁊ ipſe circundat⁹ ē infirmitate: qd ſignificat dicēdo [Seruus nō manet in domo] Unde ⁊ eq̄litatē ad patrē: ⁊ liberi ⁊ ſerui indicat differentiā: q̄ſi dicat: nō habet poteſtatē ſeruus: qd per id verbum [manet] ſignificat̄. Quid autē cum de peccatis ſermonē hab; dom⁹ meminit: Ut ſe tanq̄ dn̄m dom⁹ ita omniū dn̄m oſtēdat. Ea autē particula [nō manet] hoc eſt nō habet largiēdi poteſtatē: vtpote q̄ nō eſt dn̄s: filius eſt quare manet ineternū ſm ſolitam nobis trāſlationē. Ne diceret tu q̄s es? Mea ſunt omnia ſum em̄ fili⁹ ⁊ in domo patris mei māſiōes mlt̄e ſunt: cū em̄ de libertate / ⁊ ſuitute ſmo ſit merito hac vtit̄ trāſlatiōe: q̄ illi nullā habebāt dimittēdi poteſtatē [Si ergo fili⁹ vos liberauerit] Ecce eādem illi cū patre ſubſtātiā. Si filius inquā vos liberauerit: nemo iam cōtradicet: ſed verā habebitis libertatē. Si de⁹ iuſtificat / quis cōdēnat. Hic ſemūdū a peccato oſtendit: ⁊ noīe tm̄ libertatē ſignificat: quā ⁊ hoīes dāt: illā autē ſolus de⁹: ⁊ per hoc ſuadet eis: ne ꝓpter hāc erubeſcāt ſeruitutē: ſed ꝓpt̄ peccatū quo abiecto nō ſunt amplius ſerui: vel potius ſeruos oſtendit: cū futuros liberos dicit: ſignificat em̄ eā verā nō eſſe libertatē. Inde ne dicerēt peccatū nō habem⁹: nā credibile erat hoc dicturos: cōſidera quo pacto eos accuſat. Omiſſis nāq̄ relique eorū vite criminib⁹: qd in manib⁹ erat / ⁊ qd tūc facere cogitabāt: profert in mediū / ⁊ ait: [Scio quia ſemen Abrae eſtis: ſed queritis me interficere] Placide ⁊ pedetētim ab Abrae cognatiōe eos abſcidit: admonens nō eſſe ꝓpterea ſuperbiendū: vt em̄ libertas ⁊ ſeruitus ex operib⁹: ita ⁊ cognatio iudicat̄: neq̄ continuo reſpōdit non eſſe ex ſemine Abrae homicidas iuſti: ſed primū aſſentitur: [Scio quia ſemē Abrae eſtis] Sed hoc nō eſt quod q̄rimus ⁊ iam aſperius inuehit̄. Eteni eſt vt in plurib⁹ obſeruandū: vt qui magnū aliquid factur⁹ eſt: poſt q̄ fecerit magis ſibi fidat: ac ſi opeꝝ ſuoꝝ teſtimoniū oībus ſilentiū imponat. [Sed q̄ritis me interficere] Quid ſi iuſte? minime. ideo affert cauſam: [Quia ſermo meus nō capit in vobis] Quō ergo inquit in ipm credidiſſe? q̄a mutati erāt / vt dixi: quā ob rē vehemētius eos tetigit. Nā ſi illius cognatiōe gloriamini: etiā ⁊ vitam pre vobis feratis / oportet: et nō dixit: Nō capitis ſermonē: ſed [Sermo me⁹ nō capit in vobis] ad doctrīe magnitudinē ſignificādā: ſed nō ꝓpterea interimendus fuit: ſed poti⁹ honorādus / ⁊ colend⁹: vt diſcerēt. Sed ne dicerēt a teipſo hec loqueris: ideo addidit: [Que ego vidi apud prēm meū hec loquor: ⁊ vos que audiſtis apud prēm veſtꝝ facitis] quēadmodū inquit: Ego ⁊ verbis ⁊ re oſtēdo prēm: ita et vos: nō em̄ eiuſdē tm̄ ſum cū pre ſubſtātie: ſed ⁊ vitatis [Dicūt ei: Nos prēm habemus Abraā. Dicit eis Jeſus: Si prēm habetis Abraā / opa ei⁹ facite. Nūc aūt queritis me interficere] Freq̄nter hoc i loco eoꝝ animos cedis arguit: ⁊ Abrae meminit: qd fac̄: vt ab ei⁹ cognatōe ipos abducat: ⁊ gl'iā tollat / ſuadeatq̄ nō ampli⁹ in illo ſalutis ſpem eſſe reponēdā. Nō em̄ a natura cognatio: ſed a volūtate: hoc vt ad chriſtū accederēt / ꝓhibebat: q̄ ſufficere ſibi ad ſalutē cognationē illā arbitrabant̄. Quā aūt vitatē dicit? q̄ equalis eſt prī: ꝓpterea querebāt eū iudei interficere [Queritis me interficere: quia vitatē vob locut⁹ ſum quā audiui a pre meo] Ut nō ꝯria patri dicere videat̄ / iteꝝ ad prēm ꝯfugit [Dicūt ei: Nos ex fornicatiōe nō ſum⁹ nati: vnū prēm habem⁹ deum] Quid dicitis: vos patrē deū habetis: ⁊ chriſtū hoc dicentē pſeq̄mini. Uides pcipue eū dixiſſe prēm ſuū eſſe deū. Cū ergo eos ab Abrae cognatiōe excluſiſſet: nō haberes q̄d dicerēt: aliud q̄ddā mai⁹ auſi: ſe ad deū referūt: a q̄ etiā honore excludit eos Jeſus inq̄ens [Si de⁹ pr̄ vr̄ eēt: diligeretis vtiq̄ me. Ego ei ex deo pceſſi ⁊ veni neq̄ a meipo veni: ſ; ille me miſit q̄re loq̄lā meā nō cognoſcitis? Quia nō poteſtis audire ſmonē meū [vos ex pre diabolo eſtis ⁊ deſideria prīs vr̄i vult⁹ facere ille hoīcida erat ab initio ⁊ in vitate nō ſtetit. Cū loquit̄ mēdaciū ex ꝓpriis loquit̄: q2 mēdax ē / ⁊ pr̄ ei⁹] Excluſit eos a cognatōe Abrae: ⁊ cū



inde maiora auderent: maiorē etiā plagā infligit: q̄ nō ſolū Abrae filii nō ſint: ſed diaboli / ſm impudentiā vulnus incutiēs: ⁊ teſtimonia rephenſionib⁹ miſcet. Interficere em̄ (inquit) diabolice malitie opus eſt. Neq̄ em̄ ſimpliciter operā dixit: ſed deſideria: vt ⁊ illū ⁊ eos maxime cedib⁹ delectari / auctore inuidia / ſignificet. Nā cū nullā haberet preter inuidiam cauſam: Adam perdidit: qd id verbū ſignificat. [Et in veritate nō ſtetit] hoc eſt in vite rectitudine / Cum em̄ frequēter ipm accuſarent q̄ ex deo nō eſſet hoc inde puenire dicit. Ille nāq̄ primū mēdaciū peperit inquiens: In quacūq̄ die comederitis apientur vobis oculi: Mēdacio ergo prim⁹ vſus eſt diabolus: homines nō tāq̄ ꝓprio: ſed vt alieno vtunt̄: ille vt ꝓprio [Ego autē ſi veritatē dico: non creditis mihi] Unde pcedit q̄ ſine vlla cauſa vultis me pdere: niſi quia inimici eſtis veritatis. Sin min⁹ dicite peccatū meū / ideo addidit [Quis ex vobis arguet me de peccato] Q̄ autē dixerūt [Nos ex fornicatione nō ſum⁹ nati] Nōne multi illicito coitu miſcebant̄? Tamē hoc omiſſo illic inſiſtit. Poſtq̄ autem nō ex deo: ſed ex diabolo eos eſſe oſtendit: q̄ interficere diabolicū eſt / ⁊ mēdaciū dicere: que vtraq̄ illi faciebāt iam cōtra oſtēdit amorē q̄ quis dei ſit eē argumētū [Quare loquelā meā non cognoſcitis] Cū em̄ ſemper dubitarēt / dicentes: Quid eſt qd dicit? Quo ego vado vos nō poteſtis venire: ideo inquit [Loquelā meā nō cognoſcitis] Nā mēs veſtra humi repit: mei ſermones alte erigunt̄. Quid ſi nō poſſunt? nō poſſe hoc in loco nō velle eſt. In paruis eruditi eſtis: nihil magnū aggredimini. Cū em̄ tanq̄ dei amatores ſe chriſtū perſequi dicerēt: ideo vbiq̄ probare conat̄ ſui perſecutionē dei odio: cōtrarium amore prouenire [Unū patrē habem⁹ deū] Ex honorib⁹: nō ex operib⁹ / gloriamini. Incredulitas veſtra: nō me alienū a deo eſſe: ſed q̄ deū non cognoſcitis / eſt argumentū. Cauſa autē q̄ mētiri vultis / et diabolū imitari: qd puſilli animi indiciū eſt: vt apoſtolus teſtat̄: Cum em̄ ſit inter vos zelus / ⁊ ꝯtētio nōne carnales eſtis? Quare aūt nō poteſtis? Quia deſideria patris veſtri vultis facere. Curate / cōtēdite / ānitimini. Ecce qd nō poſſe nolle eſt: qd abraā nō fecit. Sed que nā ſunt eius opera? māſuetudo / modeſtia / obſequiū. Uos ꝯtra imanes ⁊ crudeles eſtis. Et que nā fuit audacia ad deū cōfugere: qui Abraā indigni eſſent? Cū min⁹ crimē euitare vellēt in mai⁹ inciderūt. Exprobrāte nanq̄ Jeſu illis cedē: ad ſui excuſationē: vt deū defendāt: id facere cauſant̄. Qd cōtra deū eſſe demōſtrat: illud em̄ verbū [pceſſi] ipm inde eſſe: ⁊ ad nos veniſſe ſignificat: nā cum illi dicere poſſent eū aliena quedā ⁊ noua afferre: ideo ſe a deo venire dicit. Merito ergo nō auditis eū inquit: cū ex diabolo ſitis: qua gratia vultis me interficere. Quid in me repbēdere poteſtis? ſi h̄ nō ē cur mihi n̄ creditis? Ita ex mēdatio / ⁊ cede a diabolo eos eſſe oſtēdēs infert / ⁊ ab Abraam / ⁊ a deo oīno eſſe alienos / ⁊ quia odio hn̄t nō nihil iniuriātem / ⁊ q̄ eius ſmonē nolūt audire / ⁊ modis omnibus deo ſe nō eē contrariū arguit: neq̄ ꝓpterea eos nō credere: ſed quia ipſi cōtrarii ſunt deo. Eteni qui peccatū nō fecit: qui ſe a deo venire / ⁊ a deo miſſum dicit / qui veritatē loquit̄ / ⁊ ita vt oēs in teſtimoniū aduocet: ſi nō credit ei cōſtat auditoꝝ vicio puenire q̄ carni dediti ſint. Nouit em̄ terrenis deditā aiam procliuē ad peccandū: idcirco inquit: Nā pigri facti eſtis auditionib⁹ veſtris: quotiēs em̄ terrena neq̄t homo cōtēnere: quō poterit celeſtia cōtēplari. Quā ob rem annitamur pro virib⁹ dilectiſſimi / vt vitam noſtrā dirigam⁹ / vt mentē expurgemus / vt nulle nos ſordes impediant / augete cognitōis lucē: neq̄ iacite ſemē inter ſpinas. Qui nō intelligit malā eſſe auaritiā: quō maiora cognoſcet? qui his non abſtinet: quō reſiſtet illis? Bonū eſt rapere: nō ea que pereunt: ſed regnū celorū. Quippe qd vim patit̄: neq̄ deſidia acquiri poteſt: ſed cura / ⁊ diligētia. Sed q̄d ſignat vim patit̄? vi opus eſt multa / anguſta eſt via robuſta anima / opus eſt ⁊ generoſa: raptores pocupare annitunt̄: nihil reſpiciūt / nō accuſationem / nō damnationē / nō ſuppliciū / illud ſolū curāt: vt pcurrant ceteros. Rapiam⁹ ergo regnū celorū: q̄ rapina nō crimini: ſed laudi dat̄: crimē eſt ſi nō rapit̄. Nō eni alterius dāno diteſcim⁹: annitamur ergo / ⁊ licet ira / ⁊ cupiditas nos pturbet: nature vim inferamus: māſuetudini aſſueſcam⁹: paꝝ laborem⁹ / vt perpetuo quieſcam⁹. Noli auꝝ rapere: ſed diuitias: quaꝝ comparatiōe auꝝ lutū eſſe apparet: dic queſo plumbo tibi / ⁊ auro ꝓpoſito / quid potius raperes: nōne auꝝ? vbi qui rapit punit̄: maius honoras: vbi q̄ rapit honorat̄ mai⁹ prodis. Q̄ ſi vtrūq̄ puniret̄ nū ſane ad hoc magis veniſſes? Hic nihil tale in manib⁹ eſt: ſed beatitudo. Et quō poteſt quis rapere inquit? Diſpge que habes. Quouſq̄ enim ſeruas illa: rapere nō poteris: ꝓpone tibi hominem plenis argento manib⁹ quoad id tenuerit: nūq̄d aurū rapere poterit / niſi id prius piiciat / ⁊ expeditus relinquatur? rapientē bene expeditū eſſe oportet: ne quid eū impediat: ſiquidē etiā nūc cōtrarie poteſtates ſunt obuie: vt id nobis auferāt / quas fugiam⁹ queſo fugiam⁹ ⁊ nullā extrinſec⁹ anſam relinquamuu: incidamus funes: nudi a ſecularib⁹ emergamus: quis vſus precioſaꝝ veſtiū? quouſq̄ tandem his ridiculis implicamur: quouſq̄ auꝝ defodiem⁹ Uolebā ab his ceſſare admonitionib⁹: ſed vos non pmittitis: q̄ mihi ſemp admonēdi occaſiōes / ⁊ materias pbetis: ſed nūc ſaltē a vitiis deſiſtam⁹ / vt vite exemplo alios erudientes: pmiſſa bona cōſeq̄mur: gratia ⁊ benignitate dn̄i noſtri ieſu chriſti / per quē ⁊ cum quo patri gloria ſimul / ⁊ ſpirituiſancto in ſecula ſeculorum Amē.

Homelia. LIIII. Ex Capitulo. VIII.

r

**Eſpōderūt ergo iudei et dixerūt ei: Nōne bene dicim⁹ nos: quia ſamaritan⁹ es: et demonium habes? Reſpōdit Jeſus ⁊ dixit: Ego demoniū non habeo.**

Impudēs quoddā / ⁊ temerariū malitia eſt: q̄ cū magis ꝯfundi deberet: magis irritat̄ / vt in iudeis vſuuenit. Oportuit em̄ vt ieſu vbis placarent̄: ei⁹ admirati fiduciā / ⁊ vboꝝ ꝯſtātiā: ſed maledicūt ei ⁊ ſamaritanū ⁊ demoniacū appellāt [Nōne bn̄ dixim⁹: quia ſamaritan⁹ es / ⁊ demoniū habes] Altior enim ſermo: ſtultitia apud ſtultos videtur. At qui non meminit adhuc euangeliſta ſamaritanū Jeſum antea a iudeis appellatum? ex hoc tamē poteſt intelligi etiam ſepius eo in Jeſum vſos vocabulo.

demoniū habes. Quis demoniū habꝫ: nū qui deū honorat / an qui honorib9 deū proſequentē cōtumelia afficit? Quid chriſtꝰ? manſuetudine ⁊ clementia ſūma: [Ego demoniū (inquit) nō habeo: ſed honorifico patrē meū / qui miſit me] Nā vbi docere eos ⁊ humilitatis admonere oportuit: ne ꝙ Abrae ſemen eſſent ſe iactarēt: vehemēs fuit: vbi autē contumelie ferēde erāt: māſuetudine vtiꝛ. Dicētib9 eñ illis patrem deū / ⁊ Abraā habemꝰ: in eos inuectus eſt vehemētius: cū habere demoniū inſimilatur: leniſſimū ſe exhibet: ad nos erudiendū / vt que ad deū ꝑtinēt: maiorē īmodū defendamꝰ: que ad nos / cōtemnamꝰ [ego nō quero gloriā meā [Hec dixi (inquit) quoniā nō decet vt deū patrē appelletis: cū ſitis homicide. Ob eius ergo honorē hec locutꝰ ſum / ⁊ propter illū hec audio / ⁊ me inhonoratꝭ. Sed nihil mihi cure eſt hec cōtumelia: illi penas debetis: cuius gratia hec audio: ego nō q̄ro gloriā meā: ideo omiſſa vindicta ad doctrinā vertor / ⁊ cōſulo que faciatꝭ / ex quib9 nō modo ſuppliciū vitabitis: ſed eternā vitam cōſequimini [Amē amē dico vobis ſi quis ſermonē meū ſeruabit / nō videbit mortē ineternum] Hic nō modo fides intelligēda eſt: ſed vite etiā puritas / ⁊ ſuperius ait: vitā eternā habebit: hic mortē nō videbit / ſimul ac ſignificat nihil ſe ab eis poſſe accipere detrimēti. Nā ſi quis eiꝰ ſermonē ſuat / nō moriꝛ lōge minus ipſe. Tūc iudei [Nūc cognoſcimus quia demoniū habes: Abraā mortuus eſt / ⁊ ꝓphete mortui ſunt] hoc eſt / qui dei ſmonē audierunt / mortui ſunt / ⁊ qui tuū audierint non morientur [nūquid tu maior es patre noſtro Abraā] O inanē gloriā / iterꝫ ad eius confugiūt cognationē / at q̄ cōſequēs erat / vt dicerēt: nūquid tu maior es deo: aut qui te audiūt maiores ſunt / q̄ꝫ Abraā arbitrabatur? Primū ergo eos homicidas arguit: hic ab Abrae cognatiōe ſeparauit. Et cū ꝑſiſterēt: alia via aggrediꝛ / oſtendēs fruſtra eos laborare / ⁊ de morte nullū facit verbū: neqꝫ expoſuit quā mortē intelligeret. Admonet autē ſe q̄ꝫ Abraā ſuperiorē: vt reuererenꝛ: imo ⁊ qualiſcūqꝫ eſſet: nō tamē inocuū: morte eſſe mulctandū. Quod ſi veritatē vobis dico / ⁊ peccatum non habeo / ⁊ a deo ſum miſſus / ⁊ melior q̄ꝫ Abraā: nōne inſanitis? nōne fruſtra laboratis / cū me tentatis interficere? quid illi [Nūc cognoſcimꝰ / quia demoniū habes.] verū nō ita ſamaritana: ſed tm̄: Nūquid tu maior es patre noſtro Jacob? Judei cōtumelioſi erant / ⁊ ſuperbi: illa diſcēdi cupida: ideo dubitauit / ⁊ debita cum modeſtia reſpōdit: et dominū appellat: qui eñ lōge maiora pollicebaꝛ / ⁊ dignus fide erat: nō erat iniuria laceſſendus. Hi demoniū habere dicūt / illa dubitātis: hec incredulorum / ⁊ malignorū verba erant: [Nūquid tu maior es patre noſtro Abraā] Jtaqꝫ hoc maiorē eū facit / q̄ꝫ Abraā. Cum autē abeuntē videritis maiorē eſſe cōfitebimini: ꝓpterea dicebat: [Cum exaltaueritis me: tūc cognoſcetis / quia ego ſum] Et intuere prudētiā. Primū a cognatōe eos abſcindit: ⁊ ſe maiorem illo oſtendit / vt ex multa excellentia: ꝓphetis quoqꝫ maior intelligaꝛ: cū eñ ſemper ꝓphetam appellarint: ideo inquit [ſermo meꝰ nō capit in vobis] illic nāqꝫ dicebat mortuos ſuſcitare: hic autem nō viſurū mortē qui credit: qd lōge maiꝰ erat: quare magꝭ exaſperati ſūt / dicētes [Quē te ipm̄ facis] Et hoc cōtumelioſe / tu tibi blādiris / inquiūt: Quibus chriſtus [Si ego glorifico meipm̄ / gloria mea nihil eſt] Quid hoc in loco dicūt heretici? Interrogatus: nūquid tu maior es patre noſtro Abraam? nō auſus eſt palam affirmare: ſed latēter innuit / qd igitur? Nihil eſt gloria eius. Ad illos nihil. Sicut eñ cū dicit: Teſtimoniū meū nō eſt verꝫ: ſm eorum opinionē locutus eſt: ita hoc in loco. [Eſt qui glorificat me] Et cur nō dixit pater [Qui miſit me / quē vos dicitis: quia deus veſter eſt / ⁊ nō cognouiſtis eū.] Voluit oñdere ꝙ nō ſolū patrē ipm̄ ignorarēt: verūetiā deū. Ego noui eū: itaqꝫ ſi me ſcire dicerem nō ſuperb9 eſſem: ſi neſcire mēdax: vos autē qui eū ſcire ꝓfitemini: mendaces eſtis / ⁊ itidē ego mēdax eſſem: ſi eū me neſcire dicerē. Si ego glorifico me: Cū dixiſſent / quē teipm̄ facis (inquit) ſi quē me ego facerē: gloria mea nihil eſt: quemadmodū ego eum certe noui: ita vos ignoratis / ⁊ vt nō oīno eos ab Abraam ſeparauit: ſed inquit: Scio ꝙ ſemē Abrae eſtis: vt magis in ipſos inueherenꝛ: ita hic nō totum abſtulit: ſed inquit: Quē vos dicitis / ⁊ verbis gloriā tribuēs / grauiꝰ crimē reddidit: quō aūt cū ignoratis. Quoniā q̄ pro ipſo oīa / ⁊ facit / ⁊ dicit / vt glorioſum reddat: cōtumelia afficitis: cū ab eo ſit miſſus: hoc aūt ꝓbatū nō eſt: ꝓbabiꝛ aūt in ſequentib9. [Et ſmonē eius ſuo] Hoc ſi qd habebāt / poterāt reprehendere: magnū nāqꝫ erat argumētū ab eo miſſum [Abraā pater veſter exultauit / vt videret diem meū / vidit ⁊ gauiſus eſt] Jterꝫ illos Abrae alienos probat: ſi qui ex his: quib9 ille gauiſus eſt triſtātur. Diē aūt meū hoc in loco crucē mihi ſignificare videtur / quē in arietis oblatione Jſaac ꝓfigurauit. Ad hec illi. [Quadraginta ānos nōdū habes ⁊ Abraā vidiſti] ac ſi ꝓpe iā ad eā accederet etatē [Dicit eis Jeſus Priuſq̄ꝫ Abraā fieret / ego ſum. Et acceperunt lapides vt iacerent in eū] Aiaduerte quō ſe maiorē Abraā cōfirmauit. Si eñ gauiſus eſt videre diem eius / idqꝫ opepciū duxit ꝓpter bñficiū inde ꝓueniēs gauiſum cōſtat / ⁊ ꝙ lōge maior eēt. Nā cū iudei fabri filiū eū appellarēt: neqꝫ ampliꝰ q̄cq̄ꝫ de eo imaginarenꝛ / paulatim eos ad maiorē ſui cognitionem erigit. Cū ergo audierūt ſe deū neſcire: nō egre tulerunt: cū autē priuſq̄ꝫ Abraā fieret ego ſum: ꝓinde ac ſi ipſorꝫ nobilitas degeneraret / exaſꝑāꝛ / ⁊ lapides iaciūt in Jeſum [Vidit diē meū ⁊ gauiſus eſt] ſignificās nō inuitū ſe ad paſſionē venire: ſiq̄dē laudat q̄ in cruce delectatꝰ eſt / q̄ ſalus mūdi erat / illi aūt lapides iecerūt: adeo proni erāt in cedes / ⁊ ꝟitatē cognoſcere negligebāt. Sꝫ cur nō dixit priuſq̄ꝫ abraā fieret ego erā: ſed ſum? Quēadmodū pater hoc verbo [ſum] vtitur: ita ⁊ Jeſus: ſignificat eñ ꝑpetuo eſſe ab omni liberꝫ tēpore, ꝓpterea blaſphemū eis ꝟbū videꝛ. Qd ſi ad Abraā cōparationē q̄uis ꝑuim nō tulerūt: quō tuliſſent ad patrē? Fugit ergo iterū Jeſus / vt hominē preſtet / ⁊ abſcōdiꝛ cum ſatis eos admonuiſſet / ⁊ impleto officio ſuo exiuit de tēplo / ⁊ ſe ad ſanādū cecū cōtulit / per opera ſe ante Abraā eſſe ꝯfirmās. Sed dicet fortaſſe aliquis: Qua gratia eorꝫ conatꝰ nō cohibuit: ita eñ crediſſent. Paraliticū ſanauit / ⁊ nō crediderunt / innumera operatus eſt / ⁊ in ipſa paſſione ſtrauit eos ſupinos / ⁊ viſum abſtulit / ⁊ nō crediderūt / ⁊ quomodo ſi id feciſſet crediſſent? Animo eñ deſperato nihil peius q̄ꝫ / ꝗuis ſigna / q̄uis miracula videat in eadē perſtat ꝑtinatia. Etem̄ Pharao mltis acceptis plagis / dū afflictareꝛ tantū ſapiebat / ad vltimū tamē diē idē ꝑſtitit / perſecutus quos dimiſerat. Quare Paulus vt obdureꝛ quis (inquit) ex vobis fallacia peccati. Sicut eñ vires corporis moriūtur / ⁊ oēm ſenſum amittūt / ita ⁊ aīa cū multis detineꝛ affectib9 / virtuti moriꝛ / ⁊ ſi quid attuleris nō ſentit: ſed ſiue ſuppliciū / ſiue qdcūqꝫ aliud minaberis / nullo ſane ſenſu moueꝛ: quā ob rem dū habemꝰ ſalutis ſpem dilectiſſimi / dū cū ꝯuerti poſſumꝰ / oīa faciamꝰ. Qui eñ nō dolent: tāqꝫ deſperātes gubernatores naui vētis cōmiſſa nihil ſibi opitulātur. Cū eñ inuidꝰ / vt cupiditatē ſuā expleat tm̄ intueꝛ / ⁊ ſi pena impēdat / ſi internitio eo dūtaxat affectu poſſideꝛ: itidē et impudico / ⁊ auaro vſuuenit. Quod ſi affectuū tāta vis eſt: lōge maior virtutis: ſi ꝓpter illos mortē cōtēnimus: lōge magis ꝓpter hāc: ſi illi animā ſuā cōtēnūt quid nos pro ſalute noſtra facere oportet? que nob erit excuſatio / ſi cū perditi hoīes tantopere ꝑditioni ſue incūbant: nos ꝓ ſalute noſtra nullā adhibebimꝰ diligentiā: ſed inuidia cōſumemur / qua nihil peiꝰ: inuidꝰ eñ vt ꝓximū perdat / perdit ſeipſum. Jnuidi oculus cōſumitur dolore: morte viuit ꝑpetua: oēs inimicos exiſtimat: etiam nihil iniuriatos / dolet ꝙ deꝰ honoraꝛ / his letatur / quib9 ⁊ diabolus honoratur apud hoīes: ſed hic nō honor eſt. Noli inuidere: ſed apud deū honoraꝛ: emulare illi / ⁊ ſimilis efficiaris: an nō vis? quid ergo ⁊ teipm̄ ꝑdis quicq̄d habes ꝓijcis: nō potes ſimilis illi fieri / neqꝫ virtuti vacare. Cur malitia imbueris? Cōgratulādū eſt ꝓximo / vt ⁊ ſi in bonis operib9 pariter laborare non poſſis / ex cōgratulatiōe ſaltem merearis. Sufficit nōnunq̄ꝫ voluntas ad magnū bonū / ideo Ezechiel ꝓpterea moabitas punitos dicit: ꝙ letati ſunt ſuper iſraelitis / ⁊ alios quoſdā ſalutē ꝯſecutos / ꝙ alienis malis cōdoluerūt. Quod ſi miſerētib9 aliorū malis eſt aliquod meritū / multomagis aliorū honorib9 congratulantib9. Reprehēdit moabitas / ꝙ ſup iſraelitis letati ſunt / quos deꝰ vltus eſt / ⁊ q̄uis ipſe puniat: non tñ vult vt eorꝫ ſupplicio letemur: neqꝫ enim vult eos vlciſci: ꝙ ſi cōdolendū eſt vltorū ſupplicio multomagis honoratis nō inuidēdū: ſic eñ chore ⁊ datan perierūt: quib9 inuident clariores reddūt: ſe ipſos torquēt: fera eñ venenoſa inuidia eſt: fera immūda ⁊ morb9 volūtatis: omni venia ⁊ excuſatione indigna / omniū malorū / ⁊ mater / ⁊ auctor. Quā ob rē radicitus eam euellamꝰ: vt ⁊ preſentib9 malis liberemur / ⁊ futura bona ꝯſequamur / gratia ⁊ benignitate dñi noſtri ieſu chriſti / per quē ⁊ cum q̄ pr̄i gl'a ſimul ⁊ ſpirituſanto in ſecula ſeculorꝫ Am̄.



Homelia. LV. Capitulū. IX.

## Et preteriens Jeſus vidit hominem cecū a natiuitate: et interrogauerunt eū diſcipuli eius dicentes: Rabbi: Quis peccauit: hic an parētes eiꝰ vt cecꝰ naſcereꝛ?

Humaniſſimus dei filius / ⁊ noſtre cupidus ſalutis / ⁊ vt ingratorū ora obſtrueret: neminē obuiū omittit / q̄uis nemo ei attenderet. Qd ꝓpheta intelligens / dicebat: Vt iuſtificeris in ſermonib9 tuis / ⁊ vincas cū iudicaris. Propterea hoc in loco: cum ſermonū ipſius altitudinē non acciperēt: ſed demoniū habere dicerēt / ⁊ interficere conarenꝛ: egreſſus e templo cecum ſanauit: cum vt abſentia ſua eorum iram ſedaret / tum vt miraculi beneficio eorū duritiē / ⁊ īmanitatē placaret: tum vt ſuā ꝯfirmaret orationē. Neqꝫ paruū operatur miraculū: ſed qd tunc primū ꝯtingit [A ſeculo eñ nō eſt auditū (inquit) ꝙ aperuit quis oculos ceci nati] Ceci enim fortaſſe q̄ſpiam oculos aperuit: ſed ceci nati adhuc nemo. Et ꝙ egreſſus e templo ad illud debita opera venerit / inde perſpicuū eſt / ipſe vidit cecū: nō ad ipſum cecꝰ acceſſit / ⁊ tam diligēter eū intuitus eſt / vt diſcipulos ad interrogandum cōuerteret. Viſu enim Jeſu adeo in illū cōuerſo interrogarūt [: Quis peccauit hic / an parētes eius] Abſurda interrogatio. Quomodo enim peccauit anteq̄ꝫ natus eſſet? Quomodo parentū peccatis punitus eſt? Quomō ergo ad hāc venerūt interrogationē? Antea ſanato paralitico dixit: Ecce ſanus factus es ⁊ noli ampliꝰ peccare: cognoſcētes itaqꝫ diſcipuli illū propter peccatū in paraliſim incidiſſe dicūt: Cōcedatur illū propter peccatū / paraliticū: de hoc quid dicis? hic peccauit: qd eſt abſurdū cum eēt a natiuitate cecus / an parētes eius? Sed neqꝫ hoc ſiquidē pro patre filius nō punitur. Quēadmodū igitur puerū aliquo morbo affectum vidētes dicimus? quid de hoc dicendū eſt? Quid cōmiſit puer: non rogādo: ſed dubitando: ita nūc diſcipuli dubitāt: potius q̄ꝫ precōtentur: quid chriſtus [Neqꝫ hic peccauit / neqꝫ parētes eiꝰ] hoc nō abſoluit eos a peccato. Nō eñ ſimpliciter dixit: [Neqꝫ hic peccauit / neqꝫ parentes eiꝰ] ſed addidit: [Vt cecus naſceretur] vt glorificeꝛ filius dei. Peccauit nāqꝫ hic / ⁊ parētes eius: ſed nō ꝓpterea cecus eſt. Hec autem dixit / nō ꝙ hic propterea cecus non eſſet / ⁊ alij quidē ꝓpter parentū peccata viſum amiſerint. Neqꝫ eñ eſt peccante alio aliū puniri / nam ſi hoc cōceſſerimus: cōcedemus / ⁊ ante natiuitatē peccaſſe / vt ergo dicēdo: Neqꝫ hic peccauit / nō intelligit a natiuitate peccare quempiā / ⁊ puniri / ita dicēdo / ⁊ parentes eius: nō eſt intelligendū / ꝙ ꝓpter parentes puniēdi ſint filij. Nā Ezechielis teſtimonio hanc tollit dubitationē. Viuo ego dicit dominus: ſi erit parabola hec qua diciꝛ: Patres veſtri comederūt vuam acerbā / ⁊ dētes filiorꝫ obſtupeſcūt. Et Moyſes inquit: Nō morieꝛ pater pro filio. Et de quodā rege inquit / ꝙ ꝓpterea id nō fecit: ſeruans legem moyſi: ꝙ ſi quis diceret: Et quomodo ſcribiꝛ: q̄ reddit peccata parentū in filios / in tertiā ⁊ quartam generationē? Jllud reſpōdebimus / nō eſſe communē oīb9 ſentētiā: ſed quoſdā / qui ex egypto egreſſi ſunt: hoc eſt ex q̄ ex egypto egreſſi: poſt ſigna ⁊ miracula parētū: peiores facti ſunt / eadē q̄ patres ſui patienꝛ: cū eadē audeāt. Et ꝙ de his ſmo habeaꝛ ſi q̄s diligētiꝰ leget / certo intelliget. Qua ḡ gr̄a cecꝰ natꝰ eſt? Vt manifeſteꝛ gl'ia dei. Occurrit alia dubitatio: an aliꝛ poterat gl'ia dei manifeſtari. Quid ni? Neqꝫ eñ dicit non potuiſſe: ſed vt manifeſtareꝛ. Ergo iniuriā ꝓpter dei gloriā accepit. Quā iniuriā dic (queſo) ſi eū nō cōtēpſit: ſed ex cecitate bñficia cōtulit. Vidit eñ interiorib9 oculis. Quid oculi iudeis ꝯtulerūt? Maius ſuppliciū cū vidēdo ceci eſſent. Quid cecitas huic obfuit: ꝓpter quā vidit? Jtaqꝫ vt mala huiꝰ vite mala nō ſūt: itaqꝫ neqꝫ bona ſꝫ pctm̄ dūtaxat malū. Cecitas nō eſt malū. Qui ꝟo qd nō erat vt eēt effec: poterat ⁊ ſic dimitteꝛ. Quidā dicūt

hanc particulã (vt) nõ eſſe cauſalẽ: ſed euẽtus: vt illud: In iudiciũ veni in hũc mundũ: vt nõ videntes videãt/ ⁊ qui vidẽt ceci fiant. Nõ em̃ venit vt videntes fierent ceci. Et Paulus: Quia qđ notũ eſt dei: manifeſtũ eſt illis/ vt ſint inexcuſabiles. At nõ ꝓpterea manifeſtauit/ vt priuarent̃: ſed vt cõſequerẽtur excuſationẽ. Et alibi: Lex autẽ ſubintrauit: vt abũdaret delictũ. Lex nõ ꝓpterea ſubintrauit: ſed vt ꝓhiberet̃ peccatũ. Ecce his in locis euentꝰ aduerbiũ tanꝗ̃ em̃ optimꝰ quedã domꝰ diſpenſator: partim ꝑfecit: partim imperfectũ reliquit/ vt per hec de vniuerſo incredulis rationẽ redderet/ ita ⁊ deus tanꝗ̃ domũ quãdã ruinã minãtem/ corpus noſtꝝ cõglutinat ⁊ perficit: manũ aridã ſanat: diſſoluta mẽbra corroborat: claudos dirigit/ leproſos mũdat: egrotos excitat: debilia crura cõfirmat/ mortuos ad vitam reuocat/ lippos oculos purificat/ nõ habẽtibꝫ largit̃. Que oĩa cum naturalis ſint imbecillitatis/ meliora chriſtus efficiens/ ſuã indicat poteſtatem.

Hanc aũt particulã [Ut manifeſtet̃ gloria dei] de ſe/ nõ de patre dicit. Patris em̃ gloria manifeſta erat. Nam cũ ex limo formatũ a deo hominẽ audiſſent: ideo chriſtꝰ nunc oculũ finxit. Si em̃ dixiſſet: Ego ex terra formaui hominẽ: arduũ viſum eẽt auditoribꝫ/ re autẽ oſtenſum iam negari non poterat. Quam ob rẽ ipſe in ſputo puluere ⁊ cõmixto abſcõditã gloriã manifeſtauit: neqꝫ em̃ paruũ erat vt creature opifex putaret̃. Ab hoc em̃ ⁊ alia aggreſſus eſt/ ⁊ a parte totũ eſt creditũ. Maioris naqꝫ fides minus etiã cõfirmat. Uniuerſe em̃ creature homo eſt preſtãtiſſimus/ ⁊ inter mẽbra noſtra oculus: ꝓpterea nõ ſimpliciter: ſed hoc modo oculos effinxit. Nã licet portiõe paruꝰ ſit: maxime tamẽ neceſſarius/ vt inq̃t Paulus: Et ſi dixerit: Auris non ſum oculus nõ ſum de corpore/ nõ ideo nõ eſt de corpore. Quecũqꝫ em̃ in nobis ſunt/ diuine ſunt ſapientie indiciũ/ multomagis oculus qui totũ corpus gubernat/ ac regit. Oculus ornat/ nõ os tm̃: ſed totũ corpus. Oculus lucerna eſt omniũ membroꝝ. Qđ em̃ ſol mũdo: h̃ oculus corpori. Extincto ſole oĩa ꝑdunt̃ ⁊ ꝑturbãt̃/ ita amiſſis oculis/ pedes inutiles ſunt ⁊ manꝰ/ ⁊ animꝰ. Corrũpit̃ em̃ cognitio/ his deũ cognouimus. Inuiſibilia eñi ipſiꝰ a creatura mundi: per ea que ſunt intellecta ꝯſpiciunt̃. Nõ em̃ corporis lucerna tm̃ oculus eſt: ſed anime potius. Quare vt in regio q̄dã loco in altiore corporis parte: ſedem ſortitus eſt/ ⁊ ceteris prefert̃ ſenſibꝫ. Hũc igit̃ formauit chriſtus/ ⁊ ne materia eũ nunc/ neqꝫ in principio luto indiguiſſe arbitraret̃/ qui em̃ maiora/ cum nihil eſſent/ ſine materia effecit: lõge magis/ ⁊ hec effeciſſet. Ut ergo intelligas nõ neceſſitatis cauſa h̃ feciſſe: ſed eẽ eoꝝ q̃ in pricipio facta ſunt opificẽ/ illato luto/ inquit: [Uade ⁊ lauare] vt intelligas nihil mihi luto opus eſſe/ ad fingẽdos oculos: ſed vt manifeſtet̃ in eo gloria mea. Qđ aũt de ſe dixerit/ vt manifeſtet̃ gl'ia dei/ addidit [Me oportet facere opera eius qui miſit me] Hoc eſt manifeſtare meipm̃/ ⁊ facere eadẽ que pater/ nõ ſimilia: ſed eadẽ/ qđ maioris eſt cõueniẽtie/ neqꝫ de his etiã/ q̃ vl' minimũ differũt dici põt. Quis ergo cõtradixerit cũ eadẽ que pater operatꝰ ſit. Neqꝫ em̃ tm̃ finxit oculũ/ aut aperuit: ſed viſum largitꝰ eſt/ qđ ſane argumentũ eſt etiã animã inſpirãdi/ qua nõ operãte/ oculus etiã ꝑfectus minime videre poteſt/ quare ⁊ anime vigorẽ/ ⁊ membrũ arterijs/ neruis/ venis/ ſanguine/ ⁊ ceteris omnibꝫ ex quibꝫ corpus noſtrũ conſtat ꝑfectũ/ largitꝰ eſt [Me oportet operari dũ dies eſt] Quid hoc ſignificat? quã habet cõſequentiã? Sane magnũ hoc eſt [donec dies eſt] dũ licet hominibꝫ in me credere/ dũ hec durat vita laborandũ eſt [Uenit nox] hoc eſt futuꝝ tẽpus [Qñ nemo p̃t opari] Nõ dixit qñ nõ potero opari ſꝫ nemo põt opari: id eſt qñ nõ eſt amplius fides/ neqꝫ labores/ neqꝫ penitentia. Qꝫ em̃ opus fidem appellet/ dicũt ei [Quid facimꝰ vt operemur opa dei] Reſpondet [hoc eſt opus dei/ vt credatis in eũ quẽ ille miſit] Quomodo ergo hoc opꝰ nemo poteſt tũc operari? quoniã fides nõ eſt: ſed velint nolint omnes acquieſcent veritati: verum ne quis ad ambitionẽ hec referret: eoꝝ gratia omnia facere ꝓfitet̃/ qui in hac tantũ vita habẽt credẽdi poteſtatẽ/ ⁊ nuſqꝫ alibi quicqꝫ ſibi poſſunt ꝓficere. Ideo neqꝫ accedẽtẽ ad ſe cecum curauit. Nam ꝙ curari mereret̃/ ⁊ ſi vidiſſet credidiſſet/ ⁊ procurriſſet ad Jeſum: neqꝫ ſi p̃ſentẽ a quoqꝫ audiſſet/ accedere neglexiſſet/ ex ſequẽtibus conſtat ex eiꝰ/ videlicet fortitudĩe/ ⁊ fide. Poterat em̃ ſecũ cogitare/ ⁊ dicere: Quid hoc? lutũ fecit ⁊ liniuit oculos meos/ ⁊ dixit: Uade lauare/ non potuit me prius curare/ ⁊ inde ad ſyloam mittere? ſepenumero illic me laui/ ⁊ multi mecũ/ ⁊ nihil ꝓfeci. Si quid poſſet/ corã oſtẽdiſſet queadmodũ/ ⁊ Naamã aduerſus Heliſeũ dicebat: Juſſus em̃ lauare ſe in iordanẽ nõ credidit: cũ magna eſſet/ tũc Heliſei opinio/ cecus autẽ nõ diffidit verbis Jeſu: neqꝫ cõtradixit/ neqꝫ quicqꝫ cogitauit hmõi. Quid lutũ illinire oportuit? hoc potius cecũ redderet. Quis vnq̃ꝫ hoc pacto curatus eſt? Nihil tale reputauit. Ecce fides firma ⁊ ꝓmpta [Uenit nox] Qđ ĩdicat poſt crucem/ impios ſibi cure futuros/ ⁊ m̃ltos alliciẽdos. Adhuc dies eſt poſt quẽ penitꝰ eos abſcindit/ vt ſtatim ſignificauit [Quãdiu in mũdo ſũ/ lux ſum mundi] Quod ⁊ alio in loco dixit: Credite donec lux vobiſcũ eſt. Cur ergo Paulus noctẽ preſentẽ vitã appellauit/ chriſtus diẽ. Idẽ dicit nõ verbis: ſed ſententia: inquit em̃: Nox preceſſit: dies autem appropinquauit. Noctẽ preſentẽ vitã appellat: quoniã in tenebris verſamur/ vel ꝓpter eius ad diẽ illam cõparationẽ: chriſtus autẽ noctẽ/ futuꝝ tẽpus appellat: quoniã peccatores nihil opari poterunt. Nox a Paulo p̃ſena vita appellat̃/ quia in tenebris ſunt: qui in peccatis/ ⁊ incredulitate degunt. Quã ob rẽ fideles alloquẽs/ ait: Nox preceſſit/ dies autẽ appropinquauit/ acſi luce illa eſſent fruituri/ ⁊ noctẽ veterem vitã intellexit. Abijciamꝰ (inquit) opera tenebrarũ. Ecce ꝙ illis noctẽ eſſe dixit/ quare ꝓſequitur/ vt in die honeſte ambulemꝰ/ vt lucẽ illã conſequamur. Nam ſi huius ſeculi lux tam pulchra eſt: ꝯſidera qualis illa futura ſit: quãto em̃ ſolaris lux lucerne lumẽ excedit: tanto/ ĩmo lõge magis illa ſolarem/ qđ inde ſignificauit: Sol obſcurabit̃/ ad illius videlicet ſplẽdoris cõparationẽ/ vt nõ appareat. Qꝫ ſi in hac vita vt ſplendidas nobis domos/ ⁊ ſalubres cõparemus: magnã pecuniarũ vim edificãdo anxij cõſumimꝰ: cõſidera qui nobis ſubeũdi ſint labores: vt clariſſimã nobis in celis domũ edificemus: vbi lux illa ineffabilis: hic em̃ ⁊ pugne/ ⁊ cõtentiões de terminis/ ⁊ parietibꝫ/ illic minime: nulla inuidia/ nullus liuor/ nulla de limitibꝫ cõtẽtio/



⁊ hec ſine dubio relinquẽda: illa perpetuo permanſura ſunt: hec tẽpore cõſumit̃/ ⁊ multis ſubiecta eſt periculis: illa perpetuo manet: hãc pauper ſibi comparare nõ poteſt/ illã duobꝫ põt obolis quis emere vt vidua illa. Quã ob rem q̃ꝫ iã moleſtiſſime fero: ꝙ tot nob bonis ꝓpoſit̃ deſidemꝰ: aio deficimꝰ/ ⁊ vt hic ſplendide habitemꝰ/ omnia facimꝰ: vt aũt in celo paruũ/ vel cõparemꝰ hoſpitiũ: nihil curamꝰ/ vel laboramꝰ. Dic queſo/ vbi hic domũ habere velles in deſerto: an in aliquo paruo oppidulo? Nõ puto: ſed in regijs/ ⁊ magnis ciuitatibꝫ: vbi ⁊ reꝝ copia/ ⁊ maior nobilitas. Ego tibi talem ciuitatẽ ꝓpono: cuius opifex/ ⁊ auctor deꝰ eſt: in qua domũ minori q̃ꝫ hic ſumptu: minori labore cõtendere/ atqꝫ edificare poteris. Edificãt eã manus paupeꝝ: hec optima edificatio ſũma ſapientia: ſicut quã hic facimus ſũma demẽtia. Eteñi ſi quis te in perſidẽ viſurũ regionẽ illã/ ⁊ mox reuerſuꝝ duceret/ iuberetqꝫ/ vt illic domũ ſtrueres: nõne eius amẽtiã reprehenderes: acſi inutilem ſuaderet impenſam? cur nõ idẽ in hoc mundo facis: quẽ paulopoſt relinques? Sed filijs relinquã/ inquies: at illi paulopoſt te etiã ſequent̃: nõnũq̃ꝫ precedẽt: itidẽ ⁊ eoꝝ poſteri quod etiã te antiũ reddet: cũ heredes tuos nõ diutiꝰ poſſeſſuros videas illic autem nulla hmõi ſuſpitio: ſed imutabilis ⁊ tibi ⁊ filijs/ ⁊ nepotibꝫ manet poſſeſſio/ ſi eandem virtutẽ imitabunt̃. Illã domũ chriſtus edificat: q̃ edificãte nõ opꝰ eſt aliũ opificẽ accerſere neqꝫ vlteriꝰ laborare. Cum deus opꝰ faciẽdũ ſuſcipit/ quid amplius curãdum? ille neceſſaria colligit: ille opus erigit: neqꝫ hoc tm̃ mirãdũ: ſed qđ etiã ſatis ſupqꝫ optimũ: ⁊ ſupra q̃ꝫ optare poſſis edificiũ cõſtruit: quippe qui optimus opifex eſt: ⁊ maxime tue ſtudet vtilitati. Et ſi pauper es/ ⁊ volueris hanc domũ edificare: nullã tibi pariet inuidiã: nemo em̃ inuidus illud domiciliũ intuet̃: ſed angeli tuis bonis letãtur nemo illud cõtemnere poterit/ nemo hoc morbo laborans/ illic habitat. Uicinos ibi ſanctos: Paulũ Petꝝ: ꝓphetas/ martyres/ angeloꝝ cetus/ ⁊ archangeloꝝ habebis. Quibꝫ rõibus omnia noſtra in pauperes cõferamus/ vt illa habitacula cõſeq̃mur gratia ⁊ benignitate dñi noſtri Jeſu chriſti/ per quẽ ⁊ cum quo patri gloria ſimul/ ⁊ ſpirituiſancto in ſecula ſeculoꝝ Ameu.

## Homelia. LVI. Ex Capitulo. IX.

b **Ec cum dixiſſet expuit in terram: et fecit lutũ ex ſputo: et liniuit lutũ ſuper oculos eius.**

Qui aliquã ex lectionibꝫ vtilitatẽ cõſequi volũt: nihil his p̃termittẽdũ eſt: ꝓpterea ſcrutari iubemur ſcripturas. Multa em̃ q̃uis in his facilia videantur: magnã tamẽ ſentẽtie ꝓfunditatẽ habẽt latentẽ. Conſidera ꝓpoſitũ textũ: [Hec cum dixiſſet expuit in terrã] Cur hoc? Ut manifeſtet̃ gloria dei. Et q̄a oportet me facere opera eius qui miſit me. Nõ em̃ ab re que dixerat: reduxit nobis in memoriã euãgeliſta/ ⁊ ſubdidit expuiſſe: ſed vt verba ſua operibus ꝯfirmaſſe oſtẽderet. Et cur nõ aqua: ſed ſputo vſus eſt? Miſſurus eum erat in ſyloam: ne qđ ergo fonti aſcriberetur: ſed ex ore eius virtutẽ proceſſiſſe intelligeretur: qui illius oculos/ ⁊ finxerit/ ⁊ aperuerit inſpuit in terram: hoc euãgeliſta ſignificãs inquit: [Et fecit lutũ ex ſputo] Inde ne ex terra eã proceſſiſſe virtutẽ ſuſpicaret̃: lauare iuſſit: ꝓpterea vt ceci fides pateret/ ⁊ perfidiã iudeorũ argueret. Nã credibile erat a pluribꝫ abeuntẽ illitis luto oculis viſum ⁊ re inſolita omniũ in ſe oculos ꝯuertiſſe. Cum em̃ nõ facile eſſet creditu cecũ viſum recuꝑaſſe: multos vie longitudine teſtes/ ⁊ diligẽtiores ſpectatores rei inſolẽtia comparat/ vt attẽtiores facti: iam nõ poſſent an is eſſet dubitare. Preterea/ veteri legi ſe nõ repugnare oſtẽdit: cũ ad ſyloã mittit. Neqꝫ illud erat ſuſpicãdũ an aque illius virtute viſum acceperit. Multi eñi ſepe illic oculos lauarãt/ nullã grãm cõſecuti: ſed tũc fuit virtus chriſti: que id opata eſt: ideo interp̃tatus eſt euãgeliſta ſyloam/ qđ eſt miſſus: vt intelligas illic a chriſto curatũ/ vt Paulus inquit: Bibebãt autẽ de ſpiritali cõſequẽte eos petra: petra autẽ erat chriſtus: Queadmodũ ergo chriſtus petra erat ſpiritalis: ita et ſyloa erat ſpiriritalis. Mihi autẽ videt̃ repentinã aque efficaciã/ arcanũ nobis ſignificare myſteriũ. Quod nã? Admirabilẽ ⁊ preter omniũ ſpem apparitionẽ. Sed intuere ceci animũ in omnibꝫ parentẽ/ p̃buit os nihil ſolicitus an lutũ cẽt/ an ſputum. Et quid ſibi ſyloa opus eſſet/ ⁊ ſi hoc/ cur illo. Nõ cur lutũ liniret ſuꝑ oculos: aut cur lauari preceperit: nihil tale reputauit: illud dũtaxat curauit: vt pareret in omnibꝫ ĩperanti/ ⁊ in nullo perturbatꝰ eſt. Qꝫ ſi quis rogaret quõ ablato luto viderit: me modũ neſcire ꝓfiteor/ ⁊ quid mirũ ſi neſcimꝰ. Neqꝫ em̃ euãgeliſta: neqꝫ ipſe qui curatus eſt/ norat: ſed factũ vidit: modũ dep̃hẽdere nõ potuit: qđ interrogatus reſpõdit: [Lutum impoſuit oculis meis/ ⁊ laui/ ⁊ vidi] Rationẽ ignorauit: licet ſepius interrogatus. Itaqꝫ vicini/ ⁊ qui viderãt eũ prius/ quia mẽdicus erat/ dicebãt [Nõne hic eſt qui ſedebat ⁊ mẽdicabat. Alij dicebãt/ q̄a hic eſt] Magnitudo rei ad incredulitatẽ trahebat: licet tot modis eſſent ad credendũ allecti [Alij autẽ dicebant: Nõne hic eſt qui ſedebat/ ⁊ mẽdicabat?] pape quo dei deſcendit humanitas? Benigniſſime mẽdicos curat/ iudeis ſilentiũ imponit: ꝙ non claros/ ⁊ generoſos viros/ nõ principes/ ſed obſcuros etiã ſua dignos prouidẽtia ducebat. Uenerat enim ad omniũ ſalutẽ/ ⁊ vt in paralitico: ita ĩ hoc factum eſt. Neqꝫ eñi ille qui ſe curaſſet norat: neqꝫ hic quod ꝓpter chriſti diſceſſum accidit: qui ſemꝑ ad ſubueniẽdũ indigentibꝫ ꝓperabat/ vt omnis ſignoꝝ dubitatio tolleret̃. Qui ergo eũ nõ videbãt/ quõ ad grãm loquebãtur. Sic cõfirmabãt miracula: neqꝫ enim oſtiatim hic cecus mẽdicabat: ſed ſedebat ad templi ianuã. Dubitantibꝫ ergo omnibꝫ de ip̃o/ reſpondit: Ego ſum. Nõ puduit cecitatis/ neqꝫ populi furorẽ veritus eſt. Nihil diſſimulauit beneficiũ predicare. Dicũt ei quõ aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit eis: [Ille homo: q̃ dicit̃ Jeſus] Quid dicis? hmõi homo operat̃? Sed nihil adhuc de eo magnũ opinabat̃ [Fecit lutũ/ ⁊ vnxit oculos meos] Uerax ſane: nõ dicit vnde fecerit/ qđ nõ viderat: ſenſit aũt vngi ⁊ dixit mihi: vade ad natatoriã ſyloe. Et vnde norat Jeſum locutũ? Ex ſermõe quẽ ad diſcipulos habuerat. Rem teſtificat̃: modũ ignorat. Nã ſi in his que ſenſu ⁊ tactu percipiunt̃ fide opus eſt: lõge magis in his q̃ videri nõ poſſunt. [Et dixerũt ei: Ubi eſt ille] clamãtes iã ꝯtra ip̃m. Intuere hic chriſti humilitatẽ. Curatos dimittebat: qppe qui nõ gloriã:

nō populi plauſum:nō digito mōſtrari volebat. Et
vide quoniā vere cecus ad omnia reſpōdet. Quere
bant illi ipm̄ inuenire/ vt eū ad ſacerdotes adduce/
rent/ cū nō inuenirēt/ illū ducūt vt melius interro/
garet̄. Jdeo euāgeliſta ſabbatū fuiſſe dicit/ vt pra/
uam eoꝝ mentem oſtēdat/ ⁊ cur Jeſum quererēt vt
cauſam aliquā haberēt calūniandi miraculū/ ꝓpter
legis trāſgreſſionē/ ⁊ hoc cōſtat ꝙ ſtatim: quō ocu/
los ipſi⁹ aperuerit/ interrogarūt. Et cōſidera eoꝝ
verba. Nō dicunt quō vidiſti:ſed quō aperuit tibi
oculos: vt darēt ei materiā opus illud calūniandi.
Jlle autē tanq̄ nō ignarus rei/ breuiter reſpōdet:
Neq̄ eīm Jeſu meminit/ neq̄ ꝙ dixerit: Uade laua
re:ſed tm̄ [Lutū fecit ⁊ impoſuit ſup oculos meos/
⁊ laui ⁊ video] Ac ſi maximo in crimine chriſtū dep
hendiſſent/ ita monētur:quaſi dicerēt: Ecce que ie/
ſus operat̄. Tu autē ceci cōſtantiā intuere. Ǝt eīm
primū ab illis interrogat⁹/ dixerit v̄itatē minime
mirū eſt:nūc v̄o admirandū ꝙ pterrit⁹/ neq̄ negat/
neq̄ priorib⁹ v̄bis ꝯdicit. Quid phariſei/ vel alij po
tius? Adduxerūt eū tanq̄ negaturꝝ:ſed ꝯtra euenit
manifeſtius qd̄ nolebāt/ intellexerūt/ qd̄ ſemꝑ con/
tingebat/ vt aperti⁹ in ſequentib⁹ oſtēdem⁹. Quid
phariſei? Quidā nō omnes:ſed pertinatiores dice
bant [Hic nō eſt a deo quia ſabbatum nō cuſtodit.
Alij dicebāt: Quō poteſt homo peccator hec ſigna
facere] Ecce ꝙ ſignis alliciebant̄. Nā qui antea mi
ſerant/ vt adduceret̄:audi quid nūc ⁊ ſi nō oīes di
cant: Eteni licet pncipes glorie cupiditate/ in incre/
dulitate pſiſterēt/ multi tn̄ crediderūt: ſ̄ꝫuis nō cō/
fiterent̄:populus autē inglorius erat/ vtpote: qui
nihil in ſynogaga poterat:pncipes clariores diffici
lius acquieſcebant. Hos igit̄ pncipatus amor:il/
los metus continebat:quare inquit: Quō poteſtis
credere qui gloriā ab hominib⁹ accipitis? ⁊ ipſi qui
dem qui iniuſte interficere conabant̄/ dei ſe eſſe dice
bant. Qui cecos curabat:eū ex deo eſſe nō poſſe/ eo
ꝙ ſabbatū nō ſeruaſſet:qd̄ alij negant. Quoniā pec
cator hec ſigna facere nō poteſt. Jlli maligne omiſ/
ſo miraculo/ que videbat̄ tranſgreſſio adducunt in
mediū. Nō eīm dicunt in ſabbato curat:ſed ſabbatū
non cuſtodit. Hi infirme ſubticēt/ ꝓbādū nāq̄ erat
nō ſoluiſſe ſabbatū. Ex ſignis tm̄ cōfirmāt:neq̄ im
merito:adhuc hoīem eū arbitrabant̄. Ǝt ſi deū noſ
ſent:aliter eū excuſare potuiſſent/ ꝙ videlicet ſabba
ti dn̄s eſſet/ ⁊ illud fecerit:ſed nondū hoc ſentiebāt.
Nemo tamē audebat ſentētiā ſuā palam facere:ſed
dubitabant:partim timore/ partim ambitōe. Sciſ
ma ergo erat inter eos:qd̄ prius in populo ortū eſt:
inde in pncipib⁹/ ⁊ alij quidā bonū eſſe dicebāt/ ne/
gabant alij:ꝙ deciperet turbam. Uides ſtultiores
multitudine pncipes etiā ſe ſcindētes. Nō tamē ge/
neroſum quicq̄ pre ſe tulerūt/ cū phariſeos inſtare
intelligerēt. Ǝt ſi omnino ſe ſcidiſſent:cognouiſſent
fortaſſe veritatem:poteſt eīm quis recte ſcindi:iccir/
co inquit: Nō veni mittere pacē in terrā:ſꝫ gladiū.
Eſt ⁊ mala cōcordia/ ⁊ diſcordia bona. Si quidem
qui turrim edificabant cōcordes erāt in malo ſuo/
inde ⁊ ſi inuiti/ ad bonū tn̄ diſſenſerūt: ⁊ ſocij chore
male cōueniebāt:ideo bene diuiſi ſunt: ⁊ Judas cū
iudeis praue cōſenſit eſt ergo bona diſcordia: ⁊ ꝯcor
dia mala. Quam ob rē ait: Si oculus tuus ſcāda/
lizat te/ erue eū: ⁊ ſi pes abſcinde. Ǝt ſi membꝝ ma/
le cōiunctū abſcindendū eſt:nōne longe magis pra
ui amici? Quare cōcordia nō ſemꝑ bona:ſicut neq̄
diſcordia mala. Dico hoc/ vt malos fugiamus:ſe/
quamur bonos. Nam ſi membrū inſanabile (metu
ne reliqua corrumpat) incidimus:nō ꝙ illud negli/
gamus:ſed vt ſeruem⁹ cetera:quātomagis in his q̄
male nobis iūcti ſunt/ idē faciendū? Ǝt ſi eos melio
res reddere poſſemus/ ⁊ nobis nō officerimus oīa
eſſent faciēda. Sin incorrigibiles ſunt/ ⁊ nos ledi/
mus:abſcindēdi ſunt a nobis. Sepe eīm hoc pacto
magna ꝑficiunt. Unde Paulus: Tollite malū de
medio veſtꝝ:qd̄ vt eijceret̄/ ita feciſti. Grauis eteīm
grauis eſt cōuerſatio maloꝝ:ſed nō tam cito conta/
giū ſequit̄/ aut detegit̄ vt prauoꝝ hominū malitia
Corrumpūt eīm bonos mores colloquia mala. Et
ꝓpheta: Egredimini ex medio eoꝝ/ ⁊ ſegregamini
Nemo malū amicū ſibi cōcilier. Nam ſi perditos fi
lios emancipamus:neq̄ veremur naturā:neq̄ ei⁹
leges:neq̄ vllā neceſſitudinē:lōge magis notos/ ⁊
cōſuetudine deuinctos fugiem⁹/ ſi mali erūt. Quā
uis ei nullū inde nob ꝓueniat detrimentū: malas
tamē ſuſpitiōes vitare nō poſſumus. Alieni eīm vi
tam noſtrā nō perſcrutant̄:ſed a ſocijs ⁊ cōſuetudini
bus iudicāt. Hec eadē nuptias ⁊ virgines hortor.
Preuidētes (inquit) bona nō modo in conſpectu do
mini:ſed ⁊ hominū. Totis ergo virib⁹ annitamur/
ne per nos ſcādalizet̄ ꝓximus. Uita eteni/ ⁊ ſi rectiſ
ſima ſit:ſi alijs erit ſcandalo:totū amittit/ ⁊ quō pt̄
recta vita ſcandalizare? Cū peſſimoꝝ cōſuetudo nō
bonā homini inurit opinionē:cū eīm freti/ vl' ficti cū
malis conuerſamur/ ⁊ ſi nos nō offendimus:alios
tamē ſcandalizam⁹. Hec viris vxorib⁹/ ⁊ virginib⁹
dicta ſint:quoꝝ cōſciētia:que inde mala ꝓueniant/
dijudicet. Ego nihil mali ſuſpicor/ neq̄ ali⁹ fortaſ/
ſe perfectioꝝ ſimplicior frater in tua offēdat̄ ꝑfectio
ne/ oportet eius cōſulere imbecillitati. Ǝt ſi ipſe nō
offenditur/ offendetur tamē gentilis. Paulus aūt
iubet vt ſimus ſine offenſiōe/ ⁊ iudeis/ ⁊ grecis/ ⁊
eccleſie dei. Ego nihil mali de virgine ſuſpicor/ di/
ligo virginitatē. Dilectio malū nō exiſtimat̄. Ma/
xime hāc veſtrā amo ꝯſuetudinē:neq̄ poſſum abſur
dū aliquid de ea cogitare. Sed quō externis id per
ſuadebim⁹? Debemus eoꝝ rationē habere. Quam
ob rē ita res noſtras diſponamus/ vt nemo infide/
lium noſtra cauſa:iuſte poſſit offendi. Nā ſicut q̄ re/
cte viuūt deū glorificāt:ita qui praue:ꝓcliues ſunt
ad blaſphemiā. Sed abſit vt veſtꝝ aliq̄s ſit eiuſmo
di: veꝝ ita lucēat opera veſtra/ vt glorificet̄ pat̄ ve/
ſter qui eſt in celis/ ⁊ nos eius gloria perfruamur
gratia ⁊ benignitate domini noſtri Jeſu chriſti/ per
quem/ ⁊ cū quo patri gloria ſimul/ ⁊ ſpirituſancto
in ſecula ſeculorū Amen.

Homelia. LVII. Ex capitulo. IX.

**D Icunt ergo ceco iterū: Tu quid dicis de illo qui apuit oculos tuos? Jlle aūt dixit: Quia propheta eſt. Non crediderunt ergo iudei.**

Scripture nō ſimpliciter:neq̄ temere: ſed q̄ꝫdili/
gētiſſime legēde ſūt/ ne q̄s ſcrupulus oboriat̄/ eteīm
nō imerito hoc in loco quiſpiā dubitaret: Cur cū di
xerint: hic homo a deo nō eſt/ q̄a ſabbatū non cuſto/



dit:inde eū interrogarint: [Tu quid dicis de illo q̄
aperuit tibi oculos] ⁊ nō qui ſoluit ſabbatū. At ex/
cuſatiōꝫ pro accuſatiōe poſuerūt. Quid ergo dicen/
do? Nō ſunt hi qui dicebāt: Hic non eſt a deo:ſed q̄
diſſentiebant/ dicētes: Homo peccator nō pōt hec
ſigna facere. Cū ergo magis vellēt illis ſilentiū im/
ponere/ ne chriſtū defendere viderent̄/ eū qui eius
virtutē in ſe expert⁹ erat in mediū adducūt/ ⁊ inter/
rogāt. Tu autē intuere pauperis ſapientiā/ que ce/
teros ſupauit. Cōfeſſus eſt ꝓphetā eſſe/ neq̄ prauū
iudeoꝝ iudiciū ipm̄ perterrere potuit/ cū dicerent:
[Quō poteſt eē hic a deo qui ſabbatū nō cuſtodit]
Et nō crediderūt iudei ꝙ cec⁹ fuiſſet/ ⁊ vidiſſet/ do
nec vocauerūt parētes eius qui viderat. Tu autem
cōſidera quot modis miraculū tegere/ ⁊ abolere co
nant̄. Uerū hmōi eſt veritatis natura/ vnde magiſ
oppugnat̄:inde magis cōfirmat̄/ ⁊ quo magis ob/
tegit̄/ eo clarior euadit/ aliter nō eſſet hoc creditum
miraculū/ qd̄ perinde ac ſi oēs id p̄dicare conati eſ/
ſent/ ⁊ chriſti ſtudioſiſſimi fuiſſent ita claruit. Eteīm
eū etiā poſtmodū calūniari tētarūt/ dicētes: [Quō
aperuit tibi oculos] quaſi dicerēt: Nūquid magia
aliqua? qd̄ alibi cū ſanandi modū intelligere nequiſ
ſent/ calūniati ſunt/ in Beelzebub principe demo
nioꝝ eijcit demonia: hic ad ſabbati ſolutionē confu/
giūt/ ⁊ ꝙ peccator eſt. At qui cū ſupius eū interfice/
re/ ⁊ opera eius arguere tentarent/ audēter eos in/
terrogauit. Quis ex vobis arguet me de peccato/
⁊ nemo reſpōdit/ nemo eū blaſphemie arguit: cū ſe
ſine peccato ꝓfiteret̄. Ǝt ſi in aliquo argui potuiſſet
minime tacuiſſent. Nā qui dicentē ſe an̄ Abraā eſſe
lapidib⁹ petierūt/ ⁊ a deo nō eſſe/ ⁊ ſe a deo eſſe:glo
riati ſunt:cū eſſent homicide/ ⁊ tot miracula facien/
tem deo ꝯtrariū/ ⁊ ſabbatū nō cuſtodire obiecerūt/
ſi vel vmbrā aliquā criminādi habuiſſent/ non ſane
tacuiſſent. Ǝt ſi ꝓpterea peccatorē vocant/ q̄niā ſab
batū ſoluere videret̄:friuolū ꝓfecto h̄ crimē/ ⁊ mul/
tā eoꝝ arguit temeritatē. Quā ob rē his diſtracti ra
tionib⁹/ impudenti⁹ q̄ddā aggrediunt̄. Nō credide/
rūt (inquit) ꝙ cec⁹ fuiſſet: ⁊ vidiſſet/ quō ergo accu/
ſabāt/ ꝙ ſabbatū nō cuſtodiret? Certe tāq̄ credētes
Nōne multitudini/ ⁊ vicinis q̄ eū cognoſcebāt/ cre/
didiſtis? ſed vt dixi mēdaciū/ ⁊ ſi oppugnare v̄itatē
videat̄/ ſeipm̄ tamē detegit/ ⁊ v̄itatē reddit clariorē
vt in p̄ſentia cōtigit. Ne quis eīm diceret nihil certi
vicinos/ ⁊ qui eū viderāt attuliſſe:ſed fuiſſe aſſimilē
aduocāt parētes/ ⁊ inuiti miraculū veꝝ cōfirmarūt
Nā parētes maxie eū norāt/ ⁊ cū eū pterrere nō poſ
ſent:quin audēter acceptū publicaret beneficiū: per
parētes infirmare miraculū arbitrati ſunt. Et vide
interrogatiōis prauitatē aduocatis in mediū parē
tib⁹: vt metū incuterēt vehemētia quadā: ⁊ indigna
tiōe interrogāt: [Hic eſt filius veſter] Et nō dicūt:
Qui cec⁹ fuerat:ſꝫ: [Quē vos dicitis/ q̄a cec⁹ nat⁹
eſt] ac ſi malefacerēt/ ⁊ opa chriſti ꝯfirmarēt. O ſce/
leſtos/ ⁊ pluſq̄ ſceleſtos/ ⁊ q̄s nā pat̄ ita d̄ filio mē
tiri optaret? tm̄ nō dicētes quē vos cecū feciſtiſ: imo
⁊ vbiq̄ cecū predicaſtis:quō nūc videt? O demētiā
v̄ra hec malignitas: veſtꝝ cōmētū. Dupliciter ḡ ad
negādū eos ipellere conat̄/ dicēdo: [Et quē diciti
⁊ quō videt] De trib⁹ itaq̄ parētes interrogati: An
fili⁹ eoꝝ eſſet. Si cec⁹ fuiſſet: ⁊ quō videt. Duo tm̄
ꝯfitent̄:tertiū ſe neſcire dicūt/ vt magis v̄itas ꝓba/
ret̄:vt nemo pter ipm̄ curatū: ⁊ maxime ad id teſtā
dū idoneū/ rē ipſam cōfiteretur/ ⁊ quo nā modo ad
grām locuti eſſent parētes:qui eorū q̄ norant/ aliq̄
ꝯticebāt ꝓpter metū iudeoꝝ. Quid ergo dicūt [Ǝt
hic eſt fili⁹ noſter ſcim⁹/ ⁊ ꝙ cec⁹ nat⁹ ſit:quō autē
nūc videat:aut q̄s apuerit ei⁹ oculos nos neſcim⁹:
ipſe etatē habet/ ipſe de ſe reſpondebit] Dignū fide
ducūt ad ſui excuſationē/ nō eſt puer/ neq̄ deſipit/
pōt de ſeipſo teſtimoniū ꝑhibere/ hoc autē dicebāt
ꝓpter metū iudeoꝝ. Ecce quō iteꝝ euangeliſta eoꝝ
mentē/ ſentētiāq̄ exponit. Hec dico quia cū ſuperi⁹
dixerūt ꝙ equalē ſe deo faceret:ꝙ ſi ea nō chriſti:ſed
iudeoꝝ fuiſſet ſentētia:addidiſſet ſane euāgeliſta ita
iudeos intellexiſſe. Cū ergo parētes rurſum ad ſa/
natū eos remiſiſſēt/ iteꝝ inclamāt/ ⁊ palā atq̄ ipu
dēter/ nō quidē dicūt: Nega chriſtū te ſanaſſe:ſꝫ pie
tatis vmbra id tentāt. [Da inquit gl'iam deo] Nā
ſi parētib⁹ dixiſſent: Negare filiū veſtꝝ eſſe/ ⁊ cecū
natū:perq̄ ridiculū fuiſſet:itidē ſi huic negare ſua/
ſiſſent:manifeſta fuiſſet ipudētia:quare nō ſic dicūt
ſed alia aggrediunt̄ via: Da gl'iam deo:cōfitere ni/
hil chriſtū in te opatū [Nos ſcimus quia hic homo
peccator eſt [Quare ḡ ipm̄ non rep̄hendiſtis cū di/
ceret: Quis me arguet de peccato? Unde eū ſcitis
peccatorē? ⁊ cū ille nō dediſſet/ ⁊ obuiā chriſto fact⁹
nō ꝓpterea rep̄henſus eſt:ſed rogauit eum chriſtus:
Credis i filiū dei] vt intelligas ita dari gloriā deo
Ǝt ſi nō eſſet equalis patri:nō eſſet eq̄lis gl'ia:ſꝫ cū
idē qui p̄rem honorat:honoret ⁊ filium:merito nō
nō arguit̄ cecus. Cum ergo expectarēt iudei/ vt pa
rentes miraculū negarēt:nihil tale dixerunt. Cum
vero nihil ſe ex eo cōſecutos vidētiā peccatorē eē ca
lumniant̄. Reſpondet ille: [Si peccator eſt neſcio:
vnū ſcio ꝙ cū cec⁹ eſſem/ nūc video] Nunq̄d timuit
cec⁹? Minime: ⁊ quō q̄ ꝓphetā aſſeuerat:nūc dicit:
[Si peccator eſt neſcio] Nō ita ſibi pſuadebat:neq̄
ſuis v̄bis purgādo eum a criminib⁹:neq̄ ꝓpter acce
ptum bn̄ficiū excuſandū:ſed a re ipſa teſtimoniū af/
ferendū ſati⁹ ducit. Nā ſi poſt multa v̄ba dicēte eo/
ꝙ niſi eſſet dei cultor/ nō potuiſſet hec ſigna facere:
ita indignati ſunt/ vt dicerēt: [Jn peccatis nat⁹ es
totus/ ⁊ tu doces nos] Si hoc a pncipio dixiſſet:
in quā ꝓrupiſſent inſaniā? [Si peccator eſt neſcio]
quaſi dicat: Nihil de hoc in p̄ſentia dico:nihil ꝓnū
cio:illud quidē manifeſte noui/ ⁊ affirmare poſſum
[ſi peccator eēt nō hec faceret.] Quib⁹ v̄bis neq̄ ſe
neq̄ teſtimoniū ſuū ſuſpectū reddidit ꝙ ad gratiā lo
queret̄:ſꝫ rē ipſam teſtificaret̄. Neq̄ eīm afficere po/
terāt q̄n miraculū fecerit:illi autē iteꝝ ad priora re/
uertunt̄:modūq̄ curatiōis diligenti⁹ percōtantur:
more canū venatiōe ſibi ꝓpoſita:nunc huc/ nūc illuc
diſcurrētes/ ⁊ ad eundē redeūtes locū/ vt aſſidua ꝑ
cōtatōe eum ad ſuā trahāt voluntatē/ ⁊ aiūt [Quid
fecit tibi? quō apuit oculos tuos?] Jlle cōfundens
eos:acrius iā inuehit̄: Donec eīm miraculū diſqui/
ri/ ⁊ iudicari oportuit: verecundi⁹ locut⁹ eſt:cū aūt
plane patuit:bona cauſa fret⁹:eos audacter aggre/
ditur:aitq̄: [Dixi vobis ſemel: ⁊ me nō audiſtis q̄d
ampli⁹ vultis audire?] Cōſidera mēdici aduerſus
ſcribas ⁊ phariſeos fiduciā:tā valida eſt veritas:tā
imbecille mēdacium:illa eīm etiā imbecilles corro/
borat ⁊ claros reddit:hoc etiā fortes deprimit atq̄
debilitat:quaſi dicat mēdic⁹: Uerbis meis nō attē
ditis:ideo nihil ampli⁹ dicā:neq̄ reſpōdebo/ cū me
ſepi⁹ fruſtra interrogaueritis:neq̄ vt rē ſciatis/ ve/

litis audire:ſed vt audita calumniamini. [Nunqd
⁊ vos vultis diſcipuli eius fieri?] Iā ſe diſcipulis
adnumerat:hoc eñ ſignificat [nunqd ⁊ vos] eos p̄
terea arguit/ ⁊ vitupat/ ⁊ merito:ſane cum eñ intel
ligeret hoc eos maxime ledere ita locutꝰ eſt:indiciū
ſane fidētis animi:⁊ ad ſupna euolātis:⁊ illoꝝ cōtē
nentis inſaniā. Ad hec eius maxime oſtendit digni
tatē:cui maxime fidit:⁊ ꝙ quē admirari ⁊ colere de-
berent:cū cōtumelia afficiunt:ille tamē nō afficitur
ſed qđ ipi ad ꝯtumeliā faciunt:honoris loco accipit
[Tu diſcipulus illiꝰ (inqunt) ſis nos aūt moyſi ſu
mus diſcipuli.] Sed nō ſequit̃:nō eñ Moyſi:nec
chriſti eſtis. Si moyſi eſſetis:eſſetis ⁊ chriſti. Iccir
co ſupius inqt chriſtꝰ: Si crederetis Moyſi:crede
retis ⁊ mihi:de me eñ ille ſcripſit. Cum eñ ad hos
ſemꝑ ſermones ꝯfugerēt: Nos ſcimꝰ ꝙ Moyſi locu
tus eſt deꝰ:cuiꝰ teſtimonio: Maioꝝ aiūt noſtroꝝ:
ſed nōne maioris auctoritatis eſt:qui hec ꝑ ſigna cō
firmat/ q̄ꝫ maiores veſtri:nā a deo venit/ ⁊ celeſtia
loquit̃. Et nō dixerunt nos audiuimꝰ ꝙ Moyſi lo
cutus eſt deus:ſꝫ ſcimꝰ. Et audita vos iudei ſcire aſ
ſeueratis: viſa autem auditis minora arbitramini
At qui illa quidē minime ſcitis:ſꝫ audiſtis:hec non
audiſtis:ſꝫ ſcitis [Ecꝰ autē in hoc eñ inquit:eſt mi
rabile ꝙ vos neſcitis vnde eſt] Et alia ſigna facit:ꝙ
homo nō inſignis apud vos:neqꝫ clarus:neqꝫ glo
rioſus:hec poſſit: vt ſit vbiqꝫ manifeſtū deū eē:neqꝫ
vllo humano egere auxilio. [Scimus autē ꝙ de-
us peccatores nō exaudit] Cum eñ antea dixiſſent
Quō poteſt homo peccator hec ſigna facere:coꝝ in-
nititur ſentētie: ⁊ eadē verba cōmemorat. Opinio
mea inquit ⁊ veſtra cōſentit:in ea permanete. Et in
tuere viri prudentiā. Semꝑ in ore habet miraculū
qđ cū capere nō poſſet ab eo ratiocinat̃. Uides illa
verba [Si peccator eſt neſcio:] nō eſſe dubitantis.
Abſit:norat eñ nō eſſe peccatorē. Ecce nūc tempo-
ri quō reſpōdet [Scimus ꝙ peccatores deꝰ non ex
audit: Sed ſi quis dei cultor eſt: ⁊ voluntatē eius
facit] vbi nō modo eū peccatis abſoluit:ſed acceptiſ
ſimū deo/ ⁊ oīa dei opera facientē demōſtrat. Nā
cum ſe iudei dei cultores dixiſſent: deo addidit: [et
voluntatē eius facit:] quaſi dicat: Nō ſatis eſt deū
cognoſcere. Inde miraculū extollit. [A ſeculo nō eſt
auditū:ꝙ aperuit quis oculos ceci nati.] Si g̃ con
fitemini deū nō exaudire peccatores: ⁊ hic ſignū fe-
cit:quale nemo vnq̄ꝫ alius:cōſtat omnia virtute aſ-
ſecutū que humanā lōge exupat. Ad quē iudei [In
peccatis natus es totꝰ: ⁊ tu doces nos] Donec eū
negatuꝝ ſperarunt:dignū cui crederēt exiſtimarūt
⁊ ſemel atqꝫ iteꝝ eū vocarunt. Ex ſi ei nō credēdum
ducebatis/ cur aduocaſtis? cur iteꝝ interrogaſtis?
Cum vera locutus eſt (⁊ ideo maxima erat admira
tiōe obſeruādus) tunc accuſant. Quid autē ſignat:
[In peccatis natus totus] Exprobrāt ei cecitatem
ac ſi dicāt: A prima etate in peccatis es: q̄ſi ideo fuiſ
ſet cecus:qđ nō ſequebat̃ quē cōſolatꝰ chriſtus ait:
In iudiciū ego veni in mundū: vt nō vidētes vide-
ant: ⁊ qui vidēt ceci fiāt. [In peccatis natꝰ es totꝰ ⁊
tu doces nos] Et quid dixerat: Nunqd ſuā ſenten
tiā attulerat: ⁊ nō potiꝰ cōmunē/ cum inquit [Sci
mus ꝙ deꝰ peccatores nō exaudit. Et eiecerūt eum
foras] Ecce veritatis preconē:quō ſapientiā nō im
pedit paupertas. Uides quot audiuit a principio
⁊ quot ꝑtulit/ ⁊ quō verbis/ ⁊ operibꝫ teſtatus eſt:

Hec ſcripta ſunt ad imitationem noſtrā. Nā ſi is q
chriſtū nō viderat:ante eius hortationē tm̄ ꝯfirma-
tus eſt: vt in cōſpectu totius populi homicide/ fur̃
ris inſani/ ⁊ eius voce chriſtū dānare cupientis:nec
aſſenſus ſit/ nec acquieuerit:ſed perq̄ꝫfidēter coꝝ os
obſtruxerit: ⁊ expelli maluerit q̄ꝫ ſubticere veritatē:
quāto magis nos qui tā diu in fide vixīmꝰ:qui per
fidē tot miracula intuiti ſumus:qui maiora/ q̄ꝫ ille
accepimus beneficia:qui interioribꝫ oculis arcana
myſteria cōſpicamur. Nos igit̃ in tātū vocatos ho
norē incredibilē ꝓ chriſto fiduciā p̄ nobis ferre opor
tet:cōtra eos q aliquid accuſare/ ⁊ loqui aduerſus
chriſtianos moliūt̃:coꝝ lingue cohibēde ſunt: neqꝫ
temere eis parcendū. Hoc autē facere poterimꝰ/ ſi
cōfidemus:ſi ſcripturis operā dabimus:neqꝫ eas
audire neglexerimus. Nā ſi quis attētionē huc in-
greſſus adhibuerit:etiā ſine domeſtica lectiōe: an-
nuo ſpatio ſatis proficere poterit. Neqꝫ enim hodie
vnū/ cras aliud legimus:ſed ſemꝑ idē. Uerūtamen
nōnulli tā miſere affecti ſunt: vt diutius audiēdo ne
nomīa quidē libroꝝ intelligāt:nec pudet:nec veren
tur tā negligent̃ in dei cōtionē ingredi. Ex ſi cytha-
redus/ vel ſaltator/ vel mimus aliquis ad ſcenam
aduocaret ciuitatē omēs frequēter cōcurrerēt: ⁊ ad
moniti gratias haberēt:in qno ſpectaculo diei dimi
diū ꝯſumunt:nulli aliꝫ negocio vacātes: deo autem
nos per ꝓphetas: ⁊ apoſtolos alloquēte: oſcitamꝰ/
deſidemus/ allucinamur/ ⁊ plurimū faſtidimus: q̄
re in foꝝ egredimur:in hyeme vō cū pluuia/ ⁊ lutū
impediret: domi ſedemus:at in theatris:ſine tecto
quo a pluuia defendamur. Maxima pars ymbre
vēto/ frigore/ luto/ vie lōgitudine cōtempta:inſani
perſtiterūt:nulla eos cauſa domi ꝯtinet:nulla quin
ad ſpectacula frequētes cōfluāt ꝓhibet/ huc ſub te-
ctum ſine frigoris/ ⁊ pluuie iniuria ad anime ſue ſa
lutem nemo ea alacritate cōcurrit. Sunt ne hec to-
lerāda? Ideo in illis apprime edocti:in neceſſarijs
q̄ꝫ pueruli imperitiores ſumꝰ. Ex ſi quis te/ aut au-
rigam/ aut ſaltatorē vocaret:cōtumeliā id duceres
eāqꝫ pro viribꝫ ꝓpulſares:ire aūt ad eoꝝ ſpectacula
nō recuſas: ⁊ cuiꝰ artis nomē fugis:eā fere omnē ꝑ
ſequeris. Cuiꝰ aūt ⁊ nomē ⁊ res:hoc eſt:eſſe ⁊ voca-
ri chriſtianꝰ ꝓfiteris:quid nam ſit/ non intelligis.
Quid hac demēna peiꝰ? Hec frequēter vobis dice-
re ſtatui: verūtamē veritꝰ ſum/ ne fruſtra/ ⁊ ſine fru
ctu mihi odiū cōparē. Uideo eñ nō iuuenes tm̄:ſed
⁊ ſenes inſanire:quoꝝ gratia maiorē īmodū erube-
ſco:cū video viꝝ canitie venerabilē/ eā labefactātē/
⁊ filiū ſecū trahentē. Quid hoc magis ridiculum?
Quid indigniꝰ filiꝰ a patre impudētiā diſcit. Mor
dent hec vos verba:hoc ⁊ ego volo. Uerba vos me
rore afficiāt: vt per opera a turpitudine liberemini.
Sunt eñ nōnulli multo his frigidiores: quos il-
loꝝ nō pudet:ſed ꝓ re multa vba faciūt:quos ſi ro-
gaueris quis Amos ſit:qs Abdias:quot ꝓphete:
qd reſpōdeāt/ neſciūt. De eqs/ aurigꝭ/ ſophiſtꝭ/ rhe
toribꝫ q̄ꝫuis reddāt rationem. Inde q̄ hinc iactura:
qđ detrimētū ſequatur/ interrogāt. Propterea in-
gemiſco quoniā qđ ſit dānū: qđ malū/ nō intelligi-
tis. Dedit tibi vitā deus vt ſe coleres:tu eā incaſſū
⁊ inutiliter cōſumis. Queris qđ ſit dānū. Si vl' pa
rū argēti amiſeris:id oīno dānū appellas. Sin to
tos dies in diaboli operibꝫ cōſumpſeris:nihil omi-
ſiſſe opinarꝭ/ opus eſt in ſacrificijs/ ⁊ precibꝫ vitam



omnē impēdere. Tu ad clamores/ ꝑturbatiōes/ ob
ſcena verba/ ꝯtētiōes/ intempeſtiuas voluptates/
magicas/ in tuū cōuertis detrimētū/ ⁊ cum hec cō-
miſeris: qđ dānū acceperis interrogas: neqꝫ intel-
ligis oīa potius amittēda: q̄ꝫ tēpus. Auꝝ amittis/
poterit recuperari:amiſſum tēpus difficulter. Bre-
ue nobis in p̄ſenti vita tēpus preſtat̃:quo niſi in ne
ceſſarijs vtemur:quid illuc migrātes faciemꝰ. Dic
q̄ſo/ ſi cui filioꝝ tuoꝝ p̄ciperes vt aliquā artē diſce-
ret:ille autē/ vel domi/ vel alibi tēpus fruſtra cōte-
reret:poſſꝫ ne apud magiſtꝝ excuſari? Nōne diceret
ꝯuenimꝰ: tēpꝰ ſtatuiſti. Si tibi nō cure eſt/ vt apud
me arti incūbat filiꝰ: quō eū erudiemꝰ? Hec et vob
dicēda ſunt. Nā exiget a nobis deꝰ rationē. Uobis
inqt tempꝰ dedi: vt pietatē: vt recte viuēdi artē eru
diremini:cur incaſſum ⁊ inutiliter hoc tp̄s ꝯſumpſi
ſtis? Cur p̄ceptorē freqnter nō petijſtis:neqꝫ doctri
ne vacaſtis? Ex autē doctrina ſit dei cultus audi ꝓ-
phetā/ cum inqt: Uenite filij audite me:timorē dn̄i
docebo vos. Et iteꝝ: Beatꝰ vir quē tu erudierꝭ dn̄e
⁊ in lege tua docueris. Cū vō tempꝰ inutiliter con
ſumpſiſti:quā habebis excuſationē. Et q̄ gratia no
bis breue tp̄s p̄ſcripſit deus? O ſtultitiā/ o inſipien
tiā/ ꝑ quo maxime gratie habēde ſūt:ꝙ labores no
bis/ ⁊ ſudores minuit:ꝙ requiē nobis/ ⁊ eternitatē
largit̃:id ⁊ reprehēdis: ⁊ moleſto fers animo. Sed
neſcio quō in tā longū ſermonē venimꝰ: q iā finē de-
ſiderat. Noſtre nāqꝫ imbecillitati/ ⁊ miſerie tribuē-
dū eſt:ꝙ lōgiuſculā faſtidimꝰ orationē:in ſpectacu-
lis autē a meridie ad noctē īmorari:cū funalibꝫ do-
mū reuertimur. Sed ne ſemꝑ vos accuſemꝰ h̄ no-
bis impēdite beneficiū vt alijs omiſſis omnibꝫ:his
incūbatis. Ueſtro eñ lucro ⁊ nos lucrabimur gau
diū/ leticiā:laudē p̄terea/ ⁊ remunerationē. Omne
autē lucꝝ veſtꝝ erit:ꝙ tā ſtulte ante hac ſaltatiōibꝫ
dediti ꝓpter timorē dei/ ⁊ honorationē noſtram: vt
vos morbo illi liberaueritꝭ/ ⁊ vinculis ſolutis/ ad
deū feſtinaueritis. Neqꝫ illic tm̄ mercedē: verūetiā
in hac vita verā cōſequimini voluptatē. Eiuſmodi
nāqꝫ virtus eſt: vt cū futuro p̄mio in preſenti quoqꝫ
vitā nobis ſuauiſſimā ſuggerat. Parcamꝰ ergo ſcri
pture diuīe preceptis: vt ⁊ p̄ſentibꝫ/ ⁊ futuris frua
mur bonis:gratia ⁊ benignitate domini noſtri Ie-
ſu chriſti:cum quo patri gloria ſimul/ ⁊ ſpirituiſan-
cto in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Homelia. LVIII. Ex capitulo. IX.

e T audiuit Ieſus quia eiece
runt eū foras et cū inueniſſꝫ
eum dixit ei: Tu credis in filiū dei?
Reſpondit ille et dixit: quis eſt do
mine et credam in eum.

Qui ꝓpter veritatē ⁊ chriſti cōfeſſionē malo/ ⁊ cō
tumelia aliqua afficiūtur: hi maxime a deo honorā-
tur. Ut eñi qui ꝓpter deū pecunias diſpgit is maxi
me eas inuenit: ⁊ qui odit animā ſuā/ is vel impri-
mis amat: ita cōtumelia affectus ꝓpter deū/ is plu
rimū honorat̃ a deo: qđ ceco vſuuenit. Eiectus eſt
a templo a iudeis/ ⁊ a templi dn̄o inuētus eſt. A pe
ſtifero cōcilio liberatus: ſalutifeꝝ eſt fontē ꝯſecutꝰ.
Cōtemptus a cōtemptoribꝫ chriſti: ab angeloꝝ re-
ge honoratꝰ eſt. Hec ſunt veritatꝭ premia: ita ⁊ nos

diſperſis his rebꝫ/ ⁊ pecunijs noſtris: illac fidenter
proficiſcemur. Si hic inopi largiemur: quieſcemus
in celis. Si ꝓpter deū nobis maledicet̃: ⁊ in hac/ ⁊
futura vita laudabimur. Eiectū e tēplo inuenit chri
ſtus: quē euangeliſta hac g̃ria veniſſe ſignificat. Et
cōſidera quibꝫ eū premijs remunerat: ſūmo omniū
bonoꝝ. Se eñ ei notū fecit a quo prius ignorabat̃
eūqꝫ diſcipulis ſuis annumerauit. Et intuere illiꝰ
diligētiā: dicēte eñi Ieſu: [Tu credis in filiū dei?]
reſpōdit: [Domine quis eſt] Nōdū eñ ipſum vide
rat q̄ꝫuis ſanatus: antea nāqꝫ cecus fuerat: ſanatꝰ
ad iudeos adductus eſt: vt eñ munerarius athle-
tam: victoria inſignē/ ⁊ coronatum: ita hunc Ieſus
accipit [Tu credis inquit in filium dei] Quid hoc?
Poſt tantā cū iudeis cōtrouerſiā poſt tot verba/ ⁊
cōtētiones an credat interrogat: nō ꝙ eius ignora-
ret animū: ſed vt notū alijs faceret/ ⁊ eius ſe fidem
plurimi facere demōſtraret. Cōtumelia me tātus
populus afficit (inquit) ſed nihil impēdo: fides tua
mihi cure eſt. Pluris eñ faciēdus eſt vnꝰ: qui dn̄i
facit volūtatē/ q̄ꝫ multi trāſgreſſores. [Tu credis
in filiū dei] ac ſi p̄ſens que dixerat/ accepiſſet rogat
⁊ ſui cōcitat deſideriū. Neqꝫ primū ait: Crede: ſꝫ in-
terrogauit [Quid ille? Et quis eſt dn̄e: vt credā in
eū] Deſiderātis ⁊ valde inquirētis anime verbū:
pro qua tāta locutus eſt ignorat/ vt veritatis ama
torem eū intelligas. Dicit ei: [Et vidiſti eū/ ⁊ q lo-
quitur tecū ille eſt] Nō dixit ego ſum: ſed remiſſius
adhuc: ⁊ vidiſti eū. Dubiū verbū. Ideo manifeſtiꝰ
ſubdit [Qui loquit̃ tecū ille eſt] At ille ait: [Credo
dn̄e ⁊ procidēs adorauit eū] Neqꝫ dixit: ego ſum q
te curaui: qui dixi tibi vade lauare in ſyloa: ſed his
omnibꝫ omiſſis/ inquit: [Credis in filiū dei?] Ille
affectū ſuū e veſtigio adorādo pretulit/ qđ pauci cu
rati fecerunt/ vt leproſi illi/ ⁊ alij: hoc pacto diuinā
eius virtutē demōſtrauit: ne quis verbotenus di-
xiſſe arbitrari poſſit. Eo autē adorāte inquit Ieſus
[In iudiciū ego veni in mundū: vt nō vidētes vide
ant/ ⁊ qui vidēt ceci fiant] Hoc ⁊ Paulus inquit:
Quid ergo dicemus/ ꝙ gētes nō ſequētes iuſtitiā
acceperūt iuſtitiā: iuſtitiā autē ex fide Ieſu: iſrael au
tem ſequēs legē iuſtitie: in legē iuſtitie nō venerunt.
His verbis in iudiciū veni: magis illū in fide con-
firmat: ⁊ qui aderāt excitauit: hoc eſt phariſeos qui
ſequebant̃ in iudiciū: id eſt in maiꝰ ſuppliciū: oſten-
dens qui ſe tanq̄ꝫ peccatorē dānarēt: dānatos eſſe:
hoc in loco duos viſus: ⁊ duas meminit cecitates:
⁊ q̄ ſenſu: ⁊ que intellectu ꝑcipiunt̃. Tū qdā ex pha-
riſeis ſequebant̃ [Nūquid ⁊ nos ceci ſumus] vt in
alio loco: Nemini ſeruiuimꝰ vnq̄ꝫ: ⁊ ex fornicatione
nati nō ſumus: ita his ſenſibilibꝫ tm̄ inſiſtebant/ ⁊
huius pudebat cecitatis. Inde oſtēdēs melius fu-
iſſe eis cecos eſſe/ q̄ꝫ videre inqt [Si ceci eſſetis non
haberetis peccatū] Cum cecitatē ignominiā puta-
rent: in eos inuehitur: ꝙ ꝓpterea magis punientur.
Ita ſemꝑ humani animi elationē cōprimit: ⁊ ad ma
gnorū ⁊ mirabiliū erigit cognitionē. Nūc vos vide
re dicitis: vt antea deū veſtrū eſſe dicebatis: ſed non
videtis: ita qđ ſibi laudē arbitrabātur/ id ſupplicio
fore oſtēdit. Et a priori quidē cecitate cecū natū cu-
rauit: nūc de iudeoꝝ diſputat cecitate. Ne eñ dice-
rent: nō ꝓpter ſuā cecitatē ad eū nō accedere: ſed dece
ptorem vitare: huc omnē refert diſputationē. At nō
ſimpliciter euāgeliſta inquit audiſſe hec phariſeos:

qui cum eo erant/ ⁊ dixiſſe: [Nūquid ⁊ nos ceci ſumus] Sed vt tibi ī memoriā reducat: hos illos eē qui antea chriſtū oppugnabāt: ⁊ lapidibus impetebant. Sūt em̄ quidā in ſuperficie quidē ſectatores: qui facile in ꝯtrariā mutanť ſentētiā: vnde ergo nō deceptorē: ſed paſtorē ꝓbat: adducēdo vtriuſqꝫ iudicia: ⁊ ſic eis rei veritatē inquirēdā relinquit. Et primū quis deceptor ⁊ fur ſit/ demōſtrat/ inquiens: [Amē amē dico vobis/ qui nō ingrediť per oſtium in ouile ouiū: ſed aſcēdit aliunde: ille fur eſt ⁊ latro] Ecce latrōis ſigna: primū palā nō ingreditur: neqꝫ audet inde: nō per ſcripturaꝝ teſtimoniū: qđ ꝑ oſtiū ſignificatur. Hic ⁊ qui fuerūt: ⁊ qui futuri ſunt notat: ⁊ antichriſtū ⁊ falſos chriſtos: ⁊ Iudā: ⁊ Theudā/ ⁊ alios huiuſmodi. Merito autē oſtiū ſcripturas appellat: quoniam nos ad deū ducūt/ ⁊ eiꝰ nobis cognitionē aperiunt: ipſe oues faciūt: ipſe cuſtodiunt: neqꝫ lupos irrumpere permittūt. Tanꝙ em̄ oſtium firmiſſimū hereticos arcent/ ⁊ in tuto conſtituūt: neqꝫ nos (modo velimꝰ) aberrare vnꝙ ſinent. Et niſi hoc oſtiū infringamus: nūꝙ nos inimici noſtri poterūt expugnare: per hoc oſtiū/ ⁊ paſtores/ et alij oēs ingrediemur: in ouile autē: hoc eſt ad oues/ ⁊ earū curam. Qui em̄ ſacra nō vtitur ſcriptura: ſed aſcendit aliunde: id eſt nō ꝯceſſa via: is fur eſt. Ecce cum patre ꝯuenientiā: cum ſcripturas in mediū ꝓferat: Ideo iudeis dicebat: Scrutamini ſcripturas ⁊ Moyſen: ⁊ prophetas omnes adducit in teſtimoniū. Omnes (inquit) qui audiūt ex prophetis venient ad me. Et ſi crederetis mihi/ hic idē per tranſlationem ponit. Hac autē particula [aſcēdit aliūde:] ⁊ ſcribas ſignificat: qui cum docerēt/ ⁊ faciēda preciperēt: ipſi legē trāſgrediebanť: qđ ipē exprobrauit dicēs: Nemo veſtrū facit legē. Et recte inquit aſcēdit ⁊ nō ingreditur: nam furis eſt ſepē/ vľ parietem aſcēdere: ⁊ cum periculo om̄ia moliri. Ecce quo pacto deſcripſit latronē. Cōſidera paſtoris ſigna [Qui ingreditur per oſtiū hic eſt paſtor ouiū: huic oſtiarius aperit: ⁊ vocē eius oues audiūt: ⁊ ꝓprias oues cum emiſerit/ ante eas vadit.] Hec paſtoris eſt ⁊ furis: differentia. Videamus quo pacto ſequētia cōueniant. [Huic inquit oſtiarius aperit:] manſit in trāſlatiōe: vt ſignificātius loqueretur. Ꝙ ſi ad verba parabolā vis accōmodare nihil prohibet hoc in loco ꝑ oſtiariū Moyſen ſignificari: cui eloquia dei credita ſunt: cuius vocē oues audiūt [Et proprias vocat nominatim] Cum em̄ frequēter eū deceptorem vocarent: idqꝫ ex incredulitate ſua cōfirmarent dicentes: Quis principū credidit in eū: nō ex ipſoꝝ pertinacia ſe: ſed illos deceptores putandos: ꝙ ſibi non crederēt: ⁊ merito ab ouiū numero expellēdos oſtēdit. Nam ſi paſtoris eſt per ſolitū ingredi oſtiū: ipſe per hoc ingreſſus eſt: ⁊ omnes ſecuti poterunt oues eſſe/ qui inde ſe auerterūt: nō ipſos paſtor: ſed ipſi ſe ab ouiū numero abdicarūt. Ꝙ autem ſe oſtiū appellarit nemo perturbetur: ſi quidē ⁊ paſtorē ſe ⁊ ouem dicit: ⁊ varie ſuā predicat diſpēſationē. Quādo nos patri offert oſtiū: cum noſtri curā gerit: paſtorē ſe profitetur. Neue vt ipſum patri tantū offerre nos putes etiā ſe paſtorem dicit. [Et oues vocē eius audiunt: ⁊ proprias oues vocat ⁊ educit eas: ⁊ ipſe ante eas vadit.] At cōtrariū paſtores faciūt: ſequūtur nō precedūt. Sed vt ſe omniū ad veritatē inueniendā ducem oſtēdat: ꝯtrariū paſtoribus morem ſeruat: quemadmodū cum oues per orbem dimiſit nō extra: ſed in medio luporū miſit. Lōge em̄ admirabilior ars noſtra paſtoralis eſt. Videtur autem ⁊ cecus hoc in loco ſignificari: quē e medio iudeorū vocauit: ⁊ audiuit vocē eius: ⁊ cognouit [Alienū oues nō ſequūtur: quoniā eius vocem neſciunt] Siue de Theude ⁊ Iude aſſertoribus hic loquať. Omnes (inquit) qui in eos credūt diſperſi ſunt: ſiue de futuris qui a pſeudo chriſti decipiēdi erāt. Et ne dicerent ipſum vnū illoꝝ eſſe: plurimū ſe ab illis diuerſum oſtendit: ⁊ primū a doctrina ſcripturaꝝ: ꝗbus eos adducit: illi aliunde: Inde ab ouiū obediētia: que omnes ipſi non viuēti tantū: ſed ⁊ mortuo paruerūt/ illos ꝗꝫ primū dimiſerūt. Preterea quod non paruū eſt: illi tanꝙ tyrāni per ſeditionē omnia faciebant: a qua ſuſpitione tantū hic aberat: vt cum vellent ipſum regē facere/ recuſaret: ⁊ cum rogarēť an liceret cēſum dari ceſari: afferri ꝓciperet: vt nūmiſma cognoſceret. Ad hec ipſe pro ouiū ſalute venit: vt vitā haberēt: ⁊ abūdantius haberēt: illi etiā preſenti vita priuauerūt: qui etiā tradiderūt ſibi cōmiſſos: ⁊ fugarūt. Hic adeo generoſe ꝯſtitit: vt animā traderet/ illi inuiti: coacti fugiētes que paſſi ſūt pertulerūt: hic ſponte omnia ſubiuit. [Hoc prouerbium dixit eis Ieſus: illi autē nō cognouerūt quid loqueretur eis.] Et qua gratia obſcurius locutus eſt? Vt attētiores redderet: quod mox exponit inquiens: [Ego ſum oſtiū/ per me ſi quis introierit/ ſaluabitur: ⁊ ingredietur/ ⁊ egredietur/ ⁊ paſcua inueniet] Hoc eſt: ſecurus erit/ ⁊ liber: paſcua autem ⁊ pabulū: ouiū poteſtatē: atqꝫ libertatē ſignat: hoc eſt nemo inde eū expellit qđ ⁊ apoſtolis vſuuenit: ꝗ audenter ingreſſi ſunt/ ⁊ egreſſi: tāꝙ vniuerſi orbis domini: ⁊ a nemine eijci potuerunt. [Omnes quotquot venerūt: fures ſunt:/ ⁊ latrones: ſed nō audierunt eos oues.] Nō de prophetis hoc intelligēdū/ vt aiūt heretici: illos em̄ audierūt/ ⁊ per eos chriſto crediderūt: ſed de Theuda ⁊ Iuda/ ⁊ alijs ſeditioſis. Illud preterea verbū [nō audierūt] in ouiū laudem dictū eſt: quod cōtra eſſet: ſi prophetas nō audiſſent: fuiſſent em̄ maxime reprehendēdi. [Fur non venit/ niſi vt fureť ⁊ mactet/ ⁊ perdat.] Vt tūc vſuuenit: ſi quidē omnes mactati ſunt/ ⁊ deperditi. [Ego autē veni vt vitā habeāt/ ⁊ abundātiꝰ habeant.] Et quid queſo vita abūdantius? Rgnū celorum: ſed adhuc vite nomine tanꝙ eis noto cōtentus eſt. [Ego ſum paſtor bonus]. Hic iam paſſionem inſinuat: ꝙ pro mūdi ſalute moriturꝰ eſt: neqꝫ inuitus. Inde iteꝝ ad paſtoris ⁊ mercenarij parabolam venit: [Paſtor enim animā ſuā ponit ꝓ ouibus. Mercenarius autē: qui nō eſt paſtor: cuiꝰ nō ſunt oues proprie/ videt lupū venientē: ⁊ dimittit oues ⁊ fugit: ⁊ venit lupus ⁊ rapit eas] Hic ſuam paterne equiparat poteſtati. Siqđē paſtor ipſe eſt: ⁊ cuius proprie ſunt oues. Intueris altiorē in parabolis ſenſum: vbi obſcurius loquitur: neqꝫ auditoribus cauſam calūniandi prebet. Quid ergo hic facit mercenarius? [Videt lupū venientē/ ⁊ dimittit oues: ⁊ lupus venit/ ⁊ rapit eas] Hoc illi faciebāt: ipſe cōtra. Eteni cum cōprehenſus eſt/ inquit: Sinite hos abire/ vt impleretur ſermo: quia nemo ex ipſis perijt. Hoc in loco poteſt ⁊ ſpiritalis lupus intelligi: quē nō ſinit/ vt oues auferat. Hic nō modo lupus: ſed ⁊ leo eſt. Nam aduerſariꝰ noſter diabolus



inquit tanꝙ leo rugiens/ circuit querēs quem deuoret: hic idē ⁊ ſerpēs/ ⁊ draco. Ambulabitis em̄ ſuper ſerpētes/ ⁊ ſcorpiones. Quare vos hortor dilectiſſimi ſub paſtoris noſtri cuſtodia: ī paſcuis maneamus. Manebimus autē ſi vocē eiꝰ audierimꝰ: ſi ei parebimus: ſi alienū nō ſequemur. Et que nam hec vox eſt? Beati pauperes: beati mūdo corde: beati miſericordes. Hoc pacto ſub paſtore manebimꝰ: ⁊ lupꝰ ingredi nō poterit: ⁊ ſi ingredereť detrimētū acciperet: paſtorē nāqꝫ adeo nos amantē habemus vt animā ſuā pro nobis traderet. Cum em̄ ⁊ poſſit/ ⁊ amet: quid impedit ne liberemur? Nihil ſane niſi noſmetipſi deficiamus: quod quomō accidat/ audi ipſum dicentē: Nō poteſtis duobus dominis ſeruire: deo ⁊ māmone/ cui ſi ſeruiemus: grauiſſime ſubijciemur tyrānidi. Omni em̄ tyrāno grauior eſt pecuniarū cupiditas. Nullā em̄ voluptatē habet: ſed curas/ inuidiā/ inſidias/ odia/ calūnias/ ⁊ īnumera virtutis impedimēta/ deſidiā/ luxuriā/ auaritiam/ ebrietatē/ que liberos penitus in ſeruitutē redigunt: ⁊ numularijs peiores efficiūt: ⁊ nō hoim tm̄ ſed ꝗuiſſimi affectuū: ⁊ morboꝝ anime ſeruos. Hic multa audet: que neqꝫ deo: neqꝫ hominibꝫ placent: veritus/ ne quis hāc ſibi auferat ſeruitutē. O amarum ſeruitiū: O diabolicā poteſtatē. Hic omniū affectuū moleſtiſſimus eſt: cum tātis malis deuincti gaudemus: et cathenas libenter amplectimur: ⁊ tenebrarum carcerē habitantes: in lucē prodire noluimus: ſed malis inheremꝰ: malis oblectamur. Quare de nobis minime ſperandū eſt vt reſipiſcamus: ꝗ peiori ꝗꝫ qui metalla effodiunt conditione ſumus. Miſere enī ſine vlla mercedis ſpe laboramus. Et quod grauius eſt ſi quis nos hac captiuitate liberare vellet: nō pateremur: ſed egre feremꝰ/ ⁊ indignaremur: in hoc nihil ab inſanis differētes: in alijs tamen tanto miſeriores ꝙ nolumus ab inſania liberari. Nunquid ꝓpterea in hunc mūdum veniſti? Nū propterea homo factus es? vt es ⁊ auꝝ accumules Nō ideo te ad ſuā finxit deus imaginem: ſed vt ſibi placeas/ vt futura bona cōſequaris/ vt cū angelis pſallas. Quid hāc reijcis cognationē? Quid inhoneſtum te/ ⁊ ignobilē hac ſoluta neceſſitudine reddis? neceſſitudinē dico ſpiritalē. Fame ille tabeſcit: tu copia rūperis. Frater nudo corpore oberrat/ tu veſtes veſtibꝫ addis: que tineis cōſumūtur: ⁊ quanto ſatius foret: vt his egenorū corpora tegerētur: ꝗ ſi hoc pacto ꝯſumerētur: illa te cura abſoluerēt ⁊ futurā tibi vitā largirētur. Quod ſi nō placet: ꝯſumptas tandē cōfer in pauperes: qui recte eas norūt excutere: eteni chriſti corpꝰ: quoniā arca honorabilius eſt: ⁊ ſecurius: quippe ꝙ nō tantū illas cuſtodit: ⁊ incorruptas cōſeruat: ſed pulchriores efficit. Arca nōnunꝙ cū veſtibus direpta magno te afficit damno: que pauperibꝫ damꝰ cuſtodiēda: neqꝫ morte amittētur: neqꝫ ſeris/ aut vectibus indigēt: non ſeruorū vigilia: nulla hmōi cautōe: omnibꝫ inſidijs libera ſunt: ⁊ cuſtodia reponūtur/ vt credibile eſt/ ꝗ cōmendantur in celis. Nulle em̄ malitie locus ille peruiꝰ eſt. His nos monitōibus nunꝙ ceſſamus/ neqꝫ vos vnꝙ parens/ cauſa ꝙ puſilli ſumus animi/ ⁊ terrenis inhiamus/ ⁊ deorſum trahimur/ immo abſit vt vos omnes damnē: tanꝙ incurabiliť egrotetis. Nam ſi diuitijs ebrij his admonitionibꝫ aures obſtruūt/ pauperes ſaltē attēdere poterunt. Et quid hec ad pauperes inquies? neqꝫ em̄ auꝝ habent: neqꝫ tot veſtimēta: ſed panē tantū ⁊ aquā frigidam: ſed ⁊ duos obolos: ⁊ pedes vt viſitare poſſint infirmos: linguā etiā: vt ſermone cōſolētur vulneratū: domū preterea vel tegetē vt hoſpitē accipiant/ habēt. Nō em̄ innumera talēta a pauperibus ſed diuitibus exigimus. Ꝙ ſi ad pauperū oſtiū dominus noſter venerit: obolū ab eo accipere hoc modo nō pudebit: ſed maiora ꝗꝫ a multa dantibus accepiſſe profitebitur. Quot hic aſtantiū illo tempore fuiſſe optarēt: quo chriſtus in carne terrā peragrauit: vt cum eo verſati eſſent/ ⁊ cōuixiſſent. Ecce nūc hoc nobis magis licet: vocare eū ad prandiū poſſumus: ⁊ cū eo viuere: ⁊ magis proficere. Eoꝝ nāqꝫ ꝗ cum eo viuebāt nōnulli perierūt: vt Iudas ⁊ hmōi eorū autē qui eum in domū ſuā aduocāt/ ⁊ domū ⁊ menſam cōmunicāt: vnuſquiſqꝫ maxime laudabiť/ ⁊ gratie his habebuntur. Venite (inquit) benedicti patris mei/ poſſidete preparatū vobis regnū a cōſtitutione mūdi. Eſuriui em̄ ⁊ dediſtis mihi mādu̇care. Sitiui ⁊ dediſtis mihi bibere. Peregrinus erā ⁊ ſuſcepiſtis me. Infirmus/ ⁊ viſitaſtis me. In carcere erā: ⁊ veniſtis ad me. Quā ob rē: vt audire hoc mereamur: veſtiamus nudū/ colligamus hoſpitē: cibū demus eſurienti: ſitienti potū: infirmos ⁊ carcere deuinctos viſitemus: vt ſpe bona veniā cōſeqꝫmur peccatoꝝ ⁊ illoꝝ bonoꝝ que omnē ſenſum excedunt fiamus participes: que vtinā omnes cōſeqꝫmur gratia ⁊ benignitate dn̄i noſtri ieſu chriſti: cui gloria ⁊ imperiū in ſecula ſeculoꝝ Amē.

Homelia. LIX. Ex Capitulo. X.

## Ego ſum paſtor bonus et cognoſco oues meas: et cognoſcūt me mee. Sicut nouit me pater: et ego cognoſco patrem: et animā meā pono pro ouibꝰ meis.

Magnū quiddā dilectiſſimi/ magnū inquā eſt eccleſie prelatio: ⁊ que multa indiget ſapiētia: ⁊ fortitudine: qualē chriſtus ꝓpoſuit/ vt nunꝙ oues deſeramus: vt lupo generoſe reſiſtamus. Hec em̄ inť paſtorē/ ⁊ mercenariū differētia. Alter ꝓprie/ contēptis ouibꝫ: alter ſua ꝯtēpta: ouiū ſemꝑ ſaluti inuigilat. Paſtoris ergo exemplo deceptores duos meminit/ furē mactantē: ⁊ rapientē oues: ⁊ mercenarium permittentē/ neqꝫ defendentē cōmiſſas. Per illum: Theudā ⁊ eius aſſertores: Per hūc iudeoꝝ magiſtros ſignat: qui nullā curam cōmiſſis ouibus adhibebāt: quod ſuperiori tēpore Ezechiel his verbis inſectatus eſt: Ve paſtoribus iſrael: nōne paſcebant ſemetipſos? nōne greges paſcuntur a paſtoribus? ſed illi contrariū faciebāt: quod maxime malitie genus eſt/ pluribus ratiōibus. Iccirco (inquit) neqꝫ quod abiectū erat/ reducebāt: neqꝫ quod perierat/ querebāt: neqꝫ confractū alligabāt: neqꝫ infirmū conſolidabāt: quoniā ſe nō gregem/ paſcebant. Idem ⁊ Paulus ſignificat: Om̄es que ſua ſunt ꝗrunt: nō que chriſti Ieſu. Et iterū: Nemo quod ſuū eſt querat: ſed proximi vnuſquiſqꝫ. Verū ab vtroqꝫ diſſidet chriſtꝰ: cū illis qui in peccatis erāt/ diceret ꝓpterea veniſſe: vt vitā haberēt: ⁊ abundantius haberent. His autē qui oues a lupis rapi negligebāt

ſe ꝓpter eas animā ponere:ne oues perirent. Nā cū
iudei ipſum interimere vellēt:non ꝓpterea deſtitit a
doctrina:neq̃ credētes tradidit:ſed perſtitit/ ⁊ per-
tulit mortē:ideo frequēter inquit [Ego ſum paſtor
bonus] Que cū nullo vti teſtimonio viderent. Et
enim poneret animā ſuā nō multū poſt re monſtra-
tum eſt:ꝙ autem vitā haberent/ ⁊ abūdantius ha-
berēt poſt huius vite migrationē futurū erat:alte-
rum ab altero cōfirmat. Hoc eſt quia dat animā:ꝙ
det etiā vitam:quod ⁊ Paulus dicebat: Si enim
cum inimici eſſemus /reconciliati ſumus deo per
mortem filij eius:multomagis recōciliati /ſalui eri-
mus. Et iterū: Qui etiā proprio filio non pepercit:
ſed pro omnibus nobis tradidit illū:quomodo nō
etiam cū illo omnia nobis donauit:ſed qua gratia
nunc quoq̃ eū nō accuſant/ vt ſuperius. Tu de te
ipſo teſtimoniū perhibes:teſtimoniū tuū nō eſt ve-
rum. Quoniā ſepenumero eos ſilere coegerat:⁊ a ſi
gnis maiorem de ſe opinionē cōcitarat. Inde ne q̃s
ad illā particulā [⁊ oues vocē ei⁹ audiūt ⁊ ſequunt̃
eū] diceret: Quid ad ñ credētes:audi q̇d addit [Et
cognoſco oues meas:⁊ cognoſcūt me mee]. Quod
⁊ paulus his ꝟbis ſignificauit: Nō expulit de⁹ po
pulū ſuū quē p̄deſtinauit. Et Moyſes: Cognouit
deus q̇ erāt ſui:h̄ eſt q̃s p̄deſtinauit. Ne aūt ſiĺiter
⁊ cognoſcere/ ⁊ cognoſci crederes [Cognoſco (inq̇t)
meas/ ⁊ cognoſcūt me mee]:non tñ eq̃lit̃. Eq̃lis eſt
pr̄is ⁊ filij cognitio: vt inq̇t [Sicē cognoſcit me pr̄ ⁊
ego cognoſco patrē] Qđ niſi ſenſiſſet:cur ita dixiſſet
cum em̄ nōnunq̃ multitudini ſe cōnumeraſſet:⁊ ne
more hominis cognoſcere putaret̃/ inquit: [Sicut
nouit me pater/ ⁊ ego cognoſco patrem]. Tā certo
ip̄m ſcio/ vt ipſe me. Propterea inquit: [Nemo co-
gnoſcit filiū niſi pater:⁊ patrē niſi filius] Diſcretam
quandā cognitionē indicans:qualem nemo ali⁹ ha
bet. Ego pono animā meā. Hoc frequēter dicit: vt
oīs deceptiōis tollat̃ ſuſpitio. Nam ⁊ apoſtolus
cum ſe verū magiſtrū oſtenderet:⁊ falſos cōfundere
apoſtolos vellet:pericula/ ⁊ mortes/ adduxit ī me-
diū. In plagis ſup̄ modū:in mortibus frequenter.
Dicēdo em̄ lux ſum ⁊ vita:ſupbiā apud ſtultos ar-
guere videbat̃: velle aūt mori/ nullam inuidiā/ nul
lum liuorē/ cōcipiebat. Propterea hoc in loco:non
dicunt eum de ſe teſtimoniū perhibere:⁊ vex nō eē:
hoc autē verbo multā curā/ atq̃ diligentiā indicat.
[Etenim alias oues habeo(inquit) que nō ſunt de
hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere] Ecce iterū h̄
verbū [oportet] nō neceſſitatis eſſe:ſed futuri om̄i-
no ſignificatiuū: quaſi dicat:quid ām̄iramini ſi me
he ſecuture/ ⁊ vocē meā audituren ſunt:cū ⁊ al's me
ſequi ⁊ vocē meā audiri videritis:tūc maiorem im-
modū admirabimi. Neq̃ te pturbet ꝙ dicit [Que
nō ſunt ex hoc ouili]. Differētia em̄ in lege dūtaxat:
vt inquit Paulus: Neq̃ circunciſio aliquid valet
neq̃ preputium. [Et illas oportet me adducere]:
Utroſq̃ diſperſos ⁊ mixtos:neq̃ habētes paſtorē:
hos videt/ atq̃ illos:nōdū bono adueniēte paſtore.
Inde futurā eox cognationē predicit [Et erūt vnū
ouile] qđ itex Paulus his verbis ſignificauit [Ut
duos ꝯdat in ſemetipſo in vnū nouū hominē] Pro
pterea me diligit pater/ quia ego animā meā pono:
vt itex accipiā eā. Et quid hoc verbo humili⁹: Si
quidē ꝓpter nos dn̄s noſter amādus eſt:quoniā ꝓ
nobis morit̃. Quid igit̃ dic q̃ſo:ſupiora tēpora non

amauit:ſed nūc amare incepit:⁊ nos p̄mū eius amo
rem cōciliauim⁹: Quid hoc ſibi vult: Cū alienū eū
a patre/ ⁊ deceptorē eſſe:⁊ in detrimētū/ ⁊ iacturā
veniſſe dicerēt ait: Si nihil aliud: vl' h̄ ſaltē mihi p
ſuadet/ vt vos diligā:ꝙ eo q̇ me amore vos pr̄ ꝓſeq̇t
⁊ hac gr̄a ꝓ vob morior. Preterea ⁊ illđ ītēdit ꝙ nō
inuitus morit̃. Neq̃ em̄ fuiſſ charitat̃ officiū:⁊ ꝙ
ea maxie eſt pr̄is ſentētia. Et ſi tā q̃ hō h̄ loquit̃ no-
li admirari. Sepenumero em̄ cām expoſuim⁹ idē re
petere/ ⁊ moleſtū eſt/ ⁊ ſupfluū. [Ego pono animā
meā/ vt itex ſumā eā/ ⁊ nemo tollit eā a me:ſed ego
pono eā a meipſo. Poteſtatē habeo ponēdi eā/ ⁊ po
teſtatē habeo itex ſumēdi eā] Cū voluiſſent aliquā
do eū interimere:indicat niſi ip̄e vellet incaſſum eos
laborare:⁊ a primo/ ſecūdū cōfirmat:a morte vide-
licet reſurrectionē:hoc em̄ admirandū eſt. Siquidē
vtrūq̃ nouū fuit:⁊ preter cōmunē cōſuetudinē. At-
tendamus ergo diligēter: [Poteſtatē habeo (inq̇t)
ponēdi animā meā] Et quis nō habet hāc poteſta-
tē: Quiſq̃ em̄ poteſt ſe interimere:ſed nō ita intelli-
gitur. Quomō ḡ. Sic habeo ponendi poteſtatē: vt
nemo me inuito id facere poſſit:qđ nō cōtingit nob:
nos tm̄ interimere noſmetipſos poſſum⁹:ſed ſi in la
tronū inſidias inciderimus:nō habemus liberā fa-
ciēdi qđ volum⁹ poteſtatē: velimus nolim⁹ nos in
terficiūt:chriſtus autē etiā inſidijs circūuentus:ſui
iuris erat:moriēdi:nec ne. Et cum dixiſſet [Nemo
tollit eā a me] addidit: [Ptātem habeo ponēdi eā]:
Hoc eſt:ego ſolus habeo hāc poteſtatē:q̄ vobis nō
eſt. Eteni alij multi: vite noſtre ſunt dn̄i:qđ a prin-
cipio nō dixit:neq̃ em̄ creditū eſſet:ſed cū a re ipſa te
ſtimoniū cōfirmarit:cū multis circūuētus inſidijs
cōprehēdi nō potuerit:ſepius em̄ ex eorū manibus
elapſus eſt. Tūc inquit [Nemo tollit eā a me] Qđ
ſi verū ⁊ illud ſequet̃:ſpōte ad hoc veniſſe:per quod
⁊ aliud cōfirmatur:quādocūq̃ voluerit vitā ſume-
re poſſe. Nā ſi ita mori humanas vires excedit: nō
eſt reliquū dubitandū. Et enim ſolus eſſet vitā po-
nendi dominus:etiā ſumēdi in ſua eē poteſtate oſtē-
dit. Ecce quomodo a priori ſecundum cōfirmat:⁊ a
morte indubitatā oſtendit reſurrectionē. Hoc prece
ptū accepi a patre: Quod nā: Mori ꝓ mūdo. Pri-
us ergo accepit/ inde paruit. Prius quid eſſet faciē
dū intelligit̃:⁊ quis nō expers ratiōis hoc dixerit:
Sed quēadmodū ſupi⁹ dicēdo ꝓpterea me diligit:
ſpontaneā indicauit volūtatē:⁊ cōtrariā amouit ſu-
ſpitionē:ita hoc in loco preceptū a patre ſe accepiſſe
dicēs:nihil aliud oſtendit q̃ idē patri videri:qđ ip̄e
facit:ne poſtmodū eū crucifixū:putarēt derelictū a
patre atq̃ traditū:neue exprobrarent:que tamē ex
probrauerūt. Alios ſaluos fecit/ ſeipſum nō poteſt
ſaluū facere. Et ſi fili⁹ dei es/ deſcēde đ cruce. Neq̃
ꝓpterea deſcendit:q̇niā filius eſt dei. Inde ne audiē
do mandatū eum a patre accepiſſe:id a ſe alienū eſſe
exiſtimares/ proſequit̃: [Paſtor bonus animā ſuā
ponit pro ouibus ſuis] Hinc ſuas oues ⁊ quicquid
recte factum eſt ſuū opus eſſe:⁊ precepto non indi-
gere oſtendēs. Et ſi indigeret:quomodo a ſeipſo po
nere dixiſſet: Qui a ſeipſo ponit precepto non indi-
get:⁊ cauſā cur faciat affert ꝙ ſcilicet paſtor ſit ⁊ bo-
nus paſtor. Bonus autē paſtor ad ouiū cuſtodiam
hortatore nō indiget. Quod ſi in hominib⁊ vſuuenit:
multo magis in deo. Ideo Paulus inquit: Et ſe-
ip̄m exinaniuit. Nihil aūt aliud hoc in loco p̄ceptū



ſignat:q̃ cū patre cōcordiā. Et ſi humiliter/ et hūa-
ne locut⁹ ē:auditox imbecillitati tribuendū. Diſſen
ſio itaq̃ facta eſt inter iudeos: ꝓpter ſermones hos.
Dicebāt aūt ml'ti ex ip̄is: Demoniū habet/ inſanit:
quid eū auditis:alij dicebāt: Hec verba nō ſunt de
moniū habētis. Nunq̇d demoniū habēs poteſt ce-
cox oculos aperire: Cum em̄ ſupra hoīem neq̃ ſm
cōmunē cōſuetudinē loquatur/ demoniū hr̄e dice-
bant:⁊ quater hoc iam noīe eū appellarunt:ſiquidē
ſuperius etiam dixerunt: Demoniū habes. Quis
te q̄rit interficere:⁊ iterū: Nōne bene dicim⁹ q̄m
ſamaritanus es tu ⁊ demoniū habes: Et hoc in lo-
co demoniū habet/ ⁊ inſanit:q̇d eū auditis: Immo
⁊ ſepius ea verba dixiſſe vel inde cōſtat:cū inquiūt:
Nonne bene dixim⁹:q2 demoniū habes: Alij dice-
bant hec verba nō ſunt demoniū habētis:nunquid
demoniū poteſt cecox oculos aperire: Cū a verbis
eum ꝯuincere nō poſſent:ab operib⁊ eū demoniū nō
habere demōſtrāt: Immo ne a verbis q̇z. Nā ſi ver
ba vobis ꝑſuadere nō poſſunt: opera reuereamini.
Et ſi demoniū habentis non ſunt:ſed ſupra huma-
nā virtutē:cōſtat diuine cuiuſdam eſſe potētie. Ecce
ſyllogiſmū. Et ſupra hominē operet̃:inde conſtat ꝙ
inquiūt demoniū habere. Et demoniū non habeat
ex operibus manifeſtat. Ad que in p̄ſentia nihil di-
cit. Jam em̄ ſuperius ſe demoniū nō habere reſpon
derat:nūc autē minime. Siquidē cum re oſtendiſſet
qualis eſſet/ decetero cōticet. Neq̃ em̄ digni erant
quib⁊ reſpōderet̃:qui demoniū habere dicerent:ex
his quib⁊ eū admirari:⁊ deum oēs arbitrari debe-
bāt. Et q̇d opus erat: vt ampli⁹ a xp̄o arguerētur:
eum inuicē ipſi diſſiderēt/ ⁊ ſe reprehenderēt: Ideo
nullū ꝟbum fecit:⁊ oīa equo animo tulit. Neq̃ hac
tantū gr̄a:ſed vt nos erudiret mānſuetudinē/ ⁊ patiē
tiam. Hunc nos imitemur: neq̃ em̄ tantū cōticuit:
verūetiam itex adeſt:⁊ interrogat⁹ reſpōdet: et ſuā
indicat ꝓuidentiā ⁊ demoniac⁹/ ⁊ inſan⁹ appellat⁹
quib⁊ innumera cōtulerat beneficia: non ſemel: aut
itex:ſed ſepenumero:nō modo nō vltus eſt:neq̃ re-
miſit beneficia:ſed ꝓ his animā ſuā poſuit:⁊ crucifi-
xus patrē pro his rogauit. Hec nobis imitāda ſūt.
Hoc pacto xp̄i erim⁹ diſcipuli:ſi mānſueti erimus et
mitis ingenij. Unde autē tales erimus: Si noſtra
frequēter peccata reputabim⁹:ſi lugebimus/ ſi fle-
bimus. Neq̃ em̄ aīa tāti doloris ꝑticeps: irritari/
atq̃ iraſci patit̃: vbi flet⁹ ira eſſe non pōt: vbi dolor
et ꝯtritio lōge oīs abit irritatio. Mens em̄ dolore
ꝑculſa nō ſtudet elationi:ſed amare ingemiſcit:ama
rius flet. Scim⁹ nonnullos ridere q̇ dicim⁹ q̃s ego
flere nō deſino:fletus em̄ hoc tēpus eſt/ plāctuſq̃/
et lamētationū. Multa ⁊ verbis ⁊ re peccam⁹:q̇ aūt
ita peccat in gehēnam/ ⁊ ardentē/ ⁊ igneū fluuiū re-
cipit̃:⁊ qđ omnium grauiſſimum eſt regnum celox
amittit. His igitur minis etiam riſu/ ⁊ delitijs diſ-
ſolueris/ ⁊ domino tuo irato/ ⁊ mināte nihil curas
nihil vereris:ne tibiip̄ſi ſuppliciū aſciſcas. Nō au-
dis quid quottidie clamat̃: Eſurientē me vidiſtis:
⁊ nō dediſtis mihi mānducare. Sitientem/ ⁊ nō de-
diſtis mihi bibere. Diſcedite in ignem paratum dia-
bolo ⁊ angelis ei⁹. Hoc ſingulis minat̃ dieb⁊. Sz
q̇bū dedi inquies. Qñ/ ⁊ q̄tiēs: Decē ⁊ viginti di-
ēs:ſed ꝑ totam vitam egenos paſcas oportet. Nā ⁊
virgines oleū habebāt:ſz nō ſuffecit eis ad ſalutem:
etenim ip̄e accēderūt lāpades:excluſe tñ ſunt a ſpōſo:⁊

merito ſane:ſciuerūt em̄ vt añ ſponſi aduentū extin-
guerent̃. Propterea multo nobis oleo/ multa libe
ralitate/ opus eſt. Audi ꝓphetā: Miſerere mei deus
ſm magnā miſericordiā tuā. Ita ⁊ nos ꝓpinquorū
miſereri oportet:ſm miſericordiā magnā. Quales
em̄ erimus erga ꝓximos noſtros:talē dominum in
nos experiemur. Sed quenam magna eſt miſericor
dia: Quādo non ex his que ſupfluunt nobis:ſed ex
his quib⁊ indigem⁹:egenis dam⁹. Et ſi ſupfluū ex-
hibendo:parum nobis ſperandum eſt. Quid nobis
erit: quo confugere: vbi ſalutē inuenire poterim⁹:ſi
virgines poſt tot/ et tātos labores/ nihil ꝓfecerūt:
Quis ſibi fidet cum audierit formidoloſa/ ⁊ horrē-
da illa iudicis verba/ dicentis/ atq̃ exprobrantis:
Eſuriui/ ⁊ nō dediſtis mihi mānducare: Quādiu in
quit nō feciſtis vni de his minimis: neq̃ mihi feci-
ſtis. Neq̃ de diſcipulis hoc tm̄:aut ſolitariā vitam
agentib⁊:ſed de omnibus fidelib⁊ intelligit̃:qui ſiue
ſeruus ſit:ſiue in foro mendicet:ſi in deū crediderit:
merito fouendus/ ⁊ cōplectendus eſt. Si nudum/
eſurientemq̃ deſpexerimus/ hec audiemus/ verba
nec iniuria: q̇d eni graue:quid moleſtum poſtulat:
quid nō facilimū: Non inquit infirm⁹ eram:et non
me ſuſtētaſtis:ſed nō viſitaſtis:neq̃ in carcere eram
neq̃ eduxiſtis:ſed nō veniſtis ad me. Quāto ḡ faci-
liora nobis precipiunt̃:tanto his cōtemptis grani⁹
puniemur. Quid em̄ leuius q̃ captiuos viſitare:
Quid facili⁹:cū eni hos ligatos pānis:illos ⁊ ſqua
lore obſitos:alios laborib⁊ cōfectos:alios fame/ et
ad pedes:canum more accurrētes/ alios ꝑfoſſo la-
tere/ alios ex foro ligatos adduci tota die mendicā-
do:ne neceſſariū quidem victum inueniētes: veſperi
ꝟo a cuſtodib⁊ tam male/ ⁊ crudeliter acceptos vide
ris:etiā ſi lapis/ humanior efficereris:⁊ ſi vel perdi
tiſſim⁹ eſſes:humanas in alienis malis calamita-
tes/ reputando mouereris. Subueniet tibi tremē-
dus ille dies/ ⁊ futura ſupplicia. Hec aīo voluēs:
⁊ frequēter agitās:⁊ cupiditatē oēm/ et voluptatē:
⁊ ſeculariū oīm amorē:dubio ꝓcul abijcies:⁊ oī por
tu trāquilliori aīo frueris: de iudicio cogitabis:cū
tātope ꝓuidendū/ curandū/ formidādū ſit/ ab hoī-
bus:lōge magis a deo intelliges. Nulla poteſtas
eſt:niſi a deo: q̇ ḡ tāta principib⁊ ordināda cōmittit:
multomagis ipſe exequet̃. Qđ niſi hic nos timor cō
tineret:oīa ſane perirēt. Cū em̄ in tantox ſupplicio-
rū metu multi maliciā complectunt̃:qui hec cogita
bit:⁊ ad elemoſynā ꝓmptior erit:lōge maiori q̃ qui
ſpectaculis aſſunt/ fruet̃ voluptate: illi nāq̃ libidi-
ne incēdunt̃:cū aduolātes ī ſcena mulieres vidēt/ ⁊
innumera inde accipiūt vulnera:non ſec⁹ ac iactatū
ventis mare/ pturbati. Oberrat em̄ eox ocul' oris
figura/ ornat⁹/ verba/ inceſſus/ ⁊ cetera q̇ antea vi
derat:q̄ oīa eox animū expugnāt: q̇ ꝟo ab h̄ nr̄o re-
deūt ſpectaculo:nihil tale patiunt̃:ſz ſūma q̇ete ⁊ trā
q̇llitate verſant̃ cōpungit nāq̃ animū ligatox/ ⁊ ca
lamitoſox aſpect⁹:⁊ oēm extinguit ignē/ atq̃ cupidi
tatē. Et ſi ſcortum vel laſciuior mulier obuia fiet: ex
carcere exeūti:nihil eū mouebit. Tanq̃ eni iā ſimpli
citatē quādā edoct⁹ ei⁹ rhetib⁹ ⁊ ī pudico non deci-
piet̃ aſpectu:ꝓpoſiti iudicij formidine: quare q̇ om̄e
delitiarum genus contempſit dicebat: bonum ire
in domum luctus/ q̃ in domū riſus. Et q̇ in hac vi-
ta tantā pre ſe feret virtutem illic maiorē in modum
laudabit̃. Nolimus ergo hoc opus cōtemnere: licz

Hb v

em̄ nihil poſſimus eis conferre: neqꝫ cibum: neqꝫ ar
gentum dare: ꝯſolari tamē ⁊ bono aīo eſſe hortari:
et alijs multis opem ferre nobis licebit. Affabimur
captiuos: cuſtodes māſuetiores reddemꝰ: ⁊ ſiue pa
rum / ſiue multū: proficiemus tamen. Q ſi dixeris
neqꝫ bonos illic: neqꝫ manſuetos eſſe: ſed homicidas:
fures / adulteros / incōtinentes: ⁊ alios ꝑditos ho-
mines. Etiam hinc neceſſariā mihi cauſam / vt eo te
conferas / oſtendis. Non em̄ bonis miſereri: malos
autē punire: ſed in omnes oſtendere humanitatē iu
bemur. Eſtote inquit ſimiles patris veſtri: qui ē in
celis: qui oriri facit ſolē ſuum ſuꝑ bonos / et malos:
⁊ pluit ſuꝑ iuſtos ⁊ iniuſtos. Noli ergo alienos acri
us inſectari neue ſis aſperior iudex: ſed humanꝰ / et
placabilis. Etenim ſi nos: neqꝫ fures ſumus: neqꝫ
adulteri: in alijs tamē peccamꝰ: ꝓ quibus magnis
ſumus ſupplicijs obnoxij. Si quidē fratrem nōnū-
ꝗ̄ fatuum appellamꝰ: qđ nobis gehennam parat: ⁊
mulieres impudicis oculis ꝯſpicamur: qđ adulte-
rium ipm̄ arguit: et qđ grauiſſimū eſt: indigne my-
ſteria participamꝰ: qđ reos facit corporis / ⁊ ſangui
nis chriſti. Nolimus ergo alioꝝ opera moleſtiꝰ in-
ueſtigare: ſed noſtra: ⁊ ita humaniores reddemur.
Preterea ⁊ illud dicendū eſt: ꝙ et in carcere boni et
manſueti viri ⁊ inſtar totius ciuitatis nō nunꝗ̄ re-
periemus. Nam ⁊ cum Joſeph in carcere multi fue
runt mali: quos oēs iuſtus ille curauit: ⁊ quis eſſet
ignorabať: ⁊ cum totiꝰ egypti inſtar eſſet erat tamē
in cuſtodia incognitꝰ. Ita ⁊ hoc tēpore multos bo-
nos deuinctos exiſtimandū eſt: ꝗ̄uis nō cognoſcan-
tur: qui ſi tibi cure erunt: ac ſi omnes boni fuerint /
mercedē accipies. Q ſi nemo fuerit hinc quoqꝫ mul
tum premiū ꝯſequeris. Nam dominꝰ tuus nō cū
iuſtis tantū ꝯuerſatus eſt: immundos haud rēnu-
it: ſed ⁊ chananeā ꝗ̄benigniſſime accepit / et ſamari-
tanam / et immundā: ⁊ ſceleſtam mulierē / ⁊ meretri
cem: qđ ei a iudeis exprobratū eſt: ⁊ ſuſcepit / ⁊ cura
uit: ⁊ pedes ſuos mulierꝭ īmunde lachrymis aſper-
gi paſſus ē: vt nos erudiat hūane pctōres accipien-
dos ħ maxīa hūanitas ē. Quid dicꝭ: latrones et fu-
res carcerē habitare. Dic q̄ſo: ī ciuitate oēs iuſti ſūt?
Nōne mlťi etiā peiores / ⁊ īpudentiꝰ rapiētes? Illi
enim ⁊ ſi nihil aliud: deſerta ſaltē ⁊ tenebras petūt /
et clam depredanť: hi autē omni abiecta perſona: a-
perta fronte violant / rapiunt / vim inferunt. Diffi-
cile enim eſt purum hominē inuenire. Q ſi non au-
rum rapimus: ſi nō innumera terre iugera occupa-
mus: quandā tamen fallaciā: ⁊ furtum in minoribꝫ
et que poſſumus / exercemus. Nam cum in cōmer-
tijs / et emendis rebus debitum nō reddere / aut ali
quid ſubtrahere / cōtendimꝰ: nonne latrociniū / fur-
tum / rapinam facimus? Neqꝫ te excuſaueris: ꝙ do
mum / aut ſeruū nō aufers. Non enim ablatorū co-
pia: ſed rapientiū voluntate iniuſticia metienda eſt.
Juſtum nāqꝫ et iniuſtū: in magnis ⁊ paruis rebus
eandem vim habent: et ita furem appello: qui auꝝ
ſurripit: ꝗ̄ qui in emendis rebus iuſto precio ven-
dentem defraudat: ⁊ qui alienū parietem effodit: ꝗ̄
qui iniuſte cauſe fauet: et aliquid a proximo aufert.
Nolimꝰ ergo rebꝫ noſtris omiſſis: alienaꝝ iudices
fieri. Neqꝫ dum humanitatis tempus eſt: maliciā
ꝓſequamur: ſꝫ cognita priore vita: manſueti tandē /
et benigni efficiamur. Que em̄ noſtra vita fuit? Au-
di Paulū: Eramꝰ em̄ ⁊ nos aliqñ inſipientes: in-
creduli: errantes / ſeruiētes deſiderijs ⁊ voluptati-
bus varijs: in malicia ⁊ inuidia agentes: odibiles:
inuicē odiētes. Et iterū: Eramus em̄ filij ire: ſed de-
us cum nos tanꝗ̄ carcere / et cathenis grauiſſimis
deuinctos videret: ad carcerē venire nō erubuit: vt
nos diſſolueret: et inumeris dignos ſupplicijs: nō
modo eduxit: ſed in regnū ſuum adduxit: ⁊ celo cla-
riores reddidit: vt exinde nobis eadē ꝓ viribꝫ faciē-
da relinqueret. Inq̄t em̄ diſcipulis: Si ego laui pe
des veſtros dominꝰ ⁊ magiſter: et vos debetis alť
alteriꝰ lauare pedes. Exemplū em̄ dedi vobis: vt
queādmodū ego feci vobis: ita et vos faciatis. Ne-
qꝫ hec in lauandis pedibꝫ tantū lex ſcribiť: ſed ī omi-
bus alijs: q̄ nobis ꝓpoſuit. Homicida eſt in carcere:
Verū nos benefaciendo nō poſſumꝰ accuſari. Fur
eſt ⁊ adulter: ſed nos nō malicie: ſꝫ calamitati miſe-
remur. Sepenumero (vt dixi) illic vnꝰ inuenietur
multoꝝ inſtar: ⁊ ſi frequēter eo te cōtuleris: aliquid
inde conſequeris emolumenti. Queādmodum em̄
Abraā quicūqꝫ ad ſe venerāt hoſpitatꝰ: angelos tā-
dem hoſpicio accipe meritꝰ eſt: ita ⁊ nos magnos vi
ros ꝯueniemꝰ: ſi frequētiꝰ eo accedemꝰ. Q ſi quid
admiratiōe dignū dicendū eſt: nō tāta laude dignū
qui magnū hoſpicio accipit ꝗ̄ qui paruū / ⁊ miſeꝝ.
Illius em̄ fortuna nō parua materia eſt: vt huma-
niter accipiať: abiectꝰ aūt ⁊ miſer vnicū portū habꝫ
miſerentis oīm: itaqꝫ in hoc purior hūanitas oſten-
ditur: ⁊ qui in clarū ⁊ ꝯſpicuū virū liberalis eſt: nō
nunꝗ̄ hoīm oſtētationi inſeruit: qui in abiectū inco-
gnitū ſoliꝰ diuini p̄cepti gr̄a moueť. Quare ſi quem
accipimꝰ: claudos / cecoſqꝫ accipe iubemur. Si ele-
moſynā facimꝰ: vilibꝫ ⁊ miſeris ē faciēda. Quādiu
enī (inq̄t) feciſtis vni ex minimis meis / mihi feciſtꝭ.
Cum ğ illic recōditum theſaurū intelligās: eo fre-
quēter ꝯueniamꝰ: illuc ſtudiū nr̄m ꝯferať: ⁊ ſpecta
culoꝝ curā in hāc ꝯuertamꝰ. Et ſi nil aliud habes
qđ eis afferas: ſaltē ꝯſolare. Neqꝫ em̄ tm̄ q̄ paſcit: ſꝫ
et q̄ viſitat: ab eo remunerať. Nā cū ingreſſus: paui
dū ⁊ trepidū animū: ſpe aliq̄ ꝯfirmauerꝭ / hortādo /
ꝯſolādo: opē ferēdo / aliq̄d pollicitādo: ⁊ ita patiētiā
docueris: nō paruā hinc ꝯſequerꝭ vtilitatē: ex multi
delitijs affluētes: te ita loquētē ridebūt: calamitoſi
aūt ꝯfirmati attēte tuis vacabūt admonitionibꝫ: te
laudabūt ⁊ meliores euadēt. Nā ⁊ Paulū p̄dicātē
iudei nōnunꝗ̄ deriſerūt: deuincti aūt ſumma atten
tione audiebāt. Nihil em̄ adeo ad ſapiētiā animū p̄-
parat: vt calamitas: ⁊ tētatio: vt afflictiōes: cū nos
minime fugiat / q̄d illis miſerꝭ: q̄d boni nob impēdi-
mus. Frequēter eis admixti / ⁊ fori ꝯſuetudines / et
intēpeſtiuas occupationes illic ꝯſumamꝰ: vt ⁊ eos
lucremur / ⁊ nos leticia afficiamꝰ: et ad glorificādū
deū parati: ſempiťna bona ꝯſeq̄mur: gr̄a ⁊ benigni-
tate dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: ꝑ quē ⁊ cū quo patri gl'ia ſimul
et ſpirituiſancto in ſecula ſeculorum Amen.

## Homelia. LX. Ex capitulo. X.

f **Acta ſūt encenia ī hieroſoly-
mis: ⁊ hyems erat. Et ambu
labat ieſus in tēplo ī porticu ſalo-
monis: circūdederūt ğ eū iudei ⁊ di
cebāt ei: Quouſqꝫ aīaꝫ nr̄aꝫ ꝑdis?**

Omnis quidē virtꝰ bona ē: maxie aūt māſuetu-
do / ⁊ clemētia: hec nos hoīes indicat: hec nos ange
lis equiperat. Iccirco xp̄s frequenter de hac multa
verba facit: cū māſuetos nos ⁊ clemētes eſſe iubet:
neqꝫ verbis tantū: ſꝫ ⁊ re: nūc alapas ꝑferens: nunc
maledictis: nūc inſidijs petitꝰ tolerat. Qui em̄ de-
moniacū ⁊ ſamaritanū xp̄m appellarunt ⁊ interfice
re ſepe tētarunt: hi nunc circūdederunt eū: ⁊ interro
garūt: Tu es xp̄s? Neqꝫ eos poſt tales inſidias re-
pulit: ſꝫ multa māſuetudine reſpondet. Sꝫ neceſſa-
riū eſt altiꝰ hunc ſermonē repetere. [Facta ſunt inq̄t
encenia in hieroſolymis: ⁊ hyems erat.] Magnus
hic dies feſtus / ⁊ ſolēnis: q̄ videlicet tēplum fabri-
catū fuerat: cum redierūt e diuturna perfidis capti
uitate. Hunc agebāt maxīa cum diligētia: hoc die
affuit xp̄s ſolēnitati. Jam em̄ appropinquāte paſſi-
one: frequēter in iudeā veniebat. [Circūdederunt ğ
eum iudei / ⁊ dicebāt: Quouſqꝫ animā noſtrā ꝑdis?
Si tu es xp̄s dic nobis palā.] Nō reſpondit. Quid
a me queritis: quē demoniū hře ⁊ inſanū: ſamarita
num: deo cōtrariū: deceptorē exiſtimatꝭ / et nuꝑ me
ď meipo teſtimoniū ꝑhibēte: ⁊ teſtimoniū meū nō eē
verū dixiſtis? Cur igiť me interrogatis et vultis a
me diſcere: cuiꝰ reſpuitis teſtimoniū. Nihil tale di-
xit: ꝗ̄uis eoꝝ mentē intelligeret. Nam cū eū circūde
derint / ⁊ dixerint: [Quouſqꝫ animā noſtrā ꝑdis?]
charitate quadā ⁊ diſcēdi deſiderio dictū videbať:
animꝰ aūt corruptꝰ erat / ⁊ ſubdolus. Nā cū opera
inſimulari nō poſſent: verbis querebant eū capere:
aliter ꝗ̄ ſuperiꝰ interrogādo: ſic cauſam aliquam ca
ptantes. Ideo dicebāt: [Dic nobis.] At qui ſepenu
mero dixit: Nam ⁊ ſamaritane: Ego inq̄t ſum qui
loquor tecum: Et ceco: Vidiſti eum et qui loquitur
tecum ille eſt. Necnon de his: ꝗ̄uis alijs verbis.
Nam ſi recte aduertere voluiſſent: ex verbis q̄ꝫ ipm̄
cōfiteri debuiſſent. Nā opibꝫ ſepenūero oſtēdit. Sꝫ
cōſidera eoꝝ prauitatē / cū verbis erudiunť / dicūt:
Qđ ſignū oſtēdis? Cum autē opibꝫ eiꝰ virtꝰ demō
ſtrať / dicunt: [Si tu es xp̄s dic nobis palā.] Sic
operibꝫ clamātibꝫ ad verba: verbis autē ad opa con
fugiūt: ⁊ cōtrarijs ſemꝑ inſiſtūt. Nam ꝙ diſcēdi gr̄a
nō interrogarēt: finis indicio eſt: quē em̄ tāte aucto-
ritatis arbitrabanť: vt ipſius eſſet de ſe teſtimonio
credēdū: pauca locutū ſtatim lapidibꝫ impetūt. Vñ
conſtat / ⁊ ꝙ eū circūdederint / ⁊ ꝑcōtarenť: a prauo
animo ꝓueniſſe. Modus vo interrogandi magnū
eoꝝ odiū indicat. [Dic nobis palā.] Nōne palā oīa
loquebať? Nōne ſolēnitatibꝫ ſemꝑ aderat? Ideo blā
dioribꝫ verbis vſi ſunt. [Quouſqꝫ nimā noſtrā per-
dis?] vt iteꝝ aliquā calūniādi cauſam inueniāt. Q
autē hac ⁊ nō diſcēdi gr̄a interrogēt nō hic tantū: ſꝫ
multis in locis ꝑſpicuū eſt / vt cum rogarūt an lice-
ret cenſum dari ceſari: ⁊ an lapidāda eſſet adultera:
et cum ea q̄ ſeptē viros habuiſſe deprehēſa erat / ꝑcō
tati ſunt in quibꝫ nō diſcēdi ſtudium: ſꝫ maliuolam
mentē pre ſe tulerūt: ⁊ tūc eos reprehēdit: Quid me
inq̄t tētatis hypocrite: vt cordis ſecreta ſe cognoſce-
re demonſtraret: hic minime: vt nō ſemꝑ fraudulen
tos arguēdos: ſꝫ māſuete / ⁊ benigne in multis tole
randos erudiret. Nam ꝙ ſtultum eſſet operibꝫ ipm̄
p̄dicantibꝫ verboꝝ querere teſtimonium / audi quō
eis reſpōdet: cū ſuꝑflue eos: ⁊ nō vt diſcerēt interro-
garet: tum certiorē verbis: ħ eſt operū vocē ꝓtuliſſe
ſignificās. Sepe em̄ inquit dixi vobis: ⁊ nō creditꝭ
mihi. Opera q̄ ego facio in noīe patris mei: illa te-
ſtimoniū ꝑhibent de me. Qđ perfidi illi aliqñ inuicē
dicebāt: Nō poteſt hō peccator hec ſigna facere. Et
iteꝝ: Nō poteſt demoniū cecoꝝ oculos aperire. Et
nemo poteſt talia ſigna facere niſi ſit cum eo deꝰ. Et
vidētes ſigna q̄ faciebat / dicebāt: Nunq̄d hic ē chri
ſtus? Alij aūt dicebāt qñ venerit xp̄s nō poterit plu
ra ſigna facere / ꝗ̄ hic fecit? Hi aūt cū ei credere vel-
le ſolo verbo ſimularēt / dicētes: Qđ ſignum oſten-
dis nobis vt videamꝰ / ⁊ credamꝰ tibi? Cum operi
bus nō crediſſent: reꝑhēdit xp̄s eoꝝ maliciā / inq̄-
ens: Si operibꝫ non creditis: quō verbis credetis?
Quare ſuꝑflua interrogatio. Sed dixi vobis inq̄t:
et nō creditis mihi: qr nō eſtis de ouibꝫ meis. Ego
em̄ officiū paſtoris feci: ſi vos me nō ſequimini: nō-
ne eo accidit ꝙ oues mee nō eſtis: oues mee inq̄t vo-
cem meā audiunt: ⁊ ſequunť me: ⁊ vitā eternam do
eis / ⁊ nō peribunt in eternum / ⁊ nō rapiet eas q̄ſqꝫ
de manu mea. Quia pater meꝰ: qui dedit mihi ma
ior eſt om̄ibꝫ: ⁊ nemo poteſt eas rapere de manu pa
tris mei. Ego et pater vnū ſumꝰ. Aniaduerte quō
eos reijciēdo / vt ſe ſequanť / hortať. Vos me inquit
nō auditis: neqꝫ em̄ eſtis oues. Qui ſequuntur / hi
ſunt ex ouili. Hec autē dicebat: vt oēs fieri annite-
renť. Inde cum dicit: καὶ ἀκολουθοῦσι μοι.
id eſt ⁊ ſequunť me / eos tangit ⁊ excitat: ⁊ in ſequē-
di cupitatē impellit. Quid ğ ſi ꝓpter patris virtutē
nemo rapit: tu ğ imbecillis es / et cuſtodire non po-
tes? Minime. Nam vt intelligas illā ꝑiculā [quia
pater meꝰ qui dedit mihi] ꝓpter illos dictā: ne iteꝝ
deo ꝯtrarium diceret / cū dixiſſet: Nemo rapiet eas
de manu mea / ꝓſequēs ſuā / ⁊ patris manū vnā eē
oſtēdit: qđ ni ita eſſet ꝯſequēs erat dicere: Pater q̄
dedit mihi maior om̄ibꝫ eſt: ⁊ nō pōt eas rape ď ma-
nu mea. Veꝝ nō ita dixit: Sꝫ [de manu p̄ris mei.]
Inde ne arbitreris ꝙ ſit imbecillis: eo ꝙ virtute pa
tris tute oues ſint: addidit: [Ego ⁊ pater vnum ſu-
mus.] q̄ſi dicat: Nō ꝓpťea dixi neminē ꝓpter patrē
eas raptuꝝ: ac ſi ipe imbecillis eſſem. [nā vnum ſu-
mus.] hoc eſt ꝺm potentiā: nā de hac loquiť: ꝙ ſi ea-
dem eſt: ꝯſtat etiā eandē eſſe ſubſtātiā. Cum em̄ oīa
tentarēt iudei inſidiādo: ex ſynagogā faciendo: dicat
oīa fruſtra tētari: cū in p̄ris ſui manibꝫ oues ſint: vt
ꝓpheta inq̄t: In manu mea depinxi muros tuos.
Inde vnā manū aliqñ ſuā: aliqñ p̄ris eē oñdit. Cū
aūt manū audis: nihil ſenſibile ſuſpicerꝭ: ſꝫ virtutē /
atqꝫ poteſtatē. Q ſi nemo ob p̄ris ꝓtectionē eas ra-
puit: ſuꝑfluū erat addidiſſe: [Ego ⁊ pr̄ vnū ſumꝰ.]
Nā ſi minor erat nimis temerariū verbū eſſet: nihil
em̄ aliud ꝗ̄ potentie paritatē ſignat: qđ iudei intelli
gētes: lapides in eū iecerūt: nō tm̄ hanc Jeſus abſtu
lit ſuſpitionē: q̄ ſi falſa fuiſſet / corrigēda fuiſſet: ⁊ di-
cendū: Cur ħ facitis? Nō parē meā dico ⁊ p̄ris po-
teſtatē: ita intelligo. Sꝫ nūc totum ꝯtrariū: eā cōfir
mat / ⁊ maxie cū exaſperarenť: neqꝫ accuſat ac ſi ma-
le dixiſſet: ſꝫ illos reꝑhēdit: ac ſi malā habeant de ſe
opinionē. Cū em̄ dixiſſent de bono opere nō lapida
mus te: ſꝫ de blaſphemia: ⁊ qr cū hō tu ſis: facis te-
ipm̄ deū. Audi q̄d dicat: Nōne ſcriptū ē in lege vr̄a:
Ego dixi dij eſtis? Si illos dixit deos ad q̄s ꝺmo
dei factꝰ eſt: quō vos dicitis: qr blaſphemo: qr dixi
Filiꝰ dei ſum. Hoc eſt: ſi hi q̄ gratis hoc acceperūt:
nō pn̄t accuſari ſi ſeipſos deos appellant: qui id na
tura habet: quō iure accuſari poterit? Nō tamē his
verbis vſus eſt: ſed poſtmodū cōfirmauit: primū re

mißius loquit̃:rẽ ip̃is relinquẽs intelligẽdã/cũ in-
quit:Quẽ pater ſctificauit/ ꝛ miſit ĩ mundũ. Et eo-
rũ furore ſedato:tũc verã affert ſententiã. Primũ ḡ
vt ſuã acciperẽt rationẽ/hũilioribꝫ vſus ẽ ṽbis:in-
de altiora aggredit̃. Si nõ facio opa patris mei/no
lite credere mihi:ſi autẽ facio/ et ſi mihi nõ creditis:
operibꝫ credite. Uide quõ vt dixi cõfirmat ꝙ in nul
lo ſit patre inferior:ſꝫ equalis in omĩbꝫ:cũ em̃ ſubſtã
tiã eiꝰ videre nõ ſit:ab opeꝝ qualitate eandẽ oſtendit
cum patre poteſtatẽ. Et q̃d credemꝰ: dic queſo. Qꝛ
ego in patre/ ꝛ pater ĩ me eſt. Nihil ego aliud ꝙ̃ pa-
ter manẽs filius. Nihil ille aliud ꝙ̃ ego manẽs pa-
ter/ ꝛ q̃ me nouit:nouit patrẽ: ꝛ q̃ patrẽ nouit: ꝛ fili-
um. Qꝛ ſi potẽtia minor eſſet: cognitio mẽtiret̃: neqꝫ
em̃ alia ꝑ aliã:neqꝫ ſubſtãtia/neqꝫ potẽtia diſci põt.
Uoluerunt ḡ eũ apphendere. Et exijt de manibꝫ eo
rum. Et abijt trans iordanẽ: vbi erat Johãnes ba-
ptizãs primũ ꝛ mãſit illic [ꝛ multi venerunt ad eũ/
ꝛ dicebãt:qꝛ Johãnes quidẽ fecit ſignũ nullũ. Oĩa
autẽ q̃cunqꝫ dixit Johãnes de hoc vera erãt] Cum
quicq̃ꝫ magnũ/ ꝛ altũ loquit̃/ ꝙ̃ꝫ primũ abit: vt eorũ
furori det locũ: vt abſentia ſua ſedet̃/ ꝛ quieſcat indi
gnatio: vt in p̃ſentia. Sꝫ cur euãgeliſta locũ notat q̃
abierit? Ut que illic faceret: q̃ diceret: q̃d teſtaret̃ Jo
hãnes intelligẽs [euntibꝫ ḡ illuc.] ſtatim ſubijt aio
Johãnes: ꝓp̃rea oñdit: qꝛ Johãnes nullũ ſignũ fe-
cit. Quid em̃ ꝯſequẽs erat h̃ dicere: niſi locꝰ ipſe ba-
ptiſte et eiꝰ teſtimonij eos admonuiſſet? Uide ꝙ̃ cer
tã afferãt ꝯſequẽtiã. Johãnes quidẽ ſignum nullũ
fecit: hic autẽ fecit: ergo huius excellẽtia oſtẽdit̃. Si
illi q̃ nullum fecerat ſignum crediderũt: lõge magis
huic erat credendũ. Deinde ne nullũ faciẽdo ſignum
indignus teſtimonio videret̃:ſubdidit: Signũ nul
lum fecit: tñ oĩa de eo vera erãt. Neqꝫ ampliꝰ hunc
ex illo:ſed illum ex his q̃ hic fecit: dignum fide oſten-
dũt. [Multi ḡ crediderũt in eum] Multis em̃ rõni
bus trahebant̃ ad credendum. Nam recordati ſunt
verba q̃ Johãnes dixerat: cum fortiorẽ eum ſe teſti-
ficatꝰ eſt/ ꝛ lucẽ/ ꝛ vitã/ ꝛ veritatẽ: ꝛ alia multa: vt
vocẽ ſupne delatam: ꝛ ſpm̃ in ſpecie columbe appa-
rentẽ: ꝛ cum omĩbꝫ oſtẽdentẽ: et cũ his miraculorũ
demõſtrationẽ: in quã aſpiciẽtes cõfirmabãt̃. Qua
re dixerũt: Si Johãni credendũ ẽ: lõge magis huic
Si illi ſine ſignis: huic potiꝰ q̃ illiꝰ teſtimonio/ ꝛ ſi-
gnis cõfirmat̃. Uide ꝙ̃tum eis locꝰ: ꝛ a prauis in-
genijs diſceſſio cõtulit. Ideo frequẽter ab illoꝝ con
ſuetudine eos abducit: q̃ꝺ etiã in veteri fecit teſtamẽ
to: iudeos em̃ ab egyptijs abducẽs: in heremo fin-
xit/ ꝛ erudiuit. In omĩbꝫ hoc idẽ: ꝛ nos admonet: vt
fora/ turbas/ et tumultus fugiamꝰ: in cubiculo ore
mus. Nauis em̃ tẽpeſtatibꝫ nõ agitata: ſecũdo ven
to nauigat: ꝛ aĩa ſecularibꝫ abſoluta negocijs/ ĩ por
tu quieſcit. Quare mulieres/ ꝙ̃ viros ſapientiores
eſſe oportet: q̃ cure familiari/ vt plurimũ incumbũt.
Ita Jacob ſimplicior fuit cũ domi habitaret/ ꝛ exte
rioribꝫ abſolueret̃ occupationibꝫ. Neqꝫ id ſimplicit̃
dixit ſcriptura habitãs domũ: ſed ꝛ domi multa eſt
ꝑturbatio: ſed cũ tu vis/ ꝛ ſponte tua: curarũ turbã
ſuſcipis. Uir em̃ in medio foro ꝛ iudicijs tanq̃ꝫ qui
buſdã fluctibꝫ verſatus: mulier ṽo tanq̃ꝫ in quodã
philoſophie gymnaſio domi ſedens ꝛ mentẽ ĩ ſe col-
ligẽs/ ꝛ orationibꝫ ꝛ lectionibꝫ ꝛ alijs bonis operi-
bus vacare põt: ꝛ more heremos habitantiũ q̃ ſe ꝑ-
turbet/ habet neminẽ: domi ſedet: vbi ſemꝑ põt in

trãquillitate viuere. Si q̃n domo exeundũ eſt: nul-
lam etiã ꝑturbatiõis habet materiã: ſiue em̃ huc ve-
niant/ ſiue balneas petãt: tũc neceſſario egrediunt̃:
plurimũ autẽ tẽporis domi degitur: ꝛ poteſt virtu-
ti incumbere: ꝛ virũ ꝑturbatũ lenire/ admonereqꝫ:
ſupfluas eiꝰ et moleſtiores cogitatiões abſcindere:
et ita dimittere vt quaſcunqꝫ moleſtias e foro domũ
tulerit/ deponat: ꝛ q̃ domi bona didicerit/ ſecum in
forum afferat. Nihil em̃ potentiꝰ muliere bona: ad
inſtituẽdum ꝛ informandũ viꝝ q̃dcũqꝫ voluerit: ne
qꝫ tam leniter amicos: neqꝫ magiſtros: neqꝫ princi-
pes patietur: vt coniugẽ admonentẽ/ atqꝫ cõſulentẽ
habet em̃ voluptatẽ quãdã admonitio vxoria cum
plurimũ amet/ cui conſulit. Multos poſſum afferre
viros aſperos/ ꝛ immites: per vxorem mites reddi
tos/ ꝛ manſuetos: ipſa em̃ menſa/ lecto/ filioꝝ com
municatione: dicendis/ tacendis/ ingreſſu/ exitu/ ꝛ
alijs pluribꝫ: cũ marito cõmunicãs: ꝛ vt corpus ca
piti cõiuncta: ſi prudens erit et diligẽs: oẽs vincet:
et cõiugis ſuperabit diligentiã. Quã ob rem admo
neo vt hoc pacto fiat: ꝛ neceſſitati conſulat̃. Ut em̃
ad virtutẽ mulier: ita ad maliciam plurimũ poteſt.
Mulier Abſalon: mulier Amnon/ ꝑdidit. Ip̃a iob
perdere conata eſt. Ipſa Nabal a cede eripuit. Ipſa
vniuerſam gentẽ liberauit. Et Delbora ꝛ Judith: ꝛ
alie multe imparoꝝ functe ſunt officijs: Ideo Pau-
lus inq̃t: Quid em̃ ſcis mulier/ an virũ ſaluas? Et
illis tẽporibꝫ ꝑſida: ꝛ Mariã ꝛ Priſcillã apoſtoloꝝ
ſcimꝰ imitatrices: vt et nos imitari debeamꝰ. Nec
verbis tantũ: ſꝫ re informãdus eſt cõiunx. Quõ aũt
re ipſa cum erudiemꝰ? Cum te nõ malã viderit: non
precioſis indutã: nõ ſupflua expetentem: ſed neceſſa
rijs cõtentam viderit: tũc em̃ cõſulentẽ patiet̃. Qꝛ ſi
ſi verbis philoſophaberis re contrafeceris: nugas
tuas reprehẽdet: ſed cũ verbis operũ etiã doctrinã
addideris: tũc monita tua accipiet: tũc ꝑſuaſus erit.
Ut exempli gratia cũ auꝝ nõ queres: neqꝫ margari
tas: nec p̃cioſas veſtes: ſed ꝓ his modeſtiã/ beniuo-
lentiã/ ꝛ te indueris/ ꝛ ab illo exiges. Nam ſi ſtudẽ
dũ eſt: vt viro placeas aĩa ornãda ẽ: nõ corpꝰ corrũ-
pendũ. Neqꝫ em̃ aurũ adeo amabilẽ/ ac deſiderabi
lem vxorẽ reddet/ vt modeſtia: ꝛ charitas et animꝰ
vitam exponendi ꝓ marito. Hec virũ capiunt. Ille
ornatus obſtat ei/ pecunias exponit: et ſumptũ/ et
ſolicitudinẽ prebet: hec mariti animũ vxori copulãt
Amor em̃ charitas/ deſideriũ/ nullã affert moleſti-
am/ nullã impẽſam. Sed ecõtrario/ ꝛ ille quidẽ or-
natꝰ vſu deterior fit: hic in dies florẽtiorẽ aĩam red
dit: ꝛ maiorẽ excitat charitatẽ. Quã ob rẽ ſi viro pla
cere vis: ornato aĩam/ pudicicia/ pietate/ rei famili-
aris cura. Hec inquã ꝯfirmãt amorẽ: q̃ nũq̃ꝫ ceſſat:
neqꝫ ſenectꝰ hũc tollit ornatũ: nõ morbꝫ: corpis aũt:
ꝛ hec: ꝛ alia plura auferũt. Nã anĩe bona p̃ſtãtiora
ſunt/ ꝙ̃ corpis: huiꝰ ornatꝰ inuidiã parit/ et zeloti-
piã: hic omĩ malo affectu/ oĩ caret iani glĩa. Hoc pa
cto ꝛ res familiaris faciliꝰ augebit̃/ ꝛ acceſſus facil:
cũ auro nõ eris ornata: neqꝫ anulis digiti fulgebũt
ſꝫ ĩ neceſſaria ꝯferes: h̃ eſt ĩ cibũ ſeruoꝝ: ꝛ filioꝝ curã
neceſſariã: ꝛ alia q̃ in vita requirunt̃: q̃ ſi defecerint:
oculi ea requirũt/ cor angit̃. Q̃ꝺ lucrũ? q̃ vtilitas?
Non ſinit hoc magnum videri: cum dolore torque-
tur. Noſtis enim ꝙ ꝛ ſi omniũ pulcherrimã q̃s mu
lierem videat: niſi letus ſit/ exhilarari minime põt.
Qui eni delectari vult: p̃mũ letet̃/ oportet. Cũ aũt



aurum omne in vxoris ornamentis collatum eſt: et
anguſtia res familiaris laborat: q̃ poteſt eſſe ꝯiugij
voluptas? Quã ob rem ſi viris placere volumus
demꝰ voluptatis materiã: q̃ꝺ dabimꝰ ſi ornatũ/ et
omñe lenociniũ auferemꝰ. Hec em̃ circa nuptiaꝝ tẽ
pora voluptatẽ quãdã hr̃e vident̃: inde lãgueſcunt.
Nã cum celũ tam pulchrũ ſit: ꝛ ſol tã clarus: vt nul
lũ corpꝰ eque clarũ ſit: neqꝫ tñ eũ ꝓpter cõſuetudinẽ
admiramur: q̃ꝺ de muliebri ornatu euenire par eſt.
Hoc dico vt vos meliori ornem cultu: quẽ Paulꝰ
p̃cepit nõ auro/ ꝛ margaritis: neqꝫ varijs veſtibꝰ:
ſꝫ q̃ decet mulieres: q̃ dei cultũ ꝓfitent̃: bonoꝝ vide
licet opeꝝ ornamenta. Sꝫ foris placere vis: ꝛ lau-
dari. Minime pudice mulieris hoc deſideriũ. Ue-
rũtamẽ ſi vis: ꝛ hos habebis amatores ꝛ pudicitie
tue laudatores. Illã nãqꝫ nemo modeſtꝰ: nemo bo
nus laudabit: ſꝫ incõtinentes/ ꝛ luxurioſi: neqꝫ etiã
hi: ſꝫ ꝛ maledicẽt cũ mulieris incõtinentiã intuebũ-
tur hãc ꝛ illi/ ꝛ hi oẽs ꝓbabũt: vtpote q̃ nihil ab ea
mali acceperint: ſꝫ cõtinentie exemplum. Sic apud
hoĩes multũ laudabit̃: apud deũ aũt remunerabit̃.
Hũc igit̃ q̃ramꝰ ornatũ/ vt in hac vita cũ fiducia vi
uamus: ꝛ futura ꝯſeq̃mur bona: gr̃a ꝛ benignitate
dñi nr̃i ieſu xp̃i: cui honor ꝛ ĩperiũ ĩ ſcl'a ſcl'oꝝ. Amẽ.

Homelia. LXI. Capitulum. XI.

## e T erat quidã languẽs lazarꝰ a bethania caſtello Marie et Marthe ſoroꝝ eius. Maria autẽ erat que vnxit dominũ vnguẽto.

Multi cũ aliquẽ bonũ ꝛ deo acceptũ: mali aliq̃d
vt morbũ: vt paupertatem/ ꝛ hmõi: ꝑpeti vidẽt: ꝑtur-
bant̃ ſane ignari h̃ maxie dei amicis cõtingere. Nã
ꝛ Lazarus: ꝛ amicꝰ xp̃o ꝛ egrotꝰ erat: vt ex mittẽti
bus intelligit̃. [Ecce quẽ amas infirmat̃. Erat in-
quit q̃dã languẽs Lazarus a bethania.] Nõ ab re
patrie eiꝰ meminit. Quã ob rem in ſequẽtibꝫ dicet.
Primũ aũt ꝓpoſitum aggrediamur: ſoroꝝ eiꝰ nos
vtiliter admonet. [Maria inquit erat q̃ vnxit do-
minũ vnguẽto.] Hoc in loco nõnulli dubitarũt cur
xp̃s id toleraſſet. Ad q̃ꝺ illud p̃mũ intelligendũ: nõ
fuiſſe hãc meretricẽ illã/ de q̃ apud Mattheũ ꝛ Lu
cam ſcribit̃: ſꝫ aliã: ille meretrices/ ꝛ infames erant:
hec honeſta et ſtudioſa: q̃ppe q̃ xp̃m accipe curabat:
eũqꝫ cum ſorore diligebat: et tñ ꝑmiſit xp̃s Lazarũ
mori. Sꝫ quanã gr̃a nõ/ vt Centurio/ ꝛ Regulus
ipſe ad xp̃m ꝓfecte ſunt: ſꝫ miſerunt. Ob fiduciam ꝛ
familiaritatẽ: quã cum eo habebãt/ ꝛ mulieres erãt
infirme: ꝛ luctu detinebant̃. Nã ꝙ nõ cõtemneret in
ſequẽtibꝫ indicat̃. Qꝛ igit̃ hec illa non eſſet/ conſtat.
Sꝫ et illã cur ſe tangere ꝑmiſit? Ut eiꝰ mũdaret ma
liciã: vt clemẽtiã oſtẽderet: vt intelligas nullũ mor-
bum eiꝰ vincere bonitatẽ. Noli igit̃ id ſolũ cõſidera
re ꝙ ꝑmiſerit: ſed quõ ad meliora cõuerterit. Sꝫ cur
huiꝰ meminit hiſtorie euãgeliſta? Ut eiꝰ in ieſum a-
morẽ oſtẽderet/ ꝛ frequẽter dicit: Amabat Lazaꝝ ꝛ
ſorores eiꝰ: erudiẽs nos nõ egre ferendũ/ ſi boni vi-
ri/ ꝛ deo amici aliquo morbo laborẽt. [Ecce quem
amas infirmat̃.] Ad miſericordiã xp̃m volũt addu-
cere. Adhuc tanq̃ꝫ hominẽ alloquunt̃ q̃ꝺ ꝛ inde con
ſtat. [Si fuiſſes hic nõ fuiſſet mortuꝰ. [Neqꝫ dixit:
Ecce Lazarus infirmatur: ſed [quẽ amas.] Quid
chriſtus? [Hec infirmitas nõ eſt ad mortẽ: ſed pro

gloria dei vt honorificet̃ filiꝰ dei ꝑ eum.] Ecce quõ
iteꝝ eandẽ ſuã ꝛ patrꝭ gloriã dicit. Nam cum dixiſ-
ſet dei: ſubdidit: [vt glorificet̃ filiꝰ dei. Hec infirmi
tas nõ eſt ad mortẽ.] Cũ em̃ eſſet illic biduũ mora-
turus: remittit nunciũ: vt hoc ſignificaret: in quo id
admiratiõe dignũ eſt: ꝙ audiẽtes ſorores infirmita
tem illã nõ eſſe ad mortẽ: inde mortuũ vidẽtes: non
ſunt ſcãdalizate: cum cõtra accidiſſet/ ꝙ̃ dixerat: ſed
ei obuiã facte ſunt: neqꝫ mentitũ putauerũt. Et illa
particula [vt] hoc in loco nõ cauſalis eſt: ſꝫ euentꝰ:
alia nãqꝫ fuit morbi cauſa: vſus ẽ aũt ad gloriã dei.
[Et hec dicẽs mãſit in eodẽ loco duos dies.] Qua
gratia? Ut expiraret: ꝛ ſepeliret̃: ne q̃s poſſet dice-
re: ꝙ nõdum mortuũ ſuſcitarit: ꝙ ſopitꝰ eſſet: ꝙ diſ-
ſolutus: ꝙ abalienatꝰ/ nõ mortuꝰ. Ideo tãdiu mo-
ratus eſt/ vt dicerent iam fetere. [Dicit diſcipulis:
Eamus in iudeã iterum.] Quid tandẽ preter ſolitũ
hoc predixit Jeſus? Ualde timebãt: ideo priꝰ admo
net ne repẽtino diſceſſu ꝑturbarent̃. [Dicũt ei: Mo
do illic eras/ ꝛ querebãt te lapidare.] Timebãt em̃
ei/ vt debebãt/ ꝛ ſibi. Nõdum em̃ erãt ꝑfecti. [Di-
cit ei Thomas: Eamus ꝛ nos/ ꝛ moriamur cũ eo]
Imbecillior em̃ erat ceteris/ et magis incredulus.
Quõ ergo eos cõfirmat Jeſus? [Nonne duodecim
hore ſunt diei?] Aut hoc dicit ꝙ qui nulliꝰ ſibi ſcele
ris cõſcius eſt: nullo afficiet̃ malo: ſed q̃ male fecerit.
Quare minime timẽdum eſt: cum nihil dignũ mor
te cõmiſerimꝰ. Aut ꝙ qui lucẽ huiꝰ mũdi videt/ ſecu
rus eſt. Si autẽ q̃ mundi lucẽ videt: multomagis q̃
mecũ eſt: niſi a me diſceſſerit. His verbis eos cõfir-
mauit ꝛ eundi neceſſariã cauſam exponit: neqꝫ ſe itu
ros hieroſolymã: ſed bethaniã dicit: [Dormit inq̃t
Lazarus: ꝛ vado vt eũ a ſomno excitẽ.] Hoc eſt: nõ
ad reprehendendũ iudeos: ſed amici cauſa. [Dicũt:
Domine ſi dormit ſaluus erit:] ac ſi non neceſſaria
eſſet ꝓfectio. Dicis inquiũt dormire: nihil ḡ nos ire
cogit. At q̃ ꝓpterea ipſe amicũ appellarat: vt neceſſa
riã ꝓfectionẽ oſtẽderet. Sed cũ pigriores dep̃hẽde-
ret: tũc mortuũ dicit: Primũ itaqꝫ humilitatẽ p̃tu-
lit: cũ ṽo nõ intelligerẽt: [Mortuꝰ eſt (inq̃t) ꝛ gau-
deo ꝓpter vos: vt credatis:] cũ abſens predixerim.
q̃ꝺ reſurrectõis mee magnũ erit argumẽtũ: ne quis
dubitet. Uides adhuc imbecilliores: ꝛ adhuc eius
potentie ignaros fuiſſe diſcipulos? q̃ꝺ metu accide-
bat q̃ ꝑturbabant̃: ꝛ cũ dormire eũ dixiſſet: addidit:
[Uado vt excitẽ eũ.] cum mortuũ eſſe nõ itidẽ. Nõ
em̃ verbis p̃dicere volebat: q̃ꝺ re erat cõfirmaturꝰ.
Semper em̃ nos admonet: vt inanem gloriã cauea
mus: et nihil de nobis temere promittamus. Qꝛ
ſi Centurionẽ conſolatꝰ dixit: Ego veniã et curabo
eum: voluit eius fidem oſtendere. Qꝛ ſi quis roget
quõ eum dormire putarint diſcipuli: neqꝫ his ver-
bis mortuũ intellexerint/ cũ diceret: [Uado vt ex-
citem eũ.] Stultũ em̃ erat ſi iturũ Jeſum quinqꝫ et
decẽ ſtadia putarẽt/ vt illũ excitaret. Reſpõderẽ: pu
taſſe eũ ĩ enigmate: vt plerũqꝫ ſolebat/ locutũ. Oẽs
em̃ iudeoꝝ impetũ formidabãt: in p̃mis autẽ Tho-
mas: ideo inq̃t: [Eamꝰ ꝛ moriamur cũ eo.] Quidã
aũt dicũt: ꝛ eum mori optaſſe. Sꝫ ꝓfecto timorẽ id
ṽbũ arguit/ ꝛ ĩbecillitatẽ: inde fortior factꝰ ẽ/ ꝛ inſu
perabilis q̃ꝺ ſane dignũ admiratiõe eſt: vt qui ante
crucẽ iã timidus erat poſt magiſtri mortẽ/ ꝛ reſurre
ctionis fidẽ p̃ omĩbꝫ tãto feruore flagraret. Tãta eſt
xp̃i potẽtia: nã q̃ cũ xp̃o in bethaniã ire nõ audebat:

ſine eo poſtmodū ſolus terrarū oꝛbē ꝑagrauit: et in medijs populis inclamātibꝫ: ⁊ moꝛtē minitantibꝫ: intrepidus verſabat̄. Et ſi quindecim ſtadia aberat bethania: que circiter duo milia paſſuū efficiūt: quō erat q̄driduanus Lazarus? Manſit duos dies: q̄rū pridie venerat nūtius q̄ die moꝛtuꝰ erat: ita quarto venit. Ideo ſe vocari paſſus eſt: neqꝫ ipſe ſponte ſua venit / ne qua oꝛiret̄ ſuſpitio. Neqꝫ ipſe venerūt: q̄ amabant̄: ſꝫ alij mittunt̄. Erat aūt bethania iuxͣ hieroſolymā q̄ſi ſtadijs quindecim: ob cuiꝰ vicinitatē: multos eas viſitaſſe par erat: q̄re ſubdit: [Ex multi ex iudeis venerāt ad Mariā ⁊ Marthā vt cōſolarent̄.] Quō ꝯſolabant̄ iudei a xp̄o dilectas? Edixerāt em̄ vt q̄cūqꝫ xp̄m ꝯfiteret̄ ex ſynagogā fieret: vel ꝓpter vulneris magnitudinē: vel qꝛ nobilioꝛes reuerebant̄: vel qꝛ nō mali erāt q̄ ad eas venerāt: multi nāqꝫ crediderūt. Hec aūt dicit euāgeliſta: vt teſtimonijs / Lazari moꝛtem ꝯfirmet. Sꝫ q̄d nō aduocat ſoꝛoꝛē Martha cū obuiā chꝛiſto ꝓficiſcit̄? Vult ſola occurrere: et rem nūciare: q̄ cum bonā ſpem hr̄e iuberet̄: tūc Mariā vocat / in medio fletu xp̄o fit obuiā. Vides amoꝛis magnitudinē. Ipſa ē de q̄ inq̄t: Maria optimā partē elegit. Quō ḡ vehementioꝛ hec q̄ nihil audiuit? Martha imbecillioꝛ erat q̄ppe q̄ cū tāta audiſſet: inq̄t tn̄ paulopoſt [Iā fetet] quadriduanꝰ eſt:] illa aūt: ⁊ ſi nihil tale accepiſſet: tn̄ inquiēs: [Dn̄e ſi fuiſſes hic frater meꝰ nō fuiſſet moꝛtuus.] Cōſiderate mulieꝝ ſapiētiā: q̄uis imbecille eſſent. Viſo em̄ xp̄o: nō ſtatim in plāctus / ⁊ lamētationes ꝓruperūt: vt vſuuenit cū meroꝛe aliq̄ affecti: a notis viſitamur: ſꝫ ꝯtinuo magiſtrū venerant̄ / et crediderūt: licet nō ꝑfecte / vt decuit. Nondū em̄ nouerāt: ⁊ ꝙ deꝰ eſſet: et ꝙ ꝓpria ꝟtute et auctoꝛitate hec faceret: ſꝫ vtrūqꝫ hic didicerūt. Illud em̄ ignoꝛabāt cum dicerēt: [Si fuiſſes hic: non fuiſſet moꝛtuꝰ frater meꝰ.] Hoc autē dicendo: [Quecūqꝫ popoſceris a deo / dabit tibi deꝰ.] ac ſi de bono quodā ⁊ ꝓbato viro loquerent̄. Quid ad hec xp̄s? [Reſurget frater tuꝰ.] Illud p̄mū ꝯfutat. [Quecūqꝫ popoſcerꝭ a deo.] Nō em̄ inq̄t: Poſcam: ſed [reſurget.] Nam ſi dixiſſet: O mulier adhuc humi iaces. Nō egeo alterius auxilio: a meipſo oīa facio: moleſtioꝛa / et ſupꝛa mulieris intelligentiā fuiſſent: dicēdo aūt: [Reſurget.] mediū tenuit / ⁊ in ſequētibꝫ: ea q̄ dixi / ſignificauit. Dicente em̄: [Scio qꝛ reſurget in reſurrectiōe in nouiſſimo die.] apertiꝰ ſuā oñdit autoꝛitatē. [Ego ſum inquit reſurrectio / ⁊ vita:] qō alteriꝰ nō egere auxilio indicat: quippe q̄ vita eſt. Et ſi alteriꝰ indigeret: quō ipſe ⁊ reſurrectio eſſet / ⁊ vita: nō ergo ita dixit: idem tn̄ ſignificauit: ⁊ ad illā particulā. [q̄cūqꝫ popoſceris.] inquit: [Omnis q̄ credit in me: etiā ſi moꝛtuus fuerit / viuet.] ſe bonis abundare: ⁊ a ſe petendū oſtendit. [Et oīs qui viuit / ⁊ credit in me: nō moꝛiet̄ in eternū.] Intuere quo eius erigat animū. Nō em̄ tm̄ querit̄ reſurrectio Lazari: ſed ⁊ hāc et illam opoꝛtet intelligere reſurrectionē. Propt̄ea autē verbis philoſophat̄. Et ſi reſurrectio ipſe eſt: ⁊ vita nullo loco circūſcribit̄: ſed vbiqꝫ pꝛeſens ſanare potuit. Et ſi dixiſſent: vt Centurio: Dic verbo ⁊ ſanabit̄ puer meus: itidē ꝑfecto reſpondiſſet. Cū aūt ad ſe vt veniret / rogarēt: ideo aſſenſus eſt: vt eas a tāta humilitate erigeret: ſuā tn̄ abſentia oſtendit poteſtatē: ideo tardat. Nō em̄ cognita eſſet gratia repēte pꝛeſtita: niſi coꝛruptꝰ eſſet / ⁊ feteret. Et vnde mulier futurā noꝛat reſurrectionē? Audierat xp̄m multa de ea diſputantē: quā iam videre cupiebat: et adhuc humi vertit̄. Nā cum audiret: [Ego ſum reſurrectio ⁊ vita.] nō reſpōdit: Reſuſcita eū: ſed [ego credo / qꝛ tu es xp̄s filius dei.] Cui chꝛiſtꝰ: [oīs q̄ credit in me etiā ſi moꝛtuꝰ] hac ſcꝫ moꝛte fuerit: [viuet et oīs q̄ credit ī me nō moꝛietur.] illā videlicet moꝛtem. Nā ego ſum reſurrectio. Noli ꝑturbari: ſi moꝛtuus eſt frater veſter. Hec nō eſt moꝛs. Primū eā ab euentu conſolat̄: ⁊ bene ſperare iubet / dicendo: [Et reſurget frater. Et ego ſum rerurrectio.] Et ꝙ reſurgēs etiā ſi moꝛiat̄ nihil patiet̄ incōmodi. Quā ob rem nō eſt hmōi moꝛs dolēda. Hoc eſt: neqꝫ ipſe moꝛtuꝰ ē: neqꝫ vos moꝛiemini. [Credis hoc? Ait illi: Vtiqꝫ dn̄e. Ego credo qꝛ tu es xp̄s filius dei / q̄ in hūc mundū veniſti.] Videt̄ mihi xp̄i dictū mulierem nō intellexiſſe: nouit tn̄ magnū eſſe: totū nō perſpexit. Propterea aliud interrogata: aliud reſpōdet Illud tn̄ pꝛimū cōſecuta eſt: ꝙ fletū cōpeſcuit. Eiuſmodi em̄ xp̄i ſermonis virtus: ideo illa ꝑuenit: hec ſecuta eſt. In magiſtrū nāqꝫ beniuolētia: nō multū p̄ſentem calamitatē: ſentire ꝑmittebat. Itaqꝫ cū gr̄a etiā mens mulieris philoſophabat̄. Verū enimuero etiā cum alijs malis hic muliebꝛis moꝛbꝫ iam p̄ualuit: oſtētant plāctus ⁊ doloꝛes ſuos: cruentant bꝛachia: ſcindūt capillos: laniant genas: partim ob doloꝛē: partim ad oſtētationē: alie animo impudico in medio foꝛo / bꝛachia nudāt. Quid facis mulier? Nudas te impudēter in medio foꝛo: cū xp̄i membꝛū ſis: cum viri adſtent / ⁊ capillos vellis: ⁊ in miſeros ꝓrūpis eiulatus: ⁊ ſaltas: ⁊ inſanaꝝ mulieꝝ moꝛe iactaris. Nōne te deū offendere arbitraris? Quenā hec inſania? Nonne ridebūt gētiles? Nonne fabulā noſtrā putabūt religionē? Dicēt em̄ nullā eſſe reſurrectionē: illuſiōes oīa xp̄ianoꝝ dogmata / ⁊ fallacias putabunt. Haud em̄ aliter q̄ſi nihil poſt moꝛtē remaneat: mulieres lamētant̄: nō attendūt ſcripturis: oīa illa figmēta ipſe credere vident̄: ſi q̄dē ſi crederēt moꝛtuū nō eē moꝛtuū: ſꝫ ad melioꝛē vitā trāſlatū: nō vtiqꝫ ipm̄ tanq̄ nihil eſſet deploꝛarent: non adeo indignarent̄: nō tātas efferrēt voces / incredulitatis indices. Nunq̄ te ampliꝰ videbo. Oīa fabule: nam ſi pꝛincipali bono ita diffidūt: multomagis alijs q̄ aſſerūt. Non ita gētiles effeminant̄. Multi apud eos philoſophati ſūt: ⁊ cū audiſſet mater filiū in p̄lio cecidiſſe: mox rogauit: quō ſe reſpublica haberet. Et aliꝰ philoſophus coꝛonatus cū audiret ꝓ patria cecidiſſe coꝛonā depoſuit: inde ſciſcitatꝰ quō cecidiſſet: vt foꝛtit̄ occubuiſſe cognouit: ī caput ſtati coꝛonā repoſuit. Multi ⁊ filios / ⁊ filias cedi: demonas reueriti / tradiderūt. Spartane autē mulieres hoꝛtant̄ filios vt clipeū e p̄lio referāt: aut ſuꝑ eo occūbāt. Ideo pudet me gētiles hec ſape: nos īpudentes eē q̄ de reſurrectiōe nihili intelligūt: ītelligētiū opa faciūt q̄ ītelligūt ignoꝛātiū ⁊ qō ꝓpt̄ deū nō faciūt hoīes reueriti: faciūt ſepenūero. Opulentioꝛes femīe capillos nō ſoluūt / bꝛachia nō nudāt: ꝙ ⁊ maxime rep̄hēdēdū: nō ꝙ nō nudēt: ſꝫ ꝙ nō ꝓpt̄ deū: ſed ne turpes videant̄. Pudoꝛ luctū cohibet: dei metꝰ nō cohibet. Et quō hoc non ſummopere repꝛehendendū? Qō diuites diuitiaꝝ gr̄a faciūt: diuino metu pauperes faciāt. Sed ecōtra euenit: ille pꝛopter inanem gloꝛiā philoſophant̄: he ꝓpter humilitatem pꝛeferunt impudentiā. Quid hoc abſurdiꝰ? Omia ꝓpter hoīes: omia ꝓpter p̄ſentia facimꝰ. Et ſtulte / ⁊ ridicule loquunt̄. At qui dn̄s inquit: Beati qui lugent peccata videlicet: q̄ nemo luget. Nemo aīe ſue curat perditionem. Qō lugere nō iubemur: id lugemus. Quid inquit? cum hoīes ſimꝰ: de moꝛte hoīs nō eſt dolendū. Nunq̄d ego hoc ꝓhibeo? Minime lugere: ſed impudēter lugere veto. Nō ſum imanis / atqꝫ crudelis. Video naturā dolere / ⁊ quottidianā requirere cōſuetudinē. Non licet nullo affectu moueri: qō ⁊ xp̄s oſtēdit / lachꝛymatꝰ eſt ſuꝑ Lazaro: eius ſequere exemplū: lachꝛymare: ſed leniter et pudenter: ⁊ cum dei timoꝛe. Si hac ratiōe lachꝛymas fundes: nō reſurrectionis diffidentie argueris: ſed egꝛe ferre chariſſimi ſeiunctionē videberis. Nam et peregre ꝓficiſcētes: lachꝛymis ꝓſequimur: nō tn̄ vt moꝛtuos: ita et tu lugeas: tanq̄ p̄miſeris ꝑegrinū. Hec ego nō vt p̄ceptoꝛ: ſed vt ꝑmiſſoꝛ: humane conſcius fragilitatis / admoneo. Et ſi peccatoꝛ ⁊ qui ſepenumero deū offenderit moꝛit̄ / is deflendus eſt: vel potius minime: cū nihil illi afferat vtilitatis: ſꝫ ea faciēda: que ei aliq̄d cōferre poſſint: elemoſynas / oblationes: in hoc letandū eſt: ꝙ malicia eiꝰ abſciſa eſt. ꝙ iuſtus rurſus letādum ꝙ in tuto collocatur: ꝙ liberatꝰ eſt futura foꝛmidine. Si iuuenis ꝙ ex medio maloꝝ ereptus eſt. Si ſenex: ꝙ eo diutius vſus eſt: qō maxime deſiderabile videbat̄: vite ſatietate migrauit. Tu autē hoꝝ omiſſa cōſideratione: ancillas cedis: ac ſi ita demū defunctū honoꝛibꝫ ꝓſequaris: qō vltime eſt dementie: honoꝛ enim moꝛtuo: nō fletus eſt: nō eiulatꝰ: ſꝫ hymni / ⁊ pſalmi ⁊ vita optima. Ille moꝛiens cū angelis euolabit: etiā ſi nemo exequijs interueniat. Perditus autē et ſi in funere vniuerſam habuerit ciuitatem: nihil lucrabit̄. Vis moꝛtuū honoꝛare? Alia via aggrediēdū eſt. Fac elemoſynas. Que tibi ex multis fletibꝫ vtilitas? Ego et aliud malū audiui: ꝙ multe etiā amatoꝛes per fletus alliciūt: maritalis amoꝛis opinionē: lamētationū vehemētia de ſe cōfirmātes. O diabolicā mētē. O ſathane cogitationē. Quādiu ⁊ terra et puluis? q̄diu ſanguis ⁊ caro erimꝰ? Celū tandē ſuſpiciamꝰ. Intelligamus ſpiritalē noſtri partē. Quō gentiles arguemus? Quō qui hec faciūt ꝯſolabimur? Quō cū his de reſurrectiōe diſputabimꝰ? Quō de alijs ſapiētie ꝑtibꝫ? Qua ſecuritate viuemus? Ex doloꝛe em̄ ꝓuenit moꝛs. Cōſidera vim ꝑſpectiuā aīe: nihil ſinit videre neceſſarioꝝ: inde multū detrimenti: illo em̄ modo ⁊ deū offendimꝰ: neqꝫ nobis: neqꝫ defuncto ꝓſumus: hoc aūt ⁊ deo placemꝰ / et ꝓbamur ab hominibꝫ: nā ſi nō ſuccūbemus: ꝯtinuo doloꝛis reliquie abolent̄. Si indignabimur / in miſeria relinq̄mur. Si gr̄as agemꝰ nō merebimꝰ. Et quō pōt inquit nō dolere: q̄ filiū vel vxoꝛē amiſit? Nō dico ne doleat: ſꝫ ne īmodice. Nā ſi ītelligeremꝰ deū illū abſtuliſſe quē moꝛtalē viꝝ: ac filiū habebam: mox ꝯſolaremur. Indignari em̄ maiꝰ quiddā ſupꝛa naturā querētis ē. Homo natꝰ ⁊ moꝛtalis: q̄d doles qō ſ̄m naturā ꝯtigit? Nūq̄d doles ꝙ edēdo nutriris? Nūqueris ſine cibo viuere? Ita ⁊ ī moꝛte. Nūq̄d querꝭ īmoꝛtalitatē? Moꝛtalis natus es. Semel h̄ diffinitū. Noli dolere: noli te affligere: ſꝫ ama q̄ cōiter oībꝫ ſtatuta ſunt. Doleāt tibi pctā tua: hic optimꝰ fletꝰ: hec maxia ſapiētia. Hec ḡ ꝑpetuo defleamꝰ / vt celeſtē aſſeq̄mur leticiā: gr̄a et benignitate dn̄i nr̄i Ieſu xp̄i: cui honoꝛ / ⁊ gl̄ia in ſecula ſeculoꝝ Amen.



Homelia. LXII. Ex capitulo. XI.

## Nondum enim venerat Ieſus in caſtellū: ſed erat adhuc in illo loco vbi occurerat ei Martha.

Magnū bonū ſapiētia ē. Sapiētia nr̄a dico: nō gentiliū q̄ verba ſunt dūtaxat / ⁊ fabule: neqꝫ vllam hn̄t ſapiētiā: gl̄ie nāqꝫ cauſa oīa faciūt. Magnū inquā bonū ſapientia: q̄ nob̄ inde vicē reddit. Qui em̄ pecunias ꝯtēnit: iā h̄ bonū ꝯſecutꝰ eſt / ꝙ ſuꝑfluis ⁊ ſtultis curꝭ liberatꝰ ē. Qui gloꝛiā peſſundat: p̄miū inde accipit: ꝙ nulli ſeruit: ſꝫ vera liberalitate ꝑfruitur. Qui celeſtia ꝯcupiſcit: remuneratiōe nō caret cū nihil p̄n̄tia arbitret̄: ⁊ facile doloꝛem oēm exuperet. Ecce nūc mulierē philoſophantē inde pꝛemiū ꝯſecutam. Eteni omībꝫ aſſidētibꝫ (dolēs ⁊ plāgēs) nō expectauit ad ſe venientē magiſtrū: neqꝫ decoꝛū ſeruauit: neqꝫ luctu retēta ē. Siq̄dē q̄ in luctu ſūt: cū alijs incōmodis etiā tenent̄ affectu: ꝙ a p̄ſentibꝫ affectāt laudari: quoꝝ nihil Marie accidit: ſꝫ ſurgēs e veſtigio: magiſtro obuiā facta ē. Ieſus aūt nōdū in locū venerat: lento em̄ paſſu ambulabat: ne ad ſignū faciēdū feſtinare videret̄: ſꝫ ab illis de eo iudiciū fieri volebat. Aut igit̄ h̄ ſignificare vult euāgeliſta: aut ꝙ cito accurrit: vt venienti occurreret. Venit autē nō ſola: ſꝫ oīm iudeoꝝ turba ſubſequēte: ⁊ ꝑq̄ pꝛudēter ſoroꝛ ei clam magiſtri aduētū ſignificauit: ne ꝯſeſſū ꝑturbaret: neqꝫ cur ſurgeret / dixit: nam multi certe abijſſent. Nūc ꝟo tanq̄ fleturā ad monumētū ſecuti ſunt / ⁊ ex his iteꝝ moꝛtuū Lazaꝝ cōfirmat̄: et ꝓcidit ad pedes eiꝰ. Vehemētiꝰ q̄ ſoroꝛ amabat: neqꝫ turbā reuerita eſt: neqꝫ opinionē quā de eo iudei habebāt. Erāt nāqꝫ ml̄ti maliuoli: q̄ dicebāt [Nō poterat hic q̄ aꝑuit ocl'os ceci nati facere / vt hic nō moreret̄.] Sꝫ oēm hūanū affectū expulit: magiſtro p̄n̄tet cuiꝰ ſoliꝰ facta ē honoꝛis videlicet ī dn̄m. Et q̄d inquit? [Dn̄e ſi fuiſſes hic: frater meꝰ nō fuiſſet moꝛtuꝰ.] Sꝫ q̄d nihil ad eā loquit̄ xp̄s: vt ad ſoꝛoꝛem? Turba aderat: neqꝫ verboꝝ tp̄s erat: ſꝫ mouet̄ hūano affectu: quē tm̄ p̄mo voluit eſtimari. Nā cum ſignū magnū / q̄le raro fecit / eſſet facturus: ex q̊ multa erat ꝓuētura vtilitas: ne turba abſente nihil lucraret̄: doloꝛis affectu multos teſtes allicit: ne pꝛedam amitteret. Et p̄mū hūanā perfert naturā. Lachꝛymat̄ / et ꝑturbat̄. Noꝛat em̄ lachꝛymas excitare / et affectū arguere. Illa em̄ ꝑticula. [Et īfremuit ſpū] motū illū cohibuiſſe ſignat: et ait: [Vbi poſuiſtꝭ eū] ne flendo interrogaret. Sꝫ q̄d rogat? Nō vult feſtinare: ſꝫ oīa ab illis diſcere / ⁊ hoꝛtatꝰ facere / vt omī ſuſpitiōe careret miraculū [Dicūt ei: veni ⁊ vide. Lachꝛymatꝰ eſt Ieſus.] Nullū adhuc reſurrectiōis ſignū oſtēderat: neqꝫ vt ſuſcitaturꝰ: ſꝫ vt lachꝛymaturus venit: qō mox ſignificat̄. Ait em̄: Dixerunt ḡ iudei: [Ecce quō amabat eū. Quidā aūt ex ipis dixerūt: Nō poterat hic q̄ aperuit oculos ceci nati facere vt hic nō moꝛeret̄?] Nec ī calamitatibꝫ a malicia abſtinebāt. At q̄: facturꝰ erat rē lōge mirabilioꝛē. Longe em̄ maiꝰ eſt poſt moꝛtē in vitā reuocare: q̄ inſtantem ꝓpellere: in quo ḡ eius virtus erat admiranda: in eo Ieſum calūniant̄. Confitentur autē aperuiſſe oculos ceci nati: et ꝙ rurſus debebant admirari calūniātur: ac ſi nihil feciſſet. Nec in hoc ſolum eoꝛum oſtendit maliciā: ſed cum nōdum ad monumentū ve

nerit eū criminant̄: nō expectātes rei finem. Intuere corruptū coꝝ iudiciū. Uenit ad monumētum / et rurſum affectū arguit. Quid tandē tam diligēter q̄tiens lachrymatꝰ ſit meminit euangeliſta: ⁊ ꝙ infremuerit? Ut itelligas ⁊ natură nr̄am induiſſe. Cū eīm magna de eo loquat̄: etiā in his q̄ ad corpus ſpectant / hoc in loco multo humilius loquit̄. Nihil vt reliqui euangeliſte in paſſione ꝙ in agonia eſſet narrauit: ſed cōtra ꝙ retrorſum ſupinos reiecerit. Qđ ergo illic omiſit: hic ꝑ luctū implet. Nam de morte diſputās / inquit: Poteſtatē habeo ponendi animā meā: ⁊ nihil ſubmiſſe loquit̄. Ideo ī humanitatꝭ affectibus: incarnationis veritatē oſtēdūt. Matheꝰ enim ab agonia / et tremore / et ſudore: hic a lachrymis hūmanitatē cōfirmat. Neq̃ eīm niſi noſtre fuiſſet nature ⁊ ſemel ⁊ iteꝝ lachrymari coactus fuiſſet: neq̃ vllis reſpōdet criminibꝫ. Quid eīm verbis imponere eis ſilentiū oportuit: cū mox rebꝫ ipis ad tacendū cogerent̄: qđ grauius fuit / et maiorē incuſſit pudorem? Ait ergo: [Tollite lapidem.] q̄ tandē abſens nō idem iuſſerat: atq̃ ꝑfecerat? Quid nō dimiſſo lapidē ſuſcitauit? Poterat eīm q̄ corpꝰ mortuū voce mouerat: ⁊ corrupto animā inſpirarat: multo magis lapidē mouere. Sed cur nō fecit? Ut eos teſtes feciſſet miraculi: ne dicerēt: qđ ⁊ de ceco. Hic eſt: nō eſt. Manꝰ eīm ⁊ pn̄tia illoꝝ: ipm eē teſtabant̄. Illi eīm vel imaginationē: vel p̄ſtigiū aliqđ opinari potuiſſent: nūc cū affuerit / cū lapidē tulerint: cū ligatꝰ exierit: cū iuſſus ſit ſolui: cū amici p̄ſentes ipm viderint: ⁊ ex veſtibꝫ agnouerint: cū ſorores fetere: et q̄driduanū eſſe dixerint: hec oīa ſufficiētia erant: que vel impudētibꝫ ſilentiū īponerēt: cū rei teſtes adeſſent. Ideo iubet vt lapidē tollāt a monumēto: oſtendēs ſeipm ſuſcitare. Ideo interrogat: [vbi poſuiſtis eū.] vt dicētes: Ueni ⁊ vide: ⁊ ducētes ipm: nō poſſent dicere aliū ſuſcitatū: vt et vox et manꝰ teſtificaretur. Uox / dicendo veni / ⁊ vide. Manꝰ / lapidem tollēdo / ⁊ inſtitas ſoluēdo. Et viſus et auditꝰ: Hic vocē audiēdo. Ille vidēdo exeuntē: ⁊ odoratꝰ: odore offenſus. [Inq̄t eīm iā fetet: quadriduanus eſt.] Merito ꝰ dixi ꝙ minime norat mulier q̄d Jeſus diceret cū inq̄t: [Etiā ſi mortuꝰ fuerit / viuet.] Cōſidera ꝰ q̄d h̄ dicat: tanq̄ iā impoſſibile eēt. Erat eīm admirabile: vt q̄driduanū: ⁊ fetidū mortuū ſuſcitaret. Diſcipulis eīm inq̄t: [vt glorificet̄ filiꝰ dei ꝑ eū.] hic gloriā dei de patre / inquit: Animaduerte audientiū imbecillitatē: diuerſi ſermonis eſſe cauſam. Rememorat eīm q̄ ſuperiꝰ dixerat arguēs tanq̄ oblitam. Noluit iā p̄ſentes ꝑturbare. Ideo inq̄t: [Nōne dixi tibi ſi credideris / videbis gloriā dei.] Magnum nanq̃ bonū fides eſt / magnū inq̄: ⁊ bonoꝝ multorum cauſa: vt dei opa hoīes facere poſſint in nomine illius. Si enim credideritis (inquit) et dixeritis monti huic / vt transferat̄ / fiet. Et qui credit in me maiora ſigna faciet q̄ ego in nomine meo. Quenā maiora? Eteni vmbre ipſorū mortuos ſuſcitabant. Sic eīm predicauit chriſti poteſtas. Non eīm tā mirabile fuit ꝙ viuꝰ miracula faceret: vt ipſo mortuo alij in noīe eiꝰ maiora oparent̄. Neq̃ dubitādū fuit de eiꝰ reſurrectiōe: neq̃ ſi viſa fuiſſet: ita cēt ꝯfirmata: q̄ eīm reſurgētē vidiſſet / dicere poterat fuiſſe fantaſma: q̄ ⁊ ſolo eiꝰ noīe inuocato maiora miracula videt: q̄ cū in carne cū hominibꝫ verſatꝰ eſt: nō ſane incredulus eſſet: niſi maiorē imodū deſiperet. Magnū igit̄ bonū fides cū a vehemēti amore: ⁊ flagrāti animo ꝓcedit: ipſa ſapiētes nos indicat: ipſa hūanā deregit hūilitatē / ⁊ inferis omiſſis rōnibꝫ: de celeſtibus diſputat: ⁊ qđ hūana ſapiētia īuenire nō pōt: in q̄ deficit: hoc fides dirigit: hoc docet. Hanc igit̄ / cōplectamur: neq̃ rōnibꝫ diſtrahamur. Cur gentiles nihil inuenire pn̄t? Dic queſo. Nōne externā omnē nouere ſapientiā? Un̄ ꝰ piſcatores / ⁊ tētorioꝝ opifices: ⁊ indoctos ſuperare nō potuerūt? Qm̄ illi rōnibus: hi fide oīa ꝑficiebāt: ideo ⁊ Platonē ⁊ Pythagorā: ⁊ philoſophos omēs: necnō / ⁊ aſtrologos / et mathematicos / geometras / arithmetricos: et oīs ſapiētie ꝓfeſſores / ſuperarūt: ⁊ meliores facti ſunt: quanto ſtultis illis / ⁊ inſanis veriores philoſophi euaſerūt. Hic eīm ſtatim animā īmortalē eſſe: nō tm̄ dixerūt: ſꝫ ⁊ ꝑſuaſerūt. Illi antea nihil norāt: ꝙ eſſet aīa. Poſtq̄ aūt īuenerūt / ⁊ diuiſerūt eā a corpe: iterū in errorē ꝓlapſi ſunt: aliq̄ corpꝰ eā dixerūt: alij cōpoſitū: nōnulli cū corpe diſſolui: necnō celū aīatū / et deū. Piſcatores aūt dei opus ꝓfeſſi ſunt: ⁊ omnibus ꝑſuaſerūt. Q aūtē gētiles rōnibꝫ vſi ſint minime mirū: ꝙ aūt q̄ fideles vident̄: hi animales inueniant̄: eſt ſane ridiculū: ꝓpterea decipiunt̄. Et alij q̄dem q̄ dicunt ſcire deū: vt ipe ſeipm nouit: qđ nemo ne illoꝝ quidē auſus eſt dicere. Alij nō poſſe deū ſine paſſiōe generare: neq̃ ei quicq̄ ampliꝰ a nobꝫ habere ꝑmittūt. Alij ꝙ recta via nihil ꝓficit. Sꝫ tēpꝰ nō eſt hec in p̄ſentia reprehēdendi. Q aūt nihil proficiat fides recta: ſi vita praua ſit: ⁊ xp̄s ⁊ paulus pluribus oſtēdit: Inq̄t eīm: Nō oīs qui dicit mihi dn̄e dn̄e intrabit in regnū celoꝝ. Et. Multi dicēt mihi in illa die: Domine nōne in noīe tuo ꝓphetauimꝰ: ⁊ dicā eis: neſcio vos. Et iteꝝ: Nolite gaudere ꝙ demonia vobis obediūt. Qui hec nō attendunt: facile in vitia delabunt̄: etiā ſi fidē rectā habeāt. Sꝫ nos hec fugiamus: neq̃ eīm ſine vita recta deus videri poteſt. Pacē inquit ꝑſequimini: ⁊ ſanctificationē: ſine qua nemo videbit deum. Sanctificationē cōtinentiam appellat vt vnuſq̄ſq̃ ſua cōtentꝰ ſit vxore: neq̃ alienā querat. Qui ſua cōtentꝰ nō eſt: ſaluus eſſe nō pōt: ſꝫ neceſſario ꝑibit: etiā ſi īnumera bona opa fecerit. Fornicādo impoſſibile eſt intrare ī regnū celorū / īmo nō fornicatio hec: ſꝫ adulteriū. Quēadmodū eīm alligata viro: ſi aliū cognoſcit: adulterat̄: ita alligatꝰ vxori: ſi aliā hꝫ: adulterij reꝰ ē: hic nō hereditabit regnū celoꝝ: ſꝫ ī gehēnā intrudet̄. De his inquit deꝰ: Uermis coꝝ nō moriet̄: neq̃ ignis extinguet̄. Nullā eīm veniā cōſequit̄: q̄ capta vxore: poſt h̄ carnis remediū aliene iniuriat̄ h̄ iā laſciuia ē: ꝙ ſi ab vxore ſua multi ieiunij / ⁊ orōnis tpe abſtinent: q̄ ſua ꝯtentꝰ nō ē: ſꝫ alienā ītroducit: q̄tū ſibi mali accumulat? Si ſuā repudiare ⁊ alij vacare non licet / eſt eīm adulteriū / q̄tū ille accuſandꝰ ē / q̄ ſue aliā addit. Nemo igit̄ hūc morbū aīe inſidere ꝑmittat: ſꝫ radicitꝰ euellat: neq̃ eīm tātū vxorē / q̄tū ſeipm offendit: h̄ eīm adeo apud deū ſceleſtū videt̄: vt ſi vxor ab idolatra viro ipſo nolente diſcedat / puniatur: ſi ab adultero / minime. Conſidera ergo huiꝰ morbi maliciam: nam ſi qua fidelis inquit habet virū infidelem: ⁊ ipſe cōſentit habitare: cū illa non dimittat virum. De fornicatrice autē: Si quis dimiſerit vxorem ſuā preter rationē fornicatiōis: facit ipſam mechariam ſi cōſuetudo vnū corpꝰ facit: ſi quis meretria admiſcetur vnum cum meretrice corpꝰ efficit.



Quomodo ergo ornata accipietur: cum ſit membrū chriſti? Quomō ei iunget̄ corpus meretricis? Que cū infideli habitat nō eſt īmunda. Sāctificatus eſt (inquit) vir infidelis in muliere fideli. In fornicaria autē: Nūquid mēbra chriſti faciemus mēbra meretricis? illic ſcīficatio manet / ſi cū vxore cohabitat: hic diſcedit. Graue itaq̃ malū fornicatio / graue inq̄ ⁊ immortale afferēs ſuppliciū: ⁊ in hac vita innumera ſecū mala trahit. Cogitur eni vitā miſerā et infelicē viuere qui hoc morbo afficit̄. Neq̃ meliori loco res ſue ſunt / q̄ eorū qui ſupplicijs diſtrahuntur. Alienā domū trepidus / et formidoloſus ingredit̄: oīa timet / ⁊ ſeruos / ⁊ liberos. Quare hortor hoc vos morbo diſſoluatis: qđ ſi nō placet: nolite hec ſacra ingredi penetralia. Si quidem minime oportet ſcabioſas ⁊ morbidas oues: in ſanarū: ⁊ beneualētiū grege verſari: ſed ab ouili exigende ſunt: quoad bonā recipiāt valitudinē. Membra chriſti ſumus: nolimꝰ fieri meretricis. Non eſt locus hic lupanar: ſed eccl̄ia. Si mēbra meretricis habes abeſto ab eccleſia: ne preſentia tua ſordeſcat. Q ſi nulla eſſet gehēna: nullū ſuppliciū: quo tamē aio: poſt cōiunctionem illā: ⁊ nuptiales faces: poſt iuſtū lectū: ⁊ liberorum ſuſceptionē: poſt quotidianā conſuetudinē: pateris aliā ſupponere? Cur nō vereris: nō erubeſcis? Qui poſt vxorū mortē alijs admiſcent̄: hi reprehendunt̄ a multis: q̄uis puniri nō poſſint. Tu viuēte vxore aliā ſuperducis? Quenā hec incontinentia? De his inquit: Uermis eoꝝ non moriet̄: ⁊ ignis nō extinguet̄. Perhorreſce minas: formida ſuppliciū. Non eſt tanta hic voluptas: quāta illic pena. Sed abſit vt aliq̄s ſit huic obnoxiꝰ ſupplicio: ſed ꝑ ſcīficationē oēs xp̄m videant: ⁊ ꝓmiſſa bona ꝯſequant̄: gratia ⁊ benignitate dn̄i noſtri ieſu chriſti: cum quo patri gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia. LXIII. Ex capitulo XI

**Eſus autē eleuatis ſurſum oculis dixit: Pater gratias ago tibi quoniā audiſti me. Ego autem ſciebā: quia ſemper me audis: ſed propter populum qui circumſtat dixi.**

Quod ſepenumero dixi / id et in preſentia repetā: deum ſcilicet non adeo ſuam ſpectare dignitatem vt noſtram ſalutē: neq̃ vt magnū aliquid loquat̄: ſed vt nos poſſit allicere. Propterea alta et magna raro: ⁊ ea abſcondita: ſed humilia ⁊ abiecta frequēter loquit̄. Cum eni his ppl̄m magis adduceret: magis etiā vtebat̄: non tamen ſemꝑ: ne poſtea offenderent̄: neq̃ cōticet: ne p̄ſentes ſcandalizent̄. Illi nāq̃ qui perfecti futuri erant: ex vno alte ⁊ magnifice dicto / totū poterāt intelligere: hi autē cū rudes eſſent: niſi ſepenumero eadē audiſſent: nullū cepiſſent emolumentū. Certe neq̃ poſt tantā doctrinā perſtant: ſed eū lapidibus petūt / ⁊ ꝑſequunt̄ / ⁊ interficere conant̄: ⁊ blaſphemū appellāt: cum equalē ſe faceret deo. Et nūc dicūt blaſphemare. Cum aūt dixiſſet: Remittunt̄ tibi pctā tua: iterū demoniū habere dicunt. Et cū mortē ſuperare: q̄ verba ſua audiret: et ſe in patre: ⁊ patrē in ipſo eſſe: et de celo ſe deſcēdiſſe diceret: eū relinquunt / ⁊ ꝑturbant̄. Que ſi raro dicta minime ferebāt / longe minus ſi ſemꝑ alte / ⁊ magnifice locutus eſſet. Nam cū dicit: [Sicut mādauit mihi pater / ſic loquor. Et ego a meipſo nihil loquor: [Tūc credūt. Multi (inq̄t) crediderūt in eū] Q ſi humilia fidē faciunt: ſublimia auferūt: nonne vltime amentie eſt: nō intueri humiliter ꝓpter auditores locutum? Nā ⁊ alio in loco cū magnū quiddā dicere vellet / ⁊ reticuiſſet: cauſam attulit ne ſcandalizarent̄. Proijcehamū in mare qđ ⁊ ī hoc loco. Cū eni dixiſſet: [Ego ſciebā q̄ ſꝑ me audis] ꝓſecutus eſt: [Propter circūſtantē ppl̄m dixiſſe vt crederēt.] Nunq̄d nr̄a hec verba ſunt? Nū humana cōiectura Cum eni ex rebꝰ ipſis nō credamꝰ: eos in magnis ſcandalizari: ⁊ ipſe dicat ſe ideo hūilia loqui ne ſcandalizentur: quis deinceps a natura humiliter ipm locutū ſuſpicabit̄ ⁊ nō eorū indulgentē imbecillitati? Et alibi voce celitus delata dicebat: Nō ꝓpter me hec vox facta eſt: ſed ꝓpter vos. At q̄ magnū decet multa de ſe humiliter p̄dicare: nō aūt humilē et abiectū magnifice: Indulget auditorū imbecillitati: ⁊ humilitatē eos: ⁊ ſe carnē nr̄am accepiſſe erudit neue deo cōtrariū: ⁊ nō veniſſe a deo: ⁊ legē ſoluere arbitrarent̄: vtq̃ odiū ppl̄i auerteret: freq̄ēter in veteri teſtamēto dicat̄: Dn̄s deus tuus dn̄s ē vnꝰ. Q eni humilis / ⁊ abiectus magnifice de ſe loquat̄ / nulla eſt cā: nec ratiōe aliq̄ nitit̄: ſed ſola amētia eſt / et impietas: et audacia nō tolerāda. Qua ergo grā humilia loquit̄: q̄ archane illiꝰ / ⁊ inenarrabilis eſt ſubſtantie? Et eorū / q̄ dix imꝰ grā: ⁊ ne etiā putaret̄ ingenitus. Nā ⁊ paulus q̄d tale timuiſſe videt̄: cū ait: Preter eū q̄ ei cūcta ſubiecit. Impiū eni hoc ſuſpicari. Nā ſi minor patre / ⁊ alteriꝰ ſubſtātie: eq̄lis exiſtimatus eſſet: Nōne oīa feciſſet vt ea tolleretur opinio? Nūc cōtra facit / inquiēs: [Si nō facio opa eius q̄ miſit me: nolite mihi credere:] Et cum dicit: [Ego in pr̄e / ⁊ pr̄ in me eſt.] eq̄litatē nobis ſignat. Erat hec oīno tollēda opinio: ſi īferior fuiſſet: ⁊ nullo pacto dicendū: [Ego in patre / ⁊ pater in me eſt / aut vnū ſumus: aut Qui videt me / videt et patrem De virtute nanq̃ ſermo erat: dicēdo [Ego ⁊ pater vnū ſumus.] Et de potentia: Sicut pater ſuſcitat mortuos / ⁊ viuificat: ſic et filius quos vult viuificat. Qđ qui alteriꝰ eſſet ſubſtātie minime facere potuiſſet: Qđ ſi potuiſſet / nō oportebat id dicere: ne q̄s vnā ⁊ eandē eſſe ſubſtantiā arbitraret̄. Si eni ne ſuſpicarent̄ deo cōtrariū eſſe: etiā q̄ ſibi nō cōueniunt de ſe nōnunq̄ loquit̄: longe magis tūc. Dicere nāq̃ vt honorificent filiū: ſicut ⁊ patrē: ⁊ opera q̄ ille facit et ego filꝛ facio: et ſe reſurrectionē eſſe et vitā / ⁊ lucē mūdi eq̄perātis eſt ſe ſe pr̄i: ⁊ illorū ꝯfirmātis ſuſpitionē. Nūc aūt ꝙ legē nō ſoluat tot rationibꝰ excuſat: opinionē aūt equalitatis ad patrē: nō mō nō tollit: ſed confirmat: ⁊ dicētibus illis blaſphemas: q̄ te deū facis: ex operibus eq̄litatē demonſtrauit. Et q̄d filiū hoc feciſſe dico: cū pater non indutus carne multa de ſe humilia dici paſſus ſit: ꝓpter auditorū ſalutē? Ade eni inquit: Ubi es? Et illud: Ut cognoſcam ſi forte ſ̄m clamorē eorū ꝑficient̄. et Nunc cognoui q̄ times deū tuū. Et ſi forte audiāt ⁊ ſi intelligant. Et quis daret cor meū ppl̄i huiꝰ ſic eſſe? Et nō eſt ſilis tibi inter deos dn̄e. Et multa hmōi in veteri teſtamento: ſi quis notaret: diuina maieſtate indigna inueniret. Et de achab dictum eſt: Quis decipiet mihi Achab? Et quotiens gentilibus dn̄s ꝑ

comparationē ꝓponitur: ſemper indigna ſunt deo
verba. Sed aliter digna efficiunť: quoniā tam cle-
mens eſt: vt propter noſtrā ſalutē etiā digna ſe ver-
ba contemnat. Nam ⁊ ꝙ homo filius factus ſit: et
ſerui formā acceperit: ꝙ humilia et loquereť: ⁊ de
ſe dici permiſerit: indignū deo. Indignū ſane/ ſi q̇s
eius cōſideret maieſtatē: dignū rurſus/ ſi immenſa
eius benignitas/ ⁊ clementia conſidereť. Eſt ⁊ alia
tam humiliū verborū cauſa: qua patrē norant: ⁊ ve
nerabanť: filiū autē ignorabāt. Ideo ad ipſum fre-
quēter confugit tanq̄ȝ confeſſum: vtpote: cum non
adhuc ipſe eam haberet auctoritatē: non ex ſe: ſed ex
auditorum ſtulticia/ atq̄ȝ imbecillitate: ideo orat: et
dicit: [Pater gratias ago tibi: quoniā audiſti me.]
Qꝫ ſi quos vult viuificat: ⁊ ſicut pater ita viuificat:
quare orat? Sed vide iam in ipſum veniſſe locum:
vt ergo tulerūt lapidē. Jeſus eleuatis ſurſum ocu-
lis/ dixit: [Pater gratias ago tibi: quoniā audiſti
me. Ego autē ſciebā quia ſemper me audis: ſed pro
pter populū qui circūſtat dixi/ vt credant: q̇a tu me
miſiſti.] Interrogemꝰ hic hereticū: Num preces ei
quid cōtulerint ad lazarū ſuſcitandū. Quomodo er
go alia ſine precibus fecit miracula? Tibi (inquit)
dico demoniū egredere ab iſto. et Volo: mundare.
et Surge tolle grabatū tuū. et Remittunť tibi pec
cata tua. et mari: Tace obmuteſce. Quid autē pre-
ſtaret apoſtolis: ſi p̄ces ei ad miracula opitularenť.
Jmmo neq̄ȝ illi precibus oīa faciebāt: ſed multa ie-
ſu nomine inuocato. Qꝫ ſi eius nomen tantum pote
rat: quomō ipſe precū auxilio indigebat? quo ſi in-
digebat: nō vtiq̄ȝ nomē eius eam habuiſſet poteſta-
tem. Cum aūt hominē fecit: quid precatus eſt? Nō-
ne magna deprehendiť equalitas? Faciamꝰ (inq̇t)
hominē. Quid aūt imbecillius: ſi ei orandum fuit?
Sed videamꝰ q̇d orat: [P̄r gr̄as ago tibi: q̄ audi-
ſti me.] Et q̇s nā vnq̄ȝ ita p̄catꝰ eſt priuſq̄ȝ quicq̄ȝ di
ceret? [Gr̄as ago tibi inq̇t.] oſtendēs ſe nō egere p̄-
cibus. Omnia enī facis que volo: nō tanq̄ȝ vna eēt
ipſoꝝ ſentētia. Sed qua gratia oratōis forma vſus
eſt? Non me ſed illū cauſam dicentē audi [ꝓpter cir-
cumſtantē populū: vt credant: quia tu me miſiſti.]
Non dixit/ vt credāt me minorē: ⁊ ꝙ diuino indigeā
auxilio: ſine quo nihil facere poſſum: ſed ꝙ tu me mi
ſiſti. Hec oīa preces oſtendūt: ſi ſimpliciter eas acci-
piamus. Non dixit: Miſiſti me imbecillū: ſeruitu-
tis conſciū: a ſemetipſo nihil potentē. Sed his oī-
bus omiſſis: ne quid horū ſuſpicareris: ponit verā
orationis cauſam: ne me deo cōtrariū arbitrenť: ne
dicant nō eſſe a deo: vt ſm̄ voluntatē tuam hoc me
feciſſe oſtendā/ tantū nō dicēs: Si eſſem contrariꝰ
deo: res nō proceſſiſſet. Audiſti me: ⁊ ad amicos di-
ci ſolet: ⁊ equales. [Ego ſciebam quia ſemꝑ me au-
dis.] hoc eſt vt fiat volūtas mea: nō egeo precibus
ad perſuadendū: vna enī voluntas eſt. Ad quid er-
go preces? Propter infirmiores. [Et cum hec dixiſ
ſet/ clamauit voce magna:] Cur nō dixit/ Jn nomi
ne patris mei veni foras: aut reſuſcita eū pater: ſed
oībus his omiſſis orātis forma accepta: re ipſa ſuā
prefert auctoritatē: quia ⁊ hoc ſapiētie ſue eſt: vt ver
bis humilitatē: re poteſtatē pre ſe ferat. Cum enim
nulla alia de re chriſtum poſſent accuſare/ q̄ȝ ꝙ non
eſſet a deo: ⁊ ita multitudinē deciperent: hac gratia
per exceſſum id refutat: ⁊ eo modo quem imbecilli-
tas exigebat. Poterat enī aliter oſtēdere inter ſe cō-
uenientiā: ſed eo populus peruenire nō poterat: et
ait: [Lazare veni foras.] hoc eſt q̇d dixerat: [Ve-
nit hora quādo mortui audiēt vocem filij dei: ⁊ qui
audierint/ viuēt.] Ut enī nō exiſtimares ab alio vir
tutem accepiſſe: ſuperiꝰ te docuit: ⁊ nunc per opera
oſtendit. Et non dixit reſurge: ſed [veni foras:] et
mortuū tanq̄ȝ viuentē appellat. Quid hac poteſta-
te par? Qꝫ ſi non ꝓpria virtute hoc facit: quid in eo
plus eſſet: q̄ȝ in apoſtolis qui dicebāt: Quid nobis
attenditis: tanq̄ȝ ꝓpria virtute hoc faciamus hunc
ambulare? Qꝫ ſi non ſua operabať poteſtate/ quid
nō id q̇d apoſtoli dicebat? Et ita ipſi eſſent ſapietio-
res: qui gloriā propulſarēt. Et iterū: Quid attendi-
tis nobis tanq̄ȝ ꝓpria virtute faciamus? Similes
vobis hoīes ſumus. Preterea apoſtoli ꝙ nihil ex
ſe facerent totis viribus perſuadere conabanť: ipſe
autē cum eā de ſe cōcitaſſet opinionē: nōne abſtuliſ-
ſet/ ſi falſa eius poteſtas credereť? Quis hoc dixe-
rit? Sed contra ait: [Propter circūſtantē populū:
vt credat.] Qꝫ ſi crederent non opus eſſet precibus.
Si enim nō erat indignū ſe precari: quare illis cau
ſam īputat? Quare autē nō dixit vt credant ꝙ tibi
nō ſum equalis? Oportuit enī in hanc ſuſpicionem
venire. Sed cum legem ſoluere exiſtimareť (nihil il
lis dicentibus:) Nolite inquit putare: quia veni ſol
uere legē. Nunc autē confirmat opinionē. Omni-
no aūt quid opus fuit tantis ambagibꝰ/ ⁊ obſcuri-
tatibus? Satis fuerat dicere: Non ſum par. Quid
ergo nō dixit inq̇t nō facio voluntatē meā? Et hoc
obſcure: ⁊ ob illorū imbecillitatē: ⁊ ea ratione qua/
et orauit. Quid autē ſignificat [Quoniam audiſti
me?] hoc eſt: nulla in re tibi contrarius ſum. Quēad
modū igiť: ea particula [Quoniā audiſti me.] non
ſignat ꝙ ipſe nō potuerit: nō enī tantū impotentia
eſſet: ſed ſtulticia: ſi quidē ante preces neſciſſet eum
ſibi aſſenſurū/ ⁊ neſciebat quomodo dixit: [Vado
vt a ſomno excitem eum] et non dixit: Vado vt ro-
gem patrem vt excitet? Quemadmodū inq̄ȝ id non
imbecillitatis: ſed ſtulticie/ ita et illa: [Quia ſemꝑ
me audis] aut idem ſignat/ aut ad illorum locutus
eſt ſuſpicionē. Qꝫ ſi neq̄ȝ ignorabat: neq̄ȝ imbecillis
erat: conſtat ꝓpterea humiliter locutū: vt ſaltē hic ꝑ
exceſſum dictū cogaris confiteri: nō ſm̄ eius digni
tatē: ſed vt ad auditorū deſcenderet imbecillitatem:
ideo dixit [quoniā me audiſti.] Minime inquies:
ſed vt oſtenderet excellentiā. At qui hoc pacto/ ⁊ ni-
miā humilitatē ⁊ tm̄ hominem eſſe indicabat. Neq̄ȝ
enim precari dei eſt/ et eius qui deo aſſidet. Vides
nulla alia cauſa ad hoc veniſſe/ q̄ȝ ꝓpter illorū incre-
dulitatē. Intuere rē ipſam eiꝰ p̄tātē teſtantē. Pro-
dijt ergo lazarus ligatus: inde ne imaginationem
quandā eſſe putares. Prodire enī ligatum nō mi-
nus admirādū videbať: q̄ȝ ſuſcitari. Juſſit ſolui: vt
tangētes ⁊ propius facti noſcerēt vere reſurrexiſſe.
et inquit: [Sinite abire.] Intuere ꝙ nullā gloriā
expetat. Non ducit eū: nō iubet ſecū eſſe: vt rē oſtē-
tet facto miraculo. Alij admirabanť: alij phariſeis
annunciarūt. Quid igiť illi? Cum admirari ⁊ ob-
ſtupeſcere eos oporteret: ipſum qui ſuſcitauerat in-
terficere voluerunt. O amentiā: qui in alijs corpo-
ribus mortē vicerat: ei mortē inferre arbitrabanť:
et dicūt: [Quid facimꝰ? q̄ hic hō m̄lta ſigna facit.]
Adhuc hoīem appellant: cum tale diuinitatis eius
teſtimoniū accepint [quid facimꝰ?] Credere opor-



tuit: ⁊ colere ⁊ adorare neq̄ȝ ampliꝰ hoīem exiſtima-
re. [Si dimittimꝰ eū ſic/ oēs credēt in eū: ⁊ venient
romani: ⁊ tollēt regnū noſtrū/ et gentē.] Quid ſibi
his verbis volūt? Populū cōcitare tanq̄ȝ tyrānide
perclitaturū. Si viderint (inquiunt) romani turbā
ipſum ſequentē/ ſub tyrānide nos eſſe arbitrabunť
⁊ deſtruēt noſtrā ciuitatē. Et quanā gratia? dic q̄-
ſo: Nunq̇d ſeditionē docebat chriſtus? Num diſſua
debat cenſum dari ceſari? Nonne regē ipſum facere
voluiſtis ⁊ rēnuit. Nōne hūilē ⁊ abiectā vixit vitā?
nōne ⁊ domoꝝ alijs hmōi caruit? Hec ergo ſine rō-
ne vlla dicebāt: ſȝ inuidia tātū. Verū id ſibi cōtigit:
cū minime expectarēt: ⁊ ciuitatē/ ⁊ gentē ceperūt ro-
mani: poſtq̄ȝ chriſtū interemerūt. Erāt enī que facie
bat chriſtus minime formidanda. Qui enī egrotos
ſanabat: q̄ optimā docebat vitā: qui principibꝰ pa-
rere iubebat: nō cōfirmabat: ſed ꝓpulſabat tyran-
nidem. Illi ſane ſeditionē docebāt: hic cōtra. Quid
enim ſimile ſuboſtendebat. Num ſatellitibꝰ ſtipaba
tur? Nū ſe muniebat? Num ſolitudines obſidebat?
Sed ne affectu aliquo dicere viderenť: totā pericli-
tari ciuitatem: et ſe reipublice cōſulere: ⁊ de vltimo
ipſorū periculo habendā rationē dicūt. Non hec vo
bis captiuitatis cauſa fuit: ſed lōge alia. Huiꝰ nāq̄ȝ
captiuitatis: ⁊ ante babylonie ⁊ antiochie nō fuit cā
ꝙ apud vos boni viri: ſed ꝙ mali ⁊ iniuſti/ ⁊ deū ꝓ-
uocātes/ verſabanť. Verū enimuero inuidia nihil
videt: ſed cecat aīam. Nōne ieſus manſuetudinē do
cuit? Nōne alapis ceſos nō vlciſci? Nonne iniuria
affectos tolerare? Nōne ad accipiendū q̄ȝ ad miſerē-
dum alijs malū prōptiores eſſe admonuit? Nunq̇d
hec tyrānidē cōſtituētis ſunt: q̄ȝ tollentis. Sed (vt
dixi) grauis quidē affectus eſt inuidia: ⁊ plenus ſi-
mulatiōe. Hic orbem terrarū innumeris impleuit
malis: hinc iudicia cōplenť: hinc liuores: ⁊ pecunia
rum amor/ ⁊ principatus: hinc inanis gloria: hinc
vie obſidenť: hinc mare pyrate ꝑcurrūt: hinc ꝑ orbē
terrarū cedes: hinc genꝰ nr̄m diſſipať. Quodcunq̄ȝ
videris malū ab inuidia ꝓueniet: iā in eccl'ias irre-
pit: ⁊ a principio multa operata eſt mala. Hic mor-
bus auaritiā peꝑit: q̄ oīa cōfudit/ iuſtitiā corrupit.
Dona enī ſapiētiū oculos excecāt: et tanq̄ȝ frenū ori
auertūt/ ⁊ cohibēt teſtimonia. Hec ꝓ liberis ſeruos
reddit. De hac quottidie loquimur: ⁊ nihil ꝓficimꝰ:
feris peiores efficimur: orphanos nudamꝰ: ⁊ vidu-
as: pauꝑib' vim inferimꝰ/ et eorū augemꝰ miſeriā.
Hac perijt pietas e terra: ⁊ nihil nobis niſi fletꝰ re-
linquiť: et hoc ſingulis diebꝰ dicēdum eſt. Nihil p̄-
cando: nihil conſulēdo: nihil admonendo ꝓficimus:
relinquiť fletus. Hoc ⁊ chriſtus fecit cū multa hie-
roſolymis ſine ꝓfectu admonuiſſet: eoꝝ lachrymatꝰ
eſt calamitatē. Hoc ꝓphete faciūt: hoc ⁊ nos facia-
mus: fletus iā tēpus eſt/ ⁊ lachrymarū ⁊ lamenta-
tionū. Nunc dici poteſt: Vocate flētes: ⁊ ad ſapien-
tes mittite: ⁊ loquanť. Hoc fortaſſe pacto morbū q̄
claras domos habitat: q̄ agros rapina cōplectitur:
eijcere poterimus. Lugēdi tēpus eſt: ſed opitulami
ni mihi: vos qui iniuriā accipitis: qui ſpoliati eſtis:
opitulamini lugete: ⁊ lachrymaꝝ meaꝝ ſocij eſtote.
Verū nō nos: ſed illos lugeamꝰ: nō nobis iniuriā
intulerūt: ſed ꝑdiderūt ſeipſos. Nos enī ꝓ accepta
iniuria regnū dei illi gehennā pro lucro aſſequunť.
Ideo melius eſt iniuriā accipere: q̄ȝ facere. Lugea-
mus eos nō cōi luctu: ſed quo ſacre nos littere do-
cent ꝓphetas luxiſſe. Lugeamus cū eſaia dicēte: Ve
coniūgentibus domū domui: ⁊ agrū agro adijcien-
tibus: vt a vicino aliq̇d auferant. Nunquid habita
tis ſoli in terra? domus magne ⁊ pulchre: ⁊ nō erūt
q̄ eas habitēt. Lugeamꝰ cū naum ⁊ dicamus cū eo:
Ve q̄ edificant in altū domū ſuā: immo lugeamus
eos chriſtū imitati dicētem: Ve vobis diuitibꝰ: q̄
ſitietis: q̄m accepiſtis mercedē v̄ram/ ⁊ cōſolationē.
Lugeamus ſine intermiſſiōe: ⁊ niſi turpe ſit etiam
plangamꝰ: dicamus cum ꝓpha: Nolite lugere mor
tuū/ ſed raptorē/ auarū/ cupidū/ inſatiabilē. Quam
ob rē mortuos lugemꝰ cū iā nihil ꝓficere poſſumꝰ?
Hos lugeamꝰ q̄ mutari poſſunt. Sed nobis lugē-
tibus ipſi fortaſſe ridēt: etiā ⁊ hoc lugendū: cū ridēt
q̇d flendū eſſet. Si lamētationib' nr̄is: q̇d mouenť:
ceſſandū eſt a luctu: tanq̄ȝ corrigendi ſint. Verū cū
nullo doloris ſenſu tangunť: ꝑſtemꝰ in dolore. Lu
geamꝰ nō diuites ſimpliciter: ſed auaros/ cupidos:
raptores. Poſſunt enī diuitie recte ⁊ laudabiler ex
pendi: cū in egenos eas cōferimꝰ. Auaritia aūt cri-
minanda eſt/ atq̄ȝ accuſanda. Lugeamꝰ igiť: ſeq̇tur
fortaſſe aliqua emēdatio. Et licet q̄ in hūc morbū in
ciderint/ nō liberenť: alij tn̄ in eū nō incidēt: ſed mū
di ſeruabunť. Utinā ⁊ ipſi liberenť: ⁊ nemo ampliꝰ
tali peſte cōprehendať: vt ſimul oēs ꝓmiſſis nobis
bonis ꝑfruamur: gratia ⁊ benignitate dn̄i nr̄i ieſu
chriſti: cui gloria in ſecl'a ſecl'oꝝ. Amen.

Homelia LXIIII Ex capitulo XI

**Unus autē ex ipſis cayphas noīe: cū eſſet pontifex anni illiꝰ: dixit eis: Vos neſcitis quicq̄ȝ nec cogitatis: quia expedit vobis vt vnꝰ moriatur homo pro populo: ⁊ non tota gens pereat.**

Infixe erant gentes in corruptiōe/ quā fecerant in
laqueo hoc: quē abſconderāt: cōprehenſus erat pes
eorū: q̇d iudeis contigit. Ipſi nanq̄ȝ dicebāt interi-
mendū chriſtū ne romani venirēt/ ⁊ tollerēt eorū gē
tē/ ⁊ ciuitatē. Poſtq̄ȝ autē interemerūt: ea ꝑpeſſi ſūt:
⁊ q̄ eoꝝ vitandoꝝ gr̄a fecerāt: in ea his patratis inci
derunt: ſed q̄ interēptus ab illis eſt: celū habitat: q̄
interemerūt infernū. At q̄ non hoc intendebant: ſed
[cogitauerūt eū (inq̇t) interficere: ab illo die.] Dixe
runt enī: [Venient romani/ ⁊ tollent regnū noſtrū
⁊ gentē. Unus autē ex ipſis cayphas nomine: cum
eſſet pōtifex anni illius dixit:] cum ceteris eſſet im-
pudentior. [Vos (inquit) neſcitis quicq̄ȝ.] Q̇d illi
dubitabāt/ ⁊ deliberandū ꝓpoſuerat. [Dixerūt enī
Quid facimꝰ?] hic impudēter ⁊ aperta frōte/ ⁊ te-
merarie decreuit. [Vos neſcitis quicq̄ȝ: neq̄ȝ cogi-
tatis/ q̄ expedit vobis vt vnꝰ moriať hō ꝓ pplo: ⁊
nō tota gens pereat. Hoc aūt a ſemetipſo nō dixit:
ſed cū eſſet pontifex anni illius ꝓphetauit.] Vides
quāta ſit pōtificalis p̄tātis virtus? Cū enī pōtifex
eſſet/ licet indignꝰ ꝓphetauit: neſciꝰ tn̄ q̇d diceret: et
os tm̄ gratia: nō aūt ſceleſtū cor attigit. Multi pre-
terea alij: futura predixerūt indigni: Nabuchodo-
noſor/ Pharao/ Balaam: ⁊ oīum cā manifeſta. Qꝫ
autē dicit: hoc eſt: Vos ſedetis adhuc: pigrius rē in
tuemini: ⁊ neſcitis vnius hoīs ſalutē pro cōi cōtem

nendam. Uide quāta ſpũs potentia: a mala mente verba ꝓphetica ⁊ admirationis plena: elicere potuit. Filios autē dei gentes appellat euangeliſta: ab eo qđ futurū erat. Quēadmodū ⁊ ipſe inquit: Et alias oues habeo: quas etiā a futuro ita appellat. Quid autē ſignat: [cum eſſet pontifex anni illius?] Cum alijs: ⁊ hic etiā mos corruptꝰ erat. Non eni ꝑpetuū iam ſacerdotiū: ſed anuū dabat: ex quo venales facti erāt principatꝰ. Uerūtamē etiā ſic aderat adhuc ſpiritus. Poſtq̄ autē in chriſtū manus extenderūt: tunc eos dereliqt/ ⁊ abijt ad apoſtolos. Et hoc velū ſciſſum ſignat: ⁊ xp̄i vox dicētis: Ecce dimittet domus vr̄a deſerta. Et ioſephus q̄ paulo poſt fuit (inquit) quoſdā angelos adhuc expectātes: viſos migrare: vt eos relinquerēt: quouſq; eni vinea ꝑſtitit: oīa facta ſūt: ex quo aūt heredē interemerūt mox ꝑierūt: ⁊ tanq̄ ſpecioſam veſtē a puero inutili iudeorū accipiēs deꝰ fidelibꝫ ſeruis ex gētibꝫ tradidit: ⁊ deſertos illos dimiſit/ et nudos. Nec parū fuit ꝙ inimicus hec prophetaſſet: ſed ꝙ alios allicere potuit. Contra eni q̄ vellet/ euenit. Nam poſt ieſu mortem futuro ſupplicio liberati ſūt fideles. Sed qđ ſignat: [vt congregaret in vnū?] ꝙ q̄ ꝓpe erāt/ et qui longe vnū corpus reddidit: q̄ rome eſt: indos corpus ſuū eſſe arbitrat. Quid huic cōgregationi ſile? Et oīum eſt caput chriſtus. [Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerēt eum.] At qui antea tētarant. Dicit eni: [Propterea q̄rebāt eū iudei interficere?] Et iterū: [Quid me q̄ritis interficere?] Sed tunc querebāt. nūc ſuā cōfirmarūt ſententiā. [Jeſus aūt iā nō palā ambulabat apud iudeos]. Jterū more hoīs ſibi cauet: ⁊ frequēter hoc facit. Cauſam autē diximus ꝓpter quā ſepenumero diſceſſit: ⁊ nunc iuxta deſertū in ciuitate: q̄ dicit euphrata: manſit cum diſcipulis ſuis. Quo pacto diſcipulos ꝯturbari arbitraris; videntes ſuū magiſtrū more hoīs ſibi ſalutē querere? Nemo iā eum ſequebat. Et cū ꝓpe eſſet dies feſtus oēs hieroſolymā concurrebāt: cū alij letarent: ⁊ celebritati ſtuderēt: ſoli diſcipuli latēt/ ⁊ periclitant/ tolerabāt tamē. Eteni cū paſcha eſſet/ ⁊ ſcenophegia in galileā conceſſerāt: inde in die feſto in fuga/ ⁊ latibulis ſoli oīum in magiſtri beniuolētia ꝑſeuerabāt. Hinc lucas eū dixiſſe inqt: Ego ꝑſeueraui in tentationibus. Hec dicebat/ vt oſtenderet auxilio ſuo vires eos accepiſſe. [Et aſcēderūt multi hieroſolymā de regione/ ante paſcha/ vt ſctificarēt ſeipſos. Et dederāt pōtifices/ ⁊ phariſei mandatū/ vt ſi qs cognouerit: vbi ſit indicet: vt apprehēdāt eū.] Admirabilis ſctificatio cū iniqua volūtate/ cū homicida mente: cū ſanguinolentis manibus. Et dicebant: Quid putatis: quia non venit ad diē feſtū? Jn paſchate ei inſidias tendebāt: ⁊ ſolēnitatis diē in cedē conuertebant: quaſi dicāt: Huc venturus eſt: tempus eum aduocat. O impietatē cum magis virtuti eſt incumbendū magis a ſceleribus abſtinendū: tunc innocētem capere conant. At qui cū iam idem tentarēt: nō modo nihil aſſecuti ſunt: ſed ridiculi apparuerunt/ ideo frequēter in eos ieſus icidēs euadit: et volētes ſe interimere cohibet: ⁊ dubios reddit; cum virtutis ſue demonſtratiōe q̄reret: vt cōpungerent. Et cū captus eſſet/ vt nō ꝓpria ipſorū virtute: ſed illius permiſſu eū cepiſſe intelligerent; reiecit eos retrorſum. [Ante ſex dies paſche venit in bethaniā: vbi fuerat lazarus mortuus: ⁊ manducabat apud eos/ ⁊ martha miniſtrabat. Lazarus vo vnus erat ex diſcumbētibus] qđ vere reſurrectiōis erat ſignū cū poſt tot dies/ et viueret/ ⁊ comederet. Unde cōſtat in domo eius prādere: vtpote amici q̄ xp̄m acceperat. Multi dicūt in alia domo diſcubuiſſe. Maria aūt nō miniſtrabat: ſed diſcipula hic etiā erat: ⁊ ſpiritalibꝰ afficiebat. Neq; miniſtrabat tanq̄ vocata: neq; cōi vacabat miniſterio: ſed ſoli ieſu honorē impendit: neq; tanq̄ hoī adeſt: ſed tanq̄ deo: hac gratia diffudit vnguentū: et capillis capitis ſui pedes terſit: q̄ nō erāt indicia ꝙ de ieſu quicq; ſuſpicaret: vt multitudo: qđ iudas ſub pietatis obtētu reprehēdit. Tū chriſtus: [Bonū opus operata eſt in ſepulturā meā.] Quid aūt diſcipulū in muliere nō reprehēdit; neq; dixit vt euāgeliſta furē eſſe: voluit eni multa eum patientia arguere. Et eni ſciret ꝓditorē eſſe ante nonnunq̄ arguit: ꝙ nō oēs crederēt ⁊ vnū ex his diabolum eſſe. Demonſtrauit ergo ꝙ ipm ꝓditorē cognoſceret: nō tñ manifeſte reprehendit: ſed ei indulſit: vt a ꝓpoſito reuocaret. Sed quō alius inqt euāgeliſta oēs diſcipulos idē locutos? Sane locuti ſunt: ſed nō eodem aīo. Et ſi qs inq̄reret qđ tādē cum fur eſſet: loculi ei pauperū cōmittebant? Cur auarū feciſſet diſpēſatorē? Jllud ſane dicemꝰ: deū archanā itelligere rationem: Et ſi qđ ⁊ a nobis eſt cōiectandū: vt oēm tolleret ꝓditiōis materiā: neq; enim poterat dicere pecuniarū id cupiditate feciſſe. Sufficientes enim loculi eſſe debebāt/ qui eiꝰ ſatiſfacerēt cupiditati: ſed ſola malicia. Chriſtus autē multa ꝑmittebat: ideo furē nō arguit: q̄uis nō ignoraret: et malā eius obſtruit cupiditatē/ et oēm abſtulit excuſationē. [Sinite eā (inquit) in diē ſeplture mee. hoc fecit:] quo verbo iterum ꝓditoris meminit: quē minime hec reprehēſio tetigit: neq; placuit. At q̄ hoc verbū facile potuit eū in miſericordiā adducere: quaſi diceret: Moleſtꝰ ſū ⁊ grauis: ſed expecta paurūper ⁊ migrabo. Hoc eni reſpexit cū diceret: [Me autē nō ſemꝑ habebitis.] ſed nihil horū ferū ⁊ inſanientē aīum flexit: licet his multo plura: ⁊ diceret/ ⁊ faceret: et pedes eius eadē nocte lauiſſet: ⁊ ad menſam ſecū adhibuiſſet: qđ ⁊ latronū aīos mulcere aſſolet/ et alia verba locutꝰ eſt: q̄bus etiā lapides molliri potuiſſent: nec multo ante: ſed eadē die: vt minime obliuioni mādare potuerit: ſed aduerſus oīa perſtitit immobilis. Grauis nāq; morbꝰ eſt auaritia: grauis inq̄ qui ⁊ oculos cecat: ⁊ aures obſtruit: ⁊ fera ſeuiores reddit: nō conſcientiā: nō amicitiā: nō cōſuetudinē: nō ꝓprie aīe ſalutē cognoſcere ſinit: ſed ſemel ab oībus diſcedēs in ſeruitutē ſibi quos cepit more ſeuiſſimi tyrāni vēdicat. Et qđ in hac aſpera ſeruitute grauiſſimū eſt: ꝙ etiā grās ſibi habēdas perſuadet: et quāto ei magis ſeruiunt: magis letant: ⁊ maiori afficiūt voluptate. Et ita maxime incurabilis morbꝫ: ita fera inſupabilis efficit. Hic giezi ꝓ diſcipulo ⁊ ꝓpheta lepra ꝑfudit. Hic ananiā et ſaphirā ꝑdidit. Hic iudā ꝓditorē effecit. Hic iudeorū principes corripit: cū dona acciperent/ ⁊ furibus cōicarent. Hic innumera bella induxit. Uias ſanguine: fletibus et lamētis ciuitates implet. Hic menſas ſceleſtes reddidit: ⁊ cibos iniq̄tate aſperſit. Jdeo idolatriā eum appellauit. Paulus: nō tamē tā formidabilis eſt idolatria. Sed cur ita appellauit? Habent nōnulli pecunias/ ⁊ his vti nō audēt: ſed nepotibꝰ reſeruāt/ et intactas ad alios tranſmittūt: tūc et tanq̄ dona deo dedicata tangere



minime audēt: ꝙ ſi q̄ñ cogunt tanq̄ ad nephas aliqđ timide veniūt: ꝓterea tanq̄ qs idolū lapideū/ aurū/ ⁊ clauſtris/ ⁊ vectibus cohibēt: ꝓ tēplo archā ꝑparātes: ⁊ argēteis vaſis recōdentes. Nōne ita aurum adoras: vt ille idolū? Jlle ⁊ oculos/ ⁊ aīam traderet potiꝰ q̄ idolū. Nō aliter affecti ſunt auri amatores. Sed nō adoro aurū inquies? Neq; idolū dicet: ſed inhabitantē demoniū. Jta ⁊ tu: licet nō aurꝝ eius tñ aſpectu/ et cupiditate aīe: inſidentē demonē adoras. Demone eni grauior eſt pecuniarū cupiditas: q̄ multi magis ꝑſuaſi ſunt: q̄ illi ab idolis: q̄bꝫ nō oīa parēt: huic vo oīa: et qđ cūq; faciendū ſuggerit/ obſequunt. Quid dicit auaricia? Eſto oībꝰ inimicus/ obliuiſcere naturā/ contēne deū: ſacrificium mihi teipm offer. Dicto citius parēt. Et idolis q̄dē boues ſacrificāt: auaricia offer mihi aīam inqt/ ⁊ ꝑſuadet. Uide q̄s habeat aras: q̄ libamina accipiat. Regnū celorum auari nō poſſidebūt. Neq; has minas formidāt: q̄uis hec cupiditas infirmiſſima ſit: q̄ppe q̄ nō inſita/ nō naturalis eſt. Fuiſſe eni nobis a ꝑncipio: ſed aurū iā nō erat neq; q̄ſppiā aurū amabat. Sed ſi placet vñ malū hoc ꝓuenerit dicā: vnuſq̄ſq; maiori emulatꝰ: morbū hūc auxit/ ⁊ nolentē ꝑoccupās irritauit. Cū eni ſplēdidas domos/ diffuſos agros/ ſeruorū greges/ argētea vaſa/ veſtimētorum copiā intuerent: vt hec ſuperarēt: ꝓ viribus cōtenderūt. Jtaq; ꝑmi ſcōis cauſam/ ſcōi minoribꝰ ꝑbuerūt. Et ſi continētes eſſe voluiſſent: nō ſane fuiſſet poſteris cupiditatis exēplū: immo neq; vlla his excuſatio eſt. Sūt eni q̄ pecunias cōtemnūt. Et q̄ſnam inquies? hoc grauiſſimū eſt: ꝙ impoſſibile videat: vt qs vincat malitiā: neq; quiſpiā rectus iudicet. Adducā tñ multos/ ⁊ in ciuitatibꝰ/ ⁊ in mōtibꝫ et qđ ꝓficiemus? Neq; eni ꝓpterea meliores euadetis. Sed nō nūc nobis de hoc ſermo habet/ vt diuitie minuātur: velim ſane: Uerū cū maiꝰ vobis onꝰ impēdat: nō cogam. Sed ne aliena cōcupiſcatis: et aliq̄d in egenos cōferatis/ admoneo. Multos autē inueniemus rebus ſuis cōtentos: ſua curātes: ⁊ iuſtis viuentes laboribus. Quid hos non imitamur non emulemur? Conſideremus maiores noſtros. Num facultates eorū ſteterunt? Tantū eorū nomina durant: ⁊ incorrupta ſeruātur. Num magni alicuius viri balneū/ et diuerſoriū/ ⁊ ſuburbana aſpicientes: recordati quantū laborem ſubierit: ingemiſcimus? Quanta rapuit/ et nihil apparet? ſed alij in eius delitijs delectant: qđ nunq̄ ille ſuſpicatus eſt: fortaſſe et inimici: vt magis puniat. Huiuſmodi et nos manent. Proculdubio moriemur: et hic noſter finis. Quantā impenſam: quanta odia ſubierunt? Quid hinc emolumēti? Jnmortale ſuppliciū: ⁊ nullum malis remediū: neq; viuētes tantū: ſed et mortui ab omnibus acuſant? Quid cum multorū imagines in domibꝰ poſitas intuemur? Nonne magis dolemus? Uere bene/ inquit/ propheta: Uerumtamen ſtulte perturbatur oīs homo viuēs. Profecto harum rerū cura perturbatio eſt: perturbatio inq̄ ⁊ anxietas ſuperflua: qua oīno in eternis tabernaculis carebimꝰ. Hic eni aliꝰ laborat: alius fructū capit: illic laborū ſuorum quiſq; dñs eſt et multiplicē mercedem accipit. Ad illam ergo poſſeſſionem properemus: illic edificemus: vt quieſcamus cum chriſto ieſu domino noſtro. Amen.

Homelia. LXV. Ex capitulo XII

c [C]Ognouit ergo turba multa ex iudeis: quia illic eſſet: et venerunt nō propter ieſum tantū ſed vt Lazarum viderent quem ſuſcitauit a mortuis.

giſtrū ſuꝑ terrā: vnus enī preceptor veſter eſt: ita in
quit: Nolite vocare patrē ſuper terrā: vnū autē non
de patre ſolum: ſed de ſeip̄o dicit. Aliter enī quomō
dixiſſet: vt filij lucis ſitis: ⁊ iteꝝ: Sum enī: ⁊ vnus
eſt veſter p̄ceptor xp̄s. [Si ergo ego laui pedes ve-
ſtros dominꝰ ⁊ magiſter: ⁊ vos debetis alter alte-
rius lauare pedes: exemplū enī dedi vobis: vt quē-
admodū ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis.] At qui
nō eſt idem: ip̄e enī erat dn̄s / ⁊ magiſter: vos inuicē
conſerui. Quid ergo ſignat hec particula [ita] ſcd̄m
poſſibilitatē: ꝓpterea enī a maioribꝰ rebus accipit
exempla: vt ſaltē minꝰ faciamꝰ. Etenī magiſtri pu
eris litteras q̄ꝫ pulcherrimas ſcribunt: vt vel in de-
teriꝰ imitent̄. Vbi nūc qui cōſeruos deſpiciūt? vbi
qui honores expetūt? Proditoris pedes dn̄s lauit
ſacrilegi / furis: ⁊ ip̄o ꝓditiōis tempore: cū nulla eſ-
ſet ſperanda emendatio: mēſam cōmunē poſuit: ⁊ tu
elatis ſupercilijs intumeſcis? Pedes inuicem laue
mus (īquit) nunꝗd ⁊ ſeruoꝝ? Et ꝗd mirū ſi ſeruoꝝ?
Siquidē inter nos ſerūꝰ ⁊ liber verbotenꝰ differūt
illic re ip̄a. Jp̄e enī natura dn̄s erat: nos ſerui: neqꝫ
id recuſauit: nobis aūt ſatis videt̄ ſi liberis / vt ſer-
uis / ⁊ emptis mācipijs nō vtimur. Et quid dicemꝰ
cū tanta patientie exempla ꝓpoſita nobis ſunt / que
minime imitamur: ſed cōtra / ⁊ e regione elati ne de-
bitū quidē reddimꝰ? Debitores enim nos cōſtituit
deꝰ: cū incepit: nos longe inferiores exemplū ſequi

debemꝰ. Jp̄e enī dn̄s erat: nos hoc conſeruis facie
mus / ſi quid fecerimus: qͦ ⁊ ip̄e ſignificauit / dicēs:
Si ego magiſter / ⁊ dn̄s: ita ⁊ vos. Conſequēs enī
erat dicere: quāto magis vos ſerui: ſed reliquit hoc
auditorū reputationi: ⁊ quā ob rem? Debebant enī
alij alijs magꝭ honorari: ne igit̄ ſe inuicē iactarēt / et
dicerent quis eſſet maior: neue inter ſe indignarent̄
omnē tollit elationē: vt ſi longe ſis maior: apud fra-
trē minime in ſuperbiā efferaris: ⁊ nō dixit qͦ maius
erat. Si ego pedes proditoris laui. Quid mirum ſi
vos alter alteriꝰ? Sed rem fecit: inde eā diſcipulis
iudicandā reliquit: ideo dicebat: [Qui faciet / ⁊ do
cebit: hic magnꝰ vocabit̄.] Hec enī vera doctrina
eſt / qͦ doces / id re efficere. Quēnā faſtū hoc nō tol-
leret? quā temeritatē? quā nō deprimeret elationē?
Quid ſedet ſuꝑ cherubin ꝓditoris pedes lauit. Tu
homo terra ⁊ puluis effereris ⁊ intumeſcis. Et quo
hoc dignū ſupplicio? Ex ſi verā elationē cōcupiſcis
hic ego te viā docebo: nō enī noſti: qui preſentibus
rebus: ⁊ magnis inhiat: is vilis eſt / ⁊ abiecti animi
itaqꝫ nunq̄ꝫ humilitas eſt ſine magnitudine animi:
neqꝫ ſuꝑbia ſine puſillanimitate: queadmodū neqꝫ
pueri viliū rerū ſpectacula admirant̄ / ⁊ obſtupeſcūt
pilis / throcis / ⁊ talis inhiāt: magnas autem res ne
cognitione quidē capere poſſunt: ita ⁊ hic. Sapiēs
non reputat p̄ſentia: ergo neqꝫ ea optabit ab alio ac
cipere: qui ſapiens nō eſt: cōtra afficietur ad arach-
neas / ⁊ vmbras / ⁊ ſomnia: ⁊ his viliora conuertet̄.
[Amen amē dico vobis: non eſt ſeruus maior domi
no ſuo: neqꝫ apoſtolus maior eſt eo qui miſit illum:
ſi hec ſcitis / beati eritis ſi feceritis ea. Non de oībꝰ
vobis dico: ego ſcio q̄s elegerī: ſꝫ vt impleat̄ ſcriptu
ra: Qui mādūcat panē meū leuabit calcaneū ſuum
contra me:] qͦ ⁊ ſuperius: idē ⁊ in hoc loco arguen
do dicit: Nam ſi ſerūꝰ nō eſt maior dn̄o: neqꝫ aopſto
lus eo qui ip̄m miſit: ⁊ ego hoc feci: multo magis idē
a vobis faciendū eſt. Jnde ne quis diceret: quid tā-
dem hec dicis? non te intelligimus. Jdem addidit:
nō ꝙ ignoraret: ſed vt re oſtēderet / quid dicat. Sci-
re enī omniū eſt: facere aūt non omniū: ꝓpterea inꝗt
[Beati eritis ſi feceritis ea.] Jdeo frequēter hoc di
co: ⁊ quidē ſcientibꝰ vobis vt ad opera vos alliciā:
nam ⁊ iudei ſciunt: ſed nō ſunt beati: cū ea nō faciāt.
[Non de omnibꝰ vobis dico.] O patientiā: nōdū
proditorē arguit: ſed tegit ſcelꝰ: indulgēs ei locū pe-
nitentie: ⁊ rep̄hendit: ⁊ nō rep̄hendit / ita inquiens:
[Qui mādūcat panē meū leuabit calcaneū ſuū cō-
tra me.] Videtur mihi illam particulā: [Nō eſt ſer-
uus maior dn̄o ſuo:] ob hoc dictā eſſe: vt ſi q̄n a ſer-
uis vel ab alijs quibuſdā vilibꝰ / et abiectis quicq̄ꝫ
mali paterent̄: nō ꝑturbarent̄ ad Jude exemplū re-
ſpicientes: qui multis a Jeſu beneficijs affectꝰ: ma
le beneficiū ſuū remuneratꝰ eſt: ideo inꝗt: [Qui mā
ducat panē meū:] ⁊ alia q̄ ſequunt̄: q̄ ſatis poterant
eū a tāto ſcelere retrahere: quaſi diceret: Qui apud
me nutritꝰ ē: q̄ mecū mādūcat: hec aūt dicit erudiēs
nos: vt bonū ꝓ malo reddamꝰ: et his ꝗ nō ſunt cor-
rigibiles: ⁊ dicēdo: [Nō de oībꝰ dico:] ne oēs formi
darēt ſeꝑat eū ab alijs his vbis: [ꝗ manducat panē
meū:] oſtendēs illū miſerū nō excuſari ignorantia:
ſed rē omnē cognoſcere: qͦ maxie eū cohiberi debue
rat: et non dixit tradet me: ſed leuabit calcaneū ſuū
cōtra me:] vt dolū ⁊ fallaciā deceptoris oſtēdat: hec
āt ſcripta ſūt ne iniuriātibꝰ nob ſuccēſeamꝰ ſꝫ vt eoꝝ

arguamꝰ/ ⁊ deploꝛemus:lachꝛymis enī digni ſunt
nō qui afficiunt̃:ſed qui inferunt iniuriā :nā ſeipos
maxime ledunt cū rapiūt : cū calumniant̃/ cū aliud
ſimile machinant̃:nobis vero maxime ꝓficiūt:ſi nō
vlciſcemur: vt exēpli gratia : Rapuit ille abs te ali
quid/ pꝛo iniuria gratias egiſti/ ⁊ laudaſti deū:mul
tum illa gratiarū actione lucratꝰ es: quēadmodum
ille immēſum ſibi ignē ꝑparauit. Et ſi quis diceret:
Quid enī ſi iniurias vlciſci nō potuimus? Illud re
ſpondebo:ꝙ potuimꝰ ſaltē egre ferre/ ⁊ expoſtulare
impꝛecari/ ⁊ maledictis pꝛoſequi iniuriantē/ ⁊ apō
omnes eū accuſare. Hec enī in noſtra ſunt poteſtate
que ſi nō feciſti: etiā nō vlciſcendi mercedē accipies:
cōſtat enī ꝙ ſi poſſes nō vlciſcereris :nā qui iniuria
afficit̃:quibꝰ poteſt armis vtitur:puſillanimꝰ imꝑ
cationibꝫ/ ⁊ maledictis/ ⁊ inſidijs vlciſcit̃:his tu nō
ſolum abſtineas:ſed pꝛo eo pꝛecare:hoc pacto deo ſi
milis efficieris. [Oꝛate (inquit) pꝛo perſequentibꝫ
vos: vt ſimiles efficiamini patri veſtro qui eſt in ce-
lis.] Uides q̃ʒ magna lucremur ex perſecutionibꝫ?
Nihil adeo deū delectat/ q̃ʒ nō malū pꝛo malo:imo
pꝛo malo bonū reddere :ideo xp̄s ſui pꝛoditoꝛē bene
ficijs affecit:pedes lauit:clam arguit:parce perter-
ruit:admonuit :menſa ⁊ oſculo dignatꝰ eſt :neqʒ tñ
ille factus eſt melioꝛ: ſed in ꝓpoſito ꝑſtitit. Sed age
⁊ ſeruoꝝ exemplo/ qui plurimi in veteri habent̃ te-
ſtamento te erudiamꝰ: vt intelligamꝰ nullā nobis
eſſe ſuccēſendi materiā. Uultis Moyſen ? an altiꝰ
repetamus:quanto enī vetuſtioꝛa oſtendent̃ exem-
pla:tātomagis vos cōuincemꝰ. Quid tādē? Quia
tunc difficilioꝛ erat virtus:nondū enī illi leges ſcri-
ptas habuerant:nō vite exēpla:ſed nuda per ſe erat
natura:null' auxilijs nitebat̃: ꝑpterea cū laudaret
Noe non ſimpliciter ꝑfectū appellauit: ſed addidit
in generatiōe ſua:hoc eſt in illis tēpoꝛibꝫ:qbꝫ multa
erāt īpedimēta: nā poſt eū claruerūt alij:nō tñ ipe ī
ferioꝛ:in tempoꝛibꝰ enī ſuis ꝑfectus fuit. Quis er-
go ante Moyſen patiēs? Beatus ⁊ generoſus Jo-
ſeph:qui cōtinētia clarus/ nō minꝰ claruit ⁊ patien
tia:nihil iniuſte fecit:ſed ſeruiendo/ colendo/ omnia
ſeruilia munia agēdo:fratrū odio minime offenſus
eſt :neqʒ expoſtulauit/ cū patrē haberet amātiſſimū
ſui:ſed tulit ad eos cibum in deſertū: neqʒ nō inuen
tis maledixit: neqʒ reuerſus eſt: qd̄ haud immerito
poterat/ ſi voluiſſet:ſed ad crudeles illos/ ⁊ īmanes
pꝛoperauit: vere fraternū ſeruans affectū:inde car-
ceri intruſus rogatꝰ cauſam:nemīe accuſato:tantū
nihil ſe feciſſe: ⁊ ſe furtim ex hebꝛeoꝛū terra abreptū
dixit/ poſt hec in poteſtatē aſcitꝰ: laboꝛantibꝰ fame
fratribus ſubuenit/ eoſqʒ multis liberauit calami-
tatibꝰ:nā ſi boni erimus :nulla ꝓximi malitia vir-
tutē nobis auferre poterit. At illi cōtra in eiꝰ ꝑniciē
accinguntur: inſomniū expꝛobꝛāt/ ⁊ acceptis ab eo
cibis/ ⁊ vita ⁊ libertate ſpoliare eū machinantur/ ⁊
dum comederēt circūſpectabāt fratrē nudū in ciſter
nā demiſſum. Quid hac immanitate crudeliꝰ? qui-
bus homicidis non erāt immanioꝛes? Inde eū bar
baris/ ⁊ feris homībꝰ/ ⁊ ad barbaros euntibꝰ ven
ditum innumeris moꝛtibꝰ tradiderūt. Ille autē fa-
ctus rex nō mō nō vltꝰ eſt:ſed crimē in ſe patratū ex
cuſauit:ꝙ dei diſpenſatione nō fratrū malitia factū
eſſet: ⁊ qd̄ in eos fecit:nō ira:ſed fratris gratia ſimi-
lauit: ⁊ cū eos videret ſupplices cōqueri:ſtatim ab-
iecta omni ſimulatione in fletū ꝓrupit/ ⁊ tanq̄ʒ opti-
me de ſe meritos cōplexus eſt:qui ab eis iā quantū
in ipſis fuit interemptus: ⁊ omnes in egyptū accer-
ſiuit. Quā ergo habebimus excuſationē:poſt legē:
poſt gratiā:poſt tāte ſapiētie traditionē: cū qui ante
legem fuit minime imitamur? Quis nos ſupplicio
liberabit: neqʒ enī eſt quicq̄ʒ iracundia grauiꝰ: qd̄
in decem miliū talentoꝛū debitoꝛe ſignificatū eſt: q
pꝛius debito a domino donatus/ iterū ad ſoluendū
coactꝰ eſt/ donatus dn̄i liberalitate :coactus ad ſol
uendū ꝓpꝛia malitia:cū in cōſeruū ira ferret̃. Qui-
bus nos intellectis nolimꝰ ꝓximos criminari:im-
mo beneficijs ꝓſequamur: vt diuinā in nos benefi
centiā experiamur:gratia ⁊ benignitate dn̄i. ⁊c̄.

Homelia. LXXI. Ex capitulo. XIII.

a **Amen amen dico vobis: qui accipit: ſi quē miſero: me accipit: qui autem me accipit: accipit eum qui me miſit.**

Magna dei remuneratio in ſeruos/ ⁊ cultoꝛes
ſuos/ ⁊ merces nobis inde cōparat̃. [Qui vos acci
pit (inquit) me accipit: ⁊ qui accipit me/ accipit eum
q miſit me.] Quid nūc xp̄i ⁊ patri acceptio:ad rē d q̄
agitur? Quid ad illud: Beati eritis / ſi feceritis ea:
qd̄ nūc dicit: [Qui accipit vos?] At qui optime cō
ſequit̃. Cū enī exituri eſſent in mundū/ ⁊ multa paſ
ſuri: dupliciter eos cōſolat̃: ⁊ a ſe/ ⁊ ab ipſis. Si ſa-
pietis (inq̄t) ⁊ me in memoꝛia habebitis : ⁊ q̄ paſſus
ſum: ⁊ que feci animo frequenter volutetis : omnes
equo animo moleſtias tolerabitis: ⁊ ſuperiꝰ inquit
[Si hec ſcitis / beati eritis.] Nunc aliter eos cōſo-
latur: ꝙ ſcʒ alioꝝ in ſe inuēturi ſint humanitatē:oēs
eī domos eis apuit:itaqʒ ⁊ a ſapīa: ⁊ a ſubuenientiū
charitate/ eis duplicē affert cōſolationē:inde cū eis
vniuerſi oꝛbis peragrationē imperarit:intelligens
vtroqʒ pꝛoditoꝛē pꝛiuari:neqʒ vllum:aut patiētie in
laboꝛibꝰ :aut accipientiū benignitatis fructū conſe
cuturū:iterū turbatꝰ eſt: ⁊ cauſam euangeliſta ſigni-
ficat/ inquiens: [Et turbatꝰ eſt ſpū: ⁊ ꝓteſtatus eſt
et dixit : Amen amē dico vobis / quia vnꝰ ex vobis
me tradet.] Iterū omnibꝫ timoꝛē incutit:cū nō nomi
natim reū oſtenderet. At qui nullius ſibi crimīs cō-
ſcij: q̄ʒ conſcientie ſue xp̄i ſententiā verioꝛē duxerūt:
ideo aſpiciebant inuicē diſcipuli. Et enī ad vnū pꝛo
ditio referebatur hoc foꝛmidinē minuebat: ꝙ autem
addiderat: [Unus ex vobis.] ſimul omēs ꝑturba-
rat. Quid igitur? Alter alterū intuebat̃: Petrꝰ aūt
ſemꝑ amoꝛe eſtuās Joāni innuit. Cū enī paulo an-
te increpitus eſſet: ꝙ volentē lauare pꝛohiberet:ſem
per enī deſiderij/ ⁊ amoꝛis vehemētia rep̄hendebat̃
ideo veritus cum neqʒ pati poſſet:neqʒ loqui aude-
ret:per aliū id tentat cognoſcere. Illud autem haud
immerito dubitandū : cur omnibus dubitantibꝰ/
atqʒ trementibꝰ etiam ipo apoſtoloꝛū pꝛincipe: Jo-
annes ſecurꝰ ac ſi in delitijs eſſet in gremio Jeſu re
cubuit: vel potiꝰ/ ſupꝛa pectꝰ. Neqʒ hoc tm̄ mirādū
ſed ⁊ que ſequuntur. Inquit enī quē diligebat Je-
ſus: Cur nemo alioꝛū hoc de eo dixit? At qui ⁊ alij
amabantur:hic autem pꝛecipue. Et ſi alij de eo non
dixerunt:ſed ipſe tantum de ſeipo :nihil mirum:fa-
cit autē hoc/ ⁊ Paulus/ cū tempus exigeret/ inqui-
ens: Noui hominē añ ānos q̄tuoꝛdecī/ ⁊ nō paruas



de ſe laudes intexuit:an parū tibi videtur audientē
Sequere me: e veſtigio dimiſſis rhetibꝰ ⁊ patre ſe-
cutum:et cū petro aſſumptū in montē/ ⁊ p̄terea do-
mū ſolum ingreſſum. Ipe autē quot Petri laudes
pꝛoſequitur. Neqʒ ſubticet xp̄m dixiſſe:petre amas
me plus his: ⁊ ſemper eius feruoꝛē in Jeſum ⁊ cha-
ritatē enartat:cum aūt inquit: Hic autē quid ex ma
gno locutꝰ eſt deſiderio : ⁊ cur nemo altꝰ hoc dixit?
Quia neqʒ ipe dixiſſet:niſi in hunc incidiſſet locum:
nā ſi cū dixerit: Petrū innuiſſe Joāni/ vt interroga
ret:nihil aliō addidiſſet:dubitari/ ⁊ queri cauſa po-
tuiſſet:ideo hanc affert: [Et recubuit ſuꝑ pectus Je
ſu.] An parū hic didiciſſe eū arbitraris: cū tanta frue
ret̃ magiſtri benignitate. Et ſi de hoc ēt cauſā querꝭ
amoꝛis dicā. Quare inquit: [quē diligebat.] Ego
aūt ⁊ alia ratiōe hoc dictum arbitroꝛ: ne nimiū ſibi
tribuere videret̃. Cur enī alias nō dixit: ſed cū apo
ſtoloꝝ ꝑnceps innuit? Ne ergo arbitreris tanq̄ʒ ma
ioꝛi Petrū innuiſſe:amoꝛis cauſam affert. Cur aūt
recubuit ſupꝛa pectus? Nondū debitā de eo cōcepe
rant opinionē:pꝛeterea ⁊ meroꝛē ita lenit. Credibi-
le enī eſt tunc meſtos fuiſſe:nā ſi anio: multomagis
facie erant perturbati:eos igit̃ verbis cōſolatꝰ xp̄s
permittit: vt Joannes ſupꝛa pectus recumbat. Et
conſidera diſcipuli humilitatem:nomē ſubticet:tm̄
[quē diligebat] inquit: quēadmodū Paulus. No
ui hominē ante quatuoꝛdecim annos:tūc pꝛimū ꝓ-
ditoꝛē indicat Jeſus:neqʒ tñ nomīatim:ſed illū eſſe
cui intinctū panē poꝛrigeret: qui modus rep̄hēſiuꝰ
fuit:ꝙ neqʒ mēſe cōmunicationē reuereret̃:ꝙ ſi nul-
la hec panis poꝛrectio: quē nō mouiſſet:ſʒ nō Judā
cuiꝰ impudentiā videns diabolus:in coꝛ eiꝰ intra-
uit:donec enī in alioꝛū numero fuit :nō eſt auſus in
eū ingredi:ſed extra oppugnabat. Poſtq̄ʒ vero pa-
lam factꝰ eſt / licenter iā irrupit:neqʒ inemēdabilis
erat amplius in alioꝛū numero tolerandus: ideo iā
eijcitur: quē mox diabolus cōpꝛehēdit. [Erat autē
nox. Dicit ei Jeſus: Qd̄ facis / fac citius. Hoc autē
nemo ſciuit diſcumbētiū.] O amentiā. Quomō nō
mollitus eſt? Quō non puduit? ſed impudentioꝛ fa-
ctus exiuit:illud aūt verbū: [fac citius:] nō impe-
rantis eſt/ neqʒ cōſulentis:ſed expꝛobꝛantis / ⁊ reuo
cantis ad emendationē:ſed cū eſſet inemēdabilis di
miſit eū: ⁊ hoc nemo intellexit diſcumbentiū. Mul
tū hic dubitari poſſet:cum dixiſſet: [cui intinctū pa
nem poꝛrexero:] quomō neſcierūt:ſed tam ſubmiſſa
voce id Joāni dixit: vt mīme ab alijs audiret̃: eteni
pꝛopterea Joānes ſupꝛa pectus recumbens:tm̄ nō
ad aurē interrogat ne palā fieret ꝓditor ? Et Jeſus
ita reſpondit:ne adhuc nominati manifeſtū faceret:
apertius tñ inquit ei: [Qd̄ facis fac citius.] Illi nō
intellexerūt Hoc aūt dixit: vt vera eſſe oſtēderet: q ad
iudeos de moꝛte dixerat/ cū inquit: Poteſtatē ha-
beo ponendi animā meā : ⁊ poteſtatē habeo ſumēdi
eā: ⁊ nemo tollet eā a me.] Quamdiu ergo voluit ne
mo cōtra valuit:cū aūt ꝑmiſit: tūc facile fuit aufer-
ri: q oīa ſignificans / inquit: [Qd̄ facis fac citius.]
Neqʒ eū tūc palā fecit ꝓditoꝛē:foꝛtaſſe enī eū diſcer-
piſſent apoſtoli : foꝛtaſſe Petrus tunc interemiſſet:
ideo nemo recumbentiū nouit quis eſſet. Nunquid
et Joānes? Neqʒ ipe:neqʒ .n. putauit diſcipulū ī tā-
tā ꝓruptū iniq̄tatē. Cū enī longe a tali ſcelere ab-
eſſent:neqʒ de alijs ſuſpicabant̃/ ⁊ cū frequenter di
xiſſet: Nō de oībꝫ dico: ⁊ neminē nominaſſet:etiā de
alio dicere arbitrabant̃. [Erat aūt nox q̄n exiuit.]
Cur tempus notas? Ut hominis intelligas temerita
tē: cū ne tempoꝛis quidē impoꝛtunitate abduceret̃:
neqʒ hoc illi animaduerterūt:timoꝛe enī ꝑturbabā-
tur. Quare verā verbi Jeſu cauſam nō depꝛehende
rūt? Putabāt (inquit) vt egenis aliquid daret/ di-
xiſſe: Multū Jeſu cure erant paupes/ ⁊ hoc ad no-
ſtrā doctrinā:hic enī loculos habebat/ ⁊ pecuniam.
At qui nemo pecuniā xp̄o dediſſe narrat̃: ſʒ ꝙ diſci-
pule victui neceſſaria p̄bebant. Quomō enī qui ne-
qʒ peram:neqʒ baculū ferri iubet / loculos ferebat?
Ad paupeꝝ miniſteriū/ vt intelligas quāta tibi ino
pum ⁊ miſeroꝝ hac etiā parte cura impendat. Mul
ta enim Jeſus ad noſtrā fecit eruditionē: hoc dixiſſe
Jeſum opinabant̃ diſcipuli: neqʒ ad vltimū diē vo
luit ꝓditoꝛē Jeſus palam facere: huiꝰ exemplū no-
bis ſequēdū eſt: neqʒ ꝓximoꝝ vitia etiā incurabilia
publicāda ſunt. Etenī poſtmodū ad ſe tradendū ve
nienti oſculum dedit:accepit cū traderet̃ ad toꝛmen
ta:ad crucē:ad moꝛtē ignominioſā: vbi rurſus ſuā ꝑ
ſe fert benignitatem:hic clarificari ſe dicit:erudiens
nos:nihil adeo turpe/ adeo fedū eſſe: qd̄ nō clarioꝛē
reddat:qui id pꝛo dei facit volūtate. [Cū ergo exijſ
ſet Judas dixit Jeſus: Nunc clarificatus eſt filius
hoīs:] quo verbo labantes diſcipuloꝝ mētes eri
git/ ⁊ cōfirmat: vt nō modo nō cōtriſtent̃:ſed ⁊ gau-
deant:ideo Petrū a pꝛincipio increpuit. Nā ꝙ moꝛ-
te quis moꝛtē vincat:gloꝛia maxima eſt: ⁊ hoc eſt qd̄
de ſeipo dicebat: Cū exaltatꝰ fuero:tunc cognoſce-
tis quia ego ſum. ⁊ iterum: Soluite templum hoc.
et iterum: Signū nō dabit̃ vobis/ niſi ſignū Jone.
Et quomō nō magna eſt gloꝛia poſt moꝛtē:qui ante
moꝛtē maioꝛ erat/ ſuperare? Ut enī crederetur reſur
rectio:maioꝛa poſtmodū operati ſunt diſcipuli: ꝙ ſi
nō viuebat:neqʒ erat deus : quomō in nomīe eiꝰ tā
ta facere potuiſſent? Et deus clarificabit eū in ſeipo
hoc eſt per ſe/ nō per alium : ⁊ continuo clarificabit
eū vna cū cruce:neqʒ enī diu poſt:neqʒ longū reſur-
rectiōis tēpꝰ eſt expectādū: ſed cōtinuo in ipa cruce
mira apparebāt. Sol nāqʒ obſcuratꝰ ē : petre ſciſſe
et velū: ⁊ multa coꝛꝑa ſctōꝝ q̄ doꝛmierāt/ ſurrexerūt.
Sepulchꝛū ſignatū erat: ⁊ cuſtodes aderāt: ⁊ clau-
ſum lapide coꝛpꝰ ſurrexit. Poſt q̄dragīta dies aſcē
dit in celū. Inde ſpūs delapſa ſatietas eſt in apoſto-
los: ⁊ oēs cōtinuo Jeſum p̄dicarūt:hoc eſt ⁊ deꝰ cla
rificabit eum in ſeipo ⁊ cōtinuo clarificabit eum :nō
per angelos / aut archangelos: non per aliā aliquā
virtutē:ſed per ſeipſum. Quomodo autē clarifica-
uit per ſeipſum? Omnia ad filij gloꝛiam operatus
At qui omīa filius fecit. Uides ꝙ filij opera ad pa-
trem refert? [Adhuc modicū vobiſcū ſum. Querit̃
me: ⁊ ſicut dixi iudeis ⁊ nō inuenietis : ⁊ vbi ego ſū
vos non poteſtis venire: ⁊ vobis dico modo.] Jam
incipit futuras poſt cenā calamitates enarrare. Cū
iudas exiuit:non veſper:ſed nox erat. Cū vero pau
lo poſt capiendus eſſet:opus fuit eis omnia cōmen-
dare/ vt recoꝛdarentur: vel potius ſpiritus omnia
ſuggerebat. Multa enī erant edocendi: vtpote qui
nunc pꝛimū audiebant: ⁊ tanta erant perpeſſuri:nā
et ſomno grauabant̃: vt aliꝰ (inq̄t euāgeliſta) ⁊ triſti
cia: vt ipe ait: Ut igit̃ oīa diligent̃ retinerēt:ita tādē
locutꝰ ē: qd̄ nō paruā eis ad dei gloꝛiā attulit vtili-
tatē:cū poſtmodū recoꝛdati ſint:eadē manifeſte iā ſe
a xp̄o intellexiſſe. Qua aūt gratia ante eoꝛū animū

vulnerat/inquiens: [Adhuc modicū vobiſcū ſum]
Judeis eni nō immerito hoc dicebaꝛ: Cur eadē ra⁄
tiōe nobiſcū agis: qua cū perfidis illis/⁊ ingratis?
Minime. Qua ergo gratia inquis: [ſicut dixi iu⁄
deis?] Reduxi in memoriā: qꝛ nō nunc propter ma
loꝝ preſentiā hec dico/ que a principio preuiderā: ⁊
teſtes vos qui audiſtis eſtis: ꝙ ad iudeos his etiam
verbis locutꝰ ſum: ideo addidit [filioli:] vt audien⁄
bus: [ſicut dixi iudeis:] non itidē ad ſe dictū puta⁄
rent: nō ergo vulnerādi animi eoꝝ gratia: ſed vt cō
ſolareꝛ his verbis vſus eſt: ne preter ſpem moleſta
eis/⁊ grauia narrando ꝑturbarenꝛ. [Quo ego va⁄
do vos nō poteſtis venire.] Oſtendit mortē ſuā trā
ſlationē eſſe ad meliora: ⁊ ad locū corruptibilia cor⁄
pora non admittentē: hec dicit vt ſui excitet deſide⁄
riū: ⁊ vehementiꝰ reddat. Noſtis eni cū aliquē cha⁄
riſſimoꝝ diſcedentē videmꝰ: ⁊ eū maxie cū quo nob
nō eſt accedere: maiorē immodū mouemur/atqꝫ in⁄
cendimur: iudeis ergo ad terrorē id dixit: qđ hic ad
augendū deſideriū. Talis eſt locꝰ: quo vado: vt nō
modo nullus illis: ſed ne vobis quidē acceſſus pate
at: vbi ſuā demōſtrat dignitatē. [Et vobis dico mo
do.] Cur mō? Aliter q̄ꝫ illis: id eſt non cū illis. Ubi
nam queſierūt eū iudei? Ubi ⁊ diſcipuli? Diſcipuli
quādo fugierūt: iudei quādo intolerabilia mala/⁊
omnē cogitationē exuperātia ꝑpeſſi ſunt: vrbe eoꝝ
capta: ⁊ celitꝰ in eos diuina ira vndiqꝫ delata: illis
ergo propter incredulitatē tunc ita locutꝰ eſt: diſci⁄
pulis autē ne inexpectata opprimerenꝛ calamitate
[Mandatū nouū dedi vobis.] Cū eni his verbis
perturbari eos veriſimile eſſet/ ac ſi deſerti relinq̄⁄
rentur: eos amore ⁊ charitate (que bonoꝝ omniū ra
dix eſt/atqꝫ principiū) cōſolaꝛ: quaſi dicat: Me abe
unte dolebitis: verū ſi vos inuicē dilexeritis/ fortio
res eritis: ſed cur nō ita dixit? Quoniā vtilꝰ dixit:
[In hoc cognoſcēt omēs/quia mei eſtis diſcipuli.]
Propter hoc ſimul oſtendit nullū ſecutuꝝ faſtidiū:
cū ſignū dederit: hec autē poſt proditoris abitū ver⁄
ba fecit. Cur autē mandatū dicit nouū: qđ in veteri
teſtamento poſitū eſt? Ipſe id nouū fecit modo: addi
dit ergo: [Sicut ego dilexi vos.] Non eni veſtris
precedentibꝰ meritis debitū perſolui: ſed ego incepi
Ita ⁊ vos decet amicis eſſe beneficos: ⁊ quibꝰ non
debetis: ⁊ omiſſis miraculis que ipe eſſet facturus
dilectionis eos ſigno notat. Quid tandē? Quoniā
vel hec: maxime ſanctorū hominū eſt indiciū: eteni
omis virtutis fundamentū eſt: ꝓpter hāc in primis
omnes ſalutē cōſequemur: hoc eſt/inquit eſſe diſci⁄
pulum: ſic ab omnibꝫ laudē cōſequimini: cū viderit
vos meā imitantes dilectionē. Sed cur nō potius
miracula hoc oſtendunt? Minime. Multi eni di⁄
cent: Domine nōne in nomie tuo demonia eiecimꝰ:
et iterū gaudentibꝰ ipis ꝙ demonia ſibi parerēt in⁄
hibuit: vt ideo gauderēt: ſed ꝙ eoꝝ nomia ſcripta eſ
ſent i celis. At qui miracula orbē terrarū allexerūt:
ſed cū dilectio ꝓceſſiſſet: aliter nulla ſecuta eſſent mi
racula: hoc eni q̄ꝫ primū eos/⁊ bonos reddidit/⁊ be
nignos: ꝙ ſcꝫ vnus erat animus omnibꝫ: ꝙ ſi varia
fuiſſent ſententia: omnia ꝑdidiſſent: neqꝫ illos dun⁄
taxat: ſed ⁊ omnes qui poſtmodū credituri erāt/ad
monet. Nā ⁊ nūc nihil gentiles ꝑturbat: q̄ꝫ ꝙ nulla
eſt charitas: ſed ⁊ ſigna nō fieri accuſant: nō tn̄ itidē
In quo aūt dilectionē oſtenderūt apoſtoli? Intuere
Petrū ⁊ Joannē/ quāta cōcordia vixerūt: cum ad

templū aſcenderunt. Intuere Paulū qualiter eius
affectus fuerit: ꝙ ſi aliȷs fulſerūt virtutibꝰ: multo
magis dilectione bonoꝝ matre. Ab anima nāqꝫ vir
tute predita hec germinat. Ubi malitia: illic hec plā
ta exareſcit: cū eni multiplicata eſt malitia: exareſcit
dilectio. Et gētiles nō ita ſignis adducunꝛ: vt vita
quā nihil adeo vt dilectio cōmēdat. Qui ei miracu
la faciūt: nōnunq̄ꝫ deceptores ab illis appellanꝛ: vi
te puritas: nō niſi bonū arguit. Cum ergo nondū ꝑ
dicatio eſſet inſtituta: merito ſigna animos allexerīt
nunc vite bonitate alliciendi ſunt: nihil eni adeo gē⁄
tiles arguit/ vt virtus: nihil adeo ꝑturbat/ vt mali
tia: quare cū cupidū: cū raptorē: miſericordiā/⁊ libe
ralitatē predicantē: ⁊ humano genere tanq̄ꝫ beſtiȷs
vtentē: inimicorū amorē ꝑcipientē: viderit gentilis
delirū eū ⁊ amentē appellabit. Cū mortē formidan
tem viderit: quō immortalitatis rationes accipiet?
Cū ambitioſos: cū aliȷs affectibꝰ addictos: magis
in ſua cōfirmabiꝛ opinione: nihil de nobis magnū
autumās. Nos ſumꝰ cauſa/nos inq̄ꝫ: vt illi i errore
permaneant: iampridē doctrinā ſuā damnaſſent/⁊
noſtrā ap ꝓbaſſent: niſi vita noſtra traherenꝛ. Uer⁄
bis philoſophari perfacile: hoc eni multi apud eos
fecerūt: ſed inquirūt operū ꝓbationē: verū maiores
noſtros ſibi ꝓponāt/inquies: Nō credunt: ſed viuē
tes intuenꝛ. Oſtende (inquiūt) nobis fidem tuā per
opera: cū aūt grauꝰ fera: ꝓximi bona diſſipamus:
luē nos orbis appellāt: hoc illos retinet: ne ad nos
trāſferanꝛ: itaqꝫ eoꝝ nos penas dabimꝰ: nō ſolum
eoꝝ que ipſi cōmiſimꝰ: ſed quoꝝ auctores fuimus/
vt dei nomē blaſphemetur. Quouſqꝫ tandem pecu
niȷs/ voluptatibuſqꝫ/⁊ aliȷs inſeruiemꝰ affectibꝰ?
Uendicemꝰ iā nos. Audi ꝓphetā de quibuſdā ſtul⁄
tis loquentē: Comedamus/⁊ bibamꝰ: cras morie⁄
mur: de ꝑſentibꝰ hoc dicendū non eſt: adeo nōnulli
omniū res cōplectunꝛ: quibꝫ rurſus ꝓpheta his ver
bis exꝓbrat: Nunq̄d ſoli habitatis terrā? Quā ob
rem vereor ne quid grauꝰ accidat: neue iram dei in
nos vehementiꝰ prouocemus: ad quā auertendam
omnē amplectamur virtutē: vt futura bona conſe⁄
quamur: gratia et benignitate dn̄i noſtri Jeſu xp̄i/
cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia. LXXII. Ex capitulo. XIII.

## d Icit ei Simon petrus: Do⁄ mine quo vadis? Reſpondit ei Jeſus: Quo ego vado non po⁄ tes ſequi mō: ſequeris aūt poſtea.

Magnū q̄ddā dilectio eſt dilectiſſimi: ⁊ igne ipo
vehemētiꝰ: ipm celum petit: cuiꝰ vim nihil retarda⁄
re poteſt: quare eius feruore accenſus Petrꝰ audi⁄
to ieſu: [Quo ego vado/ vos nō poteſtis venire: in
quit: Domine quo vadis?] hoc aūt dicebat non di⁄
ſcendi tm̄: q̄ꝫ ſequēdi eū deſiderio: nōdū eni ſecutuꝝ
ſe dicere audebat: ſed quo iret rogauit: xp̄s aūt non
verbis: ſed animo reſpōdit: ꝙ enim id ſenſiſſet Pe⁄
trus: ex reſpōſo Jeſu plane cōſtat. Ait enim: [Quo
ego vado nō potes ſequi mō.] Et cū ſubderet: [Se
queris poſtea:] neqꝫ ſic deſideriū cohibuit: quāuis
bn̄ ſibi ſperādū/ audiret: ſꝫ cogiꝛ reſpōdere: [Quare
nō poſſum te ſequi mō? Animā meā ꝓ te ponā.] Cū
ꝓditiōis metū abieciſſet ſuū i magiſtrū amorē: quē
pre ſe ferens: aliȷs tacentibꝰ ipe auderet interrogat



Quid dicis Petre? Dicenti: Nō potes/te poſſe di⁄
cis: Experientia cognoſces nihil eſſe dilectionē tuā
ſine gratia diuina. Unde cōſtat hunc caſum: Jeſum
pro ipſiꝰ vtilitate ꝑmiſiſſe. Nā cū aſſertioni ſue: fer⁄
uore quodā nō ſtaret Petrꝰ: nō q̄dē impulit ad ne⁄
gandū: ſed deſertū reliq̄t: vt ſuā ipe itelligeret imbe
cillitatē. Dixit ſe tradendū Jeſus. Reſpōdit Petrꝰ
Abſit a te. Reꝑheſus eſt: neqꝫ admoneꝛ: ſed iterū la
uari ſibi pedes ꝓhibebat: [Nō lauabis mihi pedes
in eternū.] Iteꝝ nūc audiēs nō poſſe ſequi: ⁊ nega⁄
turū magiſtrū ſuū/⁊ poſſe: ⁊ nō negatuꝝ ꝓfiteꝛ: ex⁄
quo cū in amentiā ꝓlabereꝛ/⁊ xp̄o cōtradiceret: ſue
admoneꝛ fragilitatis. Hoc Lucas ſignificat/cū in
quit xp̄s: Et ego ꝓ te rogaui: ne deficeret fides tua:
hoc eſt/ne in fine pereas: in oībꝰ humilitatē eū eru⁄
diens: et humanā arguens naturā/ ꝙ ex ſe nihil ſit.
Cū eni immēſa dilectiōe: magiſtri dicto refragareꝛ:
cohibet eū Jeſus/⁊ admonet: vt poſtmodū emēdeꝛ:
cū orbis terraꝝ diſpēſationē reciperet: ⁊ ſui recorda
tus/ſe agnoſceret. Et cōſidera caſus magnitudinē.
Neqꝫ enim ſemel tm̄: atqꝫ iterum negauit: ſꝫ adeo
ſtupuerat: vt breui ter negaret: vt intelligas/nō tā
dilexiſſe/ q̄ꝫ dilectū eſſe. Uerūtn̄ poſt tantū caſū ro⁄
gauit: [Diligis me plus his?] Neqꝫ eni frigiditate
ſed ſuperni auxiliȷ derelictu/cōtigit. Petri ergo di⁄
lectionē accipit: ex ea ꝯtradictionē ꝓuenientē tollit
Nā ſi diligis: parere dilecto debes. Dicit tibi ⁊ con
diſcipulis tuis: Nō poteſtis. Quid tu cōtēdis? Nō
intelligis quid ſit dei negatio: cū h̄ pacto n̄ vis mee
acquieſcere aſſertioni: negādo cognoſces: quāuis ꝑ
q̄ꝫ impoſſibile hoc tibi videbaꝛ: hoc quidē neſciebas
ſed ille in aīa tua habitabat: ſed tn̄ ꝑter expectationē
accidit. [Animā meā ꝓ te ponā.] Cū ei audiſſet nei⁄
nē maiorē habere charitatē: q̄ꝫ q̄ animā poneret: cō⁄
tinuo ſummā affectauit. At xp̄s re ipa docuit ſui ſo⁄
lius eſſe muneris eā exhibere. Inq̄t eni: [Nō canta
bit gallus/ donec ter me neges:] hoc eſt paulopoſt:
neqꝫ eni longe aberat: intēpeſtā noctē ſignificabat: ⁊
ſecūda iā vigilia agebaꝛ. [Non turbeꝛ cor veſtrū.]
Credibile nāqꝫ eſt eos hec audiēdo ꝑturbatos. Si
apoſtoloꝝ princeps/⁊ tā feruidus: ante galli cantū
ter negauit: magnā quandā calamitatis expectatio
nē aīo cōcepiſſe/ par erat: vt etiā adamantina corda
moueri poſſent. Cū ergo hac reputatiōe: nō imerito
percellerenꝛ: cōſidera quō eos cōſolaꝛ: [Nō turbeꝛ
cor veſtrū.] Hoc pacto primū diuinitatis ſue potē⁄
tiā indicat: ꝙ animi motꝰ palā faceret. [Creditis in
deū: ⁊ i me credite:] hoc eſt ꝙ oīa mala trāſibūt. Nā
in me/⁊ in patrē fides: omnibꝰ vos ꝑſequentibꝫ po
tentior eſt: ⁊ nihil vos ſuꝑabit. Inde inq̄t: [In do⁄
mo patris mei māſiōes multe ſunt.] Quēadmodū
Petri merorē cōſolaꝛ/ dicēs: [Seq̄ris aūt poſtea]
ita ⁊ his ſpē ſuggerit: ne crederēt illi ſoli factā ꝓmiſ⁄
ſionē. [In domo p̄ris mei māſiones multe ſunt: ſi q̄
minꝰ dixiſſem vobis: qꝛ vado parare vobis locū:]
hoc eſt: ille vos locꝰ manet/ q̄ ⁊ Petrū. Magna il⁄
lic māſionū copia: nec dicēdū eſt ꝑparatiōe opꝰ eſſe
cū eni dixiſſet: [Nō poteſtis mō me ſequi:] ne arbi⁄
trarenꝛ diuturniorē morā futurā: addidit: [Ut vbi
ſum ego/⁊ vos ſitis.] Tantū huic rei curā adhibeo
vt iā hoc feciſſem: niſi iā vobis paratū eſſet: oſtendēs
multū ipis fidendū/⁊ credēdū. Inde ne fouēde eoꝝ
ſpei gratia dicere videreꝛ: ſed vt crederēt ita eſſe: ad⁄
didit: [Et quo ego vado ſcitis: ⁊ viā ſcitꝭ.] Demon⁄

ſtrat eni eis nō temere in hūc ſermonē veniſſe: ſed qꝛ
eos hoc iā aīo querere: vt diſcerēt/ intelligebat. Pe
trus eni nō diſcēdi: ſed ſequēdi gratia ita interroga
rat. Sed cū reprehēſus eſſet etiā qđ primū impoſſi⁄
bile videbaꝛ: poſſibile oſtēdit: ⁊ qđ impoſſibile vide
batur cupiditatē auxit: vt id certo cognoſceret: ideo
ait: [⁊ viā ſcitis.] Quēadmodū eni nemie quicq̄ꝫ lo
cuto: negaturū petrū: ⁊ ſcrutatꝰ corda ne ꝑturbarē
tur/admonuit: ita hoc in loco dicendo: [viā ſcitis:]
eoꝝ indicat cordis deſideriū: ⁊ dat eis rogādi occa⁄
ſionē. Petrꝰ quidē amoris gratia: q̄ iret interroga
uit. Thomas aūt metu inq̄t: [Neſcimꝰ quo vadis
⁊ quō poſſumꝰ viā ſcire?] Et cōſidera q̄ꝫ reuerenter:
nō dixit: Dic nobis locū: ſed [neſcimꝰ quo vadis.]
Hoc eni iā oēs ſcire geſtiebāt. Nā ſi iudei id audien
tes ſuſpenſi erāt: ⁊ quidē cū abire eū cuperēt: multo
magis qui eo ſatiari nunq̄ꝫ poterāt: quo iret intelli⁄
gere volebāt: verebanꝛ tn̄ interrogare: ſed nimiū vi
cit deſideriū. Quid xp̄s? [Ego ſum via/ veritas/et
vita. Nemo venit ad patrē niſi ꝑ me.] Quid ergo i⁄
terrogatꝰ a petro quo iret: nō cōtinuo reſpōdit ſe ad
patrē ire/⁊ eos tūc nō poſſe: ſed tot verboꝝ ambitu
vſus eſt: ⁊ interrogatiōes mouit: ⁊ reſpōſiones? Iu
deis fortaſſe merito non dixiſſet: cur diſcipulis? Di
xit quidē/⁊ his/⁊ illis: a deo venire: ⁊ ad deū ire: ſꝫ
iteꝝ manifeſtiꝰ/ q̄ꝫ priꝰ. At iudeis quidē merito non
dixit: q̄bꝰ ſi dixiſſet: Uos non poteſtis venire ad pa
trē: ſuꝑbie eū arguiſſent: nūc id ſubticēs dubios red
dit. At diſcipulis/⁊ Petro cur dixit? Norat Petri
animū: ⁊ quantū ꝑturbareꝛ/ ꝙ diſcederet. Aſſecutꝰ
ergo qđ volebat: obſcuritate ſermonis: iteꝝ id reue
lat: cū ei dixiſſet: [Ubi ſum nemo pōt venire:] addi⁄
dit: [In domo patris mei manſiōes multe ſunt: ſed
ad patrē nemo pōt venire [niſi ꝑ me.] Hoc autē no⁄
luit eis a pricipio dicere: ne in maiorē triſticiā addu
ceret. Dixit aūt poſtq̄ꝫ cōſolatꝰ eſt: ob petri reꝑheſio
nē multū meroris abſtulit. Cōcepto eni metu: ne iti
dē ipi reꝑhēderenꝛ: magis cauebāt. [Ego ſum via]
hoc eſt/ quia ꝑ me venietis. [veritas:] quia ſine du
bio hec erūt: neqꝫ in me mēdaciū eſt. [vita:] qꝛ neqꝫ
ipſa mors ꝓhibere poterit: ne ad me veniatis. Et ſi
ego ſum via: duce mīme indigetis. Si veritas: nō
loquor falſa. Si vita/ etiā ſi moriemini: cōſeq̄minꝛ
que vobis pollicitꝰ ſum. Qđ de via dicebat ⁊ intel
ligebāt/⁊ cōfitebanꝛ: reliqua ignorabāt: non tn̄ au
debāt ſciſcitari. Multū aūt cōſolabanꝛ: ꝙ viā eū eē
audierāt. Si eni (inq̄t) in mea poteſtate eſt: vt vos
ad patrē ducā/ oīno venietis. Neqꝫ eni alia veniēdi
via eſt: ⁊ cū dixiſſet: Nemo pōt venire ad me niſi pa
ter traxerit eū: iteꝝ inquit: Si ego exaltatꝰ fuero a
terra: oīa trahā ad meipm/⁊ nemo pōt venire ad pa
trē niſi per me: ſemper ſe patri eq̄parans. Quō ergo
cū dixerit: [quo vado ſcitis:] ſubdidit: [Si cogno⁄
uiſſetis me: ⁊ patrē meū vtiqꝫ cognouiſſetis/⁊ amo⁄
do cognoſcetis eū/⁊ vidiſtis eū:] Non ꝙ ſibi cōtra⁄
dicat. Cognoſcebāt ei eū/nō tn̄ vt oportebat: cogno
ſcebant deū: ſed nōdū patrē: poſt ſpūs veniens: oīm
in eos cognitionē infudit: ergo dicit: Si meā noſce⁄
tis ſubſtantiā: ⁊ dignitatē/ noſcetis ⁊ patris/⁊ amō
cognoſcetis eū/⁊ vt vidiſtis eū. Alteꝝ futuꝝ/ alteꝝ
preſentis: hoc eſt ꝑ me: viſionē aūt dicit mētis cogni
tionē. Quos ei videmꝰ/⁊ videre/⁊ ignorare poſſu⁄
mꝰ: q̄s cognoſcimꝰ/ ignorare n̄ poſſumꝰ: ꝓpterea in
quit: [⁊ vidiſtis eū.] Quēadmodū ait: Uiſus ē ab

angelis. At qui ipa ſubſtātia videri nequit: ſed viſā dixit: ſcdm̄ coꝝ poſſibilitatē oſtendēs: ꝙ qui ipm̄ vidit/ patrē vidit. Uidit aūt ipm̄: nō in nuda ſubſtantia: ſed carne veſtitū. Alibi quoqꝫ viſionē cognitionē appellat: vt cū dicit: Beati mūdo corde: qm̄ ipſi deū videbūt: mundi nō tm̄ a fornicatione: ſed ab omib⁹ peccatis. Omne nāqꝫ peccatū animā maculat. Annitamur ergo: vt omnib⁹ ſordib⁹ animā mūdemus Mundat aūt primū lauachrum / inde alie multe/ ꝛ varie vie: quas benigniſſim⁹ de⁹ nobis largitus eſt: quaꝝ prima eſt elemoſyna. Elemoſynis enī ꝛ fide purganꝫ peccata. Elemoſynis inqꝫ nō ex iniuſte queſitis: hec eī nō elemoſyna: ſꝫ crudelitas ē/ et ihumanitas. Que eī vtilitas ſi aliū ſpolias: vt aliū induas? A miſericordia incipiendū eſt: nō ab immanitate: nā ſi aliena dam⁹: nullū nobis emolumentū. Hoc Zacheus oſtendit: qui vt deū placaret/ inqt: Si quid defraudaui: reddo quadruplū. Nos autē multa rapiēdo: pauca dando: putam⁹ deū placare: cū magis irritem⁹. Dic queſo: ſi aſinū mortuū/ ꝛ fetidū e triuijs in ſacrificiū offerres: nōne te lapidarēt vt impiū ꝛ ſceleſtū pſequerenꝫ? Quid ergo ſi rephēdendā oblationē ex rapina: que etiā execrabilior ē? Quā veniā merebiꝫ? eſto aliquo pecunia ex rapina condaꝫ nōne mortuo aſino graui⁹ olet? Uis intelligere quāt⁹ ſit pctī fetor? Audi ꝓpherā: Putruerūt/ ꝛ corrupte ſunt cicatrices mee. Tu autē verbis deū latere cenſes que cōmittis? ipe aūt rapinas tuas/ et fraudes ꝑpetuo reminiſciꝫ. Imponiꝫ pctm̄ tuū ſup altare. Nec hoc ſolū rephenſione dignū: ſed illud ēt graui⁹: ꝙ ſctōꝝ animas coinquinas. Siquidē hoc lapis eſt / ꝛ ſanctificaꝫ: ille ſemꝑ ipm̄ xp̄m ferunt et audes illuc tāto ſcelere cōparata offerre? Minime inquis. Neqꝫ enī eas offero pecunias: ſed alia. Ridiculū hoc: neſcis ꝙ licet in multa pecunia/ vel gutta iniquitatis inciderit: tota coinquinaꝫ. Et queādmodū ſiquis in limpidū fontē ſterc⁹ inijciat: totū imūdū reddit: ita ſi diuitias/ auaritia attigerit/ oēs fetore ſuo corrūpit. Preterea ingreſſuri templū manus lauamus: nō aūt corda. Nunqd enī manus loquunꝫ? Anima ꝓfert verba: in animā de⁹ inſpicit. Nihil opus eſt mūditia corporis/ aīa coinquinata. Que vtilitas ſi man⁹ exteriores lauas / ꝛ iteriores ſordeſcunt? Hoc graue eſt: hoc oīa ꝑdit: ꝙ parua reueriti magna cōtemnim⁹. Illotis enī manib⁹ pcāri nihil refert: illota cōſcientia/ hoc maximū malorū Ideo iudeis hmōi immūdicijs vacantib⁹/ inquit: Ablue a malo cor tuū: quouſqꝫ erunt tibi ratiōes laborū tuorū? Lauem⁹ ꝛ nos nō ceno: ſed aqua mundiſſima: elemoſyna nō auaritia. Primū a rapina te vendica/ ꝛ tunc ꝓfer elemoſynā. Declinem⁹ a malo ꝛ faciam⁹ bonū. Cōtine man⁹ a cupiditate/ ꝛ ſic elemoſyne aſuefacies. Qꝫ ſi paupes ſpoliam⁹: etiā ſi nō iſdē alios induim⁹: nō tn̄ effugim⁹: quin ſupplicij ſimus obnoxij. Materia nāqꝫ placationis/ materia pctī efficiꝫ. Sati⁹ enī eſt nō miſereri/ qꝫ ita miſereri Nā etiā Cayn meli⁹ fuiſſet: ſi nihil oīno obtuliſſet: qꝫ deteriora offerendo deū ꝓuocare. Qui vero aliena offert: quo pacto deū nō ꝓuocat? Ego tibi dixi(īquit) noli rapeꝛ: ꝛ tu ex rapina me honoras. Qui putas? an ꝙ his gaudeat: igiꝫ dicet tibi: Putaſti ꝙ eſſem ſimilis tibi. Arguā te ꝛ ponā an̄ faciē tuam pctā tua: ſꝫ abſit vt qſpiā hāc vocē audiat: ſꝫ pura elemoſyna/ ꝛ clar(is) lāpadib⁹ ſpōſo obuiā veniam⁹: grā. ꝛc̄.

Homelia. LXXIII. Ex capitulo. XIIII.

D Icit ei philipp⁹: Dn̄e oſtēde nobis patrē: ꝛ ſufficit nobis Dicit ei Jeſus: Tāto tp̄e vobiſcū ſum: ꝛ nō cognouiſti me philippe Qui videt me videt et patrem.

Phropheta aiebat iudeis: Aſpectus meretricis fact⁹ tibi: cui nullus pudor eſt: qꝺ vt mihi videtur/ nō illi tm̄ ciuitati dici merito pōt: ſed omib⁹ aduerſus veritatē impudētib⁹. Dicēte enī philippo: [oſtēde nobis patrē.] Reſpōdit: [Tāto tp̄e vobiſcū ſum et nō cognouiſti me philippe.] Et tn̄ nōnulli ſunt q poſt hec verba abſcindunt a patre filiū. At qui/ quā maiorē inquiris ꝓpinquitatē. Quidā eī ex hoc verbo: ī ſabellij hereſim decidūt: verū nos ꝛ his ꝛ illis omiſſis: e regiōe cōtrarijs: dictorū veritatē ꝑſcrutemur. [Tanto tp̄e vobiſcū ſum / ꝛ non cognouiſti me philippe.] Quid enī: Tu ne pr̄ es: quē inqro? Minime inqt ꝓpterea nō dixit: nō cognouiſti eū: ſꝫ nihil aliud demōſtrās qꝫ ꝙ nihil aliud eſt fili⁹ qꝫ qꝺ eſt pr̄ manēs in eſſe filius. Unde aūt ad hoc venit Philippus? Dixit: [Si cognouiſſetis me/ ꝛ patrē meū vtiqꝫ cognouiſſetis.] Et ad iudeos hmōi ſepenumero vſus eſt verbis. Et aliqn̄ Petr⁹ ꝛ iudei: Quis eēt pater interrogarūt/ atqꝫ etiā thomas / ꝛ nullus manifeſte intellexit: ſed adhuc quid diceret ignorabāt: ꝛ ne cibo grauis philippus / ꝛ poſt iudeos magiſtrū tentare interrogādo putareꝫ: huic particule: [Oſtēde nobis patrē:] addidit: ] ꝛ ſufficit nobis.] nihil aliud querim⁹. Nam dixerat xp̄s: [Si cognouiſſetis me/ ꝛ patrē meū vtiqꝫ cognouiſſet(is):] ꝛ ita ꝑ ſe patrē oſtēdebat. Philipp⁹ aūt in cōtrariū ordinē vertit/ inquiēs: [Oſtēde nobis patrē:] tanqꝫ xp̄m certo cognoſceret: verū nō dimiſit eū xp̄s: ſed ad viā dirigit per ſe patrē cognoſci ꝑſuadēs. Ipſe aūt carneis his videre oculis eū volebat: ꝓpheraꝝ forſitan recordatus: ꝙ deū viderit: ſed ꝑmiſſio fuit illa o Philippe. Inqt ergo: [Deū nemo vidit vnqꝫ.] Et iterū: Dis qui audit a deo ꝛ diſcit: venit ad me. Neqꝫ vocē ei⁹ audiſtis: neqꝫ faciē ei⁹ vidiſtis: ꝛ in veteri teſtamēto Nemo videbit faciē eius ꝛ viuet. Quid xp̄s? Uehemēti⁹ arguit: [tanto tp̄e vobiſcū ſum/ ꝛ nō cognouiſti me philippe?] ꝛ nō dixit/ vidiſti: ſed [cognouiſti] Nunqd re noſſe volo inqt? patrē nūc videre quero: Tu aūt mihi dicis nō cognouiſti me? Quānā h̄ hēt cōſequentiā? Magnā quidē. Cū enī hoc ſit qꝺ eſt pr̄ manēs fili⁹: merito in ſe patrē oſtēdit. Inde ꝑſonas diuidēs inqt: [Qui videt me/ videt ꝛ patrē:] ne qs diceret ꝙ pater ſit ipe fili⁹: nā ſi ipe eſſet pater: nō ſane dixiſſet: [q videt me/ videt patrē.] Sed cur non eū admonuit: ꝙ īpoſſibilia ꝛ ſupra hominē ꝛ ſibi ſoli poſſibilia poſtularet. Cū eī philipp⁹ dixiſſet: ſibi ſatis eſſe videre patrē: neqꝫ ipm̄ philippū vidiſſe xp̄s oſtēdit: certe enī ſi illū vidiſſet/ ēt ipm̄ videre potuiſſet: ideo inqt: [Qui videt me: videt ꝛ patrē.] Si qs me videt ꝛ illū videbit: hoc eſt: neqꝫ ego neqꝫ ille videri poſſum⁹. Philipp⁹ eī viſus cognitionē qrebat ꝛ cū xp̄m ſe vidiſſe arbitraretur: volebat eodē mō/ ꝛ patrē videre: vnde neqꝫ ſe videri oſtēdit: qꝺ ſi qs dicat viſum hoc in loco cognitionē intelligi: id ego nō nego. [Qui me nouit (inqt) nouit ꝛ patrē.] Attamē



nō ꝓpter hoc dixit: ſed vt eandē ſubſtantiā demōſtraret. Qui meā ſubſtātiā videt: videt/ ꝛ pr̄is / ꝛ qre h̄? An neq creaturā videt: videt ꝛ deū? At qui oēs creaturam norant ꝛ videbant: deum non omnes norāt. Preterea videamus quid Philippp⁹ querat Nū ſapientiā pr̄is? Nū benignitatē? Mīme: ſꝫ qd eſſet de⁹: ipam videlicet ſubſtantiā. Ad hoc ergo reſpōdet xp̄s: [Qui videt me: ] q aūt creaturā videt: nō tn̄ videt dei ſubſtantiā. [Qui videt me (inquit) ꝛ patrē meū videt.] Qꝫ ſi alteri⁹ eſſet ſubſtātie: mīme hoc dixiſſet. Ut aūt pinguiori vtamur ſermone: Nemo qui aurū ignorat: ī argēto auri ſubſtantiā videre pōt. Nō enī alia ꝑ aliā apparet natura: ideo bene rephendit/ inquiēs: [tāto tp̄e vobiſcū ſū:] tantā accepiſti doctrinā: magna ſigna ꝛ ꝓpria diuinitatis: ꝛ que pr̄ ſol⁹ opaꝫ: vidiſti ſoluta pctā: archana in mediū ꝓlata: mortē fugatā/ opationē ex terra factā/ et nō cognouiſti me? Uidiſti patrē/ noli ampli⁹ qrere vt videas. In illo eī me vidiſti: Si nouiſti me/ noli ampli⁹ querere. Siquidē in me illū nouiſti. [Non credis qꝛ ego in pr̄e?] hoc eſt in illi⁹ ſubſtantia appareo. [Uerba q ego loqꝛ vobis: a meipo nō loquor.] Uides ꝓpinquitatis exceſſum/ ꝛ vni⁹ ſubſtātie exēplū. [Pater in me manēs ipe facit opa.] Quomō a verbis incipiēs trāſit ad opa. Dici enī poterat: Ipſe loquiꝫ: ſed duo hic ponit: doctrinā/ ꝛ ſigna: vel ꝙ ēt verba erāt opa. Quō ergo facit? Etenī alibi inquit: Si nō facio opa pr̄is mei: nolite mihi credere. Quō ergo hoc in loco patrē facere atteſtaꝫ? Ut plane oſtēdat inter patrē/ ꝛ filiū nullā eſſe differentiā: hoc eſt: nō aliter pater ꝛ aliter ego facio. Nā alibi ꝛ ſe ꝛ patrē opari/ inqt: Pater me⁹ vſqꝫ mō opat⁹ eſt: ꝛ ego opor. Illic nullā opeꝝ diuiſionē: hic idē oſtēdit. Qꝫ ſi pinguior verboꝝ ſignificantia humilitatē arguit: noli admirari: pri⁹ eī cū dixiſſet: n̄ cred(is): ita ꝓſecut⁹ eſt: vt ipm̄ in fidē traheret: corda nāqꝫ eoꝝ ingrediebaꝫ. [Creditis qꝛ ego in pr̄e/ ꝛ pr̄ in me eſt.] Oportuit enī cū patrē/ ꝛ filiū audiſtis: nihil aliꝺ in cognitionis ſubſtātie teſtimoniū querere. Qꝫ ſi vobis hoc nō ſatis eſt: ad equalitatē/ ꝛ eandē ſubſtantiā oſtēdēdā: ſaltē ex operib⁹ intelligite: ꝛ q videt me/ videt ꝛ patrē meū: ſi de operib⁹ dictū eſt: nō ſane poſterius dixiſſet/ ſin min⁹ ꝓpter opa mihi credite. Inde ſe nō ea tm̄ poſſe: ſed ꝛ longe maiora ꝑ exceſſum oſtendit. Non enī maiora his poſſe ſe: ſed qꝺ mirabili⁹ eſt ſe alijs dare poſſe maiorū ptātem ꝓfiteꝫ. [Amē amen dico vobis: q credit in me: opera q ipe facio/ ꝛ ipe faciet/ ꝛ maiora hoꝝ faciet: qꝛ ego vado ad patrē:] hoc eſt: veſtrū iā eſt miracula opari / ego abeo. Inde cum ſermōnē ꝑfeciſſet: vt ratio exigebat/ inqt: [Qꝺcūqꝫ petieritis patrē meū in noīe meo: hoc faciā/ vt in me glorificeꝫ pr̄.] Uides iteꝝ quō hoc facit? Ego (inqt) faciā/ ꝛ nō dixit: vt glorificē patrē: ſed vt glorificeꝫ ī me pr̄. At q: alibi dicebat: De⁹ glorificabit eū ī ſeipo hic vo: ipe glorificabit patrē. Cū eī fili⁹ magna poſſe apparet: in eo pr̄ glorificaꝫ. Sed quid ſignat: [in noīe meo?] Qꝺ apl̄i dicebāt: In noīe ieſu xp̄i ſurge et ambula. Quecūqꝫ eī ipi opabanꝫ eoꝝ auctor erat xp̄s / ꝛ man⁹ dn̄i erat cū illis. Ego faciā / inqt. Ecce ei⁹ auctoritatē: q ꝑ alios fiūt ipe facit. Que ꝑ ſe facit nū ne ipe nō pōt: ſed a pr̄e opaꝫ? Et qſnā hec diceret ꝛ q grā ſcdm̄ h̄ ponit? Ut ſermonē ſuū cōfirmet/ oſtēdatqꝫ ad piora illa nr̄i grā deſcēdiſſe. Illa eī pticula: [ad patrē vado:] hoc eſt: nō ꝑeo: ſed in ꝓpria pma

nebo dignitate in celis: q oīa ad eos cōſolando dicebat. Cū enī credibile eſſet eos nondū reſurrectiōe intellecta quadā affici triſtitia: alijs ipos eiuſmōi virtutes collaturos polliceꝫ / vndiqꝫ eos cōſolās / et ꝙ nō mō ꝑpetuo māſur⁹ ſit: ſed etiā maiora oſtēſurus. Eū igiꝫ ſequamur: tollam⁹ ei⁹ crucē: ꝙ ſi nō ꝑſecutionis: aliud tn̄ mortis temp⁹ eſt. Mortificate (inquit) mēbra vr̄a q ſunt ſup terrā. Extinguamus cupiditatē/ irā / inuidiā / hoc eſt viuū ſacrificiū: qꝺ nō ī cinerē cōſumiꝫ: neqꝫ in fumū euaneſcit: neqꝫ lignis eget/ nō igne/ nō gladio: q duo ſpūſſctūs hēt. Gladio enī ſupflua / ꝛ aliena cordis abſcindit/ apit obturatū auditū. Morbi enī ꝛ male cupiditates: ſolent ſalutarib⁹ ſermonib⁹ aditū obſtruere. Siqdē auiditas pecuniaꝝ: nō ſinit de elemoſyna pcepta audire: ꝛ ſi pualuerit inuidia: charitatis doctrinā expellit: ꝛ ali⁹ qlibet morb⁹ animā occupās: ad oīa pigriorē reddit. Tollam⁹ ergo malas cupiditates ad qꝺ voluntas ſatis eſt: vt oēs extinguanꝫ: neqꝫ cōſiderem⁹ violentā eſſe pecuniaꝝ cupiditatē: ſed violentā deſidiā noſtrā. Multi qd ſit argentū neſcire ſe dicunt: nō enī naturalis eſt ei⁹ cupiditas. Naturales eī affect⁹ a pncipio ꝛ ortu ipo nobis infunduntꝫ. Aurum aūt ꝛ argentū ēt diuti⁹ ignotū fuit. Unde ergo aucta eſt hmōi cupiditas? Ab inani gloria/ a ſūma deſidia. Cupiditatū enī alie neceſſarie ſunt: alie naturales: alie neutrum: vt exempli gratia: Quecunqꝫ perfecto animali non deficiūt ipe naturales ſunt: et neceſſarie vt edēdi / bibēdi / dormiēdi. Corpoꝝ amor naturalis ē: nō neceſſari⁹: mlti nāqꝫ eū vincūt: Pecuniaꝝ aūt auiditas / neqꝫ naturalis eſt/ neqꝫ neceſſaria: ſꝫ ſupuacanea (mō voluerim⁹) neqꝫ a pncipio eā cōplectemur. Certe xp̄s de vginitate diſputās/ inqt: Qui pōt capere capiat: de pecunijs aūt aliter: Niſi qs renūciauerit oīb⁹ reb⁹ ſuis nō eſt me dign⁹. Rē enī facilē admonebat/ ꝙ aūt multos exupat voluntatis culpa eſt. Quid ergo omnē nob̄ de ea excuſationē auferim⁹? Nā q a vehemētiore affectu vincitur: nō multū puniend⁹ eſt: ſed q ab imbecillo hoſte ſupaꝫ / mīme pōt excuſari. Quid reſpōdebim⁹ dicēti: Eſurientē me vidiſtis / et non dediſtis mihi cibū? Quō nos purgabim⁹? Adducem⁹ pauptatē: ſꝫ nō ſum⁹ vidua illa paupiores: q duos obolos offerēs: oēs ſupauit. Neqꝫ enī qd offeras de⁹ aſpicit: ſed dātis voluntatē hoc enī ſibi cure eſt: ei⁹ ergo benignitate pſpecta q poſſum⁹ offeram⁹ / vt ꝛ in pſenti vita et in futura diuinā gratiā cōſecuti ꝓmiſſis bonis ꝑfruamur: grā ꝛ benignitate dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i. ꝛc̄.

Homelia. LXXIIII. Ex capitulo. XIIII.

ſ I diligitis me: mādata mea ſeruate: ꝛ ego rogabo patrē et aliū paraclytū dabit vob̄: vt maneat vobiſcū ieternū ſpūm vitatis quē mund⁹ non pōt accipere: quia nō videt eū: nec ſcit eum.

Semꝑ nob̄ aliqd agēdū eſt: ſp opib⁹ inuigilandū neqꝫ vbis tm̄. Dicere enī ꝛ ꝓmittere oīno facile eſt: opari aūt nō itidē: quorſū hec? Qm̄ nūc multi ſunt q ſe deū timere / ꝛ diligere ꝓfitenꝫ / re aūt cōtra oīno faciūt. De⁹ aūt ꝑ opa diligi qrit: ideo ad diſcipulos dicebat: [Si diligit(is) me mādata mea ſeruate. [Cū

enī dixiſſet: Q̄ocūqꝫ petieritꝭ: ego faciā: ne ſimplicē petitionē valere arbitrarent̄: addidit: [Si diligitꝭ me] tūc faciā. Et cū credibile eſſet: eos ēt audiēdo ꝙ iret ad patrē ꝑturbari/ inqt: Ꝙ nūc ꝑturbemī: nō ē amoris indiciū: ſed ꝙ verbis meis fidē adhibeatis. Dedi vobis mādatū/ vt diligeretis inuicē/ ⁊ ita alter alteri faceretis: ſicut ego feci vobis. Hec eſt dilectio/ credere ⁊ parere dilecto. [Et ego rogabo patrē ⁊ aliū paraclytū dabit vobis.] Iterū ad audientiū imbecillitatē deſcēdit. Cū enī par eſſet (nōdū ipm̄ intelligētes) vehemēter illā inqrere ſubſtantiā: verba ſcd̄m carnē ad ventū/ ⁊ nullā abeūtis capere cōſolationē/ inqt: [rogabo patrē/ ⁊ aliū paraclytū dabit vobis:] hoc eſt q̄lis ego ſū. Pudeat ſabellianos ⁊ q̄ de ſpū n̄ recte ſentiūt: et eī hoc mirū eſt: ꝙ diuerſas e regione hereſes vno ictu deijcit. Dicēdo eī aliū perſone differentiā: dicēdo ꝑaclytū ſubſtātie cognationē demōſtrat. Sed cur inqt rogabo patrē? Q̄m ſi dixiſſet mittā: nō ita fidē adhibuiſſēt: nūc aūt id ei cure eſt/ vt credāt: poſtmodū ip̄e ſe eū mittere ait: Accipite ſpm̄ ſctm̄: hic patrē rogare vt credibilē ſuā faciat orationē. Nā ⁊ Ioānes de eo inqt: Ꝙ de plenitudine eiꝰ nos oēs accepimus. Q̄ aūt hēt: quō ab alio accipit? ⁊ iteꝝ: Ip̄e vos baptiſabit in ſpūſctō: et igni. Quid aūt ampliꝰ haberet q̄ꝫ apl'i: ſi ad mittendū ſpm̄ patrē eſſet rogaturꝰ: q̄ illos nōnunq̄ꝫ etiā ſine p̄cibꝫ feciſſe apparet? Quō aūt ſi p̄recū gr̄a a p̄re mittit̄ ip̄e a ſeip̄o infundit̄? Quō ab alio mittit̄: qui vbiqꝫ adeſt/ ⁊ diuidens ꝓpria vnicuiqꝫ ſicut vult/ ⁊ ſua ipiꝰ auctoritate dicit: Segregate mihi Paulū: et barnabā: At q̄: deo miniſtrabāt miniſtri/ tn̄ imperioſe in ꝓpriū eos opꝰ vocauit: nō ꝙ ad aliud opus aduocaret: ſed vt ſuā oſtēderet p̄tātē. Quid ergo ſibi vult [rogabo patrē] aduentꝰ xp̄s ſignificat. Q̄n eī eos ꝑ ſacrificiū mūdauit/ tūc inſpiratꝰ eſt ſpūſctūs ⁊ q̄d tādē cū ipſis nō venit? Quia nōdū oblatū erat ſacrificiū: cū aūt iā pctm̄ deletū eſſet/ ⁊ ip̄i ad ꝑicula mitterent̄/ ⁊ certaminibꝫ ſe accīgerēt: hortatorē mitti oportuit. Sed cur nō ſtatī poſt reſurrectionē ſpūs venit? Ut expectatiōis deſiderio maiori gr̄a eū acciperēt. Quouſqꝫ enī cū ipſis xp̄s verſatꝰ eſt: nō afflictabant̄ (eo abeūte) tāq̄ꝫ deſerti formidātes: maiorē immodū eū accip̄e auebant: [vt vobiſcū maneat:] h̄ ſignat: ꝙ neqꝫ poſt mortē abijt. Et ne audiēdo ꝑaclytū: aliā opinarent̄ incarnationē/ ⁊ oculis eū cernere expectarēt/ inqt: [Quē mundꝰ nō p̄ot cap̄e/ qꝛ n̄ videt eū.] Nō enī ita vobiſcū erit vt ego: ſed in v̄ris animis habitabit/ inqt eī: Et in vobis erit: ſpm̄ aūt veritatꝭ appellat: ꝑ hoc veteris teſtamēti figuras ſignificās. Ut vobiſcū ſit: q̄ ⁊ ip̄e inqt: [qꝛ ego vobiſcū ſū.] Preterea ⁊ aliud q̄ddā ſignat: nō paſſurū q̄ ip̄e neqꝫ diſceſſuꝝ. [Quē mūdꝰ nō p̄ot accip̄e: qꝛ n̄ videt eū.] Quid enī: dic mihi: eſt ne alias viſibilis? Mīme: ſed hic cognitionē dicit: addidit ergo: [Neqꝫ cognoſcit eū.] Solet enī certā cognitionē viſionē appellare. Cū enī ſenſuū certiſſimꝰ ſit viſus: ꝑ hūc ſꝑ verā adducit cognitionē. Mundū autē h̄ in loco malos appellat: ⁊ vt h̄ diſcipulos cōſolet̄: dādo eis donū p̄cipuū. Uide quāto ꝑe v̄bis ip̄m extollat. Dixit aliū eſſe q̄ꝫ ip̄e: dixit non dimiſſurū eos: dixit ad eos tm̄ venire. Quēadmodū ergo ego in vobis ſū inquit/ ⁊ ip̄e erit: nō tn̄ merorē ipoꝝ abſtulit. Ip̄m enī adhuc ad eiꝰ cōſuetudinē querebāt: q̄ reſpiciēs/ inquit: [Neqꝫ ego relinquā vos orphanos; veniā ad vos: nolite timere inquit.] Nō ꝓpterea dixi aliū paraclytū me miſſuꝝ/ ⁊ apud vos māſurū/ tanq̄ꝫ in finē ad vos rediturꝰ/ ⁊ vos nō viſurꝰ. Nā ip̄e veniā ad vos. [Nō relinquā vos orphanos.] cū ſuperius filiolos appellaſſet/ ideo orphanos non relictuꝝ ſe pollicet̄. A principio dixerat venturos quo iret: ⁊ ī domo patris māſiones multas eſſe: hic aūt cū illud diu poſt eſſet futuꝝ: dat ſpm̄: ſed cū q̄d diceret nō intelligerēt: neqꝫ ideo multū cōſolarent̄: nō relicturū ſe eos orphanos dicit: q̄ illi magis q̄rebāt. Sed cū id verbū [venio] p̄ſentiā ſignificaret: ne iteꝝ eā requirerēt/ vide quō nō quidē manifeſte: ſed tn̄ ſignificauit. Cū enī dixerit: adhuc modicū ⁊ mūdꝰ me iā nō videt: ſubſequit̄: [Uos aūt videbitꝭ me:] q̄ſi dicat: veniā quidē ad vos: nō tn̄ vt p̄riꝰ. Quotidie ego vobiſcū ſꝑ ero/ ⁊ ne dicerēt: quō ergo iudeis dixiſti: [iā nō videbitis me:] hanc ſoluit obiectionē: ꝙ cū ipſis tm̄ futurꝰ ſit. Nā ⁊ ſpūs talis eſt: qꝛ ego viuo ⁊ vos viuetis. Crux vos a me vſqꝫ ad finē nō diuidet: ſed breui me abſcōdet. Uitā aūt mihi dictā videt̄: nō p̄ſentē ſolā: ſed ⁊ futurā. [In illa die cognoſcetis/ qꝛ ego ſum in patre meo/ ⁊ vos in me/ ⁊ ego in vobis:] In patre enī ſubſtātia/ in ipſis cōcordia/ ⁊ auxilio ē. Et quānā hoc rationē hēt? dic q̄ſo. Magna ſane et incōparabilis differētia xp̄i/ ⁊ diſcipuloꝝ. Ꝙ ſi ita verba iacēt: noli admirari: ſolet enī nōnūq̄ꝫ iſdē verbis/ ⁊ in deo ⁊ hoībꝰ: nō eodē mō vti. Nā ⁊ dij dicemini (inquit) et filij dei. Q̄ verbū nō eandē in nobis q̄ꝫ in deo vim hēt. Et imago filiꝰ ⁊ gl'a dicit̄: atqꝫ ēt nos: ſed longe aliter/ ⁊ iteꝝ: Uos xp̄i/ ⁊ xp̄s dei: nō ſil'r aūt dei xp̄s/ ⁊ nos dei. Quid āt hoc ſignat: Cū reſurgā (inqt) tū me n̄ alienū a p̄re: ſed eiuſdē p̄tātis nō cognoſcetis/ ⁊ me ſꝑ vobiſcū eſſe: rebꝰ ip̄is meū ī vos auxiliū clamātibꝰ: inimicis rep̄ſſis: vobis audenter loquētibꝰ: moleſtijs ꝓpulſatis: p̄dicatiōe in dies florēte: oībꝰ pie doctrīe ⁊ vere religioni/ parentibꝫ. [Sicut miſit me p̄r/ ⁊ ego miſi vos.] Uides ꝙ hoc in loco idē verbū nō eādē vim hēt: nā ſi h̄ ita acciperemꝰ/ nihil inter apoſtolos/ ⁊ xp̄m intereſſet. Sꝫ quid (inquit) tūc cognoſcetis? qꝛ reſurrexiſſe: ⁊ ſecū verſari viderūt: tūc certo crediderūt. Magna enim erat ſpūs vis: om̄ia eos erudiens. [Qui habet mādata mea ⁊ ſeruat ea: ille eſt qui diligit me.] Nō enī habere ſatis ē/ niſi diligenter ſeruet̄. Sed q̄re idē ſepe repetit? nā ſuperiꝰ: Si diligitꝭ inqt me: mādata mea ſeruate: ⁊ nūc: [Qui habet mādata mea/ ⁊ ſeruat ea: ⁊ ſi quis ſermonē meū audiet/ ⁊ ſeruabit eū: ille eſt qui diligit me: qui nō audit ſermones meos: nō diligit me.] Puto ex hoc eoꝝ merorē ſignificari: nā cum multa de morte diſputaſſet/ inquiēs: Qui odit animā ſuā in hoc mūdo/ in vitā eternā cuſtodit eā: ⁊ Niſi quis accep̄it crucē ſuā ⁊ ſequat̄ me/ nō eſt me dignꝰ/ ⁊ alia plura dicturꝰ eſſet/ exꝓbrans eis inquit: Putatis ex amore triſtes eſſe: contra res ſe habet. Ꝙ aūt hoc ſemꝑ intendat id in ſequentibꝰ repetit: [Si diligeretis me (inquit) gauderetis vtiqꝫ quia ad patrē vado.] Nūc autē metu ꝑturbamī. Ꝙ enī ita mortis formidine afficiamini: nō eſt mādatū meū: oporteret enī vos crucifigi: ſi vere me diligeretis: ego enī vos admoneo ne timeatis: qui corpꝰ interficiūt: Tales pater diligit: talibꝰ meip̄m manifeſtabo. Tū Iudas: [Quid factū eſt (inquit) qꝛ manifeſtaturꝰ es nobis teip̄m.] Ecce quāta formidine tenebant̄: cōmotꝰ enī ⁊ ꝑturbatꝰ erat eoꝝ animus:



ēt vt mortuos in ſomnijs/ ita cū viſuros ſe arbitrabant̄. Ad quā ſuſpitionē tollendā/ audi quid reſpōdeat: [Si quis diligit me ſermonē meū ſeruabit/ ⁊ pater meꝰ diliget eū/ ⁊ ad eū veniemꝰ/ ⁊ māſionē apud eū faciemꝰ:] tm̄ nō dicens: Sicut p̄r manifeſtat ſeip̄m: ita ⁊ ego: neqꝫ hoc tm̄: ſed dicēdo [Manſionē apd̄ eū faciemꝰ] aufert ſuſpitionē: n̄ ī ſomnijs ſe manifeſtatuꝝ. Tu aūt cōtemplare perturbatū diſcipulū: neqꝫ apte ſententiā ſuā dicere audentē. Nō enī dixit ve nobis ꝙ morieris/ ⁊ mortuꝰ nobis apparit urꝰ es. Sed q̄d factū eſt ꝙ manifeſtaturus es nob teip̄m/ ⁊ nō mūdo? Dicit ergo ſe eos charos habere: qꝛ mādatū ipſiꝰ ſeruant: vt enī viſū poſtmodū phantaſma nō exiſtimarēt: ideo hec p̄dicit/ et ne ita (vt dixi) ſibi appărituꝝ putarēt: affert etiā cauſā: ꝙ ob mādatoꝝ obſeruationē ſpūs ad eos venturꝰ ſit. Ꝙ ſi tā diuturna cōſuetudine ipiꝰ ſubſtantiā ferre: immo ne intelligere quidē poſſunt: quid nā futurū eſſet/ ſi a principio ita eis apparuiſſet? ideo cū his comedit: ne phantaſma putaret̄: Nā ſi ſuꝑ aquis ambulantē videntes id opinati ſunt: cū eū nō multū diſtantē viderēt: qui credi poterat: ſi rep̄ēte reſurgentē vidiſſent: quē captū viderāt/ ⁊ ligatū? Ideo frequēter eis ſe apparituꝝ/ ⁊ quare/ ⁊ quō p̄dicit ne phantaſma exiſtimaretur. [Qui nō diligit me ſermones meos nō ſeruat: ⁊ ſermonē quē audiſtis nō eſt meꝰ: ſꝫ qui miſit me patris.] Itaqꝫ nō me ſolū nō diligit ſed ne patrē quidē/ qui hec verba nō audit. Nam ſi amoris indiciū ē mea audire mādata: q̄ patris ſunt qui audit/ non filiū ſolū: ſed ⁊ patrē diligit. Et quō ſermo h̄ tuꝰ eſt ⁊ n̄ tuꝰ hoc eſt: ꝙ nihil a p̄re loquor: neqꝫ aliquid q̄ꝫ q̄ illi placitū eſt. [Hec locutꝰ ſum vobis apud vos manēs.] Cū hec obſcuriora eſſent/ et partim nō intelligebāt: partim ⁊ plura dubitarent ne iteꝝ ꝑturbarent̄/ ⁊ q̄ mādata diceret ſciſcitarent̄ hanc amouit ſolicitudinē/ inquiēs: [Paraclytus aūt quē mittit pater in nomine meo/ ille vos docebit.] Fortaſſe que dixi nō intelligitis: ſed ille manifeſtus magiſter erit. Illa aūt particula: [apud vos manebit:] ſignat ꝙ ip̄ſe abeat: quare ne triſtentur/ ait: quouſqꝫ ip̄e apud eos maneat/ ⁊ ſpūs nō veniat: nihil magnū: nihil altū poterūt intelligere. Q̄ dicit vt ad ipſiꝰ abitū magno anīo ferendū/ eos diſponat tanq̄ꝫ magnoꝝ bonoꝝ cauſā futuꝝ. Frequēter aūt paraclyti meminit ꝓpter eā qua afficiebant̄ triſtitiā: ⁊ cū his verbis ꝑturbarent̄ intelligētes moleſtias/ bella: magiſtri diſceſſum: vide quomō iteꝝ eos cōſolat̄/ inquiēs: [Pacē relinquo vobis.] Tātū nō dicēs: Quid mundi ꝑturbatiōibꝰ mouemini cū pacē mecū habeatis? Neqꝫ eī hmōi eſt pax mūdi que in malo fit ſepenumero/ ⁊ nihil ip̄am habentibꝫ confert. Ego do pacē/ vt inuicē eā habeatis/ et vos fortiores efficiat: ſed cū iterū dixiſſet [relinquo] q̄ v̄bū diſcedētꝭ ē/ ⁊ par eēt eos ꝑturbari: ideo rurſus dixit: [Nō turbet̄ cor veſtrū: neqꝫ formidet.] Ecce ꝙ partim amore: partī metu mouebant̄. [Audiſtis quia ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me/ gauderetis vtiqꝫ: quia vado ad patrē: quia pater maior me eſt.] Et q̄ nā gaudiū hoc eis allaturū erat? quā conſolationē? Quid hoc ſignat? Nondū reſurrectionē intelligebant: neqꝫ debitā de eo habebant ſententiā. Et quomō poterāt/ cū nōdū reſurrexiſſe vidiſſēt? Patrē aūt magnū eē exiſtimabāt. Dic ergo: Si mihi timetis: ꝙ me defendere nequeā: neqꝫ cōfiditis ꝙ poſt mortē iteꝝ vos videā: tm̄ audiendo ꝙ ad patrē vado/ letandū vobis eſt/ ꝙ ad maiorē vado/ ⁊ qui om̄ia poteſt moleſta diſſoluere. [Uos audiſtis qꝛ ego dixi vobis.] Quare hoc poſuit? q̄ſi dicat: Ut intelligatis quantū verbis meis tribuā: cū predicere nō ſim veritꝰ. Hec ergo/ ⁊ que futura ſunt/ dixi vobis: priuſq̄ꝫ fiant: vt cū facta fuerint credatis quia ego ſum: quaſi dicat: nō ſciretis niſi ego dicerē: neqꝫ dicerē/ niſi mihi confiderē? Uides ſermonē imbecillitati accomodatū. Etenī cū diceret: An putas quia nō poſſum rogare patrē/ ⁊ exhibebit mihi mō pluſq̄ꝫ .xij. legiones angelorū? ad auditoꝝ opinionē locutꝰ eſt. Neqꝫ enī illud diceret quiſpiā: vel ſtultiſſimꝰ crederet: ꝙ ſibi ip̄e auxilio eē nō potuerit: ſed angeloꝝ eguerit. Uerūtamē cū tāq̄ꝫ hominē arbitrarent̄: ideo dixit duodecim legiones angeloꝝ. At qui ſimpliciter iudeos interrogans reiecit retrorſum. Ꝙ ſi quis maiorē filio patrē inquātum principiū diceret: neqꝫ hoc contradiceremꝰ nō tamē hoc alterius facit filiū eſſe ſubſtantie. Ꝙ autē dicit: hoc eſt/ quoad hic ſum (par eſt) vt vos periclitari arbitremini/ ſi aūt illuc abiero/ cōfidite quia ſecuri ſumꝰ: illū enī nemo vincere poteſt: que omnia ad diſcipuloꝝ imbecillitatē dicta ſunt: ip̄e enī confido: neqꝫ curo mortē: ideo inqt: Hec dixi vobis p̄riꝰ q̄ꝫ fierent? Cum enī nondū hūc ſermonē capere poſſitis a p̄re: quē magnū appellatis/ vos ꝯſolor: inde etiā triſtia admiſcet. [Iā non multa loq̄r vobiſcū:] Quare? [Uenit enī princeps mundi huiꝰ/ et in me non habet quicq̄ꝫ.] Principē mūdi diabolū/ ⁊ malos hoīes appellat. Nō enī celo ⁊ terre impat cū oīa ſtrauiſſet/ impat aūt his q̄ ei ſe in ſeruitutē tradunt ideo ⁊ p̄rīcipē tenebraꝝ ſeculi/ ⁊ tenebras mala opa appellat. Quid ergo: diabolus te perdit? Minime Nihil enī in me habet. Cur ergo te iudei īterficiūt? Quoniā volo/ ⁊ vt cognoſcat mundus quia diligo patrē. Non enī ꝙ ſim reus mortis: atqꝫ ei obnoxiꝰ: ſed ob meā in patrē dilectionē hoc patior: hoc ait vt iteꝝ eoꝝ animos excitet/ ⁊ intelligāt nō inuitū: ſed vltro mortē ſubire/ ⁊ diabolū cōtemnere: neqꝫ cōtētus fuit dicere: Modicū vobiſcū ſum: ſed idip̄m q̄ moleſtū erat frequēter repetit: nec iniuria: quouſqꝫ enī triſtitiā eorū molliat: ⁊ faciliorē toleratu reddat letiora ānectit: iccirco ait. Uado ⁊ vēio: ⁊ vt vbi ego ſum: ⁊ vos ſitis: ⁊ nō poteſtis me ſeq̄ modo: ſequimī autē poſtea: ⁊ ad patrē vado: ⁊ pater maior me eſt: ⁊ priuſq̄ꝫ fierent dixi vobis. Et non neceſſario hoc patior: ſed ꝓpter patris dilectionē/ vt cognoſcant ꝙ nihil mali feci: niſi ꝙ valde eū diligo/ et qui diligitur ita vult: ideo leta hec triſtioribus frequenter admiſcet/ eorū mentē aperiēs. Nā ꝙ dixit/ apud vos manebit/ oſtenditqꝫ vtilē ſuū fore diſceſſum/ eos conſolandi gratia dixit: propterea multa de ſpū locutus eſt. Et in vob erit: et mūdꝰ nō poteſt accipere: ⁊ ille docebit omnia: ⁊ ſpm̄ veritatis: ⁊ ſpm̄ſctm̄: ⁊ paraclytū: ⁊ ſuggeret vobis omnia: ne egre ferrent/ ac ſi parū poſſent ꝓficere. Dicit aūt [ſuggeret:] oſtēdēs ſe eos ſpiritales effecturū/ vt vſu ueniſſe nō ignoramus. Qui enī prius tremebāt/ ⁊ formidabant: poſt ſpūs acceptionē/ ī media pericula ꝓſilierunt per ferrum/ ignē/ beſtias/ pelagus/ ⁊ ad omnē calamitatē ſe intrepidi expoſuerūt/ ⁊ illiterati ⁊ ideote audēter diſputabant: vt auditores in admirationē adducerēt/ ⁊ ſtuporē: ex luteis ferreos/ ⁊ in celum erigens

nulli humano affectui ſubiectos reddidit ſpūs. Talis illa gratia ⁊ q̄ merorē ſoluit / malas cupiditates conſumit: formidinē pellit: nec ſinit ampliꝰ hominē eſſe quē afflat. Sed tanq̄ȝ in ipm̄ celū trāſlatꝰ: omīa que illic ſunt / cōtemplaꝛ̄. Quā ob rē nemo aliquid ſuū ꝓpriū dicebat. In orationibꝰ leticia / ſimplicitate / pſeuerabāt: hoc maxime opus eſt ſpūſſcti. Fructꝰ enī ſpūs / leticia / pax / fides / māſuetudo: ſed triſtanꝛ̄ nōnunq̄ȝ ſpiritales homīes. Verū triſtitia illa leticia ſuauiſſima eſt: nā et Cayn triſtatꝰ eſt: ſed mundi triſtitia / ⁊ Paulus: ſed dei. Quicquid enī ſpiritale eſt: lucrū habet maximū / et mundana oīa maximū diſpendiū. Imploremꝰ ergo inſuperabile ſpūs auxiliū: ſeruemꝰ mandata: neq̄ȝ erimꝰ angelis inferiores: neq̄ȝ enī illi qm̄ corpꝰ nō habēt tales ſunt: ita ei nullus eorū malus fuiſſet: ſed voluntas oīm cauſa eſt. Propterea ex his qui corpore carent / etiam brutis peiores inuēti ſunt / ⁊ ex corporeis illis etiā peiores: ⁊ omēs iuſti q̄ terrā habitāt: qui corpori ſocianꝛ̄ recte faciūt que faciūt: tanq̄ȝ enī hoſpites / ⁊ peregrini terrā habitāt: celū vt ciues. Noli ergo q carnē habeas / de victoria ⁊ labore ꝓ virtute ſubeūda deſpare. Noli reꝝ opificē accuſare / ſi ei carnē ferre impoſſibile / ſanctoꝝ cetus oſtēdiſſet: neq̄ȝ enī carnis natura paulo fuit impedimēto: quin qualis fuit / euaderet: nō Petro vt celi claues acciperet. Et Enoch in carne trāſlatꝰ: nuſq̄ȝ apparuit: ita ⁊ Helias cū carne raptus eſt: et Abraam / Iſaac / et Iacob in carne claruerūt. Ioſeph in carne impudicā mulierem ſuperauit: ⁊ q̄d carnē dico / quā ſi etiā cathenis deuincias / nihil ei nocueris. Nā ſi ligatꝰ ſum (inq̄t Paulus) at ſermo dei nō ligaꝛ̄ / ⁊ quid vincula / quid cathenas memini? Addas ⁊ carcerē / ⁊ cōpedes: nihil hoꝝ vllū affert virtuti īpedimentū. Ita docet Paulus: Vinculū anime nō ferrū: ſed timor ⁊ cupiditas pecuniaꝝ / ⁊ aīe paſſiones / hec ſunt vincula: licet corpus ſolutū ſit: ſed a corpore hec veniūt / inq̄es: Nuge hec / ⁊ mēdaciū: nā ſi ita eſſet oēs iſdē ſubderemur affectibꝰ. Vt enī laſſitudinē / ſomnū / famē / ſitī / euitare nō poſſumꝰ: qm̄ naturalia ſunt: ita ⁊ illa nemīnē īmunē / ⁊ ſibi nō obnoxiū relinquerēt. Q̄ ſi multi his nō ſubijciunꝛ̄: cōſtat pigritie noſtre quicquid perperā facimꝰ aſcribendū. Omīa igiꝛ̄ vitia abſcindamꝰ / neq̄ȝ corpus accuſemꝰ: ſed ſubijciamꝰ anime gubernaculis / vt facile ſempiterna bona cōſequamur: gr̄a ⁊ benignitate dn̄i nr̄i ieſu xp̄i / cū q̄ pr̄i. ⁊c̄.

Homelia. LXXV. Ex capitulo. XV.

**ſ Vrgite eamꝰ hinc. Ego ſum vitis vera: et vos palmites: et pater meus agricola eſt.**

Timidam ⁊ effeminatā animā ignorātia effecit: queadmodū magnā ⁊ ſublimē celeſtis doctrine eruditio: qua q̄ nō fruiꝛ̄ meticuloſa eſt: non natura: ſed voluntate. Cū enī video quēpiā iā fortē / ⁊ impauidū / inde timidū effici: illā ego naturalē paſſionē nō appello. Naturalia ei īmutabilia ſunt. Rurſus cū video timidos repente fortitudinē ſumere: illud q̄ȝ voluntati tribuo: nam ⁊ diſcipuli timidiſſimi erāt: priuſq̄ȝ oportuna diſcerēt / ⁊ digni gratia ſpūs haberenꝛ̄: poſtmodū vero leonibꝰ fortiores apparuerūt / ⁊ Petrꝰ q̄ muliercule minas nō ptulerat: in caput appenſus / ⁊ verberatꝰ / ⁊ multa perpeſſus: nō tacebat: ſed oīa tanq̄ȝ ſomniū pferebat / at nō ante crucē adeo cōfidebat: ideo xp̄s dicebat: [Surgamꝰ abeamus hinc.] Qua gratia dic queſo / an ignorabat qn̄ eſſet tradendꝰ: an ne iudas eo veniret formidabat? neue priuſq̄ȝ eos doceret / capereꝛ̄? Longe hec a diuina abſunt maieſtate ſi nō timebat / cur hīc eos abducit / et poſt finitū ſermonē in hortū Iude cognitū ducit? q ſi aduenisset Iudas nōne poterat viſū auferre / vt pſentibꝫ fecit? Cur ergo diſcedit? Parūper indulſit diſcipulis. Par enī erat vt tremerēt / ⁊ formidarēt / vtpote qui loco certo / ⁊ manifeſto noctu eſſent / neq̄ȝ Ieſu verbis vacarēt: ſed oculos circūferrent / ⁊ ſemp ſe cōprehendi viderenꝛ̄ / ⁊ maxime cum magiſtri ſermo timorē incuteret. Inq̄t enī: nō multa iā cū ipīs locutuꝝ / ⁊ venire mūdi huiꝰ principē. Cū ergo hec ⁊ hmōi verbis perturbarenꝛ̄: ac ſi mox capiendi eſſent in aliū eos locū ducit / vt ībi tutos arbitrati fidentiꝰ audirēt. Erāt enī maxima audituri: ideo inq̄t: [Surgite eamꝰ hinc.] quibꝰ abductis, [Ego ſum vitis (inq̄t) vos palmites.] Quid vult hec parabola ſignificare? Q̄ qui nō vacat doctrine: viuere nō pōt / ⁊ q futura ſigna xp̄i virtute ꝓueniunt. [Pater meꝰ agricola eſt.] quid? Auxilio indiget filiꝰ? Abſit. Neq̄ȝ ſic intelligiꝛ̄. Vide q̄ȝ diligēter hanc parabolā exequiꝛ̄: nō enī radici: ſed palmitibꝰ agricole curā cōferre dicit. Radices aūt nō alia cauſa hic meminit q̄ȝ vt diſcerēt ſine ipiꝰ potētia nihil fieri poſſe / ⁊ q ita ipī fide vniēdi ſunt: vt palmes viti. [Omnē palmitē in me nō ferētē fructū tollet eū pater.] Hic ſignat vitā / oſtendēs ſine opibꝫ neminē in ipo eſſe poſſe. [Et omnē q̄ fert fructū / purgabit eū] id eſt incitabit ad virtutis curā. At qui radix circum foſſione / ⁊ cultu primū indiget: ſed nihil de ea nunc dicit: ſed de palmitibꝰ: ſibiipī ſe ſufficere oſtendens Diſcipuli aūt multa p̄ceptoris cura indigent: etiāſi ſtudioſi ſint: ideo inquit: [Omnē q̄ fructū feret purgabit eū] q̄ fructū nō facit: nō pōt eē in vite: q̄ fructū fert eū reddet fecūdiorē. Hoc vrgentis meroris gr̄a cos allocutꝰ eſt: dicet aliq̄s purgare palmitē: incidere eſt / vt fecundiorē faciat: vnde oſtēdit tētationibꝰ effici fortiores: inde ne de quibꝰ dicat interrogēt / et iteꝝ ſolicitarenꝛ̄ / inq̄t: [iā vos mundi eſtis: ꝓpter ſermonē quē locutꝰ ſum vobis.] Vides qualē ſe palmitū curatorē ꝓfiteaꝛ̄: Ego vos purgaui inq̄t. At q̄ ſuperiꝰ hoc pr̄is officiū oſtēdit: ſed nulla eſt inter patrē ⁊ filium differētia: iā veſtra opꝰ eſt diligētia: inde ne ſe eoꝝ miſterij indigētia: ſed vtilitate hoc facere demōſtraret: addit: [Sicut palmes nō pōt facere fructū a ſemetipſo: niſi māſerit in vite: ſic vos niſi in me māſeritis.] Vt enī metu laxato coꝝ aīo: nō diſcederēt / eos cohibet / ⁊ ſibi cōglutinat / ⁊ bonā ſpem habere iubet / radix enī manet. Incidi aūt ⁊ auferri palmitū eſt / ita vtrinq̄ȝ aggreſſus / ⁊ a bonis et moleſtis rebꝰ: priores a nobis partes exigit. [Qui manet in me / et ego in eo.] Ecce filiū nō minoris eſſe q̄ȝ patrē poteſtatis / ad diſcipulos excitandos. Pater purgat / filiꝰ in eo manet. Manere enī in radice facit vt palmites fructum faciāt. Q̄ ſi nō purgatꝰ in vite palmes māſerit: fert q̄dē fructū: ſed nō debitum qui vero nō manet in vite / nihil parit. Veꝝ purgare filij eſſe oſtēdiꝛ̄: manere in radice pr̄is: q̄ ipam radicē generat. Vides quō oīa cōia ſunt: et purgare et a radice virtutē habere? Magnū quidē detrimentum etiā: nihil poſſe facere: veꝝ alteriꝰ pena ꝓcedit



[Mitteꝛ̄ inq̄t foras:] neq̄ȝ ampliꝰ ab agricola curabiꝛ̄. [⁊ areſcet.] hoc eſt: ſi q̄d habuit a radice: ſi quā gratiā amittet / ⁊ oī idē auxilio ⁊ vita ſpoliabiꝛ̄ / ⁊ tādē in ignē mitteꝛ̄: ſed nō talis / qui manet in vite. Inde oſtēdit quid ſit in ea manere / inquiēs: [Si verba mea in vobis māſerit.] Vides quidē ſupꝰ merito dicebā ipa opa xp̄m exigere. Cū enī dixiſſet: ſi quid petieritis faciā / addidit: [Si diligitis me / mādata mea ſeruate: ſi māſeritis in me / ⁊ verba mea in vob māſerint: q̄ōcūq̄ȝ volueritis petetis / ⁊ fiet vobis.] hec aūt dicebat / oſtēdēs reꝓbos cōcrematū iri: ipos aūt fructū laturos. Timorē ergo ab eis in illos trāſfert: ⁊ inuictos ipos fore ſignat: quare inq̄t: In hoc ſāctificatꝰ eſt pr̄ meꝰ / vt plurimū fructū afferatis: ⁊ efficiamī mei diſcipuli. Hinc ſermoni ſuo auctoritatē facit: nā ſi ad patris gloriā fructꝰ faciendꝰ eſt / nō eā cōtemnet / ⁊ efficiemī mei diſcipuli. Vides quō q̄ fructū affert / ille diſcipulꝰ eſt. Sed q̄d ſignat: [in hͦ clarificatꝰ eſt pr̄?] hoc eſt: letaꝛ̄ cū in me manetis / et fructū fertis. [Sicut dilexit me pater / et ego dilexi vos.] Hic iā magis ſcd̄m hominē loquiꝛ̄: tanq̄ȝ enī ad hoīes dictū vim ꝓpriā hēt: nam qui mori voluit / qui ſeruos / inimicos / hoſtes / tāto honore dignatꝰ eſt: ⁊ in celū adduxit: quō dilectōis mēſurā oſtēdit? Si ergo vos diligo cōfidite: ſi patris gl'a eſt fructū facere: nihil mali ſuſpicamī. Inde ne negligētes faceret: vide quō eos rurſus excitat: [Manete in dilectiōe mea:] hoc in vīa eſt ptāte. Quō aūt hoc erit? Si p̄cepta mea ſeruaueritis: ſicut ⁊ ego p̄cepta pr̄is mei ſeruaui: rurſū humano more loquiꝛ̄. Neq̄ȝ enī legiſlatorē legi ſubditū eſſe oportet: ⁊ q̄ō ſp dico: hoc in loco ꝓpter auditoꝝ ſuſpitionē locutꝰ eſt: ⁊ in tuto eos eſſe / ⁊ inimicos eoꝝ pditū iri aſſerit: p̄terea q q̄cūq̄ȝ hn̄t / a filio hn̄t: q̄ōq̄ȝ ſi purā vitā exhibuerit: nemo eos poterit ſupare. Cōſidera aūt quāta eos auctoritate alloquaꝛ̄. Nō enī dixit / manete in dilectōe pr̄is: ſed mea. Inde ne dicerēt: Qn̄ nos oībꝰ inimicos reddidiſti / tūc nos dimittis / tūc diſcedis: hoc negat: ſed ita eis (mō velint) cōglutinari dicit / vt palmes viti: rurſuſq̄ȝ ne fiducia hac pigriores redderētur: nō duratuꝝ bonū dixit: ſi id negligerent. Et ne ſi ad ſeipm̄ oīa referret ꝓmptiores ad caſū redderet: inq̄t: [In hoc clarificatꝰ eſt pr̄.] Semp enī ⁊ ſuā / et pr̄is ī eo dilectionē oſtēdit. Nō ergo iudeoꝝ res gl'a pr̄is erat: ſed q̄ ipī erāt accepturi. Inde ne dicerent: Patrias traditōes reliquimꝰ / ⁊ nūc oīm nudi deſerimur. In me (inquit) reſpicite: diligit me pater: ⁊ tn̄ hec mihi ſubeunda ꝓponunꝛ̄: nō igiꝛ̄ ego vos: q̄ nō diligā in pſentia relinquo: nā ſi ego morior: nec tn̄ ꝓpterea nō amari a pr̄e cōiecturā facio: neq̄ȝ vos pturbari oportet. Si in dilectiōe mea manebitis: nihil vobis hoꝝ nocere poterit. Magnū nāq̄ȝ ⁊ inſuperabile quiddā dilectio eſt: q̄ nō nudis verbis: ſed re oſtēdēda eſt: ipē inimicos recōciliauit: nos in amore pſtemꝰ: ipſe incepit: nos ſaltē ꝓſequamur: ipē nō ſui comodi gr̄a (nullius enī eget) nos ſaltē ad noſtrā vtilitatē diligamus: ipē inimicos nos ſaltē amicos amore ꝓſequamur / vt e cōtrario facimꝰ. Quotidie enī blaſphemaꝛ̄ ꝓpter nos deꝰ, ꝓpter rapinas: ꝓpter cupiditates: ⁊ fortaſſe quiſpiā veſtrū dicet: Quotidie de cupiditate diſputas: vtinā ⁊ ſingulis noctibꝫ liceret: vtinā in foro ꝓſequi / ⁊ ad menſā: vtinā mulieres / amici / filij / ſerui / agricole / vicini / ⁊ ipm̄ pauimentū / ⁊ parietes ſemp hac voce clamare poſſent / vt vel ſaltē hoc pacto acquieſceremꝰ. Vniuerſū enī orbē hic morbꝰ / ⁊ oīm aīos cōphendit. Magna pecuniarū vis. A xp̄o redempti ſumꝰ / ⁊ auro ſeruimꝰ alteriꝰ aerſſimꝰ dominatū cuiꝰ p̄cepto dicto citius paremꝰ: eiꝰ gratia / genꝰ / amicitiā / leges / oīa deniq̄ȝ ignoramꝰ. Nemo celū cōtemplaꝛ̄ / nemo de futuro cogitat: ſed veniet tempꝰ cū hi ſermones nihil ꝓficient. In inferno (inquit) q̄s cōfitebiꝛ̄ tibi? Deſiderabile auꝝ ⁊ delitias pbet / ⁊ honorabiles facit: nō tn̄ eodē mō celū. Diuitē enī multi ⁊ vitāt / ⁊ odio hn̄t qui aūt virtutē cōplectiꝛ̄ / eū ⁊ honorāt / ⁊ reuerenꝛ̄. Sed ridiculꝰ eſt paup ēt ſi virtute p̄ditꝰ ſit: nō apō hoīes: ſed carētes ratiōe. Neq̄ȝ enī ſi aſini in nos irrudiāt / ⁊ inclangāt graculi: ſapiētes aūt laudēt horū dimiſſo cōſeſſu ſtultoꝝ clamores nos moueant. Sunt enim graculis haud abſimiles / ⁊ aſinis peiores: q̄ pſentia ammiranꝛ̄. Nā ſi terrenꝰ rex te laudet nihil multitudinis ſermonibꝰ moueberis / etſi oēs irrideāt. Cū aūt oīm dn̄s te laudat / de cantharidū ⁊ culicū laudibꝰ cogitas. Quouſq̄ȝ in ceno verſabimur? Quouſq̄ȝ ſtultos / et gule deditos ſpectatores habebimꝰ: qui luſores / ebrios / ventri viuētes ꝓbare poſſunt. Virtutē autē et vitiū ne in ſomnis quidē imaginanꝛ̄. Si quis te accuſet q ducēdaꝝ aquaꝝ ignarꝰ ſis nihil moleſte ferres: ſed rideres: qui tibi ignoratā artē ꝓponeret: at ſi vis virtuti operā dare eiꝰ / ignaros tibi laudatores ꝓponis: ideo nunq̄ȝ eā aſſequamur. Nō enī peritis: ſȝ ignaris res noſtras cōmittimꝰ: illi aūt non ſcd̄m artis rationē: ſed ſcd̄m ignorantiā ſuā ꝓbant. Quare vos hortor: cōtemnamus multitudinē: immo nec laudes deſideremus / neq̄ȝ pecunias / neq̄ȝ opes / neq̄ȝ malū paupꝛtatē exiſtimemꝰ: quippe q̄ ⁊ cōtinētie / ⁊ fortitudinis / ⁊ oīs ſapiētie magiſtra eſt. Nā ⁊ Lazarꝰ in paupꝛtate coronatꝰ eſt: ⁊ Iacob ſolo pane cōtentus erat: ⁊ Ioſeph vltimā paſſus eſt egeſtatē / nō tn̄ ſeruꝰ: ſed dn̄s fuit: et ꝓpterea eū magis admiramur / ⁊ nō tantis eū laudibꝰ ꝓſequimur q frumentū diſtribuit / vt cū carcerē habitauit: n̄ cū corona q̄ȝ cū cathena circūdabaꝛ̄: nō cū in ſolio ſedebat q̄ȝ cū in inſidijs piclitabaꝛ̄. His oībꝰ ⁊ hoꝝ certaminū p̄mijs cōſideratis / nolimus diuitias / honores / delitias / ptātes: ſed paupertatē cathenas / vincula ꝓpter virtutē ſuſcepta admirari finis nanq̄ȝ illoꝝ tumultꝰ plenꝰ eſt / ⁊ pturbatōis ⁊ hac vita finiunꝛ̄: hoꝝ aūt fructus celū eſt / ⁊ celoꝝ bona: q̄ nulla auris audiuit: que vtinā omnes conſequamur: gratia ⁊ benignitate dn̄i noſtri ih̄u. ⁊c̄.

Homelia. LXXVI. Ex capitulo. XV.

**b Ec locutꝰ ſum vobis: vt gaudiū meū in vobis ſit: ⁊ gaudiū veſtrū impleatur. Hoc eſt preceptū meū vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos.**

Omnia bona tūc mercedē habēt: cū debitū finē cōſequunꝛ̄. Q̄ ſi interim q̄s deciderit naufragiū incurrit / queadmodū nauis inumeros vehēs / niſi ad portū appellat: ſȝ in medio pelago ſubmergaꝛ̄: n̄ mō nihil ei lōga ꝓficit nauigatō: ſȝ tāto maiorē faꝛ̄ iacturā q̄ȝto maiores labores ſbijt: ita q̄ ī medio certamīe corruūt aīe grauiori caſu ꝯcutiunꝛ̄: nō paulꝰ gl'az / et honorē ⁊ pacē eos ſeq̄ ait: q̄ p bonoꝝ tolerātia currūt.

quod nūc chriſtus apoſtolos admonet. Cum enim
ipo accepto gauiſi: idem propter paſſionem ⁊ verbo
rum moleſtiā triſtitiā concepturi eſſent: poſt debitā
doctrinā / ⁊ conſolationem: [Hec (inquit) locutus
ſum vobis: vt gaudium meum in vobis ſit: ⁊ gaudi
um veſtrum impleatur.] hoc eſt: ne diſcedatis a me:
neue a curſu deſiſtatis. Gauiſi eſtis in me: et quidē
vehementer: ſed incidit triſtitia: hanc eximam: vt ad
finem vſqȝ letitia ꝑduret / oſtendens in p̄ſentibꝫ non
merorē: ſed leticiā capiendā. Uos ego ꝑturbatos vi-
di: nō cōtempſi / nō dixi cur nō ꝑſeueratis in fortitu
dine: ſed vos cōſolatꝰ ſū / ⁊ hanc dilectionē meā vo
lo ꝑpetuo ſeruetis. Audiſtis de regno gauiſi eſtis /
vt impleat̄ letitia vr̄a. [Hec locutꝰ ſū vobis: hoc eſt
p̄ceptū meū / vt diligat̄ inuicē: ſicut dilexi vos. [In
tuere dei dilectionē tanq̄ꝫ cathena quadā nr̄e dile-
ctiōi cōnexā: icirco nūc duo: nūc vnū mādatū dicit
nemo enī p̄mū ſine altero aſſeq̄ pōt. Nūc (inq̄t) ī hoc
⁊ leges / ⁊ ꝓphete pendēt: nūc Que vultis vobis ho
mīes faciāt: eadē ⁊ vos eis facite. Hec eſt enī lex ⁊ ꝓ
phete dilectio / vt hoc in loco teſtat̄. Nā ſi ꝑſeuerātia
a dilectiōe: dilectio a mādatoꝝ obſeruatōe ꝓuenit:
mādatū aūt eſt vt diligamꝰ inuicē: ꝑſeuerātia a mu
tua orit̄ dilectiōe: neqȝ ſimplicit̄ dilectionē dicit: ſed
⁊ modū docet diligēdi. [Sic ego dilexi vos inq̄t: [
iteꝝ oñdit nō odio aliq̄ diſcedere: ſed dilectōe: quare
magꝭ admirari me debetis: ꝑ vob animā meā pono
vt ſupꝛꝰ inq̄t / optimū paſtorē deſcribēs: hoc aūt ī lo
co eos admonet: ⁊ dilectiōis ſue magnitudinē: ⁊ q̄-
lis ipſe ſit oñdit. Sed grā ſꝑ dilectionē extollit: qm̄
hoc eſt diſcipuloꝝ argumentū: hoc virtutē corrobo
rat. Propterea paulꝰ tātoꝑe dilectionē laudauit:
vtpote verꝰ xp̄i diſcipulꝰ q̄ eiꝰ vim ſit expꝑtꝰ. [Uos
amici mei eſtis ſi feceritis q̄ p̄cipio vobis: iā nō dicā
vos ſeruos: q: ſeruꝰ neſcit q̄d facit dn̄s eiꝰ: vos aūt
dixi amicos: q: oīa q̄ audiui a p̄re meo nota feci vo-
bis.] Cur ergo inq̄t: multa hēo vobis dicere: ſȝ nō
poteſtis portare mō. Nihil aliō ex his verbis īnuit
q̄ȝ nihil alienū a p̄re locutū: cū maximi amoris indi
ciū ſit: ꝙ archana p̄ris cū eis / ⁊ cōicauerit ⁊ dixerit.
Cū aūt oīa dicit: intelligēdū de his eſt: q̄ eos audire
cōueniat: inde aliud: neqȝ paruū amoris argumen-
tū adducit: [Nō vos me elegiſtis (inq̄t) ſed ego elegi
vos:] hoc eſt ī amore p̄cucurri: neqȝ h̄ cōtentꝰ: [Et
poſui (inq̄t) vos] id eſt plātaui vt me diligeretis: ad
huc in vitis trāſlatiōe ꝑſtat: [vt eatis ⁊ fructū affe-
ratis: ⁊ fructꝰ vr̄ maneat.] Q ſi fructꝰ manebit: lō
ge magis ⁊ vos manebitꝭ: neqȝ vos tm̄ amaui inq̄t
ſed ⁊ multa cōtuli bñficia: palmites vr̄os vbiqȝ ter
raꝝ ꝓpagās. Ecce q̄t modis ſuā ꝓponit dilectionē:
cū ⁊ ſecreta p̄ris eis apuperit: cū ī amore p̄uenerit:
cū ꝓ ipis tot mala patiat̄: ex q̄ ſe ꝑpetuo cū ipis q̄ al
laturi ſunt fructū ꝑmāſuꝝ oñdit: neceſſe nāqȝ vt di-
uino freti auxilio fructū faciāt. [Ut q̄dcūqȝ petieri-
tis patrē ī noīe meo / det vob.] At q̄ eiꝰ q̄ petit̄ eſt fa
cere: ꝙ ſi p̄r petit̄ quō filiꝰ facit: Ut nō minorē p̄re ī
telligas. [Hec locutꝰ ſū vobis: vt diligatis īuicē]
hoc eſt: nō ex ꝓbrādi grā dico me animā meā ponere
ꝙ amare prior ceperi: ſed vt in amorē meū vos tra-
ham: inde cū ꝑſecutionē pati multis moleſtū: ⁊ into-
lerabile videret̄: ⁊ par eſſet ēt generoſū animū deijci
ideo multis ꝓpoſitis / ⁊ eorū placato aīo: ad hoc ve-
nit / ⁊ hec eorū gratia: vt alia ex abundātia dicta ſi-
gnificet. Ut enī ſuperiꝰ dixit nō ſolū non dolendū:
ſed letandū / ꝙ iret ad patrē: nō deſerēdi: ſȝ vehemen
tis amoris gratia: ita ⁊ in hoc loco letandū oſtēdit.
Et cōſidera quo pacto eos p̄parat: nō enī ait: Scio
rē moleſtā: ſed cū propter me hoc patiamini: ꝓpter
me etiā ꝑferatis. Non enī ſufficiēs cōſolationis cau
ſa hec fuiſſet: quare ea omiſſa alias duas adducit: ⁊
quia prioris virtutis hoc eſt argumentū: ⁊ cōtrariū
eſſet dolendū: nō ꝙ odio nūc habeamini: ſed dilige-
mini. Hoc aūt ſignificat inquiēs: [Si de mūdo eſ-
ſetis: mūdꝰ q̄d ſuū eſſet diligeret.] Quare ſi dilige-
mini: malū de vobis prebetis argumentū. Inde cū
his verbis rē nō effeciſſet: iterū ꝓſequit̄: [Nō eſt ſer
uus maior dn̄o ſuo: ſi me ꝑſecuti ſunt: ⁊ vos ꝑſequē-
tur.] Oſtendit per hoc maxime futuros imitatores
Quouſqȝ enī xp̄s fuit in carne: contra ip̄m certabat̄
poſt ſuā in celū aſcenſionē: aduerſus diſcipulos pu-
gnatū eſt. Et cū pauci tanti populi bellū ſuſcepturi
perturbarent̄: eorū animos erigit: ꝙ maxime eis le
tandū ſit: ſi ab illis odio habeant̄: ita enī paſſionis
mee participes eritis. Nō ergo perturbari debetis:
nō enī me meliores eſtis: nā vt predixi: [Non eſt ſer
uus maior domino ſuo.] Inde tertio eos cōſolatur
ꝙ pater vna cum ipis iniuriā accipit. [Hec omnia
facient vobis (inquit) propter nomē meū: quia neſci
unt eū / q̄ miſit me.] hoc eſt illū offendūt. Ad hec om
nem eis veniā aufert: ⁊ aliā affert cōſolationē. [Si
non veniſſem: ⁊ locutus eis nō fuiſſem: peccatū non
haberent.] Et cauſam ꝙ iniuſte ⁊ in ſe ⁊ eos facient.
Sed quid in hec nos mala adduxiſti? Nonne ⁊ per
ſecutionē ⁊ odium preuides? Cui his verbis occur
rit: [Qui me odit / ⁊ patrē meū odit.] ex quo nō pa-
rum etiā predicit ſupplicū. Cum enī frequēter pro-
pter patrem chriſtū perſequi dicerēt: omnē nūc ipis
tollit excuſationē: quam ne haberent primū inquit
doctrinā propoſui: inde eam operibus cōfirmaui ſe
cundū Moyſi legē: qui omnes premonuit: vt ei pa
rerent: qui talia faceret / ⁊ diceret: qui ⁊ dei cultum
erudiret / ⁊ maximis clareret miraculis: neqȝ ſimpli
citer ſigna dixit: ſed que nemo alius fecit: ⁊ ipi horū
teſtes ſunt / cum dicant: Nuſq̄ȝ ſic apparuit in Iſra-
el: neqȝ auditū eſt a ſeculo ꝙ quis apperuit oculos
ceci nati / et Lazari reſurrectio / ⁊ alia multa huiuſ-
modi: ⁊ modus ipſe miraculorū nouus ⁊ admirabi
lis. Sed qua gratia et te ⁊ nos ꝑſequunt̄? [Quia
de mundo non eſtis: ſi de mundo eſſetis / mundus
quod ſuū erat diligeret.] Precōmemorat eis ver-
ba: que ad fratres ſuos dixerat: ſed illic quidē mora
lius: vt eos purgaret: hic contra totū apperuit. Et
vnde cōſtat propterea odio nos habendos fore? Ex
his que in me facta ſunt: quod factū aut dictum at-
tulerunt / ne me acciperēt? Inde cum res ſtupenda
nobis eſſet / adducit ⁊ cauſam: hoc cōtentꝰ prophe-
tam adducit: oſtendens eū iāpridē his verbis predi
xiſſe: Quia oderūt me gratis. Quod ⁊ Paulus fa-
ciebat. Multis enī admirantibus quomodo iudei
nō crediderit: prophetarū nititur teſtimonio ꝙ ma-
litia / ⁊ ſtultitia eorū īcredulitatis cauſa fuit. Quid
ergo? Si ſermonē tuū non ſeruauerūt: neqȝ noſtrū
ſeruabūt. Si te perſecuti ſunt: ⁊ nos perſequentur.
ſi ſigna qualia nemo viderunt: ſi verba qualia ne-
mo audierunt: ⁊ nihil tamen profecerunt: ſi patrem
⁊ te odio habent: cur nos eis relinquis? Quomodo
apud eos vllā iam habebimꝰ auctoritatem? Quis
gentiliū nobis aures adhibebit? Ne igit̄ his ītelle-



ctis ꝑturbarent̄: vide quā affert ꝯſolationē. [Cū ve
nerit paraclitꝰ / quē ego mittā vobis a p̄re: ſp̄m veri
tatis: q̄ a p̄re ꝓcedit: ille teſtimoniū ꝑhibebit de me:
⁊ vos teſtimoniū ꝑhibebetꝭ: q: ab initio mecū eſtis]
Ille dignꝰ fide erit: propterea nō ſp̄m ſctm̄: ſed veri
tatis appellauit. Illa aūt particl'a [q̄ a p̄re ꝓcedit.]
hoc eſt q̄ oīa certo nouit: ſic de ſeipo inq̄t: Scio vnde
venio: ⁊ q̄ vado: ⁊ cū de veritate loq̄ret̄: quē ego mit
tā. Ecce ꝙ nō p̄r ſolus: ſȝ ⁊ filiꝰ ſp̄m mittit / et vos q̄
mecū fuiſtis: neqȝ ab alijs audiſtis: adhibetis fidē:
hinc ap̄li cōfirmati dicebāt: Qui cū eo comedimꝰ / ⁊
bibimꝰ. Q nō ad grām dictū ſit: ſp̄us dictꝭ teſtimo-
niū ꝑhibet. [Hec locutꝰ ſum vobis: vt nō ſcādalize
mini.] h̄ eſt cū multos incredulos ⁊ vos ꝑſequētes
videritis: Extra ſynagogā faciēt vos: iā enī hoc de
creuerāt ſi q̄s xp̄m confiteret̄. [Sed venit hora / vt
oīs q̄ iterficit vos: arbitret̄ obſequiū ſe p̄ſtare deo.]
Si vos interficiēt rē piā ⁊ deo gratā facturos ſe exi
ſtimabūt. Inde iterū cōſolat̄: [Et hec faciēt vob: q:
nō nouerūt patrē neqȝ me. [Hoc vos ſatis cōſolet̄:
ꝙ ꝓpter me ⁊ patrē h̄ patiemini. Hic iterū eos btītu
dinis admonet: vt ī p̄ncipio: Bt̄i eſtis cū maledixe-
rint vobis hoīes: ⁊ vos ꝑſecuti fuerint: ⁊ dixerit oē
malū aduerſus vos: mētiētes ꝓpter me. Gaudete
et exultate q: merces vr̄a copioſa eſt ī celis. [Hec lo
cutus ſū vobis vt cū hora venerit reminiſcamini.]
Itaqȝ ex his ⁊ reliq̄ credetis. Neqȝ dicere poteritis
me ad grām loq̄: aut vt vos fallā. Neqȝ enī deceptu
rus: q̄ mēdacij argui poſſent p̄diceret. Ideo p̄dixi ne
in nō expectata incidētes: ꝑturbaremini: ac etiā ne
nō ꝓuidiſſe futura diceretꝭ. [Reminiſcamini ergo:
q: ego dixi vob.] Etenī ſemꝑ iudei vmbra q̄dā ꝑſe-
cuti ſunt diſcipulos ac ſi mali eſſent: nō tn̄ ꝑturbati
ſunt cū a magiſtro p̄ſciuerint id futurū. Sufficiens
nāqȝ cā fuit q̄ eos ꝯfirmaret. Ideo frequēter hoc me
minit / ꝙ nō nouerūt me: ⁊ ꝓpter me facient: ⁊ ꝓpter
nomē meū: ⁊ ꝓpter patrē: ⁊ primus paſſus ſū: ⁊ non
iuſta cā id auſi ſunt. Hoꝝ ⁊ nos in tētatiōibꝫ remi-
niſcamur cū a malis hoībꝫ aliq̄d patimur: in p̄ncipē
nr̄m: ⁊ fidei ꝑfectorē inſpiciamꝰ: ꝙ a malis: ꝙ ꝓpter
virtutē: ꝙ ꝓpter xp̄m mala patimur. Q ſi aīo vole-
mus: oīa facilia: oīa tolerabilia nobis videbuntur.
Nā ſi q̄s pro chariſſimis aliq̄d paſſus etiā gl'iat̄. Si
q̄s ꝓpter deū q̄d tolerat / quā ſentire moleſtiā putā-
dus ē? Si ipe crucē rē ignominioſā gl'iaȝ ꝓpter nos
appellat: multo magis hoc in ip̄m aīo eſſe debemꝰ.
Et ſi mala ita nobis ꝯtēnenda ſūt: multo magis pe-
cunie / ⁊ cupiditates. Oportet enī in rebꝰ grauibꝰ ⁊
moleſtis: nō labores ſed p̄mia conſiderare. Quēad
modū enī mercatores nō maris ꝑicula: ſed lucrū ex-
pectāt: ita ⁊ nos celū / ⁊ dei p̄ſentiā. Et ſi tibi diuitie
dulces vident̄: id deū nolle / tibi in mentē veniat: et
cōtinuo diſplicebūt. Rurſum ſi moleſtū eſt paupibꝫ
aliq̄d dare: noli impēſam dūtaxat intueri: ſed tranſ-
fer mētē ad ſeminis illiꝰ fructū. Et ſi graue erit alie
ne vxoris amorē contēnere: p̄miū tibi ſuccurrat: et
equo aīo ꝑferes. Q ſi hoīum metꝰ ab indebitis nos
rebus nōnunq̄ȝ abducit: lōge magis xp̄i deſideriū.
Difficilis virtꝰ: ſȝ magnas futuroꝝ ꝓmiſſiōes ei cō
paremꝰ. Boni enī ⁊ ſtudioſi: etiā ſine p̄mij reſpectu:
ipſius pulchritudinē ītuent̄: ⁊ ꝓpt̄ eā cōplectunt̄: et
vt deo placeāt nō ꝓpter mercedē recte agūt ⁊ magni
faciūt continentiā: non ne puniant̄: ſed ne offendāt
deum. Q quis imbecillior etiā in premium ſpectat.
Ita ⁊ nos in elemoſyna faciamus: ⁊ gētilium miſe-
reamur: neqȝ fame cōfectos deſpiciamus. Quomo-
do enim nō abſurdū vt alij riſu / et delitijs ſoluti ad
menſam ſaturentur: alioꝝ aūt mendicātiū eiulatꝰ
audiāt: neqȝ miſīcordia moueant̄: ſed egre ferant / ⁊
deceptores appellēt? Quid dicis hō? Propter vnū
panē quis decipit. Quidni inquis? Propter h̄ ergo
hec tollēda ē neceſſitas. Q ſi dare nihil placet: noli
tn̄ maledictis ꝓſeq̄. Si nō vis naufragio liberare:
noli ī ꝓfundū demergere. Scias velim cū acceden-
tē pauperē expellis: q̄liter tibi deū affectū reddas.
Qua enī mēſura mēſurabitis (inq̄t) mēſurabit̄ vob.
Cōſidera q̄ ille aīo repulſus abeat: ocl'os ī humū de
iectos: ꝯquerēs a pauꝑtate ⁊ iniuria plaga accepta.
Nā ſi mēdicare maledictū putat̄: q̄ ſi petit nō mō nō
accipit: ſed cōtumelia afficit̄: ꝯſidera q̄ntū ꝑturbet̄.
Quouſqȝ feris ſil'es erimꝰ: ⁊ naturā nr̄am ꝓpter cu
piditatē ignorabimꝰ? Multi his ꝟbis dolēt. Nol-
lemus: ſȝ vt penitꝰ miſīcordiā cōplectarent̄: aīo vo
lētes diē illū q̄ xp̄i ieſu tribunali aſtabimꝰ: cū vt nr̄i
miſereat̄ rogabimꝰ: cū his in mediū aduocatis xp̄s
ad nos ꝯuerſus / dicet: ꝙ ꝓpter panē vnū ⁊ obolū tā
tis miſerijs eoꝝ aīos affecerimus. Quid dicemus?
Quid excuſabimꝰ ꝙ ſi illos in mediū adducturꝰ ſit
audi q̄d dicat: Quādiu nō feciſtis vni de minoribꝰ
his: neqȝ mihi feciſtis. Neqȝ enī illi q̄cq̄ȝ nob amplīꝰ
dicēt: ſȝ deꝰ ꝓ illis nos rephendet. Nā ⁊ lazarus a
diuite viſus eſt: nō tn̄ quicq̄ȝ ei dixit: ſȝ abraā eiꝰ vi
ces ſuſcepit: ita et paupibꝫ eueniet: q̄ nūc a nobis cō
tēnunt̄. Neqȝ enī ſupplices eoꝝ manꝰ: vel aliq̄ mi-
ſericordie ſpē ītuebimur: cū in gl'ia erūt: nos eoꝝ ſpe
ciē induemꝰ: ⁊ vtinā ſpēm tm̄: et nō lōge grauiꝰ ſup
pliciū. Neqȝ eī diues micis ī pleri illic deſiderabat:
ſȝ ardebat et cruciabat̄ miſere ⁊ audiuit: Recordare
q: accepiſti bona ī vita tua: ⁊ lazarꝰ ſilr̄ mala. Noli
mus ergo vt magnū quiddā diuitias admirari: he
nāqȝ viaticū erūt nob ſupplicij: niſi cauerimꝰ: quē-
admodū ſi cauerimꝰ pauꝑtas et delitiaꝝ ⁊ reḡetis
erit īcrementū. Abluent̄ enī pctā ſi equo aīo tolera-
bimꝰ / et apud deū fidēter adeſſe poterimꝰ. Nolimꝰ
ergo in hac vita ociū q̄rere: vt in celo eo fruamur: ſȝ
labores ꝓ virtute ſubeamus / ſuꝑflua recidamꝰ / et
nihil aliud q̄ramus: q̄ȝ ī paupes oīa nr̄a diſpergere.
Que nob erit excuſatio: cū ipe q̄dē nob celū pollicet̄:
nos ne panē q̄dē ei exhibemꝰ? Cū ipſe tibi ſolē oriri
facit / et oīs creature miniſteriū tibi largitus eſt: tu
nec nudū induis: neqȝ ei domū cōicas. Et q̄d ego ſo
lē et creaturā memini? Corpus tibi ſuū tradidit / et
precioſiſſimū ſanguinē: tu nec potum das: at ſemel
dediſti: non eſt hec elemoſyna. Niſi enī quouſqȝ hēs
indigēti ſubueneris: nunq̄ȝ debitū impleueris. Nā
et virgines habētes lampades: habebāt oleū: ſȝ nō
ad ſufficientiā. Opus eſt enī etiā de tuo nō tā parcū
eſſe: ſȝ cū dn̄i tibi credite ſint facultates: cur tā tenax
es? Uultis cām dicā huiꝰ inhūanitatꝭ. Qui ꝑ aua-
ritiā cōgregāt: ad elemoſynā pigri ſūt. Qui ita lucra
ri didicit: neſcit expēdere. Quō enim q̄ rapine ībiat:
ad contrarium ſe formabit? Qui aliena accipit: quō
ſua dare poterit? Etenī canis q̄ nimia carnis vora-
citate tangit̄: non bene poteſt gregē cuſtodire: iccir-
co paſtores eiuſmodi interficiūt. Quod ne nobis ac
cidat: a tali guſtatu abſtineamꝰ. Etenī carne veſcū
tur: q̄ miſeros fame mori patiunt̄. Nōne vides quo
modo omnia nobis cōmunia ſtatuit deus. Nam ſi

paupes eſſe ꝑmiſit: etiã hoc diuitũ grã factũ eſt: vt
per elemoſynã pctã poſſint abluere. Tu aũt et ĩ hoc
crudelis/ ⁊ inhumanꝰ es. Unde ↄſtat: ꝙ ſi in maiori
bus hãc haberes poteſtatẽ: inumeros ĩteremiſſes: ⁊
lumẽ: ⁊ vitã oẽm excluderes. Qđ ne fiat opꝰ eſt hãc
excidere ĩſatiabilitatẽ. Qꝫ ſi hoc audiẽdo egrius fer-
tis: ego lõge magis videndo. Quãdiu tu diues: ille
paup: Uſqꝫ ad veſperã vlterius nõ licet: adeo bre-
uis vita eſt: ⁊ oĩa in vltimis: ⁊ iã oĩa ſunt in ianuis:
vt vel breuis hora oĩa exiſtimãda ſunt. Quid opus
eſt archa ꝓfluẽti: Quid ſeruoꝝ ⁊ familiariũ multi-
tudine: Quare nõ potius multos elemoſyne preco
nes tibi cõparas: Archa nullã emittit vocẽ: ſed la-
trones/ et fures allicit. Arche pauperũ ad ipm̃ deũ
aſcendũt: ⁊ ſuauẽ vitã pſentẽ faciẽt: ⁊ oẽ ſoluẽt pctm̃:
et gloriã deo honorẽ ab hoĩbꝫ ferent. Quid ergo tibi
tot bona inuides: Nõ eñi illis: ſed tibi cõſules lõge
magis. Illis largiẽdo ĩ hac vita ſubuenis: tibi aũt
futurã gloriã/ ⁊ fiduciã repones: quã vtinã oẽs con
ſequamur: gratia ⁊ benignitate dñi nři. ⁊c̃.

## Homelia LXXVII Ex capitulo XVI

H Ec aũt ab initio vobis nõ di
xi: qꝛ vobiſcũ erã. Et nũc va
do ad eũ q̃ me miſit: ⁊ nemo ex vo
bis interrogat me quo vadis: ſed
quia hec locutus ſum vobis: triſti-
tia impleuit cor veſtrum.

Magna triſtitie vis/ ⁊ multa nobis opus eſt for-
titudine: vt ei affectui generoſe reſiſtamꝰ: ⁊ vtilita-
tẽ inde (ſuꝑfluis abiectis) conſequamur. Cũ eñi vel
nos/ vł ꝓximi peccãt: tũc triſtandũ eſt: cũ aũt in hu-
manos caſus incidimus/ inutilis tũc triſtitia. Que
cũ diſcipulos nõdũ perfectos oppugnaret: cõſidera
quõ eos ꝑterrendo arguit xp̃s. Cũ eñi multi de hoc
interrogaſſẽt: nã ⁊ petrꝰ dixit: Quo vadis: Et tho
mas: Neſcimus quo vadis: et quõ poterimꝰ viam
ſcire: Et philippus: Oſtẽde nobis patrẽ. Nunc au
diẽtes: Extra ſynagogã vos faciẽt: ⁊ odio habebũt
vos. ⁊ Qui ĩterficit vos arbitratᷓ obſequiũ ſe pſtare
deo: ita aĩo defecerũt: vt ne loqui qdẽ poſſent: qđ ex
probrãs eis ieſus inqt: [Hec aũt ab initio non dixi
vobis: qꝛ vobiſcũ erã: ⁊ nũc vado ad eum q̃ me miſit
et nemo ex vobis ĩterrogat me: quo vadis. Sed qꝛ
hec locutus ſum vobis/ triſtitia impleuit cor vřm.]
cuiꝰ nimietas grauis eſt/ ad mortẽ viã parat: ideo
paulus dicebat: Neqñ abundãtiori triſticia abſor-
beatᷓ talis. [Hec ab initio vob̃ nõ dixi] inqt: Qua-
re ab initio nõ dixi: Neqꝫ diceret a ſepenumero cõ-
cõtingẽtibꝫ cõiectatũ eſſe. Et qđ rẽ tã difficilẽ aggre-
deris: Sciebã inqt ab initio: ⁊ nõ ꝙ ignorarẽ tacui:
ſed qꝛ vobiſcũ erã. Et hoc hoĩs iterũ more: q̃ſi dicat:
Quia in tuto eratis: ⁊ licitũ erat interrogare cũ vo-
lẽbatis ⁊ in me totũ bellũ vertebatᷓ: ⁊ ſuperfluũ erat
hec a principio dicere: hoc ergo tunc nõ dixit: Nõne
duodecim aduocãs inqt: Qm̃ ad principes ⁊ reges
ducemini/ ⁊ flagellabũt vos in ſynagogis. Quõ er
go inqt ab initio nõ dixiſſe: Qm̃ verbera/ ⁊ expul-
ſiões pdixerat: nõ tñ ꝙ mors eoꝝ videretᷓ expetẽda:
vt obſequiũ arbitrarentᷓ: hoc eñi p̃ oĩbꝫ eos ꝑterrere
poterat. Siqdẽ tanq̃ꝫ impij ⁊ ꝑditi hoĩes erãt iudi-
cãdi. Preterea illud dicendũ eſt: ꝙ tũc qdẽ q̃ a genti
bus paſſuri erãt/ dixit: nũc ꝟo q̃ a iudeis: ⁊ ꝑ exceſſũ
maxime: ⁊ ꝙ ꝓpe eſſet admonuit. [Nũc vado ad eũ
q̃ me miſit: ⁊ nemo ex vobis interrogat me quo va-
dis: ſed qꝛ hec locutꝰ ſum vobis: triſtitia ĩpleuit cor
vřm.] Nõ parua hec cõſolatio/ ꝙ ſciret quãta triſti-
tia afficerentᷓ/ ⁊ ꝙ relinquerentᷓ a xp̃o: ⁊ ꝙ multa eſ-
ſent paſſuri. Formidabat eĩ an forti ea aĩo eẽnt tole-
raturi. Sed qua grã in tãta ꝑturbatione nõ accepe
rũt ſpm̃ ſcm̃: Ut iã ſatis cõfirmatos ĩtelligeres. Nã
ſi nõdũ accepto ſpũ tãto metu ſuꝑati nõ reſilierũt: cõ
ſidera q̃les futuri eſſent grã repleti. Qꝫ ſi tũc cõſtan-
ter pſeuerarent: ſpũi aſcribendũ eſſet: tũc ꝟo ipſorũ
volũtatis fructus: ⁊ manifeſtũ eoꝝ in xp̃m amoris
argumẽtũ apparuit: cũ adhuc grã nudi eẽnt. [Sed
ego veritatẽ dico vobis: expedit vt ego vadã.] Ec-
ce quõ iterũ eos conſolatᷓ. Nõ ego ad gratiã loquor
inqt: ſed licet maiorẽ immodũ cõtriſtemini: qđ expe
dit audiendũ eſt. Uos vt adeſſẽ velletis: vſus aliud
poſtulat. Diligẽtis aũt eſt cũ vtilitatẽ cognoſcit/ eã
non p̃termittere, vt ea dilecti priuentᷓ. [Si ego non
abiero paraclitꝰ nõ veniet ad vos.] Quid hic dicũt
q̃ de ſpũ nõ recte ſentiũt: Expedit dñm abire ⁊ veñi
re ſeruũ: Uides q̃nta ſit ſpũs dignitas: [Si abie-
ro mittã eũ ad vos.] Et qđ h̃ vtilitatᷓ: [Cũ venerit
arguet mũdũ.] hoc eſt nõ impune hoc faciẽt/ ſi vene
rit. Sufficiẽtia eñi erũt iã facta: eis ſilẽtiũ indicere:
cum aũt ꝑ illũ: ⁊ hec fiẽt: ⁊ doctrina ꝑfectior: ⁊ ſigna
maiora ſubſequentᷓ: multomagis dãnabuntᷓ: cũ tã-
ta viderint in noĩe meo fieri: ex quo manifeſtior mea
fiet reſurrectio. Si qdẽ nũc poſſent dicere me fabri
filiũ eſſe: cuiꝰ patrẽ ⁊ matrẽ cognoſcãt: at cũ me mor
tẽ ſoluere: maliciã/ ⁊ demones fugare: vitia nature
emẽdare: ĩmenſam ſpũs plenitudinẽ mitti: ⁊ hec oĩa
noĩs mei inuocatiõe fieri intuebuntᷓ: qđ dicẽt: Te-
ſtimoniũ ꝑhibuit de me pr̃: ꝑhibebit ⁊ ſpũs: ⁊ q̃uis
a principio teſtificatꝰ ſit: tñ ⁊ nũc teſtificabitᷓ. Illud
aũt ꝟbũ [arguet de pctõ.] hoc eſt oẽm aufert excuſa
tionẽ: ⁊ ſine venia peccaſſe demonſtrabit. [Et de iu
ſtitia: qꝛ ad patrẽ vado: ⁊ iã non videbitis me.] h̃ eſt
qꝛ irrepꝛehẽſibiliter vixi: cuiꝰ ſignũ ẽ ꝙ vado ad patrẽ.
Nã cũ freq̃nter iudei xp̃m accuſarẽt: ꝙ a deo nõ eẽt
et ꝓpterea peccatorẽ/ ⁊ legis trãſgreſſorẽ dicerẽt: hic
oĩs calũnia amouebitᷓ. Nã ſi opinio ꝙ a deo nõ ſim
me trãſgreſſorẽ oñdit: cũ ſpũs me illuc abeũtẽ/ neqꝫ
ad horã: ſꝫ ꝑmanentẽ/ oñderit. Hoc eñi ꝑ eã particu
lã [iã nõ videbitis me:] ſignificatᷓ. Quidnã dicent:
Aniaduerte his duobꝫ oẽm malã ſuſpicionẽ auferri
Neqꝫ eñi pctõr miracula facere: neqꝫ eſſe apud deũ
ꝑpetuo põt: quare nõ poſſunt me amplꝰ pctõrẽ: ⁊ a
deo nõ eſſe dicere. [De iudicio aũt qꝛ princeps huꝰ
mũdi iã iudicatus eſt.] Iterũ hoc in loco de iuſtitia
ꝟba facit: qꝛ aduerſariũ ſuꝑauit. Neqꝫ eñi peccato-
ri poſſibile eſſet: qđ nemo iuſtorũ hoĩum valuit: ꝙ
aũt ꝓpter me iudicatus eſt/ ſciẽt: qꝛ eũ impoſterũ ꝑſ
ſundabũt: ⁊ reſurrectionẽ meã manifeſte videbunt:
qđ iudicãtis eũ eſt: neqꝫ eñi valuit me ſuꝑare. Nam
cũ dicãt ꝙ demoniũ habeo: ꝙ deceptor ſum: oĩa hec
falſa dephendentᷓ. Non eñi illũ viciſſem: ſi pctõ eſſẽ
obnoxius. Nũc ⁊ iudicatus eſt/ et eiectus. [Adhuc
multa habeo vobis dicere: ſed nõ poteſtis portare
modo. Expedit ergo vt vadam.] Siquidem tunc
portabitis/ cum abiero. Et quid: Maior ne te ſpi-
ritus eſt: cum nunc non poſſumus: illo autem adue
niente portabimus: Num maior illius: et ꝑfectior



efficacia eſt: Minime. Mea eteñi dicet: ideo inqt:
Non eñi loquetᷓ a ſemetipſo: ſed quecũqꝫ audiet/ lo-
quetᷓ: ⁊ q̃ ventura ſunt annũciabit vobis. [Ille me
clarificabit: ⁊ de meo accipiet: ⁊ annunciabit vobis
oĩa: quecunqꝫ hẽt pr̃ mea ſunt.] Cũ dixiſſet ille vos
docebit oĩa ⁊ ſuggeret: ⁊ in tribulatiõibꝫ vos cõſola
bitᷓ: qđ ip̃e nõ fecit: ⁊ expedit me abire: ⁊ nõ poteſtis
portare mõ: tũc aũt poteritis: ⁊ docebit oẽm verita-
tẽ: ne his auditis maiorẽ illũ arbitrarentᷓ: ⁊ in vlti-
mã impietatẽ inciderent/ ꝓpterea a ſe accepturũ di-
cit: Hoc eſt q̃ ego dixi: et ipſe dicet. Illa ꝟo particu-
la [nihil a ſeipſo loquetᷓ.] nihil cõtrariũ/ nihil aliud
q̃ꝫ ſe locuturũ ſignificat. Queadmodũ eñi de ſe lo-
cutus inqt: [A me ipſo non loquor.] id eſt nihil p̃ter
pr̃is volũtatẽ: ita ⁊ de ſpũ. [De meo accipiet.] h̃ eſt
q̃ ego ⁊ ſcio: ⁊ cognoſco. Una eñi mea ⁊ ſpũs ſciẽtia.
[Et q̃ vẽtura ſũt annũciabit vobis.] Hoc coꝝ aĩos
excitauit. Ad nullã eñi rem tã cupidũ ẽ humanũ ge-
nus: q̃ꝫ ad futura cognoſcẽda. Ideo frequẽter inter
rogabãt: quo iret: q̃ eſſet via: quã ſollicitudinẽ tollit
cũ annũciaturũ oĩa ſpm̃ pollicetᷓ: ne incauti errarẽt.
[Ille me clarificabit.] Quõ: In noĩe meo virtutẽ
dabit. Cũ eñi adueniẽte ſpũ maiora ſigna eẽnt oſtẽ-
ſuri: ideo iterũ eq̃litatẽ ĩdicat inquiẽs: [Ille me cla-
rificabit.] et quõ: Oẽm veritatẽ dicet: eteñi h̃ ipſũ
teſtificatᷓ/ ꝙ docebit veritatẽ. Ipſe eñi ieſus ⁊ qꝛ car
nẽ indutꝰ erat: ⁊ qꝛ de ſeipſo dicere diſcipuli nõ pu-
tabãt/ ⁊ qꝛ nõdũ manifeſte reſurrectionẽ norãt: cũ ĩ-
becilliores eſſent: ⁊ ꝓpter iudeos: ne tanq̃ꝫ legis trãſ
greſſorẽ punitũ arbitrarentᷓ: freq̃nter nihil de ſe ma
gnũ locutꝰ eſt: neqꝫ apte a lege frequẽter diſſenſit: ⁊
cũ nõdũ cõfirmati eſſent diſcipuli: ⁊ multi credituri
etiã a pctis purgãdi eſſent: ⁊ alij de ipſo dicerẽt: me
rito de ſe magna loqui abſtinuit/ ne ei ſtulticie: ſꝫ au
diẽtiũ imbecillitati aſcriberẽt. Ideo cũ dixerit: [do
cebit vos oẽm veritatẽ.] ſb̃dit: [Nõ loquetᷓ a ſemet
ipſo.] Qꝫ eñi doctrina ſpũs nõ ĩdigeat: audi paulũ:
Que dei ſunt nemo nouit/ niſi ſpũs dei. Et queãd-
modũ ſpũs hoĩs nõ ab alio diſcit: ita ⁊ ſpiritusſcũs.
[De meo accipiet.] hoc eſt: in nullo a me diſſentiet.
[Oĩa quecũqꝫ hẽt pr̃/ mea ſunt.] Cũ ergo mea ſint
illa: ⁊ ille a pr̃e/ dicet: de meo dicit. Sed cur nõ ve-
nit ſpũs añ xp̃i diſceſſũ. Quia nondũ maledicto ſub
lato: neqꝫ ſoluto pctõ: ſꝫ oĩbus adhuc pene obnoxijs
nõ veniſſet. Oportet (inqt) inimicitias prius diſſol-
ui: ⁊ recõciliari vos deo: inde tũc donũ illud accipe.
Sed cur inqt [mittã eũ.] hoc eſt ad eiꝰ vos acceptio
nẽ p̃parabo. Quõ eñi q̃ vbiqꝫ eſt mittitᷓ: Preterea
⁊ ꝑſonarũ differẽtiã oñdit: cũ duas ponit: ⁊ cũ ita ĩ
ſeꝑabiliter ſe habeãt: vt ſpm̃ cõplectantᷓ/ et colãt ſua
det. Poterat eñi ⁊ ipſe hec facere: ſꝫ ꝓpterea ſpm̃ mi
raculis clarere ꝑmiſit: vt eiꝰ intelligerẽt dignitatẽ.
Sicut eñi pr̃ q̃ ſunt ꝓducere potuit: filiꝰ aũt ea face-
re dicitᷓ: vt eiꝰ potentiã intelligamꝰ/ ita ⁊ h̃. Et ideo
ipſe carnẽ accepit: ſpiritui opationẽ reſeruauit: et ita
his ſilentiũ ĩpoſuit: q̃ ĩenarrabilis benignitatis ma
teriã in ĩpietatis argumentũ accipiũt. Cũ eñi dicãt:
⁊ ꝓpterea filiũ incarnatũ: qm̃ inferior erat pr̃e. Dice
mũs ad illos: Quid de ſpũ dicetis: Nõ accepit car-
nẽ: neqꝫ ꝓpterea filiũ maiorẽ aſſeret. Ideo in baptiſ
mate trinitas accipitᷓ. Eteñi pr̃ totũ facere poteſt/ et
filius: ⁊ ſpũſſctũs: ſed cũ nemo de pr̃e: ſed de filio: et
ſpũ dubitaret: in initiatiõe accipitur: vt in cõicatio-
ne ſocietatis illoꝝ archanorũ bonorũ: ⁊ dignitatis
cõicationẽ intelligamꝰ. Nã ꝙ filiꝰ ꝑ ſeipm̃ poſſit: q̃
in baptiſmate cũ pr̃e poteſt/ ſpũſſctũs: manifeſte il-
autẽ nobis oſtendit: ꝙ nõ hoc videtꝛ: ſed admiranda
quedã ſubſtãtia. [Pater iuſte: mũdus te nõ cogno
uit.] q̃d hoc ſignat? Quãnã hẽt cõſequentiã? Oſtẽ-
dit neminẽ ſcire deũ: niſi ſolos q̃ filiũ cognoſcũt: hoc
eſt: Uolebã oẽs hoc eſſe: ſed nõ cognouerũt te: q̃ȝuis
nihil poſſent arguere: h̃ ſignificat [Pr̃ iuſte.] h̃ mihi
aſperius dictum videtꝛ: ꝙ tam bonũ/tã iuſtũ cogno
ſcere noluerint. Cũ enĩ iudei deũ ſe ſcire: ipm̃ aũt ne
ſcire dixiſſent/ad hoc reſpondit inquiẽs: dilexiſti me
ante mũdi cõſtitutionẽ: ſe aduerſus iudeoꝝ calũni-
as excuſans. Qui claritatẽ accipit: q̃ ante mundi cõ
ſtitutionẽ dilectus eſt: q̃ teſtes vult eos: illius clari
tatis quõ cõtrarius eſſet patri? Non igitꝛ hoc eſt qꝺ
dicũt iudei: ꝙ ipſi te cognoſcũt: ego aũt minime: ſed
ꝯtra oĩno. [Ego te noui] nõ alĳ. [Et hi cognouerũt:
q̃ȝ tu me miſiſti.] Uides ꝙ eos notat; q̃ a deo nõ eſſe
dicebãt/⁊ ad hoc oẽm refert ſermonẽ. [Et notũ feci
eis nomẽ tuũ/⁊ notã faciã.] Atqui ſpiritꝰ ꝑfectã co-
gnitionẽ inquis: ſed que ſpũs ſũt mea ſunt. [Ut di-
lectio q̃ dilexiſti me in ipſis ſit/⁊ ego ĩ ipis.] Si enĩ
intelligerent/qui tu ſis: tũc ſcirent me alienũ nõ eſſe
ſed maxime dilectũ filiũ ⁊ cõiunctũ. Qui hoc vt de-
cet/credũt ⁊ fidẽ in me/⁊ verã ſeruãt dilectionẽ: ⁊ q̃
me vere diligũt/in his ego ſum. Uide quõ in perfe
ctũ finẽ deſinit in dilectionẽ oĩum bonoꝝ matrem.
Credamus ergo ⁊ diligamus deũ: ne de nobis di-
catꝛ: Deum cõfiteri ſciũt: operibus negãt. et iterum
Fidẽ negat ⁊ eſt infideli peior. Cũ enĩ ille: ⁊ familia
ribus/⁊ cõſanguineis ⁊ alienis tu ne ſanguine q̃dẽ
coniũctis: vlla charitate afficeris: quenã tibi erit ex
cuſatio/cũ deũ ⁊ maledictis et cõtumelĳs ꝓſeq̃ris?
Conſidera quot bonis: bñfaciẽdi occaſiões dederit
deus. Alĳ vt cõſanguineo: alĳ vt vicino: huic vt ci-
ui: illi vt hoĩ miſeretꝛ. Cũ ſi horũ nihil te cohibet: ſed
oẽ amoris vinculũ diſſoluis: audi paulũ: q̃ te infide
li peiorẽ aſſerit: qm̃ ille nihil de elemoſyna: nihil de
celo audiens: te humanitate ſuperauit: tu inimicos
diligere iuſſus: familiares vt inimicos intueris/et
pecunĳs magis parcis: q̃ȝ corporibꝫ. Atqui diuitie
abſumpte: nihil mali patientꝛ/hic cõtẽptꝰ cõſumitꝛ.
Que ergo inſania pecunĳs parcere/⁊ nõ gentilibꝫ?
vnde hoc deſideriũ ortũ habuit: vñ hec inhũanitas/
atq̃ȝ crudelitas? ſiquis tanq̃ȝ in editiori theatri loco
ſedens: totũ mundũ/⁊ oĩa humana deſpiceret: cõſi-
dera q̃ȝtam reprehẽderet ſtulticiã/quot lachrymas
ꝓfunderet: quo riſu moueretꝛ: quantũ odiũ cõciꝑet.
Ea enim facimus/que riſu/lachrymis/odio digna
ſunt. Ille canes paſcit: vt feras ſilueſtres capiat/et
ipſe in feritatẽ incidit. Ille aues paſcit. Alius thau-
ros/vt lapides trãſferat/hoĩes cõtẽnit: cũ fame ta-
beſcũt/⁊ inumerã ꝯſumit pecuniã: vt lapidei hoĩes
effingantꝛ. Uere hoĩes lapidei q̃ calamitoſos deſpici
unt. Aliꝰ gẽmas/⁊ aurũ miſere colligens: parietes
veſtit: pauperũ corpꝰ nudũ vidẽs: nulla flectitꝛ miſi
cordia. Alĳ veſtes veſtibꝫ addũt: aliꝰ autẽ neq̃ȝ ipm̃

corpus nudũ veſtire nouit. In iudicĳs irẽ/aliꝰ aliũ
cõſumit. Alius in meretrices/et paraſitos: alius in
mimos ⁊ ſaltatores: alius in ſplẽdida et magnifica
edificia in emẽdis poſſeſſiõibꝫ et domibꝫ impẽdit. Il
le p̃terea vſuras cõputat: aliꝰ vſurarũ vſuras: aliꝰ
cyrographa cediũ plena ꝯficit: neq̃ȝ vel nocte cõqui-
eſcit: ⁊ proximoꝝ malis inuigilat/illuceſcẽte die: hic
ad iniuſtũ lucrũ: ille ad diſpendiũ in luxu: alius ad
petulatũ currit/⁊ ſuꝑfluis rebꝫ: ⁊ ꝓhibitis maximũ
ſtudiũ impenditꝛ: neceſſarĳs nullũ. Iudices aũt: no
mẽ quidẽ iudicũ hñt: re aũt latronũ/⁊ homicidarũ.
Et ſiq̃s cõtrouerſias: ⁊ teſtamẽta ꝑquirat: innume-
ra etiã hic mala/fraudes/furta/inſidias depẽhẽdet:
circa q̃ oẽs nr̃i conatus: ſpiritaliũ ratio nulla: ſed ad
eccleſiã vt tantũ videãt ꝯcurritꝛ. Uerũ nõ hoc eſt qꝺ
querimꝰ: ſed opibus nobis/et pura mẽte opus eſt.
Nã ſi toto tp̃e auaritie ſtudueris: inde huc igreſſus
pauca ṽba dixeris: nõ mõ deũ nõ placaueris: ſȝ plu
rimũ irritaueris. Si tibi dñm tuũ cõciliare volue-
ris: opa exhibeas: intellige calamitoſorũ onera: in-
tuere nudos/eſuriẽtes/iniuria affectos: q̃bus mul
tas tibi hũanitatis vias ſternere poteris. Nolimꝰ
noſipſos fruſtra/⁊ incaſſum viuendo ſeducere: neq̃ȝ
ꝙ nũc bene valeamꝰ nos aſpernemur: ſed memoriã
ſubeat: ꝙ morboꝝ vi nõnunq̃ȝ morimur. Caueamꝰ
futura mala: et hac formidine meliores efficiamur:
ac ſi maxime ſimꝰ reprehendẽdi. Qui enĩ in iudicĳs
dicũt canibꝫ ſilẽs ſunt: q̃ in foro vulpibꝫ: q̃ vitã deſi-
dẽ viuũt: neq̃ȝ hi vt decet/exercentꝛ/cũ ĩ ſpectaculis
bonos mores corrũpãt. Qui dignis rebꝰ incũbat:
videmus neminẽ. Qui inuideãt/⁊ maledicant/⁊ ſe
indigna faciãt/multos. Itaq̃ȝ punientꝛ etiã: nõ ſolũ
q̃ maloꝝ ſunt auctores: ſed q̃ faciẽtibꝫ cõſentiũt. Uo
luntas enĩ eadẽ eſt: q̃ ſilĩr dat penas. Hec ergo quot
tidie repeto: neq̃ȝ ceſſo: ſi quis mihi auſcultauerit:
lucrabitꝛ. Si nemo/ſciatis velim/vel hec nobis ꝓ-
futura. Uoſipſos accuſabitis/nos ab om̃i culpa va
cui. Sed abſit: vt hãc nos afferamꝰ excuſationẽ: ſed
vt nobis glĩe ſitis: apud xp̃i tribunal: vbi ſimul ſem
piternis bonis cũ eo ꝑfruamur: quẽ decet glĩa ſimlĩ
cũ pr̃e ⁊ ſpũſcõ in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Homelia LXXXII Ex capitulo XVIII

b **Ec cũ dixiſſet ieſus egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentẽ cedron: vbi erat ortus: in quẽ introiuit ipſe ⁊ diſcipuli eius.**

Horrendũ q̃d mors eſt: ⁊ formidoloſum: ſȝ nõ his:
q̃ ſuꝑnã ſapientiã cõtẽplantꝛ. Qui futura nõ intelli-
git: ⁊ ipſam tm̃ vite finẽ reputat nõ ab re/⁊ horret ⁊
formidat: ac ſi nihil futurus ſit. Nobis aũt q̃ gratia
dei incerta/⁊ oculta ſapiẽtie eiꝰ didicimꝰ/⁊ migra-
tionẽ mortẽ arbitramur: minime formidandũ eſt: ſȝ
letandũ/atq̃ȝ deſiderandũ: vt a caduca hac/⁊ morta
li vita ad meliorẽ/⁊ lõge clariorẽ: nullo fine cõprehẽ
ſam trãſferamur: qꝺ xp̃s nos opibꝫ erudiẽs: nõ vi ⁊
neceſſitate: ſȝ ſpõte ad paſſionẽ venit. [Hec (inq̃t) cũ
dixiſſet ieſus: egreſſus eſt trãs torrentẽ cedron: vbi
erat ortꝰ: in quẽ introiuit ipſe ⁊ diſcipuli eiꝰ. Scie-
bat aũt ⁊ iudas q̃ tradidit eũ/locũ: q̃ȝ frequenter ie-
ſus cõuenerat illuc cũ diſcipulis ſuis.] Media no
cte iter facit: torrentẽ trãſit: ⁊ ad locũ ꝓditori notum
ꝓperat/vt laborẽ eis demeret: ⁊ oſtendit diſcipulis

ſe ad mortē ſpōte ꝓficiſci: qđ maxime ad eoꝝ cōſola-
tionē faciebat. Eteni in horto tanqꝫ in carcere com-
morat. Hec cū dixiſſet. Quid dicis? Patrē orauerat.
Quare nō dicis poſt orationē in hortū veniſſe?
Quia nō orō: ſed ſermo fuerat ad diſcipl'os. Introi-
erūt autē diſcipuli in hortū: ita metu eos liberauit:
ne ingredi recuſarēt. Unde aūt iudas eo contende-
rit: vñ didicerit: eo cōſtat: ꝙ multū extra ꝑnoctabat
ieſus. Neqꝫ eni ſi domi ageret iudas ad hortū ꝓpe-
raſſet: ſed domū / vt dormientē cōphenderet. Ne er-
go hortū ſecretū receſſum opinareris / addidit: ꝙ ſcie
bat iudas locū: neqꝫ hoc tm̄: ſed ꝙ frequenter ieſus
cōueniebat illuc cū diſcipl'is ſuis. Sepenumero eni
cū his ꝑuatim de neceſſarijs loqbat: q̄ alios audire
nō licebat. Facit aūt hoc in montibus ⁊ in hortis: lo
cū ꝓcul a tumultu maxime ſibi deligēs: ne doctrina
īpediret: [Judas aūt cū accepiſſet cohortē / ⁊ a pōti
ficibꝰ / ⁊ phariſeis miniſtros venit illuc.] Et hi ſepe
alias miſerūt ad xp̄m cōprehēdendū: ſꝫ nō potuert.
Unde conſtat ſpōte ſua ſe tradidiſſe. Et quō iudas
cohorti ꝑſuaſit? Militares erāt viri: ⁊ mercede oīa
audebāt. [Jeſus autē ſciēs oīa q̄ vētura erāt ſuꝑ eū
ꝓceſſit: ⁊ dixit ad eos: Quē q̄ritis?] hoc eſt non eoꝝ
aduētu obſtitit interrogare: ſed intrepide tanqꝫ oīa
ſciēs: ⁊ dicit ⁊ facit. Quare āt cū armis veniūt? Ti
mebāt ſequētes ieſum: ⁊ ꝓpterea etiā intēpeſta nocte
aggreſſi ſunt. [Dicit eis: Quē q̄ritis? Rñderūt ei:
Jeſum nazarenū.] Uides vim inſuꝑabilē: quō ī me
dio exiſtēs eos cecauit. Et eni nō tenebris id noctis
cōtingeret: oñdit euāgeliſta cū dicit: faces habuiſſe
q̄s niſi habuiſſent saltē voce cognitꝰ eſſet. Et ſi illi ie
ſum ignorabāt: nō tñ iudas ob cōtinuā cū eo cōſue-
tudinē. Aderat eni neqꝫ magis agnoſcebat: ſed cum
alijs retrorſū cecidit. Fecit aūt hoc ieſus demōſtrās
nō ſolū nō poſſe eos ſe caꝑe: ſed ne mediū q̄dē videre
niſi ſeip̄m traderet: iterū dicit: [Quē q̄ritis?] O cle
mentiā: verbo eos ꝓſtrauit: nec cōuerſi ſunt / tantā
virtutem intelligētes: ſed iterū aggrediunt. Cum
aūt qđ ſuū erat īpleſſet: iā ſe tradit / inquiēs: [Dixi
vobis q2 ego ſum. Stabat autē ⁊ iudas q̄ tradebat
eū.] Aniaduerte euāgeliſte tolerantiā. Nō maledi-
cit ꝓditori: ſed factū narrat. Unū dūtaxat curat de
mōſtrare ꝙ ſe capi ꝑmiſerit. Inde ne quis diceret ꝙ
ipſe xp̄s eos ad ſe capiendū adduxerit / et ſe manife-
ſtās: in manꝰ eorū dederit: cū oſtēderit primū q̄bus
facile moueri debeāt: ⁊ tñ in ꝓpoſito ꝑſtitiſſēt: ⁊ mi-
nime iā poſſet excuſari: tūc ſe tradidit inquiēs: [Si
ergo me q̄ritis: ſinite hos abire.] ad vltimā vſqꝫ ho-
rā ſuā in eos benignitatē p̄ſeferēs. [Si me vultis
(inq̄t) dimittite hos. Ecce meip̄m trado: [Ut ipleret
ſermo / quē dixit: Quia quos dediſti mihi / nō perdi
di ex eis quēq̄ꝫ] Perditionē aūt dicit: nō mortis
ſed illā eternā. Euāgeliſta aūt ⁊ ī p̄ſenti hoc accepit.
Admirari aūt q̄s poſſet: cur nō cōprehenderūt etiā
cū ieſu vt verberarēt diſcipulos: ⁊ petrū maxime: q̄
eos ſerui aurē abſcindēdo irritarat. Quid ergo eos
continuit? Nemo alius q̄ꝫ q̄ eos retrorſum ꝓiecerat
potētia: qđ euāgeliſta nō eoꝝ mētis: ſed ſuꝑne virtu
tis eos cohercēs fuiſſe ſignificat īquiēs: [Ut ſermo
impleret quē dixit: Nō perdidi ex eis quēq̄ꝫ.] Pe
trus ergo hac voce ⁊ his q̄ iā facta viderat fretꝰ: cō-
tra irruētes armat. Et quō inq̄es / q̄ iuſſus eſt: neqꝫ
perā habere: neqꝫ duas tunicas: gladiū hēt? Ut pu
to hoc metuens iā ſe premunierat. Et ſi dixeris quō

cui p̄cipit ne alapā īferat: homicidā agit: et maxime
cū nō vlciſci p̄cipiat? Uerū non ſe: ſed magiſtrū vltꝰ
eſt. Preterea nōdū ꝑfecte / ⁊ ꝯſumate virtutis erāt.
Et ſi vis petri ſapiētiā intelligere: videbis poſtmo-
dū ceſū ⁊ equo aīo oīa ꝑferentē: ⁊ nullis malis / nul
lis calamitatibꝫ ꝑturbatū. Jeſus aūt etiā hoc in lo-
co miraculū facit ſiml' erudiēs nos: ꝙ in ꝑſecutores
noſtros bñficos nos eſſe oportet. Et cū ſuā obtege-
ret poteſtatē: ſeruo illi aurē reſtituit: Petro aūt di-
xit: ꝙ qui gladiū accipiūt: in gladio ꝑibunt: ⁊ ei vt in
lauando minatus eſt vt eiꝰ conatū retūderet. Et ſer
ui nomē meminit euangeliſta: qm̄ magna res erat:
nō tantū ꝙ eū curauerit: ſed cū paulopoſt eſſet ab eo
alapā accepturus: hinc ad ꝑſecutiōes tolerādas vo
luit diſcipulos erudire. At q̄ etiā ꝓpterea nomē po-
ſuit euāgeliſta: vt legētes tūc poſſent diligētius in-
q̄rere: an ita ſe res habuiſſet. Nec ſimpliciter dexte-
rā auriculā dicit: ſed mihi videtur apl'i impetū vel-
le oſtēdere ꝙ fere in ip̄m caput irruit. Jeſus aūt non
minis tm̄ petrū cohibet: ſed ⁊ alios ſedat inquiens:
[Calicē quē dedit mihi pater: nō vis vt bibā illū?]
Oſtendēs nō illorū potētie id aſcribendū: ſed ꝑmiſ-
ſioni ſue ac etiā ꝙ nō eſſet deo cōtrariꝰ: ſed obediret
patri vſqꝫ ad mortē. [Tūc cōprehenderūt ieſum ⁊ li
gauerūt: ⁊ adduxerūt eū ad annā ꝑmū.] Quare ad
annā? Ut rem oſtentarēt: ⁊ tanqꝫ triūphū ducerēt.
[Erat aūt annas ſocer cayphe: q̄ erat pōtifex anni il
lius. Erat autē cayphas q̄ cōſiliū dederat iudeis: ꝙ
expedit vnū hoīem mori ꝓ ppl'o.] Cur iterū huius
nos ꝓphetie admonet? Ut ꝓ ſalute hoc factū demō-
ſtraret: ⁊ tantā eſſe veritatis excellentiā: vt ⁊ inimi-
ci eā p̄dixerint. Ne ergo vinculorū mētione auditor
ꝑturbaret: id meminit: qm̄ ſalus orbis terrarū: eiꝰ
mors eſſet. [Sequebat aūt petrus / ⁊ aliꝰ diſcipu-
lus.] Quis aliꝰ? Ipſe q̄ hec ſcripſit. Et cur ſe nō no
minat? Cū eni ſupra pectꝰ ieſu recūberet: merito ſe
ſilentio preterijt. Sed q̄ gr̄a in hoc loco? Eadē ipſa.
Nā et hic quoqꝫ ſe laudat ꝙ alijs diffugiētibꝫ: ipe ſe
queret: ideo ⁊ ſuū nomē ſilet: et petrū ſibi p̄ponit: et
ſui meminiſſe nō coactus eſt: vt intelligas eū ceteris
diligētius q̄ in aula principis facta ſunt enarrare:
vtpote q̄ aderat. Et aniaduerte quomō ꝓprie laudē
demit. Ne q̄s ei diceret quō oībꝫ aufugiētibꝫ ipſe in-
greſſus eſt? Cauſam affert: ꝙ eſſet notus pōtifici: ne
q̄s ſe ſecutū admiraret: neue id ei fortitudini aſcribe
ret. Illud mirandū ꝙ petrus tā timidus vſqꝫ ad au
lam ſolus venerit. Et eni eo vſqꝫ venerit amoris: ꝙ
nō ingrederet timoris erat indiciū: ideo hec ſcripſit
euāgeliſta: preoccupās negationis excuſationem.
Neqꝫ eni tanqꝫ rē magnā ait ſe notū pōtifici: ſed cum
ſolū ſe cū ieſu veniſſe dixiſſet: ne putares animi ma-
gnitudine factū / cauſam affert. Et autē / ⁊ petrus /
et illius fauore ingreſſus eſſet: ex ſequētibꝰ oſtēdit.
Cum eni exijt / ⁊ cū hoſtiaria egit: vt introduceret:
ſtatim intrauit petrus. Cur aūt ipſe nō introduxit?
Chriſtū ſpectabat ⁊ ſequebat: ideo iuſſit mulieri: vt
eū introduceret. Quid mulier? [Nunq̄d ⁊ tu ex di-
ſcipulis es hoīs huius? Dicit ille: Nō ſum.] Quid
dicis petre? Nōne dudū dixeras ſi oportuiſſet ani-
mā ꝓ eo ponere te poſiturū? Quid ergo ne hoſtiariā
q̄dē rogantē ꝑferre potes? Nū miles. Nū aliq̄s eoꝝ
q̄ ieſum ceperāt te rogabat? Uilis erat hoſtiaria / et
abiecta: neqꝫ aſꝑe ꝑcōtata. Non dixit / deceptoris / ⁊
ꝑditi illius diſcipulus es: ſed hoīs huiꝰ: tanqꝫ eius



miſereret. Sed nihil hoꝝ ꝑtulit. Dixit aūt: [Nun-
q̄d ⁊ tu?] q2 ioānes aderat: adeo benigne locuta eſt
mulier. Sed nihil hoꝝ intelligebat petrus: neqꝫ rē
aduertit / ꝙ primo / ꝙ ſcđo / ꝙ tertio negaret: niſi cū
gallus cātauit. Neqꝫ hoc aduertiſſet: niſi ſe xp̄s con-
ſpexiſſet. Et ipſe q̄dē calefaciebat ſe cū ſeruis princi
pis. Jeſus intus ligatus tenebat. Hec aūt dicimꝰ
nō in petri excuſationē: ſed ad oſtendendū xp̄m vera
p̄dixiſſe. [Prīceps aūt interrogauit ieſum de diſci-
pulis ſuis / ⁊ de doctrina.] O maliciā: cū frequēter
in tēplo loquentē: ⁊ palā docentē audiſſet / hoc ꝑcon
tat. Cū nullā haberēt crimē qđ obijcerēt de diſcipu
lis rogabat: fortaſſe vbi eſſent: ⁊ q̄ gr̄a eos elegiſſet:
⁊ q̄d vellet / ⁊ in quibꝰ his vti: hoc dicebat q̄ſi ſeditio
nis / ⁊ nouitatis eū arguēs: ⁊ ꝙ nemo alius ipſi cre-
deret p̄ter illos ⁊ tanqꝫ quoddā eſſet malitie inſtru-
ctū: qđ arguens xp̄s inq̄t: [Ego palā locutus ſum
mūdo:] nihil priuatim diſcipl'is. [Ego ſꝑ docui ī tē
plo.] Quid g̃? Nihil ne ſecreto diſcipulis dixit? Di-
xit ſane: ſed nō qđ illi arbitrabant: ꝙ timeret / et ſe-
ditiones ſtrueret: ſed cū aliq̄n altiora: q̄ꝫ q̄ multitu-
do caꝑe poſſet loquebat: [Quid me interrogas? in
terroga q̄ audierūt.] Nō arrogāter rñdet: ſed fretꝰ
veritate: qđ in p̄ncipio dicebat. Si ego teſtimoniū
ꝑhibeo de me ipſo: teſtimoniū meū eſt verum. Idē ⁊
hoc in loco: ex abundātia ſuū vult teſtimoniū cōfir-
mare. Nā cū de diſcipulis princeps ꝑcontaret / ait:
Me de meis rogas? Roga inimicos: inſidiatores:
q̄ me ligarūt vt teſtificent. Id eni veritatꝭ maximū
eſt argumentū: cū q̄s inimicos in teſtimoniū addu-
cit. Princeps autē cū ita q̄rendū eſſet / nō q̄ſiuit: ſed
vnꝰ ex aſtātibꝰ miniſtris q̄ dedit ei alapā. Quid h̄
impudētius? Exhorreſcat celū: contremiſcat terra:
de xp̄i patiētia: ⁊ ſeruoꝝ impudētia. Et q̄dnā dixe-
rat? Neqꝫ vt ſe excuſādo ait: [Quid me īterrogas?]
ſed vt oēm impudētie materiā tolleret: et cū ꝑcuſſus
eſſet: ⁊ oīa ſternere / ⁊ delere in ſua haberet ꝑtāte lo-
quit: q̄ oēm feritatē placare facile potuiſſet. [Si ma
le locutus ſum (inq̄t) teſtimoniū perhibe de malo.]
hoc eſt: Si me v̄bo rep̄hendere potes / oñde: ſin mi-
nus cur me cedis? Uides iudiciū tumultus / ⁊ ꝑtur
batiōis / ⁊ cōfuſiōis plenū. Rogauit princeps ſub-
dole / ⁊ doloſe: rñdit Jeſus vt oportuit. Quid dicen
dū erat: vel cōfutare / vel acq̄eſcere? ſed neutrū facit.
Uerū ſeruus eū cedit: hoc nō iudiciū ē: ſed violētia.
Inde neqꝫ ſic q̄cq̄ꝫ hñtes qđ accuſarēt: mittūt eū li-
gatū ad cayphā. [Erat aūt petrus ſtās ⁊ calefaciēs
ſe.] Pape / quo ſopore calor ille vehemēs petri con-
tabuerat / capto ieſu? Neqꝫ poſt tot mouetur: ſed ad-
huc ſe calefacit / vt intelligas q̄ꝫ imbecilla ſit huma-
na natura: cū nos deus deſerit. Et rogatꝰ iterū ne-
gat. Tū cognatus ſerui illius cuius petrus auricu
lam abſciderat: ea re motus ait: [Nonne ego te vi-
di in horto?] Neqꝫ hortꝰ: neqꝫ immenſus amor quē
ieſus illic oſtēderat verborū eiꝰ petrum admonuit:
ſed oīa formidine exciderūt. Sed cur euāgeliſte oēs
in hoc cōcordarūt? Nō vt diſcipulū accuſarēt: ſꝫ eru-
dirēt quantū mali ſit non oīa deo cōmittere: ſed ſibi-
ipſi cōfidere. Tu aūt admirare magiſtri curā / ⁊ dili
gentiā / ꝙ ⁊ captus / ⁊ ligatꝰ diſcipulo cōſulit: intui
tu ſuo iacentē excitās ⁊ ad lachrymas mouēs. [Du
cūt ergo ieſum a caypha ad pilatū.] Factū autē h̄ eſt
vt iudiciū multitudo / vl' inuitis: veritatē extorque-
ret. Erat aūt mane anteq̄ꝫ gallus cantaret. Ad cay-

phā ducit: inde ad pylatū. Quibꝫ verbis oñdit euā
geliſta a media nocte ad mane: a caypha interroga-
tū nihil reſpondiſſe. Ideo miſit eū ad pilatū: ſed illa
alijs dimittēs: ipſe q̄ ſecuta ſūt enarrat. Tu autē iu
deoꝝ ſtulticiā cōſidera: q̄ innocentē armati cōprehē
derūt: nō tñ ingrediunt p̄toriū: ne cōtaminarent / et
quenā queſo contaminatio ingredi p̄toriū: vbi iniu
ſti penas dant? decimātes mentā / ⁊ anethū: at cum
iniuſte interficiūt cōtaminari ſe nō exiſtimāt: ſed cū
ad p̄toriū veniūt. Sed cur ipi nō īteremerūt? Mul
tū de eoꝝ imperio iā ademptū erat a romanis. Pre
terea timebāt ne a pilato accuſati: penas poſtmodū
darēt: ſed q̄d ſignificat [vt mādūcarēt paſcha?] At
q̄: ieſus iam id fecerat vna die azimorū. Siue g̃ totū
paſcha appellat ſolēnitatē: ſiue qđ tūc faciebāt. Xp̄s
aūt pridie cedē ſuā in paraſceue reſeruās: q̄n antiq̄-
tus celebratū erat: ipi aūt armati qđ nō licebat fun
dētes ſanguinē: locū cauēt / pilatū aduocāt: q̄ egreſ-
ſus ait: [Quā accuſationē affertis aduerſus hoīem
hūc?] Uides mutationē principatꝰ eoꝝ / ⁊ inuidie.
Cū eni ⁊ ligatū ⁊ tanta caterua ad ſe adductū vide-
ret: nō tñ manifeſte putauit accuſatiōis indiciū: ſed
interrogat: abſurdū ratus iudiciū eos p̄ſumere: ſuꝑ
pliciū ſibi ꝑmitti: Illi aūt: [Si nō eſſet hic malefa-
ctor: nō tibi tradidiſſemꝰ eū.] O demētiā: quid non
adducitis in mediū q̄d fecerit: ſed obtegitis? Quid
nō arguitis eū? Ecce ꝙ vbiqꝫ iuſtā p̄dicātes accuſa
tionē / nihil tandē afferūt. Annas de doctrina ꝑcon
tatus eſt: quo audito miſit ad cayphā: et ipſe deinde
ad pilatū. Pilatus ait: [Quā accuſationē affertis
contra hūc?] Neqꝫ hñt q̄d rñdeāt: ſed cōiectura q̄dā
vtunt. Tū pilatus: [Accipite eū vos: ⁊ ſcḋm legē ve-
ſtrā iudicate eū. Dixerūt iudei: Nobis nō licet inter
ficere quēq̄ꝫ. hoc dixerunt: vt ſermo ieſu impleret:
quē dixit: ſignificās qua morte eſſet moriturꝰ.] Et
quō hoc ſignificabāt? [Non licet nobis interficere
quēq̄ꝫ.] Aut dicit euāgeliſta: qm̄ nō ꝓ iudeis tm̄:
ſed ⁊ ꝓ gētibꝰ erat moriturus / vel ꝙ crucifigere eis
nō licebat. Et ſi dicūt nō licere interimere: eo tp̄e in
telligendū eſt: nā ꝙ interemerūt: ⁊ alia morte: argu
mento eſt Stephanꝰ lapidatus: ſed crucifigere eū
deſiderabāt / vt mortis genꝰ iactarēt. Pilatꝰ aūt ad
euitandū moleſtiā: breuibꝰ ieſum interrogat: [Tu
es rex iudeoꝝ? Rñdit ieſus: A temetipſo hoc dicis:
an alij dixerūt tibi de me?] Cur h̄ interrogat xp̄s?
Ut prauū iudeorū aīum detegeret. Audierat enim
hoc a multis pilatꝰ: nā cū illi nihil accuſare poſſent:
ne lōga fieret diſcuſſio: ꝙ ſemꝑ in primis accuſabat
id nūc pilatus ꝑcontat. Nā cū dixiſſet iudeis: [Scḋm
legē veſtrā iudicate eū:] vt oſtēderēt nō eſſe in iude-
os tantū pctm̄: nō licere ſibi dicūt: Nō eni legi nr̄e:
ſed cōmuni crimini obnoxius eſt. qđ intelligens pi-
latus / vt experiret rogat: [Tu es rex iudeorum?]
Non ergo ꝙ neſciret chriſtum interrogat: ſed vt ipſe
pilatꝰ iudeos accuſaret: [alij dixerūt tibi?] Qđ pi-
latꝰ indicās ait: [Nunq̄d ego iudeꝰ ſum? Gens tua
⁊ pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciſti?]
Hic ſe excuſare voluit / inde cū dixiſſet [tu es rex?]
Arguēs eū ieſus: hoc inquit: audiſti a iudeis. Qua
gr̄a nō diligēter rē ipſam inq̄ris? Dixerūt me malo-
rum auctorē percontare q̄d mali fecerim: ſed hoc nō
faciēs: ſimpliciter cauſas ſtruis. [A teipſo hoc dicis
an aliūde?] Quo audito pilatꝰ: quid ſtatim rñdeat
ignarus. [Tradiderunt te mihi] inquit oportet vt

te quid feceris interrogē. Tum ieſus. [Regnū meū nō eſt de hoc mundo.] Erigit pilatū: vt nō multum ad eoꝝ cōparationē malū: ⁊ vult oſtendere ſe nō purū hoīem: ſed deū/ et dei filiū eſſe inquiēs: [Si ex hͦ mūdo eſſet regnū meū: miniſtri mei vtiqꝫ decertarēt vt nō traderer iudeis:] qđ vt pilatꝰ intuebat̃. tollit tyrānidis videlicet ſuſpicionē. An nō eſt mūdi huiꝰ xpi regnū? Quidni? Quō inquit nō eſſe? Nō ꝙ hoc etiā nō poſſideat: ſed ꝙ in celo habeat imperiū: non humanū/ ſed lōge maius/ atqꝫ pſtantius: ꝙ ſi ita eſt quō captus eſt ſpōte ſe tradēs? Qđ nō tacet: ſed [ſi ex hoc mūdo eſſem (inqt) miniſtri mei decertarēt/ vt nō traderer.] Oſtēdit in hoc loco regni nr̄i imbecillitatē ꝙ in īfīis habeat poteſtatē: ſupnū autē regnū ſibiipſi ſufficiēs eſt: et nulliꝰ indiget. Hinc heretici cauſam inueniūt alienū eū ab opifice eſſe. Quid ergo cum dicit: In ꝓpria venit? quid cum: Non ſunt de mundo: ſicut ego non ſum de mundo? Sic et regnum ſuū dicit hinc nō eſſe: nō ꝙ mundū ꝓuidētia: ac ꝓtectione ſua priuet: ſed vt dixi: neqꝫ humanum: neqꝫ caducū eſſe demōſtret. Quid ergo pilatꝰ? [Ergo rex es tu? Rn̄dit ieſus: Tu dicis/ quia rex ſum. Ego in hoc natus ſum.] Si ergo rex natꝰ eſt: ⁊ alia oīa nata ſunt: ⁊ nihil hēt qđ accepit. Itaqꝫ cū audis Sicut pater hēt vitā in ſemetipſo ſic dedit ⁊ filio vitam habere: nihil aliud q̄ȝ generationē arbitreris: ⁊ in alijs ſilr̄: [⁊ ad hoc veni vt teſtimoniū ꝑhibeā veritati.] hoc eſt: vt hoc ipm dicā: faciā ⁊ ꝑſuadeā oībꝫ. Tu aūt hō hec audiēs/ ⁊ videns dn̄m tuū ligatū/ et circūtractū/ noli pſentia quicq̄ȝ reputare. Nonne ꝑabſurdū ⁊ indignum eſt: ſi xp̄s ꝓpter te ea ſuſtinuit: tu ne verba quidē ſepenumero ꝑpeti poſſis? Ille inſputꝰ eſt: tu te veſtibꝫ ornas/ ⁊ anulis: ⁊ ſi nō apud hoīes laudaris: miſerā te vitam viuere arbitraris. Chriſtus obprobrijs ⁊ maledictis afficit̃: ad deriſū: alapis cedit̃: tu ab oībus laudē captas: ⁊ nō fers obprobria xpi. Nonne audis paulū dicentē: Imitatores mei eſtote: ſicut ⁊ ego xpi. Si qs te maledictis ꝓſequit̃: recordare dn̄i tui: quē ad deriſum adorabāt ⁊ verbis ⁊ re diſtrahebāt ⁊ irridebāt: ipſe ꝟo nō mō nō vltus eſt: ſed beneficijs ⁊ ſumma humanitate/ et clemētia affecit. Hūc nos imitemur: ita poterimus oī ignominia liberari. Nō enī q̄ iniuriat̃: ſed q̄ paruo aīo iniurijs dolet: is iniurias confirmat: et irritat iniuriantē. Si nō egre eas ferres: nō afficereris iniuria. Nō enī ab inferētibus: ſed ab accipiētibus fit/ vt graues ſint. Quid tandem doles: ſi iniuria te offendit: tanto minꝰ tibi dolendū eſt: immo illi magis miſereri oporteret: ſin: iure tāta eq̄ori aīo tolerādū. Queadmodū enī ſi quis te pauperē: vt diuitem appellaret/ laudaretqꝫ: nihil ad te ille laudes: ſȝ potius in riſum verterent̃: ita ſi quis falſo calūniaret̃: nihil id ad te. Et ſi te conſcientia reprehendit: nulla verba ꝑturbent/ ſed vitā emenda: hoc in veris reprehenſionibꝰ dico. Cum aūt paupertatē quiſpiā/ aut ignobilitatē arguet: eū ridendū ducas/ nō enī dedecori eſt audiēti/ ſed dicēti: vtpote ſapientiā ignorāti: ſed cū huiuſmodi in multitudine ignorantiū veritatē dicūt: intolerabile vulnus efficit̃: immo hoc maxime ferēdū: cū tibi teſtis ſit ſpectaculū laudātiū te: atqꝫ accipientiū: illis ledentibꝫ/ ⁊ exprobrantibus. Nō enī qui vlciſcit̃: ſed q̄ nihil reſpondet admirationi eſt apud ſapiētes. Et ſi pſentes ſtulti ſūt ꝓpterea maxime eos rideas: ⁊ theatro celeſti cōgratulare: illic enī oēs te laudabūt/ tibi plaudēt/ te accipiēt. Siquidē vnus angelus toti mūdo conferri poteſt. Et qđ angelos dico quādo ipſe te dn̄s laudabit? His cogitationibꝫ nos exerceamꝰ: neqꝫ enī crimini dandum eum: ſi q̄ ledit̃ ſilet: ſed cōtra ſi vlciſcit̃. Nam ſi crimen eſſet nō vtiqꝫ dixiſſet xp̄s: Si qs ꝑcuſſerit te in dexterā maxillā/ p̄be illi ⁊ alterā. At ſi falſe qs dixerit: ei miſereamur: ꝙ ſibi accuſatiuū ſupplicium aſtruit: neqꝫ ſcripturas legere dignus eſt: pctōri enī inqt deus: Ut qđ tu enarras iuſtificatiōes meas ſedens contra fratrē tuū calūniaris. Sin ꝟo dixerit etiā ſic miſerabilis eſt. Nā ⁊ phariſeus vere locutꝰ: nihil tn̄ offēdit male audientē: ſed ei ꝓfuit: ſe bonis priuauit: ſibi his maledictꝭ naufragiū intulit. Itaqꝫ vtrinqꝫ ille eſt q̄ offendit. Tu aūt ſi equo aīo ꝑferes: duplici ratiōe lucraris: ⁊ q̄ tibi ſilentio/ ⁊ modeſtia deū ꝓpitium reddis: ⁊ materiā accipis: vt ex verbis facta emendent̃: ⁊ gloriā humanā contēnas. Etenī hic verbis dolor exorit̃: ꝙ multi hoīum inhiāt opinioni. Sic ſi voluerimꝰ philoſophari ꝓbe: intelligemus nihil res humanas eſſe. Diſcamꝰ igit̃: ⁊ vitia nr̄a recēſentes: ea tpe corrigamꝰ: ⁊ hoc mēſe vnum: alio aliud: ⁊ ita ſubſequēter meliores efficiemur: et ſic tanq̄ȝ ꝑ gradus quoſdā aſcendētes ꝑ ſcalā iacob ad celū ꝑueniemus. Etenī ſcale ille mihi ꝑ illā viſionem paulatim ꝑ virtutes aſcenſum ſignificare vidētes: ꝑ quā a terra ī celū aſcēdere nobis licet/ nō gradibus ſenſibilibꝰ: ſed morū incremento/ ⁊ correctione. Hoc ergo iter: hūc aſcenſum aggrediamur: vt et celū/ ⁊ celi bona ꝯſequamur: grā ⁊ benignitate ieſu xpi cui gloria in ſecula ſeculorū. Amen.

Homelia LXXXIII Ex capitulo XVIII

e **Go in hoc natus ſum: et ad hoc veni in mundū: vt teſtimoniū perhibeā veritati. Omnis qui eſt ex veritate audit vocē meā.**

Mirabilis res eſt paciētia: que tanq̄ȝ in trāquillo portu animū cōſtituit: eūqꝫ ⁊ ab aduerſis ventis/ ⁊ fluctibꝰ tēpeſtatū liberū reddit: hāc nos chriſtus cū ſemꝑ tū maxime docuit cū iudicatꝰ eſt: ductus huc: illuc diſtractus. Etenī apud annā: perq̄ȝ manſuete rn̄dit: ⁊ cedenti ſeruo ea dixit: q̄ oēm faſtū tollere potuiſſent/ ⁊ inde ad cayphā: demū ad pilatū ductus: tota nocte in his ꝯſumpta: in oībus mirā ptulit manſuetudinē: ⁊ dicētibus maleficū eſſe: neqꝫ quo cū arguerēt habētibus: tacuit tamē: cū de regno interrogatus eſt/ tūc locutꝰ ē ad pilatū erudiēs eū: ⁊ ad altiora erigēs. Quid aūt pilatus illis pſentibꝰ ieſum nō interrogat: ſed p̄toriū ingredit̃? Magnā quādā de eo habebat opinionē: et ſine alicuiꝰ tumultu oīa ab eo intelligere volebat. Rogāti autē [qđ feciſti?] nihil ad hoc rn̄dit ieſus: ſed ad id qđ valde cupiebat Pilatꝰ hoc eſt de regno ſuo inquiēs: [Regnū meū nō eſt de hoc mūdo.] quaſi dicat: Rex ſum nō tamē qualē arbitraris: ſed lōge pſtantior: hinc oñdit nihil mali feciſſe: vt etiā cū ꝓſequit̃: [In hoc natus ſum/ ⁊ ad hoc veni in mundū/ vt teſtimoniū ꝑhibeā veritati.] inde cū inqt: [Oīs q̄ eſt ex veritate audit vocē meā.] allicit eū: vt aures his adhibeat. Si quis enī verus eſt inqt: et amat veritatē ſane me audiet. Hoc pacto eū paucis verbis allicit: vt petat: quid eſt veritas?] ſed primū rei ipſi inſtat. Rogauit autē



qm̄ tp̄s id poſtulabat: tūc cū e iudeoꝝ manibꝰ eripe cogitabat: ideo exiuit/ aitqꝫ: [Ego nullā in eo inueuenio cauſam.] Et cōſidera q̄ȝ prudenter: non dixit: Si errauit: ⁊ dignus eſt morte: ſolēnitati eum cōdonate: ſed primū oīno excuſat: inde ex abundātia rogat: ſi nolint aliter īnocentē dimittere: ſaltē vt nocētē tꝑi cōdonēt: ideo ſubdit: [Eſt autē cōſuetudo vobis vt vnū dimittā ī paſcha.] inde verecūde. [Uultis ergo (inqt) dimittā vobis regē iudeoꝝ? Clamabāt oēs dicētes: Non hunc ſed barrabā.] O mentē ſceleſtā ſil'es ſui petūt. Sceleſtū dimitti: inſontē puniri iubēt. Hic etiā eis antiquitus mos fuerat. Tu autē in oībus cōſidera dn̄i benignitatē. [Tunc flagellauit eū pilatꝰ.] Fortaſſe vt ita ſedato iudeorum furore: inde eū dimitteret. Cū enī prius eū liberare voluiſſet: in hoc eis ſatiſfacere arbitratus eſt: ſi verberarit: ⁊ q̄ tunc facta ſunt in eum: fieri ꝑmitteret: vt purpurea veſte circūdaret̃: ⁊ corona ſpinea eiꝰ capiti imponeret̃: ideo ita coronatū ad iudeos eduxit: vt ea ignominia eoꝝ irā/ et furorē aliquātulū ſedaret. Et quō milites hec faciebāt/ ſi quidē nō p̄ceperat pilatus? Ad iudeoꝝ gratiā. Neqꝫ enim noctu a pilato iuſſi cū iuda ꝓfecti ſunt/ ſed pecunia a iudeis allecti oīa audebāt. At ieſus in his oībus tacebat. Tu aūt non ſolū hec verba audias: ſed in aīo ꝑpetuo ſerues velim/ ⁊ cū orbis terrarū/ ⁊ angeloꝝ regē a militibꝫ irriſum: ⁊ verbis et re ignominia affectū: ⁊ oīa equo aīo tolerantē videris: eū re ipſa imitare. Cū enī dixiſſet pilatus [regē iudeoꝝ] ad deridendu/ vt regē induxerunt. Hoc pacto eduxit eum pilatus inquiens: [Nullā in eo cām inuenio.] Exiuit ieſus ſpinis coronatus/ nō tn̄ iudeoꝝ ira ſedata eſt/ ſed clamabāt: [Crucifige: crucifige eū.] Uidens pilatus oīa fruſtra tētari. [Accipite (inqt) eum vos: ⁊ crucifigite.] Quibꝰ verbis cōſtat: ad eoꝝ cohibendū furorē: illa fieri ꝑmiſiſſe. [Ego (inqt) nullā in eo cām inuenio.] Animaduerte quot modis iudex ieſum excuſat: ſed nihil canes illos mouebat. Illud enī verbū [accipite/ ⁊ crucifigite] indignātis eſt/ ⁊ monētis: vt ipſi rē nō ꝑmiſſam patrarēt. Ipſi duxerāt eū: vt pſidis iudicio dānaret̃: cōtra autē cōtigit: vt potius ſn̄ia eiꝰ abſolueret: qđ veriti: ] Nos legē habemꝰ (inqunt) ⁊ ſcd̄m legē debet mori: q̄ filiū dei ſe fecit.] Quō ergo dicēte pſide: [accipite eū: et ſcd̄m legē veſtrā iudicare eū.] dixerūt ſibi nō licere quenq̄ȝ interficere: nunc legem afferūt/ ꝙ mori debeat? Et conſidera accuſationē [filiū dei ſe fecit] hoc crimini dandū ē. Dic q̄ſo qđ mirū: vt q̄ dei oꝑa facit: ſi ſe dei filiū nūcupet? Quid xp̄s? Nihil rn̄det: implēs ꝓpheticū illud ꝙ nō aperuit os ſuū: In hūilitate ſua iudiciū eiꝰ ablatū ē. Tū pilatus cū audiret ꝙ ſe dei filium faceret: ne id veꝝ eſſet/ ⁊ cōtra legē facere putaret̃/ formidauit. Iudei cū id re ⁊ verbis intelligerēt: nō ſunt ꝑterriti: ſed interimūt quē adorare debuiſſent. Ideo pilatus trepidus/ alijs omiſſis: an eſſet xp̄us interrogat: cui ieſus nō rn̄dit: nā cū audiſſet: [In hoc natus ſū/ et ad hoc veni: ⁊ regnū meū nō eſt de hoc mūdo.] et ꝓpterea eū abſoluere debuiſſet: obtēperauit tn̄ furori iudeoꝝ: qui cū nihil ampliꝰ qđ criminarent̃/ haberēt: ad publicū crimē cōfugiūt/ dicētes: [Oīs q̄ ſe regē facit: ꝯtradicit ceſari.] Inquirēdū igit̃ diligēter an tyrānidē affectaret: ⁊ regno ceſarē depellere tētaret: ſed nō inueſtigat diligēter: ideo nihil ei reſpōdet: cū ſciret fruſtra oīa. Preterea rebꝰ teſtimoniū ꝑhibentibus: noluit verbis conuincere: neqꝫ excuſationem adducere: oſtendēs ſpōte ad hoc veniſſe. Cū taceret inqt pilatus: [Neſcis q̄ poteſtatē habeo crucifigere te? [Uides quō ſeipm condēnauit? Si in tua poteſtate eſt: quare inſontē nō dimittis? Cū ergo contra ſe ſentētiā tuliſſet: inqt ieſus: [Qui tradidit me tibi: maius pctm̄ hēt.] indicās ipm quoqꝫ reum eſſe criminis. Et vt tumorē eius depmeret. [Non haberes poteſtatē: niſi tibi datū eſſet deſuꝑ.] Ex quo ſignificat nō ſimpliciter: et vt res plurimū ſolēt: ſed myſtice eueniſſe. Sed ne ea particula [niſi eſſet tibi datū deſuꝑ.] nullo ipi crimini aſcribendū duceres: ideo inqt: [maius pctm̄ hēt q̄ tradidit me tibi:] At qui ſi datū erat: neqꝫ hic neqꝫ illi rei erāt criminis? Fruſtra hec dicis: hoc verbū [datū] in hoc loco permiſſiuum eſt: q̄ſi diceret: permiſit: hec fieri: non tn̄ ꝓpterea vos non accuſandi. Perterruit eū verbis: ⁊ manifeſtā attulit excuſationē. [Et exinde q̄rebat pilatus dimittere eū: iudei autē clamabant: Si hunc dimittis/ nō es amicus ceſaris.] Cū enī a ſua lege crimina nō ꝓficerēt: maligne externū adducūt dicētes: [Oīs enī q̄ ſe regē facit/ ꝯtradicit ceſari:] Et qđ tyrānidis argumentū? Un̄ hoc poteſt oſtēdi? A purpura/ a diademate? āb ornatu/ a ſatellitibꝫ. Nonne ſolus ſemꝑ cū duodecim diſcipl'is ambulabat: et vilibus vtebat̃ cibis/ veſtibꝫ/ domo. Sed o impudētia. O intēpeſtiuā formidinē. Pilatꝰ enī iam ꝑiclitari arbitratus: ſi id negligeret: egredit̃ vt rē inquirat. Hoc enī ſignificat cū ſediſſe dicit: ⁊ nulla habita q̄ſtione/ tradidit eum: ſe eis ꝑſuadere exiſtimās: qđ apparet cum inqt: [Ecce rex veſter. Et cū illi dixiſſent: Crucifige eū. Iterū ait: Regē veſtrū crucifigā? Reſponderūt pōtifices: Nō habemus regē niſi ceſarē.] ſponte ſe reos ꝓfeſſi ſunt. Ideo eos deus tradidit: qm̄ ipſi primi ꝓuidentia/ et ꝓtectione ipſius ſe ſubtraxerūt: ⁊ cū vno ore regnū abnegaſſent: ꝑmiſit ſuis ipſoꝝ ſentētijs eos decidere: At q̄ ea verba oēm irā ſedare iam debuiſſent: ſed timuerūt: ne dimiſſus iterū plebē alliceret qđ ne eueniret oīa conabantur. Graue enī q̄ddā eſt ambitio: graue inq̄ȝ ⁊ q̄ aīam ꝑdere valeat: cuius gratia nunq̄ȝ audiebāt. Pilatus quidē ſolo verbo voluit eū dimittere: hi perſtāt dicētes: [Crucifige.] Et cur tāto ope hāc eius mortē affectabant? Quia ignominioſa erat: veriti ergo ne eiꝰ poſtmodū memoria ſeruaret̃: hāc mortē elegerūt: ne ſcij ꝙ cū impedit̃ magis apparet veritas. Nā ꝙ hoc formidarēt: audi q̄d dicāt: [Nos audiuimꝰ q̄ ſeductor ille dixit: poſt tres dies reſurgā.] Iccirco oībꝰ modis annitebant̃: vt poſteris eēt abhominabilis. Et idētidē clamabāt: [Crucifige.] Erat turba incōpoſita/ ⁊ a principibꝫ corrupta. Nos autē nō modo hec legamꝰ: ſed aīo recōdamꝰ: hoc eſt coronā ſpineā: veſtimentū/ arūdinē/ alapas/ ſputa/ irriſiōes: que freq̄nter mēte repetita ſatis oēm irā ſedare poterūt: ⁊ ſi ludibrio erimꝰ: ſi q̄d iniuſte patiemur: frequenter dicamꝰ: Nō eſt ſeruus maior dn̄o ſuo/ ⁊ allatrātiū iudeoꝝ ꝟba nobis ſubeāt cū dixerūt: Demoniū hēs/ ⁊ ſamaritanꝰ es: ⁊ in beelzebub principe demonioꝝ eijcis demonia. Et ideo hec oīa ꝑtulit: vt eiꝰ veſtigia imitemur: ⁊ maledicta ꝑferamꝰ: q̄ ipſe grauiſſima/ non ſolū ꝑtulit: ſed oīa fecit/ vt ipſos illatores ſaluos faceret: et ad eorū ſalutē apl'os miſit. Audis eos dicētes: Scimꝰ/ ignorāter feciſtis: vt ad penitentiā adducerēt: hec nos imitemur: nihil enī adeo

deum placat: vt inimicoꝝ dilectio: et cura eis be-
nefaciēdi. Cum quis te perſequit̃: nō ipſum: ſed de-
monē inſtigantē conſidera: et aduerſus illū iram ſe-
da: ⁊ miſerere ꝙ ita a diabolo irritet̃/ a quo ſibi mē-
daciū orit̃: mlt̃omagis ⁊ iniuſta ira. Nō ſūt chriſtia-
noꝝ maledicta: nā qui flere iubet̃: et qui audit: Ue
vobis ꝗ ridetis: inde maledicit/ inſectat̃/ furit/ non
ipſe cōtra maledictis: ſed lachrymis ꝓſequēdus eſt.
Nā ⁊ xp̃s iude miſertꝰ eſt: ꝗ nobis re ipſa in oībus
imitandus eſt: qḋ niſi fecerimꝰ: fruſtra nati ſumus:
vel ad malū potius. Neqꝫ enī fides ſufficiens eſt ad
regnū cōſequendū: ſed magis perperā viuētes con-
dēnabit. Qui enī nouit voluntatē dñi ſui ⁊ nō facit:
multū vapulabit: et iterū: Si nō veniſſem (inq̃t) et
locutus eis nō fuiſſem/ pctm̃ nō haberēt. Quā ergo
habebimꝰ excuſationē/ cū penetralia ingredi digna
ti recuſauerimus: ⁊ cōicantes myſteria gētilibꝫ coꝝ
ignaris: peiores inueniamur? Si illi inanē gloriā/
tantū p̄ ſe tulerūt ſapientiā/ lōge magis nos decet:
vt deo placeamꝰ virtutibꝰ inuigilare. Illi nōnūqꝫ
ſuā cōtempſerūt aīam: ⁊ filios demonū inſania bel-
lis deuouerunt: nos neqꝫ pecuniā ꝓpter xp̃m cōtem
nimus: nō irā ponimꝰ: ſed inflamur: et febricitātiū
more incēdimur. Et queādmodū illi morbo vexati:
ita ⁊ nos affectu diſtracti: irā/ auaritiā: reliquas cu
piditates ſiſtere nunqꝫ poſſumꝰ. Ideo erubeſco ſiml'
atqꝫ obſtupeſco: cū multos gētiliū pecuniarū contē-
ptores/ nos inſaniētes videā. Et ſi ꝗ etiā nr̃oꝝ eas
cōtemnūt: aliꝭs affectibꝫ: furore videlicet/ ⁊ inuidia
cōſumunt̃. Difficile ſane eſt verā ſapientiā inuenire
Quanā grã? Remedia ſcripturaꝝ negligimꝰ: neqꝫ
cū cōtritione/ fletu: ⁊ plāctu eis attendimꝰ: ſed ſim-
pliciter/ ⁊ incōſiderate: ſi qñ ad legendū adducimur
ꝓpterea cū graue ſecl'ariū rerū onus incūbit/ oīa in-
undat: ⁊ ſi qḋ ꝓfecimꝰ aufert. Neqꝫ enī ſiqs vulnꝰ
acceperit: ⁊ medicinā impoſuerit: non diligēter alli-
gabit: ſed decidere ꝑmittet: neqꝫ aquā: puluerē: et
alia vulneri contraria: nō cauebit ne grauius malū
ſequat̃: nō medicine: ſed ꝓprie deſidie culpa: hoc no
bis accidere ſolet/ cū diuinis ſermonibꝰ parū: ſecu-
laribus ſemꝑ attendimus: ita ſemen oē ſuffocat̃ fru
ctus nullus ꝓuenit: qḋ ne accidat in celū paululū
ſuſpiciamꝰ: mortuoꝝ monumēta/ ⁊ tumulos conſi-
deremus: ⁊ nos eundē exitū manere: eandē migran
di neceſſitatē: nonnunqꝫ ante veſperū imminere: in
mentē veniat. Preparemur ergo huic profectioni.
Multo nobis viatico opus eſt: nā et multus labor
multus eſtus/ magna ſolitudo/ ꝑagranda eſt. Nul
lū eſt diuerſoriū/ neqꝫ forū: vbi nobis neceſſaria cō-
parare poſſimꝰ: niſi hinc oīa nobiſcū afferamꝰ. Au-
di qḋ dicāt virgines: Ite ad vendētes: et euntes nō
inuenerūt. Audi abraā: Chaos eſt inter nos ⁊ vos.
Audi ezechielē: de die illo: Noe daniel et iob filios
ſuos nō liberabūt: ſed hec vtinā nos nō audiamus
verba: ſed accipiētes hinc ꝗ ad eternā vitā nobis ſuf
ficiāt viatica: cū fiducia videamus dñm noſtrū ieſū
chriſtū: cū quo patri ſimul: ⁊ ſpũiſcō gloria. ⁊c̃.

## Homelia LXXXIIII Ex capitulo XIX

t Unc ergo tradidit eis illū vt
crucifigeret̃. Suſceperūt au
tem ieſum ⁊ eduxerunt: ⁊ baiulās
ſibi crucē exiuit in eum qui dicitur
caluarie locus.

Felicitates facile improuidos deꝭcere: ⁊ ꝓſternere
aſſolent: ita et iudei a principio diuino freti auxilio
legē regni gentiū querebāt: et in heremo poſt māna
ceparū recordabant̃. Itidē ⁊ hic: xp̃i regnū recuſan-
tes: ceſaris implorabant: ideo in regē ſm̃ ſententiā
ſuā inciderūt. Qḋ cū audiſſet pilatus tradidit eū vt
crucifigeret̃: ⁊ qꝫ iniuſtiſſime: erat enī inueſtigandū:
an regnū affectaſſet: ſed ſolo metu tulit ſententiam.
qḋ ne cōmitteret: xp̃s eum admonuerat inquiens:
Regnū meū nō eſt de hoc mundo: ſed p̃ſentibꝰ oīno
addictꝰ: nihil magnū ſaꝑe voluit: qꝫuis vxoris ſom-
niū eū ꝑterrere debuiſſet: ſꝫ nullo hoꝝ factꝰ eſt meli-
or. Neqꝫ celū ſuſpexit: ſꝫ tradidit eū: Et ei crucē tāqꝫ
reo impoſuerūt/ lignū delegerūt: neqꝫ figurā cōſide
rarūt. Et enī iſaac ligna portauit: ſed tūc ī p̃ris volū
tate tm̃ cōſtitit: figura enī erat: nūc res ſecuta eſt: q̃
veritas. [Et exiuit in eū ꝗ dicit̃ caluarie locꝰ.] Ubi
quidā dicūt Adam ⁊ mortuū ⁊ ſepultū eſſe: et ieſum
vbi mors dñata eſt: ibidē tropheum erexiſſe: hoc eſt
crucē: quā tulit cōtra mortis tyrannidē. Et queād-
modū victores: ita ieſus victorie ſigna humeris tu-
lit. Quid enī ſi id alio aīo fecerūt iudei? Crucifigūt
aūt eū cū latronibꝫ. Inuiti etiā in hoc ꝓphetiā iplen
tes. Que enī illi ad ignominiā faciebāt: his veritas
implebat̃: vt intelligas quāta coꝝ vis. Hoc nanqꝫ
antiq̃tus ꝓpha p̄dixerat: ꝙ cū iniqs reputatus eſt.
Uoluit demon rē ipam obtegere: nō tm̃ valuit. Cru
cifixi ſunt tres: claruit vnꝰ ieſus: vt intelligas eius
v̄tute oīa ꝓueniſſe atqꝫ tribꝰ crucifixis miracula pa
tuerūt: nemo tm̃ vllū: alteri latronū attribuit: ſed ſo-
li ieſu: ita diaboli inſidie irrite facte ſunt: et in eiꝰ ca-
put oīmodo irruerūt: nā ex duobꝰ vnus ſaluꝰ factꝰ
eſt: nō ſolū igit̃ crucifixi gloriā nō offendit: ſed nō pa
rū auxit: neqꝫ enī minus fuit in cruce latronē cōuer-
ti: et paradiſum intrare: qꝫ petras collidi. Scripſit
aūt ⁊ titulū pilatꝰ: cū vt iudeos vlciſceret̃: tū vt xp̃m
excuſaret. Nā cū tanqꝫ paruū tradidiſſēt: et ſentētiā
hāc latronū ſocietate cōfirmare vellent: ne qs iā tur
pē mortis notā inurere: ⁊ tanqꝫ malū/ ⁊ ꝑditū eū ac-
cuſare poſſet: vt calūniantiū os obſtrueret: in regē
ſuū īſurrexiſſe eos denūciat: ⁊ tanqꝫ tropheo cuipiā
litteras inſculpſit/ clara voce ⁊ victoriā: ⁊ regnū ꝓſi
tentes: qꝫuis nō ꝑfecte. Neqꝫ hoc vna lingua: ſed tri
bus demōſtrauit. Cū enī credibile eſſet multas ad
feſtū nationes cōueniſſe: ne quis excuſationē igno-
raret: linguis oībus iudeoꝝ īmanitas notata eſt.
Hoc autem egre ferebāt iudei. At qui: quid hoc vo
bis nocebat? Nihil. Nam ſi mortalis erat et imbe-
cillis/ et moriturus: quid ſcripturam timuiſtis: ꝙ
eſſet rex iudeoꝝ? Et quid dicūt vt ſcriberet? Quia
ipſe dixit: eiꝰ fuiſſet temeritati ⁊ iactantie aſcribēdū.
Non tamē pilatus mutatꝰ eſt: ſed ꝑſtitit in ſentētia:
Nō parua in hoc diſpēſatio: ſed hinc pēdet: Cū enī
poſtmodū defoſſuꝫ eſſet lignū crucis: nulla de eo cu
ra ſuſcepta: cū ⁊ fideles timerent: ⁊ aliꝭs vacarēt cō-
tigit vt diu poſt perquirret̃: ⁊ cum tres cruces inuē
te eſſent: par eſt: vt ⁊ quia media erat/ ⁊ propter titu
lum domini crucē agnitam: nam latronum cruces
titulum non habebant. [Milites autem diuiſerūt
ieſu veſtimēta: ſed nō tunicā.] Ecce quōſemꝑ male
faciendo ꝓphetias implēt. Nā ⁊ hoc p̄dictū fuerat.



At qui: tres erant crucifixi: ſed prophetie in Jeſu
implebant̃. Quare eī nō idē in aliꝭs fecerāt? Tu āt
prophetie certitudinē cōſidera: nō enī ꝙ partiti ſint
tm̃: ſꝫ ꝙ nō ſint partiti/ p̄dixit. Nā veſtimēta partiti
ſunt: nō autē tunicā: ſed ſortē ſuꝑ ea iecerūt. Ex autē
dicit: [deſuꝑ cōtextā:] nō ſimpliciter ponit̃: ſed aliꝭ
allegoriā id ſignificare dicūt: ꝙ nō ſimplicit̃ hō ēēt
crucifixus: ſed deſuper habuerit diuinitatē. Aliꝭ di
cunt ꝑ illud genꝰ veſtis/ euāgeliſtā hiſtoriā narrare
nā in paleſtina ex duobꝫ pannis veſtes cōtexūt: qḋ
ſignificās ioānes/ inq̃t: [deſuꝑ cōtextā.] Qḋ mihi
dicere videt̃: vt veſtimentoꝝ vilitatē oſtenderet: nā
queādmodū in aliꝭs oībꝫ: ita in habitu vilē ſpēm p̄ſe
ferebat: ⁊ milites hec faciebāt. Ipe aūt crucifixus ma
trē ſuā diſcipulo cōmendat: erudiēs nos ad vltimū
vſqꝫ ſpiritū parentū curā habendā. Cū intēpeſtiue
ab ea appellatꝰ eſt/ inq̃t: Quid mihi ⁊ tibi mulier?
et alibi: Que eſt mater mea? Hic immēſam charita
tē oſtendit: ⁊ cōmendat eā diſcipulo: quē diligebat.
Iteꝝ nomē ſuū modeſte ſbticet ioānes: nā ſi ſe iacta-
re voluiſſet: quā ob rē diligeret̃/ expoſuiſſet. Credi-
bile enī eſt magnā eſſe/ ⁊ admirandā. Qua autē grã
nihil aliud dicit ioāni: neqꝫ eū cōſolat̃? Qḋ intempe
ſtiuū erat: p̄terea nō paruo eo honore his verbis af
ficiebat: neqꝫ paruū p̄ſentie ſue p̄miū capiebat. Tu
aūt cōſidera: quō crucifixus oīa ſine aliqua ꝑturba
tione trāſegit: diſcipulo matrē cōmēdauit: ꝓphetias
impleuit: latroni ſpem bonā dedit. At ꝗ anteqꝫ cru-
cifigeret̃/ ſudauit: ꝑturbatꝰ eſt/ timuit. Quid hoc ſi
bi vult? Nihil dubiꝭ: nihil nō manifeſtū: illic enī na
ture ībecillitas: hic ꝑtās demōſtrata eſt: p̄terea his
nos duobꝫ admonet: vt licꝫ aīi malis ꝑturbemur: ñ
tm̃ abſiſtendū ē: quin ea ſubeamꝰ: ⁊ cū in certamē de
ſcēdimꝰ: oīa facilia/ ⁊ leuia putāda ſunt: nolimꝰ er
go mortē formidare. Inſitꝰ eſt aīe naturaliter viuē
di amor: ſꝫ in nobis eſt: vel hoc vinculū ſoluere: ⁊ eā
minuere cupiditatē/ vel ligare: ⁊ vehementiorē effi
cere: queādmodū enī nobis deſideriū ineſt coitꝰ: cū
aūt philoſophamur his cohibemꝰ: ita ⁊ in vita acci
dit: nā ſicut ad ſeruandā ꝓlis ſucceſſionē: deus pro
creādi cupiditatē hoībꝫ indidit: nō tm̃ ꝓhibēs altio-
rē cōtinētie viā: ita ⁊ vite nobis inſeuit deſideriū/ ꝓ
hibens ne quis ſe interimat: nō impediēs tm̃/ vt pre
ſentē vitā cōtemnat: hec cōſiderātibꝰ modꝰ ſeruādꝰ
eſt: ne ſpōte qs ſibi mortē cōſciſcat: etiā ſi innumeris
vexet̃ calamitatibꝫ: neqꝫ cū deo placuerit eā fugiat/
⁊ reformidet: ſꝫ p̄ſenti aīo ſubeat/ ⁊ futurā vitā huic
p̄ferat. [Stabāt aūt mulieres iuxta crucē] ⁊ imbe
cillior ſexus: tunc fortior apparuit: ita oīa reforma
uit. Ipe matrē cōmēdās/ inq̃t: [Ecce filiꝰ tuꝰ.] O
honorē quē diſcipulo tribuit. Cū enī iam abiret: ma
tris curā diſcipulo reliq̃t: nā cū par eſſet/ vtpote ma
trē dolere/ ⁊ protectionē q̄rere: merito dilecto con-
mēdat: cui etiā inq̃t: [Ecce mater tua.] hoc dixit: vt
dilectione deuincerent̃: quo cognito diſcipulus eā
ſecū adduxit. Sed cur nō aliꝰ cuiuſpiā mulieris me
minit cū adeſſent: admonens quiddā ampliꝰ matri
bus tribuendū. Ut enī cū ſpiritalia impediunt/ pa-
rentes ne cognoſcendi quidē ſunt: ita cū nihil impe-
diūt: merito omīa his ſunt tribuenda: ⁊ omnibꝫ pre
ferendi: quia genuerunt: ꝙ educarūt: ꝙ innumeras
pro ipis moleſtias ſubierūt: ita martionis reprimit̃
impudētia. Nā ſi nō eſſet ſcðm carnē natꝰ: neqꝫ ma-
trē habuiſſet/ quā tātopere curaret. [Poſtea ſciēs
Jeſus q̃ iā oīa cōſumata ſunt:] hoc eſt: ꝗ diſpenſata
erāt: vbiqꝫ demōſtrare annitit̃: nouā hāc mortē fuiſ-
ſe: ſiquidē in poteſtate morientis erat: ne priuſqꝫ ipe
vellet: ⁊ omīa impleta eſſent/ moreret̃: ideo dicebat
Poteſtatē habeo ponēdi animā meā: ⁊ poteſtatē ha
beo iteꝝ ſumēdi eā. Sciens ergo oīa cōſumata: ait:
[Sitio:] etiā hoc verbo prophetiā implēs. Tu aūt
aſtantiū prauitatē intellige: nā licet innumeros ha-
beamꝰ inimicos: qui nos grauiſſime ꝑſecuti ſint: cū
tm̃ interimi eos videmus: flectimur miſericordia: hi
vero nihil moti magꝭ efferant̃: ⁊ irrident/ acetūqꝫ in
ſpongia porrigūt/ vt bibat tanqꝫ reꝰ: nam ꝓpter hoc
iſopū addit̃: quo guſtato mortuꝰ eſt. Uides qꝫ nō ꝑ
turbate/ ⁊ qꝫ potenter oīa tranſigentē: qḋ ⁊ ꝓſequēs
oſtendit: [Cū omnia cōſumata eſſent/ inclinato ca-
pite] qḋ affixū nō erat [tradidit ſpiritū:] hoc eſt expi
rauit. At qui nō poſt inclinatū caput expirat̃: ſꝫ poſt
expirationē caput inclinat̃: hic aūt contra accidit: ꝑ
quod oſtendit eū euāgeliſta: eſſe omniū dñm. Iudei
āt camelū deuorātes: ⁊ culicē excolātes: tātū nefas
auſi de die cōſultant. [Qm̃ paraſceue erat: vt nō re
manerēt in cruce corpora ſabbato: rogauerūt Pila
tū/ vt frangerent̃ eoꝝ crura.] Uides quāti ſit veri-
tas? Per ea que illi faciunt ꝓphetia implet̃: alia enī
ex hoc manifeſtata eſt. [Uenerunt milites/ ⁊ alioꝝ
fregerūt crura:] nō xp̃i: ſꝫ ad iudeoꝝ gratiā cōciliā-
dā latus eiꝰ lancea aperuerunt/ ⁊ mortuo adhuc in
ſultant. O peſſimā voluntatem/ ac ſceleſtiſſimā no-
li tm̃ ꝑturbari dilectiſſime: que enī malo illi aīo pa-
trati ſunt: veritati conſentiebāt: ꝓphetia hinc imple
ta eſt/ inquiēs: [Uidebūt in quē tranſfixerūt:] neqꝫ
hoc tm̃: ſed nō credituris fuit fidei argumentum: vt
thome ⁊ ꝗ cū eo erāt. Ad hec ⁊ arcanū miſteriū cōſu-
matū eſt. [Exiuit enī ſanguis ⁊ aq̃:] nō caſu: ⁊ ſim-
pliciter hi fontes ſcaturierūt: ſed qm̃ ex ambobꝰ ec-
cleſia cōſtituta eſt. Sciūt hoc iniciati: ꝑ aquā enī re-
generati: ſanguīe ⁊ carni nutriti: hinc miſteria ortū
hēnt: vt quotiēs ad admirandū calicē accedis: tāqꝫ
ab ipo latere hauriēs/ accedas. [Et ꝗ vidit teſtimo-
niū ꝑhibuit: ⁊ veꝝ ē teſtimoniū eiꝰ:] h̄ eſt nō aliūde
audiui: ſed ipſe affui: ⁊ verū eſt teſtimoniū/ ⁊ merito
ſane. Cōtumelias narrat: nō magnū aliq̃d ⁊ admi-
rabile: vt poſſis quicqꝫ ſuſpicari. Hic hereticoꝝ os
cauet: ⁊ futura p̄dicit miſteria: ⁊ repoſitū theſauꝝ cō
ſiderās: ſuꝑ his ꝗ euētura erāt cōſultat: implet̃ ēt et
illa ꝓphetia: Os eiꝰ nō cōminuēt: licet enī de iudeo
rū agno hoc dictū ſit: trāſiuit tm̃ figura illa ad verita
tē: ⁊ multo magis ꝓpterea/ ⁊ ꝓphete meminit: cū enī
ſuū attuliſſet teſtimoniū: ⁊ nō videret̃ fidedignū: ad-
ducit moyſen: ꝙ nō temere id factū eſt: ſed antiquitꝰ
p̄dictū: ꝙ os eiꝰ nō cōminuet̃: ⁊ ꝑ ſe quoqꝫ ꝓphete fi
dē facit. Hec dixi (inq̃t) vt intelligatis cōueniētiā in
ter figurā et veritatē. Uides quantam adhibet dili
gentiam: vt credatur: quod turpe ⁊ ignominioſum
videbatur. Illudere enī mortuo: qꝫ ipm crucis ſup-
pliciū longe peius eſt. Uerūtamē hec dixi (inquit) et
magna quidē diligentia: vt credatis. Nemo igitur
his fidē non adhibeat: neqꝫ pudore noſtra offendat:
que enī maxime ignominioſa vident̃: hec ſūt noſtro
rum bonoꝝ honeſtiſſima. [Poſt hec autem rogauit
Pilatū Joſeph ab arimathia: eo ꝙ eſſet diſcipulus
Jeſu.] non ex. xiꝭ. ſed fortaſſe ex. lxx. Iā enī putātes
ſedatā irā iudeoꝝ: ad crucē libere acceſſerūt: et funꝰ
curabāt. Accedēs ergo ad pilatū: corpꝰ ieſu rogat:

et cõceſſum ē: nã cur nõ debuiſſet? ſuuit aũt ipm ⁊ ni
codem⁹/ et magnifice ſepeliuit. Adhuc enĩ de eo tan
q̄ de puro hoīe opinabant̄: et ea ferũt aromata: que
maxīe corpa ſeruare ſolēt: qð nihil magnũ de Jeſu
ipos exiſtimare arguebat: multũ tñ p̄ ſe ferũt. Sed
quare nullus ex duodecī eo acceſſit? Nõ ioãnes: nõ
petr⁹: nõ ali⁹ ex p̄mis? Neqꝫ hoc ſilet diſcipulus: ſi
iudeoꝝ metu q̄s diceret/ et hi eodē metu tenebant̄:
inq̄t enĩ diſcipulũ occultũ fuiſſe ꝓpter metũ iudeoꝝ
neqꝫ dici poſſet ꝙ cõtemneret: ſed timēs accedebat:
ioãnes autē q̄ affuerat: et viderat expirantē: hic nõ
affuit. Quid ad hoc dicendũ? Mihi vr̄ nobiliſſimũ
fuiſſe ioſeph: qð ex ſepulchro cõſtat/ et pilato erat no
tus: q̄re impetrauit et ſepeliuit ieſum: nõ vt reũ: ſed
magnifice ſcðm iudeoꝝ cõſuetudinē/ tanq̄ magnũ
aliquē/ ⁊ admirabilē. Cũ enĩ tpe vrgerent̄: Nona
enĩ hora mortu⁹ erat: ⁊ dũ peteret eũ a pilato: ⁊ dũ
lauarēt: iã veſpere aduētarat: q̄ tpe nihil licebat ope
rari: in proximũ mounmentũ poſuerũt. Diſpēſatũ
eſt enĩ vt in nouo monumēto ſepeliret̄: in quo nemo
poſit⁹ fuerat: ne quis aliũ reſurrexiſſe arbitraret̄: ⁊
vt diſcipuli eo facile ſe cõferre poſſent: ⁊ que fierent
in ꝓpinquo intuerent̄: ⁊ vt ſepulture teſtes: nõ ipſi
tm̄: ſed inimici eſſent. Signaculũ enĩ/ ⁊ cuſtodes ſe
pulchro impoſiti/ ſepulture erãt teſtimonio. Reſur-
rectionē autē nõ minus manifeſtari xp̄s voluit: q̄re
diſcipuli multum annitunt̄ oſtēdere: ꝙ mortu⁹ ſit.
Reſurrectio enĩ: oē futuꝝ temp⁹ erat cõfirmatuꝝ.
Mors ſi tũc dubia fuiſſet: reſurrectiõis rõ nõ cõſta
ret: neqꝫ hoꝝ tm̄ gratia ꝓpe voluit ſepeliri: ſed ne fal
ſo potuiſſet quiſpiã furtũ inſimulare. [Una autē ſa
batoꝝ:] hoc eſt: die dñico cum adhuc tenebre eſſent
maria magdalena venit mane/ ⁊ vidit lapidē reuo-
lutũ a monumēto. Surrexerat Jeſus: ⁊ lapide ⁊ ſi
gnis impoſitis: ſed cũ hoc manifeſtari oporteret: p⁹
reſurrectionē ap̄uit monumentũ: ⁊ ita res credita ē:
Hoc mariã mouit: marie nãqꝫ magiſtrũ diligebat/
poſtq̄ ſabbatũ p̄terĳt: ceſſare nõ potuit: ſꝫ cũ adhuc
eēnt tenebre a loco ſibi aliq̄ ī q̄rēs ꝯſolationē: eo ſe
cõtulit: ⁊ cũ videret lapidē reuolutũ: neqꝫ ītrauit ne
qꝫ introſpexit: ſꝫ ad diſcipl'os cucurrit: ex nimio de-
ſiderio. Jd eī curabat q̄citiſſīe q̄d de corpe factũ eēt ī
telligere: hoc ⁊ rurſus/ ⁊ verba ſignificarũt. [Tule
runt (inq̄t) dñm meũ: ⁊ neſcio vbi poſuerũt eũ.] Ec-
ce quõ nõdũ quicq̄ de reſurrectiõe certũ norat: ſꝫ eē
ablatũ ſuſpicata eſt: ⁊ ſimplicit̄ oīa diſcipul' nũciat.
Euãgeliſta ãt tãta laude m'ierē ñ fraudauit: neqꝫ ſi
bi dedecori arbitrat⁹ eſt: vt ab ea noctu ꝓfecta pri-
mũ hec intelligerēt: h̄ pacto ſp̄ ei⁹ veritas lucet. Cũ
veniſſet maria/ ⁊ id ſignificaſſet: audientes illi ad ſe
pulchrũ ꝓperãt: ⁊ vidēt lintheamina poſita: qð erat
reſurrectiõis ſignũ. Neqꝫ eī ſi q̄ corp⁹ abſtuliſſent: il
la reliq̄ſſent: neqꝫ ſi furati eſſent: ſudariũ inuoluere:
et ponere in vnũ locũ curaſſent: ſed vt erat corp⁹ ab
ſtuliſſent: ꝓpterea p̄dixit Joãnes: ꝙ cũ multa mir-
rha eſſet ſepult⁹: q̄ nõ min⁹ q̄ plumbũ corpi linthe-
amina cõglutinat. Ut cũ audieris ſudaria in ſepul
chro relicta: furto abreptũ non arbitreris. Non enĩ
fur adeo ſtult⁹ fuiſſet: vt ī ſup̄flua re tãtũ laboraſſet
Quanã gr̄a ſudaria dimiſit? quõ id faciendo latere
potuit? Etenĩ diuti⁹ in eo erat immorãdũ/ ⁊ dep̄hē
di potuiſſet. Cur lintheamīa poſita erãt/ ⁊ ſudariũ
ſeperatim inuolutũ? Ut intelligeres nõ ꝑturbate/
et feſtinãter feciſſe: ex hoc reſurrectionē crediderunt
ideo poſtmodũ apparuit eis xp̄s: q̄ nõ videndo cre
diderũt. Cõſidera hoc in loco euãgeliſte humilitatē
quõ certitudinē reſurrectiõis petro manifeſtatã di-
cit: p̄cedēs enĩ viſis lintheaminib̄ poſitis: nihil am
pli⁹ ꝑquirit: ſed diſcedit. Jlle autē feruore quodã in
greſſus: oīa q̄ſiuit diligēter: ⁊ ampli⁹ vidit: ⁊ tũc cõ
ſolat⁹ eſt vidēdo lintheamīa poſita: ⁊ ſudariũ ſepa-
ratim reuolutũ: qð bene diligentē arguebat. Tu ãt
cũ audieris nudũ dñm reſurrexiſſe: ceſſa q̄ſo ab inſa
na funeris impēſa. Quid ſibi hoc ſup̄fluũ vult: ⁊ ī-
utile diſpendiũ: qð ipis q̄ faciũt plurimũ affert de-
plius in fame ⁊ nuditate viuentē indigētibꝫ ferre p̄-
ſidium/ q̄ꝫ id ipm̄ de diuitiaꝝ affluētia miniſtrare.
Nam illiꝰ quidē om̄i aduenienti aperiebat̄ domus:
huiꝰ vo aīa vniuerſo patebat orbi: ac fideliū popu-
los benigne mētis recipiebat hoſpitio dicēs: Non
anguſtiamini in nobis: anguſtiamini aūt in viſceri-
bus veſtris. Et ille quidē cū oues ⁊ boues haberet
innumeras/ erat in pauperes liberalis: hic vo ni-
hil amplꝰ corpore ſuo poſſidēs: in hoc ipo ſufficient̄
indigētibꝫ adminiſtrabat: qd̄ alicubi ipe cōmemo-
rās/ neceſſitatibꝫ inquit meis/ ⁊ his q̄ mecū erāt mi
niſtrauerūt manus iſte. Corporis em̄ ſui operā ve-
lut ex quadā poſſeſſione fructus eſurientibꝫ deputa
bat. Sed vermes videlicet atqꝫ vulnera ſeuos atqꝫ
intolerabiles ſancto Job inferebāt dolores/ et ego
fateor: ſꝫ ſi ꝑ tam multos annos Pauli verbera/ et
cū iugi fame etiā nuditatē/ cathenas/ carcerē/ inſidi

as/ periculaqꝫ cōſideres: q̄ a domeſticꝭ ab extraneis
a tyrānis/ a toto poſtremo patiebatur orbe: addas
hoc etiā his ꝓfecto amariora/ id eſt ꝓ eis q̄ labeban
tur/ dolores/ ſolicitudinē/ quā ꝓ eccleſijs vſtionē/
quā ꝓ ſcādalizatꝭ ſingulis ꝑferebat: videbis q̄ꝫ erit
om̄i ſaxo durior aīa iſta ꝑpetiēs: ⁊ ferꝝ atqꝫ adamā
tem ſuperās. Que em̄ iob corpore: hec Paulus mē
te ſuſtinuit: q̄ om̄i verme moleſtior de ſingulis qui-
buſqꝫ labētibꝫ meſticia ꝯſumebat. Vn̄ iuges ⁊ lachry
marū ex eo fontes nō diebꝫ ſolū: ſꝫ etiā noctibꝫ efflue
bāt oīqꝫ muliere parturiēte vehementiꝰ affligebat̄
in ſingulis/ ꝓpt̄ qd̄ etiā dicebat: Filioli mei q̄s iterū
parturio ⁊c. Quē vo/ iam quiſpiā poſt iob putet eē
mirabilē? Moyſen ꝓfecto: ſꝫ hūc etiā Paulus ſatis
eminēti virtute trāſcendit: cuiꝰ quidē ſunt multa a-
lia p̄clara. Sꝫ caput illiꝰ ſancte aīe atqꝫ faſtigiū eſt:
qm̄ ꝓ iudeoꝝ ſalute deleri elegit ex libro vite: Sed
moyſes cū ceteris optauit perire Paulus ꝓ ceterꝭ.
Nō em̄ cū pereūtibꝫ ꝑire voluit: ſꝫ vt ſaluarent̄ alij/
ipſe de glorie eternitate decidere. Et ille quidē pha-
raoni: hic aūt diabolo q̄ttidie repugnabat. Et ille ꝓ
vna gente/ iſte vo ꝓ vniuerſo orbe certauit: nō ſudo
re: ſꝫ ſanguine vice ſudoris vndiqꝫ ꝓfluēte: cum nō
ſolū habitabiles mundi partes: verūetiā deſerta ad
cultū religiōis adduceret: nec ſolū grecoꝝ populos
verūetiā barbaroꝝ. Poterā quidē ⁊ ieſum naue/ et
ſamuelē ⁊ alios ꝓphetas in cōparatiōe vocare: ſꝫ ne
ſermonē faciā lōgiorē ad ipa eoꝝ capita cōdeſcendā.
Cū em̄ iſtis excellētior apparuerit: nulla prorſus d̄
alijs ambiguitas relinquet̄. Quinā ḡ eminētiores
vident̄? q̄s poſt hos aliꝰ/ niſi dauid/ et Helias/ et
Johānes: quoꝝ vnꝰ prioris/ alter ſecūdi eſt precur
ſor aduētꝰ? ꝓpter qd̄ etiā noīs cōione cōiuncti ſunt.
Quid igit̄ in dauid p̄cipuū reperit̄? ꝓculdubio ho-
ſpitalitas/ atqꝫ erga deū feruens amor. Et q̄s am-
plius/ īmo q̄s ita/ vt aīa Pauli/ hec vtraqꝫ cōple-
uit? Admirandū autē in Helia ego minime reor: q̄
celū clauſit: q̄ induxit famem: q̄ ignē de celo ſermo
ne cōpluit: ſꝫ q̄ zelauit ꝓ deo/ erat in hoc mētis af-
fectu ipo igne vehementior. Sed ſi Pauli zelū dili
genter inſpicias: tāto eū inuenies celſiorē/ quāto il-
le ꝓphetis ceteris eminebat. Quid em̄ verbis illis
reperiat̄ equale: q̄ gloriā dn̄i zelando dicebat: Qm̄
optabā ego anathema eſſe ꝓ fratribꝫ meis q̄ ſunt co
gnati mei ſm̄ carnē. Propterea e celis ſibi propoſi
tis/ ac premijs ⁊ coronis tardauit: atqꝫ diſtulit di-
cens: Permanere autē in carne neceſſariū eſt ꝓpter
vos. Propterea nō ſolū iſtā que cernit̄: ſed illam qꝫ
que intelligit̄ creaturā: nequaq̄ꝫ ſufficere ſibi credi-
dit ad oſtēdendū zelū ⁊ charitatē/ q̄ ardebat in xp̄m:
ſed etiā aliā/ que nō eſt ſermone formauit: vt qd̄ to-
ta volūtate cupiebat/ exprimeret. Sed iohānes in
cibum locuſtas ⁊ mel ſilueſtre ſumebat: ac Paulus
ita in mūdi ſtrepitu: queādmodū ille in heremi quie
te verſatꝰ eſt: nō quidē paſtꝰ locuſtis/ aut melle ſil-
ueſtri: ſꝫ multo his victu viliore cōtētꝰ: ac ne neceſ-
ſario quidē indulgēs cibo/ pre feruore ⁊ ſtudio p̄di-
candi. Verū illiꝰ aduerſus herodem apparuit ma-
gna cōſtantia: at iſte nō vnū/ aut duos: aut tres: ſꝫ
innumeros ī ſimili poſitos poteſtate corripuit: imo
longe illo ſeuiores tyrānos. Reſtat vt Paulū iam
angelis cōparemꝰ. Ideoqꝫ relinquētes terrā ad ce-
loꝝ faſtigia trāſeamꝰ. Sed nullus ſermonis noſtri
accuſet audaciā. Si em̄ Johānem: ⁊ ſacerdotes dei



ſcriptura angelos noīauit/ q̄d mirū ſi p̄ſtantiorem
omnibꝰ Paulū illis virtutibꝫ cōferamꝰ? Quid er-
go in angelis magnificū p̄dicamꝰ: profecto quia cū
om̄i cura obediūt deo: q̄ dauid qꝫ admirando dice-
bat: Potētes virtute faciētes verbū illiꝰ ⁊c. Huic
em̄ bono equale ē nihil. Prorſus etiā ſi ſint milies
incorporei: hoc ē em̄ qd̄ maxie preſtat eos beatos/
q̄ obediūt p̄ceptis dei/ q̄ eū in nullo aliqn̄ cōtem-
nūt. Hoc igit̄ ⁊ in Paulo plene aīaduerti pōt/ cū
oī diligētia ⁊ cautiōe ſeruatū. Nō aūt ſolū ſermonē
eiꝰ īpleuit: verū etiā p̄cepta: ſuꝑ q̄ p̄cepta h̄ q̄ppe de
clarās ait: Que eſt ḡ merces mea: vt euangeliū p̄di
cans ſine ſumptu ponā euangeliū dei? Quid vo ali
ud in euangelio ꝓpheta mirat̄? Qui facit inq̄t ange-
los ſuos ſpiritꝰ ⁊ miniſtros ſuos ignē vrentē. Sed
hoc etiā in Paulo poſſumꝰ inuenire: q̄ velut ignis/
ac ſp̄us totū terraꝝ ꝑcurrit orbē/ percurrēdoqꝫ pur-
gauit. Sed necdū celū iſte ſortitus eſt: ⁊ hoc omino
mirabile: q̄ talis verſabat̄ in terris: et mortali ad-
huc carne circūdatꝰ/ cū incorporaliū poteſtatū virtu
te certabat. Quanta ḡ ſumꝰ cōdēnatione digni: cum
vno hoīe bona oīa in ſe ꝯgregāte/ ne minimā quidē
eoꝝ partē ſtudemꝰ imitari? Hec aſſidue mente vol-
uētes/ ⁊ noſipſos īculpabiles p̄beamꝰ: ⁊ ad illiꝰ ze-
lum ſtudeamꝰ accedere/ vt ad eadem bona ꝑuenire
mereamur: gr̄a et miſericordia dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i: cui
gloria ⁊ imperium in ſecula ſeculoꝝ Amen.

## Homelia Secunda.

Quid ſit homo: ⁊ quanta nature noſtre no
bilitas: quantecunqꝫ capax virtutis: hoc
vel p̄cipue ex om̄ibꝫ Paulus oſtēdit: qui
nūc ſtetit aduerſus criminatiōes humane creature/
clariſſima ꝓ deo voce reſpōdēs: cohortās ad ſtudia
virtutis: ⁊ impudētiſſima blaſphemantiū ora cōclu
dens/ docens quoqꝫ q̄ inter angelos: homineſqꝫ
non grande ſit medium: ſi tamen noſipſos diligen-
tius excolamus. Non enim aliam ille eſt ſortitꝰ na-
turā/ nec diſſimilem nactꝰ animā/ neqꝫ alteꝝ habi-
tans mundū: ſꝫ in eadē terra: eadēqꝫ regiōe/ ſub eiſ-
dem etiā legibꝫ nutritꝰ/ ⁊ moribꝫ: cūctos q̄ nūc ſunt
hoīes: vel fuerūt/ altiꝰ virtute trāſcendit. Vbi igit̄
illi nūc ſunt/ q̄ vitia in ꝓcliuo/ virtutē in arduo col
locauerūt? Hic em̄ palā illis repugnat dicēs: Qd̄
em̄ in p̄ſenti momētaneum eſt et leue/ tribulationis
noſtre ſupra modū in ſublimitate eternū in nobꝭ gl̄ie
pondus opat̄. Si aūt huius tribulatiōes inueniū-
tur leues/ quāto magis he/ que ſunt in nobis volu
ptates? Neqꝫ vo hoc ſolū in illo mirabile eſt/ q̄ pre
abundātia deuotiōis q̄dāmodo nō ſenſit dolores ꝓ
virtute ſuſceptos: ſed etiā q̄ virtutē ipam ꝓ mercede
penſauit. Nam nos equidē ꝓ ea nec mercede ꝓpoſi-
ta certamꝰ/ quā ille cōplectēs etiā ſine p̄mio dilige-
bat/ cuncta illa q̄ aſperitate ſui vident̄ impedire vir-
tutē/ cū om̄i magnanimitate ꝑpetiens: qui neqꝫ in-
firmitatē corꝑis/ neqꝫ multitudines circūſtantium
vndiqꝫ negocioꝝ/ neqꝫ tyrannidē nature/ neqꝫ q̄cq̄ꝫ
aliud om̄ino cauſatus eſt: cū vtiqꝫ maior illi q̄ꝫ cun-
ctis et militie principibꝫ/ et regibus terre eſſet cura
commiſſa. Sed quottidie celſior/ quottidie aſſurge
bat ardentior: ⁊ intentis ſibi periculis noua ſemper
alacritate pugnabat: idqꝫ ſignificās dicebat: Eorū
que retro obliuiſcens/ in ea vo q̄ priora ſunt/ exten-
dens me: qui cum ſibi iam mortē imminētē videret

ad cōmunionē/ delectationēqꝫ gaudij alios ꝓuoca-
bat/ dicens: Gaudete/ ⁊ cōgratulamini mihi: ac pe-
riculis/ iniurijs/ opprobrijſqꝫ ꝓpoſitis rurſus exul
tat/ ⁊ corinthijs ſcribēs ait: Placeo mihi in pericu-
lis/ ⁊ in infirmitatibꝫ meis. Cum vtiqꝫ hec ipa eſſe
diceret arma iuſticie oſtēdens hinc ſibi fructū maxi-
mū ꝓuenire. Itaqꝫ cū inter medias inimicoꝝ verſa
retur inſidias/ ouans tn̄ de om̄i eoꝝ referebat īpu-
gnatione victorias: et vbiqꝫ ceſus verberibꝫ/ affe-
ctus iniurijs/ atqꝫ maledictis/ q̄ſi triūphales pom
pas ageret: crebra trophea/ ſtrueret orabat/ gr̄aſqꝫ
referebat deo/ dicēs: Deo aūt gratias/ q̄ ſemꝑ triū-
phat nos. Itaqꝫ ad cōfuſionē ⁊ iniurias/ q̄s ob pre
dicandi ſtudiū ſuſtinebat/ magis q̄ꝫ ad honoꝝ oble-
ctamēta ꝓperabat: mortē potiuſq̄ꝫ vitā appetēs: pau
pertatē q̄ꝫ opulentiā: ⁊ multo amplꝰ laborē deſide-
rans/ q̄ꝫ alij requiē poſt laborē: ac merorem magis
eligēs/ q̄ꝫ alij voluptatē: ſtudioſiꝰ ꝓ inimicis orās/
q̄ꝫ alij aduerſus inimicos. Conuerterat em̄ orbē ter-
rarum: imo nos cū vere ꝯuertimus. Ab illo aūt ſic
cuſtoditus eſt/ queādmodū a deo fuerat inſtitutus.
Illa em̄ oīa q̄ appetebant̄ a Paulo nature cōgrua:
hec vo q̄ idem ille fugiebat cōtraria iudicant̄. Vnde
iſtud ꝓbari poteſt? Homo em̄ cū eſſet paulus/ ad il
la tn̄ magiſq̄ꝫ ad iſta currebat. Vnū em̄ illi formidā
dum erat/ atqꝫ metuendū offenſa nimirū dei: nec q̄c-
q̄ꝫ aliud oīno. Ergo nec deſiderabile illi aliud erat:
niſi placere ſemꝑ deo. Nō dico q̄ nihil p̄ſentiū deſi-
derabat: ſed nec ipſoꝝ aliquid futuroꝝ. Nō em̄ mi-
hi dicas vrbes: ⁊ gētes: exercitus/ ꝓuincias: pecu-
nias: poteſtates: Hec em̄ ille q̄ſi arenam vilia repu
tauit: ſꝫ ea ipa pene q̄ ꝓmittūt̄ in celis: ⁊ tūc eiꝰ ardē
tē in xp̄o amorē videbis. Hic ſiq̄dē ꝓ illiꝰ dulcedine:
nō angeloꝝ nō archangeloꝝ admiratꝰ ē dignitatē:
nec q̄cq̄ꝫ horū ſimile cōcupiuit. Qd̄ em̄ erat maius
om̄ibus/ xp̄i amore fruebat̄: cū hoc beatiorē ſe cun-
ctis putabat. Sine hoc aūt neqꝫ dominatuū/ neqꝫ
principatuū ſociꝰ eſſe cupiebat: ſed cū hac dilectione
magis eſſe extremꝰ optabat: imo etiā ex numero pu
nitoꝝ: q̄ꝫ ſine hac inter ſummos: ⁊ honore ſublimes
Hoc em̄ erat illi maximū ⁊ ſingulare tormentū ab
hac charitate diſcedere: hec illi erat gehenna: hec ſo-
la pena: hec infinita: ⁊ intolerāda ſupplicia. Sicut
etiā ꝑfrui charitate xp̄i/ hoc illi vita/ hoc mundus/
hoc angelus/ hoc p̄ſentia/ hoc futura/ hoc regnū/ h̄
ꝓmiſſio/ hoc bona videbant̄ īnumera: preter hec ve
ro nihil in triſtiū parte ponebat. Horū em̄ q̄ hic ha-
bent̄ nihil aſperū/ nihil etiā ſuaue reputabat. Sic
deſpiciebat vniuerſa (q̄ cernimꝰ) vt ſolet herba iā pu
trefacta cōtemni. Tyrānos vo ipſos ac ppl'os ſpirā
tes furorē velut eſſe q̄ſdā culices exiſtimabat. Mor-
tem vo/ ⁊ cruciatꝰ/ ⁊ mille ſupplicia: quaſi ludū pu
tabat eſſe pueroꝝ dūmodo ꝓpter xp̄m aliq̄d ſuſtine-
ret. Tūc em̄ ⁊ tunc amplectabat̄ libenter: ⁊ decora-
batur vinctꝰ cathena: magiſq̄ꝫ diademate coronatꝰ.
Etenim coartatꝰ carcere habitabat celum: ac liben
tius verbera excipiebat/ ⁊ vulnera: q̄ꝫ alij brauia di
ripiunt: et dolores nō minus q̄ꝫ premia diligebat:
cum ipſos vtiqꝫ dolores loco duceret p̄miorū: pro-
pterea enim illos ⁊ gratiā nominabat. Quē ſenſum
diligenter attende. Premium certe erat diſſolui/ ⁊
eſſe cū xp̄o: permanere aūt in carne certamen: ſed tn̄
ꝓpter xp̄i deſideriū premia differebat cupiditate cer
taminis: id magiſqꝫ neceſſarium eſſe ducebat. Ere-

gione vero anathema a xp̄o fieri optabat. Certamē hoc erat ⁊ dolor: magꝭ aūt ⁊ ſupra certamē: ſupraqꝫ omnē dolorē. At vo eſſe cū xp̄o erat premiū ſingulare. Paulus tñ ꝓpter xp̄m illud maluit/ ꝙ̄ iſtud eligere. Sed ꝑfecto dicat hic aliqs/ quoniā hec oīa ꝓpter xp̄m ſuauia eſſe dicebat: Hoc plane etiā ip̄e cōfiteor: qm̄ que nobis ſunt cauſa triſticie: hec illi maximā pariebant voluptatē. Et qd ego pericula erūnaſqꝫ cōmemoro? In merore em̄ maximo ille verſabaꝛ: ꝓpter qd dicebat: Quis infirmaꝛ: ⁊ ego nō infirmor? quis ſcandalizaꝛ/ ⁊ ego nō vror? Et ſi ī merore dicat quoqꝫ qs ineſſe aliquā voluptatē? Multi em̄ illoꝝ qui filiorū mortibus vulneranꝛ aliquid cōſolatiōis accipiūt: cum fletibus manant: magiſqꝫ dolent: cū dolere ꝓhibenꝛ. Sic igiꝛ et Paulus nocte et die cōſolationē excipiebat ex lachrymis. Nullus ſiquidē tanto affectu mala ꝓpria/ ꝙ̄ ille deflebat aliena. Queadmodū em̄ illū opinaris afflictū: cum perditionē iudeoꝝ dolet: q̄ vt illi ſalui fierēt: ſeip̄m a celoꝝ gloria cupiebat excludi. Et vnū h̄ manifeſtū eſt: qꝛ ſcilicet nō ſaluari illos acerbiꝰ eſtuabat: ꝙ̄ ſeipſum perire: aut ſi nō acerbius/ nunꝙ̄ aliud optaſſet: qd vtiqꝫ quaſi tolerabilius elegit. Qui cum certe ſpe maxima futuri premij paſcereꝛ: nō perfunctorie aliqd optabat: ſꝫ clamabat dicēs: Qm̄ triſticia ē mihi magna: ⁊ continuus dolor cordi meo. Hūc ergo de ſingulis (vt ita dixerim) habitatoribꝫ mundi tam vehementer dolentē: ⁊ in cōmune ꝓ cunctis: ⁊ gentibꝫ videlicet/ ⁊ iudeis: ⁊ pro vnoquoqꝫ peculiariter lamentantē: cui nam rerū aliquis poterit comparare/ cui ferro/ cui adamāti? Quid nam aliqs illam appellet animā aureā ne magis an adamātinā? Nam ⁊ erat omni adamante fortior: ⁊ auro: gēmiſqꝫ precioſior: ⁊ alterā quidem materiā firmitate: alteram precioſitate ſuperabat. Cui ergo rei hec ab aliquo aīa cōparetur? Earū quidē que ſunt oīno nulli. Nō ſi vel auro adamātis fortitudo: vel adamanti honor dareꝛ auri: tamen forte aliq̊ modo cōparatio eius pauli poſſet anime cōuenire. Sed qd ego adamātē: vel auꝝ ad ſimilitudinē adduco pauli? Mūdū ſi e diuerſo appendas omnē/ ⁊ tunc videbis aperte pauli vergere pondus examinis. Sed ſi em̄ de his qui in melotis ⁊ ſpecubꝫ: in exigua orbis parte verſantur hoc dictū eſt: quātomagis nos dicemꝰ paulum mūdo/ ⁊ omnibꝫ que in mūdo ſunt digniorem? Si igiꝛ eo mūdus dignꝰ nō eſt: ſed forte vel celū: ſꝫ iſtud quoqꝫ inueniꝛ inferiꝰ. Si em̄ iſte nō ſolū celū: ſꝫ que habenꝛ in celis dei poſtpoſuit charitati: quō non magis dominꝰ: qui tanto eſt benignior paulo: quāto malitiā bonitas antecellit: innumeris cū celis iudicat digniorē? Nō em̄ ꝙ̄tum nos diligit deus: tantū a nobis diligiꝛ ipſe: ſed tāto effuſiꝰ/ ꝙ̄tū nec ſermo quidē ſufficit explicare. Conſideremus ꝙ̄ quātis illum honoribꝫ etiā añ tēpus reſurrectionis extulerit. In paradiſum rapuit: ⁊ in celū tertiū ſubleuauit: ineffabilis archani fecit eſſe participē/ taliumqꝫ myſteriorū conſciū: que nulli hoīm fas fuerit confiteri. Nec īmerito ſiquidē paulus in terra gradiens/ ſic ſe agebat in cunctis/ quaſi angelorū ſocietate frueretur. Nam paſſibili adhuc colligatus corpori/ illorum perfectione gaudebat: tantiſqꝫ fragilitatibus ſubditus: in nullo inferior ſupernis virtutibus apparere certabat. Nam et tanꝙ̄ pennatus totum docendo peruolauit orbem: ⁊ velut incorporeus labores omnes: periculaqꝫ cōtempſit/ ⁊ quaſi iā celum poſſidēs: cuncta prorſus terrena deſpexit: et tanꝙ̄ cum ipſis iam incorporeis degeret: ita iugi mētis intētiōe vigilauit: ⁊ angelis qdē ſepe diuerſarū gētiū cura cōmiſſa ē: ſꝫ nullꝰ illorū ita creditū ſibi ppl'm gubnauit: vt paulꝰ vniuerſū gubernauit orbē. Neqꝫ vo dicas: qꝛ h̄ nō ꝑficiebāꝛ a paulo. Hoc etiā nos fatemur: Sed ⁊ ſi ipſe nō erat/ q̄ cuncta cōplebat: nequaꝙ̄ tamē ab eoꝝ laudibꝫ ſeparaꝛ: quia vtiqꝫ dignū tante ſe gratie ſe preparauit/ per quam tam magnifica/ ⁊ glorioſa ꝑficeret. Michaeli gens cōmiſſa eſt iudeoꝝ: Paulo vo terre/ ac maria/ atqꝫ vniuerſi orbis habitatio: ipſumqꝫ deſertū: ⁊ hoc nō ad iniuriā (quod abſit) angelorū: ſed oſtendimꝰ eſſe poſſibile illis hominē copulari/ iuxtaqꝫ illoꝝ merita conſiſtere. Cuiꝰ aūt rei gratia/ nō angelis potiꝰ hec predicatiōis cura cōmiſſa eſt? Vt nullū ſcꝫ excuſationis colorē/ de ſe inueniret anima negligēs: ac ne tu ad diuerſitatē nature cōfugeres dormiendo? Deide vt tāto etiā maior opeꝝ admiratio naſcereꝛ: quanto de natura inferiore ꝓcederent. Quomodo enim nō admirabile hoc: atqꝫ improuiſum videreꝛ: cū ex terrena lingua ſermo proſiliēs/ mortē fugat/ peccata diſſoluit/ tenebras cecitatꝭ illuminat: ⁊ mutatione mirifica terrā cōuertit in celū? Propter hoc igiꝛ ſtupeo virtutē dei: propter hoc admiror promptum animū pauli: quomodo ſe talem ſtuduit exhibere: quomō ſe tante gratie capacem parauit. Vos autem rogo: vt non miremini ſolum: verūetiam imitemini hoc tam clarum virtutis exemplum: ſic nāqꝫ poterimus coronarum eius eſſe participes. Et ſi aliquis nos dixiſſe miratur: quia quicūqꝫ habuerit Pauli merita/ eadeꝫ ſit etiam habiturus premia: ipſum audiat ita dicentē: Certamen inquit bonum certaui: curſum conſumaui/ fidem ſeruaui/ de cetero repoſita eſt mihi corona iuſticie: quā reddet mihi dominus in die illa iuſtus iudex. Non ſolum autē mihi: ſed ⁊ his/ qui diligunt aduentū eius. Vides certe quomodo cūctos in eadē glorie cōmuniōe vocet. Quia igitur omnibus eadē corona glorie ꝓpoſita eſt: ſtudeamus oēs eſſe digni illis bonis/ q̄ promiſſa ſūt inueniri. Neqꝫ ſolū magnitudinē: atqꝫ eminētiā in illo debemus conſiderare virtutū/ ⁊ promptum illud animi eius/ atqꝫ robuſtū ꝓpoſitū/ ꝑ qd ad tantā meruit gratiā peruenire: ſed ⁊ nature ſocietatē per quā/ ⁊ nobis in cunctis ille participat: ⁊ ſic etiam/ que valde ſunt ardua nobis facilia videbuntur ⁊ leuia: breuiqꝫ hoc tempore laborantes incorruptibilem illam geſtabimꝰ: atqꝫ immortalem coronam: gratia ⁊ miſericordia dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: cui ē gloria ⁊ imperium in ſecula ſeculoꝝ Amen.

## Homelia Tertia.

b Eatus paulus/ qui tantā vim humane alacritatis oſtendit: vt ad celum quoqꝫ ip̄m valeret ſubuolare/ pretermittēs angelos: ⁊ archangelos/ aliaſqꝫ virtutes: aliquando quidem ſuo exemplo chriſti nos fieri imitatores iubet dicendo: Imitatores mei eſtote: ſicut et ego chriſti. Aliquando vo de ſe reticens ad ipſius nos imitationem dei extendit/ dicens: Eſtote ergo imitatores dei ſicut filij chariſſimi. Jam vo demonſtrans/ quia nihil ita hāc imitationē pariat/ ꝙ̄ ſi ita viuat aliquis: vt bonum eius in cōmune perficiat: atqꝫ vniuerſis vtilioꝛa ꝓuideat adiūxit: Ambulate in charitate. Jdeo cum dixiſſet: imitatores mei eſtote: cōtinuo de charitate diſſeruit: quia hec precipue virtus hoīes deo ꝓximos facit. Quantecūqꝫ enim ſint alicuiꝰ inferiores tenentes locū: cuncta erga hominū ſtudia verſanꝛ: vt eſt contra cōcupiſcētias: vt qd aduerſus gulam geritur bellum: vt in auaritie interitū acies ordinata: vt cum iracundie furore cōflictus: diligere vo deum/ nobiſqꝫ cōmune eſt. Propterea ⁊ dominus imperabat: orate ꝓ calūniantibꝫ/ ⁊ ꝑſequētibꝫ vos: vt ſitis filij patris veſtri/ qui in celis eſt. Hoc igitur ⁊ paulus intelligēs cunctoꝝ eſſe caput bonorum: omī in ſe ſtudio exprimere curauit. Nemo em̄ ita dilexit inimicos: nemo erga inſidiatores ſuos tā beneficus fuit: nullus ꝓ afflictoribꝫ ſuis tāta ꝑpeſſus eſt. Non em̄ ille/ q̄ patiebaꝛ/ ſed nature copulā cogitabat: quātoqꝫ amplius offerebanꝛ inimici: tanto eoꝝ magis miſerebaꝛ inſaniā. Vt em̄ aliquis indulgentiſſimꝰ pater afficiꝛ erga filiū freneſi comprehenſum: cuiꝰ quātomagis cōuitijs: ictibuſqꝫ pulſatur: tanto eū potiꝰ miſeraꝛ/ atqꝫ deflet: ita Paulus qui de ipſa magnitudine paſſionū eorū/ a quibꝫ affligebaꝛ/ extimaret furorē/ maiora illis adhibebat fomenta pietatis. Audi igiꝛ ꝙ̄ patienter/ ꝙ̄ māſuete nobis pro illis loquaꝛ/ qui eum quinquies verberauerūt: qui eum cathenis onerauerunt/ qui vinculis ſepe cōſtrinxerāt: qui eius ip̄m ſitiebat cruorē: quiqꝫ illum quottidie diſcerpere geſtiebāt. Teſtimoniū (inquit) illis ꝑhibeo: quoniam emulationem dei habent: ſed non ſcḋm ſcientiā. Et rurſus eos/ qui ſe ſupra illos ſuperbius efferebāt refrenans. Noli/ ait/ altū ſapere/ ſed time. Si em̄ deus naturalibus ramis non pepercit/ ne forte nec tibi parcat. Quia em̄ cognouerat dominicā in illos iam ꝓceſſiſſe ſententiam: qd vnum/ ⁊ ſolum erat in ſua poteſtate preſtabat. Sepe lachrymabaꝛ vehemēter/ ⁊ pro illis dolebat/ volentes illis inſultare prohibebat/ atqꝫ inꝙ̄tum poterat: laborabat vmbrā eis aliquā excuſationis obtendere. Et quia propter cōtumaciā eoꝝ/ atqꝫ duriciā/ perſuadere illis fidem ſermone nō poterat: ad oratiōes cōuertebaꝛ aſſiduas: Fratres inquit: voluntas quidem cordis mei/ ⁊ obſecratio ad deū fit pro illis in ſalutē. Spe quoqꝫ meliore illos ſollicitat: dicens: Sine penitētia em̄ ſunt dona/ et vocatio dei: vt nō pertinatiꝰ vſqꝫ ad finem deſperatione morianꝛ. Que vtiqꝫ omnia ſunt verba amantis: ⁊ valde eoꝝ vtilitatibꝫ ꝓuidentis: vt cum dicit: Veniet ex ſyon/ q̇ eripiat: et auertat impietates ab iacob. Mordebaꝛ em̄ vehementer/ ac penitus diſſecabaꝛ: cum eos pereuntes videret/ ꝓpter qd et multa ſolatia huic adhibebat dolori: aliquādo quidem dicens: Veniet ex ſyon/ qui eripiat/ ⁊ auertat īpietates ab iacob: aliqñ vo/ ⁊ iſti nō crediderūt ī illorū miſcdiā: et vt ipi miſcdiam ꝯſequāꝛ. Facit aūt h̄ etiā hieremias: vim quandā inferens: atqꝫ contendens excuſationē aliquam pro delinquētibꝫ inuenire. Et nūc quidē dicēs: Sed peccata noſtra reſtiterunt nobis. Et rurſus: Non eſt in homīe via eiꝰ: nec homo ibit/ ⁊ diriget iter ſuum. Et rurſus: Memēto quoniam puluis ſumus. Mos eteni eſt omīno celeberrimus/ vt hi/ qui pro delinquentibꝫ deprecanꝛ: ⁊ ſi nihil idoneum afferant: ad rogandū ſaltem vmbrā quandā excuſationis pro eis opponāt: nō certa verborū ꝓprietate munitam: nec que trahi poſſit in dogmata: ſed que ꝓ pereuntibꝫ tantūmodo conſoletur dolentē. Nō ergo hmōi excuſationes ſcrupuloſius ponderemus: ſed intelligamꝰ eſſe illas dolētis aīe: ⁊ dicere aliqd ꝓ peccatoribꝫ requirētis/ iuxtaqꝫ hūc modū hec/ que ſuperius dicta ſunt/ cenſeamꝰ. Putas autem: quia erga ſolos iudeos talis extiterit: ad alios vero/ vl' domeſticos/ vl' extraneos: nō ſe multo etiā prebuerit mitiorē? His autē inquit/ qui ſine lege erant/ factus ſum quaſi ſine lege eſſem/ vt oēs lucrifacerē. Audi igiꝛ/ quid ad Timotheū ſit locutus: Seruū inq̇t dei non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes/ doctorē/ patientē: cū modeſtia corripientē eos/ qui reſiſtunt: ſi quando det illis deus penitentiā ad cognoſcendā veritatē: vt reſipiſcāt a diaboli laqueis/ a q̊ capti tenenꝛ ad ipſius voluntatē. Vis aūt ꝓbare/ ꝙ̄ modeſte etiā/ ⁊ cū illis loquaꝛ/ qui in peccata corruerūt? Audi qd corinthijs dixerit: Timeo inquit ne cū venero humiliet me deꝰ apud vos/ ⁊ lugeā multos ex his/ qui ante peccauerūt/ ⁊ non egerunt penitentiā ſuꝑ īmūdicia/ et fornicatiōe/ ⁊ impudicitia/ quam geſſerūt. Et ad Galathas: Filioli (inquit) mei: quos iteꝝ parturio donec chriſtꝰ formeꝛ in vobis. Et in cauſa eiꝰ: q̄ fuerat fornicatꝰ: nō minus ⁊ ipſo/ qui ꝓ peccato ſuo lamentabaꝛ: dolet: proqꝫ illo alios deprecaꝛ/ dicēs: Confirmate in illum charitatē: ſed etiā quando illū ab eccleſie corpore ſeparabat/ ꝙ̄ multis hoc lachrymis/ gemituqꝫ faciebat. Ex multa (inquit) tribulatione: ⁊ anguſtia cordis ſcripſi vobis ꝑ multas lachrymas: nō vt cōtriſtemini: ſed vt ſciatis: qm̄ charitatem habeā abūdantiꝰ in vos. Et rurſus: Factꝰ ſum iudeis/ tanꝙ̄ iudeꝰ: his qui ſub lege erāt/ quaſi ſub lege eſſem: factus ſum infirmꝰ infirmis: omībꝫ omīa factus ſum: vt oēs ſaluos facerem. Vidiſti ne queſo animā omnia terrena ſuperantē? Omnē em̄ prorſus hominē deo exhibere cupiebat/ et oēs ꝙ̄tū ad ip̄m ſpectat/ exhibuit: quaſi em̄ vniuerſum mundum genuiſſet/ ſic ꝑturbabaꝛ/ ſic currebat: ſic oēs ī regnū dei feſtinabat inducere: docendo: pollicendo: meditando: tum orando ꝓ ipſis/ tum etiā ipſis ſupplicando/ ⁊ terrēdo: ⁊ demones corruptores aīarū fugando: aliquādo epiſtolis: aliquādo p̄ſentia: nūc ſermone: nunc rebus ꝑ diſcipulos: ꝑ ſemetip̄m conabatur erigere labantes: ſtātes vo firmare/ humi iacentes attollere: ſanare contritos: torpētes oleo exhortatiōis animare: inimicis inſonare terribiliter: hoſtes minaciter intueri: more optimi cuiuſdā ducis/ ac medici artis ſue inſtrumenta geſtantis: protector ipſe bellantiū: ipſe ſedulus egrotoꝝ miniſter: et vnus omniū officiorū perſonas: ⁊ exercitiū vbiqꝫ cuſtodiēs. Nec in ſpiritualibꝫ ſolum tam egregium conſeruabat ducem: ſed in carnalibꝫ quoqꝫ plurima ſolicitudinis: ac ꝓuidentie ſue documenta p̄ſtabat. Audi itaqꝫ queadmodū ꝓ vna etiā muliere/ ad vniuerſum ſcribat populū/ dicēs: Cōmendo autem vobis phében ſororem meā: que eſt in miniſterio eccleſie/ que eſt cenchris: vt eam ſuſcipiatis ī dn̄o digne ſanctis: ⁊ aſſiſtatis ei in quocūqꝫ negocio veſtri indiguerit. Et iterū: Noſtis/ ait/ domū Stephane: vt et vos ſubditi ſitis eiuſmodi. Et rurſus: Cognoſcite/ que hmōi ſunt. Eſt em̄ hoc quoqꝫ ꝓpriū: ⁊ familiare in dilectione ſanctorū. Sic em̄ ⁊ Heliſeꝰ mulierem illam ſuſceptricē ſuam/ non ſpiritualibꝫ ſolū: verūetiam carnalibꝫ beneficijs remunerat: ꝓpter qd

cum multa ſollicitudine curaqꝫ dicebat: Nõ eſt tibi ſermo ad regem / vel ad principē. Et qđ mirū ſi commendationes ꝑ litteras pſtitit Paulus: q̄ ad ſe aliquos reuocās: nec de viatico illoꝝ curā gerere dedignatus eſt: idqꝫ ipm in epiſtola ſua ſcribere: ſiquidem ſcribens Tito ait: Zenam legis peritum: ⁊ appollo ſollicite premitte: vt nihil illis deſit. Qui commendās aliquos: tam ſtudioſe ſcripſit atqꝫ ſollicite multomagis ſicubi vidiſſet periclitātes: cūcta feciſſet. Ad Philemonē ḡ ꝓpter Oneſimū ſcribens: vide q̄ omne impendebat ſtudiū: q̄ intente / ac ſollicite deprecet̃. Qui aūt ꝓ vno ſeruulo maxie fugitiuo: et qui ex rebus dñi multa ſubtraxerat: integrā omīqꝫ affectu plenā epiſtolā ſine cunctatiōe cōpoſuit: qualis circa alios fuerit perpende. Unū em̄ hoc ille pudore dignū putauit aliqđ: ſcꝫ ꝓ cuiuſlibet ſalute negligere. Propter hoc agebat oīa / ⁊ cōmonebat nec omīno quicq̄ ꝓ his / qui ſaluādi erāt / cūctabat̃ impendere / nõ verba nõ pecunias / nõ deniqꝫ corpus ipm. Qui enim milies ſeipm tradiderat in mortem: multomagis ſi habuiſſet / nec pecunijs pepercíſſet. Et qđ dico ſi habuiſſet: cum probare poſſim / nõ pepercíſſe eū pecunijs / etiā nihil habentē: et ne ambiguum putet̃ eſſe qđ dicimꝰ / audi ipm rurſus loquētem. Quoniā inquit / Libenter impēdā: ⁊ ſuꝑ impēdar ipſe pro animabꝫ veſtris. Et ad Philipēſes: ſcribens ait: Neceſſitatibꝫ meis: ⁊ his / q̄ mecū erāt / miniſtrauerūt manꝰ iſte. Cum ꝟo celſus in oīm cōſiſteret arce virtutū: oēm tamē flāmam / p̄cipuo charitatis ardore vincebat. Ut em̄ miſſum ī ignē ferrū / totum ꝓfecto ignis efficit̃: ſic Paulus charitate ſuccēſus / totus factꝰ eſt charitas / qui quaſi cōmunis totius mundi eſſet pater: ita in amore oīm / ipſos eoꝝ imitabat̃ parentes: imo cunctos / nõ carnales tantūmodo: verū etiā ſpūales patres ſollicitudine / ac pietate ſuperabat: ⁊ pecunias / ⁊ verba / et corpus / et animā / pro his / q̄s diligebat / impendēs. Propter hoc itaqꝫ charitatē etiam plenitudinē legis vocabat: et vinculū perfectiōis: ⁊ oīm matrē bonoꝝ: ⁊ vitium: finēqꝫ virtutū: ꝓptereaqꝫ dicebat: Finis aūt precepti eſt charitas de corde puro: ⁊ conſciētia bona. Et rurſus: Non adulterabis: nõ occides. Et ſi qđ aliud eſt mandatū: in hoc verbo inſtaurat̃: Diliges ꝓximū tuum ſicut teipſum. Quia igit̃ ⁊ initiū / et finis: ⁊ bona omīno vniuerſa dilectio eſt: vel ī ipa ſtudeamꝰ paulū imitari: etenim hic illius ope talis effectus eſt. Nõ enim proponas mihi mortuos: q̄s ſepius ſuſcitauit: neqꝫ leproſos / quos eadem virtute mūdauit: nihil hoꝝ reqrit a te deus. Poſſide charitatem Pauli: ⁊ perfectam adipiſceris coronā. Cuius ꝟo iſta ſentētia eſt? Ipſius nutritoris: vtiqꝫ charitatis: qui eam: ⁊ mirabilibus: ⁊ ſignis: ⁊ alijs bonis mille propoſuit. Quia enim eam ipſe abunde: ac vehementer impleuerat: Iccirco etiā acrius: atqꝫ examinatius vim eius intelligit. Per ipſam etenim ille: ad tam celſum ꝑfectiōis culmen aſcēdit: nihilqꝫ eum ita dignum deo: vt virtus pſtitit charitatis: ⁊ ideo dicebat / imitamini dona meliora: et adhuc excellentiorē viam vobis demonſtro charitatem profecto optimā viam: planiſſimāqꝫ pronuntians. In hoc ergo: et vigilanter ambulemus: vt ⁊ Paulum: imo ⁊ dominū Pauli videre mereamur: et incorruptibiles conſequamur coronas: gr̄a ⁊ miſericordia dñi nr̄i ieſu xp̄i: cui eſt gloria: ⁊ imperium Amen.

## Homelia Quarta.

b Eatus Paulus: qui nos hodie ꝯgregauit: quiqꝫ terrarum etiam illuminauit orbē vocationis ſue tempore aliquando cecatus eſt: ſed illiꝰ cecitas illuminatio totius orbis effecta eſt. Quoniam enim videbat male / bene eum excecauit deꝰ: vt vtiliter iam videret in reliquū. Simul em̄ ⁊ documentū ei virtutis ſue prebuit: ⁊ in paſſione eiꝰ figurauit futura: ⁊ modū eius predicationis edocuitqꝫ ſcꝫ oporteret eum priora ſtudia penitus excludere: ⁊ quaſi cōniuentē oculis ſemetipm vndiqꝫ cohercere: ꝓpter qđ ipſe idem iſtud ſignificans / clamat: Si qs videt̃ inter vos ſapiēs / ſtultꝰ fiat: vt ſit ſapiēs. Nequaq̄ ergo potuiſſet rurſum bene videre / niſi prius excecatus fuiſſet. Unde ⁊ ꝓpriā ſapientiā / qua ꝑturbabat̃ excludēs / fidei ſe ꝑ cūcta cōmittit. Sed nullus hoc audiēs / vocationē iſtā neceſſitatem putet: ſi quidē potuit redire vnde diſceſſerat. Multi enim et in nouo / ⁊ in veteri teſtamēto: cū maiora ſepe mirabilia vidiſſent retro vt legimꝰ: ſunt reuerſi: vt nabuchodonoſor: vt iudas: vt elimas magꝰ: vt ſimõ: vt ananias: vt ſaphira: vt vniuerſus pp̄ls iudeorū: ſꝫ nõ ita paulꝰ. Illuſtrato em̄ mētis aſpectu ad ſincerrimū illud lumen curſu tetendit: atqꝫ ad celū pernicíter ſubuolauit. Qđ ſi interroges / cuiꝰ rei gratia ſit cecatus / accipe ipm loquētē: Audiuiſtis (inquit) cōuerſationē meā aliquādo in iudaiſmo: qm̄ ſupramodum ꝑſequebar eccleſiā dei / ⁊ expugnabā illā / ⁊ ꝓficiebam ī iudaiſmo ſupra multos coetaneos meos in genere meo abundātiꝰ emulator exiſtēs p̄rnarum mearū traditionū. Quia em̄ vehemēs quidē erat ⁊ ferus / frenis ḡ vehemētioribꝫ indigebat: ne ſcꝫ impetu ipſo / eiꝰ quo ferebat̃ alacritatis arreptus / ꝓlata a ſe dei verba cōtemneret. Propterea igit̃ furorem eiꝰ indomitū priꝰ cōprimit: ⁊ cōcitatos precipites illiꝰ iracūdie fluctꝰ / cecitatis beneficio redigit in quietē: ⁊ tūc demū celeſti eū domat affatu / oſtēdēs ꝓprie inacceſſibilem ſapientiā: ⁊ ſuꝑeminentē omībꝫ diuine ſcientie bonitatē / vt diſceret / cui tandem aduerſario repugnaret / quē certe nõ modo punientē / ferre nõ poſſet: ſed nec beneficia cōferentē. Nõ enim ille obſcuritate tenebraꝝ: ſed luminis nimietate cecatus eſt. Et cur inquis: hoc non ante factū eſt? Ne queras iſtud / neqꝫ velis eſſe curioſior: ſed ꝯcede incomprehenſibili dei ꝓuidentie ſalutes hoim / notis ſibi tempoꝝ oportunitatibꝫ ordinanti. Sic em̄ etiā ipſe fatebat̃ / dicens: Cū aūt placuit ei / qui me ſegregauit de vtero matris mee / vocauit ꝑ ſuam gratiā vt reuelaret filiū ſuū in me. Nihil tu igit̃ ſcruteris ampliꝰ / q̄ṁ hec dicit ⁊ paulus. Iſtud em̄ tūc vtiqꝫ fieri oportuit / cum iam ſcādala vbiqꝫ creuiſſent. Ab ipo itaqꝫ diſcamꝰ: qm̄ nullꝰ añ paulū neqꝫ ipe paulus ex ſe tātūmodo eū inuenit: ſꝫ ipe ſe xp̄s oſtēdit: et iccirco dicebat: Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos. Ceteꝝ cur añ nõ credidit / cū videret reſurgere mortuos / ambulare claudos / ꝑaliticos roborari / demōes effugari? Nullū em̄ fructū ille ex his oībꝫ cōſecutꝰ eſt: cū tñ nõ ignoraret iſta: qui tā erat erga apoſtolos curioſus: q̄ certe cū lapidaret̃ Sephanꝰ aſtabat / ⁊ faciē eiꝰ videbat angelico fulgore radiantem. Cur ḡ nihil inde lucratꝰ ē? Quia nec dū vtiqꝫ vocatꝰ fuerat a xp̄o. Tu ꝟo h̄ audiēs noli vocationem iſtā neceſſitatē putare. Nõ em̄ deꝰ cogit hoies



vocando: ſed poſt vocationē ḡ ꝑmittit eos ꝓpriarū eſſe dominos voluntatū. Nam et iudeis ſeipm q̄ṅ oportuit / reuelauit: ſꝫ illi ꝓpter gloriā / quā ab hoibus requirebāt: vltro ſe offerentem ſuſcipere noluerunt. Uerū hoc loco infidelior q̄s opponat / atqꝫ dicat: Cur me etiā non vocauit e celo? Uñ etiā manifeſtum eſt / o homo / q̄ Paulū vocauit de celo. Sed credis iſtud: ḡ ſi credis / hoc ipm ad ſignū tibi ſatis eſt. Si ꝟo nõ credis / q̄ e celo paulum vocauit: quō dicis / cur me etiā non vocauit? Credis q̄ ille vocauit / hoc ipm tibi (vt dixi) abundat ad ſignū. Crede igit̃: nam te q̄ꝫ e celo vocat deus ſi habes animā ad obediendū paratā. Qđ ſi inobediēs ſis / ⁊ corrupte: deprauateqꝫ ſentētie: ne de celo quidē ad te vox dimiſſa tibi ſufficit ad ſalutē. Quotiēs aūt ⁊ iudei vocē audiere de celo / in nouo / ⁊ ī veteri teſtamēto: nec tñ facti ſunt iccirco meliores. Nam in veteri / iudei poſt mille miracula ꝓ deo vitulū: quē fecerāt adorauerūt. At ꝟo hierecōtina meretrix: q̄ nihil oīno ex mirabilibꝫ viderat: oſtendit tñ fidē in exploratoꝝ ſuſceptione mirabilē. Interea q̄ꝫ repromiſſionis iudei ſigna cernētes / ꝑmanebant lapidibꝫ duriores. Niniuite ꝟo ionā ſolū vidētes crediderūt: ⁊ egerūt penitentiā: ⁊ venturā ſuꝑ ſe irā dei cōuerſiōe pepulerūt. In nouo etiā teſtamēto ſub p̄ſentia ipſiꝰ xp̄i: latro q̄dē cū crucifixū cerneret adorauit: iudei ꝟo q̄ eū ſpectauerāt mortuos ſuſcitātē: ⁊ vinxerūt / ⁊ affixerunt cruci. Quid aūt nr̄a q̄ꝫ etate: nõne ex fundamētis tēpli qđ hieroſolymis fuit: ignis exiliēs audētes illō edificarē conſumpſit? ſicqꝫ reliqui ab iniquis conatibus deſtiterūt: nec tñ ab impietate ſua / atqꝫ cecitate cōuerſi ſunt. Quāta ꝟo etiā poſt h̄ alia facta ſunt miracula: vt cū ſuꝑ appollinis verticē fulmē illapſum eſt: vt cū ipſiꝰ reſpōſa demonis transferri a rege ſepultum / iuxta ſe martyrē cōpulerūt dicētis: ſe alloqui oīno nõ poſſe q̄ diu ꝓximā illiꝰ archā videret. erat nāqꝫ vicina. Poſt q̄ ipſius regis auunculus / qui ꝓphano attactatu cōſecrata deo vaſa temerauerat / vermibꝫ exeſus interijt. Prepoſitꝰ q̄ꝫ regalis erarij / ob aliā quā eccleſie intulerat iniuriā / mediꝰ repente diruptꝰ eſt: tūc etiā regionis noſtre fontes: qui priꝰ flumina ipſa curſu inundante vincebāt: ſubito in ſe reſiliendo fugerūt / nunq̄ꝫ hoc añ ꝑpeſſi / niſi poſtq̄ꝫ loca illa ſacrificijs / ac victimis inq̄nauit. Quid vero iam memorē famē toto prorſus orbe terraꝝ cū impio rege dominatā / regis interitum in regione perſaꝝ: ante mortē ꝟo mentis errore ꝑpeſſum / exercitū in medio barbarorū relictū: ⁊ vndiqꝫ velut quodā rhete cōcluſum / reditum ex illis locis improuiſum: atqꝫ mirabilē. Cū em̄ rege impio miſerabiliter interempto: alter pius in eius ſucceſſiſſet imperium / aduerſa oīa cōtinuo diſſoluta ſunt: ⁊ exercitus qui velut in medijs erat rhetibꝫ inuolutꝰ / nec vllum exitū aliq̄ñ ſe inuenturū eſſe credebat / dei iam nutu ab hoſtibꝫ liberatꝰ / oīni cum ſecuritate remeauit. Et hec quidē / quē nõ valeāt ad partē pietatis attrahere? Quid ꝟo p̄ſentia? nõne etiā multo mirabiliora dicenda ſunt? nõne crux predicat̃ / ⁊ totus ad credendū mūdus accurrit? Nõne mors nunciat̃ et oēs cōuolāt? Nunq̄d nõ innumeri crucifixi ſunt? Nunq̄d nõ duo latrones cū dño pependerūt? Nūquid nõ multi ſapiētes? Nunq̄d nõ multi extiterūt potentes? Cuiꝰ igit̃ aliq̄ñ ſic nomē obtinuit? Et qđ dico potētes / atqꝫ ſapiētes? Nunq̄d nõ fuerunt reges incliti? Quis ita ſibi terraꝝ orbē tam breui tēpore ſubiugauit? Non em̄ varias mihi atqꝫ diuerſas opponas hereſes. Omnes ſiquidē eundē predicant chriſtū: ⁊ ſi nõ oēs ſane predicēt atqꝫ legittime: Illū em̄ oēs p̄dicant / q̄ in paleſtina / ⁊ natꝰ / et paſſus / q̄ pontio pilato adiudicāte crucifixus eſt. Hec igit̃ cūcta que ꝓpoſui: nõne etiā maiꝰ virtutis eius vident̃ habere documentū / q̄ꝫ illa vox allata de celo? Cur em̄ nullus ita aliq̄ñ regnū / vt hic ſolus obtinuit: certe cū īnumera ex aduerſo impedimēta pugnarēt? Nam ⁊ reges cōtra euangeliū preliati ſunt: ⁊ tyrāni bella geſſerūt: ⁊ noſtra adeo vſqꝫ attrita nõ ſunt: vt inde magis fierent clariora. Unde igit̃ hec tanta: tamqꝫ admirabilis virtus? Magus ſcꝫ erat. Solus ergo iſte magus tam potens fuit. Audiſtis nempe: q̄ ⁊ apud perſas magi: ⁊ apud indos extiterūt: ſint q̄ꝫ ⁊ modo. Sed ne nomen quidē eorū vſqꝫ ſonat. Et ille quidem ex tyrānoꝝ vrbe deceptor: ac maleficꝰ aliquo loci apparuit: at breui aliquanto tēpore in exigua parte orbis refulſit: ſꝫ celeriter extinctus: atqꝫ deletus eſt: Qui nõ eccleſiā oīno: non populū: nõ aliqđ hoꝝ reliq̄t. Sed quid dico magos / atqꝫ maleficos extinctos? Unde (queſo) oīm deorū templa extincta ſunt: ⁊ clodoneꝰ: ⁊ dariꝰ: ⁊ oēs iſte ꝓphanitatis officine ſilent: ac penitꝰ obſtructe ſunt? Unde igit̃ nõ ſolū crucifixū: ſed ⁊ etiā ꝓ ipſo occiſoꝝ fauillas demones cōtremiſcūt? Cuiꝰ regi gr̄a ſalrē nomen audiētes crucis in fugā reſiliūt: cū certe ſi ſe res haberet aliter: magis eos oporteret irridere: q̄ꝫ fugere. An forte crux quid clarum videt̃: ac nobile? Immo ecōtrario turpis: ⁊ exprobrabilis mors. Eſt em̄ ⁊ vtiqꝫ penalis mors: ⁊ oīno teterrima: et apud iudeos maledicta: ⁊ inter gētiles abominanda. Uñ igit̃ illam demones reformidāt: niſi de virtute crucifixi? Si em̄ illam ꝑ ſeipſam timerent: quāq̄ꝫ et hoc ipm de his eēt indignū: tñ ⁊ añ illū: ⁊ poſt illū plerique crucifixi ſunt: ⁊ cum ipo etiam duo. Quid igitur ſi inuocet aliq̄s nomē latronis: vel alterius cuiuſqꝫ crucifixi / demon ne forte timebit: ac fugiet? Nequaq̄ꝫ: quinimo ridebit. Si ꝟo ieſum addideris nazarenū: velut ab igne repente diffugiet. Quid igit̃ ais? Unde p̄ualuit? Quia: inquis: ſeductor fuit. At nõ hec p̄cepta loquunt̃. Deinde ⁊ multi ſeductores fuerūt: ⁊ tñ nullus obtinuit. Sed q̄ magus fuit: veꝝ lōge aliud eiꝰ dogmata cōteſtant̃. Sed et magorū multa ſepe fuit copia: nec tñ vllū huiꝰ potētie nomē auditū eſt. Sed q̄ ſapiēs fuit: at multi fuerunt ſepe ſapiētes. Quis itaqꝫ ſiliter obtinuiſſe dicet̃? Nullꝰ em̄ aliq̄ñ ſaltem ex parte aliqua huic potētie appropinquauit. Unde liquido patet: qm̄ chriſtus nõ fuerit magus: nõ ſeductor / ſed q̄ econtrario hoꝝ extitit emendator. Et vere diuina virtꝰ: nec vlli oīno ſuperabilis. Iccirco ⁊ ipſe cūcta vicit: atqꝫ ꝑdomuit. Et paulus cū illa arte viliſſima tātam potuit inſpirare virtutē: quantā ipe reꝝ teſtat̃ effectus. Homo etenī ignobilis abiectꝰ: ⁊ circūforanꝰ: qui arte exercebat in pellibꝫ / in tantū virtute ꝓgreſſus eſt: vt vir triginta annoꝝ ſpacio / ⁊ romanos / ⁊ perſas / ⁊ parthos / et medos / ⁊ indos / ⁊ ſcithas / ⁊ ethiopes / ⁊ ſauromatas / ⁊ ſaracenos / ⁊ omne prorſus humanū genus ſub iugum mitteret veritatis. Reſponde igit̃: Unde iſte opifex vilis / ac publicꝰ ſtans in loco artꝫ ſue / ac ſcalellū manu gerens: ita vt ipſe philoſophatus ſit: ⁊ alios docuerit philoſophari / gētes ſcꝫ vr-

des/ atq; regiones nec vim in ſe ſermonis oſtēdēs.
Audi eñi ipm̄ loquentē: Et ſi imperit⁹ ſermone: nec
pecunias poſſidēs: nā hoc q̄ʒ ipe teſtaꝶ: Uſq; ad hāc
inquit horā/ ꝛ eſurim⁹/ ꝛ ſitim⁹/ ꝛ nudi ſum⁹/ ꝛ co
laphis cedimur. Et q̄d dico pecunias/ cum ille ſepe
neceſſariū quidē nō haberet cibū: nec quo ſe circūda
ret indumentū: Qnia vō nec de ꝓfeſſione clarus fu
erit/ ipſius diſcipulis oſtēdit dicēs: Quoniā mane
bat apud aquilam ꝛ priſcillā ꝓpterea ꝙ eiuſdē artis
eſſent. Erant enim ſcenofactorie artis Non igitur a
proauis nobilis: quippe qui tam vilis fuiſſe artis
oſtēdiꝶ: nō a patria: nō a gēte: tñ ꝓgreſſus ī mediū:
ac tantūmō apparēs inimicoꝝ cūcta turbauit/ vni
uerſa confudit: et ſicut in ſtipulas/ aut in fenū ignis
immiſſus/ omīa demonū opera conſumpſit: atq; in
q̄d voluit/ omnia cōuertit. Neq; vō hoc ſolū admi
ratione dignū eſt: ꝙ tantam potentiā talis obtinuit
ſed quoniā diſcipuloꝝ quoq; illius plurimi paupe
res/ imperiti ac totius erāt eruditionis extranei/ in
fame ꝛ egeſtate viuentes/ ignobiles/ ac de ignobi
libus ꝓcreati: q̄d certe etiam ipſe p̄dicauit/ nec eru
buit eorū cōmemorare pauperiē: immo neceſſaria
q̄dē eorū victui poſtulare. Proficiſcar inq̄t Hieru
ſalem miniſtrare ſanctis. Et rurſus: Scd̄m vnam
ſabbati vnuſquiſq; veſtrum reponat q̄d ei bene pla
cuerit: vt nō cū venero tunc collecte fiāt. Quare vō
plures diſcipuloꝝ ex imperitoꝝ numero conſtaret/
ad corinthios ſcribēs ait: Uidete vocationē veſtrā:
qm̄ nō multi ſapientes ſm̄ carnē: nō multi potētes
nō multi nobiles: ſed ꝛ valde obſcuri/ et viles fue
runt. Nam infirma mundi (inquit) elegit deus/ et
que nō ſunt: vt ea que ſunt/ deſtrueret. At nobilis
ꝛ eruditus/ erat forte perſuaſor. Nec iſtud quidem:
nam hoc q̄ʒ ipſe confirmat/ dicens: Et ego veni ad
vos/ nō in ſublimitate ſermonis/ aut ſapientie: an
nunciās vobis teſtimoniū chriſti. Non em̄ iudica
ui me ſcire aliquid inter vos: niſi ieſum xp̄m/ et hūc
crucifixum. Et ſermo meus/ ꝛ predicatio mea/ non
in perſuaſibilibꝫ humane ſapiētie verbis. Sed cau
ſa nimirū ipſa predicationis erat idonea/ q̄ ad ſe per
traheret audientes. Accipe quid etiam ſuper hac re
ipſe pronunciet. Quoniā inquit iudei ſigna petunt:
et greci ſapientiā querūt: nos aūt predicam⁹ chriſtū
crucifixum: iudeis quidē ſcandalū/ grecis aūt ſtulti
tiam. Sed ſecuritate ac libertate ꝑfunct⁹ eſt. At oī
no a periculis nunq̄ʒ reſpirauit. Et ego inquit in in
firmitate ꝛ timore/ ꝛ tremore multo fui apud vos:
neq; vō ipſe ſolū: ſed etiā diſcipuli eius paſſionibus
ſubiacebant. Mementote inquit dierū prioꝝ ī qui
bus illuminati magnū certamē ſuſtinuiſtis paſſio
num. In altero quidē opprobrijs/ ꝛ tribulationibꝫ
ſpectaculū facti: in altero etiam ſocij taliter cōuerſan
tium facti: nam ꝛ vinctis compaſſi eſtis: ꝛ rapinam
bonoꝝ veſtrorū cum gaudio ſuſcepiſtis. Et rurſus
ad Theſſalonicēſes ait: Uos em̄ eadē paſſi eſtis a
cōtribulibus veſtris: ſicut ꝛ ipſi a iudeis/ qui ꝛ do
minū nr̄m occiderūt: et ꝓphetas ſuos perſecuti ſunt.
Rurſus ad Corinthios ſcribēs. Sicut inq̄t/ abū
dant paſſiones chriſti in vobis: ꝛ quemadmodum
ſocij eſtis paſſionū/ ita eritis et conſolationis. Et ad
Galathas. Tanta inquit/ paſſi eſtis ſine cauſa ſi tñ
ſine cauſa? Cum igitur ꝛ predicator/ et imperitus/
cum etiam pauper eſſet et proſus ignobilis: ꝛ q̄d p
dicabatur nō modo cōmendatiōe ſui eſſet vacuum:

verumetiā offenſione pleniſſimum: ꝛ auditores ipſi
inopes/ imbecilles/ atq; omnino nulli: ꝛ pericula tā
crebra: tam varia: nō doctoribꝫ ſolum: ſed etiam di
ſcipulis imminerēt: ꝛ crucifixus eſſet: qui annuncia
batur adorādus. Quidnam illud eſt q̄d hui⁹ predi
catio potuit obtinere: Nōne luciditiſſime claret diui
na hec ꝛ ineffabili quadā virtute perfectum: q̄d cer
te etiam inimicoꝝ cōparatione poteſt liquido com
probari. Cum em̄ videris contraria hoꝝ vniuerſa
cōcurrere in vnum: id eſt vt opes: ꝛ nobilitatē: ꝛ pa
trie claritudinē: ꝛ oratorie artis pompam: et pacis
ſecuritatem: ꝛ plurimā in ipā ſupſtitione culturam:
cōtinuo tamē morem prophanitatis extinctū: hos
vō qui ſunt ex aduerſa parte ſuperare: que hoꝝ cau
ſa ſit reſpōde. Tale eſt em̄ vt cum rex quiſpiā inſtru
ctus armis: fretus exercitu: potentiſſimas in bello
acies inſtruens: hoſtes ſuperare nequiuerit: nudus
aliquis/ ꝛ paup/ ꝛ ſolus: ac ne breui quidem iaculo
armatus: aut ſimplici ſaltem veſte tectus/ certamē
ineat: eaq; peragat: que alij/ nec cū mille quidē mu
nitionibꝫ patrare potuerunt. Noli igiꝶ in praua ꝑ
manere ſentētia/ ſed virtutē venerare crucifixi. Ne
q; enim ſi regem aliquē videas ciuitates ſibi excel
ſas parantē/ circūagentē foſſas: muris machinas
imponentē/ innumerā quoq; habentē militū mul
titudinē/ arma fulgentia/ pecunias infinitas/ vnāq;
hoſtium ciuitatem deſtruere non valentē: alterū vō
nudo corpore dimicantē: ſoliſq; manibꝫ vtentē: non
vnam/ aut duas/ aut paucas: ſed proſus innume
ras/ totoq; orbe diffuſas vrbes ꝑcurrentē celeriter:
cūctaſq; capientē/ humane hoc dicas eſſe virtutis.
Sic ergo ꝓculdubio in p̄ſenti cauſa ſentiendum eſt.
Propterea em̄ cōceſſit deus/ ꝛ latrones cū ſaluato
re crucifigi: ꝛ ante ſaluatoris aduentum ſeductores
aliquos apparere: vt etiam ex comparatiōe rerū ni
mis inſipientibꝫ oſtēdereꝶ excellētia veritatis: ꝛ di
ſcerēt: q̄r hic nō vnus ex illis: ſed grande ſit inter tā
diſpares/ infinitūq; diſcrimē. Nihil em̄ xp̄i gl'iam
potuit inumbrare/ vel eorundem oportunitas tem
poꝝ vel cōmunio paſſionū: ne quis em̄ putaret/ q̄r
demones crucem/ et nō crucifixi pauerent virtutē/
obſtruxit ora iſta dicentiū ꝑ latronē. Q̄d ſi temporū
oportunitas cūcta feciſſe dicaꝶ/ ad repellendū theo
dore/ atq; eius diſcipuli proferenꝶ/ qui cum eiſdē fe
re/ quibus etiam chriſtus temporibus extitiſſet: et
veritatem per quedā etiam ſigna impugnare tētaſ
ſet/ repente deſtructi ſunt. Q̄d em̄ iam añ memora
ui: ideo interdū falſa fieri deus ſigna cōceſſit: vt ab
undantius vera monſtraret. Propterea et pſeudo
prophetas tempore ꝓphetarum: et pſeudo apoſto
los cum apoſtolis apparere ꝑmiſit/ vt diſceres/ q̄r
ſplēdētes ei⁹ vbiq; virtutes nequaq̄ʒ obſcurare poſ
ſet ſimilitudo/ ꝛ vmbra quedā virtutū. Age iam ex
alijs quoq; documētis ꝓbem⁹ eſſe hanc potētiā ſin
gularē: ꝛ precipuā/ atq; mirabilē. Docebim⁹ enim
xp̄i gloriā: ipſa magiſ inimicoꝝ īpugnatiōe creuiſſe.
Cū em̄ hūc ipm̄ beatū paulū rome q̄dā ꝑſequerenꝶ:
aliq̄ñ hoc ipm̄ dogma inquieti⁹ p̄dicabāt. Cupiētes
enī Neronē impugnatorē Pauli acri⁹ in ei⁹ odiū
commouere/ mira quadam arte ledendi ſuſceperūt:
et ipſi euangelice predicationis officium/ vt magis
ſcilicet fidei ſermone feruente/ et diſcipulorum cre
ſcente numero: in immenſum igneſceret furor ty
ranni: et fera maiora adhuc colligeret incrementa



feritatis. Et hoc ipſe ad philippēſes Paulus ſcri
bens ait: Scire vos autē (inquit) volo fratres que
circa me ſunt magis venerūt ad profectū euāgelij/
ita vt plures e fratribꝫ cōfidentes in vinculis meis/
abundantius auderēt ſine timore verbū dei loqui.
Quidā quidē etiā per inuidiā ꝛ contentionē. Qui
dam etiā per bonā voluntatē chriſtū predicāt. Qui
dam autem ex cōtentione chriſtū annūciant/ nō ſin
cere exiſtimantes preſſurā ſuſcitare vinculis meis
Quidā autem ex charitate/ ſcientes ꝙ in defenſione
euangelij poſitus ſum. Quid em̄ ſi omni modo/ ſi
ue per occaſionē/ ſiue per veritatē chriſtus annūcie
tur. Uidiſti certe quemadmodū: ꝛ ſi ex cōtentiōe ali
qui predicarēt: tamē etiā per inimicos veritas chri
ſti creſcebat. Supra vero hanc inimicoꝝ calliditatē
alia quoq; ex aduerſo multa veniebant. Nā ꝛ anti
que leges/ nō modo opitulabanꝶ: verūetiā aduer
ſabanꝶ: cōtraq; veritatis partē: nō ſolū maligna ob
loquentiū inimicoꝝ: verū etiā ignorātia dimicabāt
regem aiebant alterū chriſtū. Nō enim nouerāt ei⁹
celeſte regnū terribile iſtud: ꝛ abſq; vllo termino glo
rioſum: ſed quaſi tyrannidem morbis inferentibus
per calumniā repugnabant. Et in cōmune omnes:
ꝛ ſpecialiter aduerſus eos ſinguli dimicādo. In cō
muni quidem quaſi cōtra eos: qui publice diſcipli
ne: ꝛ legū ſcita deſtruerent. Specialiter vero q̄ſi ſin
gulorū domos diuiſionibus/ diuortijſq; diſſolue
rent. Nam ꝛ filiū tunc impugnabat pater: ꝛ filius
patrem negabat: ꝛ maritū vxor oderat: ꝛ vxorē ma
ritus: filie quoq; cum matribus diſſidebāt: cogna
ti cognatos: amici oppugnabāt amicos: eratq; per
omniū domos variū iſtud/ ꝛ multiforme bellū: ꝓ
pinquos ſeparans: diſpergens curiā: iudicia cōtur
bans: cum vtiq; mores patrij ſoluerētur: feſtiuitas
ꝛ cultura demonū pelleretur: que alij legū latores
vel in primis cuſtodiēda decreuerant: cū his omni
bus etiam tyrannidis orta ſuſpitio vndiq; faciebat
eos explodi. Neq; vero dicere quiſpiā poteſt a gen
tibus quanta inferebātur: a parte vero iudeoꝝ om
nia inquiecbanꝶ: cum certe iſti etiā ſeuius īminerēt.
Cūq; ꝛ ipſi ei deſtructionē legis īpingerent: nō em̄
ceſſat (inquiūt) loquēs cōtra legem ꝛ locū ſanctum:
verūtamē vndiq; inuidie igne ſuccenſo: ab domibꝫ
ab vrbibus: ab agris: a ſolitudine: a terra: a mari: a
gentibus: a iudeis: a principibus: a plebibus: a re
gibus: a regū miniſtris: cū omnes ad crudelitatē
ſe mutuo cohortarētur: ꝛ oēs feriſſime: ſeuiuſq; con
ſurgerent: beatus tñ Paulus in tantos ignes inſi
liens/ atq; in medio taliū lupoꝝ cōſiſtēs: q̄ʒq̄ʒ ictus
omniū exciperet: nō modo tñ obrut⁹: ipſe nō eſt: ſed
etiā oēs illos in partē trāſtulit veritatis. Et hec ꝛ alia
quoq; ꝑlia nō min⁹ ſeua memorabo/ vt illud q̄d ad
uerſus ap̄los pſeudo gerebaꝶ: q̄dq; eū ſuper omnia
alia torquebat/ domeſticoꝝ dolus ruina nutantiū
multi em̄ etiā ex fideliū numero labebanꝶ: ſed etiam
contra iſta preualuit. Uñ queſo: ex qua ve virtute?
Quia inquit arma noſtra nō carnalia: ſed potentia
ſunt ad deſtructionē munitionū cōſilia deſtruentē/
ꝛ omnē altitudinē extollentē ſe aduerſus ſcientiam
dei. Propterea igitur in diuerſum omnia vertebā
tur/ ac mutabātur repēte. Ac ſicut igne ſuccēſo pau
latim ſpine cōſumūtur/ ꝛ cedūt/ flāmiſq; ſuperātur
ac mundi reddūtur nouales: ſic etiā Pauli inſonā
te lingua ꝛ omni igne vehemētius irruente cedebāt

oīa fugiebātq;: ꝛ demonū cultus/ ꝛ celebritas oīs/
atq; feſtiuitas/ ꝛ mores patrij/ ꝛ populoꝝ furores
ꝛ tyrānoꝝ mine/ ꝛ inſidie domeſticorum: ꝛ pſeudo
apoſtoloꝝ operatiōes maligne. Magis autē ſicut
radijs ſolis orientibus/ ꝛ tenebre fuganꝶ/ ꝛ fere la
titant/ foueiſq; cōdūtur: ꝛ latrones recedūt: ꝛ homi
cide ad antra ſuffugiūt/ ꝛ amouētur pirate/ ꝛ ſepul
chrorū violatores fugātur: ꝛ adulteri/ ꝛ fures/ ꝛ ꝑ
foſſores domoꝝ deprehenſi a ſole: redarguti/ peri
clitantes abeunt: ſeſeq; alicubi procul occultāt/ om
niaq; lucida efficiūtur/ ꝛ clara illuſtrantibus deſuꝑ
radijs/ terram/ pelagus/ ac mōtes/ vrbes ſimul/
atq; regiōes: ſic tūc predicatiōe fulgēte: ꝛ vbiq; euā
geliū diſſeminātē paulo fugabatur error: veritaſq;
remeabat: fauille vero fumuſq; temploꝝ: ꝛ cymba
la omnia: ꝛ timpana: ꝛ ebrietates ꝛ cōmeſſationes:
ꝛ ſtupra: ꝛ adulteria: ꝛ alia dictu feda/ que in ſacriſ
ſuis celebrare cōſueuerant defecerūt: atq; cōſumpta
ſunt/ inſtar cere ignis vapore pereūtis: ꝛ paleaꝝ vi
ce: que ſubito cōcremātur incēdio. Clara vero inter
hec veritatis flāma ſurgebat reſplendēs: ꝛ ipm̄ ad
uſq; celū ſublimitate cōſcendens: ab his potiſſimū
ſubleuata: qui eā nitebātur opprimere: perq; illos
magis incremēta ſuſcipiens: qui illā extinctū iri cu
piebāt. Nec pericula em̄ ꝓgreſſum eius: aut impe
tus cohercere potuerūt. Nō tyrānis quedā inuete
rate cōſuetudinis: nō patrij amoris autoritas: nō le
gū poteſtas: nō illa ipſa cuſtodiēdi eius: q̄d predica
batur euāgelij difficultas/ nec quicq̄ʒ eorū que im
pedimētū afferre poſſunt ꝓficiſcētis celeriter verita
tis curſum: aut incidere: aut retardare potuerunt.
Atq; vt quantā iſtud vim habeat cognoſcas: cōmi
nare gentilibꝫ nn dico pericula: famē: mortē: ſed dā
num aliq̄d exiguū: ꝛ videbis eos repēte mutatos.
At nō talia inueniunꝶ ꝛ noſtra: ſed cōciſis: occiſiſq;
omnibꝫ: ꝛ vbiq; impugnatis vario genere bellorū:
illa tñ florētiora ſemꝑ effecta ſunt. Et quid ego no
ſtre etatis cōmemoro gētiles viles iſtos: ꝛ oīno con
temptui faciles: et potius qui apud illos erant ali
q̄ñ mirabiles in mediū ꝓferam⁹: philoſophie ſcilicꝫ
honore celebratos: platonē pytagorā: aremenium:
multoſq; alios hmōi: ꝛ tunc demū euāgelice predi
cationis virtutē probabis. Nam poſt ſocratis vene
num: alij quidē megara diſceſſerūt/ ſimilia patiēdi
metu: alter autē ꝛ patria/ ꝛ libertate priuatus eſt.
Nec preter vnā mulierē philoſophie quēq̄ʒ ſtudijs
ſubiugauit. Plato autē depictā in paginis diſcipli
nā relinq̄ns/ in mortē ſolutus eſt. Et certe nihil eis
tūc impedimēto erat. Nō periculū: nō egeſtas: non
imperitia ſmonis: ſed erāt ꝛ dicēdi potētes: ꝛ opibꝫ
affluētes: ꝛ de nobilitate p̄rie gl'iātes. Ueꝝ neq̄ʒ
obtinere potuerūt. Talis eſt em̄ ꝯditio erroris etiā
nullo ſibi obſiſtēte cōſeneſcit: ac defluit. Talis autē
e diuerſo veritatis ſtatus: etiā multis impugnan
tibus ſuſcitatur/ ꝛ creſcit. Hec autē ita eſſe veritas
reꝝ ipſa proclamat: nihilq; hic opus eſt aſſertōe ver
borū: cū vocem quodāmodo totus vndiq; mūdus
emittat vrbes: ſcilicet ꝛ agri: terre: ꝛ maria: ꝛ loca
culta: atq; deſerta: ipſe quoq; etiā mōtiū ſūmitates.
Neq; em̄ ſolitudinē bñficij ſui reliq̄t exortē ſed ipām
maxime his q̄ nobis de celo veniēs detulit/ bonis
repleuit: q̄ pauli p̄cipue linguā: perq; illā quā ī ipm̄
contulit gratiā. Quia enim dignā tali dono deuo
q̄dcūqꝫ cōtigerit/ nō mutare ſententiā. Cui⁹ rei gratia fruſtra laboras/ atqꝫ inter ſaxa ſeminare cōtēdis? Quāto vtilius laborē hūc docendi tuis membris impenderes: de eis elemoſyna/ ceteriſqꝫ virtutibus diſſerendo. Quō igitur alio in loco ait: ne forte de⁹ illis det penitētiā cū hic dicat: hereticū hominē poſt vnā/ ⁊ ſecūdā correctionē deuita: ſciēs quoniā ꝑuerſus eſt hmōi/ ⁊ peccat/ cū ſit a ſeipſo dānatus. Nēpe illic de his loquebat̄/ de quib⁹ corrigēdis ſuꝑat ſpes: ac de his qui ſimpliciter reluctabant̄: nō auerſandi affectu: ſed ſtudio diſcende veritatis. Ubi vo manifeſtus fuerit omnib⁹: atqꝫ cōſpicuus aduerſarius veritatis: cur obſecro pugnas incaſſum? Cur aerē cedis? Quid vero eſt ꝙ ait/ cū ſit a ſeipſo dānatus? Quia ſcilicet ꝓfecto dicere nō poteſt: nemo corripuit. Cū ergo poſt admonitionē in ea infideliter ꝑſtiterit/ ex ſeipſo dānatus efficit̄ [Cū miſero ad te arthemā/ aut tichicū/ feſtina ad me venire nicopolim] Quid ſibi hoc vult/ cū iā eū p̄feceras inſule/ ⁊ rurſus ad teipſum vocas? Nō inquit: hoc ago/ vt illū a ſuo remoueā ſtudio/ atqꝫ miniſterio: ſed vt a me inſtructior doctiorqꝫ diſcedat. Nam ꝙ illū nō iccirco ad ſe vocet/ vt ſecū circūducat/ ⁊ vbiqꝫ comitē habeat/ audi quid ſequit̄: [Illic em̄ hyemare decreui]. Nicopolis tracie ciuitas eſt [Zenam legiſperitū/ ⁊ Apollo p̄mitte/ vt nihil eis deſit] His necdū credita fuerat eccleſiaſtici cura regiminis/ ſed illi⁹ tm̄ comites erāt. Fuit autē Apollo vehemētior potens in ſcripturis/ ⁊ eloquiis diuinis. Si ergo ille legis erat peritus: nihil aliena inſtructiōe illi opus erat: Ueꝝ hoc in loco/ legiſperitū ait/ iudaice legis ꝑitia clarū [Premitte (inquit) eos] Hoc eſt/ vt vberiore doctrina perfruant̄ [Nihilqꝫ eis deſit: Diſcant autē/ ⁊ veſtri bonis operib⁹ p̄eſſe in vſus neceſſarios/ vt nō ſint infructioſi. Salutāt te hi: qui mecū ſunt omnes: ſaluta eos/ qui nos diligūt in fide] Amatores (inqͭt) ſuos/ fideles ſcilicet viros [Gratia dei cū omnib⁹ vobis amē] Quō igit̄ ipſe iubes ꝯtradicentes arguere/ ſi cauēdos hos admones? Quotiens (inquit) in ſubuerſiōe omniū cūcta facere deprehenſi fuerint ⁊ nullū lucꝝ inde ſequitur: id quod p̄cipue intēdit̄/ vitādi hmōi ſunt. Neqꝫ em̄ eos lucrari vnqꝫ poterim⁹/ qui peruerſi ſunt: peccātqꝫ nō ex ignorātia: veꝝ ex ꝑuerſitate ſentētie. Et ſi iſti alios quoqꝫ doctrine ſue venenis infecerīt/ ſtare ex aduerſo oportet atqꝫ pugnare: eoſqꝫ magna cū fortitudīe atqꝫ autoritate reuincere. Si igit̄ hmōi fuerit indicta neceſſitas: videriſqꝫ alios hmōi tabe corrūpi/ iā caue ne taceas/ ſed ora iſtis obſtrue/ curam percuntium gerēs. Prorſus vero fas non eſt/ vt is cui ſtudiū eſt/ pie ⁊ rite viuēdi/ pugne/ ⁊ ꝯtētionib⁹ operā det. Ceteꝝ vt dixi ꝑ oīa facito/ q̄etiqꝫ ſtude. Quippe ex ocio/ ⁊ vberiore philoſophia id cōſeq̄ris/ ſcrutandiſqꝫ intelligētiis ſcripturarū te occupari tm̄ decet. Nāqꝫ ex locutōe ſuꝑflua detrimēti plurimū naſcit̄: cū potius docere/ aut orare/ aut gratias referre oporteat. Neqꝫ em̄ plus debem⁹ pecuniis tēperare/ qꝫ verbis: imo maior hic habēda eſt cura/ exactiorqꝫ diligētia: vt nō paſſim noſipſos omnib⁹ exponamus. Quid autē eſt/ vt curēt bonis operib⁹ preeſſe? Ne ſcilicet expectēt/ dū ſe inopes adeāt. Uerū illūd ſi per ſe ſtudioſe requirāt/ eos q̄ ſuo auxilio indigent. Id quippe curare rectiſſime dicit̄: ita em̄ diligenter/ ⁊ magno cū ſtudio iſtud oꝑabit̄. Nāqꝫ ea res nō tm̄ emolumenti eis parit/ qui beneficiū ſumūt qꝫtū eis ipēdunt: quippe cōfidētiā illis ad deū vberrimā preſtat/ ⁊ lucra acquirit ingētia. Illic vo pugne fruct⁹ nullus eſt: hereticū vero dicit difficile corrigi. Queadmodū vo magne deſidie/ magneqꝫ ſecordie eſt eos deſpicere/ quos imutandos in melius nō deſperam⁹: ita eos qui deſperabiliter lāguēt curare ꝯtēdere ſtultitie ingētis eſt/ atqꝫ extreme dementie. Quippe ex hoc plus illis audatie/ ac temeritatis adiicit̄. [Diſcāt aūt (inquit) ⁊ veſtri bonis operib⁹ preeſſe in vſus neceſſarios ne ſint infructuoſi] Uides vbiqꝫ vt illoꝝ magis qꝫ accipientiū bn̄ficiū illi cure ſit. Licebat em̄ (inquit) illos fortaſſis multis ex partib⁹ enutriri: ſed noſtroꝝ curā habeo. Qua nā (queſo) vtilitate? Nēpe em̄ ſi theſaurū effodiētes/ doctores alii enutrirēt/ his nihil emolumēti acquireret̄/ infructuoſi em̄ permanerēt. Nā poterat chriſtus/ qui ex quinqꝫ panib⁹ tam multos fecerat: atqꝫ ex ſeptē: itē innumeros multiplicauerat nutrire ſeipſum/ ⁊ eos qui ſecū erāt. Cur igit̄ a mulieribus paſcebat̄? Sequebant̄ em̄ eū mulieres/ q̄ illi miniſtrarunt: vt nos profecto doceret ſe illoꝝ in primis curā gerere/ qui beneficia inferrent. Nō poterat Paulus/ qui ⁊ aliis manuū ſuarū miniſterio victui neceſſaria ſuppeditabat/ nullis aliis ex locis accipere? At vides ipſum/ ⁊ accipientē/ ⁊ exigentē. Sed audi quare: Querit em̄ nō datū: ſed fructum. Et in ipſis quoqꝫ initiis fidei/ cū fideles oīa ſua venderēt: ⁊ ad pedes apoſtoloꝝ pretia ponerēt: vide vt apoſtoli ipſorū magis qꝫ accipiētiū habuerint curam. Si em̄ tātūmodo pauꝑꝝ curā habuiſſent nullā profecto ſaphyre ⁊ ananie vltionē expetiſſent qn̄ illi pecunias fraude ſubduxerāt: nunqꝫ ꝓhibuiſſent iniuſte queſita ſuſcipere: nunqꝫ p̄cepiſſet Paulus dicēs: Nō ex triſtitia/ aut ex neceſſitate. Quid dicis Paule? Num pauꝑꝝ beneficentiā impedis? Abſit: Nō em̄ inquit: que illorū ſunt hinc cōſidero: ſed largitatē preſtātiū. Intuere autē ⁊ ꝓphetā cū nabuchdonoſor regi cōſuleret: optimāqꝫ illi ſententiā ꝓmeret: nō pauperū tm̄ curā habuiſſe: neqꝫ em̄ dixit ſimpliciter pauperib⁹ da: ſed peccata tua elemoſynis redime: ⁊ iniquitates tuas miſeratiōib⁹ pauperū. Pecunias (inquit) exhauri: nō vt alii nutriātur: ſed libereris ipſe ſupplicio. Et iterū chriſt⁹: Uēde (inquit) que tua ſunt: ⁊ da pauperib⁹: ⁊ veni ſeq̄re me. Uides vt illic quoqꝫ neceſſario intelligēdū relinquat̄. Quia em̄ pecunie impedimēta ſunt: iccirco dandas pauperib⁹ iuſſit. Docet animā clementē eē ⁊ miſericordē/ pecunias ꝯtēnere admonet/ inſtruit a cupiditate diſcedere. Qui em̄ didicerit non habēti dare: tēpore ipō docebit̄ ab his/ qui habēt minime accipere. Hoc deniqꝫ deo ſimiles facit. Et certe virginitas plus habet laboris/ ieiuniūqꝫ/ ⁊ reliq̄ ſancti ꝓpoſiti auſteritas: verū nihil tantū habet viriū ad extinguēda peccatorū incēdia/ quantū elemoſyna. Hec nēpe maior eſt oīb⁹: ad ipm regꝫ ſoliū: amatores cōſtituit ſuos. Et merito ſane. Uirginitas nāqꝫ/ ⁊ ieiuniū/ terrenuſqꝫ lectulus facienti ſolūmodo ꝓdeſt/ neminē vero aliū ſaluat. At vero elemoſyna ad omnes vſqꝫ pertingit: mēbraqꝫ cōplectitur chriſti. Porro eorū/ qui vbiqꝫ vagantia cōplectitur in vnū maior lōge virt⁹ eſt: hec em̄ charitatis eſt mater. Charitatis inquā/ que eſt ꝓꝓriū chriſtiane religiōis inſigne: ꝑ quā diſcipuli chriſti noſcunt̄.

Hec noſtroꝝ ſceleꝝ medicina eſt: hec anime noſtre
ſordes emūdat: hec ſcala/ que in celū vſqꝫ porrigit
hec chriſti ꝯnectit corpus. Uulns noſſe quātū hec
in ſe habeat boni? Sub apl'is ipi s vēdētes hec oīa
q̄ ſua erāt/ diſtribuebāt vnicuiqꝫ ſm qḋ op⁹ hēbat:
Ut interim futura omittam⁹/ nec de celeſti regno
verba faciam⁹: ceteꝝ ſm pſens ſeculū cōmuni quo-
dam ſenſu iudicemus. Dic obſecro/ qui ſunt/ qui lu-
crant? Qui dāt/ an qui accipiūt? Illi nēpe murmu
rant/ ⁊ corrixant ad inuicem: hi vero vnā aīam ha
bent. Erat eñ (inquit) cor vnū/ ⁊ anima vna: ⁊ grā
erat in omnib⁹ illis: magnoqꝫ ⁊ profectu/ ⁊ vtilita-
te viuebāt. Uides ꝙ ⁊ hinc illi potius lucrabant.
Dic age/ quoꝝ ipſe eē vis ex numero coꝝ qui ſua ab
ijciūt: ⁊ nihil habēt/ an q̄ aliena ſuſcipiunt? Intuere
elemoſyne materiā. Que antea diſiūcta erāt/ cōue-
nere: atqꝫ impedimēta oīa ſublata ſunt: ⁊ continuo
ipſoꝝ anime cōiūcte/ atqꝫ ꝯnexe ſunt. Omniū (inq̄t)
erat cor vnū/ ⁊ aīa vna: ita etiā ſine elemoſyne fru-
ctu/ exinanire pecunias minimum in ſe habet lucri.
Iſta interim dixi: vt qui hereditatē a maiorib⁹ ꝑ ſuc
ceſſionis ſeriē nō acceperūt: minus doleāt/ minuſqꝫ
triſtes ſint: quaſi min⁹ aliq̄d q̄ꝫ diuites habeāt: lon-
ge q̄ppe ſi velint maiora habituri ſunt. Nāqꝫ ⁊ ele-
moſynā facilius erogabūt. quēadmodū ⁊ illa euan-
gelica vidua dedit duo minuta: ⁊ nulla aduerſus
ꝓximū illis inimiciciarū occaſio ſubeſt: ſuntqꝫ omi-
bus liberiores. Nullus ei qui hmōi eſt bonoꝝ pu-
blicationē intētare poterit: quippe celſior euaſit/ q̄ꝫ
vt id ꝑpeti queat. Et quēadmodū eos/ qui nudi ef-
fugiūt: nemo facile tenere pōt: q̄ vero veſtimenta poſt
ſe trahit eū quilibet cito apphendit: eadē ratiōe ⁊ di
ues/ ⁊ pauper exiſtimādus eſt. Nā ille quidē etiā ſi
capiatur/ diffugere facillime poterit: hic aūt ⁊ ſi nō
teneat/ ſuis cōpedib⁹ irretit/ curis innumeris/ de
ſiderijs/ ac ꝑturbationib⁹ reliquis: quippe oīa iſta
obruūt animū: neqꝫ iſta ſolū: veꝝ ⁊ alia plurima: q̄
ex diuitijs oriunt. Nāqꝫ ⁊ difficili⁹ diues modeſt⁹
erit q̄ꝫ pauper/ ⁊ ſimplicē agere vitā/ atqꝫ irā eua-
dere: lōge hic facili⁹ poterit: q̄ꝫ ille. Sed fortaſſe (in
q̄es) maiorē hūc mercedē habituꝝ. Abſit: Cur id?
Quia iſtas ipſe ſibi difficultates iposuit. Neqꝫ eñ
imperatū eſt diuitē fieri/ ſed cōtra penitus. Si igit
ipſe inumera ſcādala/ ⁊ impedimēta q̄ſiuit: alij non
modo pecunias deponūt: veꝝ ⁊ corp⁹/ vt plurimū
macerāt: vt anguſtā incedāt viā: tu aūt preter illas
difficultates: etiā vitijs fomēta miniſtras: ⁊ alia ti
bi circūdas. Latā igit ingrediaris viā: illa eñ eſt/ q̄
hmōi ſuſcipit. Porro anguſta eos accipit/ qui pre-
munt/ qui anguſtant/ qui nihil operis ferūt. Cete
rū hec ſola onera per ipam trāſire fas eſt: elemoſynā
benignitatē/ humilitatē/ māſuetudinē. Si iſta cō-
portes/ facile ingredi poteris. Q ſi tumorē animi/
⁊ ſpinarū ſarcinā/ diuitias ſcilicet inferre volueris
magna tibi latitudine opus erit. Neqꝫ enī in turbā
irrūpere poteris/ quin alios ferias/ ſi hmōi prema
ris oneribus: magnoqꝫ interuallo neceſſe eſt/ vt diſ-
iungaris a ceteris. Etenī qui aurū/ ⁊ argētū defert
nō virtutis/ ſcilicet ⁊ actus probos: hic nō mō non
fugiētes proximos offendit: ſed ſpōte ꝓpinquantes
atqꝫ vna ſeruare ſtudentes. Porro ſi diuitie ipſe ſpi
ne ſunt: quid cupiditas erit? Cuius rei gratia eā te-
cū infers? Ut maiorē incites flāmā/ ⁊ igni fomēta
miniſtres. Queſo/ nō ſufficit gehēne ignis? Cōſide-

ra tres pueros/ quomō fornacis incēdia ſuperaue-
runt: ignē illū puto fuiſſe gehennā: angore/ ⁊ preſ-
ſura circūdati in eā inſiluerūt. Uincti erāt/ atqꝫ cō-
pediti: ſed plurimā intus inuenerūt latitudinē. Nō
ita ſane/ qui extrinſec⁹ ꝓpe fornacē aſtabāt. Eiuſmo-
di profecto quidē/ ⁊ hac vita parturiet. Si volum⁹
aduerſus tentatiōes perſiſtere fortiter/ atqꝫ viriliter
ſi intēdamus in deū ſpem omnē/ atqꝫ ad eū animū
dirigamus: erimus nos quaſi in latitudine: qui ve
ro nos in hmōi preſſuras iniecerint/ ipſi peribunt.
Qui eñ fodit foueā/ incidit in eā/ ſiue illi manus/
ſiue pedes vinxerint: preſſura nos abſoluere poteſt.
Intuere (queſo) miraculū: quos homines vinxerāt
eos ignis abſoluit. Quemadmodū eñ ſi quis ami
corū ſeruos cōmendauerit aliquos/ illi amicitiā re
ueriti domini: ipſos nō modo nō ledūt/ ſed maximo
honore proſequunt: ita ⁊ ignis ille: poſtq̄ꝫ domini
ſui amicos eſſe cognouit pueros illos/ eoꝝ ⁊ diru-
pit vincula/ ⁊ ipſos abſoluit/ atqꝫ dimiſit: ipſe illis
pauimentū fuit: atqꝫ ab eis calcabat. Et nimiū id
quidē cōuenienter. Nā pro gloria dei in illū fuerant
cōiecti. Quicūqꝫ igit inter preſſuras ſumus/ hoc te
neamus exemplū. At illi (inquies) preſſura liberati
ſunt/ nos autē nō. Digniſſime omino. Quia enim
illi nō ita in fornacē imiſſi erant/ quaſi liberādi: ſed
omino morituri. Audias eñ eos licet dicētes: Eſt
deus in celo/ qui eruet nos: ⁊ ſi nō: notū ſit tibi rex
ꝙ deos tuos nō colimus: ⁊ imaginē aureā: quā ſta-
tuiſti/ nō adoramus. Nos autē veluti carioſe agē-
tes: dei diſciplinā diſcutere audem⁹: tpſqꝫ pſſur ꝑ-
figere/ dicētes: Niſi vſqꝫ ad id tēporis miſert⁹ fue-
rit: iccirco minime liberamur. Nempe eñ ⁊ Abraā
nō quaſi incolumē filiū recepturus/ dei monit ob-
temperare pergebat: ſed vt reuera illū deo libatur⁹
atqꝫ ideo p̄ter ſpem incolumem recipere meruit. Et
tu igit cū in preſſuras incideris: ne feſtines in tēpo
ra eductiōis: prepara animā tuā ad omnē toleran-
tiā: ⁊ cito ea preſſura liberaberis. Iccirco eñ hanc
inducit de⁹/ vt erudiat. Cū igit ab ipis initijs ferre
abſqꝫ merore didicerimus/ remittet iā/ requiēqꝫ ꝑ-
ſtabit/ quaſi omnib⁹ cōſumatis. Uolo vobis exem
pli gratia narrare aliquid vtile/ nimiūqꝫ neceſſariū
Quid igitur hoc eſt? Cum perſecutio aliquādo fer-
ueret/ bellūqꝫ imane/ atqꝫ vehemēs aduerſus eccle
ſiam cōcitatū eſſet: duo cōprehēſi ſunt viri: ex his al-
ter quidē paratus/ ac promptus erat omnia perpe-
ti: alter quidē/ ⁊ ipſe ſibi abſcidi quidē caput alacri-
ter paſſurus erat. Ceterū tormēta alia metuere/ ac
tremere videbat. Intuere (obſecro) diuine bonitatis
ineffabilē diſpoſitionē. Cū iudex pro tribunali ſediſ
ſet: eū quidē/ qui paratus erat ſubire tormēta omnia
capite truncari iuſſit/ illū vero/ qui trepidatur⁹ ad
tormēta videbat/ attollit in ſublime/ ⁊ vngulis la-
niari precepit. Neqꝫ id ſemel/ aut ſecūdo: ſed ꝑ oēs
fere ciuitates: cū eū vinctū ſecū iugit duceret. Cur
id queſo permiſſum eſt? Ut ſcilicet animi ipſius ne-
gligentiā/ atqꝫ ſecordiā per tormēta fugaret/ vt for-
midinē/ omnēqꝫ excluderet metū/ vt iā nō trepida-
ret/ aut tremeret/ fortiorqꝫ ꝑ quottidianas perſecu-
tiones euaderet. Joſeph itē cū carcerē egredi ſpera-
ret/ tūc maxime illic immorari permiſſus eſt. Audi
nāqꝫ ipſum dicentē: Et ego furto ſublatus ſum de
terra hebreorū/ ⁊ memēto (inquit) mei apud regē.
Merito ⁊ ipſe hoc paſſus exiſtimat: quoniā dixit/



memento mei/ vt diſceret homib⁹ nō eſſe cōfidendū
ſed ſpem omnē in deū dirigendā. Iſta igit ſcientes
gratias agamus deo/ ⁊ omnia faciamus: que expe
dire cognoſcimus: vt futuris bonis perfrui merea-
mur in chriſto ieſu domino noſtrio/ cū quo eſt patri
⁊ ſpirituiſancto gloria/ ⁊ imperiū/ ⁊ honor in ſecula
ſeculorum Amen.

Explicit explanatio beati Joānis Chriſo
ſtomi in epl'am bti Pauli apl'i ad Titū.

## Beati Joannis Chriſoſtomi ſuper epiſtolā Pauli ad Philemonem argumentum.

p

Rimū neceſſario dicēdū/ quid ſit
epiſtole hui⁹ argumentū/ tū ad ea
quoqꝫ veniendū/ que in queſtione
ſunt. Id igit eſt Philemon quidā
vir fidelis ac nobilis. Q eñ fue-
rit virtute mirabilis ex eo in p̄mis
cōſtat/ ꝙ domus quoqꝫ eius oīs
fidelis erat: atqꝫ adeo fidelis/ vt eccleſia etiā apella
retur. Quo circa ſcribit ad illū apl'us/ ſaluta ⁊ eccle
ſiam/ que eſt in domo tua: atteſtat autē ⁊ illi ſingu-
laris obediētie meritū/ ⁊ ꝙ in eo viſcera ſanctorū q̄e
uerūt: ipe quoqꝫ in hac epiſtola admonet/ vt ſibi ho
ſpitiū paret: ideo mihi videt illius dom⁹/ ſanctorū
fuiſſe diuerſoriū. Huic igit viro virtute pſtanti ſer-
uus erat oneſim⁹/ qui fugerat dñm/ quibuſdā rei
domeſtice cōpilatis. Nā ꝙ furatus quedā ſit/ audi
as apoſtolū ſic dicētē: Si quid autē te leſit/ aut de-
bet/ ego perſoluā. Hic ergo ꝓfectus romā cū Pau
lum carcere incluſum inueniſſet/ doctrina firmat⁹
apoſtoli/ baptiſmatis quoqꝫ illic promeruit gratiā.
Q enim baptiſma ibi ſuſceperit/ ex eo liquet/ ꝙ ait
Quē genui in vinculis meis. Scribit itaqꝫ Pau-
lus: cōmēdans illū dño/ vt omi gratia/ que in ſe fu
erant admiſſa dimitteret eūqꝫ vt nuperrime regene-
ratū grate ſuſciperet. Sed eñ quia nō deſunt/ qui
hāc epiſtolā ſuperfluo adiectā putent: qñ q̄dē pro re
adeo parua/ pro viro vno ſcilicet ꝯſcripta eſt: diſcāt
plane q̄ hmōi ſunt/ īnumeꝛ ſe crimib⁹ dignos. Nō
modo eñ tā paruas epiſtolas/ ⁊ ꝓ reb⁹ adeo neceſ-
ſarijs oportuit ſcribi: ſed vtinā nō defuiſſꝫ: qui nob
apoſtoloꝝ hyſtoriā diligētiſſime traderꝫ/ nō tm̄ q̄d
ſcripſerint/ quid ve locuti ſint/ ſed vt ſeſe ꝑ omnē vi-
tam habuerint/ qḋ ⁊ qñ comederint/ qñ ſederint/ q̄
ierint/ quid dieb⁹ ſingulis geſſerint/ ⁊ in quib⁹ par
tibus vixerint/ quā introierint domū/ quo nauiga
uerint/ vbi nā applicuerint/ atqꝫ omnia diligenter
exponeret/ adeo illorū omnia eximia vtilitate refer-
ta ſunt. Uerū quoniā ignorāt plurimi quātū hic la-
teat lucri: iccirco culpare cōtēdūt. Si enī cū loca tā-
tū cernimus vbi ſederūt/ ſeu vincti ſunt: loca inquā
inania/ illuc ſepe dirigam⁹ animū/ virtuteſqꝫ illoꝝ
cōſpicam⁹ ⁊ expergiſcimur/ ⁊ promptiores euadi-
mus: multo id profecto magis fieret/ ſi verba illoꝝ
⁊ reliqua geſta audire cōtigiſſet. Certe de amico pli
benter quis interrogat/ vbi nā degit/ quid facit/ q̄
procedit. Nō longe digni⁹ de cōmunib⁹ vrbis ma-
giſtris id fieri decuit? Ceterū ꝙ hec epiſtola nimiū
neceſſario cōſcripta ſit: hac preterea ratiōe diſcetis:
Cū quis eñ ſpiritaliter viuit/ huius habit⁹ ipſe ⁊
inceſſus/ ⁊ verba ⁊ actus/ ⁊ omnia prorſus audiē-
tib⁹ proſunt/ nihilqꝫ id impedit/ aut prohibet fieri.
verū q̄ꝫ neceſſario hec epiſtola miſſa ſit: hinc iā anim
aduertite/ q̄ntumqꝫ in ſe habeat vtilitatis. Primū
quidē nihil negligere/ hoc monemur exemplo. Si
enī Paulus pro fugitiuo fure/ pro ſeruo tantū pro
uidētie oſtēdit/ nec dubitat illū cumulatū tot laudi
bus mittere/ nihilqꝫ veretur: quātomagis nos cō
uenit in hmōi quoqꝫ nō eſſe negligētes? Deinde ſer
uilē cōditionē deſperandā nō eſſe/ etiā ſi vitijs omi-
bus dederit manus/ qñ quidē fur iſte/ atqꝫ fugiti-
uus adeo virtutib⁹ claruit/ vt illū voluerit ⁊ Pau
lus habere ſociū/ ſcribenſqꝫ ad dñm dixerit/ vt pro
te mihi miniſtraret/ quātomagis liberos nō eē de-
ſperandos? Tertio ſeruos a dominis nō oportere
abſtrahi. Nā ſi Paulus/ qui ita Philemoni confi
debat oneſimū ſibi adeo vtilē/ ⁊ neceſſariū/ ad mini
ſteriū tenere noluit preter ſententiā dñi: multo ſane
magis id nobis quoqꝫ ſeruandū eſt? Si eñ ſeruus
virtute clarus eſt: ideo in primis oportet illū in ſer-
uitute durare/ dñatūqꝫ recognoſcere/ vt omnib⁹ q̄
ſunt in domo cōmodo ⁊ vtilitati eē poſſit. Quid eñ
lucernā de cādelabro ſub modiū redigis? Utinam
⁊ eos/ qui ſolitudines habitāt/ intra vrbes poſſe-
mus includere/ vt ex eis exēpla ſalutis liceret hau-
rire. Quid vero (inquies) ſi ⁊ ipſe malus fiat? Cur
(queſo) fiet malus? Nēpe q̄ infra domū malus eſt/
extra domū deterior fiet. Nā qui ſub curia dñi vir-
tutē ſeruare nequit: lōge illa min⁹ ſeruatur⁹ eſt: cū
a cura ſolertis dñi euaſerit liber. At vero domi ſeruile
munus a maiorib⁹ illū a dignioribus fortaſſis abdu
cet. Audiat beatiſſimū Paulū optime ſibi cōſulen-
tem/ cū dicit: Seruus vocat⁹ es: noli curare: ſi au
tem etiā potes liber fieri/ magis vtere/ hoc eſt in ſer
uitute perſiſte/ vt id ſequatur/ qḋ eſt ſūme neceſſa-
riū: id eſt ne verbū dei blaſphemet/ ſicut ⁊ ipſe ait:
Quicūqꝫ ſunt ſub iugo ſui/ dños ſuos honore om
ni dignos arbitrent/ ne nomē dei/ ac doctrina blaſ
phemet. Dicturi eñ ⁊ gentiles ſunt/ ꝙ poſſit ſuus
placere deo: tal's eñ illis neceſſitas ferme indiceret
blaſphemādi/ ac dicēdi chriſtiane religionis cultū
ad euertenda oīa in hāc vitā fuiſſe inuentū/ cū ſerui
auferent a dñis. Et nimiū quidē violēter. Addā ⁊
aliā huius epiſtole vtilitatē: docet nos ſeruos non
erubeſcere ſi ꝓbi ſint. Nā ſi Paulus excelſior/ atqꝫ
excellētior oīb⁹ tanta de ſeruulo loquit: multo ſane
magis nos de noſtris id facere cōuenit. Cū ergo tā
multa nobis cōmoda largiat epl'a: ⁊ certe necdum
oīa diximus/ audet q̄s adhuc ſupfluā dicere? Quā
te iſtud (queſo) temeritatis eſt? Intēte igit audiam⁹
obſecro q̄ Paulus ſcribit: Si eī tāta in ipſo veſtibu
lo lucrati ſumus: plura ꝓfecto ex ipſa lectōis lucra
bimur ſerie.

Homelia .I. in epl'am ad philemonē ca. vnico.

p

## Aulus vinct⁹ Jeſu chriſti ⁊ Thimothe⁹ frater philemoni dilectiſſimo: et cooperatori nr̄o et appie ſorori chariſſime: et arch-

**ippo cõmilitõi noſtro: et ei que in domo tua eſt eccleſie: gr̃a vobis: et pax a deo patre noſtro: et domino noſtro Jeſu chriſto.**

Pro ſeruo hec ad dñm ſcribit: in quibꝫ ab ipo ſtatim exordio / illius pudẽtiã ſuſcipit / nec ſinit erubeſcere. Extinguit irã / vinctũq; ſeipm vocãs / cõpungit ꝛ cõtrahit: atq; ad cognitionẽ ſui penitus reuocat / preſentiaq; omnia nihil eſtimare perſuadet. Si em̃ iniecta ꝓ chriſto vincula / non pudori: ſed glorie ſunt: quãtominꝰ ſeruitus probro erit? Hec autẽ loquitur / nõ vt ſeipm predicet / aut merita ſue virtutis extollat: ſed vt illius cõmodis cõſulat. Oſtendit dignitatẽ ſuã / nõ ſui gratia: ſed vt gratiã faciliꝰ referat: ac ſi dicat: Propter vos hec vincula tolero: quẽadmodũ ꝛ alio in loco dixit. Ueꝝ illic prouidentiam / curãq; monſtrauit: hic aũt dignũ ſe / cui fides haberet̃ / oſtẽdit. Nihil ea gloriatõe ſublimiꝰ. Ego em̃ (inquit): Chriſti ſtigmata porto [Uinctus chriſti] ꝓpter ipm quippe fuerat vinctus. Quis iã non reuereat̃? quis nõ exhortet̃ chriſti audiẽs vincula? quis nõ ꝛ animã poneret / huiuſce reuerẽtia nominis / nedũ ſeruulũ vnũ? [Et Thimotheus frater.] Aſſumit ꝛ alteꝝ ſecũ / vt a pluribus oratus faciliꝰ cedat / ꝛ gratiã tribuat [Philemoni chariſſimo / et coopatori noſtro] Si chariſſimꝰ non audacie / neq; temeritatis eſt fidere: ſed amicitie ſingularis indiciũ Si cooperator itidẽ eſt. Nec pro hmõi exorari facile debet / verũ ꝛ gratias agere. Nã ſibijſi ꝓfecto largitus / cũ cõmune / atq; idẽ edificet opus / vt etiam ſi non rogeris / alia te neceſſitas vrgeat preſtare: qđ poſceris. Si em̃ euãgelio vtilis eſt / cum tu euãgelij miniſter ſis / nõ rogari: ſed rogare debes [Et appie dilectiſſime] Uxor Philemonis quãtum ego arbitror / hec fuit. Intuere diligẽtius humilitatẽ Pauli: Thimotheũ aſſumit ſecũ precatorẽ: nec mõ virũ deprecat̃: ſed ẽtiã vxorẽ: ꝛ aliũ quẽdam neceſſariũ. [Archippo cõmilitoni noſtro inquit] Nõ iſta imperio: ꝛ autoritate impetrare vult: ꝛ quidẽ cũ iure ſuo poſſit: neq; dedignat̃: ſi nõ cõtinuo ſibi pareat̃: veꝝ ac ſi ignotus ignoto ſcriberet: ꝛ alios itẽ rogat: vt ſe pro ſeruulo p̄cantẽ iuuẽt. Nõ modo em̃ a plurimis rogari: verũ ꝛ ad plurimos offerri preces multum habet viriũ ad impetrandũ. Jccirco ait: [Et archippo cõmilitoni noſtro] Si militie sociꝰ es: in his q̊q; te ſociũ exhibeas neceſſe eſt: Archippꝰ autẽ iſte eſt / de quo ſcribit coloſſenſibꝫ / dicẽs: Dicite Archippo Uide miniſteriũ: qđ accepiſti in dño: vt illud impleas. Uidetur autẽ mihi inter ceteros eccleſiaſtici ordinis viros fuiſſe numeratus: Hunc itaq; aſſũpſerat ſecũ: ꝛ cõmilitonẽ vocat: vt opẽ pro viribꝫ ferat. [Et eccleſie que in domo tua eſt] Nec ſuos quidẽ hic omittere voluit. Sciebat em̃ ſepe fieri: vt ſuoꝝ ꝟba dñi ſentẽtiã imutarent: idq; tũc maxime: cũ ꝓ ſuo rogat̃: cũ illi fortaſſis imprimis aduerſus eum irritauerint dñm. Nõ ita ꝑmittit eos dare inuidie manꝰ: dũ eadẽ appellatiõe qua dños honorat: ſed ne dominũ quidẽ indignari ſinit: dũ illos noiatim appellare omiſit. Nã ſi ſeruos quoq; notaſſet ex nomine: iuſta indignatiõis cauſa dño nõ defuiſſet. Et vide quãta ſit vſus prudẽtia: vt illos memorando ita honoraret vt dñs nihil haberet: qđ ſuccẽſere poſſet. Namq; nõ ſinit eccleſie nomẽ indignari dños: ſi ſeruis cõnumerant̃: nõ em̃ nouit eccleſia dñi: ac ſerui differentiã. Ceterũ ex ꝓbis ꝛ improbis actibus vtrũq; diſcernit. Si igit̃ eccleſia eſt: noli ferre indigne: ꝙ tecũ appellatus eſt ſeruꝰ. In chriſto em̃ ieſu nõ eſt ſeruꝰ: neq; liber [Gratia vobis ꝛ pax] Admonet illũ ꝑ hec peccatoꝝ ſuoꝝ. Cõſidera (inquit) quãta tibi donauerit deus / quõ gratia saluꝰ effectꝰ ſis imitare dñm tuũ. Dimittere ille debitoribꝫ noſtris in oratiõe nos docuit / ſi volumꝰ ab ipo ꝛ noſtra nobis dimitti. Si igit̃ imitari illũ ſtudeamꝰ ꝑmanet in nobis gratia: ſin autẽ / illã amittimus. Nã ꝛ ſuꝰ ille q̃diu imitis in conſeruũ nõ fuit / neq; centũ denarios exegit / permãſit ꝛ dñica in eo gratia: vbi vero debitũ ſũma improbitate requiſiuit / tũc iã ſublata gratia tortoribꝫ tradit̃. Jſta cogitãtes / miſericordes eſſe ſtudeamꝰ: ꝛ his / qui in nos peccãt / ignoſcere facile aſſueſcemꝰ. Cẽtũ quippe denarij ſunt / quicquid in hoc ſeculo admitti in nos poteſt. Que ꝟo in deũ peccauimꝰ / ipa decẽ milia talẽta ſunt. Noſtris em̃ peccata etiã perſonarũ qualitate diſcernit: exẽpli cauſa. Nõ em̃ equaliter peccat: qui priuatũ / ꝛ q̇ principẽ iniurijs violat / eo ꝙ maior offenſa ſit / quo is q̇ cõtumelias patitur / p̄ncipibꝫ ceteris eminet / ac longe grauior / ſi is fuerit rex. Atq; iniuria q̇dẽ eadem eſt / ceterũ auget̃ ꝓ dignitate perſone. Ꝙ ſi is / q̇ in regẽ iniurioſus eſt / pro excellẽtia ꝑſone merito intolerabiliter cruciat̃: q̇ in deũ / peccat / quãtis afficiendus eſt penis? Jtaq; ꝛ ſi eadẽ in deũ peccauimus / q̇ in hoĩes / ne ſic quidẽ vlla peccati parilitas eſt: ſꝫ tãta eſt vtriuſq; culpe differentia / quãtũ inter deum ꝛ hoĩem diſtat. At nũc plura eẽ peccata cõperio / nõ tm̃ dignitate perſone: ſed numeri quoq; ipſa cumulatione. Et licet terribile nimiũ ſit / pauẽdũq; qđ dicimus: neceſſario tamẽ dicẽdũ eſt / vt animũ noſtrũ cõcutiat / ꝛ magis / magiſq; perterreat. Longe em̃ magis hominẽ / q̃ deũ / ꝛ metuere / ꝛ honorare conuincimur: qđ ita conſidera: Qui adulterij ſcelus admittit / deũ ſe videre nõ ambigit: ſed eũ hũc ſane cõtẽnit. Sin autẽ homo aliquis videat / libidinis impetũ cohibet. Nõne p̄fert hoĩes deo? nõ ipſe in deũ eſt cõtumelioſus? At qđ multo funeſtiꝰ eſt / cõtẽnit iſtũ illos reueret̃. Nã ſiquidẽ ab illis videri ſe putet / cõcupiſcẽtie ꝯtinet flãmã: imo nõ flãma illa: ſed contumelia dicẽda eſt. Si em̃ mulieri cõgredi eſſet licitũ: merito ea res flãma diceret̃: at nũc inſania / ꝛ contumelia verius dicat̃. Uidet igit̃ hoĩes / ꝛ inſania deſiſtit: dei autẽ patiẽtiã ſpernit / longanimitatẽq; non curat. Alius itẽ furari pergit / ſceleris ſibi conſcius eſt: ꝛ hoĩes quidẽ fallere nitit̃ / purgare ſe criminibꝫ pergit: ac defenſiõi ſue probabilẽ faciẽ addicit. Deũ vero quẽ fallere neq̇t / nõ curat / neq; honorat / neq; reueret̃. At ſi quidẽ iuſſerit rex alienis abſtinere pecunijs: imo noſtras exponere / oẽs prompte / ac libẽter obtẽperamꝰ. Jubet autẽ deus aliena nõ rapere / nec paremꝰ. Uides vt homies deo in honore p̄ferimus. Grauia ſũt hec / audituq; moleſtiſſima: ſꝫ ope oſtẽdite / q̃ grauia ſint / crimenq; horrẽdũ vitare curate. Alioquin quo pacto vobis credere poſſum dicẽtibꝫ ꝟba iſta: metuimꝰ ꝛ agg̃uas nos: ipi vos magis p̄grauatis criminũ onere / nã verba nõ grauãt. At ego ſi quidẽ verbis annũcio / que vos factis oſtẽditis indigne / ꝛ grauiter fertis: id vero ꝑq; ſit iniquũ cernitis. Atq; vtinã ego iſta mendaciter ꝓferꝛẽ.





Cupio nempe ipſe in die illa mihi crimen impingi / ꝙ vos fruſtra culpauerim / q̃ cernere tãti criminis reos. Nõ ſolũ autẽ ipſi hoĩes prefertis deo / veꝝ ꝛ alios cogitis. Nã ꝛ ſeruos pleriq; cõpulerũt ꝛ liberos. Alij quidẽ matrimonio nolentibꝫ copulauerũt alij ꝟo miniſterijs peſſimis obſeq̇ / ꝛ impuris amoribus / rapinis ceteriſq; ſceleribꝫ cogũt: ac duplici ſe onerãt crimine / vt iã neq; neceſſitatis p̄ſidio ſe tueri poſſint. Nã ſi ipſe perperã facias / principis q̊q; imperijs obſeq̄ns / ne ſic q̇dẽ erit iuſta defenſio: ſin vero cogas alios perpetrare eadẽ: peccatũ lõge grauius / ac funeſtius fit. Quã em̃ iſte iã ſperare veniã poteſt: qui aliene etiã perditiõis autor eſt? Hec dixerim nõ dãnare aliquẽ volẽs: ſed oſtẽdere q̃ multa deo debeamꝰ. Si em̃ cũ pari honore hoĩem / deumq; proſequimur / iniuriã facimꝰ deo / quãtomagis cũ illi hoĩes in honore preferimꝰ? Ꝙ ſi ea q̊q; peccata / q̇ in hoĩes fiũt / in deũ potius admiſſa noſcunt̃: quãtomagis peccatũ ipm / quo in deũ peccamus / mole ſua nos obruit? Seipm quiſq; ſi diligẽter examinet / inueniet ſe cuncta hominũ gratia facere. Quã vero felices eſſemꝰ / q̃ beati: ſi quãta ꝓpter homines gerimus / tãta ꝓpter deũ ageremꝰ. Et ibi certe nihil aliud q̄rimus / q̃ gloriã / reuerentiã / fluxa omnia / ꝛ tẽporalia / ex deo autem nihil / niſi eternũ / niſi imortale referimꝰ. Si igit̃ deo tã m̃lta debemus / dignũ eſt / vt tota animi alacritate his: qui nos leſerint / peccata donemꝰ: vt maiorẽ inde gratiã referamꝰ. Pellat̃ ex animo rancor om̃is / malorũq; memoria perpetua obliuiõe deleat̃. Nãq; ad impetrandũ noſtris ſceleribꝫ veniam / nõ pecunias impẽdere / nec aliud aliquid hmõi facere / neceſſe eſt ſola ſufficit bone volũtatis integritas. Nõ opus eſt in lõginqua ꝑegrinãdo trãſire / nec ad remotiſſimas ire nationes / nõ pericula / / nec labores tolerare: ſꝫ velle tm̃modo. Quã ergo excuſationẽ habituri ſumus in his: que vident̃ eſſe difficilia / quãdo rẽ tãti lucri: tanteq; vtilitatis: nulliuſq; laboris ꝑpetrare negligimꝰ? Nõ potes egenis res tuas diſtribuere? nõ potes boni aliquid velle? nõ vales remittere in te peccãti? Nã ſi tantoꝝ nõ eſſes ſceleꝝ reus: ſolũq; iuberet deus in te peccãti dimittere: nõne protinus obtẽperare debueras? Nũc autẽ cum tanta debeas deo: proximo dimittere negligis: iubente deo. Si forte nos venerimꝰ ad debitorẽ noſtꝝ: omni ille nos officio ſuſcipit: honorat: ꝛ largiſſime officia humanitatis impẽdit: idq; cũ a fenore nõ abſoluatur: vt nos ſcilicet morãs ad prorogandũ ſibi huiuſmodi officijs ꝓuocet. Tu qui tã m̃lta deo debes dimittere iuberis / vt plura recipias: ꝛ detrectas? Cur id queſo? O me miſeꝝ: quãta eſt ĩ nos benignitas dei: quãta in nos ingratitudinis ſigna preferimus: q̃ tepidi: q̃ ſegnes ſumꝰ: facillima ꝓfecto virtus eſt. Nõ hic viribꝫ corporis: nõ opibꝫ: non pecunijs: nõ potẽtia: nõ amicitia: nõ alia quauis re opꝰ eſt: ſolũ velle ſufficit: reſq; tam vtilis / tãq; neceſſaria ꝓtinus mandat̃ effectui. Contriſtauit te quiſpiã / ꝛ ꝓbris / ac virgis affecit: cogita q̃ multa ſimilia tu in alios / atq; in ipm dñm admiſerĩs: ſicq; eris ad veniã pronior. Cõſidera quid orãs loqueris: Dimitte (inq̇s) nobis debita noſtra / ſicut ꝛ nos dimittimꝰ debitoribꝫ noſtris. Animaduerte quo te pacto conſtringas. Niſi dimittas: dicere hoc tute non preuales. Porro ſi dimiſeris / hoc quaſi debitũ repetis / nõ ex natura rei / ſed ex bonitate donantis. Et vbi nõ illuxit equalis benignitatis indiciũ / vt qui conſuis dimittit: eoꝝ q̇ ipe peccauit in dñm / veniã referat? Hac tñ tã ſingulari benignitate nõ fruimur quia creditor noſter diues eſt in miſericordia / ꝛ miſerationibꝫ. Ceteꝝ vt oſtendã tibi / ꝛ abſq; his / etiã ſi nõ remiſſiõe potiaris / multũ te ſolũ renitendo lucrari: cogita qui hmõi eſt / q̃ m̃ltos habeat amicos vtq; per ora omniũ eiuſce verſent̃ laudes. Quã bonus vir / q̃ ad recõciliationẽ / ꝛ miſericordiã facilis iniurias obliuiſci gl̃ioſum exiſtimat: ſimul atq; vũlnus excipit. Curatus eſt hmõi vir: ſi quis forte caſus / ꝛ triſtis euẽtus excipiat. Quis nõ miſereatur? Quis nõ peccãti pronus indulgeat? Quis ꝓ alijs petẽti gratiã deneget? Quis tam boni animi amicus / atq; obſeq̄ns eſſe nõ cupiat? Jta obſecro cũcta huius cauſa faciamꝰ: neq; modo in amicos / ꝛ ꝓximos: verũ ꝛ in famulos quoq; miſericordes ſimꝰ Remittẽtes em̃ (inquit) minas: ſcientes q̇a ꝛ veſter dominus in celis eſt. Nempe em̃ ſi ꝓximis noſtris peccata dimittamꝰ / ſi faciamus elemoſynas / ſi humiles ſimus: quippe ꝛ hoc nos peccatorum onere leuigat. Si em̃ publicanus cũ diceret ſolũ: deꝰ ꝓpitius eſto mihi peccatori / iuſtificatꝰ deſcẽdit: ꝛ nos quoq; ſi humiles / cõtritiq; fuerimꝰ / magnã diuine pietatis promerebimur gratiã: ſi ꝯfiteamur peccata noſtra / noſq; ipſos reprehẽdere nõ deſiſtamꝰ. Si inquã hec omnia fecerimꝰ / multũ ſceleꝝ / ac ſordiũ noſtrarũ diluemus. Sunt em̃ plurime: q̇ nos expurgãt vie. Omni igit̃ ex parte diabolũ expugnare ſtudeamꝰ. Nihil difficile dixi / nil graue / nil moleſtũ. Remitte ei q̇ te leſit / egeno miſerere / humilia animã tuã. Quãlibet maximꝰ peccator ſis / audeo dicere celeſti regno donaberis: cũ per hmõi opera / ꝛ ipſa expies crimina / ꝛ omniũ ſceleꝝ maculã diluas. Contingat vtinã nos oẽs / enudata ꝑ ꝯfeſſionẽ ꝯſciẽtia omniaq; deterſa criminũ labe / repromiſſis illic ꝑfrui bonis / gratia / ꝛ benignitate domini nr̃i Jeſu chriſti / cũ q̊ eſt patri / ſanctoq; ſpiritui gl̃ia / honor / ĩperiũ / nũc / ꝛ ſemꝑ ꝛ in ſecula ſeculoꝝ. Am̃.

## Homelia. II.

**GRatias ago deo meo ſemꝑ memoriã tui faciens in oratiõibus meis: audiens charitatẽ tuam: atq; fidẽ: quã habes ad dominũ Jeſum: et ĩ omnes ſanctos: vt ſocietas fidei tue efficax ſit in agnitiõe omnis boni: quod nobis eſt in chriſto Jeſu ꝛc̃.**

Nõ ſtatim ab exordio / ipſiſq; principijs gratiam flagitauit: ſed antea virũ admiratus: eiuſq; virtutes dignis proſecutus laudibus / cũ charitatis ꝛ in eũ ſue nõ paruũ addidiſſet argumẽtũ: ꝙ ſemꝑ in orationibꝫ ſuis / eius meminiſſet / dixiſſetq; ꝙ multi in eo requieſcerẽt / qđq; in omnibꝫ obtẽperaret / ꝛ cederet. Tũc ꝛ ipſam poſtremo poſtulat gratiã: eo ipſo facilẽ ſibi aditũ parãs. Nã ſi alij ex illo / que poſtulant cõſequũtur / longe id magis debuit Paulus. Si ante alios veniẽs audiri meruerat: multo ſane magis cũ alijs / ꝛ poſt alios pergens: cũ imprimis

nō pro ſe rogaret:ſed pro alio. Deinde ne videretur
huius tm̄ gratia ſcribere/ quaſi nō al's ſcripturꝰ ni⸗
ſi Oneſimus impelleret: vide ꝙ prudēter/ ⁊ alias
epiſtole adiecit cauſas. Primū quidē ipſius chari⸗
tatē inſinuat/ deinde parari ſibi etiā iubet hoſpitiū.
[Audiens (inquit) charitatē tuā] Nō vulgaris hec
laus eſt:ſed inſignis plane/ maiorq; ꝙ ſi corā ſe vi⸗
diſſet. Cōſtat eni hanc virtutē/ niſi in eo fuiſſet exi⸗
mia/ nō adeo potuiſſet inoteſcere/ vt ad eius quoq;
aures perueniret:cū tanta vtrūq; terre/ mariſq; in
tercapedo dirimeret. Nā hic/ vt mihi quidē videt̄/
in phrigia fuit:cuius rei indiciū Archippus eſt/ de
quo ſcribit coloſſenſibꝫ:quippe coloſſēſes phryges
ſunt:ad quos ſcribēs apoſtolus ait: Cū lecta fuerit
apud vos epiſtola/ facite vt ⁊ in laodicēſiū legat̄ ec
cleſia:⁊ eā/ que ad laodicenſes ipſi legatis. Porro
hec phrygie ciuitas fuit. Oro (inquit) vt ſocietas fi⸗
dei tue efficax ſit. Uides vt anteq̄; gratiam poſtulet
maiorē lōge ipſe preſtiterit/ vt inquit [Societas fi
dei tue efficax ſit in agnitione omnis boni/ qđ in vo
bis eſt in chriſto ieſu] Hoc eſt vt omnē virtut; ſpe⸗
ciem īpleas:nihilq; tibi deeſſe patiaris. Ita em̄ fi⸗
des efficax eſt/ ſi habeat opera. Nā ſine operibus fi
des mortua eſt. Nec ait fides tua:ſed ſocietas fidei:
illū ſibiipſi ꝯiūgens/ ⁊ vnū corpus oſtendēs/ atq;
hoc ipſo illū maxime/ aptiſſimeq; couenićs. Si ſo⸗
cius (inquit) es in fide: debes eſſe/ ⁊ in ceteris ſociꝰ
Gaudiū em̄ habemus/ ⁊ multā cōſolationē in cha
ritate tua: [quoniā viſcera ſanctoꝝ requieuerūt ꝑ te
frater] Nihil ita mouere eius animū poteſt vt bn̄fi
cia in alios cōmunicata retexere:maxime cū eis hic
longe dignior/ ⁊ venerabilior ſit. Nō quidē ait/ cū
hec aliis facias/ quantomagis mihi denegare non
debes:qđ ceteris preſtas:ſed hoc ipm̄ tamen aliis
verbis admonuit. Lenius id quodāmodo/ ⁊ grati
us expetens. Tu mihi (inquit) dediſti fiduciam po
ſtulādi ex his que in alios cōtuliſti. Et multam (in⸗
quit) cōſolationē: id eſt nō ſolū letamur/ ſed etiā ꝯſo
lamur: membra em̄ noſtra illi ſunt. Si igit̄ tātam
oportet eſſe ꝯcordiā/ cōſonantiāq; membroꝝ/ vt in
alioꝝ requie:hi quoq; qui in tribulatiōe ſunt quie⸗
tis exortes:illoꝝ tamē gratia exultēt/ quaſi in totū
corpꝰ manāte quietis beneficio/ quātomagis/ ⁊ tu
nobis requiē tribuiſti? Neq; vero ait/ quoniā cedis
quoniā obtēperas/ ſ; multo quidē vehemētiꝰ:atq;
expreſſius:quoniā (inquit) viſcera ſanctoꝝ per te re⸗
quieuerūt. Ac ſi em̄ paruulus charus nimiū/ atq;
amabilis parentibꝫ ſit:ita charitas/ ⁊ affectio/ ⁊ in
dulgentia liberalis/ eū indicat a ſanctis nimiū fuiſ⸗
ſe dilectū. Iccirco (inquit) magnā habes in chriſto
fiduciā. Inſpice (queſo) ꝙ cautus incedat. Ne quid
em̄ maxima licet vi charitatis expreſſum auditorē
forte feriret/ atq; ideo grauit̄ ferret:ideo anteq̄; di⸗
ceret īperādi tibi:quia id gue videbat̄:ac licet ex cha
ritate ꝓlatū curare potiꝰ poſſet/ ex abūdātia tm̄ ma⸗
gis ſecura premunit/ dicēs fiduciā hn̄s: qđ ꝓfecto
Philemonē magni eſſe meriti iudicātis eſt:ac ſi di⸗
cat: Fiduciā tu nobis dediſti:neq; h ſolū:ſed in chri
ſto. Nō ideo ꝙ ſis in ſeculo clarior:atq; potentior:
de te iſta p̄ſumimus:ſed per fidē:quā habes in chri
ſtū. Sicq; demū addit imperādi tibi:etiā ne id qui⸗
dē ſolū:ſed etiā qđ expedit:hoc eſt rationabilē rē. Et
inſpice obſecro/ ꝙ multis ex locis ſibi ad cor eiꝰ adi⸗
tū parat. Alios (inquit) ⁊ meipm̄ beneficiis foues:

⁊ ꝓpter chriſtū/ ⁊ quia res rationabilis eſt/ ⁊ q̄a cha
ritas dat/ ꝓpter quā magis obſecro:ac ſi dicat: Scio
quidē ꝙ etiā imperās facile efficiā:qđ intēdo:qđ ex
precedentibꝫ eiꝰ operibꝫ colligo:ſed q2 mihi huiꝰ rei
magnū ſtudiū eſt obſecro. Utrūq; ſimul oſtendit/ ꝙ
⁊ ſibi ꝯfideret/ quia imperauit: ⁊ ꝙ ea cura vehemē
ter ſibi cordi eſſet. Obſecrat em̄: Talis (inquit) exi⸗
ſtens/ vt Paulus ſenex. O ineffabilē bonitatē:quā
tis hūc modis aggredit̄:quot ex partibꝫ exorare ꝑ⸗
git:ex perſone qualitate. Paulus em̄ ex etate/ quia
ſenex/ ex eo ꝙ omnibꝫ iuſtius/ potētiuſq; perſuadet
quoniā vinctus ieſu chriſti. Quis oro hmōi athle⸗
tam innumeris victoriis claꝝ nō obuiū exciperet ma
nibus? Quis intuēs vinctū pro chriſto/ nō ei innu
meras deferret gratias? Cum itaq; tā multis mo⸗
dis illius preparaſſet/ ac mitigaſſet animū/ nō con⸗
tinuo adiecit nomē:ſed poſt hmōi adeo inſignē ad⸗
monitionē differt adhuc. Noſtis q̄ppe dominorū
aduerſus fugitiuos ſuos indignationē: ⁊ maxime
ſi re familiari expilata diffugerit. Quālibet illi mi⸗
tes fuerint/ ex accepto detrimēto ira ſuccreſcit. Hāc
igit̄ modis omnibꝫ lenire cōtēdit. Ac primū perſua
dēs omnia/ quecūq; illa ſint alacriter ſubminiſtra⸗
re. Cū iam animū ipſius ad omnē paraſſet obedien
tiā/ tūc iā quid velit/ adiūgit/ ⁊ dicit [Obſecro te.]
Et adiicit laudes/ cū infert [ꝓ filio meo quem ego
genui in vinculis meis] Rurſus/ vincula exornat
ac tum demū nomē apponit̄. Nō modo em̄ extinxit
irā: verū ⁊ magna iocūditate repleuit. Nequaq̄; (in
quit) illū vocarē filiū:niſi eſſet valde approbatꝰ/ et
vtilis. Illū deniq;/ ac Thimotheū eodē apello no⸗
mine: vbi vero plurimis in locis ſuū declaraſſet af⸗
fectū/ ex partus quoq; tēpore ſui reuerentiā indicat
Uinctus (inquit) illū genui: vt ex hoc amore digni⸗
or honore cenſeat̄/ ꝙ eſſet inter ipſa certamina/ ⁊ in
ipſis ꝓ chriſto tentationibꝫ editꝰ [Oneſimo/ qui ti⸗
bi aliq̄n inutilis fuit] Uide ꝙ prudenter ipſiꝰ deli⸗
ctū ꝯfitet̄: vt eo ipſo extinguat iracūdiā dn̄i. [Scio
(inquit ꝙ inutilis fuerit:nūc autē ⁊ tibi/ ⁊ mihi vti
lis erit] nō ait nūc autē tibi vtilis erit:ne ille nō cre
deret:ſed perſonā q̄q; introduxit ſuā: vt ex hoc ille di
gnius ſperare meliora potuiſſet. Nūc autē inquit/
⁊ tibi/ ⁊ mihi vtilis. Si em̄ Paulo futurus eſt vti
lis: qui tātā virtutis ⁊ perfectiōis diligentiā exigit
quāto ampliꝰ dn̄o? [Quē remiſi ad te]. Et hac ex
parte iracūdiā mitigat/ cū illū in manibꝫ dn̄i tradit.
Tūc em̄ maxime dn̄i indignari ſolent:cū ſibi ꝓ ab⸗
ſentibꝫ p̄ces porrigunt̄. Hoc igit̄ ipm̄ imp̄mis eſt:
qđ eiꝰ animū/ furoreq; cōpeſcit omnē. [Tu autem
ipm̄ ſuſcipe/ vt viſcera mea] Et hic rurſus nō ſimpli
citer poſuit nomē:ſed eā vocē adhortantis adiecit:q̄
lōge plus habet viriū/ ꝙ ſi filiū diceret. Dixerat fi⸗
liū: dixerat quē in vinculis genui: vt ex eo maxime
videret̄ amabilis: ꝙ eſſet in p̄ſſuris/ ⁊ in tētatiōibꝫ
genitus. Ex em̄ illis maxime filiis afficiamur/ q̄s
inter pericula/ vel etiā poſt euitata ꝑicula gignimꝰ
teſtimonio ſcripture cōprobat̄:q̄ beniamin delicatū
patri Iacob filiū ex eo manifeſtat: ꝙ hūc moriēs ma
ter ediderit/ appellauitq; Beniamin:hoc eſt filium
doloris mei [Tu aūt ipm̄ (inquit) vt viſcera mea ſu
ſcipe] Et ex his ꝟbis magnitudinē charitatis oſten
dit. Nō ait recipe:nō dixit/ ne iraſceris:ſed ſuſcipe:
hoc eſt nō mō veniā/ ſed honorē quoq; ꝓmeret̄. Eſt
em̄ Pauli filius effectus [Quē ego volebā ꝓ te re⸗



tinere/ vt miniſtraret mihi in vinculis euāgelii [Ui
des ꝙ multa perſtrinxerit: vt illū dn̄o venerabilem
faciat. Et inſpice queſo/ ꝙ id ſapienter efficiat. In⸗
ueniſti (ait) quo pacto mihi ꝑ illū miniſtrare poſſis.
Oſtendit his verbis ſibi potius/ ꝙ ſeruo ꝓſpicere:
cū ſe illo nimis egere ſignificat. [Sine cōſilio autē
tuo/ nihil volui facere.] Iſtud ē qđ in primis dn̄m
flectit:q̄n ⁊ res vtilis eſt: ⁊ ſine illius tm̄ ſentētia nō
attētat̄. Et addit: [Uti ne velut ex neceſſitate bonū
tuū eſſet:ſed volūtariū.] Sciebā em̄ (inquit) ꝙ ſi nō
fuiſſes premonitus:ſed repente factū cognouiſſes:
ne ſic quidē egre/ aut indigne ferres. Ueꝝ te malui
ex abundanti cōmonere/ vti ne veluti ex neceſſitate
bonū tuū eſſet. [Forſitan ideo diſceſſit ad tempꝰ: vt
ineternū illū reciperes:nō iā vt ſeruū] Recte forſitā
poſuit: vt facilius crederet dn̄s. Quia em̄ ex clarōe
aut peruerſo corde/ nec ex volūtatis rectitudine fu⸗
ga illa ꝓceſſerat: dicit forſitan. Neq; (ait) ideo fugit
ſ; ideo ſeparatꝰ eſt/ honeſtiori vſus vocabulo. Neq;
ſeipm̄ ſeparauit/ dixit: Nō em̄ hoc ille molitus eſt:
vt huiꝰ rei gratia diſcederet. Qđ ⁊ Ioſeph cū fra⸗
tres alloqueret̄/ eorūq; cauſam ageret/ ait: Deus
huc me miſit/ hoc eſt malitia veſtra bene vſus/ atq;
vtiliter:ideo inquit/ ad horā ſeparatus eſt. Et tēpꝰ
cōtrahit/ ⁊ peccatū cōfitet̄:illudq; in diſpenſationē
vertit. [Ut ineternū illū reciperes:ait] Nō in p̄ſen
ti tm̄ ſeculo/ ſed in futuro etiā. Ut eū ſemꝑ habeas:
iam nō vt ſeruū/ ſed vt ſeruo lōge chariorē. Seruꝰ
quidē eſt/ ſed maiori illū beniuolentia fouebis/ ꝙ ſi
frater eſſet. Itaq; ⁊ tēporis/ ⁊ qualitatis ratiōe lu⸗
cratꝰ es:iam eni abs te vltra nō reſiliet [Ut ineter⸗
nū (inquit) illū recipias/ iam nō vt ſeruū:ſed ꝓ ſuo
chariſſimū fratrē/ maxime mihi]. Seruū ad modi
cū amiſeras/ ⁊ fratrē ꝑpetuo reperiſti:fratrem nō
modo tuū/ ſed etiā meū. Magnū ex hoc eximie vir⸗
tutis teſtimoniū. Si meus (inquit) frater eſt/ profe
cto nō erubeſces/ ⁊ tu illū habere fratrē. Ex eo igit̄
ꝙ hūc filiū dixit/ ſingularis affectus indiciū dedit:
ex eo autē ꝙ ⁊ fratrē appellauit:magna illū beniuo
lentia/ ⁊ pari ſecū honore dignum profecto declara
uit. Iſta nō ſine certa ratione ſcripta ſunt:ſed vti ne
ſuos peccātes deſpiceremꝰ:neq; illis dn̄i nimis im
mineant:ſed crimina diſcamꝰ ignoſcere eis/ q̄ ſunt
hmōi/ ne ſemꝑ ſeueri/ ſemꝑ aſperrimi/ ne ſeruitutis
p̄textu/ ſi boni fuerint/ ſocios illos in omnibꝫ aſſu⸗
mere erubeſcamꝰ. Si em̄ Paulus nō erubuit hu⸗
iuſmodi appellare filiū/ ⁊ viſcera/ ⁊ fratrē/ atq; cha
riſſimū: cur obſecro/ nos erubeſcamus? Et q̄d dicā
Paulus? Pauli ipſe dn̄s nō erubeſcit ſuos nr̄os
fratres ſuos appellare: ⁊ nos erubeſcimus? Uide
quāto honore nos ꝓſequit̄. Seruos noſtros vocat
fratres ſuos/ ⁊ amicos/ ⁊ coheredes. Ecce vbi nā
res deducta eſt? Quid nos feciſſe putabimꝰ/ dū cū⸗
cta geſſerimus? Nihil oīno promouimꝰ: ſed quan⸗
tūlibet nos humiliauerimus/ magna ipſius virtu
tis pars adhuc reliqua erit. Cur id queſo? Quia tu
quecūq; geſſeris erga ꝯſeruos facis:at ꝟo dn̄s ſer
uis oīa facit. Audi ⁊ exhorreſce/ etiā nūq̄; ď humili
tate eleueris. Forte rides/ q2 diximꝰ humilitatē at
tollere:ſed deſinite mirari. Extollit illa/ niſi vera ⁊
germana fuerit. Quo nā id mō? Eſt ea ars profecto
diabolica: vt quēadmodū plures eo ꝙ inanē gloriā
vicerūt/ gloriant̄ inaniꝰ: ita ⁊ q2 ſe humiliauerūt/
extollūtur. Uerbi gr̄a: Uenit q̄ſpiā frater/ aut etiā

ſeruꝰ ſuſcepiſti eū/ lauaſti pedes:cōtinuo magnum
ſapere cepiſti. Feciſti qđ nemo/ humilitatē cōſecutꝰ
es. Ea te cogitatio extollit/ imo ex alto potius deii
cit. Unde igit̄ poſſit quis ſolide in humilitate perſi
ſtere? Si p̄ceptū dn̄i ſemꝑ animo ꝟſet/ quo ait: Cū
feceritis oīa dicite:ſerui inutiles ſumꝰ. Et rurſus
ſi orbis magiſtrū dixiſſe meminerit:ego me nō arbi
tror cōp̄hendiſſe. Ille ſolus humilitatē animi vere
cōſecutꝰ eſt/ qui ſibiipſi ꝑſuaſit/ quātūlibet ꝑegerit
nihil ſe magnū geſſiſſe:qui nec ad finē ꝑueniſſe arbi
trat̄. Cōplures ex humilitate in ſuꝑbiā elati ſunt:ſ;
nos ne obſecro id patiamur. Feciſti aliquid humile:
noli magnū ſapere:alioq̄n oīa perdidiſti. Eiuſmodi
fuit phariſeus ille elatꝰ:intumuit ꝙ pauperibꝫ de⸗
cimas daret/ totūq; amiſit. Nō ſic publicanꝰ ille/ q̄
quoniam ſe humiliter agnoſcebat iuſtificari pre il⸗
lo meruit. Audi rurſus dicentem Paulūm: Nihil
mihi conſcius ſum:ſed non in hoc iuſtificatus ſum.
Uides ꝙ ſe nō extulerit:ſed modis omnibus preſ⸗
ſerit:atq; humilior euaſerit:idq; cū ad ſupremū vir
tutis culmē perueniſſet? Tres etiā pueri ignibꝫ in⸗
iecti/ quid in media fornace dicebāt? Peccauimus
cū patribꝫ noſtris:iniq̄tatē fecimꝰ. Iſtud cōtriti cor
dis indiciū eſt:iccirco dicere poterāt:ſed in corde cō
trito/ ⁊ ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Ita ⁊ cum
in fornacē incidiſſent/ humiliores ꝙ antea fuerant
claruerūt. Nō poſtq̄; miraculū illud circa ſe patra⸗
tū viderūt/ ſeipſos ſalute indignos arbitrantes:ad
humilitatē protinꝰ cōuerſi ſunt. Nā vbi penitꝰ heſe
rit aīo nos multa preter meritū ꝑcepiſſe bn̄ficia:tūc
maxime angimur/ ſi fuerimꝰ grati. Sed em̄ illi q̄d
vltra meritoꝝ ꝑceperāt modū? Seipſos fornacis in
cendiis tradiderūt:peccantibꝫ aliis ipſi in captiuita
tē fuerāt adducti:iuuenes adhuc nec murmuraue⸗
runt:nō irati ſunt:neq; dixerūt: Quid putas/ hecci
ne ex diuino famulatu lucrati ſumꝰ:regi impio/ et
crudeliſſimo traditi ſumꝰ: nihil ꝓfecimꝰ/ debitam
illi cultus impēdentes reuerentiā: vna cū idolatris
ab īpiiſſimo rege torq̄mur:in captiuitatē deuenimꝰ
excidimꝰ patria libertate:atq; oīmi ritu patrio p̄uati
ſumꝰ:captiui ⁊ ſui facti ſumꝰ/ īmiti/ ac barbaro ſer
uimꝰ dn̄o. Nūquid hmōi aliq̄d dixerūt nō? S; q̄d?
Peccauimꝰ iniq̄tatē fecimus. Nec pro ſe tātū/ ſed
ꝓ aliis fundūt p̄ces/ ⁊ dicunt/ q2 regi īmitiſſimo/ ⁊
iniquiſſimo traditi ſumꝰ. Daniel itē ſecūdo in lacū
leonū iniectus/ ait: Recordatus eſt em̄ mei deus.
Cur obſecro Daniel tui recordatꝰ nō eēt? Nōne illū
glorificaſti corā rege dicens: Et ego nō in ſapiētia/
q̄ eſt in me? Nō ideo in lacū miſſus es: q2 neq̄ſſimo
illi decreto nō obtēperaſti? Nōne ipſiꝰ gr̄a/ nūc q̄q;
in lacū iniectus es? Ita ſane inquit:ſed multorū tm̄
illi debitor ſum. Quid iā nos dicturi ſumꝰ q̄ multis
peccatoꝝ ruderibꝫ preſſi:humilitatis tm̄ gr̄am/ ⁊ ſin⸗
gulare p̄ſidiū occupare negligimꝰ: Audi q̄d ⁊ Da⸗
uid dixerit: Ex ſi dixerit mihi:nolo te/ ecce ego/ faci
at mihi qđ acceptū eſt corā ſe. Poterat certe ſua plu
rima recta facta ꝓferre/ ſ; humilia ſentire/ ⁊ dicere
maluit. Heli etiā dn̄s inq̄t eſt/ qđ gr̄ū eſt corā ſe fa⸗
ciat. Iſtud ſatis cōgruit fidelibꝫ ſuis:nō mō int̄ bn̄⸗
ficia:ſed in ipſis q̄q; ſuppliciis/ ⁊ cruciatibꝫ deo gra
tias agere/ eiq; oīa accepta referre. Quā ꝟo inepti
ſumꝰ nos:q̄ cū dn̄os ſuis plagas inferre viderimꝰ
parcere illis cū ſint iuris ſui nō ambigimꝰ: deū ꝟo
bis in q̄bꝫ fuerit caſtigādis ſeuerior/ iuſtis parcituꝝ

dubitamꝰ? Hoc ſane paulus ſignificās ait: Siue viuimꝰ/ ſiue morimur dñi ſumus. Nō vult ſibi q̄s opus īminui: Nouit q̄ hunc verberis genere cedat: filio huic ſpem poſteritatis tollit. Nemo noſtꝝ ſibimet illo amplius parcit: qui cū nō eſſemꝰ/ nos eē cōſtituit: q̄ ſolē oriri facit/ ⁊ pluit/ q̄ inſpirat aīam/ q̄ filiū ſuū pro nobis dedit. Veꝝ vt ad id redeā/ vñ digreſſus ſum: ⁊ cuiꝰ gratia hec oīa dixi: ſi humiles ſimus (vt decet) ſi mites/ ac māſueti (vt oportet) nō ſit nob ea humilitas elatōis occaſio. Humilis es ⁊ cūctis abiectior: noli iccirco inflari/ neqꝫ exprobres ceteris/ ne ꝑdas gl'iam tuā: ideo nēpe te humilias/ vt arrogātiā fugias. Qꝫ ſi per hāc arrogātiā corruas/ melius fuerat nō humiliari. Audi em̄ q̄d amplius dicat: Et per ipm inquit/ mihi operaꝭ mortem: vt fiat nimiū peccās peccatū ꝑ mādatum. Quotiēs tibi ſurripit elata cogitatio: ꝙ q̄ſi humilitatꝭ culmē occupaueris: cōſidera vbi nā/ vnde deſcēderit dñs tuus: ⁊ tunc deſines teipm admirari ⁊ laudare: immo te ⁊ tua oīa ridere cogeris: cum ex collatiōe dñice humilitatis/ nihil te oīno profeciſſe cognoueris: debitorem te ſemꝑ exiſtimās. Quecūqꝫ oꝑatus fueris: illā ſemꝑ parabolam animo verſa: Quis ex vobis habēs ſuū inq̄t: qui ingreſſo dicat recūbe: non dico vobis: ſed ſta/ ⁊ miniſtra mihi. Nunq̄d grās habemꝰ ſuis noſtris miniſtrantibꝫ nobis? At vero deus nobis grās habet/ nō ſuientibꝫ ſibi: ſed qꝺ expedit nobis agētibꝫ? Verumtñ nō ita afficiamur/ aut hac illi intētiōe famulemur: vt nobis ille grās habeat: ſed vt qꝺ eſt muneris noſtri īpleamꝰ: debitūqꝫ perſoluamꝰ. Nā reuera oīa: q̄ agimꝰ nos/ ac ſi debitū deo tenemur exoluere: nā ſi cū ſuos pecunia emimꝰ/ ſemꝑ illos nob viuere volumꝰ ⁊ iurꝭ noſtri eſſe q̄ habuerint oīa: quātomagis is/ q̄ nos ex nihilo ꝯdidit: ⁊ eē q̄ añ non fuimꝰ fecit: q̄ poſtmodū proprio nos/ ac p̄cioſiſſimo redemit ſanguine: tātū qꝫ ſe deiecit noſtri grā: quātū nemo ꝓ filijs chariſſimis faceret: q̄ de ſūma celi arce/ ac paternis ſinibꝫ ad nr̄a infirma deſcēdit: q̄ ſāguinē effudit ſuū/ ſui nos iurꝭ eſſe vult? Si igiꝭ mille haberemꝰ aīas/ eaſqꝫ ꝓ illo poneremꝰ oēs: putas ne dignū aliq̄d illꝰ charitati retribuere poſſemꝰ? Minime id q̄dē. Cur q̄ſo? Quia cū ille nihil deberet nob/ h̄ fecit ex grīa: nos aūt ex h̄ illi debitores ſumꝰ. Atqꝫ ille deꝰ cū eēt ſuꝰ factꝰ ē: neqꝫ morti obnoxiꝰ in mortē venit/ carne ſuſcepta. Nos vo ⁊ ſi ꝓ illo aīas nō poneremꝰ/ nature lege pofituri eramꝰ ac paulopoſt exceſſuri ex vita. Eadē ⁊ ī pecunijs rō. Has em̄ ⁊ ſi illiꝰ grīa nō demꝰ mortis tñ neceſſitate linq̄mꝰ. Ita ⁊ de hūilitate ſētiēdū. Nā ⁊ ſi ipſiꝰ grīa humiliari renuimꝰ: p̄ſſure nos/ ⁊ clades: potētiorūqꝫ metꝰ: vl'inuitos hūiliabūt. Vides grīe ſingularē eminētiā? Nō dic q̄d em̄ magnū faciūt martyres: ⁊ ſi ꝓ meo noīe nō moriāꝭ: oīo morituri ſꝭ. Sꝫ magnas illis grās habꝫ: qꝛ ſpōte deponūt: qꝺ paulo poſt nature iure deponerēt. Non ait q̄dē magni agūt: q̄ pecunias ſpōte diſꝑgūt q̄s velint nolintue/ relicturi ſunt. Sed multā his q̄qꝫ habet grīā: neqꝫ erubeſcit fateri corā oībꝫ/ ꝙ a ſuis cibatus fuerit dñs. Eſt em̄ ⁊ hoc ad gl'iam dñi/ ſi ſeruos habeat grōs/ ⁊ illū ſic diligāt ſui: ꝙ itē q̄ illoꝝ ſunt/ ſui iuris efficiat/ idqꝫ corā oībꝫ nō erubeſcat cōfiteri. Reuereamur īmēſam charitatē chriſti/ incaleſcat animꝰ: exciteꝭ affectꝰ. Audiuimꝰ ꝙ nos ille maxime omniū diligat: accēdamur ⁊ nos ad amorē eiꝰ Honoremꝰ illū pre omnibꝫ: reddemus vel ex parte amori eiꝰ vicē. Dñs noſter nos adeo diligit ⁊ torpore frigeſcimꝰ/ nec exꝑgiſcimur. Ne queſo ſimꝰ adeo deſides circa noſtraꝝ ſalutē animarū: ſed totis viribus illū diligamꝰ: omniaqꝫ pro illius dilectiōe impendamꝰ/ animā/ pecuniā/ gloriā: ⁊ alia oīno oīa/ gaudētes geſtiētes/ prompti/ alacres/ nō quaſi illi ſed vt nobiſipſis ꝓbituri/ que illius amore geſſerimus. Ea quippe eſt amantiū lex: vt ſe tū demū felices putēt: cū aduerſa pro his quos diligūt ſuſtinēt. Ita igiꝭ ⁊ nos erga dñm noſtꝝ afficiamur: vt futurorū honorū participes eſſe mereamur: in chriſto ieſu domīo noſtro/ cū quo eſt patri/ ſanctoqꝫ ſpiritui gloria/ ⁊ honor/ ⁊ imperiū/ nūc/ ⁊ ſemper/ ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

### Homelia. III.

s J igitur habes me ſociū: ſuſcipe illū ſicut et me. Si quid vero te leſit aut debꝫ: hoc mihi imputa. Ego Paulus ſcripſi manu mea. Ego reddam: nedū dicā tibi ꝙ et teipſum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domīo: refice viſcera mea in chriſto. Confidēs in obediētia tua ſcripſi tibi: ſciens q̊niam et ſuper id quod dico facias. Simul ⁊ para mihi hoſpiciū nam ſpero per oratiōes veſtras donari me vobis. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in chriſto Ieſu: Marcus: ariſtarchus: demas: et lucas coadiutores mei. Gratia domini noſtri ieſu chriſti cum ſpiritu veſtro Amen.

Nihil tantā impetrādi vim habere ſolet/ quantū nō ſimul oīa petere. Vide em̄ poſt quātas laudes/ poſt quātū apparatū magnū hoc poſuit. Cū dixiſſꝫ illū filiū ſuū/ ⁊ euangelij ſociū: cū ſua eū appellaſſet viſcera/ ⁊ dixiſſet vt fratrē illū ſcipe/ ⁊ vt fratrē habe/ tūc addidit ſicut ⁊ me. Nec iſtud erubuit Paulus. Quia eī fideliū ſeruꝰ nō erubeſcit appellari: nec mō erubeſcit. Veꝝ id/ ⁊ libere/ ⁊ gratis ꝯfiteꝭ: multo minꝰ ita ꝓfiteri de ſe renuit. Id aūt eſt: Si mecū eadē ſentis/ ſi eandē curris viā/ ſi amicū arbitraris ſuſcipe illū/ quem ⁊ ego meū ſuſcepi. Et vide q̄ꝫ caute poſtremo addidit culpā. Quia enī maxime rei pecuniarie iactura angi homines ſolēt: ne quid hmōi obijceret: conſumpta quippe forte erat pecunia furto ſublata. Nō ait: ſi quid furatus eſt: ſed ſi quid te leſit. Simul ⁊ peccatū confitetur/ ⁊ non veluti ſerui peccatū: ſed quaſi amici ad amicū/ iniurie magis vſus/ q̄ꝫ furti noīe [Hoc (inq̄t) mihi īputa] id ē a me debitū exige. Quāto vo cū ſpiritali grā id ait [Ego (inq̄t) paulus ſcp̄ſi manu mea] Grate nimiū illi ve



recundiā incutit: ſi quid ipſe illū detrectaret admittere/ pro quo Paulus litteras hmōi ſcribere non renuiſſet. Atqꝫ ex eo qꝺ ſequiꝭ/ omnē ab eo ſenſum iracundie repulit: [manu (inquit) mea ſcripſi.] Nihil hiſce viſceribꝫ gratius vel vehementiꝰ: nihil qꝺ maiorē vim ſtudij/ et alacritatis oſtendat. Pro viro vno q̄ꝫ eximiā oſtendit prouidentiā. [Vt nō dicam (inquit) ꝙ ⁊ teipm mihi debes.] Deinde ne putareꝭ cōtumelia in eum qui rogabaꝭ admitti: ſi pro furto nō auſus eſſet orare: et qꝺ orabat conſequi deſperaſſet/ q̄ꝫ pulchre/ ⁊ iſtud conſolaꝭ: [vt nō dicā (inquit) ꝙ ⁊ teipm mihi debes: nō modo tua/ ſed et teipm.] Et hoc ex charitate ⁊ ex amicitie lege. Et ꝙ illi valde cōfideret dixit: Et inſpice/ q̄ꝫ vbiqꝫ vtriuſqꝫ rei curam gerat/ et ꝙ magna cum fiducia roget: et vt hoc vehementis fiducie illius argumentū ſit. [Ita frater] Quid ſibi hoc vult/ ſuſcipe eū. Omiſſo interim grato illo verborum vſu/ ad priora rurſus/ ac ſeria vertitur/ quāq̄ꝫ ⁊ iſta ſeria ſunt. Que em̄ ſancti ꝓtulerunt/ grata licet ac dulcia/ ſeria ſunt. [Ita (inq̄t) frater ego te fruar in dño/ refice viſcera mea in chriſto:] hoc eſt nō mihi/ ſed domino gratiā des. [Confidens de obedientia tua ſcripſi tibi.] Quē lapidem iſta nō flecterent/ nō emollirent? Quā immanē/ licet beluā/ hec nō in manſuetudinē verterent/ ipmqꝫ humaniſſime ſuſcipere ꝑſuaderēt? Cum tanta virtutum teſtimonia illi preſtitiſſet: nō rēnuit etiā denuo cauſam ipſius tueri. Neqꝫ vero imperio vſus/ atqꝫ autoritate hec ſcribo: ſed cōfidens de obediētia tua/ ſcripſi tibi/ qꝺ etiam in principio dixerat/ fiduciā habens: hoc ⁊ modo cū ſignaret epiſtolam: [ſciēs qm̄ et ſuper id qꝺ dico facies.] Habēt iſta magnā hortandi/ atqꝫ exorādi vim. Erubeſceret em̄ profecto/ et ſi ob nihil aliud/ nō id faceret qꝺ admonet/ vel ex eo certe/ ꝙ hanc ille de ſe habet opinionē: ſuper quā diceret eſſe facturū. [Simul aūt ⁊ para mihi hoſpitium: ſpero em̄ per oratiōes veſtras donari me vobis.] Et hoc vehementer confidētis erat indicium: immo ⁊ pro Oneſimo in primis faciebat/ ne illi negligerent: ſed ſcientes illum omino venturum/ atqꝫ aditurū: vt ſeſe habuerint aduerſus eū/ omnē iniurie memoriā deponerēt. ⁊ promptiores ad gratiam eſſent. Grandis enim erat preſentis Pauli honor ⁊ gratia. Pauli inq̄ꝫ poſt etatē ſenectutis expreſſam/ poſt cōmendata ſepius vincula. Rurſus hoc ipſorū charitatis argumentū eſt: vt orent ipm ſibi iterū dari. Et ſi enim (inquit) modo in periculis ſum: tamē ſi oratis videbitis me. [Salutat te epaphras cōcaptiuus meꝰ in chriſto ieſu.] Hic fuerat a Coloſſenſibus miſſus: vt ex hoc etiā cōſtet inde fuiſſe Philemonem. Concaptiuū etiā vocat: oſtēdens ⁊ ipm in multa eſſe p̄ſſura. Itaqꝫ et ſi nō ꝓpter illū ipm: ꝓpꝭ hunc ſaltē debuit audiri. Qui em̄ in afflictione poſitus ſeipm negligit: vt aliorū ꝓſpiciat cōmodis omino meretur audiri. Preterea ⁊ ex hoc illi verecūdiā adducit: ſi ciuis eius ⁊ cōcaptiuus ſimul affligitur: ipe vo pro ſeruo rogatus gratiā preſtare nolit. Addit concaptiuꝰ meus in chriſto ieſu: ac ſi dicat: propter chriſtum. [Marcus/ ariſtarchus/ demas/ lucas/ cooperatores mei.] Quid ergo lucā extremū ponit in ordine? Nempe alibi dixerat: Lucas ſolus eſt mecum. Et demas quid hic ponitur/ vnꝰ ex his qui reliquerāt eum: et p̄ſens ſeculū dilexerūt? Hec aūt indiſcuſſa dimitti minime oportet. Neqꝫ em̄ ſimpliciter/ aut fortuitu poſita ſunt. Quo pacto aūt illum eos ſalutare dicit/ qui ſe deſeruerāt? Eraſtꝰ em̄ (inq̄t) māſit Corinthi. Epaphram vt eis cognitū/ et inde oriundū addidit: ⁊ marcū itidē qui erat ⁊ ipe mirabilis. Sed deman quid? Fortaſſis poſtmodū negligētior factꝰ eſt: cum pericula plurima cerneret. Lucas itaqꝫ qui vltimꝰ erat/ factus eſt primus. Et ex his ergo illū ſalutat: vt ad dandā gratiā pronior ſit. Cooperatores aūt vocat: vt ei ad id ſtimulos addat: [gratia domini noſtri Ieſu chriſti cū ſpiritu veſtro Amen.]

## Epiſtolam oratione concluſit.

e Eſt aūt magnū quoddā/ et ſalutare bonum oratio/ animarūqꝫ nr̄aꝝ firma cuſtodia/ tutiſſimūqꝫ preſidiū: ſed ita demū ſi digne vixerimus: neqꝫ nos per mala oꝑa omni merito/ ac virtute priuemꝰ. Et tūc igiꝭ cū acceſſeris ad ſacerdotē: illeqꝫ dixerit: miſerebiꝭ tui deus fili. Noli verbo ſolo confidere/ verū opera adijce: fac oꝑa miſericordia digna. Benedicet te deꝰ fili: ſiquidē digna bñdictione peregerit/ benediceꝭ: ſi pauperi elemoſynam tribuat. Nā q̄ a deo conſequi volumꝰ/ ea priꝰ ꝓximis debemus impendere. Qꝫ ſi ꝓximis opem denegamus: quō dei imploramꝰ auxiliū? Beati em̄ (inq̄t) miſericordes: qm̄ ipſi miſericordiam cōſequenꝭ. Si em̄ homies miſerenꝭ eorū qui ſunt hmōi/ multomagis deꝰ. Eis vo qui nō miſerentur/ nō ſic. Iudiciū enim abſqꝫ miſericordia ei/ qui nō fecit miſericordiā. Bona res miſericordia: cur igiꝭ hanc nō exhibes alteri? Vis tibi ignoſci delicta/ quid ergo in te peccanti ipſe non ignoſcis? Accedis tu ad deum/ regnū celorum poſtulas: cum ipſe pecuniam deneges poſtulanti. Iccirco miſericordiam minime conſequimur: quoniam nō miſeremur. Sed dices: At iſtud quoqꝫ ad miſericordiam pertinet/ eis qui non miſerentur miſereri. Cur id queſo? Nempe qui crudelem/ ⁊ immitem/ et qui proximū mille affecerit incommodis/ humanitatis officijs fouet: quo pacto miſericors erit? Quid ergo inquies. Nonne et lauacrum nos innumeris peccatis obnoxios abluit/ atqꝫ ſaluauit? Eripuit nos illis quidem: verum nō ideo vt malum faciamus. Si enim mortui ſumꝰ peccato: quomodo adhuc viuimus in illo? Quid ergo? Peccabimus/ quia non ſumus ſub lege? Abſit: Iccirco te illis eripuit/ vt non ad em ignominiam redeas. Quippe ⁊ medici/ febre laborantes eo incendio liberant: nō vt ſanitate abutanꝭ in malū/ atqꝫ in perniciem ſuā. Non preſtaret morbo conſeneſcere/ q̄ꝫ ea ratione ſanū fieri: vt in lectum deterius decidat: ſed vt diſcentes infirmitatis incōmoda/ et mala/ non iam in eadem incidāt/ vt ſanitatem charius amplexi omnia gerant/ que ad eam conferre poſſint. Vbi eſt igitur/ inquies/ dei illa infinita clementia: niſi ⁊ malos ſepius ſaluet? Audio enim pleroſqꝫ iſta dicere: Quia benignus eſt/ omnino ſaluabit oēs. Ne itaqꝫ nos fruſtra fallamus/ memini quippe hac de re locuturum al's fuiſſe pollicitum. Age hinc hodie verba faciamꝰ: Superioribꝫ diebꝫ ad vos de gehēna diſſerui/ differēs in aliud tp̄s de dei clemētia loqui: hodie debitū reddere cōuenit. Quid itaqꝫ gehēna ſit/ ſatꝭ vt reor oſtēdimꝰ/ diluuio ī mediū adducto/ maliſqꝫ p̄oribꝫ cū diceremꝰ poſſibile nō eſſe/ vt q̄ illa intuliſſet/ peccātes mō impunitos eſſe ꝑmit-

teret. Si enim eos qui ante legem peccabant/ tanta ſeueritate puniuit/ eos qui poſt gratiam deteriora peccarūt: qua ratione impunitos dimiſſurus eſt? Querebamus igiť/ quomodo igitur bonus/ quomodo clemēs diceref/ ſermonemq; diſtulimus/ ne prolixitate nimia veſtras obrueremus aures. Hodie ergo reddamus qđ diſcutere promiſimus/ quomodo ſit bonus deus/ atq; vnde bonus/ ſi quidem cruciat. Namq; et aduerſus hereticos hic ſermo cōuenit. Itaq; intente accipite. Cum nihil noſtri indigeret deus ſola bonitate condidit nos. Ex enī nullo egeret/ ex eo liquet/ ꝙ poſtremo creauit hominē. Nam ſi noſtri eguiſſet ꝓfecto longe ante feciſſet. Si autem et ſine nobis prius erat: nos autē ſumus poſterioribus temporibus conditi: nos vtiq; cū noſtri non egeret/ fecit. Celum quoq; terram mare/ ⁊ que in eis ſunt/ propter nos cōdidit omīa. Quante hoc benignitatis indicium? Plura quidem in hāc partem dicere poſſemꝰ: ſed breuitatis cauſa paucis cōtenti erimꝰ. Qui ſolē ſuū facit oriri ſuper bonos et malos/ et pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Nonne ſupreme bonitatis? Non inquiunt. Nam cū aliquando cum quodam marcionita cōtenderem: eumq; ita compellarem/ aſſeruit hoc bonitatis illius indiciū videri poſſe: ſi peccatorum rationem minime exigeret: ſi autem hanc exigit/ non eſſe illa bonitatis indicia. (Non ille quidē modo adeſt.) Age ergo/ q̄ nunc dicta fuere repetamus/ atq; illis etiam plura. Ego enim ex abundanti oſtendam illum/ niſi rationē exigeret nō eſſe bonum/ atq; ideo in primis eſſe bonū: quia hāc exigit. Dic enim queſo/ niſi ille a nobis rationem exigeret: eſſet ne vita humana? Nonne feris quoq; ipſis immaniores euaderēt homīes? Si enī metu quoq; penarum/ ac iudiciorum imminēte/ piſces tranſgreſſi ſumus inuicem deuorantes/ leones ac lupos/ atq; tranſcēdimus dum ſinguli que ſunt aliena diripimus/ niſi rationem a nobis exigēdam pro indubitato teneremus: quanta confuſio res humanas inuolueret? Quis iam laberynthus mūdanas perplexitates poſſet equare? Quā plena omīa iniquitatis/ ac temeritatis/ vidiſſes? Quis eſſet reueritus patrem? Quis pepercīſſet matri? Quis vllum voluptatis/ vllum vitij genus omiſiſſet? Ex autem hec ita ſe habeant: ex veſtra ſola domo conabor oſtendere. Si ſeruis alicuius veſtrum (qui iſta proponitis perſuadeatur/ quelibet in vos patrauerint) ſiue illi iugum dominationis excutiant/ ſiue in corpora ipſorum dominorum effrenata ferātur audacia/ ſiue aſportent omīa/ ſiue ſingula moueāt loco/ et vniuerſa confundant/ et deteriora etiam hoſtibus faciant: illi non intentabunt minas/ nec cruciatus admouebūt/ nec digna plectent pena/ num iſta bonitatis eſſe videntur? At ego ſumme immanitatis eſſe monſtrabo: non modo per hanc plane inſulſam benignitatem vxores ac filios prodere: verum illos ipſos per viſcera perire permittere. Namq; et ebrioſi/ et impudici/ ac petulantes/ et iniurioſi/ beſtijſq; omnibus ſtolidiores euadēt. Heccine oro benignitatis eſt ingenuam peſſundare animam: ⁊ nos ipſos/ atq; alterutrum perdere? Uides ne vt penas repetere: id tandem clemētie plerumq; ſit opus? Et quid ſeruos dicam per huiuſmodi impunitatem ad ſcelera promptius currere? Et filios ſi quis impune permittat cuncta preſumere: neq; caſtiget errantes/ ad que nō prerupta vitiorum euaſuri ſunt? Ex ſi coram hominibus ea caſtigatio meretur laudem: ac bonitatis inſigne eſt: eſſet autem nō caſtigare crudelitas: Quanto magis id in deo erit? Igitur quoniam ſupreme bonus eſt/ idcirco gehenne preparauit incendia. Uultis ⁊ alia ex parte diuinam agnoſcere benignitatē? Non modo eo metu cohercet improbos: verū ⁊ qui boni ſunt/ non eos ſinit fieri malos. Nam ſi nulla eſſet meritorum diſcretio/ neq; ſm opera cuiq; premia recompenſarenť: omēs profecto mali fierent. At nunc quoq; iſtud nō mediocriter conſolatur bonos. Audi deniq; quid propheta teſtetur: Letabitur iuſtus cum viderit vindictā impij: manꝰ ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. Nō gratulando inſultans. Abſit: ſed metuens/ ne patiatur eadem: emēdare intima ſua/ vitamq; omnem corrigere ſtudet. Quante vero iſtud ſolertie/ quanteq; prudentie eſt? Ita ſane inquies: ſed ſi tantūmodo comminatus eſſet: non etiam ſupplicia inferret/ ſatis eſſe poterat. Si modo quādo ſupplicia infert/ minas tamen eſſe arbitraris/ atq; ideo negligentior fis: ſi tantūmodo minatus eſſet: tunc omnino deſidie manus dediſſes. Niniuite ſi ſciſſent minas ſibi tantū intentari/ nunq̄ profecto penitentiā egiſſent. Quoniam vero penituerunt: ad verba vſq; mine ille peruenerunt. Si vis eas minas ſiſtere/ in tua poteſtate eſt. Melior euade/ ⁊ ad verba vſq; mine deſeuient. Si autem contemnis minas (qđ abſit) rē ipſam experieꝛ. Hi qui ſub diluuio fuere/ ſi minas timuiſſent: nunq̄ ad experimētum rei perueniſſent. Et nos itaq; ſi timuerimus minas/ facta non ſuſtinebimus. Preſtet omnipotens ⁊ miſericors deus: vt nos omnes ita hic reſipiſcamus/ atq; ita penitentie preſidium arripiamus: vt bonis illis ſempiternis frui mereamur: quibꝰ vtinam nos digni inueniamur: grā ⁊ miſericordia domini noſtri Jeſu chriſti: cum quo eſt patri/ ſanctoq; ſpiritui/ gloria/ imperium/ et honor: nunc et ſemper/ et in ſecula ſeculorum. Amen.

Explicit expoſitio beati Johānis chriſoſtomi epiſcopi Cōſtantinopolitani: in epiſtolam beati Pauli apoſtoli: ad Titum: et Philemonem: trāſlata de greco in latinum ꝑ fratrem Ambroſium ordinis Camaldulenſium generalem.



## Beati Johannis Chriſoſtomi epiſcopi Conſtantinopolitani expoſitio in epiſtolā beati Pauli apoſtoli ad Hebreos: Ex notis editum poſt eius obitum a Conſtantino presbytero antiocheno: et tranſlatum de greco in latinum a Muciano ſcholaſtico.

Homelia Prima Ex capitulo. I.

m

**Ultifarie ⁊ multis modis: olim deus locutus eſt patribꝰ noſtris in prophetis: in nouiſſimis autem diebꝰ locutus eſt nobis in filio ſuo: quem conſtituit heredem omnium: per quem etiam ſecula fecit.**

Uere vbi abundauit delictum: ſuperabūdauit et gratia. Hoc etiā hic in ipſo exordio ſcribēs ad Hebreos beatus Paulus inſinuat. Quoniā em̄ valde afflicti erant multis malis/ que illis acciderant/ et valde contriti: vt poſſent ex hoc putare ſe inferiores ceteris/ ac miſeriores exiſtere: oſtendit eis ꝑ hoc eos magis maiore gratia perfrui: vt ex ipſo ſermōis initio erigeret auditores. Propterea ḡ dicit: [Multifarie ⁊ multis modis olim deus locutus eſt patribus noſtris in prophetis: in nouiſſimis autem diebus locutus eſt nobis in filio ſuo.] Quare prophetas nominans/ ſemetipm̄ contra nō poſuit? Siquidem eis tanto maior extabat/ quāto ei fuerat diſpēſatio cōmiſſa preclarior. Sed nō hec fecit. Quid ita? Primū quidem/ quia de ſeipſo maiora dicere recuſauit: alterū vero/ quia nec dum erant auditores ꝑfecti. Tertium autē/ quia volebat eorū mentes erigere/ et oſtendere: magnā eſſe preſentis eminentiā temporis: veluti ſi diceret: Quid magnū ſi prophetas miſit patribus noſtris. Nobis enim proprium filium vnigenitum miſit. Et bene ſatis exorſus eſt: [Multifarie (inquit) ⁊ multꝭ modis.] Oſtēdit em̄ quoniā neq; ipſi prophete gratiā deum videndi ꝓmeruerūt: filius aūt vidit. Dicēdo enim multifarie et multis modis: ſignificat qđ alibi dictū eſt: Ego enim viſiones multiplicaui: ⁊ in manibꝫ prophetarum aſſimilatus ſum. Proinde nō ſm hoc ſolū eminentia declarať: quia illis quidē ꝓphete miſſi ſunt: nobis autē filius/ ſed etiam ꝙ illorum nemo vidit deum: filium aūt vnigenitū vidiſſe conſtat eſſe manifeſtū. Et hoc quidem ſtatim non ponit/ ſed in conſequentibꝫ aſtruit/ quādo de humanitate chriſti locutus eſt. Cui enim angelorū dixit: filius meus es tu: ſede a dextris meis. Contemplare prudentiam pauli. Primo ex prophetis eminentiā niſus eſt approbare: deinde veluti hoc conceſſo aſtruit/ ⁊ ꝓnunciat: quoniā illis quidē per prophetas locutus eſt: nobis aūt per ipm̄ vnigenitū loqui dignatꝰ eſt: deinde quia illis per angelos. Nam etiam hoc ſimiliter aſtruit. Et recte ſiquidē/ et angeli locuti ſunt iudeis. Nos vero etiam ex hoc ſuperiores exiſtimus/ et multo amplius habemus: quia nobis quidē dominus eſt locutus: illis aūt ſerui ⁊ conſerui: hoc eſt vel prophete/ vel angeli. [In nouiſſimis aūt (inq̄t) diebus.] Bene dixit: nam eos ⁊ amplius erigit/ et amplꝰ conſolať/ quos deſperatio deprimebat. Sicut em̄ in alio loco dicit: Quia dn̄s prope eſt nihil ſolliciti ſitis. Et iterū: Nunc enim prope eſt noſtra ſalus/ q̄ cum credidimus: ſic etiam hic tanq̄ ſi diceret: Qui fuerit in certamīe fatigatus/ cum audierit terminū propinquare certaminis: reſpirat paululū videns quia iam et laborꝝ finis eſt/ et ſpiratiōis initium. [In nouiſſimis (inquit) diebꝫ locutus eſt nobis in filio ſuo.] Ecce iterū in filio. Qđ tantūdē valet ac ſi diceret per filium. Audiant qui dicunt ſanctoſpiritui conuenire in. Intueris/ quia hec prepoſitio in: etiam pro per accipiť. Deinde ait olim: ⁊ nouiſſimis diebus: item aliud quiddam nobis inſinuat: quoniā multo in medium tempore percurrente/ quando iam proximi eramus ad penam: quādo oīa cariſmata inquieuerūt/ quādo ſpes ſalutis nulla iā fuerat/ quando ab om̄ibꝫ minores nos eſſe putabamus: tunc ampliores extitimus. Et aniaduerte q̄ prudenter hoc aſtruit. Non enim dixit: Chriſtus locutus eſt/ q̄uis ipm̄ locutum cōſtat eſſe manifeſtū: ſed quoniā adhuc anime eorū debiles erant/ et nec dum poterant aliquid de chriſto percipere/ dixit/ ꝙ deus per filium ſuū locutus eſt nobis. Et ne forte illorꝝ aliq̄s diceret: ſꝫ eſto ſi locutꝰ fuerat illis ꝑ ꝓphetas: nobis vo ꝑ filiū ſuū locutꝰ ē: vn̄ oſtēdis noſtri temporis eminētiā. Hic quippe illud tantūmodo demonſtraſti/ quia et nouum/ et vetus teſtamētum vnius eſt/ et eiuſdem: eminentiā vero noui ad vetus non ſatis videmus oſtenſam: propterea ergo idipſum conſequenter exequiť inquiens: [locutus eſt nobis in filio ſuo.] Uide quomodo cōmunem facit hanc cauſam: et ſeipſum apoſtolis ordine pari cōiungit/ dicens/ locutꝰ eſt nobis: q̄uis ipſi vel iſtis non fuerit locutus: ſed apoſtolis: et per apoſtolos alijs. Eleuat autem et ſemetipſum cum iſtis dicēs: quia ipſi etiam ſit locutus: et nec dum iudeos adhuc vllo ſermone cōtingit. Nam ferme omnes quibus prophete locuti ſunt: malignos eſſe/ nefarioſq; conſtabat: et nec dum de iſtis ratio mouetur: ſed interim de muneribꝰ diſputat/ que illis diuina largitate donabantur. [Quem conſtituit (inquit) heredem omnium.] Quid eſt quem cōſtituit heredem omnium? Hic omnē carnem ſignificat: ſicut etiam in ſecundo dicitur pſalmo: Pete a me (inquit) ⁊ dabo tibi gētes hereditatē tuam. Non iam portio domini tantū iacob/ ⁊ ſors eius ſolus iſrael/ ſed om̄es protinus nationes/ hoc eſt: hunc filium dominum conſtituit vniuerſorum. Sed etiam in actibus apoſtolorum Petrus loquitur/ dicens: Et dominum eum et Chriſtum deus fecit. Heredis autem vtitur nomine: vt duo quedam per hoc aſtruat/ et oſtendat: hoc eſt: qđ proprius ſit filius: et ꝙ dominatiōis illi nulla cōtingat amiſſio. Heredē autē oīm dicit/ mūdi totiꝰ. Deinde ſermonē ſuū ad priora cōuertit. [Per quē ⁊ ſecula fecit.] Ubi ſunt q̄ dicūt: erat qn̄ nō erat. Poſt hec gradatiōibꝫ q̄buſdam elegāter vtens: ꝑuenit ad id qđ omnibꝫ iſtis multo maiꝰ ē/ ⁊ inſonuit/ dicēs: [Qui ē ſplēdor glīe ⁊ character ſubſtantie eius: Ferens omnia verbo virtutis ſue: per eum mundationē peccatorum noſtrorū faciens: ſedere fecit ad dexteram maieſtatis in excelſis: tāto melior angelis factus/ quāto pre illis dif-

ferentius nomen hereditauit.] O apoſtolica ſapientia: magis autem nō Pauli ſapiētia: ſed ſpiritusſancti miranda eſt gratia. Non eñ ex intellectu hec ꝓprio loquebatur: nec humano hanc diſpenſationem reperiebat ingenio. Unde eñ illi hoc? Num ex ſcalpellis / aut pellibus / aut in officina illa hec poterat edoceri? Nequaꝗ̄: ſed de me fuit hec operatio maieſtatis. Non enim has intelligentias ſua mēte procreabat: que tunc erat tam debilis ⁊ extrema: ita vt nihil amplius haberet a plebeis / et popularibus. Quomodo enim aliquid diuinum poſſet ille ſentire: qui circa precia vendēdi / et circa confectionē pellium: totam ſuam vitam / totumqꝫ ſtudium conterebat. Sed gratia ſpiritusſancti per quos vult potentie ſue virtutes oſtēdit. Sicut enim ſi aliquis infantulum quēpiam in excelſum quendam locū / et pertingentem ad ipſum verticem celi volens paulatim ſenſimqꝫ ſubrigere: gradatim hoc faciat ab inferioribus / ad ſuperiora conſcendēs: deinde dum ſurſum peruenerit / iubeat illum infantulū deorſum in inferiora deſpicere: deinde deſpiciētem videat heſitare / et obſcuritatibꝫ / ac defectionibus fatigari: iterum eum ad humiliora deponat: quo reſpirare valeat / atqꝫ animum recreare: deinde cum refectus fuerit / eum iterum ad ſuperiora ſuſtollat / et iterum ad inferiora reuocet: ita et circa hebreos beatus faciebat apoſtolus: et ſic eum vbiqꝫ reperies magiſtri ſui in docendo veſtigia conſequentē. Nam et ipſe ſic faciebat. Aliquando quidem in altiora diſcipulos ſuos ſubleuabat: aliquando autē eos ad inferiora imbecillitatis eorū gratia reuocabat: nequaꝗ̄ eos prolixo tempore in altera permanere parte permittens. Et contemplare iterum ſapientiam Pauli: per quales eos etiam ſubleuat gradus: et qualiter eos ad ipſum apicem pietatis adducit: vbi item anteꝗ̄ deficerēt / et eos obſcuritas occuparet: vide quomodo eos ad inferiora reuocauit / quo poſſent paululū recreari. [Locutus eſt (inquit) nobis in filio ſuo: quē poſuit heredem omniū.] Filij quippe nomen cōmune eſt. Ubi enim proprius intelligitur filius / ſuperior eſt et excellentior vniuerſis. Sed interim quomodolibet ſe habeat aſtruit: quoniam deſurſum eſt. Et vide quomodo hoc dicat: [Quem poſuit heredem omniū.] Qꝺ dixit: [heredem poſuit.] humilitatis demonſtrat indicium. Deinde ad ſuperiorem gradum / altioremqꝫ tranſcendit. [Per quem (inquit) et ſecula fecit.] Deinde ad excelſiorem omnibꝫ venit: poſt quem altiorem / alterum gradū inire nō poſſis. [Qui eſt (inquit) ſplendor glorie / et character ſubſtantie eius.] Uerum in ipſum eos inacceſſibile lumen induxit: et in ipſum ſplendorem immenſe / ſummeqꝫ claritatis: et anteꝗ̄ eos obſcuritas vlla comprimeret: attēde quomodo eos iterum pedetentim ad inferiora: ⁊ conſueta loca deponit / dicēs: [Ferens omnia verbo virtutis ſue. Per ipſum (inquit) mundationē faciens peccatorum noſtroꝝ: ſedere fecit in dextera maieſtatis.] Non ſimpliciter dixit ſedere fecit: ſed poſt mūdationē (inquit) ſedere fecit. Suſcepit enim incarnatiōis officiū: deinde humilia loquitur: et poſt hec interlocutus paululū in dextera inquiens maieſtatis in excelſis: iterum ad humilia narranda reuertitur. [Tanto melior factꝰ angelis: quanto differentius eis nomen hereditauit.] Diciam de eo / qui eſt ſm carnē / diſputat. In eo enim ꝙ dixit melior factus eſt: non eſſentie paterne declarauit indicium. Illa enim que partis eſſentia cum ſubſtantialis agnoſcitur: nō eſt facta: ſed nata. Loquitur autem de carnali ſubſtantia. Ipſa eñ facta eſt. Sed nūc non de extantia eius: hoc eſt qualiter extiterit: ſermo peragitur. Sed ſicut Iohānes dicit: Qui poſt me venit / ante me factꝰ eſt: hoc ē honorabilior / atqꝫ probabilior: ſic etiā hic tm̄ melior / (inquit) factus eſt angelis: hoc eſt probabilior / atqꝫ preclarior / quanto melius hereditauit nomen. Uides quia de eo / qui eſt ſm carnem / ſermo verſatur. Hoc enim nomē deus / verbum ſemper habuit: nō poſtea hereditauit / neqꝫ poſtea eum ab angelis meliorem conſtat effectum: quando mūdatione ſua abſtulit noſtra peccata: ſed ſemper melior fuit: et non ſolum melior / ſed etiam incomparabiliter melior vniuerſis. Uerūtamē de eo / qui eſt ſm carnem / iſta dicuntur. Sic enim et nobis vſus eſt: cum de natura humana diſſerimus / et faſtigium habentia loquimur / ⁊ ſubmiſſa. Quādo eñ dicimꝰ / nihil ē homo: terra eſt hō: cinis ē hō: totū a deterioribus appellamus / quando vero dicimꝰ mortale animal homo / et rationale: et ſupernis cognatū / a melioribus vocamus vniuerſum. Sic et in chriſto aliquādo quidem ab inferioribus: aliquando autē a melioribus loquitur Paulus: et diſpenſationē cupiens confirmare / et ſimplicem cōmendare naturam. Quoniā itaqꝫ mundationē peccatorum fecit / perſeueremus mundi: nihil ſordidū / vel pollutum anima noſtra ſuſcipiat: ſed pulchritudinē / quam nobis indidit / decoremqꝫ ſeruemus. Munda mens et inuiolata permaneat: non habeat maculam / neqꝫ rugam / vel aliquid eiuſmodi. Macula quippe / vel ruga / minora peccata ſunt: verbi gratia: detractio / iniuria / mendacium: magis autem neqꝫ hec minora ſunt: ſed valde maiora / et a celeſtibꝫ nos alienare valētia. Qualiter hoc / et quo pacto? Qui enim appellat fratrē ſuum fatuum: reus erit gehēne ignis. Si ergo ſic punitur qui fatuū vocat / qꝺ videt leuioris eſſe / vel potius infantilis iniurie: qui malorū morum cuiqꝫ crimen imponat / et iniquum / atqꝫ inuidū dicat: et mille alijs nō dubitat fratrē iaculare criminibus / qualia ne puras patietur tormentorū ſupplicia? Quid hoc terribilius? Sed rogo vt patienter ſermonē meum paululū toleretis. Si enim que facit vni ex minimis / ipi facit: quomodo nō / ⁊ in benedictionibꝰ / et in maledictionibus ſimilis ſententia perſeuerat? Qui conuitiū ergo facit fratri / deo conuiciū facit: et qui honorat fratrem / deum honorare declarat. Aſſueſcamus igitur linguā noſtram ad bene dicendū eſſe procliuem. Abſtine (inquit) linguam tuā a malo. Non enim propter hoc illā deus tribuit: vt maledicamus: vel conuitia in inuicē iactemus: vel accuſandi mutuo geramus ſtudiū: ſed vt per eam deū laudemus: vt illa loquamur / que gratiā audientibus conferant: que ad profectum / ⁊ ad edificationē proficiant proximoꝝ. Hunc / quia maledixiſti hūc / aut illum / quid ex hoc / rogo / lucratus es? Nonne tibi ipſi maxime nocuiſti? Siquidem opinionē maledicorum hominum incurriſti pro nullo eſt. Nullum eſt enim protinus malum: quod vſqꝫ ad eū cōſiſtat: qui patitur / et non etiam illum / qui facit vna cōprehēdat: ſicut verbi cauſa / inuidia. Inuidus eñ putat qdē inſidiari alijs: ſꝫ ipe pmꝰ illo malo conſumitur / ⁊ tabido corde maceratur: ad hec etiam odio cunctis habebit. Item cupidus / vel auarꝰ aufert quidē pecunias alioꝝ: ſed etiā ſibi aufert gratiā / aufert charitatem / facit vt ab hominibꝫ accuſet. Multum quippe melior eſt opinio bona pecunijs. Illa enim ſi mala fuerit: non facile abluit: pecunias autē non eſt laboris acquirere. Magis autem pecunie et cum adſunt / non ſatis adiuuant: et cum deſunt / nihil protinus obſunt: opinio autem bona ſi aſſit / prodeſt plurimum: ſi vero abſit / facit probroſum totum hominem / facit infamem: ⁊ ridiculum conſtituet omnibus / ⁊ exoſum. Similiter iracundus ſeipſum primū dilanians puniet: ⁊ tunc illum contra quem indignatione raptatur. Sic ⁊ maledicus primo ſeipſum confundit: et tunc illum cui videtur maledictiōis importare conuitiū: qꝺ fortaſſe quidem / nec poterit / hoc eſt vt ille ledatur: ſi tolerās patienter abſcedat: ipſe vero recedit / cum ſtulti cuiuſdā nomine: et diſpuendi penitus et horrendi / illum quidem econtra amabilem faciens. Quando enim audit maledicta / ⁊ minime ſe ſimilibꝰ cupit vlciſci conuitijs: ſed laudat potius et miratur: non illum quidem: ſed ſeipſum laudat. Sicut enim iam dixi: maledictiones que diriguntur in proximos maledicentes primitus vexant: ſic ⁊ bona que circa proximos geruntur: eis primū qui operant / iucūditatis vberes proferūt fructus. Enimuero qui alicuius / ſiue boni / ſiue mali procreator exiſtit / ipſe primꝰ / aut illo bono fruitur / aut illo malo punitur: Et merito. Sicut enim aqua / ſiue ſalſa ſit / ſiue ſit illa potabilis / ⁊ vaſa replet haurientiū: ⁊ ſuum fontem ex quo manat nequaꝗ̄ vacuum remanere permittit / ſic et nequitia / ſic et virtus / vnde proceſſerit illū procreatorem primitus illa letificat / ⁊ illa conſumit. Et hec quidem in hac vita. Ceterum in futuro ſeculo / quis ſermo valeat enarrare: que bona vel que mala / reſeruantur? Non eſt ſermo qui hoc explicet. Siquidem bona illa / non tantū ſermonem: ſed etiam oēm intuitū mentis excedūt: contraria vero / hoc eſt mala / appellata quidem ſunt nominibꝫ vſitatis. Uerbi gratia: Quia ignis (inquit) ibi eſt / et tenebre / et vincula / et vermis ſine fine conſumens: ſed nō hec ſola iſtis nominibus / nec talia demonſtrant: ſed alia multo peiora / et multo amplius ſeueriora. Qꝺ vt agnoſcas / hoc primū conſidera. Si enim ignis / quomodo tenebre ſunt? Uides quoniā ille ignis ſeuior iſto eſt? Non enim habet lumen / aut vllam luminis claritatem. Si ignis eſt / quomodo ſemper vrit / et corruptionis non operatur effectū? Uides quoniā et in hoc ſeuior eſt. Non enim extinguitur. Propter hoc etiam inextinguibilis appellatur. Intellige igitur ꝗ̄tum eſt malū / per omnia ſecula vri / et in tenebris permanere perpetuis / et infinitos gemitus edere / et ſtridere dentibus / et nequaꝗ̄ penitus exuri. Si enim in hac vita aliquis eorū qui nobili genere nati ſunt / in cuſtodiā retrudat putorem ipſum tantū et tenebrarū caligines non valet ſuſtinere: et cum homicidis vna ligari / morte peius exiſtimat / intellige quale ſit / quando cū omnibꝫ totiꝰ ſeculi comburimur homicidis: neqꝫ ipſi alios vidēntes / neqꝫ aliorum viſibus apparentes: ſed in tanta multitudine ſolitarios nos eſſe putantes. Siquidē tenebre et abſentia luminis nō nos ſinet proximos noſtros agnoſcere: ſed veluti ſi ſolitariꝰ vnuſquiſqꝫ noſtrum patiatur: ſic afficitur oppreſſus caligine tenebroſa. Si aūt tenebre tantū affligūt noſtras animas / tantūqꝫ perturbāt / quid erit iam quādo et cū tenebris dolores / et tormenta combuſtionis affuerint? Icirco deprecor / vt hec ſemper apud vos verſetis: et patiēter triſticiam que ex verbis naſcitur toleretis: ne ipſis rebus ſupplicia ſentiatis. Omnibꝫ modis enim vniuerſa iſta futura ſunt: ⁊ eos qui ſupplicijs digna geſſerunt / nullus poterit liberare / nō pater / nō mater / nō frater. Frater enim non liberat (inquit) liberabit homo: licet multā fiduciam quiſqꝫ poſſideat: licet multū valeat apud deū. Ipſe eñ reddet vnicuiqꝫ ſm opera eius / ⁊ ex operibus / tam ſalus / ꝗ̄ pena cōſequitur. Faciamus igitur nobis amicos ex mammona iniquitatis: hoc eſt operemur elemoſynas / euacuemꝰ in iſtos pecunias noſtas: vt euacuemus etiam illic / et extinguamꝰ ignis ardorem: vt fiduciam mentis habeamꝰ. Illic etenim nō vel ipſi ſunt / qui nos excipiunt: ſed opus noſtrū: quia nō eo ipſo ꝙ iſtos amicos habebimus: ſaluari merebimur. Deniqꝫ attende quid addidit: Non enim dixit / facite vobis amicos / vt ſuſcipiant vos in habitacula ſua eterna: ſed tantū in habitacula dixit eterna / et modū ipm expoſuit. Dicendo enim ex mām̄ona iniquitatis / oſtendit quoniā de pecunijs oportet iſtos amicos preparare. Apparet igit: quoniam nō ipſa nobis amicitia coꝝ patrocinabit: ſi bona opera nō habeamus / ſi nō cum iuſticia refundamus diuitias: quas inique congeſſimꝰ. Iſte vobis ſermo de elemoſynis: non ad diuites ſolum: ſed etiā ad pauperes ſimul aptatur: ſcilicet ille qui ab alijs petens ſuſtentationē accipiat / ⁊ ad ipſum hec oratio pertinebit. Nō enim in tantū quiſqꝫ pauper exiſtit: vt duo minuta nō habeat. Poteſt ḡ / et de paucis pauca tribuere / et plurima poſſidētes / largiētesqꝫ / plurima ſuperare / ſicut illa vidua. Nō eñ quātitate datorum: ſed virtute ſuperauit: quia magnitudo miſericordie / volūtatis magnitudine iudicat. Ubiqꝫ voluntate opus eſt: vbiqꝫ recto propoſito: vbiqꝫ charitate / que circa deum pura / ſinceraqꝫ conſiſtat. Si ergo cum hac ſancta charitate cūcta geramus: licet parua poſſidentes / parua tribuamus: faciem ſuam dominꝰ non auertet: ſed ſuſcipit ſicut magna: et admiranda donaria. Enimuero voluntatem deus ſemper / non ea que dantur attēdit: et ſi illam videat magnam: ⁊ decretum ſue dignitatis apponit: et propter huiuſmodi voluntatem dignos facit futura bona percipere: que nos vniuerſos contingat adipiſci: gratia et clementia domini noſtri Ieſu chriſti: cum quo patri vna cum ſanctoſpiritu: gloria / imperium / honor: nunc / et ſemper / et in ſecula ſeculorum. Amen.

Homelia Secunda Ex capitulo. I.

## q Ui eſt ſplēdor glorie ⁊ character ſubſtantie eius: Ferens omnia verbo virtutis ſue: per eum mundationē faciens peccatorum noſtrorum.

Ubiqꝫ quidē religioſo nobis opꝰ ē intelectu: maxime aūt vbi de deo: vel aliqd loqmur: vel audimꝰ: quoniā neqꝫ ad loquendū digne de deo lingua ſuffi

cit/ neqꝫ ad percipiendum preualet intellectus. Et quid dico linguā vel intellectum/ cum nec ipſa pars mentis eminentior: que eis multo ſuperior eſt/ aliquid integre valet comprehendere/ quādo aliquid de diuinitate dixerimus? Si enim pax dei tranſcēdit omnē mentem/ ⁊ ea que preparata ſunt diligentibus eum/ in cor hominis non aſcendūt: multo amplius ipſe qui pacis deus eſt/ qui omniū eſt opifex rerum/ ineſtimabiliter noſtras cogitationes exuperat. Oportet ergo cum fide et religioſa pietate cuncta ſuſcipere: et quādo forte ſermo deficit/ et non poteſt cū integritate qđ molitur exprimere: tūc magis glorificare nos cōuenit deū ꝙ talē deū habemꝰ/ qui et intellectū tranſcēdit: ⁊ cogitationis intuitū. Multa enimuero de deo intelligimus: que eloqui penitus nō valemus. Multa item loquimur/ et ea intelligere nō ſumꝰ idonei. Verbi gr̄a: Q̄m vbiqꝫ deus eſt/ ſcimus quomō autē vbiqꝫ ſit/ intellectu non capimus. Item quoniā eſt incorporea quedam virtus: que omnibꝫ eſt cauſa bonorū/ ſcimus/ quomodo autē vel que iſta ſit/ penitus ignoramꝰ. Ecce dicimus/ et ea intelligere non valemus. Dixi quippe: quia vbiqꝫ eſt/ ſed nō intelligo. Dico qꝛ eſt ſine principio: ſed non intelligo. Dico quoniam filiū genuit ex ſeipſo: ſed neſcio qualiter intellectu hoc percipiā. Sunt ergo etiam quedā/ que dici non poſſunt: q̄ꝫuis mēte capiant̄. Exēpli gratia: Intelligit mens/ ſed non valet dicere: Ita vt etiam ipſum Paulum videas in quibuſdam infirmari/ ⁊ nō integra exempla proponentem. Qꝫ ille ſic laborat in talibus contremiſce: et ne pretendas altiora perquirere. Aduerte ergo nunc. Poſtq̄ꝫ appellauit filium/ ⁊ eum opificem nominauit/ intulit: [Qui eſt ſplendor glorie/ et character ſubſtantie eius.] Hoc autem cum religioſitate debemus accipere/ et ſi quid abſurdū fortaſſis occurrerit/ ab acie mentis abigere. [Splendor (inquit) glorie.] Sed vide ſcḋm qđ hoc accipit/ vt etiam tu ſic accipias. Hoc ergo dicit̄: quia ex ipo qui eſt impaſſibiliter: quoniā neqꝫ diminutus/ neqꝫ in aliquo minoratus eſt. Quidā enim abſurda quedam proferūt/ exemplorum conſideratiōe decepti. Splendor enim inquiunt ſubſtantiuū aliquid non eſt: ſed aliūde habet vt ſit. Noli o homo ſic iſtud accipe/ neqꝫ marcelli/ aut fotini morbo deficias. Nā te de proximo curat/ ne in ſenſum illius erroris incurras. Non te ſinit in egritudinem illam ꝑemptoriam/ neqꝫ ꝑmittit incidere. Et quid inquit? Num et character ſubſtantie ita/ ſicut ipſe cuiꝰ character eſt ſubſtantiuꝰ exiſtit: et nullius indigens approbatur? Num ⁊ filius ita eſt? Noli errare. Hic enī nullam eſſe diſſimilitudinem volens oſtendere/ et ꝑme forme characterem propriū/ tale proponit exemplū Quomodo (inquit) in ſeipſo ſubſiſtit? Reſpondeo: Poſtq̄ꝫ em̄ ſupra dictum eſt: quia per ip̄m fecit omnia/ hic ei nunc ſummā autoritatis attribuit. Nam vide quid ſubnectit: [Ferens (inquit) omnia verbo virtutis ſue:] vt nō ſolum ex hoc eum characterem eſſe accipiamus paterne ſubſtantie: ſed etiam ex eo ꝙ cum autoritate cuncta gubernat/ et continet. Attēde igitur quomodo/ qđ patris eſt propriū/ coaptat et filio. Propter hoc non abſolute dixit/ ferens oīa verbo virtutis ſue/ neqꝫ dixit virtute ipſius. Sicut enim in anterioribus paulatim/ et aſcendebat ⁊ deſcendebat/ ſic ⁊ hic veluti quibuſdam gradibꝫ/ nunc ad alta faſtigia ſubleuatur/ nunc item declinat̄ ad infima. [Per quē inquit/ et ſecula fecit.] Attēde ꝙ etiam hic duas vias ingreditur. Et vna quidem reuocans nos a nefando errore ſabellij: alia ꝟo ab arriane impietatis errore/ ne putetur vel initium habere/ vel extraneus a deo patre ſubſiſtere. Sic em̄ etiam poſt tāta tēpora/ tantaqꝫ magnalia: ſunt quidam qui eum extraneum eſſe delirant/ et alterum illi patrem ſubpingere moliuntur: ceterum huic cum rebellare contendūt: ſi ergo hec non dicerent/ quāto amplius inſanirent? Quādo ergo duo pergit itinera? Tunc videlicet quando talibus vulneribꝫ remedia cogitur adhibere. Tūc enim compellit̄ etiam humilia predicare/ ſicut eſt illud qđ dicit/ qui cōſtituit eum heredem vniuerſorum/ et quia per ip̄m ſecula fecit. Deinde ne alij noceat parti/ ſummā ei autoritatis attribuit/ ⁊ oſtendit eiuſdem honoris cum patre conſtare/ ⁊ in tantū eum eiuſdem honoris eſſe declarat/ vt plurimi ſuſpicentur eundem eſſe patrē. Et cōtemplare plurimā ſapientiam pauli. Primo enim illud ponit/ ⁊ integra commonet ratione. Qđ cum certo cōſtiterit/ quia dei filius eſt/ nec ab eo alius exiſtat: tunc iam ſecurus/ atqꝫ munitus excelſa libere quecunqꝫ volet eloquitur: quibus eius altitudo declaratur. Et quoniam magna/ que de eo dixerat in aliam intelligētiam pleroſqꝫ deduxerāt/ propterea primū ponens humilia cum ſumma cautela/ tunc ad ſublimia q̄ꝫtum volet aſcendit. Poſtq̄ꝫ enim dixit [quem poſuit heredem vniuerſorum/ et per quem ſecula fecit] tūc deinde ſubiungit: [Ferens omīa verbo virtutis ſue.] Qui enim ſolo verbo gubernat vniuerſa/ nequaq̄ꝫ ad fabricam vniuerſitatis eguerat alicuiꝰ. Et quia ita eſt/ intuere quomodo iterum autoritatem ei contribuit vniuerſam/ auferens etiam qđ ſupra dixerat/ per quem: ſiquidem per eum que voluit operatus eſt: ſed deinde dimittens quod ſupra dixerat/ per quem/ vide quid dicit [In principio tu domine terram fundaſti/ ⁊ opera manuū tuarꝫ ſunt celi] Hic nuſq̄ꝫ ſonat per quem vel quia per eum fecerit ſecula. Quid ergo? dicit aliquis: Nonne ab ipſo facta ſunt? Sed nō ſicut tu dicis/ vel inaniter ſuſpicarꝭ/ tanq̄ꝫ per aliquod inſtrumentū/ neqꝫ tanq̄ꝫ facere non poſſet/ ſi ei non porrexiſſet dexteram. Sicut enim neminem iudicat: ſꝫ dicitur iudicare per filium/ quem iudicem genuit: ſic etiā dicitur operari per filium: quia eū conſtat opificem genuiſſe. Si em̄ cauſa eius pater eſt ſcḋm ꝙ pater eſt/ multo ampliꝰ eorum cauſa eſt/ que per filium facta declarantur. Quando ergo vult oſtēdere quia ex illo eſt/ neceſſario que ſunt humilitatis eloquit̄: quādo vero altiora voluerit inſonare/ tā marcellus/ q̄ꝫ ſabelliꝰ vulnerant̄/ ſed etiam immoderationem vtrorūqꝫ refugiens/ medio calle perambulat. Sed neqꝫ ſemper in humilibus remanet: ne paulus ſamotracheus alꝭ ſamoſacenꝰ vel ſamoſatanus nanciſcatur aditum ſubintrādi: neqꝫ iterꝫ in excelſis ꝑdurat: ſꝫ cōfeſtim indicia hūilitatꝭ eiꝰ oſtēdit/ ne ſabelliꝰ fraudulēter inſiliat. Qnippe cū dr̄ filiꝰ confeſtim paulus ſamothraceus inſurgit/ dicens: eū non eſſe filiū/ ſic ⁊ plurimos: ſꝫ eū conto valido e regiōe proſternit/ appellās heredem. Sed adhuc cū arrio impudenter obnitit̄. Nam conſtituit eum heredem ambo ſuſcipiūt: ille quidē velut infirmitatis indicium: iſte aūt adhuc in conſequentibꝫ inſidiari deſide-



rans. Sed cū diceret: per quē ⁊ ſecula fecit/ eliſit quidem ſamorhraceū impudētiſſime renitentē: ſed arrius adhuc ſibi fortior eſſe videt̄. Proinde cōtemplare q̄liter etiā iſtum perimit/ dicēs: [Qui eſt ſplēdor glorie eiꝰ.] Sed ecce iterꝫ reclamat ⁊ inſilit ſabellius/ ⁊ marcellus/ atqꝫ fotinꝰ. Sed etiā iſtos ſimul vno vulnere cunctos edomuit/ dicens: [Character ſubſtātie eius/ ⁊ ferens omīa verbo virtutis ſue.] Hic iterꝫ martionē ꝑcutit: nō quidē valide: verūtamen ꝑcutit/ ne illeſus exiliat. Et ſic eum iſtis hoſtibus ꝑ totam epiſtolā videas repugnantē/ ⁊ ſtrenua bella ꝑagentē: ⁊ ſicut iam dixi: magiſtrū ſuū in omībus imitat̄. Et merito/ ſplēdorem eū dixit eſſe gl'ie: vtpote qui ip̄m audiſſet dicentē: Ego ſum lux mūdi. Propterea eū etiā iſte ſplendorē glorie nominauit/ oſtendēs/ qꝛ ſicut dictū eſt: ſicut lumen de lumine: et nō ſolum oſtendit iſtud: ſed qꝛ etiam animas nr̄as illuminat/ ⁊ patrē nobis inſinuat. Per ſplendorem quippe ꝓpinquitatē declarauit eſſentie. Intellige ergo ſublimitatē dictorū. Vnā ſumpſit eſſentiā/ vnāqꝫ ſubſtantiā: vt duas ſubſiſtētias aperiret: qđ etiā de ſcientia dei ⁊ ſpiritus operatus eſt. Sicut em̄ illic vnā ſcientiā dixit: patris et ſpiritus vere vnam/ ⁊ nihil ad ſeipſam habentē indiuerſum/ nihilqꝫ penitus alteratū: ſic etiā hic vnā rem ſumit ad demōſtrationem duarꝫ ſubſtantiarꝫ. Vnde etiā ſubiūgit: [Qui character eſt.] Character quippe alter eſt/ ab eo cuiꝰ enunciat formā. Alter aūt nō in omnibꝫ: ſed ſcḋm ſubſtātiam. Nam et hic character ſimilitudinis omnimode prebet indiciū/ ad illud cuius character oſtendit̄: ⁊ ſuſpitionem/ vel parue diſſimilitudinis omnino nō recipit. Quādo ergo eum vel formā vocitat/ vel characterē/ quid dicūt/ aut qđ nitunt̄ opponere? Sed etiā imaginis/ inquiūt/ imago appellatus eſt homo. Quid ergo? Nō eo modo ſicut filiꝰ. Non inquiūt/ ſed qꝛ imago nō eſt ſimilitudinis indicatrix. Cur obſecro/ nō ſit? Nam ⁊ hō ſcḋm ꝙ imago appellatꝰ eſt demōſtrat ſimilitudinē/ ſicut poteſt in homine demōſtrari. Qđ em̄ eſt deus in celo: hoc homo videt̄ eſſe in terris/ ſcḋm principatū dico. Sicut enim omībus que in terris ſunt/ iſte dominat̄: ſic ⁊ deus oīm celeſtiū/ ⁊ terreſtriū dominat̄. Huc accedit qꝛ homo nō eſt dictus: character non eſt appellatus forma/ ꝙ declarat eſſentiā vel ſimilitudinem: que ſcḋm ꝓprietatē conſtat eſſentie. Sicut enim forma ſerui nihil aliud ſignificat/ q̄ꝫ hominē ꝓprie: ſic ⁊ forma dei nihil aliud manifeſtat/ q̄ꝫ deū. [Qui eſt (inquit) ſplendor glorie.] Attende quid ait Paulus: Qui eſt (inquit) ſplendor glorie/ ⁊ ſubiūgit deinde: [Sedere fecit/ in dextera maieſtatis ſue.] Vide qualibꝫ vtitur nominibꝫ: quia non potuit rerum nomina propria reperire. Neqꝫ enim maieſtatis nomine/ neqꝫ glorie qđ deſiderabat expreſſit: hoc ē em̄ qđ ſupra iam dixi: quia ſepiꝰ quedam nobis occurrunt/ que intelligimus quidem: ſed indicari oratione non queūt. Nam nec dei vocabulū/ index ꝓprie conſtat eſſentie: neqꝫ omnino illius eſſentie/ proprium poteſt vllum vocabulū reperiri. Et quid mirū ſi in deo ſic eſt: cum neqꝫ in angelo proprium nomen inuenias: qđ eius declaret eſſentiam? Arbitror aūt quia neqꝫ anime reperta eſt apta denominatio. Nō videtur mihi hoc nomen/ ꝙ integre ſubſtantiā eius oſtendat. Nam eandem rem/ et animā/ ⁊ cor ⁊ mentem/ inuenies nominari. Cor (inquit) mundū crea in me deus. Sed etiam ſpiritū dictam frequenter inuenies. [Ferens (inquit) omnia verbo virtutis ſue.] Solent arriani proponere: quia cum dixiſſet deus: fiat lux/ pater preceperit/ filius obedierit: ſꝫ ecce oſtendimꝰ: quia ſuo verbo cuncta perfecit. [Ferens (inquit) omnia.] hoc eſt gubernans. Siquidē cadentia/ ⁊ ad nihilum tendentia continet. Non enī minus eſt continere mundum/ q̄ꝫ feciſſe: ſed ſi oportet aliq̄d audacius dicere: adhuc amplius eſt. Nam in faciendo quidē/ ex nullis extantibꝫ rerū eſſentie producte ſunt: in continēdo ꝟo ea que facta ſunt/ ne ad nihilum redeant/ cōtinentur. Hic ergo dum reguntur/ ⁊ ad inuicē ſibi repugnantia coaptant̄: magnū ⁊ valde mirabile/ plurimeqꝫ virtutꝭ indiciū declaratur. Dicendo autem [ferens] facilitatem continendi voluit deſignare. Non em̄ dixit gubernās/ ſꝫ ex metaphora eorū qui ſine vllo labore digito/ vl' mouent aliquid/ vel efficiūt. Hic etiam molē creature/ magnitudinēqꝫ ſignificat/ ⁊ q̄ꝫuis magna ſit: illi tamē veluti nihil eſt. Sed etiam dicendo: [verbo virtutis ſue:] ſignificauit iterū/ ꝙ ſine labore cūcta cōtineat. Et bene dixit: ꝟbo virtutis: apud nos quippe verbū nudum/ ac volatile eſt: oſtendit autē quia in deo nō ita eſt. Qualiter aūt verbo virtutis ſue cuncta cōtineat: nō addidit/ quia poſſibile nō eſt iſtud agnoſcere. Deinde intulit qđ ad eius maieſtatem pertinet. Sic etiam Iohānes fecit. Cum enim dixiſſet/ quia deus eſt: intulit ꝙ etiam creature opifex ipſe ſit. Qđ em̄ ille ſignificauit/ dicēdo: in principio erat verbū/ et omnia per ip̄m facta ſunt: hoc iſte ſignificauit/ dicēdo: ꝟbo virtutis ſue/ ⁊ dicēdo: [ꝑ quem etiam ſecula fecit.] Vnde etiā iſte/ et ante oīa ſecula/ et opificē eum declarat. Quid ergo quando de patre dicit ꝓpheta: a ſeculo/ ⁊ vſqꝫ in ſeculū tu es. Item de filio/ quia ante omnia ſecula/ ⁊ oīm fabricator exiſtit quid reſpōdebunt? Magis aūt cū dicitur de patre: qꝛ ante omīa ſecula ꝯſiſtit/ et hoc idem etiam de filio dici ſimiliter inuenimꝰ. Et qđ ille dicit quia vita erat/ a creaturis diſtinguitur vniuerſis: quia cunctorum vitam ipſum eſſe conſtat: ſic etiā iſte dicit: [ferens omnia verbo virtutis ſue.] nō ſic̄ pagani qui eum/ et conditione rerum/ et prouidentia dicunt eſſe priuatum/ vſqꝫ ad lunam eius potētiam limitantes. [Per ip̄m enim inquit/ mūdationem faciens peccatorum noſtrorum.] Poſtq̄ꝫ enim dixit ſuperius illa magna/ valdeqꝫ miranda: dicit nunc/ et de cura eius/ ac ſollicitudine: quā de omībus gerit. Et q̄ꝫuis illud vniuerſale ſit/ ꝙ omīa cōtinet verūtamen hoc multo amplius eſt vniuerſale/ q̄ꝫtum in ipſo eſt/ ꝙ omnes crediderūt. Nam etiā Iohānes dicit: vita erat/ ſed et prouidentiā eiꝰ manifeſtās/ iterꝫ dicit: q̄m lumen eſt. Per ip̄m (inquit) mūdationem faciēs peccatorū noſtrorū. [ſedere fecit in dextera maieſtatis in excelſis.] Duo quedam in h' loco ſignificat maiora/ ꝙ de nobis curā gerat/ vel ꝙ peccata noſtra mundauerit: quoniam per ſeipſum hoc opus impleuerit. Et in multis locis inuenies eum in hoc maxime gloriari: nō ſolū quoniā cōuerſi ſumus ad deū: ſed etiam in eo ꝙ per filiū fuerit effectum iſtud. Et vere magnū hoc munus eſt/ ⁊ maius effectum/ dum nobis ꝑ filiū eſt cōtributum. Cum ergo dixiſſet: [et ſedere fecit in dextera maieſtatis/ purgationē ꝑ eum faciēs peccatorꝫ noſtrorꝫ] et cum nos cōmonuiſſet crucis eiꝰ: deinde cōfeſtim

de reſurrectione/ atqꝫ aſſumptiōe ipſiꝰ inſtituit diſ-
putare. Et intuere inenarrabilē eius prudētiā. Nō
dixit quia iuſſus eſt ſedere: ſed ſedere fecit eum. De-
inde ne putares eum ſtare/ ſubiungit: [Cui em̄ an-
gelorū aliquādo dixit: ſede a dextris meis? Sedere
(inquit) eum fecit in dextera maieſtatis in excelſis]
Quid eſt in excelſis? Num in loco ꝯcludit deū? Ab-
ſit hoc/ ſed ſicut iam dixi: per dexterā nō deū defor-
mauit/ ſed ſimilitudinē demonſtrauit honoris. In
excelſis ergo dicens/ nō eū in loco concludit/ ſꝫ oſtē-
dit omnibꝫ altiorē/ ⁊ omnibꝫ eminentē: hoc eſt quo-
niam vſqꝫ ad ipm̄ ꝑuenit ſolium paterne claritatis.
Sicut ergo pater in excelſis eſt/ ſic ⁊ filius. Conſeſ-
ſus enim nihil demonſtrat aliud: niſi honoris equa
litatem. Si aūt dicunt/ quoniā ille iuſſit vt ſederet/
interrogamꝰ ⁊ nos. Quid ergo? Num ſtanti dixit:
huc accede? Quia nō dictum eſt vel iuſſit/ vel prece-
pit: ſed qꝛ tantū dixit: ad nihil aliud/ niſi vt eum ſi-
ne initio putares/ vel nō habere cauſam de qua ſub
ſtiterit. Quia vō ꝓpterea dictū eſt: manifeſtū fit ex
ipſa conditione conſeſſus. Si enim minorationem
velit oſtendere/ nunꝙ̄ diceret a dextris/ ſed potiꝰ a
ſiniſtris. [Tāto (inquit) melior factꝰ angelis/ quā-
to differentius ꝑ illis nomen hereditauit] In h̄ qđ
dixit factus pro ſuſceptus intellige: tanꝙ̄ ſi diceret:
Melius eſt ſuſceptus ab angelis. Et vnde hoc aſ-
ſeuerat ex ipſo nomine aniaduertis: qꝛ ſolet filij no-
men ꝓprietatem cognitionis oſtendere. Et ſane niſi
eſſet ꝓprius filius: proprius aūt filius/ nihil eſt ali-
ud/ ꝙ̄ de ipſo genitus: quō poſſet ex hoc amplitudi-
nem honoris aſſerere. Si em̄ gratia eſſet filius/ nō
ſolum differret a patre: ſed etiam minor eſſet ab an-
gelis. Quō hoc? inquis: Quia ⁊ homines iuſti ap-
pellati ſunt filij. Proinde nomen filij niſi ꝓprietatē
oſtendat/ nō valet oſtendere quia differentia ē inter
creaturas ⁊ conditorē. Aduerte itaqꝫ qđ dixit: [Cui
em̄ aliquādo angelorū dixit: filius meus es tu/ ego
hodie genui te? Et iterū: Ego ero ei ī patrē/ ⁊ ipē erit
mihi in filiū.] Hec quidē dicta ſunt ⁊ de carne: hoc
eſt ero ei in patrē/ et ipſe erit mihi in filiū. Qđ vō di-
xit filius meꝰ es tu/ ego hodie genui te: nihil aliud
manifeſtat/ niſi quia ex ipſa eſſentia patris eſt geni-
tus. Sicut enim/ eſſe/ dicit̄ ex p̄ſenti tēpore: ſic quip
pe magis de deo dici cōuenit. Itaqꝫ qđ dictum eſt/
hodie/ p̄ſentis eſt tēporis: poteſt tamen ⁊ ſm̄ carnē/
hoc accipi dictū. Cum em̄ nomiauerit carnē iam ſi-
ne vllo timore praue ſuſpitionis eloquit̄. Eteni ca-
ro cōmunicat altioribꝫ: ſicut et diuinitas humilibꝰ
cōmunicare dignata eſt. Qui em̄ non eſt homo fieri
dedignatꝰ: ⁊ qui rem ipſam nō abnuit/ quō ipſa re-
pudiaturus eſt verba? Hec itaqꝫ cognoſcētes/ nihil
impudenter agamus: neqꝫ in ſuꝑbiam ſubleuemur.
Si em̄ ipſe cum deus eſſet et dn̄s/ deiqꝫ filius/ nō
reſpuit formā ſerui ſuſcipere: multo ampliꝰ nō opor
tet cuncta perficere/ ⁊ humilia cuncta tolerare. Dic
enim mihi o homo ex qua re/ vel cur ſapias altiora?
Num de ꝓſperitate ſeculi? Sed hec anteꝙ̄ pareat:
ſicut fumus euaneſcit. Num ex ſpiritalibus in ſubli
me ſuſtolleris? Sed etiam hoc vnū eſt ſpiritaliū re-
rum/ vt altum nō ſapias. Cur ergo altū ſapis? An
te aſſecutum cunctas virtutes exiſtimas? Aduerte
chriſtū dicentē: quia cū feceritis hec oīa dicite: quo-
niam inutiles ſerui ſumus: nam que facere debeba
mus/ oīa perfecimꝰ. An pro diuitijs in ſuꝑbiam
ſubleuaris? Nonne vides omnes qui an̄ te fuerūt/
nudos hinc ac deſertos rebꝫ omnibꝫ diſceſſiſſe? No-
ne nudi ingreſſi ſumus in hanc vitam/ nudi quoqꝫ
ſumus exituri? Nunqđ debet quiſqꝫ qui poſſidet a-
liena/ ſuperbꝫ exiſtere? Qui enim voluerint iſtis ſe-
cularibꝫ ad ſolam vti propriā voluntatē: amittunt
ea etiam nolentes/ ⁊ quidē ſepiꝰ ante mortē: in ipſa
vō morte ineuitabiliter. Sed nos eis (inquis) vi-
uentes ſicut volumus/ vtimur. Ego aūt ecōtra di-
co: quia magis nullū facile poteris inuenire/ qui ſi-
cut vult rebus extantibꝫ abutatur. Qđ ſi etiā quis
vtatur vt velit: nihil hoc magnū putare debemus.
Breuis eſt nāqꝫ vita p̄ntis tēporis/ in cōparatione
ſeculi ſempiterni. Altum ſapis o homo/ quia diues
es. Cur obſecro/ vel pro qua cauſa? Hoc eni poteſt
etiam latronibꝫ ꝓuenire/ vel furibꝫ/ vel homicidis/
vel mollibꝫ/ vel fornicarijs/ vel etiā peſſimis vni-
uerſis. Cur ergo altum ſapis? Si em̄ ad qđ opus
eſt facultatibꝫ tuis abuteris/ noli altū ſapere/ noli
qđ miſericordias tuas: ſuperbie morbus interimat.
Si autem nō ad qđ opus eſt vteris: multo minus
altum ſapere debes: quoniam pecuniarum tuarum
ſeruus effectus es/ ⁊ ſub earū dominatu detineris.
Nam dic mihi/ ſi quiſpiā febriū calore perurat̄/
et aquam frigidam intemperanter accipiēs/ ad pau
lulū tempus ſitim videat̄ extinguere/ num ꝓpterea
debet altū ſapere? Nonne poſtmodū in eo maior fe-
briū flamma ſuccendit̄? Quid/ item ſi quis ꝑ pluri-
ma quidem/ ſed ſuꝑflua curas ſuas exerceat: num
ꝓpterea debet altū ſapere? Num cur altum ſapias/
dic obſecro? Num qꝛ plurimos habes dominos?
Quoniā plurimis ſollicitudinibꝫ angeris: quia ti
plurimi homines adulant̄. Enimuero ſeruus illi-
es: et dura fungeris ſeruitute. Qđ vt agnoſcas/ pa-
rūper auſculta. Aliarū nāqꝫ paſſionū interdū demō
ſtratur vtilitas: verbi gratia: iracundia plerūqꝫ vti-
lis ē: indignatio inqt ī iniuſticia nō erit innocēs: ꝓ-
inde poteſt quis etiam rationabiliter indignari: et
iterum qui iraſcitur (inquit) fratri ſuo/ et non dixit
ſimpliciter: ſed addidit ſine cauſa: reus erit gehen-
ne: qui ergo iuſte iraſcunt̄/ nullo reatu tenent̄ obno
xij. Iterū emulatio/ vel cupiditas nō ſunt omnifa-
riam noxie: hec quidem cum ad opus procreandorū
aſſumitur filiorū: illa vero cum ſtudio imitandi bo-
na ſuſcipit̄/ ſicut dixit et Paulus: Bonū eſt (inqt)
emulari ſemper in bonum. Et iterum: Emulamini
cariſmata meliora. Vtraqꝫ ergo habet vtilitatē ſuā.
Et ſic etiam in ceteris paſſionibꝫ inuenit̄: ſi per eas
conſiderantis ꝑuigil currat intentio. Arrogātia vō
nuſꝙ̄ bona poteſt exiſtere: ſꝫ vbiqꝫ inutilis/ ⁊ noxia
reperitur. Sane vō ſi oportet altum ſapere: in pau
perie h̄ oportet/ nō in diuitijs facere. Quare? Quia
ſi potes in paucis vitā tuam bene diſponere/ eo qđ
hoc non poteſt/ multo maior/ multoqꝫ melior habe
ris. Dic enim mihi: Si acceptis quibuſdam ad re-
giam ciuitatem/ aliqui eorum nec iumētis indige-
ant/ neqꝫ pediſſequis/ neqꝫ tentorijs/ neqꝫ diuerſo-
rijs/ neqꝫ calciamentis/ vel vaſis alijs ceteris: ſed
eis ſufficiat panis tantū/ et aqua ſumpta de fonti-
bus: Quidā vō dicāt: quia niſi curriculis vel plau-
ſtris abundauerint: niſi ſtramina mollia deportēn-
tur: niſi etiam plurimos pediſſequos habeant: niſi
ſepius licuerit requieſcere: niſi fuerint ⁊ iumenta cō
plura: niſi etiā et parū itineris ꝑagere per dies ſin-
gulos ⁊ delicioſe licuerit: minime ſe ſuſcepturos iter
impoſitū: quos rogo amplius admiremur: vtrū ne
illos/ an iſtos? Nimirū illos qui nulliꝰ indigēt: ſic
etiā in hac cauſa quā habemꝰ in manibꝫ. Plurimi
ꝗppe ad ꝑgendā huiꝰ vite viā pluribꝰ indigent: alij
vō (vt ita dicā) nulliꝰ. Proinde ſi oportet altū ſape
re de pauꝑie hoc oportet: et ſi tn̄ oportet. Nā qui bn̄
ſapit: altū ſapere nunꝙ̄ debet. Sed contēnit̄ inqs/
pauper. Non ille contēnit̄: ſed qui pauperē contem
nunt/ illi magis merito contemnunt̄. Nam cur nō
magis ego contemnā illos: ꝗ neſciūt admirari/ que
digna ſunt admiratione? Nā ⁊ pictor ſi ab omnibꝰ
irrideat̄/ atqꝫ reprehendat̄/ donec eos indoctos per
ſpicit/ ⁊ ſue artis expertes/ illorū verba penitus nō
attendit: ſed ſolo teſtimonio ſuo cōtentus eſt. Nos
aūt ſtudia nr̄a penſaturi ſumꝰ ex opinione multorū:
propterea etiā contēni digne meremur: qm̄ contem-
nentes nos pauperiē/ non magis ipſi cōtemnimur.
Non itaqꝫ nos miſeros noſmeipſi faciamꝰ. Pertrā
ſeo quāta peccata ex diuitijs generant̄: quantorum
bonorū ſit cauſa pauperies. Magis aūt neqꝫ diui-
tie/ neqꝫ paupertas ſm̄ ſeipſa bona ſunt: ſed ex vten
tibus qualitatē accipiūt. Chriſtianus ergo in pau-
perie cōſtitutꝰ: ꝙ̄ in diuitijs magis irradiat. Quō
hoc? Quia excludit a ſe pctm̄: nō erit arrogans/ ſed
potius temperās/ ⁊ pudicus/ ⁊ mitis/ ⁊ ſapiēs: qui
vō in diuitijs cōſtitutus eſt/ multa illū ad hec bona
prepediunt. Inſpiciamꝰ ergo ꝗ ſunt/ que diues ope
ratur: magis aūt que agit/ quō vtit̄ male diuitijs.
Quid ergo agit? Rapit aliena: eſtuat cupiditate: ſor
didis amoribꝫ agitat̄: nefandos nō deſinit ꝑpetra-
re cōcubitus: nephas oē aggredit̄: maleficia cūcta
cōmittit/ ⁊ cetera nequiora. Nonne vniuerſa hec ex
diuitijs cōſpicias generari? Intueris qm̄ in paupe
rie magis ꝙ̄ in diuitijs virtutes facilius poſſidea-
mus. Nec mihi dicas: qꝛ in hac vita diuites nullaꝫ
vindictā ſuſcipiūt: ideo etiā eos peccare nō iudices.
Qđ ſi poſſibile eſſet in diuites vindictā procedere/ vi
deres ex eis repleri carceres vniuerſos. Sed cū oī-
bus malis ſuis: etiā hoc malū habent diuitie: quia
in malignitate peccātes/ ab vltionibꝰ contuent̄/ et
qui diuitias poſſidet ſemꝑ peccās: nulla pena reuo-
cat̄: ſed ſemper ſine vllis remedijs vulnera ſuſcipit
peccatorū/ ⁊ frenū illi nullus imponit. Si autē qs
voluerit: etiā ad iocūditates plus īueniet/ accomo-
da paupertatis officia. Quomō hoc? qui curis ⁊ ſol
licitudinibꝫ eſt liber: vacat ab odio/ litibus: contētio
ne: iurgijs/ ⁊ ceteris peſſimis. Proinde ne diteſcere
queramus/ nec diuites emulemur: ſed habentes ad
qđ opus ē diuitijs vtamur: nō habētes aūt nō pro-
pterea doleamus/ ſed grās magis vniuerſorū deo
ac dn̄o referamus: qꝛ nos paruo labore eandē mer-
cedē poterimꝰ/ quā diuites ꝓmereri: ſi aūt volumꝰ
etiā ampliorē: dignos facit accipere: ⁊ ex paruis ma
gna lucramur: nā ⁊ ꝗ duo talēta ꝓtulit/ approbatꝰ
eſt ⁊ ſilr̄ honoratus: ſicut ꝗ quinqꝫ ꝓtulerat. Qua-
re hoc? Duo nanqꝫ illi erāt talēta cōmiſſa: ſed ipſe to
tū qđ ex ſe debebat īpleuit: ⁊ ꝗ ei cōmiſſa fuerūt du-
plicauit. Quid ergo feſtinamꝰ vt nobis plurima cō
mittant̄: cū poſſimus ⁊ in paruis eoſdē fructus adi-
piſci? Quin fortaſſis adhuc quoqꝫ ⁊ maiores. Nam
ꝙ̄gratū eſt: vt labor quidē ſit minor: merces autem
multo maior exiſtat. Facilius ergo ſi voluerit pauꝑ
plura ⁊ maiora diuite poſſidebit. An ignoratis: qm̄
quanto ꝗs plura cōgeſſerit/ tanto magis ampliora
deſiderat. Ne igit̄ etiā nos hoc idē patiamur: nō q̄-
ramus diuitias/ neqꝫ īportabiliter afficiamur pau-
perie: neqꝫ diteſcere feſtinemꝰ: ⁊ ꝗ diuitias poſſide-
mus: ita eis vtamur: ſicut p̄cepit apl's: Qui habēt
(inqt) tanꝙ̄ nō habētes: ⁊ ꝗ vtunt̄ hoc mūdo: tanꝙ̄
nō vtentes: vt adipiſcamur bona ꝗ ꝓmiſſa ſunt: que
nos oēs ꝑcipere cōtingat vniuerſa/ grā ⁊ clementia
dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: cū quo p̄ri vna cū ſcō ſp̄ū/ gl'ia impe
riū/ honor: nūc ⁊ ſemꝑ/ ⁊ in ſecula ſecl'orū. Amen.

## Homelia III Ex capitulo I et II

**e T cum iterum introducit primogenitū in orbē terre dicit: Et adorēt eum oēs angeli dei. Et ad angelos quidē dicit: Qui facit angelos ſuos ſpiritꝰ: et miniſtros ſuos flammā ignis. Ad filiū autē: Thronus tuus deꝰ in ſeculū ſecli: virga equitatis: virga regni tui.**

Dn̄s quidē nr̄ ieſus chriſtus/ aduentū ſuū carna-
lē/ exitū vocat: ſicut hēs cū dicit: Exijt ꝗ ſeminat ad
ſeminandū: et iterum: Ego a patre exiui/ ⁊ veni ⁊c̄.
Et hoc in plimis ſcripturarū locis poterit inueniri.
Paulus aūt introitū chriſti vocat aduentū/ dicēs:
[Cū introducit primogenitū in orbē terre.] Introi
tū ergo aſſumptionē carnis appellat. Sed qris for
taſſe: cur talibꝫ vel diuerſis vtat̄ noībus. Signifi-
catiōes quidē dictorū manifeſte ſunt: ⁊ ſm̄ qđ alteru
trū dicat̄ apparet. Chriſtus quidē merito exitū vo-
cat. Foris enī eramus a deo ſicuti qui ſunt extra re-
gales aulas in vinculis colligati: ⁊ qui hn̄t apud rē
gē ꝓ culpis aliquibꝫ offenſam: hmōi quippe a regali
aula foris excluſi ſunt: ꝗ vō voluerit iſtis veniā im-
petrare: nō primū ipſos in aulam regis introducit:
ſed ipſe foras egredit̄/ ibiqꝫ cū eis cōmiſcet ſermoci-
nandi negociū: vſqꝫ dum eos correctos reddat/ ⁊ di
gnos efficiat: quo regis vultui rep̄ſentari mereant̄.
Sic etiā xp̄us effecit: egreſſus ꝗppe ad nos: hoc eſt
carnē ſumēs/ ⁊ collocatꝰ nobiſcū/ precepta nobis re
gis innotuit: ⁊ ſic nos a pctīs emūdans: ⁊ ad deum
cōuertēs/ in aulā regalē velut mediator optimꝰ in-
troduxit. Propterea ergo exitū vocat ſue incarna-
tionis aduentū: paulus aūt introitū noīat/ ex meta
phora hereditātiū/ ⁊ ius dn̄andi ī aliꝗ poſſeſſiōe ſu-
mentiū. Dicendo enī [iterū introducit primogenitū
in orbē terrarū.] hoc ſignificat/ cū ei cōmittit orbem
terrarū. Tūc enī totū orbē terre poſſedit: cū ab vni-
uerſis eſt agnitus. Nō de deo vō iſta dicunt̄: ſed de
carne. Si enī in mūdo erat/ iuxta ioannē/ ⁊ mūdus
ꝑ ipm̄ factꝰ eſt/ quō alio mō introducit̄: niſi ſm̄ car-
nē? [Et adorent eū (inquit) oēs angeli.] Quotiens
enī magna ꝗdā/ ⁊ altiora dicturꝰ eſt: p̄ſtruit illa pri-
mū/ ⁊ facit illa ſuſceptibilia: dū dixit patrē introdu
xiſſe filiū. Superius enī dixerat: qꝛ nō ꝑ ꝓphas no-
bis locutꝰ eſt: ſed ꝑ filiū: ⁊ qꝛ filiꝰ melior eſt angelis/
qđ ex ipſo argumētatus eſt noīe: hic aūt iā ex alia re
vult argumēta deducere. Ex ꝗ iſta? Ex adoratione
videlicet. Nā tāto eū meliorē eſſe demōſtrat: quāto
dn̄m ſeruis cōſtat eſſe meliorē: quō ſi ꝗs in quandā
domū introducat aliquē/ ⁊ cōfeſtim oēs illiꝰ domꝰ

ꝓnceps iubeat: vt illū ꝓni fil' oēs adorent: ita et xp̄m
ſm carne iuſſit a cūctis angelis adorari/ dicens: [et
adorēt eū oēs angeli dei.] ſed ipſe etiā gabriel. Sed
q̄ret aliq̄s: Nū angeli tm̄ adorare p̄cepti ſunt? Nō.
Aduerte itaq; q̄ ſequunt̄: [Et ad angelos q̄dē dicit:
Qui facit angelos ſuos ſpūs: ⁊ miniſtros ſuos flā
mā ignis. Ad filiū aūt: Sedes tua deus in ſecl'm ſe
culi.] Ecce maxima differētia: qꝛ illi q̄dē creati ſunt
hic autē increatus. [Ad angelos aūt inq̄t: Qui facit
angelos ſuos ſpūs.] Ad filiū aūt nō dixit qui facit.
Et ſane poſſet: ſi velit iſtā ſic exprimere differentiā/
dicēdo: [⁊ ad angelos q̄dē dicit: Qui facit angelos
ſuos ſpūs.] Ad filiū autē: Dn̄s creauit me. Si q̄dē
eū dn̄m ⁊ xp̄m deꝰ fecit: ſed neq; illud de filio dictū
eſt/ neq; h̄ de deo v̄o: ſed de eo q̄ eſt ſm carnē. Ubi eī
verā differentiā ſignificare deſiderat: nō iā ſolos an
gelos cōprehēdit: ſed oēs virtutes miniſteria ſupna
fungētes. Intueris quō diuidit/ ⁊ cū quāta clarita
te creaturas a creatore diſcernit miniſtros vocās: ⁊
dn̄m/ ſeruos/ ⁊ heredē/ ac ꝓpriū filiū? [Ad filiū aūt
dicit: Sedes tua deus in ſecl'm ſecl'i.] Ecce hēs re
gni ſignaculū. [Et virga eq̄tatis (inq̄t) virga regni
tui.] Ecce hēs ⁊ aliud ſignaculū. Deinde ad eū q̄ eſt
ſm carnē reuertit̄: [Dilexiſti iuſtitiā: ⁊ odiſti iniq̄tatē
ꝓpterea vnxit te deꝰ deꝰ tuꝰ.] Qm̄ eni magnū q̄d
dā locutus eſt: iterū illud ſe curare feſtinat. Sed et
hic iudeos: ⁊ paulū ſamoſitanū/ ⁊ arrianos/ ⁊ mar
cellū/ et ſabelliū/ et martionē ſimul/ fotinūq; ꝑcuſſit.
Quō hoc? Judeos q̄dē oñdēs eis eſſe duas ꝑſonas
⁊ vnū deū: alios v̄o iudeos: pauli dico ſamoſitani
diſcipulos: dū oñdit eis hic teſtimonia de eterna lo
qui/ ⁊ increata ſubſtātia: vt oſtenderet nanq; diſtare
facturā ab eternitate creatoris/ poſuit: Sedes tua
deus in ſecl'm ſecl'i. Arrianos aūt ꝑcutit: oñdēs qm̄
neq; ſeruus eſt/ neq; creatura: marcellū v̄o vel cete
ros: qm̄ due ſunt iſte ꝑſone/ ſm ſubſiſtētias ab inui
cē ſeꝑate. Marcioniſtas aūt ꝑcuſſit: dū oñdit qꝛ nō
deus: ſed humanitas vngit̄. Poſt hec ſubiungit in
quiēs: [p̄ participib; tuis.] Qui ſunt iſti participes
alij p̄ter hoīes? Hoc eſt q̄d alibi dicit̄: Quia non ad
menſurā xp̄s ſuſcepit ſp̄m. Cōtemplaris quō ſp co
aptat ſermonē diſpenſatiōi carnis: ſermoni q̄dē/ dū
de natura diuinitatis eloquit̄. Quid hoc clariꝰ di
ci pōt? Aniaduertis quō non eſt idipm creatura ⁊ ꝓ
les? Nō eni ita diuideret: ſi idem eſſet vtrūq;: nec ad
differētiā eius verbi/ q̄d dixerat fecit/ inferret. [Ad
filiū autē dixit: Sedes tua deꝰ in ſecl'm ſecl'i:] neq;
differētius appellaret filij nomē: ſi eiuſdē eſſet ſigni
ficatiōis cū noīe creature. Nā q̄ rogo differentia re
manebit: ſi idē eſt ꝓles ⁊ creatura? Nā illi facti ſunt:
ille v̄o genitꝰ eſt. Et q̄d huic rei differētius eſt. Ecce
iterū ꝙ dixit deꝰ: cū articulo poſuit. Deinde ſubiun
git: [Et tu in p̄ncipio dn̄e terrā fundaſti: ⁊ oꝑa ma
nuū tuarū ſunt celi.] Ne forte eni audiens cū intro
ducit primogenitū in orbē terre: ſicut poſtea illi do
natū munꝰ exiſtimes/ iſta ſubiunxit. Nā ⁊ in ſuperiori
bus hoc annotauit: et iterū ad ip̄m recurrit dicens:
In principio nō nūc: ſed ab initio. Ecce iterū paulū
ſamoſitanū ſimul ⁊ arriū in terēptorio ꝑcutit vulne
re. Nā q̄ ſunt p̄ri ꝓpria: hec etiā filio coaptat: et poſt
hec etiā q̄ddā aliud tetigit: q̄d iſto maius eſt. Ecce eī
trāſformationē mūdi ſb ſignificauit dicēs: [Ipſi ꝑi
bunt: tu aūt ꝑmanebis: ⁊ oēs vt veſtimentū vetera
ſcēt: ⁊ velut amictū mutabis ea/ ⁊ mutabunt̄.] Q̄d

etiā in ep̄l'a ad Romanos dixit: qꝛ trāſformaturus
eſt mūdū/ ⁊ facilitatē ſignificās itulit: Sicut q̄libet
amictum inuoluit/ atq; ꝑmutat: ſic ⁊ ipſe mundū/ ⁊
cōplicaturus/ ⁊ mutaturus eſt. Ergo cū trāſforma
tionē ⁊ cōditionē/ q̄ fit in meliꝰ tā facile poterit oꝑa
ri: q̄s dicat ꝙ in inferiori oꝑe: alterius eguerit adiu
torio? Uſq;quo non erubeſcūt taliter inſanire? Si
mul etiā cōſolatio maior eſt: cognoſcere ꝙ nō in eodē
ſtatu cūcta ꝑmaneant: ſed illa quidē mutabunt̄: ipſe
aūt idē ipſe ꝑmanet in eternū. [Et anni tui (inq̄t) nō
deficiēt. Ad quē aūt angeloꝝ dixit aliquādo: Sede
a dextris meis/ quouſq; ponā inimicos tuos ſcabel
lū pedū tuoꝝ? Ecce iterū eos cōfidētes facit]: ſiquī
dē futurū oſtēdit: vt eoꝝ ſuꝑent̄ inimici: ⁊ qꝛ inimici
eoꝝ ipſi erūt etiā xp̄i: in hoc iterū ⁊ regni declaratur
indiciū: ⁊ honoris equalitas. Nullā aūt imbecillita
tē aliquatenꝰ arbitreris eo ꝙ dicit patrē indignatū
iri: pro his q̄ fuit filius indigne ꝑpeſſus: hoc magis
multe patris circa filiū dilectiōis et honoris oñdit.
Qui eni indignat̄ ꝓ eo: quō extraneꝰ ab illo eē cō
dit̄: q̄d etiā in alio dicit̄ pſalmo: Qui habitat in ce
lis irridebit eos/ et dn̄s ſubſannabit eos. Tunc lo
quetur ad eos in ira ſua/ et in furore ſuo cōturbabit
eos. Et iterū ipſe dixit: Eos autē q̄ me ſibi regnare
noluerunt/ adducite in conſpectu meo ⁊ interimite.
Quia v̄o eiꝰ ſunt hec verba: audi q̄d dicat/ ⁊ in alio
loco: Quotiēs volui cōgregare filios tuos: ⁊ noluí
ſti? Ecce relinquet̄ vobis domꝰ v̄ra deſerta. Et iterū
Auferet̄ a vobis regnū: ⁊ dabit̄ gēti facienti fructꝰ
eius. et iterū: Qui ceciderit ſuꝑ lapidē confringet̄:
ſuꝑ quē v̄o ceciderit cōteret eum. Huc accedit: qꝛ ſi
ipſe iudicaturus eſt eos: multo ampliꝰ ⁊ in hac vita
ipſe illis digna retribuet. Proinde honoris magis
eſt q̄d dicit̄ [Donec ponā inimicos tuos ſcabellū pe
dū tuoꝝ. [Nōne oēs ſūt adminiſtratorij ſpūs: in mi
niſteriū miſſi ꝓpter eos q̄ hereditatē percepturi ſunt
ſalutis.] Quid miraris (inquit) ſi filio ſuū miniſte
riū exhibēt: cū etiā ꝓ nr̄a ſalute miniſtros eos ꝯſtat
effectos? Intuere nūc quō eoꝝ ſubleuat mētes: oſtē
dēs nob honorē a deo plurimū cōdonatū. Si quidē
angelos q̄ nobis ſuperiores ſunt: ad noſtrā ſalutem
miniſteriū ſuū exhibere precepit/ tanq̄ ſi diceret: ad
hoc eis vtit̄. Hoc eſt angelice functionis officiū: ad
ſalutē noſtrā miniſteriū deo ꝑſoluere. Proinde hoc
eſt opus angelicū: vt oīa fiāt ꝓ ſalute primorū: ma
gis autē hoc eſt opus xp̄i. Ipſe eni ſicut dn̄s ſaluat:
iſti v̄o ſic ſerui: et nos itaq; dn̄i ac ſi ſerui ſumus: ſed
tn̄ angelorū cōſerui. Quid igit̄ ſuſpicatis (inquit) ad
angelos? Serui ſunt filij dei: ⁊ ꝓpter nos ſepius di
rigunt̄: ⁊ ꝓ ſalute nr̄a miniſteria ſua ꝑſoluūt: que cū
ita ſint/ cōſtat angelos nr̄os eſſe cōſeruos. Cōſidera
te tn̄/ quō nō multā differentiā creaturis attribuat/
q̄uis multū interſit inter angelos ⁊ hoīes. Uerunta
mē ꝓpinquos eos nobis facit: vt pene dicere videat̄:
quia nobis laborāt: ꝓpter nos diſcurrūt/ nobis ſuo
fungunt̄ officio: hoc eſt eoꝝ miniſteriū: vt ꝓpter nos
vbiq; mittant̄. Et harū rerū exemplis pleni ſunt li
bri veterꝭ teſtamēti: pleni etiā noui. Nā ⁊ paſtoribꝰ
angeli euāgelizauerūt: ⁊ ad mariā angelus venit: ⁊
ioſeph ſepius ab angelo viſitatus eſt: ⁊ in monumen
to ſedentes/ angeli apparuerūt: ⁊ ad diſcipulos an
geli miſſi ſunt dicētes: Uiri galilei/ quid ſtatis intu
entes in celū ⁊c̄. Et petrū angelus abſoluit e car
cere/ ⁊ philippo angeli collocuti ſunt. Intelligit̄ aūt



nūc quātus nobis honor exiſtit: vt ſicut ad amicos:
ita miniſtros angelos ſuos deſtinet deꝰ. Nam ⁊ cor
nelio angelus aſtitit/ ⁊ oēs ap̄l'os angelus de cuſto
dia eduxit dicēs: Eūtes ſtate ⁊ loquimini in templo
ꝑp̄l'o oīa verba vite huiꝰ. Paulo v̄o ip̄e dn̄s: nō an
gelus apparuit. Intueris ergo eos miniſterium no
bis ꝓpter deū reddētes: ⁊ magna nobis officia per
ſoluentes: iccirco dicit paulus. Omīa v̄ra ſunt/ ſiue
vita/ ſiue mors/ ſiue mūdus/ ſiue p̄ñtia: ſiue futura.
Miſſus eſt quidē et filiꝰ: ſed nō ſicut miniſter/ neq;
vt ꝑfunctꝰ q̄buſlibet officijs: ſed ſicut filiꝰ vnigeni
tus: eadē p̄ri ſuo volēs/ atq; deſiderās: magis autē
neq; miſſus eſt/ neq; eni de loco ad locū ꝑtrāſijt: ſed
carnē ſumpſit: iſti autē ꝑ loca mutant̄: et prima loca
in q̄bus fuerāt deſerētes/ ad alia veniūt tranſeūdo:
in q̄bus nō erāt antea. Sed et hoc etiā cōfidētiā eis
excitat dicēs: Quid veremini? Nā nobis etiā ange
licū miniſtrat officiū. Poſtq̄ ergo locutꝰ eſt de filio
dei: tā ſm diſpēſationē carnis/ q̄ ſm ꝙ vniuerſita
tis eſt opifex: locutꝰ etiā de regno eiꝰ/ et eq̄litatē ho
noris eiꝰ oñdēs ⁊ qꝛ dn̄at̄ nō ſolū hominib;: ſed etiā
ſupnis virtutib;: nūc iā poſtq̄ q̄ deſiderauit aſtru
xit: hortat̄ eos vt animaduertāt ea q̄ illis annūcia
ta ſūt/ dicēs ꝓpterea [abūdantiꝰ oportet obſeruare
nos ea q̄ audiuimꝰ ne forte effluamꝰ.] Quare abū
dātius dixit? Hoc eſt/ q̄ in lege ſolebamus: ſed no
mē legis obticuit. Nā et in aſtructiōe ſua manifeſtū
hoc facit. Noluit ergo hoc nūc ponere: cū nos admo
net ⁊ hortat̄: ſic enim conducibiliꝰ arbitratꝰ eſt. Si
eni inq̄t/ q̄ per angelos dictꝰ eſt ſermo/ factus eſt fir
mus: et oīs p̄uaricatio/ et inobediētia: iuſtā accepit
mercedis retributionē: quō nos effugiemꝰ/ ſi tantā
neglexerimꝰ ſalutē? Que cū initiū accepiſſet enarra
ri ꝑ dn̄m: ab eis qui audierūt: in nos cōfirmata eſt.
Quare abundātius nos oportet obſeruare ea q̄ au
diuimus? Nōne ⁊ illa dei ſunt ⁊ iſta? Abūdantiꝰ er
go dixit: aut q̄ ſolebant in lege: aut certe amplius
nō cōparās: abſit. Sed qꝛ ꝑ multa t̄pa magnū apud
eos auctoritatis pōdus vetus habebat teſtamentū:
hec aūt qꝛ velut nouiter illis dicebant̄/ ne contētibi
lia iudicarēt/ oñdit ex abūdantia: qm̄ hec ampliꝰ ob
ſeruare debemꝰ/ et quō h̄ hn̄/ dicēs: Dei q̄dē ſunt ⁊
illa p̄cepta/ ⁊ iſta: ſ; nō ſil'r: ⁊ hoc q̄dē poſtea demō
ſtrat: nūc aūt ſimpliciter hoc aſtruit: in poſteriorib;
aūt id manifeſtius cōfirmat dicēs: Si eni primū il
lud inq̄t eſſet inculpabile/ et alia hmōi plurima. Et
iterū: Q̄d eni veteraſcit ⁊ interitui ꝓpinquū ē. Sed
nūc adhuc necdū audet tale aliq̄d loqui in ipſis exor
dijs/ vſq;quo p̄occupet/ ⁊ obtineat pluribus aſtru
ctionib; auditorē: propterea inquit: [Abundantius
oportet nos obſeruare ea q̄ audiuimꝰ ne forte efflua
mus.] hoc ē ne forſitan ꝑeamꝰ: ne forſitā excidamꝰ.
Et demonſtrat in hoc loco/ quantū malū in ſe ruina
poſſideat. Siquidē difficile eſt q̄d effluxerit iterum
reſaluari/ qm̄ ex negligentie contigit vitio: ſumpſit
aūt hoc verbū ex ꝓuerbijs: Fili (inquit) nō effluas.
Sed etiā facilitatē lapſus/ et malū ꝑditiōis oñdit:
hoc eſt inobediētia vobis a ꝑiculo nō erit libera/ ⁊ ꝑ
ea ipſa q̄ aſtruit approbat: qm̄ maius erit in cadēte
ſuppliciū: et iterū relinq̄t huius inq̄ſitionē rei/ ne ex
cluſione ſuā diſputationē grauē illis efficeret. Hec
eſt q̄ppe modeſtia diſputantis/ vt nulla generet̄ au
dientib; ex diſſerētis ſermone moleſtia. Hoc autem
imitat̄/ cū nō vbiq;/ q̄ ſequunt̄ ipſe/ in cōcluſiōe con

ſtituit: ſed ip̄m auditorē dn̄m facit/ ⁊ iudicē: vt ipſe
ſua libratiōe cōſpiciat q̄ ſequunt̄: et ſpontanea profe
rat voluntate ſententiā. Hoc eni mō etiā ingenuos
aīos cōficit auditoꝝ: dū nullo cogēte aſſueſcūt rectū
ſentire iudiciū. Fecit hoc etiā in veteri teſtamēto ꝓ
pheta Nathan: facit etiā in euāgelio/ ſm mattheū/
xp̄s dicēs: Quid faciet operarijs vinee illiꝰ? Et ip̄e
tacēs illos cōpellit decretū ꝓferre ſinere. Hec quip
pe maxima victoria in diſputatōibus ſolet exiſtere.
Deinde dicēs: [ſi eni q̄ ꝑ angelos dictꝰ eſt ſermo/ fa
ctus eſt firmꝰ.] nō intulit: multo amplius q̄ ꝑ xp̄m
ſed hoc q̄dē p̄termiſit: dixit aūt q̄d minus eſt: Quō
effugiemꝰ/ ſi tantā neglexerimꝰ ſalutē. [Et intuere
qualiter faciat cōparationē [Si eni qui ꝑ angelos:
dictꝰ eſt inq̄t ſermo.] Illic q̄ ꝑ angelos: hic ꝑ dn̄m:
⁊ illic quidē ſermo: hic aūt ſalus. Deinde ne fortaſſe
diceret aliq̄s: O paule iſta q̄ loqueris xp̄i ſunt: ꝓin
de ergo vt fidē dictoꝝ ꝓbabilē reddat/ ſignificat nō
ſolū a xp̄o dicta eſſe: ſed etiā nūc a deo dici: nō ſimpli
citer voce ꝑ aerē prolata ſicut ad moyſen: ſed ſignis:
atq; virtutibꝰ factis/ et ipſis atteſtantib; rebus: q̄d
aūt eſt? [ſi eni q̄ per angelos dictus eſt ſermo/ factꝰ
eſt firmꝰ?] Nam et in ep̄l'a ad gallathas ita quodā
in loco dicit: Diſpoſita ꝑ angelos in manu mediato
ris. Et iterū: Accepiſtis legē in mandatis angeloꝝ:
et non cuſtodiſtis: ⁊ vbiq; ꝑ angelos datā eſſe dicit.
Quidā aūt dicūt ꝙ in hoc loco moyſen tangat: ſ; nō
habet rationē. Angelos eni in hoc loco plurimos di
cit: ⁊ claret qꝛ de angelis celeſtib; loquit̄. Quid er
go? Aut eni decalogū ſignat: illic eni moyſes loque
bat̄/ ⁊ deus rn̄debat: aut qꝛ p̄ñtes erāt ⁊ angeli dei
cū lex daret̄: aut certe de oībus his q̄ in veteri teſta
mento/ vel dicta/ vel facta ſunt qꝛ angelis in mini
ſteriū cōiūctib; facta ſunt. Et hic q̄dē iſta dicit: ſed
quō alibi dicit: Lex per moyſen data eſt: hic aūt per
angelos datā eſſe dicit. Et deſcendit (inq̄t) deus in
nube. Si eni qui ꝑ angelos (inq̄t) dictus eſt ſermo/
factus eſt firmus: quid eſt/ factus firmus? Uideli
cet verus/ tanq̄ ſi diceret: fidelis ī oportuno t̄pe. Et
cūcta que p̄dicta ſunt/ ꝑceperūt ipſis rebus effectū.
Siue ergo hoc dicit: ſiue qꝛ ꝑmanſit ſermo: et q̄cq̄d
cōminando dixit: rebus cōſtat impletū: ſiue ſermo
nem dixit p̄cepta veteris teſtamēti. Plurima q̄ppe
et p̄ter legē ſunt mandata ꝑ angelos/ q̄ ad illud mi
niſteriū mittebant̄/ ſicut miſſi ſunt ad loth in montē
⁊ ad iudices/ ⁊ ad ſamſon. Propterea eni non dixit
lex: ſed ſermo: vn̄ magis mihi videt̄ illa ſignificare:
que per angelos diſpēſata ſunt. Quid ergo dicemꝰ
niſi quia preſentes erāt et angeli: quib; fuerat gens
illa cōmiſſa: et ipſi erant qui tubis/ ⁊ buccinis ꝑſo
nabāt/ ⁊ alia cetera faciebāt: hoc eſt ignem/ fumū/ ⁊
nebulas. [Et oīs (inquit) preuaricatio/ ⁊ inobediē
tia.] Nō dixit quia aliq̄ punit̄: aliqua v̄o nō: ſed oīs
hoc eſt: quia nihil remanſit inultū: ſed ꝑcepit iuſtam
mercedis retributionē. Quare dixit mercedis retri
butionē? Merces aūt in bono poni ſolet: ſ; iſte mos
eſt ap̄l'o: vt nō magnā verboꝝ habeat rationē: ſed in
differenter/ vel que in bono dicunt̄/ vel que in ma
lo pro alterutro ponere: ſicut ⁊ alibi dixit: In capti
uitatē redigētes oēm ſenſum/ ad obediendū chriſto.
et iterū mercedis reciprocationē dicēs ꝓ ſupplicio:
ſicut et in p̄ſenti loco ſuppliciū mercedē nominauit.
Item alibi dixit: Si quidē iuſtū eſt apud deū retri
buere tribulātibus vos tribulationē: et vobis qui

tribulamini requiem: hoc eſt nō peribit iuſtitia: ſed
executus eſt deus: et cōuertit iudiciū ſuū ſup̄ pecca-
tores: q̄uis nō oīa ſint manifeſta peccata: niſi quan
do p̄cepto diſpoſita cōtemnunt̄. [Et quomō nos in
quit effugiemus: ſi tantā neglexerimꝰ ſalutē?] Per
hec verba ſignificat: qꝛ non erat tāta ſalus in veteri
teſtamēto. Bene aūt addidit/ [ſi tantā neglexerimꝰ
ſalutē.] Non enī nūc nos de prelijs liberauit: nō no
bis terrā vel terrena bona largitꝰ eſt: ſed mortis in-
teritū: diabolū ſuperare cōceſſit/ regna celorum/ vi
tam et beatitudinē ſempiternā. Hec quippe omnia
breuiter intimauit dicēs: [Si tantā neglexerimꝰ
ſalutē.] Deinde importat/ vnde fide digna/ que di-
cuntur/ efficiat dicens: [Que cum initiū accepiſſet
enarrari per dn̄m.] hoc eſt ſi ab ipſo fonte hec que di
cimus habuere principiū: nō ergo ab hoībus nobis
allata ſunt: nō ab aliqua virtute/ vel creata vel con
dita: ſed ipſe nobis ea filius vnigenitus impertiuit:
[Ab eis inquit q̇ audierunt in nos confirmata eſt.]
Quid eſt cōfirmata eſt? credita eſt/ atqꝫ p̄fecta. Pi-
gnus inquit habemus: hoc eſt nō extincta/ nō dimi
nuta eſt ſalus: quā nobis attribuit: ſed permanet/
et preualet in eternū. Cauſa vō huius rei eſt diuine
volūtatis operatio: hoc eſt qui a dn̄o audierunt ipſi
nos proprijs confirmauere virtutibus: magnū hoc
opus/ omniqꝫ fide digniſſimū: quod etiam lucas di
xit in principio euangelij ſui: ſicut tradiderūt nobis
qui ab initio p̄ſentes viderunt/ ⁊ miniſtrauerūt ver
bo. Sed dicet aliquis: Quomō hec confirmata eſt
ſalus? Quid enī ſi ab his qui primi audierūt iſta: cō
ficta ſunt? Hoc ergo refutat/ ⁊ oſtēdit nō eſſe huma-
nam hanc gratiā. Neqꝫ enī ſi hec conficta eſſent/ con
teſtaret̄ illis diuina potentia: propterea ergo intu-
lit dicens: [Conteſtante deo.] Teſtificant̄ quidē ⁊
illi: teſtificat̄ et deus. Et quomō teſtificatur deus?
Non verbo/ neqꝫ voce (eſſet quidē hoc etiā dignum
fide) verūtamē virtutibus/ ⁊ p̄digijs/ ⁊ varijs vir-
tutibus atteſtat̄. Bene dixit varijs virtutibus: af-
fluentiā ſignificans gratiarū: que nō erat apud an-
tiquos/ neqꝫ tanta ſigna/ neqꝫ tam diuerſa p̄digia.
Hoc ergo dicit: quia non ſimpliciter illis eſt creditū
ſed per ſigna/ ⁊ prodigia. Proinde dum illis credi-
mus: nō illis: ſed deo nos credere declarat̄. [Et ſpi
rituſſancti inquit diſtributionibus ſcd̄m ſuā volun
tatē.] Sed fortaſſe dicet aliquis: quid ergo? quia ⁊
magi ſigna faciūt: ⁊ iudei in beelzebub chriſtum de-
mones excluſiſſe dicebāt: num p̄pterea credendum
eſt magis? Sed illi nō talia ſigna faciūt: p̄pterea ſb
iunxit ap̄ſus dicēs: [Varijs virtutibus.] Illa enī
nō virtuti: ſed infirmitati potius tribuēda ſunt: q̄p-
pe que fantaſtica et inania demonſtrant̄: iccirco er-
go intulit dicēs: [Et ſpirituſſancti diſtributionibꝰ
ſcd̄m ſuā voluntatē.] In hoc loco aliud etiā quiddā
eum ſignificare puto: arbitror enim ꝙ intra eos nō
erāt plures diuina cariſmata poſſidentes: ſed ceſſa-
uerunt apud eos: velut qui ſegnes facti erant/ et ne
gligentes. Vt ergo eos conſoletur/ ne aliqua deſpe
ratione deciderēt/ diuine volūtati cūcta contribuit:
diuinoqꝫ conſilio veluti ſi diceret: ip̄e nouit q̄d cuiqꝫ
proſit: vel cui quid ſit ad cōmodū: ⁊ ipſe gratiā/ que
conducat vnicuiqꝫ diſtribuit: qd̄ etiā ad corinthios
facit dicēs: Deus poſuit vnūquēqꝫ ſicut voluit. Et
iterū: Vnicuiqꝫ datur manifeſtatio ſpiritus ad vti-
litatē/ ſcd̄m voluntatē eius. Oſtendit ergo: quoniā
hec predicatio ſm̄ voluntatem dei patris exorta eſt.
Fortaſſis aūt vel p̄pter immundā vitā/ vel ſtolidā:
nō plures apud eos gratie munus acceperant: ali-
quādo autē pleriqꝫ et vitā habētes mundā/ nō acci-
piūt gratiā. Quare? Ne in ſuperbiā ſubleuent̄/ ne
inflent̄ ventoſitate iactātie ne altitudo muneris ne-
gligētiores efficiat. Si enī ⁊ ſine cariſmate ipſa per
ſe mūde vite cōſciētia idonea eſt: vt faciat arrogantē
multo amplius qn̄ ſup̄ rectā vitam cariſmatis mu-
nus affuerit. Proinde de humilibꝫ magis atqꝫ ſim-
plicibꝰ cariſmata ꝯdonant̄: et maxime ſimplicibꝫ.
In ſimplicitate inq̄t ⁊ in exl'tatiōe cordis Hoc itaqꝫ
ſermone/ ac ſi negligētes erant etiā exhortat̄ eos/ ſi-
mul/ et compunctos reddit/ ac attentos. Qui enim
humilis eſt: ⁊ nō de ſe maiorē concipit exiſtimationē
ſtudioſior efficit̄ cū chariſmatis munus accepit: dū
enī iudicat/ p̄ter dignitatē ſuā munus illud eſſe tri-
butū: amplius placere feſtinat: qui vō cōpotē ſe vir-
tutis exiſtimat nō ſibi ex gratia largiētis aduenīſſe
munus illud arbitrat̄: ſed ex ſuorū debito meritoꝝ.
Proinde hm̄oī homo inflatur ventoſitate ſuperbie
iccirco ergo deus cōueniēter cuncta diſpenſat: qd̄ in
eccl'ia quoqꝫ p̄uenire conſpicies. Alius quidē h̄et fa
cultatē ſermonis ad docendū: alius aūt neqꝫ os ape
rire valet. Non cōtriſtet̄ inquit iſte: qꝛ ſimilē nō h̄et
gratiā: vnicuiqꝫ enī dat̄ manifeſtatio ſpūs ad vtili-
tatem. Si enī hō paterfamilias nouit: cui negociū
qualecunqꝫ cōmittat/ multo amplius deus q̄ nouit
cūctorū mētes hoīum: q̄ cūcta cognoſcit anteqꝫ fiāt:
vnū eſt tātū triſtitia dignū: hoc eſt peccare: aliud vō
nihil: nec dicas quare non habeo pecunias: Si ha-
berē pauperibus impartirer. Neſcis o homo. For-
taſſis enī ſi haberes/ amplꝰ auarus exiſteres. Nūc
quidem hec dicis: ſed ſi te ipſa probaret experiētia:
alius forſitan appareres. Nā ⁊ qn̄ ſumus cibis ſa-
turati: putamus qꝛ poſſimus lōga tolerare ieiunia:
cū vō nos admonuerit ſaltē leuis eſuries: alia nos
deſideria ſubintrabūt. Iterū qn̄ ſumus ab ebrieta-
te liberi: putamus illā nos ſup̄are poſſe paſſionē: cū
vō fuerimus illius morbi capti libidine: minime no
bis primū iudiciū remanebit: nō ergo dicas: Qua-
re nō accepi gratiā docendi. Si enī haberē decē mi-
lia hoīum edificarē. Neſcis qꝛ ſi fortaſſis haberes:
ad iudiciū maius haberes: fortaſſis enī inuidia: for
taſſis deſidia cōpelleret te talentū ſub terra defode-
re. Nūc aūt iſtis oībus liberatus es/ nec culparis ſi
nō diſtribueris annone ſingulis q̄buſqꝫ menſurā: ſi
aūt haberes illd̄ cariſma: plurimis culpis eſſes ob-
noxius: ſed ⁊ nūc nō es ſine cariſmate: in paruo de-
mōſtra q̄lis eſſe poſſes ſi munus illud haberes. Si
enī inq̄t ī paruo fideles nō fuiſtis: maiora q̄s dabit
vob? Oſtēde ergo ſic illa vidua/ duos habuit obo-
los: et totū qd̄ habuit miſit/ totū qd̄ poſſidebat/ cō-
tulit. Pecunias q̄ris/ oñde nob qꝛ cōtēnis q̄ parua
ſunt: vt credā tibi de maximis: ſi vō nec iſta/ multo-
minus illa cōtempſeris. Sil'r etiā in ſmone tuo de-
monſtra nobis ꝙ ea cōpetēter vtaris in admonitiōe:
vel cōſilio circa frēs. At ſi nō habes eloquētiā: at ſi
nō habes abundantiā ſentētiarum: verūtamen ſcis
iſta cōia: ſi filiū habes/ ſi vicinū/ ſi amicū/ ſi propin-
quum/ ſi ſuos: admone/ doce: at ſi non vales in ec-
cleſia publice longū p̄clare ſermonē/ iſtis tn̄ ſermo-
tim potes cōſulere: ad hoc nō rhetorica opus eſt/ et
maiore facūdia: oſtende in his: qn̄ ſi haberes facul-



tatē ſermonis/ negligētia te nulla deprimeret. Si
aūt in paruo nō geris vllū ſtudiū: quō tibi maiora
p̄mittēti credamus? Quia vō hoc vnuſquiſqꝫ valet
implere: aduerte q̄d dicat ap̄ls: quō hoc ⁊ laicis im-
perauit: Vnuſquiſqꝫ inq̄t edificate inuicē ſicut ⁊ fa-
citis/ ⁊ cōſolamini alterutrū in ſermonibꝫ iſtis: quō
vnicuiqꝫ diſtribuit. Nunq̄d nā tu melior es moyſe?
Aduerte ergo quō merebat: Nū ⁊ ego inq̄t illos to-
lerare poſſum/ qm̄ dixiſti mihi ſume illos: ſicut ſu-
mit nutrix paruulū ad vbera pēdentē. Quid ergo?
Deus eduxit de ſpū eius/ et dedit alijs: oñdens qꝛ
neqꝫ dū eos ip̄e portaret/ eius erat cariſma: ſed ſpūſ
ſcti. Si enī haberes cariſma o hō/ fortaſſe ſup̄bie te
ventꝰ extolleret: fortaſſis mutareris in peiꝰ. Nō ita
temetip̄m cognoſcis/ ſicut te deꝰ agnoſcit. Nō ergo
dicamꝰ/ q̄re h̄/ et p̄ q̄ cā hoc: qn̄ deꝰ aliq̄d diſpenſat
atqꝫ diſponit. Non ab eo etiā vindictā exigere feſti-
nemus. Hoc enī extreme impietatis eſt/ ſceleratqꝫ
ſup̄bie. Serui nāqꝫ ſumus: ⁊ ſerui multū diſtātes a
dn̄o: neqꝫ ante pedes nr̄os ſciētes qd̄ agit̄. Nō ergo
p̄ſcrutemur diuina cōſilia: ſed qd̄ nobis donare di-
gnatus eſt: hoc ſeruare feſtinemꝰ/ ac ſi paruū ſit/ ac
ſi minimū. Hec enī agētes p̄babiles apparebimꝰ:
magis aūt q̇cq̄d venerit de diuini muneris largita
te/ nequaq̄ꝫ paruū eſſe iudicemꝰ. Doles qꝛ cariſma
docēdi nō poſſides. Dic enī mihi/ quid tibi maiꝰ vi-
det̄: cariſma docēdi: an cariſma morbos/ ⁊ egritudi-
nes effugādi: vtiqꝫ iſtd̄. Quid ḡ? Itē dic mihi: nōne
maius eſt oculos reformare cecorū/ q̄ꝫ egritudines
p̄pulſare: itē mortuos ſuſcitare/ nōne videt̄ tibi ma
ius eſſe q̄ꝫ cecis viſum reddere? Quid item hec iſta?
nō maius eſt tactu ſudarij vel vmbra ſola corporis:
q̄ꝫ verbo perficere? Quid ergo? vis mihi ſudario/ et
vmbra tui corporis mortuos ſuſcitari: an docēdi ca
riſma poſſidere? Vtiqꝫ illd̄ eligis vt mortuos: tactu
ſudarioꝝ tuorū/ ⁊ vmbra corp̄is tui reſuſcites. Si
aūt tibi monſtrauero qm̄ iſto cariſmate/ eſt aliud ca
riſma multo ſup̄ius/ qd̄ tibi dū ſumere liceat nō ap-
petis: nōne iuſte iſtis ceteris cariſmatibꝫ vacuaris?
Hoc aūt cariſma qd̄ dico nō vni/ nō alteri: ſed cun-
ctis cōceſſum eſt poſſidere. Scio q̄ppe ꝙ attēti facti
eſtis/ ⁊ ſtupore poſſeſſi. Si ergo audieritis quia licꝫ
vobis maius cariſma poſſidere/ q̄ꝫ mortuos ſuſcita
re/ q̄ꝫ cecoꝝ oculos reformare: q̄ꝫ illa cetera facere: q̄
ſub ap̄lis facta memorant̄/ fortaſſis etiam credibile
nō putatis. Quid ergo ē hoc cariſma? ſcꝫ charitas.
Sed credite mihi/ qꝛ iſte ſermo nō eſt meus: ſed xp̄i/
per paulū nobis apoſtolū predicatꝰ. Quid ergo di-
xit? Emulamini cariſmata meliora/ ⁊ adhuc eminē
tiorē viā vobis demonſtro. Quid dicit eminentiorē
viā? Corinthij q̄ppe altū ſapiebāt ſuper bonis/ mu-
neribuſqꝫ cariſmatū/ vt ⁊ qui linguarū habebāt ca-
riſma qd̄ eſt minimū/ circa reliquos arrogātius in-
flarent̄. Dicit ergo: ſi ſtudiū cariſmatum queritis/ ⁊
ego vobis oſtendā viam cariſmatis eminentem/ nō
ſimpliciter ſuperiorem: ſed eminēter ceteris preſtan
tem. deinde dicit: Si linguis angelorū loquar/ cha
ritatem autem nō habeam/ nihil ſum: et ſi habeam
fidē ita vt montes tranſferā: charitatem autem non
habeam nihil ſum. Ecce tibi chariſma quod cunctis
eminet emulare illud: hoc quippe cariſma maiꝰ eſt/
q̄ꝫ mortuos ſuſcitare/ melius q̄ꝫ reliqua dona virtu
tum. Et quia ſic eſt/ aduerte q̄d dixerit ipſe chriſtus
diſcipulis ſuis loquens: In hoc cognoſcent om̄es/
quia diſcipuli mei eſtis: ⁊ oſtēdit in quo/ nō dicens:
ſi miracula feceritis: ſed ſi charitatem inquit/ habu
eritis inuicem. Et iterū ad patrem dicit: In hoc co-
gnoſcent qꝛ tu me miſiſti/ ſed fuerūt vnū. Et iterum
ad diſcipulos ſuos dicebat: Mandatū nouū do vo
bis vt diligatis inuicē. Qui ergo talis ē etiā ab eis
qui mortuos ſuſcitāt multo melior eſt atqꝫ p̄clarior:
et merito. Illud enī tantū diuini cōſtat eſſe cariſma-
tis/ hoc aūt ⁊ ad tuum ſtudiū pertinebit. Hoc vere
opus eſt chriſtiani/ hoc declarat chriſti diſcipulum/
hoc manifeſtat quēqꝫ crucifixū eſſe mūdo: hoc oſten-
dit aliquē nihil in hac terra poſſidere: ſine hac nanqꝫ
neqꝫ martyriū proderit. Et vt cognoſcas/ intuere
hoc manifeſtius. Sumpſit enī btūs paulus duas
ſummas excelſaſqꝫ virtutes: magis aūt tres: vnam
ad miracula p̄tinentē: alterā ad ſcientiā: tertiā vite
cōuerſatiōiſqꝫ meritū poſſidentem: et tn̄ q̄ꝫq̄ꝫ magne
ſint/ ſine charitate nihil eas eſſe determinat: et quō
nihil ſunt ego dico: Si diſtribuā inq̄t oīa mea pau-
peribus: charitatē aūt nō habeā/ nihil ſum. Poteſt
enim fieri/ vt ſit aliquis ſue diſtributor ſubſtantie/
et ſit vacuus charitatis. Et hec quidē ſufficienter a
nobis in alijs dicta ſunt vbi p̄priꝰ locus de charita
te nos cōpulit diſputare. Ad illa ergo mittimus au
ditores: interim nunc ſicut iam dixi/ emulemur hoc
cariſma/ diligamꝰ inuicē/ ⁊ nullius doctrine fueri-
mus indigui ad conquirenda virtutis inſignia: ſed
oīa nobis facilia ſine vllo ſudore cōſtabūt: ⁊ ſtudioꝝ
noſtrorū ſemper curſus auget̄. Sed ecce inquis: et
nunc diligimꝰ inuicē: vnuſquiſqꝫ enī habet amicos:
⁊ alius quidē duos/ alius autem tres: ſed hoc non
eſt propter deū diligere: ſed p̄pter qd̄ ab illo dilige-
ris. Dilectio nanqꝫ que propter deum cuilibet im-
pendit̄: nō habet tale principium: ſed erga oēs ſicut
circa fratres afficit̄/ ⁊ quos quidē fidei eiuſdem eſſe
cognouerit: vtpote vere germanos fratres ample-
xatur ac diligit: hereticos autē vel paganos/ vel iu-
deos propter cōmunionē quidē nature: fratres eſti-
mat: miſerat̄ autē propter qd̄ in eis cernit errorem/
⁊ contabeſcit pro eis/ ⁊ lachrymas fundit: in hoc eri
mus ſimiles deo: ſi cunctos amabimus: diligamꝰ
etiā inimicos noſtros: non autē ſi ſigna/ vel miracu
la fecerimus. Nā et dn̄m ipſum admiramur quidē
miracula facientē: ſed amplius admiramur miſerā-
tem/ et longanimiter ſuſtinentē. Si igitur et in ipſo
deo illud eſt amplꝰ admirādū: qn̄to magis in hoīe?
Vnde clarū eſt quia nos hoc facit magis eſſe mira-
biles. Hoc igitur emulemur: ⁊ nihil vel a paulo: vl'
a petro/ vel alijs mille mortuos ſuſcitantibus/ mi-
nus habemus/ ac ſi febrē fugare/ vel morbos pelle-
re non valemus. Enīuero ſine charitate ſi ab ipſis
apoſtolis excellētiora miracula facimus: ſi noſmet-
ipſos propter fidem in mille mortiū pericula contra
damꝰ: nihil nobis vtilitatis acceſſerit/ et hec nō ego
dico: ſed ipſe dn̄s charitatis. Ipſum ergo credamꝰ:
ipſum protinus audiamus. Sic enim poterimꝰ bo
na que p̄miſſa ſunt adipiſci: que nos vniuerſos con
tingat accipere: gratia ⁊ clemētia dn̄i nr̄i ieſu xp̄i/ cū
quo patri gloria/ vna cū ſancto ſpiritu/ nunc ⁊ ſemp̄
et in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia IIII Ex capitulo II

n On enim angelis ſubdidit
orbem futurū: de quo loqui

**mur. Teſtificatur autem quidã di-
cẽs: Quid eſt homo: ꝙ memor es
eius: aut filiꝰ hominis quoniã vi-
ſitas eum? Minoraſti eum paulo-
minus ab angelis.**

Vellẽ manifeſte cognoſcere: ſi aliqui competenti
ſtudio/ ea que dicunt̃ aduertant: ſi autẽ non: iuxta
viã ſemina iactamꝰ: ſtudioſius quippe etiã nos do-
cebimus: ſi vos ſtudioſe audire ſentiamus. Dicemꝰ
tamen/ ⁊ ſi nullus audire velit propter inſtantẽ no-
bis timorẽ dei. Atteſtare inquit plebi huic/ et ſi non
audiant: tu abſolutus eris: ſi autẽ certus eſſem de
veſtro ſtudio/ nõ ſolum propter timorẽ dicerem: ſed
cum iocunditate verba feciſſem. Nunc autẽ ac ſi nul
lus audiat: ac ſi etiã mihi res ſine periculo foret/ qꝺ
meũ eſt impleo: ſed tamẽ non cum delectatione aliq̃
a me labor iſte ſuſcipitur. Quid enim prodeſt quan-
doquidẽ ſic ego occuper/ ex vobis tamẽ proficit nul
lus? Si autẽ animaduerterint quidã/ nõ tanta no-
bis vtilitas erit ex eo/ ꝙ de pena liberabimur: quã-
tum nobis accomodabit charitatis veſtre ꝓfectus.
Quomodo agat̃ hoc agnoſcã: intendã vnumquẽqꝫ
veſtrũ: ⁊ quos ex vobis nõ attentos agnouero: hos
ſeorſum aſſumẽs interrogem: et ſi repercero vel aliq̃
ex his que dicta ſunt retinere/ nõ dico oĩa: hoc enim
vobis nõ ſatis eſt facile: ſed ⁊ ſi pauca ex multis nõ
ambigã vltra. Et oportebat quidẽ/ vt hec non pre-
monẽs incautos aggrederer: verũtamẽ etiã ſic gra-
tum mihi erit ſi vos ſm votum mee mentis inuene-
ro. Nã et ſic quoqꝫ poſſum vos incautos inquirere:
qr enĩ interrogabo ꝑdixi: qñ aũt interrogabo incer-
tũ eſt vobis/ fortaſſe enĩ hodie/ fortaſſe craſtina for-
taſſe poſt viginti/ triginta dies/ fortaſſe poſt paucio
res/ fortaſſe poſt plures: ſic etiã deꝰ diẽ defunctõis
noſtre incertũ effecit: ⁊ neqꝫ hodie: neqꝫ craſtina die:
neqꝫ poſt annũ totum: neqꝫ ſi poſt plures annos im-
minet/ certũ nobis eſſe permiſit: vt expectatiõis in-
certi/ ſemper in virtute nos ipſos contineamus: et
quoniã cõmeaturi ſumus ex hac vita/ dictum eſt no
bis: quãdo vo nequaqꝫ/ ſic etiã ego/ quoniã interro
gabo dixi: quãdo vo non addidi/ volens vos hanc
curã ſemꝑ habere. Et nemo dicat quoniã ante qua-
tuor hebdomadas/ ⁊ quinqꝫ ⁊ amplius hec audiui/
et retinere nõ poſſum. Si quis enĩ audierit/ taliter
eum retinere volo/ vt eius memoria nullũ obliuio-
nis furtũ patiatur: neqꝫ mercede ſuſcipiat/ que di-
cunt̃/ neqꝫ amittat. Volo enĩ vos retinere que dico
nõ vt mihi ea dicatis: ſed vt vos lucrum habeatis.
Hoc mihi totũ ſtudiũ eſt neceſſariũqꝫ eſt/ vt iam ad
cõſequẽtia reuertamur. Quid ergo hodie propoſitũ
vobis eſt ad dicẽdũ? [Nõ enĩ angelis inq̃t ſubdidit
orbẽ futurũ: de quo loquimur.] Nũquid nam de al
tero aliquo orbe diſputat non ita eſt: ſed de hoc: pro-
pter hoc etiã addidit [de quo loquimur] ne mentem
auditoris errare relinqueret/ dum alius quereret̃
orbis. Quomodo ergo eũ futurũ vocat? Sicut enĩ
et alibi dixit: qui eſt forma futuri/ de adam/ et chri-
ſto loquẽs in epiſtola ad romanos/ reſpectu tempo-
rum/ adam futurũ/ ſcdm carnẽ vocans chriſtũ/ ete-
nim futurus erat/ ſic etiã nũc. Quoniã dixit: Quã-
do aũt introducit primogenitũ in orbem terrarum:
ne putares alium orbẽ eum dicere ex multis hoc cõ
firmat/ eo ipſo ꝙ dicit futurũ. Futurus quippe erat
orbis: filius autẽ dei ſemper erat: hunc ergo orbem
futurũ nõ angelis ſubdidit: ſed chriſto. Si quidẽ ad
filiũ dictũ eſſe inquit: manifeſtũ eſt. Nõ enĩ quis di
xerit quoniã ab angelis dictũ eſt. Deinde aliud af-
fert teſtimoniũ ⁊ dicit: [Teſtificatus eſt aũt in quo-
dam loco quidã dicẽs:] Cur nõ ipſum nomẽ ꝓphe-
te poſuit: ſed abſcõdit. Facit hoc etiã in alijs teſtimo
nijs: ſicut cum dicit: Quãdo aũt introducit primo-
genitũ in orbem terrarũ dicit: Et adorẽt eum oẽs
angeli dei. et item: Ego ero ei ĩ patrẽ: et ad angelos
quidẽ dicit: Qui facit angelos ſuos ſpiritus. et Tu
dñe in principio terrã fundaſti. Sic etiã hic inquit:
[Teſtificatus eſt in quodã loco quidam dicẽs.] Et
hoc ipſum exiſtimo nõ abſcondẽtis eſſe: ſed oſtenden
tis eos multam habere ſcientiã ſcripturarũ: vt nec
opus haberet nomẽ poſuiſſe dicẽtis: ſed veluti de re
manifeſta/ ⁊ in prompto cõſtituta: inducere teſtimo
nia: [Quid eſt homo ꝙ memor es eius: aut filiꝰ ho-
minis quoniã viſitas eum? Minoraſti eum paulo-
minus ab angelis/ gloria et honore coronaſti eum:
oĩa ſubieciſti ſub pedibus eius ⁊c̃.] Hoc enĩ et ſi de
cõmuni humanitate dictũ eſt: verũtamen ꝓprie hoc
aptatur ad chriſtũ ſm carnẽ. Nam oĩa ſubieciſti ſub
pedibus eius: ad illũ maxime pertinet/ qꝫ ad illos.
Filius quippe dei non nos nihil extantes deſperit:
ſed carnẽ ex nobis aſſumens: ⁊ adunans ſibi/ omni-
bus ſuperior eſt effectus: in eo ꝙ ſubiecit ei inquit/
oĩa nihil reliquit nõ ſubiectũ. Nunc autẽ nondũ vi-
demus oĩa ſubiecta eſſe: Qꝺ autẽ dicit tale eſt: qñ
dixit: Donec ponã inimicos tuos: ſcabellũ pedum
tuorũ. Fortaſſis enĩ adhuc merore afficiebant̃: dein
de poſt hec pauca quidem interponens hoc teſtimo-
niũ intulit confirmãs illud/ ne dicerẽt: Quomodo
inimicos eius poſuit ſub pedibus eius: tãta nobis
patientibus? Sufficiẽter quidẽ et in anterioribus
hoc ſignificauit. Ex enim dixit/ donec: faciendum ſi
gnificauit/ ſed tempore procedente: hic autẽ hoc ex
quitur: ne forte quoniã necdũ ſubiecti ſunt inquit/
putes etiã nõ ſubijciẽdos: quoniã aũt oportet ſubij-
ci/ manifeſtũ eſt. Etenĩ prophetia propter hoc dicta
eſt. In eo autẽ ꝙ ſubiecit ei inquit oĩa: nihil reliquit
ei nõ ſubiectũ. Quomõ ergo non oĩa ſubiecta ſunt?
quoniam futurũ eſt vt ſubijciantur: ſi ergo omnia
oportet ſubijci: necdum autẽ ſubiecta ſunt: nihil cõ-
triſteris. Si enim fine adueniente/ ⁊ omnibus ſub
iectis hec patereris q̃ pateris recte doleres: nũc au
tem necdũ videmus ei omnia ſubiecta: necdũ impe
rator noſter cuncta obtinuit. Quid ergo turbaris/
dum aliqua mala pateris? Necdũ oĩa obtinuit pre
dicatio noſtra: necdũ tempus in quo perficitur ſub-
iectio: deinde alia conſolatio. Si enim etiã ipſe/ qui
oẽs ſubiectos habiturus eſt: mortuus eſt/ ⁊ decem
milia paſſus: qꝺ cõtriſtaris cum et tu pateris? Nũc
aũt videmus paululum ab angelis inquit minora-
tum ieſum chriſtũ: propter paſſionẽ mortis. Deinde
intulit bona ⁊ proſpera [gloria ⁊ honore coronatũ]
Vide quomodo illi oĩa coaptauit. Etenim idipſum
qꝺ dixit [paululũ] magis ei aptũ eſt eo ꝙ tres ſolos
dies in inferno fecit. Verũtamẽ nobis qui tãto tpe
cõtribulamur/ nõ poteſt aptari glĩa ⁊ honor: ſed il-
li multo ampliꝰ qꝫ nobis: iterũ eis in mentẽ reducit
paſſionẽ crucis: duo faciens: et quantam curam de
omnibus habebat oſtendẽs: et perſuadẽs oĩa forti-
ter tolerare/ dum magiſtrũ ita viderẽt. Si enĩ qui
ab angelis adorat̃ inquit: ſuſtinuit paululũ ab an-
gelis minorari: multo amplius tu: qui angelis mi-
nor es/ cũcta tolerare debes ꝓ teipſo. Deinde oſtẽ-
dit qñ gloria ⁊ honor crux eſt: ſicut ipſe eã ſemꝑ vo-
cat dicens: Vt glorificet̃ filiꝰ hoĩs/ et glorificatꝰ eſt
filius hoĩs. Si ille ea que pro ſeruis paſſus eſt glo-
riã vocat/ multo amplius tu q̃ pro dño pateris. Vi-
des crucis fructus quãtus ſit? Amato ergo hanc rẽ
triſte quidẽ tibi videt̃: ſed decẽ milia generat bona:
oſtẽdit etiã ex hoc temptatiõis vtilitatẽ ita dicens:
qualiter grã dei ꝓ oĩbus guſtauerit mortem: quali
ter inquit grã dei? Et ille quidẽ ꝓpter dei gratiã/ q̃
nobis donata hec paſſus eſt: Qui ꝓprio inquit filio
nõ pepꝑcit: ſed ipſe ꝓ nobis oĩbus tradidit eũ. Cuiꝰ
rei grã? nõ enĩ debebant̃ hec nobis: ſed grã hoc fecit:
et iterum in epl'a ad romanos dixit: Multo magis
grã dei/ ⁊ donum vnius hoĩs ieſu chriſti in multos
abundauit/ q̃liter grã dei ꝓ oĩbus guſtauerit mor-
tem/ non ꝓ fidelibus tm̃: ſed ꝓ mundo vniuerſo: et
ipſe quidẽ ꝓ oĩbus mortuus eſt. Quid aũt ſi nõ oẽs
credũt? Ille qꝺ ſuũ erat impleuit. Et ꝓprie dixit pro
oĩbus guſtarit mortẽ: non dixit vt moriat̃. Reuera
enim ſicuti qui guſtat: ſic breue interuallũ in illa fa
ciens confeſtim ſurrexit. Dicendo ergo mortẽ et paſ
ſionẽ mortis: manifeſte mortẽ ſignificauit: dicendo
aũt quoniã ab angelis melior: reſurrectionẽ decla-
rauit. Sic enĩ medicus non habẽs neceſſitatẽ ex ci-
bis/ que egroto ꝑparant̃ guſtare/ ſed illi conſulens
primus ex illius cibo deguſtat: vt perſuadeat egro
to promptius illos cibos accipere: ſic etiã dñs quo-
niam oẽs hoĩes mortẽ timebãt: perſuadens eis/ vt
fiducialiter ad mortẽ accederent: ⁊ ipſe guſtauit mor
tem/ nullã habẽs neceſſitatẽ. Venit etenim huius
mundi princeps (inquit) ⁊ in me inuenit nihil: ſic eſt
⁊ hoc qꝺ hic dicitur/ grã pro oĩbus guſtauit mortẽ.
quod confirmans intulit dicẽs: [Decebat enĩ eum
propter oĩa ⁊ per quem oĩa: multos filios in gloriã
inducentẽ/ autorẽ ſalutis eorũ per paſſiones ꝑfice-
re.] de patre hic loquitur. Vides quomodo iterum
ei coaptat: nõ enim hoc faceret: ſi alicuius minorate
rationis eſſet: diceret per eum/ ⁊ veluti filio ſoli con-
ueniret. Ex autem dicit: hoc eſt digna clemẽtie ſue fe
cit/ vt primogenitũ clariorẽ oſtenderet: ⁊ ſicut athle
tam fortẽ/ ⁊ ceteros ſuperantẽ exemplũ alijs conſti-
tueret auctorẽ ſalutis eorum: hoc eſt cauſam ſalutis
eorũ. Vides quantũ eſt in medio noſtrũ: et ipſe filiꝰ
et nos filij: ſed ille ſalua: nos ſaluamur. Vides quo
modo nos/ ⁊ cõiungit/ ⁊ diſcernit? [Multos filios
inquit inducens in gloriã.] hic coniunxit: [Auctorẽ
inquit ſalutis eorũ.] hic diſcernit. [Per paſſiones
inquit perficere.] Ergo paſſiones perfectiões ſunt
et cauſe ſalutis. Vides quoniã mala pati: nõ eſt de-
lictorũ: ſi vo in hoc primũ honorauit filiũ deus: vt
per paſſiões eũ induceret et reuera multo meliꝰ eſt:
carnẽ ſuſcipe ⁊ pati q̃ paſſus eſt qꝫ hũc mũdũ facere:
⁊ ex nullis exiſtentibꝫ ꝓferre: hoc q̃dẽ clemẽtie eſt: il-
lud multo ampliꝰ: qꝺ etiã ipſe oſtendẽs/ dixit: [Et
oſtẽda in ſecl'is aduenientibus eminẽtes diuitias bo
nitatis ſue: ſuſcitauit ⁊ ſedere fecit in celeſtibꝫ in chri
ſto ieſu. Decebat enim eum propter quem oĩa/ et per
quem oĩa/ multos filios in gloriã inducere: ⁊ aucto
rẽ ſalutis eorũ per paſſiões perficere.] Decebat enĩ
curã de nobis agentẽ: ⁊ oĩa vt eſſent proferentẽ: tra-
dere chriſtũ pro ceterorũ ſalute: vnum pro multis.
Verum nõ ſic dixit: ſed per paſſiones inquit perfice
re/ oſtendẽs quia qui patitur pro aliquo/ nõ ſolum
illũ iuuat: ſed etiã ipſe clarior efficit̃/ et ꝑfectior/ hoc
aũt ad fideles dicit/ eos cõfidẽtiores efficiẽs. Etenĩ
chriſtus tũc glorificatꝰ eſt/ qñ paſſus: quãdo aũt di-
co glorificatus eſt nõ putes qr ei glĩe quicqꝫ acceſſit.
Illã quippe gloriã nature ſue habuit ſemper/ nihil
aſſumẽs. [Qui enim ſanctificat inquit ⁊ qui ſancti
ficantur ex vno oẽs: ꝓpter quã cauſam nõ erubeſcit
fratres eos vocare.] Ecce quomõ iterũ ꝯiungit/ ho
norans eos ⁊ conſolans/ et xp̃i fratres eos efficiẽs:
ſcdm ꝙ ex vno eos eſſe dicit: deinde muniẽs ſermo-
nem ſuũ/ et oſtendens quoniã de eo qui ſcdm carnẽ
eſt dixit/ intulit: [Qui enĩ ſanctificat.] hoc eſt xp̃us
[et hi qui ſanctificant̃.] hoc eſt nos. Intueris quan
tũ intereſt: ille quidẽ ſanctificat/ ſanctificamur aũt
nos: ſed ⁊ ſupra/ auctorẽ inquit ſalutis eorum: vnꝰ
inquit deꝰ/ ex quo oĩa: ꝓpter quã cauſam nõ erube-
ſcit fratres eos vocare: vides quomodo iterũ oſten-
dit illius eminentiã? In eo enĩ ꝙ dixit: nõ erubeſcit:
demonſtrat nõ rei nature eſſe: ſed miſericordie eius
eſſe totũ: qui nõ erubeſcit/ et humilitatis multe. Et
ſi enim etiã ex vno: verumtamen ille ſanctificat: nos
autẽ ſanctificamur: ⁊ multũ intereſt: ille quidẽ ex pa
tre ſicut filius: et proprius: hoc eſt ex eius eſſentia/
nos autẽ ex nullis extantibus. Multũ igitur item
ꝓpter qꝺ non erubeſcit inquit fratres eos vocare di
cens: [Annunciabo nomẽ tuum fratribus meis.]
Carnẽ enĩ induens/ indutus eſt mei fraternitatẽ: ⁊
introducta eſt ſimul etiam fraternitas: ſed hoc qui-
dem recte profert: illud aũt [Ego ero cõfidẽs in eũ]
q̃d ſibi vult/ ⁊ cetera/ veluti Ecce ego ⁊ pueri quos
dedit mihi deus: ſicut etiam hic patrẽ eum oſtendit/
ſic illic fratrẽ. [Annunciabo inquit nomen tuũ fra-
tribus meis.] iterũ eminentiã demonſtrat. Et mul
tum intereſt per ea que ſequunt̃. [Quoniam ergo
pueri cõicauerũt carni/ ⁊ ſanguini.] Vides vbi di-
cit ſimilitudinẽ ſm carnem. Proximiꝰ quippe etiã
ipſe eiſdẽ participatus eſt: erubeſcant oẽs heretici/
cooperiantur confuſiõe: qui putatiue dicunt eũ ad-
ueniſſe/ ⁊ nõ vere. Non enim dixit/ quoniã partici-
patus eſt tm̃ iſtis/ ⁊ tacuit/ q̃muis ⁊ ſi ſic diceret/ ſuf-
ficiẽter dixiſſet/ ſed aliud amplius poſuit/ hoc eſt ꝓ-
ximius adijciens. Non inquit fantaſia/ nõ imago/
alioquin ꝙ dixit proximius/ nõ ſtabit/ ſed vere oſtẽ
dit fraternitatẽ: deinde etiã ⁊ cauſam ponit diſpen-
ſationis. [Vt per mortẽ inquit deſtrueret eum qui
poteſtatẽ habebat mortis: hoc eſt diabolũ.] Hic ad
mirabile quiddã demonſtrat: quia per qꝺ poteſtatẽ
habebat diabolus: per hoc victus eſt. Arma que illi
fuerũt fortia aduerſum mundũ/ hoc eſt mors: per ea
illũ chriſtus percuſſit. Hic magnitudinem virtutis
eius qui vicit inſinuat. Intueris q̃tum bonũ ope-
rata eſt mors? [Et liberauit inquit eos quotquot ti
more mortis per omnẽ vitã obnoxij erãt ſeruituti.]
Quare tremitis/ quare timetis eã: q̃ iam condẽna-
ta eſt? iã terribilis nõ eſt: ſed cõculcata eſt/ cõtẽpta ẽ:
extrema facta eſt/ ⁊ nulliꝰ momẽti eſt. Quid aũt eſt
timore mortis ꝑ omnẽ vitã obnoxij erant ſeruituti?
Aut hoc dixit/ quia qui mortem timet ſeruus eſt/ et
omnia patitur/ ne moriat̃: aut illud/ quia ſerui oẽs
erant mortis: ⁊ quia necdũ erant ſoluti tenebantur

ab ea: aut quia cum timore perpetuo viuebāt hoīes
ſemper ſe mori expectantes: nullum voluptatis ſen
ſum capere poterāt: hoc timore apud eos manente.
Hoc enī ſignificauit dicens: [per omnē vitā.] Hic
demonſtrat contribulatos / perſecutionē paſſos / et
patria / ⁊ ſubſtātia / ⁊ ceteris oībꝫ ꝓuatos liberiꝰ de-
gere ⁊ honeſtius ab illis / ꝙ in delitijs ꝯſtituti ſunt /
qui nihil tale paſſi ſunt / qui in leticia degūt. Siqͥdē
illi qui per omnē viam ſub timore mortis agebant /
et ſerui erant: idē ab eadē ſunt liberati / ⁊ deridēt eā
quā illi horreſcūt. Tale enī eſt nūc / quale ſi quiſpiā
vinctū aliquē producendū ad mortem: et ſemꝑ hoc
expectantē: pinguē reddat ex mľtis delitijs: tale ali
quid erat etiā mors antiquo tēpore: nunc autem ve
luti ſi qſqꝫ illum timorē excludēs cū delitijs agens
pronuciet pugnaturus / ⁊ ꝓponat agonē / vt iā non
ad mortē: ſed ad regnū adducat: ex quibus eſſe vel-
les: ex his qui in cuſtodia pingueſcerent / quottidia-
nis diebus ſententiā ſui interitus expectantes: an
ex illis / pugnaturis quidē multum / ⁊ laboraturis
vltronea volūtate: vt diadema tñ regni ſuſcipiant?
Intueris quō rapuit eorū animū / ⁊ pendentes atqꝫ
expectantes affecit. Oſtendit aūt nō mortē tm̄ quie
uiſſe: ſed per hanc etiā illū / qui aduerſum nos bellū
ſine federe ſemper inſtituit: diabolū dico euacuatū.
Qui enī mortē nō timet: extra tyrannidē diaboli cō
ſtitutus eſt. Si enī pellem pro pelle / ⁊ oīa dat vnuſ
quiſqꝫ pro aīa ſua: quādo etiā iſtā quiſpiā ſtatuit cō
temnere / cuius erit decetero ſeruus? Nullū metu-
et / nullū timebit: oīum erit ſuperior / oīum liberior.
Qui enī aīam ſuā cōtemnit / multo ampliꝰ etiā alia:
quādo enim inuenerit talē aīam diabolus: nihil in
illa ſuorū operum poterit operari. Quid enim? Dic
mihi / minet damnū pecuniarū / inhonorationē / pa
trie ruinā: ſed hec parua ſunt ei / qui neqꝫ aīam ſuam
precioſam exiſtimat / iuxta beatū paulū / attendenti
ſcilicet: qm̄ qui mortis tyrānidē excludit: ſimul etiā
diaboli virtutē diſſoluit. Qui enim de reſurrectiōe
multa philoſophari nouit / quō timeat mortē? quō
iam horreſcat? Nō itaqꝫ cōtriſtemini dicentes: qua-
re hec atqꝫ illa ꝑpeſſi ſumus: ſic enī victoria clara ꝑ-
ficit: nō enī eſſet clara niſi mortē morte ſolueret: hoc
aūt eſt mirabile: quoniā per eadē eam vicit: per que
ꝓualuit: facilitatē eius / ⁊ ſolertiā vbiqꝫ demōſtrat.
Nō ergo perdamus datū nobis donū: nō enim ac-
cepimus ſpm̄ ſeruitutis / ſed ſpiritū virtutis ⁊ cha-
ritatis ⁊ temperātie: ſtemus ergo fortes irridentes
mortē. Sed compellor gemere amariſſime: vbi nos
chriſtus extulit / ibi nos ipſi deijcimus. Cum video
enī luctus in plateis ⁊ lamentatiōes / ſuper exeun-
tes de hac vita ⁊ vlulatiōes ⁊ īhoneſtates alias: cre
dite mihi cōfundor ⁊ paganos ⁊ iudeos ⁊ hereticos
vidēs / ⁊ oēs qui nos irridēt. Quecūqꝫ iā dico / ina-
niter dico: de reſurrectione philoſophans: cur hoc?
Quia nō q̄ a me dicunt / attendunt pagani: ſed illa
que fiunt a nobis ⁊ cōfeſtim dicūt: Quomō ex iſtis
aliquis: contēnere poterit mortē / qui neqꝫ alterum
mortuū poteſt videre patienter. Bona ſunt que di-
cta ſūt a paulo: bona ⁊ celo digna ⁊ dei miſicordia.
Quid enī dixit? Ut liberet eos quotqͭ timore mor-
tis per omnē vitā obnoxij erant ſeruituti. Sed non
permittitis vt credantur: voſipſi vobiſipſis operibꝫ
repugnantes. Cum etiā nos deus muro circūſepſe
rit / veniens ad hoc vt hanc amputaret peſſimam cō
ſuetudinē. Dic mihi quid ſibi volūt iſte lāpades fe-
ſtiue? Nonne ſicut athletas eas producimus. Quid
etiā hymni? nōne vt deum glorificemꝰ: ⁊ ei gratias
agamus: quoniā iam coronauit diſcedentē / quoniā
a laboribus liberauit de ſeruitute ducens: apud ſe
habens? Nonne propter hoc pſalmi ⁊ hymni? non-
ne ꝓpter hoc pſalmodia? omnia iſta gaudentiū ſunt
Gaudet inquis qui pſallit: ſed nō ad hec attendunt
pagani. Nolo mihi dicas inqͣs quenqꝫ ſine cōpaſſio
ne philoſophantē: hoc enī nihil magnū eſt: neqꝫ mi-
rabile. Oſtende mihi in ipſa compaſſione in dolore
philoſophantē ⁊ tunc credā reſurrectioni. Et quidē
mulieres ſeculares hoc facere mirum non eſt / qͣuis
etiam ſeuum eſt hoc. Etenim ipſe eandē exigunt phi
loſophiā: propter quod ⁊ paulus dicit: De dormiē-
tibus aūt nolo vos ignorare / vt non contriſtemini /
ſicut ⁊ ceteri qui ſpem nō habent. Non enim mona-
chis ſcripſit hec: neqꝫ in virginitate manētibus: ſed
ſecularibus: verumtamen hoc nō ita ſeuum eſt. Cū
ꝟo quis / aut mulier / aut vir crucifixū ſe chriſto di-
cit / ⁊ eorum alius quidē capillos diſſipat / illa vero
vlulat: quid hac re confuſibilius? Credite mihi di-
centi: ſi enim ſicut oportebat fieret / multo tempore
debebāt huiuſmodi ab eccleſie limine ꝓhiberi. Iſti
enim ſunt qui vere digni ſunt luctu / qui mortem ti-
ment adhuc: et horreſcunt: qui reſurrectionē adhuc
non credūt. Sed non reſurrectioni inquit ego peni
tus diffido: ſed cōſuetudinem quero. Quare ergo?
dic mihi / quando in longinquū proficiſceris nō ea-
dem facis? Sed ploramus inquis ⁊ tunc ⁊ luctum
requiro: ſed illud vere conſuetudinē querentiū eſt:
hoc aūt de reuerſione deſperantium intellige / quid
pſallis in illo tempore: Reuertere anima mea in re
quiem tuam / quia dominꝰ benefecit tibi: non time
bo mala / quoniā tu mecum es. Et iterū: Tu es re-
fugium meū a tribulatione / que me continet. Intel
ligis quid ſibi volūt iſti pſalmi: ſed non animaduer
tis / et inebriaris ex luctu / vel in aliorū ſepulturis.
Intellige integre / vt habeas remediū in tuis. Re-
uertere inquit anima mea in requiē tuam / quoniā
dn̄s benefecit tibi. Dic mihi / dicis: Quoniam dn̄s
bn̄fecit tibi et lachrymaris? Nōne ſcena eſt iſta? nō-
ne hypocriſis? Si eī vere credis: verbis que dicis /
ſuperuacue luges. Si autē ludis et fingis et fabu-
las eē putas: quare pſallis? quare ſuſcipis ad te ve
niētes? quare nō repellis pſallentes? ſed furor hoc
facit ⁊ illud amplior furor. Interim igitur moneo /
quia accedente tempore vehementius vtar hac cau
ſa: etenim ſatis timeo ne iſto modo peſſimꝰ quidam
morbus in eccleſiā ſubintret: ⁊ de luctibꝰ quidē po-
ſtea corrigā: interim hoc precipio ⁊ teſtificor et diui-
tes ⁊ pauperes ⁊ mulieres ⁊ viros. Contingat qui
dem nos oēs ſine luctu ex hac vita migrare / et ſcdm̄
legē cōpetenter patres a filijs ſenes deduci / et ma-
tres a filiabꝫ ⁊ nepotibꝫ ⁊ ꝓnepotibus in pingui ſe-
nectute ⁊ nuſqꝫ contingere inmaturā mortem. Cō-
tingat quidem hoc / ⁊ hoc oro et ꝑſidentes et omnes
vos rogo ⁊ inuicē deum deprecari / et cōmunē hanc
orationē efficere: ſi autē qō abſit ⁊ qō nō contingat /
amara quedā mors accidat: amarā autē dico nō na-
tura / neqꝫ enim iam amara eſt mors: a ſomno enim
nihil diſtans: ſed amarā dico accidere ad veſtrā affe
ctionē reſpiciens ⁊ aliqui lamentatrices iſtas cōdu
xerint / credite mihi dicēti / nō aliter dico ſed quomō



habeo: qui vult iraſcatur: per multū tempꝰ eū ab ec-
cleſia vetabo: ſicut idolatrā. Si enī auarū / idolatrā
vocat paulus: multomagis eū qui ſuper fidelē mor
tuū ea que ſunt idolatraꝝ inducit. Pro qua re / dic
mihi / preſbyteros vocas: ⁊ pſallentes? Nōne vt cō
ſolationem recipias? Nōne vt honores diſcedentē?
Quare igitur illū iniurias? Quare eū exemplas?
Quare ludis ſicut ī ſcena? Nos eī venimꝰ de reſur-
rectione philoſophantes omīa docentes / ⁊ eos qui
necdū percuſſi ſunt per honorē / qui illi tribuit: ſi qn̄
aliquid tale contigerit / ferre fortiter: tu autē addu-
cis eos / qui noſtra condemnant: quantū interim ad
ipos ꝑtinet. Quid hac irriſione / ⁊ inductione peiꝰ?
Quid hac equalitate grauiꝰ? Cōfundimini ⁊ eru-
beſcite: ſi aūt nō vultis: nos nō patimur ampliꝰ ta
lia mortifera in eccleſiā induci. Peccātes inquit in
conſpectu omniū argue: ⁊ mulieribꝰ illis miſeris ꝑ
vos prohibitionē hanc dico: vt nunqꝫ in mortibꝰ fi-
deliū / aut exportationibꝫ ingrediantur: ne reuera ꝓ
pria mala eas cogamus lugere ⁊ doceamus: vt non
in alienis hec faciant: ſed proprias magis calamita
tes lamententur: etenī pater miſericors / quando fi
liū inordinatū habet: nō illū ſolū monet / vt nō con-
iungantur malignis: ſed etiā illos terret. Ecce igit
⁊ vobis ⁊ illis mulieribꝫ per vos admonēs dico: vt
neqꝫ vos cōuocetis tales: neqꝫ ille adueniāt ⁊ cōtin
gat quidē hoc verbum amplius operari: ⁊ has mi-
nas preualere: ſi vero (qō abſit) cōtemnamur / cōpel
limur iā in actū adducere minas: vos quidē legibꝰ
eccleſiaſticis cohercentes: illas aūt ſicut legibꝰ com
petit. Si vero aliquis peruicax inuentꝰ cōtemnat
audiat xp̄m nunc etiā dicentē: Si quis peccauerit
in te: vade argue illū inter te / ⁊ ip̄m ſolū: ſi aūt non
obaudiat: aſſume tecū vnū / aut duos: ſi etiā ſic re-
ſtiterit: dic eccleſie: ſi aūt ⁊ eccleſiā cōtempſerit: ſit ti
bi ſicut ethnicus ⁊ publicanꝰ: ſi ergo eum qui in me
peccauerit / cū nō obaudierit / ſic auerſari iubet: qui
in ſeip̄m peccauerit ⁊ in deū: quomō habere debeo /
vos iudicate: vos enī nō culpatis: ſic molliter agen
tes vobiſcū: ſi aūt aliquis cōtemnit ligationes / que
a nobis fiunt iteꝝ ⁊ ip̄m xp̄s docebit / dicens: Que
cūqꝫ ligaueritis in terra: erūt ligata ⁊ in celo: ⁊ que
cunqꝫ ſolueritis ſuper terrā: erunt ſoluta ⁊ in celo: et
ſi etiā nos miſeri ⁊ nulli ſumus / ⁊ cōtemni digni ſi-
cut ⁊ digni ſumus: ſed nō noſipos vindicamꝰ: neqꝫ
irā reddimus: ſed de veſtra ſalute cogitamꝰ. Pude
at vos rogo / ⁊ verecūdamini: ſi enī amicū quis por
tat: vehementius q̄ꝫ oportet ſecū agentē: intentionē
eius diſcutiens: ⁊ quia benigne nō ex iactantia hoc
facit: multo amplius doctorē / ⁊ ip̄m nō ex ſua aucto
ritate dicentē: nō vice iudicis: ſed vice patris curam
gerentis: nō enī poteſtatē noſtrā demōſtrare volen-
lentes / hec dicimꝰ. Quoniā nāqꝫ qui neqꝫ ad expe-
rimentū eoꝝ / que dicimus / optamus venire: ſed ꝓ
vobis dolentes ⁊ lugentes: ignoſcite aūt ⁊ nemo cō
temnat vincula eccleſiaſtica: nō enī homo eſt qui li-
gat: ſed xp̄s qui nobis hanc poteſtatē dedit: ⁊ domi
nus fecit homīes tanti honoris: ⁊ nos quidē ad ſol-
uendū volumꝰ vti hac poteſtate: magis autem neqꝫ
huiꝰ rei neceſſitatē habere volumus. Neminē quip
pe deſideramꝰ ligatū eſſe apud nos: nō enim tantū
ſumꝰ miſeri ⁊ infelices: ac ſi valde nulli ſumꝰ: ſi ve-
ro coacti fuerimus / ignoſcite: nō enī vltro: neqꝫ vo-
lentes: ſed plus vobis qui ligamini dolentes / liga
tiones inferimꝰ. Si aūt aliquis cōtemnit iſtas: in-
ſtabit tempꝰ iudicij vbi docet: cetera aūt mō dicere
nolo: ne percutiā mētes veſtras. Nos enī primū qͥ-
dē oramꝰ / nō ad hanc neceſſitatē venire: ſi aūt vene
rimꝰ qō noſtrū eſt / implemꝰ: ⁊ circūferemꝰ vincula.
Si autem quiſpiā hec ruperit / ego quod meū eſt fe-
ci / ⁊ innoxiꝰ ſum: decetero erit autē tibi ratio apud
illū ꝙ mihi iuſſit ligare: neqꝫ enī ſi imperatore ꝑſidē-
te armigeroꝝ quiſpiā aſtantiū iubeat aliquē ex ordi
ne officij ligare / ⁊ vincula circūferre: ille aūt nō ſolū
repellat illa vincula: ſed etiā cōfringat: nunquid ar
miger ille eſt qui iniuriā paſſus eſt: nō aūt impera-
tor multo ampliꝰ qui iuſſit: ſi ei que circa credentes
fiunt ipe ſua ꝓpria ducit: quātomagis quādo ille ꝙ
docere cōſtitutꝰ eſt: iniuriat veluti ſi in ſe iniurietur
accipiat: ſed nō cōtingat quenqꝫ eoꝝ qui in hac eccle
ſia ſunt: ad neceſſitatē hoꝝ vinculoꝝ venire: ſicut eī
nō peccare bonū ē: ſic tolerare correptionē vtile. To
leremꝰ itaqꝫ increpationē / ⁊ feſtinemꝰ quidē nō pec
care: ſi autē peccauerimꝰ: feramꝰ correptionē: ſicut
enī bonū eſt nō vulnerari / ſi autē cōtingat / medica-
mentū imponere vulneri neceſſariū eſt: ſic ⁊ hic: ſed
nō cōtingat quenqꝫ talibꝫ egere medicamētis. Cōfi
dimus enī de vobis meliora / ⁊ ad ſalutē pertinētia:
tametſi ſic loquimur: vehementiꝰ fortaſſe locuti ſu-
mus ꝓ ampliore cautela: meliꝰ quippe eſt aſperum
quēqꝫ ⁊ audacē putari a vobis: q̄ꝫ vos que a deo pla
cent nō facere. Credimꝰ aūt deo: qm̄ nō erit vobis
inutilis hec increpatio: ſꝫ ſic mutabimini vt ſermo-
nes iſtos noſtros in laudes veſtras expendamꝰ / vt
obtinere cūcti mereamur bona / que promiſit deꝰ di
ligentibꝫ eum in xp̄o Jeſu domino noſtro: cum quo
patri vna cū ſctō ſpiritu / gloria / imperiū / honor nūc
⁊ ſemper ⁊ in ſecula ſeculorū Amen.

### Homelia. V. Ex capitulo. II.

**n On enī quenqꝫ angeloꝝ ap prehēdit: ſed ſemē abraā ap prehēdit. Unde debuit ſcd̄m omīa fratribꝰ ſimilari: vt miſicors fieret et fidelis pontifex ad deū. ⁊c.**

Multā dei miſericordiā volēs paulus demōſtra
re / ⁊ charitatē quā circa genꝰ humanū habuit: poſt
q̄ꝫ dixit: qm̄ ergo pueri cōmunicauerūt carni ⁊ ſan-
guini: ⁊ ipe ſiľr paticipatꝰ eſt eiſdē: exequit ampliꝰ
hunc locum non ſimpliciter audias / quod dictum
eſt: neqꝫ nudum aliquid hoc eſſe putes: quoniā car-
nē ex nobis aſſumpſit: angelis hoc nō donauit: [nō
enī quenqꝫ angeloꝝ apphendit: ſed ſemē abraā.] qō
eſt qō dixit: Nō angeli naturā ſuſcepit: ſꝫ hominis.
Quid aūt eſt apphēdit? Ille inqͭ nō apphendit na-
turā angeloꝝ: ſed noſtrā. Quare nō dixit ſuſcepit: ſꝫ
iſto ꝟbo vſus ē: hoc eſt apphēdit: ex metaphora inſe
quētiū eos ꝙ reuertunt: ⁊ oīa facientiū / vt fugiētes
occupēt: ⁊ vt apphēdere valeāt in ſilentiū fugientē.
quippe ante ip̄m naturā humanā et longe fugientē
(eramꝰ aūt longe) inſecutꝰ apprehendit: oſtēdit quo
niā miſericordia ſola et gratia et cura quā de nobis
habuit / hoc fecit: ſicut etiā cum dicit: Nonne omnes
ſunt miniſtri ſpiritus in miniſterium miſſi / propter
eos ꝙ hereditaturi erāt ſalutē? Quātū feſtinauerit
circa naturā humanā oñdit ⁊ qm̄ mľta cura ē deo ꝺ

illa:ſic etiā hinc multo ampliꝰ eſt qđ ponit ex cōpa-
ratiōe. [Nō eni angeloꝝ quenq̄ꝫ apphendit.] Et re
uera magnū et admirabile/⁊ ſtupore plenū eſt: car-
nē noſtram rurſum ſedere/ ⁊ adorari ab angelis/et
archangelis/⁊ cherubin:⁊ ſeraphin:hoc ſepius ego
in mente verſans/exceſſum patior/⁊ maiora de ge-
nere humano imaginor:maiora quippe video:⁊ cla-
ra exordia multū deo feſtinantem ꝓ natura noſtra:
et nō dixit/homīes ſimpliciter apprehendit:ſed vo-
lens eos erigere/⁊ oſtendere magnū genꝰ eoꝝ/⁊ ho
norabile dixit. [Sed ſemē abraā apprehēdit: vnde
debuit ſcđm oīa fratrib ſimilari.] Quid eſt ſcđm
omnia? Natus eſt inquit/educatꝰ/creuit/paſſus ē
omnia que oportuit:in fine mortuꝰ eſt: hoc eſt ſcđm
omnia fratrib ſimilari:quoniā quippe multa dixit
de maieſtate ipſius/ ⁊ ſuperiore gloria:iā de diſpēſa
tiōe mouet ſermonē:⁊ cōtemplemur cū quāta ſapiē-
tia/quomō illū oſtēdit multū ſtudiū habentē: vt no
bis ſimilaret:quod fuit curā de nobis plurimā ge-
rentis:dicens eni ſuperiꝰ quoniā pueri cōmunica-
uerūt carni ⁊ ſanguini:⁊ ipe ſimiliter participatus
eſt eiſdē:⁊ hic dixit ſcđm oia fratrib ſimilari/quaſi
dicens/qui tā magnus eſt:qui eſt ſplendor glorie:q
eſt character ſubſtātie:qui ſecula fecit:qui ſedet ī de
xtra patris:iſte voluit/ ⁊ ſtuduit frater noſter ī om
nibus fieri: ⁊ propter hoc angelos reliquit/⁊ alias
virtutes:⁊ ad nos deſcendit/⁊ nos apprehendit:⁊
decē milia operatus eſt bona: mortē ſoluit:diabolū
ex tyrannide excluſit:nos de ſeruitute eduxit:⁊ libe
rauit:nos ſua fraternitate honorauit:ſed ⁊ alijs de
cē milibꝰ:ſiquidē ⁊ ſacerdos noſter fieri voluit apđ
patrē:infert eni vt miſericos fiat:⁊ fidelis ſacerdos
in his que ſunt ad deū:propter hoc inquit/carnē aſ-
ſumpſit noſtrā:propter miſericordiā ſolā:vt miſerea
tur noſtri:nō ei eſt alia quepiā cauſa diſpenſatōis q̄ꝫ
hec ſola. Vidit quippe humi iacētes percūtes a mor
te tyrannidē patiētes/⁊ miſertꝰ eſt. [Vt ꝓpitiaret ī
quit peccatis populi/ vt miſericors fieret/⁊ fidelis
ſacerdos.] Quid ē fidelis? verꝰ:potēs:ſacerdotiſ ei
fidelis eſt poſſe eos quoꝝ eſt ſacerdos liberare a pec
catis: vt ergo offerat ſacrificiū qđ poſſit nos mūda-
re:propter hoc factus eſt homo:⁊ intulit: [In his q̄
ſunt ad deū:] hoc eſt eaꝝ reꝝ gratia:que pertinēt ad
deū. Expugnati eni eramꝰ inquit/deo culpabiles:
inhonorati:nemo erat qui offerret pro nobis ſacrifi
ciū: vidit nos in his cōſtitutos :⁊ miſertus eſt nō cō
ſtituens nobis ſacerdotē:ſed ipe factus eſt ſacerdos
Et quō fidelis? ⁊ intulit: [Ad propitiādū peccatis
populi.] In quo eni paſſus eſt inquit ipe expertus
poteſt ⁊ nos qui temptamur iuuare :ſatis humile ē
hoc minimū ⁊ indignū deo:in quo eni paſſus eſt in-
quit/ipe de incarnato hoc dicit:⁊ ad ſatiſfactionem
audientiū dictū eſt/⁊ propter eorū infirmitatē/hoc
eſt inquit ꝑ experimentū eorū :que patimur veniēs
nūc nō ignorat paſſiōes noſtras:nō ſicut deꝰ ſolum
nouit:ſed etiā ſicut hō cognouit ꝑ experimentū: per
quod temptatꝰ eſt paſſus multa:nouit cōpati/⁊ li-
cet impaſſibilis ſit deꝰ:ſed ea q̄ ſunt carnis hic nar-
rat/veluti ſi diceret: ⁊ ipa caro xpi multa ſeua paſſa
eſt:nouit quid eſt tribulatio :nouit quid eſt tempta-
tio patientiū:nō minꝰ a nobis eteni ⁊ ipe paſſus eſt
Quid ergo eſt ꝙ dicit:poteſt eos qui temptant adiu
uare? Tanq̄ꝫ ſi quis diceret/cum multa alacritate
protendit manū ad cōpatiendū:qm̄ eni volebāt ma
gnū aliquid/ ⁊ amplius habere ab eis qui erant ex
gentibus : oſtēdit in hoc plus eos habentes in quo
nihil nocebat eos qui erant ex gentib. Quid eſt aūt
hoc? Quia ex ipis eſt ſalus:qm̄ eos apprehendit pri
mū/quia inde aſſumpſit carnē:nō eni angeloꝝ quē
q̄ꝫ apprehendit:ſed ſemē Abraā apprehendit:hono-
rat ⁊ patriarchā ꝑ hoc:⁊ oſtendit/qui eſt ſemē abraā
cōmemorat enim promiſſionis que a deo facta eſt:ꝑ
quā dictū eſt:tibi ⁊ ſemini tuo dabo terrā hanc. Im
mo dico/oſtendit ꝓpinquitatē: quia ex vno ſunt om
nes:ſed nō erat multa illa propinquitas:venit iteꝝ
ad iſtā memoriariā diſpenſationē/que eſt ſcđm car-
nē:⁊ dixit erat quidē ⁊ ipm velle fieri hominē mul-
te cure diuine/⁊ charitatis: nunc aūt nō hoc ſolum
eſt:ſed etiā bona immortalia /que per eū nobis tri-
buta ſūt. [Ad ꝓpitiādū ei inqt pctis populi.] Qua
re nō dixit mundi:ſed dixit populi? Nā olim pecca-
ta ſuſtinuit:ſꝫ quia interim de ipis vertebat ſermo:
nā ⁊ angelus Ioſeph dicebat: Vocabis nomē eius
Ieſum:ipe eni ſaluabit populū ſuū:hoc quippe pri-
mū oportuit fieri:⁊ ꝓpter hoc venit vt iuſtos ſalua-
ret: ⁊ tunc per iſtos illos/ tametſi econtra cōtingit:
hoc etiā apoſtoli ab ipo initio dicebāt: Nobis ſuſci-
tans filiū ſuū miſit benedicētē nos. Et iteꝝ: Vobis
ſermo ſalutis huiꝰ miſſus eſt. Generoſitatē hic oſtē
dit iudaicā dicēs: [Ad propitiādū peccati ſpopuli]
Interim ſic dixit: Quia eni ipe ē qui peccata omniū
dimittit/manifeſtauit ī paraclyto/ dicēs : Dimittū
tur tibi peccata tua. Et in baptiſmate dixit ad diſci-
pulos ſuos: Eūtes docete omnes gentes /baptiſan
tes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti:cū autē
carnē apprehenderit Paulus:omnia iā humilia lo
quit nihil formidās. Attēde ei quid iā dicit: [Qua
propter fratres ſcti vocatiōis celeſtis participes in
telligite apoſtolū/ ⁊ ſacerdotē cōfeſſionis noſtre Ie-
ſum xpm fidelē extantē ei q ſe fecit/ ſicut moyſes ī oī
domo eiꝰ: ] ꝓpoſiturꝰ eū moyſi ſcđm cōparationē ī
lege ſacerdotū:hūc ſermonē induxit : nō eni minorē
opinionē habebāt de moyſi oēs:et premittit iā ſemi
na excellentie:⁊ incipit quidē a carne: aſcendit autē
ad diuinitatē/ vbi iā nō ē comparatio . Cepit interī
a carne:qđ equale eſt ponere:et dixit: Sicut et moy
ſes in omī domo eiꝰ: et nō ſtatim ī initio demōſtrat
excellentiā:ne auditor exiliat/ et obturet auditꝰ: ac
ſi eni fideles erant: verūtamē adhuc multam deuo
tionē habebant circa moyſen. [Fidelē.] inquit extā
tē ei qui ſe fecit apoſtolū/et ſacerdotē:nihil hic de eſ-
ſentia loquit /neq̄ꝫ de diuinitate: ſed interim de di-
gnationib humanis. [Sicut et moyſes in oī domo
eius: [hoc ē/in populo et in templo. Hoc eni in do-
mo eius dixit/ tanq̄ꝫ ſiquis dicat/et de his qui ſunt
in domo. Sicuti aliquis curator diſpenſator domꝰ
ſic erat et Moyſes : quia vero domū populum di-
cit/intulit: [Dei domus ſumus nos:] hoc eſt in cre
atura eius ſumus. Deinde etiam excellentiā ſigni-
ficat. [Maioris ei dignus factꝰ eſt glorie/q̄ꝫ moy-
ſes.] Iterū redit ad carnem ſecūdum ꝙ ampliorem
honorem habet q̄ꝫ domus/ qui conſtruxit eā/et ipe
inquit de domo erat:et non dixit/iſte quidem ſeruꝰ
ille autem dominus : ſed hoc latenter ſignificauit.
Si domus erat populus/et ipſe autem de populo
erat/et ipſe igitur de domo erat. Sic enim et nobis
vſus eſt dicere/ille ex domo illius eſt. Hic quippe
domū nō ipm templū dicit:nō eni illud deꝰ cōſtru-
xit:ſed homīes:qui vero fecit eū deꝰ ē: Moyſen di-
cit: Et intuere quomō /⁊ oſtendit excellentiā laten-
ter. [Fidelis inquit in omni domo eius.] Et ipe eſt
ex domo /hoc eſt ex populo: maiorem habet honorē
qui fabricauit eā q̄ꝫ domus:⁊ nō dixit quanto ma-
iorē habet honorē ab operibus artifex: ſed q̄ꝫ domꝰ
qui conſtruxit eā. [Qui aūt omnia conſtruxit deus
eſt.] Vides quoniā nō de templo dicit : ſed de omni
populo. [Et Moyſes quidē fidelis in omni domo
eius: ſicut ſeruꝰ in teſtimonium loquendoꝝ.] Ecce
alia excellentia q̄ eſt a filio /⁊ a ſeruis: attendis iteꝝ
quoniā proprietatē per filij appellationē ſignificat.
[Chriſtꝰ aūt ſicut filius in domo eiꝰ.] Vides quō
facturā:⁊ factorē diſcernit: quomō ſeruū /et filiū:et
ille quidē in paternas res ſicut dominꝰ ingreditur:
iſte aūt ſicut ſeruꝰ dei. [Domꝰ ſumꝰ dei nos:ſiqui-
dē fiduciā ⁊ gloriā ſpei vſq̄ꝫ in finē firmā teneamꝰ.]
Hic iteꝝ eos hortatur ſtare fortiter/ ⁊ nō ſubruere.
Domus quippe dei erimꝰ qđ erat Moyſes:ſi fidu-
ciā ⁊ gloriā ſpei vſq̄ꝫ ad finē firmā teneamꝰ. Qui eni
dolet inquit in temptationib: ⁊ qui ſubruit nō glo
riatur:qui erubeſcit:qui abſconditur:fiduciā nō ha
bet:qui dolet nō gloriatur. Deinde etiā laudat eos
dicens: [Siquidē fiduciā/ ⁊ gloriā ſpei vſq̄ꝫ in finē
firmā teneamꝰ.] Oſtendit quia iā ceperunt. Opor
tet aūt vſq̄ꝫ in finē:⁊ nō ſimpliciter ſtare:ſed firmam
habere ſpem in ſatiſfactionē dei nō cōmotos a tem-
ptationib: dicit eni ſcriptura de patre/ qui nō eſt in
carnatus : De celo proſperit dominꝰ / ⁊ vidit filios
hominū:hoc eſt/omnia integre cognouit:⁊ iteꝝ: De
ſcendens videā ſcđm clamorē eoꝝ ſi cōſumat: ⁊ iteꝝ
Non poteſt deus ferre nequitias hominū. Abundā
tiā ire oſtēdit ſcriptura diuina:multo magis de xpo
qui etiā paſſus eſt in carne dicuntur iſta:quia enim
hominū experimentū omnib rebus credibilius pu
tat: ⁊ ꝑſcientiā vult oſtēdere;quia qui paſſus eſt ſcit
inquit quid patitur:hoc eſt humana natura:quare
fratres ſancti ꝙ dixit quare/ ꝓ quapropter poſuit.
[Vocationis ſancte participes.] Nihil hic quera-
tis/ſi illuc vocati eſtis:illic eſt merces:illic eſt retri-
butō. Quid ergo? [Cōſiderate apoſtolū /⁊ ſacerdo
tē cōfeſſionis noſtre Ieſum xpm fidelē eſſe ei qui ſe fe
cit:ſicut ⁊ moyſes in omni domo eius.] Quid eſt fi
delē extantē ei qui ſe fecit? hoc eſt deuotū defendētē/
ea que eiꝰ ſunt :nō ꝑmittentē corrumpi:ſicut ⁊ moy
ſes in omni domo eiꝰ. Cognoſcite quid eſt primꝰ ſa-
cerdos:⁊ qualis ⁊ nō habebitis opus conſolatione
alia:apoſtolū aūt illū vocat: ꝓpter qđ miſſus ē. Pri
mū aūt ſacerdotē inquit cōfeſſionis noſtre:hoc eſt fi
dei:⁊ iſti populus cōmiſſus eſt:ſicut ⁊ illi cōmiſſum
erat regimē populi:ſꝫ huic maiora ad meliores cau-
ſas cōmiſſa ſunt. [In teſtimoniū loquēdoꝝ.] Quid
dicit? Nunquid teſtimoniū hominis accipit deus?
⁊ valide. Si eni celū conteſtatur/ ⁊ terrā/ ⁊ colles/
dicens per ꝓphetam: Audi celū/ ⁊ auribꝰ ꝑcipe ter-
ra:qm̄ dominꝰ locutꝰ eſt: ⁊ Audite valles:fūdamē
ta terre :quoniā dn̄s iudiciū ad populū eius:multo
magis homines:hoc eſt ſicut teſtes:quando cōfun-
dentur iſti. Chriſtꝰ aūt ſicut filiꝰ:ille quidē de alie-
nis curā gerit:hic aūt de ꝓprijs:ſed etiā gloriam ſpei
benedixit qm̄ omnia bona in ſpe erant:gloriant qui
eam habent:ſicuti de iā factis:propter hoc dixit glo
riatio ſpei: ⁊ infert vſq̄ꝫ in finē firmā teneamꝰ. Spe
eni ſalui facti ſumus:ſi ergo ſpe ſalui facti ſumus/⁊
per patientiā expectamꝰ: nullo merore affligamur
in preſentibꝰ: neq̄ꝫ iam nunc queramꝰ /que futura
nobis promiſſa ſunt. Spes eni inquit que videtur
non eſt ſpes:bona eni hic percipere nō poſſumus:in
iſta penali vita. Quare ergo nob ea ꝓdixit:ſi nō erat
hic daturꝰ? Vt promiſſione animas noſtras recrea
ret: vt ſponſione confortaret deſideriū: vt erigat no
ſtrā mentē:iccirco eni omnia facta ſunt. Quid ergo
turbamur? Nemo videns malignos proſperitatem
habere turbetur:nō eſt hic retributio /neq̄ꝫ maligni
tatis /neq̄ꝫ virtutis:at ſi aliquando cōtingit/ vt ali
qua ſit retributio/ vel malitie vel virtutis:nō tamē
ſecūdū qđ dignū eſt:ſed ſimpliciter: veluti guſtꝰ qui
dam iudicij: vt qui reſurrectioni nō credunt/ talibꝰ
doceantur. Quando itaq̄ꝫ videmus malignū dite-
ſcere:nō ſubruamur: ⁊ quādo videmus bonū mala
pati:nō turbemur:illic corone:illic ſupplicia. Eſt ⁊
alia ratio:quia nō poteſt vel malus in omnibꝰ ma-
lus eſſe:ſed habet aliqua bona: neq̄ꝫ bonꝰ in omni-
bus bonus eſſe:ſed habet aliqua peccata:quādo er-
go proſperitatē habet malꝰ :malo capitis ſui habet:
cū eni pro illis paucis bonis retributionē hic acci-
pit:illic iam plenius punit:propter hoc aūt hic re-
cipit. Et iteꝝ beatꝰ eſt ille maxime/qui hic punitur
vt omnia exponens delicta probatus ⁊ purgatus
hic exeat: ⁊ in nullo obnoxiꝰ: ⁊ hoc nos Paulus do
cens/ dixit: Propter hoc in vobis multi infirmi/ et
egroti/ ⁊ dormiunt plurimi: ⁊ iteꝝ: Tradidi huiuſ-
modi ſathane: ⁊ propheta inquit : Quia ſuſcepit de
manu domini dupla peccata: ⁊ iterū Dauid: Vide
inimicos meos:quia multiplicati ſunt ſuper capil-
los capitis mei: ⁊ odio iniquo oderunt me: ⁊ dimit-
omnia peccata mea: ⁊ itē alius: Pacē da nobis oīa
reddidiſti nobis: ſed hec quidē oſtendentis ſunt bo-
nos ſupplicia pro capitis hic recipere: vbi aūt oſten-
ditur bona malos hic recipere/ illic plenius puniri
Audi abraā dicētē ad diuitē: Recepiſti bona ī vita
tua: ⁊ Lazarus ſilr mala. Qualia bona hic in eo ꝙ
dixit recepiſti? Oſtēdit ſcđm debitū vtroſq̄ꝫ paſſos:
⁊ illū quidē in proſperitate:illū autem in aduerſita-
te verſatū/ ⁊ dixit: Propter hoc iſte hic cōſulat. Vi
des eni illū purgatū a peccatis: ⁊ tu in doloribꝰ:nō
igitur doleamꝰ quādo bona patientes videmꝰ pec
catores:ſed quando male patimur gaudeamꝰ:pec-
catoꝝ quippe eſt expoſitio. Nō ergo queramus rela
xationē: tribulationē quippe promiſit xps ſuis di-
ſcipulis:nā ⁊ Paulus dicit: Omēs qui volunt pie
viuere in xpo: perſecutionē patiuntur. Nemo fortis
athleta in ſtadio lauachra reqrit : et mēſam replerā
cibis ⁊ vino: hoc nō eſt athlete: ſed delicati : athleta
eni pugnat cū puluere/cū oleo /cū radio ſolis/ cū ſu
doribus /multis tribulationibꝰ / ⁊ anguſtia: agon
hic eſt/ ⁊ pugnādi tempꝰ :proinde etiā vulnera ſuſci
piēdi / ⁊ ſanguinē effundēdi ⁊ ſoluēdi. Audi qđ dicit
btūs paulꝰ: Sic pugno:nō velut aerē cedēs. Qēm
vitā in agone eſſe cōſtitutā putemꝰ: ⁊ nunq̄ꝫ requiē
queramus:nunq̄ꝫ tribulati mereamus:ſiquidē ne-
q̄ꝫ qui cedibus pugnat meret:cum ſe in agone vide-
rit:aliud eſt eni remiſſionis tps . Oportet autē nos
per tribulatiōes ꝑfici : quāq̄ꝫ ne ꝑſecutio aliqua ſit:
neq̄ꝫ tribulatio:ſed tn̄ ſunt alie tribulatiōes:ꝑ dies
ſingulos nobis incidentes: ſi autē iſtas non porta-
mus:illas portabimus. Temptatio inquit vos nō
comprehendat niſi humana. Oramus quidē deum

nõ intrare in temptationẽ: ſi autẽ intrauerimꝰ: poꝛ
temus foꝛtiter: illud quidẽ temperantiũ hominũ eſt
vt ſe aliquis in pericula nõ pꝛecipitet: hoc autẽ foꝛ-
tium/ ⁊ philoſophoꝝ: nõ itaqꝫ nos pꝛecipitemꝰ quo
modolibet: temeritatis quippe eſt: neqꝫ iterũ cũ ab
dicemur: ⁊ rebus ſic vocantibꝫ cedamꝰ: timoꝛis nã
qꝫ hoc eſt; ſed ſi quidem pꝛedicatio verbi nos vocaue
rit/ nõ rẽnuamus: ⁊ ſimpliciter dico: nõ ex tante/ ne
qꝫ vtilitate aliqua: neqꝫ neceſſitate/ que ad pietatem
pertinet/ vocante: non irruamus; oſtentatio quippe
eſt: ⁊ ambitio honoꝛis ſuperflui. Si aũt aliquid co-
rũ/ que ledunt pietatẽ contingat: ac ſi mille moꝛtes
ſuſtinere nos opoꝛteat: nihil rẽnuere debemꝰ: nõ ꝓ-
uoces temptatões quãdo tibi ea que ad pietatẽ per
tinẽt/ pꝛo voto pꝛocedunt: ſi vero deſideraueris ſu-
perflua tibi aſſumis pericula: nullũ lucrũ habẽtia.
Hec dico volens vos cuſtodire leges xp̃i iubẽtis oꝛa
re/ ne intremus in temptationẽ: ⁊ iubentis vt cru-
cem ſuã tollat quis/ ⁊ ſequatur ip̃m: hec quippe nõ
ſunt cõtraria: ſꝫ valde cõueniẽtia. Tu quidẽ ita eſto
pꝛeparatus/ ſicut miles foꝛtis in armis: eſto perpe-
tue ſobꝛius/ vigilans: ſemper hoſtẽ expectans: bel-
la autẽ nõ excites: hoc quippe militis nõ eſt/ ſed ſedi
tioſi. Si vero turba pietatis vocauerit: cõfeſtim ꝓ-
cede: ⁊ cõtemne animã/ ⁊ ingredere cũ multa alacri
tate in agonẽ: rumpe aciẽ aduerſarioꝝ: ꝯcide faciem
diaboli: ſtatue tropheũ. Si aũt pietas/ nihil ledit/
neqꝫ depopulet aliq̃s/ que ad nos pertinẽt dogma-
ta: dico aũt ea que ad animã pertinẽt: neqꝫ cogat ali
quis facere qꝺ deo non placet: noli eſſe ſuperfluus.
Sanguinis opoꝛtet eſſe plenã chꝛiſtiani vitã. San
guinis autẽ dico: nõ vt alioꝝ effundamꝰ: ſed vt pa
rati ſimus noſtrũ effundere. Cum tãta igitur alacri
tate pꝛopꝛiũ ſanguinẽ effundamus: quãdo pꝛo chꝛi
ſto hoc erit: cum quanta aquã quis effundit: etenim
aqua eſt ſanguis circũfuſus coꝛpoꝛi: ⁊ cum tanta fa
cilitate carne ſpoliari debemus: cũ quanta/ ⁊ veſti-
mento: hoc aũt erit/ ſi nõ erimus pecunijs dediti: ſi
non domibus: ſi nõ affectioni: ſi ab omnibꝫ erimus
ſeparati. Si enĩ qui militarẽ vitam viuũt: omnibꝰ
renunciant: ⁊ vbicunqꝫ bellum vocauerit/ ibi ade-
runt/ ⁊ vias incedunt: ⁊ omnia cum alacritate ſu-
ſtinent: multo amplius nos chꝛiſti milites ſic pꝛepa
ratos eſſe opoꝛtet ⁊ diſpoſitos ad bellũ paſſionum.
Nũc nõ eſt perſecutio: neqꝫ contingit fieri aliquãdo
ſed aliꝺ bellũ ẽ cupiditatis/ pecuniaꝝ/ inuidie/ cete
rarũqꝫ paſſionũ: iſtud bellũ narrãs Paulus dixit:
Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ ⁊ ſangui
nem. Iſtud bellũ inſtat/ pꝛopter hoc ſemper nos ar-
matos ſtare vult: quia enĩ ſemꝑ armatos ſtare vult
State inquit ſuccincti lumbos veſtros: qꝺ etiã ip̃m
preſentis eſt tẽpoꝛis: ⁊ ſignificauit/ quia ſemꝑ opoꝛ
tet armari. multũ bellũ per linguã: multũ ꝑ oculos
iſtud bellũ vincamus: multũ bellũ eſt cupiditatũ: id
circo inde incipit amare militẽ xp̃i. State inq̃t ſuc-
cincti lumbos veſtros: ⁊ intulit: in veritate. Quare
in veritate? Illuſio quippe eſt ⁊ falſitas cupiditas/
pꝛopterea dixit pꝛopheta: Renes mei repleti ſunt il
luſionibꝫ. Nõ eſt voluptas iſta res: ſed vmbꝛa volu
ptatis. Succincti inquit lumbos veſtros in verita
te: hoc eſt/ in vera voluptate: in temperãtia: in hone
ſtate: merito iſta monet videns impoꝛtunitatẽ pecca-
ti: volens membꝛa noſtra muniri. Iracũdia quippe
iniuſta nõ iuſtificabit: ⁊ loꝛica nos circũdari vult ⁊
ſcuto. Beſtia nãqꝫ eſt: facile illi fit iracundia/ ⁊ mil
le macerijs/ ⁊ munitiõibꝫ nobis opꝰ erit: vt ſupere-
mus/ ⁊ repꝛimamꝰ: ꝓpterea nobis hanc maxie par
tẽ veluti ex quibuſdã lapidibꝫ: hoc eſt oſſibꝫ edifica-
uit deꝰ: munimẽta ei cõſtituens/ ne dirupta facile/
vel inciſa totũ animal lederet. Ignis inquit eſt: ⁊ tẽ
peſtas magna/ ⁊ nulla alia pars hanc valet ſuſtine
re. Dicũt etiã medicoꝝ filij ꝓpter hoc pulmonẽ ſup-
poſitũ eſſe coꝛdi: vt in mollicie iacẽs: veluti in quadã
ſpongia motu perpetuo ſaliens requieſcat: ⁊ nõ du
ritia repercuſſum peccꝰ lederet/ impetu frequentiũ
ſaltuũ. Opus eſt igit nobis foꝛti loꝛica/ vt ſemꝑ in
ſilentio hanc beſtiã obſeruemꝰ: opus vero nobis eſt
etiã galea: qm̃ ibi ſtat rationale noſtrum: ⁊ inde aut
ſaluari poſſibile eſt cognoſcentẽ: q̃ opoꝛtet aut peri-
re: pꝛopter hoc dixit: et galeã ſalutis. Cerebꝛũ inq̃t
natura molle eſt; pꝛopterea etiã ip̃m veluti quadam
teſtudine cooperit deſuper. Omniũ aũt nobis cau-
ſa bonoꝝ efficitur/ ⁊ maloꝝ: dũ aut que opoꝛtet co-
gnoſcimus: aut que cõtraria ſunt; ſed ⁊ pedes noſtri
⁊ manus opus habẽt armis: nõ iſte manꝰ: neqꝫ iſti
pedes: ſed anime: ille quidẽ meditãtes que opoꝛtet;
iſti aũt vt pꝛogrediant quo opoꝛtet. Armemus igit
noſip̃os iſto mõ: ⁊ poterimus pꝛeualere hoſtibꝫ: ⁊ co
rona indui in xp̃o ieſu dño nr̃o: cũ q̃ p̃ri gloꝛia/ vna
cũ ſctõ ſpũ/ nũc ⁊ ſemper/ ⁊ in ſecula ſeculoꝝ Amẽ.

Homelia. VI. Ex capitulo. III. Et. IIII.

**q Uapꝛopter ſicut dicit ſpũſſã ctus: Hodie ſi vocẽ eius au dieritis: ne obduret[is] coꝛda veſtra: ſicut in amaritudine iuxta diẽ tem tationis in deſerto: vbi temptaue runt me patres veſtri: pꝛobauerũt et viderunt opa mea quadraginta annis: ideo iratus ſum generatiõi huic: ⁊ dixi ſemper errãt. Ipſi autẽ nõ cognouerunt vias meas: ſicuti iuraui in ira mea: ſi introibunt in requiem meam.**

Locutꝰ de ſpe paulꝰ dicens: qꝛ domꝰ eiꝰ ſumꝰ: ſi
tñ fiduciã ⁊ glãm ſpei vſqꝫ in finẽ firmam teneamꝰ:
oñdit deinde/ qꝛ firme nos opoꝛtet expectare: ⁊ huic
rei fidẽ ex ſcripturis facit: ſed aniaduertite: obſcurꝰ
eĩ quodãmõ hũc locũ locutꝰ eſt: ⁊ ẽ difficilis ad itel-
ligẽdũ: merito opoꝛtet nos bꝛeuiter omne argumen
tũ vos docere: ⁊ tũc ad textũ recurrere: tunc ⁊ iã me
opus non habebitis: ſi apoſtolicã intentionẽ didi-
ceritis. De ſpe illi erat ſermo: qꝛ opoꝛtet ſꝑare/ q̃ fu-
tura ſunt: ⁊ qꝛ oĩbꝫ modis erit eis: q̃ hic laboꝛauerĩt
aliq̃ merces/ ⁊ fructꝰ ⁊ req̃es: hoc igit ex ꝓpheta cõ-
ꝓbat. Et q̃d dixit? [Quaꝓpter ſicut dicit ſpũſſctũs
Hodie ſi vocẽ eiꝰ audieritis: ne obduretis coꝛda ve
ſtra: ſicut in amaritudine iuxta diẽ tẽptatõis in de-
ſerto: vbi tẽptauerũt me p̃res veſtri/ ꝓbauerunt/ et
viderũt opera mea quadraginta annis: ideo iratus
ſum generationi huic/ ⁊ dixi ſemper errãt coꝛde: ip̃i
autem non cognouerũt vias meas: ſicuti iuraui in



ira mea: ſi introibũt in requiẽ meã.] Tres requies
eſſe dicit: Unam ſabbati/ qua deus requieuit ab
operibus ſuis. Secundã in paleſtina/ in quam in-
greſſi iudei requieturi erant/ ex miſeria multa ⁊ la
boꝛibꝫ. Tertiã que re vera eſt requies: hoc eſt regnũ
celoꝝ/ ad quã quos peruenire cõtigerit: reuera re-
quieſcunt a laboꝛibꝫ ⁊ difficultatibꝫ ſuis. Harũ tri
ũm igitur mentionẽ facit. Cur autẽ de vna diſpu-
tans: triũ mentionẽ fecit? Ut oſtendat per pꝛophe-
tam de hac dicere. De pꝛima enim inquit non dixit.
Quomodo nanqꝫ nõ dixit? Utpote que olim facta
ſit: ſed neqꝫ de ea que in paleſtina fuit. Quomõ nã-
qꝫ? [Non enĩ introibunt in requiẽ meã.] Reſtat igi
tur tertiã hanc eſſe reliquã: verũtamẽ neceſſariũ eſt
etiã hiſtoꝛiã replicare: vt manifeſtioꝛ fiat oꝛatio. Cũ
enĩ egreſſi eſſent de terra egypti: ⁊ multã viam per-
ambulaſſent: ⁊ multa indicia virtutis dei accepiſſẽt
in egypto: in mari rubꝛo: in heremo: cõſiliũ fecerũt
mandare ſpeculatoꝛes/ qui deberent inſpicere na-
turam terre: illi vero pergentes/ reuerſi ſunt: pꝛoui
ciam quidẽ valde mirantes: ⁊ magnoꝝ fructuũ pꝛo
creatricẽ eſſe dicentes: ⁊ viroꝝ inexpugnabiliũ eſſe
illam pꝛouinciã/ ⁊ foꝛtium: iudei vero ingrati/ ⁊ in
ſenſati: quos opoꝛtebat vt recoꝛdarẽtur tantoꝝ dei
beneficioꝝ: ⁊ quomõ eos concluſos in medio tanti
exercitus egyptioꝝ eripuit de periculis/ ⁊ excubia
rum fontes ſine defectu: donauit/ ⁊ manna tribuit:
⁊ alia miracula que operatus eſt/ ⁊ credere deo: ho
rum autẽ nihil cogitauerũt: ſed timoꝛe ex nulla cau
ſa facto obſtupuerunt dicentes: Iterũ in egyptum
intrare volumꝰ: eduxit enĩ nos huc deus/ vt hic pe
reamus cũ filijs noſtris/ ⁊ mulieribus. Deus igit
iratus: quia ſic citiꝰ obliti ſunt tãta que facta erant
iurauit vt non intraret generatio illa in requiẽ que
hic dicta eſt: ⁊ omnes perierunt in heremo: quia er-
go dauid hoc poſtea dixit poſt generationẽ illoꝝ lo-
quens: [Hodie ſi vocẽ eiꝰ audieritis: ne obduretis
coꝛda veſtra.] Ne ſimilia patiamini: qualia pꝛoge-
nitoꝛes veſtri ne pꝛiuemini requie: hinc clarum eſt:
quia eſt quedã requies: nã ſi iam acceperãt requiẽ/
que erat in paleſtina: quare eis iterũ dicit hodie ne
obduretis coꝛda veſtra ſicut patres veſtri? Que eſt
ergo alia requies niſi regnũ celoꝝ: cuiꝰ imago ⁊ vm
bꝛa eſt ſabbatũ? Deinde ponit omne aliud teſtimo-
niũ: eſt autẽ: [Hodie ſi vocẽ eius audieritis: ne ob-
duretis coꝛda veſtra. Sicut in amaritudine iuxta
diẽ temptationis in deſerto: vbi temptauerunt me
patres veſtri: pꝛobauerũt ⁊ viderũt opera mea: qua
draginta annis: ideo iratus ſum generationi huic:
⁊ dixi ſemꝑ errãt coꝛde: ipſi aũt nõ cognouerũt vias
meas: ſicuti iuraui in ira mea/ ſi introibũt in requiẽ
meã.] tũc infert: [Uidete fratres ne ſit ĩ aliquo ve-
ſtrũ coꝛ malignũ ĩfidelitatis: vt recedat a deo viuo]
quippe ex duritia infidelitas naſcit: ⁊ ſicut obdura
ta coꝛpoꝛa ⁊ dura/ nõ obſequunt manibꝫ medicoꝝ:
ſic ⁊ anime obdurate nõ obſequunt verbo dei. Foꝛ-
taſſe enĩ aliqui iã etiã nõ credebant/ tanq̃ nõ eſſent
vera ea que facta ſũt: iccirco dixit: [Uidete ne foꝛte
ſit in aliquo veſtrũ coꝛ magnũ infidelitatis: vt rece
dat a deo viuo:] quippe qm̃ ſermo de futuris nõ eſt
ita credibilis ſicut de p̃teritis: cõmonefacit eos hy-
ſtoꝛie in qua fide opus habebãt. Si enĩ patres ve-
ſtri inquit: quia nõ ſperauerũt: ſicut opoꝛtebat ſpe-
rare: hec paſſi ſunt; multo amplius vos: ad illos enĩ
iſte ſermo factus eſt. Hodie nanqꝫ inquit ſemꝑ eſt:
donec cõſtat mundꝰ: pꝛopterea cõſolamini voſip̃os
per ſingulos dies vſqꝫ quo vocat hodie: hoc eſt/ edi-
ficate inuicẽ: coꝛrigite voſip̃os: ne cõtingãt vobis ſi
milia: ne obduret quiſq̃ ex vobis decipiente pecca
to. Attendite: quia infidelitas pctm̃ fecit: ſicut enim
infidelitas vitã malignã ꝓcreat: ſic etiã anima quã-
do in ꝓfundũ maloꝝ venerit/ cõtemnit: cõtemnens
aũt neqꝫ credere patit: vt ſe timoꝛe liberet. Dixit nã-
qꝫ inquit nõ videbit dñs: neqꝫ intelliget: ⁊ iteꝝ: La
bia noſtra apud nos ſunt: quis eſt noſter dñs. ⁊c. et
iteꝝ: Cuius rei gratia offendit impius deũ? ⁊ iteꝝ:
Dixit inſipiẽs in coꝛde ſuo: nõ eſt deꝰ: coꝛrupti ſunt
⁊ abhoĩabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: nõ eſt timoꝛ
dei ante oculos eoꝝ: qm̃ dolũ operati ſunt in cõſpe-
ctu eius inueniri iniquitatem eius ⁊ odire. chꝛiſtus
quoqꝫ hoc idem dixit: Omnis qui male agit: odit lu
cem: ⁊ nõ venit ad lucẽ. Deĩde ĩfert apl̃us: [Parti
cipes eĩ facti ſumꝰ xp̃i.] Quid eſt participes facti ſu
mus xp̃i? Participamꝰ ex eo inquit vnũ facti ſumꝰ
nos ⁊ ip̃e: ſiquidẽ ipſe caput eſt: nos coꝛpus: cohere
des ⁊ cõcoꝛpoꝛales: vnũ coꝛpus ſumꝰ ex carne eius
et oſſibꝫ eiꝰ: ſi tñ pꝛincipiũ ſubſtantie vſqꝫ ad finẽ fir
mũ teneamꝰ. Quid eſt pꝛincipiũ ſubſtantie? Fidẽ ſi-
gnificat per quã ſubſiſtimꝰ/ ⁊ nati ſumꝰ/ ⁊ eſſentia-
les (vt ita dicã) facti ſumꝰ. Deinde infert: in eo ꝙ di
cit: [Hodie ſi vocẽ eiꝰ audieritis: ne obduretis coꝛ-
da veſtra ſicut in amaritudĩe.] Per hyperbaton di
ctũ eſt: in eo qꝺ dicit. [Hodie ſi vocẽ eiꝰ audieritis
ne obduretis coꝛda veſtra.] Timeamꝰ ne foꝛte ceſ-
ſante pꝛomiſſione: qua ꝓmiſſum eſt intrare in requiẽ
eiꝰ: putet aliquis veſtrũ ſe alienatũ eſſe: etenĩ ſumꝰ
euãgeliſati: ſicut ⁊ illi in eo qꝺ dictũ eſt: [Hodie ſi
vocẽ eiꝰ audieritis.] Hodie enĩ ſemꝑ eſt: ſed nõ pꝛo
fuit ſermo auditꝰ illis qui nõ erant temperati fide
eoꝝ q̃ audierant. Et quõ nõ pꝛofuit? Deinde volẽs
eos terrere/ oſtẽdit hoc ip̃m dicẽs. Quidã enĩ audiẽ
tes amaricauerũt: ſed nõ omnes qui exierũt ex egy-
pto ꝑ Moyſen. Quibꝫ aũt iratus eſt quadraginta
annis? Nõne peccatoꝛibꝫ/ quoꝝ mẽbꝛa ceciderũt in
heremo? Quibꝫ aũt iurauit: quia nõ intrarẽt in re-
quiẽ eiꝰ: niſi infidelibꝫ? Et videmꝰ quia nõ poterãt
intrare per infidelitatẽ: dicens iteꝝ hoc teſtimoniũ
⁊ iterrogationẽ infert: qꝺ facit ſermonẽ apertũ. Di-
xit enĩ inq̃t: [Hodie ſi vocẽ eiꝰ audieritis: nolite ob
durare coꝛda vr̃a: ſicut in amaritudine.] Quoꝝ mẽ
tionẽ facit obduratoꝝ? Quoꝝ infideliũ? Nõne iu-
deoꝝ? Qꝺ aũt dicit tale eſt: Audierũt ⁊ illi inq̃t ſicut
⁊ nos audimꝰ: ſed nihil pꝛofuit illis. Non ergo pu
tetis: quia ex auditu tm̃ p̃dicationis iuuabimi: qꝛ ⁊
illi audierunt: ſed nihil vtilitatis habuere: qm̃ non
crediderũt. Caleph aũt ⁊ Ieſus: quia nõ cõſenſerũt
infidelibꝫ: effugerunt penã que illis illata eſt. Et in
ſpice q̃ꝫ mirabiliter: nõ dixit/ nõ cõſenſerunt: ſed nõ
cõtemperati ſunt: hoc eſt ſine ſeditione diſſenſerunt
illis oĩbꝫ vnã atqꝫ eandẽ ſententiã habẽtibꝫ: hic mi-
hi tñ videt etiã ſeditionẽ quandã ſignificare. Intra
bimꝰ inquit enĩ in requiẽ: nos q̃ credidimꝰ. Et vn-
de hoc certũ? Et intulit: ſecundũ ꝙ dixit: ſicut iura-
ui in ira mea: ſi intrabunt in requiẽ meã. Quanq̃
operibus eius a conſtitutione mundi factis: ⁊ tamẽ
hoc non nos non intraturos manifeſtauit: ſed illos
non intraturos. Id ergo feſtinat oſtendere interim
quia ſicut requies illa nõ ꝓhibet aliã requiẽ dici: ſic

neqꝫ hec illam celoꝝ requiē: interim ergo vult oſten
dere: quia non venerunt illi ad requiem: quia enim
hoc dicit/ addidit: Dixit enī alicubi de die ſeptīa ſic:
Et requieuit deus in die ſeptimo ab omnibꝰ operi-
bus: ⁊ in hoc iterū: [Si intrabunt in requiē meā.]
Uides quomō nō prohibet illā: iſtam eſſe requiem:
Quia ergo relinquit (inquit) quoſdā intrare in illā:
⁊ qui primo euāgeliſati ſunt: nō ingreſſi ſunt per in-
fidelitatē: deinde quandā definit diē: hodie in Da-
uid dicens: poſt tantū tēpus / ſicut p̄dictū eſt. Quid
aūt eſt qđ dixit: Quia enī debent (inquit) aliqui in-
trare: vtiqꝫ illi non intrauerunt: quia vero aliquos
oportet intrare ⁊ debent aliqui intrare: audiamus
vnde hoc certū ſit. Poſt tantos annos inquit: dicit
iterū dauid: [Hodie ſi vocē eius audieritis nō ob
duretis corda veſtra.] Si enī eos ieſus requieſcere
feciſſet nequaq̄ꝫ de alia die loquereꝛ poſtea: certum
eſt ergo: ꝙ futurū eſt quoſdā accipere retributionē:
hec itaqꝫ dixit: Proinde relinquiꝛ ſabbatiſmꝰ po-
pulo dei: vnde ex eo qđ precipitur: [Non obduretis
corda veſtra.] Non enī preciperetur niſi eſſet ſabba
tiſmus: neqꝫ iuberentur talia non facere/ ne eadem
etiā ipſi paterentur: niſi futurū eſſet eos talia pati.
Quid autē talia erant paſſuri: qui paleſtinā prouin
ciam poſſidentes: niſi alia quedā eſſet reqēs: Et be-
ne cōcluſit hunc ſermonē: non enim dixit requies:
ſed ſabbatiſmus: propriū nomē: ad qđ gaudebant/
⁊ cōcurrebant: ſabbatiſmū regnū vocans: ſicut enī
ſabbato ab omnibꝫ malis abſtineri iubeꝛ/ ⁊ illa tm̄
fieri que ad obſequiū dei pertinent: que ſacerdotes
efficiebant: ⁊ que animā iuuabant/ ⁊ nihil aliud: ſic
⁊ tunc: iſte vero non ita eſt ⁊ inquit. Sed quid: Qui
enī intrat in requiē eius: ⁊ ipē requieſcit ab operibꝫ
ſuis: ſicut a proprijs deus: ſic enī deus requieuit ab
operibꝫ ſuis: ſic intrans in requiē eius: quia enī de
reſurrectione illis erat ſermo: hoc deſiderabant ad-
uertere in iſto ſermone: omnia cōcluſit in eo qđ dictū
eſt hodie/ vt nunq̄ꝫ deſperarent ſe intraturos. Con
ſolamini (inquit) vos ipſos per ſingulos dies: hoc ē
acſi quiſqꝫ peccauerit vſqꝫ quo eſt/ hodie ſpem habe
at. Nullus igitur deſperet vſqꝫ quo viuit: maxime
autē (inquit) neqꝫ ſit cor malignū infidelitatis: acſi
etiā ſit/ nemo deſperet: ſed refoueat ſeipm̄/ vſqꝫ quo
non eſt hodie habet occaſionē: hic aūt non ſolam in-
fidelitatē dicit: ſed etiā murmurationes. Quoꝝ mē
bra (inquit) ceciderunt in heremo: deinde vt non pu
tet aliquis: quia abſolute requie fraudabuntur: in
fert ⁊ ſuppliciū/ dicens: Uiuēs quippe eſt verbum
dei/ ⁊ operans/ ⁊ acutius ſuper omnē macherā bis
acutā: ⁊ penetrans interiora anime/ ⁊ ſpiritus com
pagū/ ac medullaꝝ: ⁊ iudex cogitationū/ ⁊ intelli-
gētiaꝝ cordis: hic de gehēna diſputat/ ac de ſuppli
cio. In abſcondita eius (inquit) penetrat: hoc eſt cor
dis noſtri/ ⁊ ſecans animā: nō enī hic cadunt mem-
bra: neqꝫ terre fraudatio eſt ſicut illic: ſed regnū celo
rum/ ⁊ gehenne tradi eterne: ⁊ ſupplicio immortali
⁊ pene: ſed conſolamini voſipſos. Attende manſue-
tudinē ⁊ procliuitatē Pauli: nō dixit increpate: ſed
cōſolamini. Sic nos oportet eis qui per tribulatio
nem anguſtantur accōmodari: hoc ⁊ in epiſtola ſua
ad theſſalonicēſes ſcribens/ dixit: Monete inquie-
tos: de puſillanimis autem non ſic: ſed quid: Uide:
Sed cōſolami puſillanimes: ſuſcipite infirmos: lon
ganimes eſtote ad omnes: hoc eſt/ nō deſperetis: nō
renuncietis. Eū enī qui per tribulationē anguſtaꝛ
qui non cōſolatur/ duriorē facit. [Ne obdureꝛ quiſ
q̄ꝫ ex vobis (inquit)] deceptione peccati. Aut enī de-
ceptionem diaboli dicit: deceptio quippe eſt reuera
vt nihil quis ſperet futuroꝝ: putando quoniā ſine
reciprocatione erunt actꝰ noſtri: ⁊ quia de factis no
ſtris que hic agimus nullā reddemus rationē: neqꝫ
quia erit reſurrectio: ſiue aliter: deceptio eſt ſine vl-
lo eſſe dolore. Dicere quippe quid iam potero/ qui
ſemel peccaui: non habeo ſpem recuperandi meme-
tipſum: deceptio eſt. Deinde ſpem illis excitat dicēs
[Participes facti ſumꝰ] pene dicens. Qui ita nos
amauit/ qui tm̄ nos dignatus eſt: ita vt ſuum nos
faceret corpus: non nos deſpiciet pereuntes. Intel
ligamus (inquit) qualibus rebus facti ſumus: nos
⁊ chriſtus vnū ſumus: non ergo increduli ei exiſta-
mus: ⁊ iterū illud ſignificat quod dictum eſt alibi:
quia ſi tolerabimus/ ⁊ cōregnabimus: hoc quippe
eſt/ participes facti ſumus: eadē participamur que
⁊ chriſtus: hortatur quippe ex vtilibus. [Parti-
cipes (inquit) facti ſumus chriſti.] Deinde hortatur
ex triſtibus: Timeamus ne forte ceſſante promiſſio
ne intrandi in requiē eius putet quiſqꝫ iterū priua-
tum ſe eſſe: illud autē manifeſtū eſt/ ⁊ omnibus cō-
ceſſibile: Fraudauerūt me (inquit) ⁊ viderunt opera
mea quadraginta annis. Uides quia nō oportet ex
petere dominū reciprocationes: ſed ſiue reciprocet/
ſiue nō/ credere illi: illos enī nūc culpat in hoc quia
temptauerunt dominū. Qui enī vult probationes
accipere/ vel virtutis/ vel prouidentie/ vel procura
tionis eius: nec dum credit: neqꝫ potentē eū eſſe neqꝫ
miſericordē: hoc etiā in anterioribus ſcribens ſi-
gnificabat: volens fortaſſis iā virtutis eius: ⁊ quā-
tam pro illis prouidētiā gereret examinationē ⁊ re
dargutionē ſumere in temptationibꝰ. Uides quia
ex infidelitate vbiqꝫ offenditur deus: ⁊ ad indigna-
tionem adducitur: quid ergo inquit: Remanet ſab
batiſmꝰ populo dei. Uide autem quomodo totum
iſtum ſermonē ratiocinatus eſt. Iurauit (inquit) il-
lis prioribus non intrare eos requiem/ ⁊ nō intra-
uerūt. Deīde poſt illos poſt multa tempora loquēs
iudeis dixit: [Ne obduretis corda veſtra: ſicut pa-
tres veſtri.] Certū ergo eſt quoniā eſt alia requies.
Deinde enim que in paleſtina fuit nō poſſet dici: ha
bebāt enim illam: iam de ſeptima die non poſſet di-
ci/ non enī de ipſa diſputabat: ſiquidem multo ante
iam facta erat: aliam igitur quandam ſignificabat
que vera eſt requies. Reuera enim illa eſt requies:
vbi fugit dolor/ triſtitia/ gemitus: vbi neqꝫ ſolli-
citudies/ neqꝫ labores/ neqꝫ agones/ neqꝫ timor ob-
ſtupeſcere faciens/ ⁊ cōmouēs animā: ſed ſolus dei
timor voluptate plenus: nō eſt illic In ſudore vul-
tus tui comedes panē tuū: neqꝫ ſpine: neqꝫ tribuli.
Nō eſt illic/ in triſtitijs generabis filios: neqꝫ ad vi
rum tuū conuerſio tua/ ⁊ ipſe tui dominabitur/ ſed
omnia/ pax/ gaudium/ iucunditas/ voluptas/ bo-
nitas/ manſuetudo. Nō eſt illic inuidia/ neqꝫ zelus
neqꝫ morbus/ neqꝫ mors corporis/ neqꝫ illa que eſt
anime. Non ibi tenebre: neqꝫ nox/ ſemper dies/ ſem
per lux/ ſemꝑ diei claritas. Nō eſt ibi fatigari: non
eſt ibi faſtidiū acciperre/ ſemꝑ in deſiderio bonoꝝ ꝑ-
ſeuerabimꝰ. Uultis vt dē vobis ſimilitudinē quā-
dā illiꝰ ſtatꝰ. Nō eſt quidē poſſibile: verūtn̄ inquā-
tū poſſum conabor dare vobis quandam imaginē



Suſpiciamus in celum/ qn̄ nulla ſe interponit nu-
bes: ⁊ clara eſt omnis eiꝰ corona: deinde ad pulchri
tudinē aſpectꝰ eius aliquantulum temporis perdu
remus/ ⁊ intelligamꝰ/ qm̄ ⁊ ſolum habemꝰ nō qui-
dem tale quale nunc eſt: ſed tanto melius effectum:
quanto luteis tectis aurū eſt melius. Et poſt illud
itē ſuperiꝰ tectū: deinde angelos/ archangelos/ in-
numerabiles populos incorporeaꝝ virtutū: dein-
de ipā dei regna: thronum paternū. Sed nō valet
(ſicut dixi) ſermo exprimere totū/ experimento opꝰ
eſt: per experimentū quippe melius agnoſceꝛ. Quō
putas dic mihi Adā fuiſſe in paradiſo: Ab illa mul-
to erit melior iſta conuerſatio: quantū terra melius
eſt celum: attamē ⁊ aliā ſimilitudinē inquiramus:
Si contingat eū qui nō mō imperat: omnē mundū
obtinere: deinde neqꝫ belloꝝ/ neqꝫ curaꝝ habere vl
lam moleſtiā: ſed in honore eē tm̄: ⁊ delitiari/ ⁊ mul
ta quidē habere tributa vndiqꝫ/ ⁊ aurū illi affluere
⁊ reconditū eſſe: qualē illum putatis animū habere
ſi omīa bella totius terre quieſcere videat: Tale ali
quid erit maius: nequaq̄ꝫ aūt ad ſimilitudinē illius
regni peruenī: propter qđ oportet ⁊ aliam īquirere
intelligentiam. Da mihi aliquē qui ſit ſicut infantu
lus regis: vſqꝫ quo quidē in vulua eſt nihil ſentit: ſi
aūt contingat eū inde egredi: ⁊ in thronū regalē aſcē
dere: nō paulatim/ ſed confeſtim cuncta accipere: ſic
eſt etiā ille ſtatus. Eſt ⁊ alia ſimilitudo: ſi quis vin-
ctus/ ⁊ multa mala paſſus: repente ad regalē ſoliū
rapiatur: ſed neqꝫ ſic integre ꝑtingere potui ad illiꝰ
regni ſimilitudinē. Hic quippe quecunqꝫ quis per
ceperit bona: in prima quidē die acſi ipm̄ regnū di-
xeris: viget in eo amor ⁊ gaudiū: ⁊ in ſecunda die/ et
in tertia: tempore vero procedente permanet quidē
in voluptate: nō tamē tanta: minueꝛ quippe ſemper
ex cōſuetudine qualecunqꝫ bonū iſtud fit. Illic aūt
nō ſolum nō decreſcit: ſed augumentū accipit/ intel
ligentiāqꝫ quantū ſit animā illuc pergentē: nequa-
q̄ꝫ finē bonoꝝ illoꝝ expectare: neqꝫ mutationē: quin
potiꝰ incrementū: ⁊ vitā finē nō habentē: ⁊ vitā omī
periculo liberā: oī merore/ ⁊ cura alienā: plenā gau
dijs/ ⁊ mille bonis. Si enī hic in campū exeuntes/
⁊ tabernacula militū ſpectantes ex velaminibꝫ con
fecta/ ⁊ tela ⁊ galeas/ vel vmbonibus/ ⁊ vmbilicis
ſcutoꝝ reſplendentes: ⁊ rapimur ſpectaculi miracu
lo: ſi vero etiā iā imperatorē nobis cōtigat modicū
videre/ ſiue currentē/ ſiue equitantē in armis aure-
is: vniuerſitatē nos habere putamꝰ. Quid ergo pu
tas/ cū videris ſanctorū tabernacula eterna in celo
confixa: Suſcipiant (inqt) vos in tabernacula eter
na: cū vnūquēqꝫ eoꝝ ſuꝑ radios ſolis videris reful-
gentē: nō ex ere ⁊ ferro: ſed ex illa gloria cuiꝰ cando
rē ⁊ coruſcationes oculus humanꝰ nō poteſt inſpice
re: ⁊ hoc quidē quantū ad hoīes attinet. Quid autē
iā dicā multā militiā angeloꝝ/ archangeloꝝ/ cheru
bin/ ſeraphī/ ſediū/ dominationū/ principatuū/ po-
teſtatū/ quoꝝ pulchritudo inexplicabilis omnē mē
tē excedit: ſed q̄ꝫdiu nō quieſcā in requie incōprehen
ſibili. Que oculꝰ inqt nō vidit: nec auris audiuit: ne
qꝫ in cor hoīs aſcēdit: q̄ ꝑparauit deus diligētibꝫ eū
Proinde nihil miſerabiliꝰ eis q̄ ab iſtis exciderint:
ſed nos efficiamur ex parte btōꝝ: vt obtinere merea
mur bona eterna in xp̄o ieſu dn̄o noſtro: cū quo pa-
tri vna cum ſanctoſpiritu/ gloria/ imperiū/ honor/
nūc ⁊ ſemper/ ⁊ in ſecūla ſeculoꝝ Amen.

Homelia. VII. Ex capitulo. IIII.

**Feſtinemꝰ igiꝛ intrare in illā requiē: vt ne ī idipm̄ exēplū quiſq̄ꝫ īcidat infidelitatis. Uiuꝰ eñi eſt ſermo dei ⁊ efficax: ⁊ penetrabilior ſuꝑ oēm gladiū ancipitē: ⁊ pertigēs vſqꝫ ad diuiſionē aīe ⁊ ſpūs cōpaginū quoqꝫ ⁊ medullaꝝ: ⁊ diſcretor cogitationū et intētionum cordis: ⁊ nō eſt aliqua creatura occulta in cōſpectu eiꝰ. Omīa aūt nuda ⁊ manifeſta ſunt in oculis eius ad quem nobis ſermo eſt.**

Magna quidē res eſt fides ⁊ ſalutaris: ⁊ ſine hac
nō eſt ſaluari aliqn̄: ſed non ſufficit ſola hec: operari
opus eſt/ ⁊ cōuerſatiōe recta: proinde etiā Paulus
admonet eos qui dignationē miſterioꝝ ſuſcipe me-
ruerūt/ dicēs: [Feſtinemꝰ igiꝛ intrare in illā requi-
em.] Feſtinemꝰ (inqt) qm̄ nō ſufficit fides: ſed debet
addi ⁊ vita: ⁊ multū ſtudiū debet adhiberi. Opꝰ eſt
quippe re vera: vt intremꝰ in regna celoꝝ. Si enim
terrā intrare nō meruerūt: qui tantas calamitates
pertulerant in heremo ⁊ terrā apprehendere nō po-
tuerunt: quia murmurauerūt ⁊ fornicati ſunt: quō
nos celum merebimur indifferenter viuētes: Opꝰ
igitur nobis eſt/ ⁊ ſtudio et fide: non vſqꝫ ad hoc tm̄
damnificatio/ vt non intret quis. Non enī dixit: fe-
ſtinemus intrare in requiem/ ne excidamus de tan-
tis bonis: ſed qđ maxime homīes erigit hoc addidit
Quid autem eſt hoc: [Ne in idipm̄ exemplū quiſqꝫ
incidat infidelilatis:] hoc eſt/ vt in mente noſtra ha
beamus illam ſpem ⁊ expectationē: ne ſimiliter ex-
cidamus: quia autem excidimus/ exemplum mani
feſtat: [Ne in idipſum (inquit) incidamus.] Deinde
ne audiens quis in idipſum eandē ipām putet penā
audi quid ſubiungit: [Uiuꝰ enī eſt ſermo dei ⁊ effi
cax: ⁊ penetrabilior ſuper omnē gladiū ancipitem: ⁊
pertingens vſqꝫ ad diuiſionē anime: ⁊ ſpiritus com
paginum quoqꝫ/ ⁊ medullarū/ ⁊ diſcretor cogitatio
num/ ⁊ intentionū cordis.] Hic oſtendit quoniā et
illa idem ipē operatus eſt/ ⁊ viuit: non eſt extinctus
Igitur quoniā ſermonem audiſti ne ſimpliciter acci
pias. [Gladio enim (inquit) eſt penetrabilior.] At-
tenge diſſenſionem Pauli: ⁊ hinc cōſidera pro qua
cauſa opus habuerūt prophete dicere: gladiū rom-
pheā/ ⁊ arcū. Niſi cōuertamini (inqt) rompheā ſuā
vibrauit: et arcū ſuū tetendit: ⁊ parauit illū. Si enī
poſt tanta tempora/ ⁊ poſt perfectionē: nō poteſt no
mīe ſermonis tantū terrere: ſed opꝰ habet etiā iſtis
verbis: vt oſtēdat eminētiā ex cōparatōe: multo ma
gis tunc. [Penetrabilior (inquit) vſqꝫ ad diuiſionē
aīe/ ⁊ ſpūs. Quid eſt hoc: Terribilius aliqđ ſignifi
cauit: aut quia ſpm̄ diuidet ab aīa: aut quia ⁊ ipa ī-
corporea penetrat ⁊ ꝑtingit: nō tm̄ ſicut gladiꝰ cor-
pora. Hic oſtēdit quia ⁊ anima punitur: ⁊ quia inte
riora exanimātur: totum per totum penetrat homi-
nē. [Et diſcretor eſt cogitationum ⁊ intentionum

coꝛdis: ⁊ nō eſt creatura occulta in conſpectu eius.]
hic eos maxime terruit. Ne foꝛte adhuc (inquit) in
fide ſtantes non cū integra ſatiſſactione confiditis:
ipſe que in coꝛde ſunt diſcernet. Ibi enī aſcendet/ et
puniens/ ⁊ examinans. Et quid dico de hominibꝫ?
At ſi angelos dicas: at ſi archāgelos: at ſi cherubin
at ſi ſeraphin: at ſi aliā quālibet creaturā: omnia re-
uelata ſunt oculo eius: omnia aperta/ ⁊ manifeſta:
nihil eſt quod eū poſſit latere. [Omnia nuda ⁊ aper
ta ſunt oculis eius: ad quē nobis ſermo eſt.] Quid
aūt eſt aperta? Ex metaphoꝛa pelliū/ que de pecu-
dibꝫ detrahuntur: ſicut enī cū pecudes occiderit qs
⁊ ex carnibꝰ detraxerit pellem: omnia interioꝛa re-
uelantur: ⁊ aperta ſunt oculis noſtris: ſic ⁊ deo ap-
ta ſubiacent omnia. Tu aūt attēde etiā hoc quomō
ſemper opus habet coꝛpoꝛeis exemplis: qđ fit ex in-
firmitate audientiū: quia enī infirmi erant declara
uit: dicens tardos eos eſſe/ ⁊ opus habentes lacte:
nō ſolido cibo. [Omnia nuda ſunt (inquit) ⁊ aperta
oculis eiꝰ: ad quē nobis ſermo eſt.] Quid eſt in idi-
pſum exemplū infidelitatis? Tanq̄ſi diceret: qua-
re nō viderunt illā terrā pꝛomiſſionis? Quia accipi
entes pignꝰ virtutis dei: opoꝛtebat eos credere ti-
moꝛe magis obediētes: ⁊ nō magna imaginari. An
certe puſillanimitate perierūt? Poteſt aūt aliud di-
ci: quia ⁊ maximā partē itineris ambulantes: cū ad
ipā limina peruenirent: cū ad ipm poꝛtū intrarent:
dimerſi ſunt. Hoc etiā ī vobis (inquit) timeo: hoc ē
in idipm exemplū infidelitatis: qꝛ ⁊ iſti multa paſſi
ſunt: ſicut eis poſt paululū teſtificat̄/ dicēs: Recoꝛ-
damini pꝛioꝝ dieꝝ/ in quibꝫ illuminati eſtis: quan
tū certamē paſſionū ſuſtinuiſtis. Nemo enī puſilla-
nimis ſit: neq̄ in fine renunciās cadat. Sunt enī q̄
in pꝛincipio cū ingenti deſiderio arripiunt aliquid:
poſtea vero paululū quidē vniuerſo adijcere volen
tes vniuerſum amittunt: ſuficienter ex parentibus
noſtris docemur: ne in ſimilia incidamꝰ: ne eadem
patiamur: que illi paſſi ſunt/ hoc eſt in idipm exem-
plum infidelitatis nō reſoluamur inquit: qđ etiam
circa finem dicit. Diſſolutas manus/ ⁊ diſſoluta ge
nua erigite: [ne in ipm exemplū quis incidat:] hoc
enim eſt re vera cadere. Ne deinde audiēs quiſq̄ in
idipm exemplū incidere: eandē moꝛtē ſuſpicaretur:
quā ⁊ illi paſſi ſunt: attende quid dixit: [Viuꝰ enī
eſt ſermo dei ⁊ efficax/ ⁊ penetrabilioꝛ ſup omnē gla
dium ancipitē.] Omni quippe gladio ſeuioꝛ eſt: in
eoꝝ nanq̄ animas incidet ſermo: plagas quaſdam
operās ſeuas: ⁊ pernicioſas inciſiones impoꝛtat: et
harū rerū demonſtrationē adhibere nō opus habet
neq̄ cōficere neceſſariū putat: habens tā manifeſtā
narrationē. Quale nanq̄ bellū (inquit) illos perdi
dit? Qualis gladius? Nōne vltro coꝛruebāt? Nō
enī: quia talia nō ſumus paſſi: ſecuri eſſe debemus.
Vſq̄quo enim hodie dicit̄: licet nobis recreari: ⁊ ne
audiētes/ que ad animā pertinebāt negligētes effi-
cerent̄: addidit ea que ad coꝛpus attinerēt: tunc enī
ſic fit ſicut rex aliquis iudices ſuos maioꝛa peccan-
tes: pꝛimū quidē ſpoliat militia. ⁊ cingulū aufert ac
dignitatē: ⁊ tunc vlciſcit̄: ſic etiā hic gladius ſpiritꝰ
operat̄. Poſt hoc iam de filio diſputat: [Ad quē no
bis (inquit) ſermo eſt.] Quid ē ad quē nobis ſermo
eſt? hoc eſt: Ipſi (inq̄t) reddituri ſumꝰ rationē actuū
noſtroꝝ. Et quō hoc fit? Vt non cadamꝰ (inq̄t) neq̄
puſillanimes efficiamur: ſufficienter quidē etiā illa
nos (inq̄t) docēt. [Habemꝰ aūt ⁊ ſacerdotē magnū
intrantē celos Ieſum filiū dei:] quia ei ꝓpterea ad
didit: Nō enī habemus (inq̄t) ſacerdotē: nō valentē
compati infirmitatibꝫ noſtris: iccirco ſuperius dice
bat [In quo paſſus ē ipē ⁊ temptatꝰ: potens eſt eos
qui temptant̄ adiuuare] Intuere ergo quō ⁊ hic id
ipſum facit. Q̄ aūt dicit tale eſt: venit (inq̄t) per viā
qua ⁊ nos: magis autē ad pꝛioꝛē/ ⁊ omniū hominū
experimentū accepit: illic quippe dicebat: [Non eſt
creatura occulta in cōſpectu eiꝰ.] Diuinitatē ſigni-
ficans: nunc aūt quia de carne loquit̄: humiliter di
ſputat dicens: [Habētes igit̄ pontificē magnū in-
trātē celos]: ⁊ oſtēdit maioꝛē illi eſſe curā de nobis
⁊ qꝛ ſicut ꝓpꝛijs adeſt: ⁊ nō vult eos cadere. Moy-
ſes enī (inquit) nō intrauit in requiē: ipē aūt intra-
uit. Et quō hoc nuſq̄ poſuit mirū ē? Ne viderentur
ſibi excuſationē inuenire: cōpꝛehēdit aūt etiā ipſum
et ne videat̄ accuſare illum virū: aperte illud nō di-
cit. Si enī nihil hmōi dicentē talia aduerſus illum
pꝛoferebant: dicētes cōtra Moyſen/ ⁊ cōtra legem
iſte loquit̄ multo amplius ſi dixiſſet nō eſt paleſtina
ſed celū: maioꝛa de illo dicerent ſed nō totū pontifi-
ci tribuit: ſed etiā a nobis querit. Dico aūt cōfeſſio-
nē. [Habētes (inq̄t) pontificē magnū/ intrātem ce-
los Ieſum filiū dei: teneamꝰ cōfeſſionē eiꝰ.] Qua-
lem cōfeſſionē dicit? Quoniā eſt reſurrectio: q̄m eſt
retributio: q̄m mille bona: quia xp̄s deus eſt: quo-
niā fides recta eſt: hec cōfiteamur: quia vero hec ve
ra ſunt: manifeſtū eſt ex eo: ꝙ pontifex in interioꝛibꝫ
cōſtitutus eſt: nō excidamꝰ: cōfiteamur. Si enim nō
adeſſent: falſus eſſet qui ꝓmiſit: pꝛoinde etiā hoc ve
rū eſt. Quō differunt? Etenī pōtifex noſter magnꝰ
eſt. [Nō enī habemꝰ pōtificē: qui nō poſſit compati
infirmitatibꝰ noſtris.] Nō (inq̄t) ignoꝛat/ que noſtra
ſunt: ſicut multi pōtifices/ qui ignoꝛāt eos qui in tri
bulatiōibꝫ cōſtituti ſunt: ⁊ neq̄ q̄ ſit tribulatio in oī-
bus ſciunt. Impoſſibile quippe eſt ſcire afflictiones
afflictoꝝ: ei qui experimentū afflictiōis nō habuit/
⁊ ſenſibiliter oīa nō ſuſtinuit: pontifex aūt noſter cō
petēter pꝛimū oīa ſuſtinuit: ⁊ tūc aſcendit/ vt poſſit
cōpati. [Temptatū (inq̄t) per omnia ſcđm ſimilitu-
dinē ſine peccato.] Inſpice quomō etiā ſupꝛa idipm
ſimiliter poſuit: ⁊ hic iteꝝ ſcđm ſimilitudinē: hoc eſt
perſecutionē paſſus eſt: ſputa ſuſcepit: accuſatus eſt
detractionē ſuſtinuit: calumnias paſſus eſt: repul-
ſus eſt: in fine crucifixꝰ eſt. [Iuxta ſimilitudinē (in-
quit) ſine peccato:] hic etiā aliq̄d ſignificat. Poſſi-
bile eſt ſine peccato etiā in tribulationibꝫ conſtitutū
degere: ſicut etiā cū dicit in ſimilitudine carnis: nō
hoc dicit quia ſimilitudo carnis fuit: ſed quia carnē
ſuſcepit. Quare ergo dixit in ſimilitudine? Quia de
peccatrice carne loquebat̄. [Similis (inq̄t) fuit car
ni noſtre.] Natura quippe eadē nobis/ peccato ve-
ro nequaq̄ eadē. [Accedamꝰ ergo cū fiducia ad ſedē
gratie eiꝰ: vt accipiamꝰ miſericoꝛdiā/ ⁊ gratiā inue-
niamus in opoꝛtuno auxilio.] Quā dicit ſedē gra-
tie? Sedē ipam regalē: de qua alibi dicit̄: Dixit do
minus dn̄o meo: ſede a dextris meis. Quid eſt acce
damꝰ cū fiducia? Quia pontificē ſine peccato habe-
mus: certantē cū mundo. Confidite (inquit) ego enī
vici mundū: nā qđ dictū eſt: opoꝛtet eū omnia pati
mundū aūt eū eſſe a peccatis: hoc ſignificat: ac ſi nos
ſub peccato ſumꝰ inq̄t: ſed ipē ſine peccato eſt: [Acce
damꝰ ergo cū fiducia.] Sedes aūt gratie: eſt ſedes



iudicij. Nunc pꝛopterea accedamus cum fiducia: vt
accipiamus miſericoꝛdiā qualē querimꝰ. Largitas
quippe eiꝰ eſt hec cauſa ⁊ donū regale. [Et inuenia
mus inquit gratiā ī auxilio opoꝛtuno.] Bene dixit
in opoꝛtuno auxilio: ſi enī nunc inquit accedas: ac-
cipies ⁊ gratiā ⁊ miſericoꝛdiā: opoꝛtune q̄ppe acce-
des. Si aūt tunc acceſſeris: nequaq̄: inanis quippe
erit acceſſio tunc. Nō enī erit tunc ſedes gratie vſq̄
tunc ſedebit rex: cū aūt venerit finis: tunc ſurget ad
iudiciū. Exurge inquit deus iudica terrā. Acceda-
mus ergo cū fiducia: iteꝝ illud dixit: vt nihil habea
mus in cōſcientia malignū/ hoc eſt nō dubitantes.
Nō enī poteſt cū fiducia talis accedere: iccirco dixit:
Tempoꝛe opoꝛtuno exaudiui te: ⁊ in die ſalutis ad
iuui te. Nāq̄ ⁊ nūc poſt baptiſmū peccantes inueni
re penitentiā gratie eſt. Ne aūt audiens illū pontifi
cem putes ſtare: ſtatim eū ad ſedē adducit: pōtifex ei
nō ſedet: ſed ſtat. Vides quoniā ꝙ factus eſt ponti-
fex nō nature eſt: ſed humilitatis ⁊ exinanitiōis: hoc
et nobis nunc opoꝛtunū eſt dicere. [Accedamꝰ cū fi
ducia petentes.] Tm̄ fidē afferamꝰ/ ⁊ oīa tribuit
Modo tempus eſt donoꝝ: nemo de ſeipō deſperet:
tunc eſt deſperationis tempus/ cū thalamus fuerit
clauſus: cū intrauerit rex videre diſcumbētes: cum
venerint ad ſinū patriarche/ qui eo facti fuerint di-
gni: nūc aūt necdū: adhuc quippe theatrū conſiſtit:
adhuc agon permanet: adhuc palma pēdet. [Feſti-
nemꝰ igit̄.] Nā ⁊ paulus dixit: Sic curro: nō qua-
ſi in incertū. Curſu opus eſt: ⁊ curſu valido: qui cur
rit neminē occurrentē ſibi videt: ſiue per pꝛata: ſiue
per aſpera loca tranſeat. Qui currit nō ad ſpectato
res attēdit: ſed ad palmā/ ſiue diuites ſint: ſiue pau-
peres: ſiue detrahat quis: ſiue cedat: ſiue iniuriet: ſi
ue lapidet: ſiue domum diripiat: ſiue filios videat/
aut vxoꝛē: ſiue aliud quid: ad vnū tm̄ feſtinat currē
do: hoc eſt vt accipiat palmā. Qui currit nunq̄ ſtat
nā ſi vel modicū negligat/ totū amittit. Qui currit/
nihil anteponit fini: ſed magis ad eū pertendit: hoc
a me dictū eſt/ ad eos qui dicunt in iuuentute qui-
dem mea ſtudiū habui: in iuuentute ieiunaui: nunc
aūt ſenui: maxime vero religioſitatē augmētare de
buiſti: nemo mihi veteres virtutes enumeret: nunc
magis viget quis: ⁊ in iuuentute firmꝰ nō eſt. Qui
enī coꝛpoꝛalē iſtum currit curſum: Recte dicit: quia
canicies eū appꝛehendit: ⁊ nō valet ſimiliter curre-
re: quia omnis agon in coꝛpoꝛe conſtitutus eſt. Tu
vero ob quā cauſam curſum minues? Hic enī animo
opꝰ eſt: animo erecto: anima quippe in ſenectute po
tius cōfoꝛtat̄: tūc viget: tunc exultat. Sicut enī coꝛ-
pus vſq̄quo febꝛibꝫ detinet̄: ⁊ ſubſequentibꝫ egre-
tudinibꝫ ac ſi ſit validū tamē affligit̄: cū aūt liberatū
fuerit ab obſeſſione moꝛboꝝ recreat pꝛopꝛiā virtutē
ſic etiā aīa in iuuentute febꝛibꝫ laboꝛat/ ⁊ amoꝛ gl'e
opp̄mit eā ⁊ delitiaꝝ ⁊ venereaꝝ reꝝ ⁊ aliaꝝ multa
rū imaginationū: cū aūt ſenectus aduenerit: omnes
has paſſiones effugat: al's per ſatietatē: al's per phi
loſophiā cōſtrictus. Has quippe ſuas coꝛpoꝛe rela
xat ſenectus: nec ſi velit anima illis vti permittit: ſꝫ
ſicut hoſtes diuerſos recludens: veluti in loco a tur
bis libero collocat: ⁊ multā ei operat̄ tranquillitatē
⁊ timoꝛē inducit amplioꝛē: ac ſi nullꝰ in quietet aliꝰ
Verūtamē qui conſeneſcunt ſciunt/ quoniā moꝛitu
ri ſunt: ⁊ quia vtiq̄ appꝛopiquauerūt moꝛti. Quā-
do igitur cupiditates huius ſeculi excludunt̄: tribu
nalis aūt expectatio ſubintrat/ ⁊ difficultatē q̄ erat
ad credendū demollit: nonne magis attentioꝛ effici
tur ſi voluerit? Quid ergo inquit cū viderimꝰ a iu-
uenibꝰ ſenioꝛes peioꝛes: nimietatē malitie mihi di-
cis. Nā ⁊ in furioſo videmꝰ nullo impellente vltro
ire per p̄ceps. Quando ergo ſenex curationē habet?
Non enī pōt dicere delicta iuuentutis mee/ ⁊ igno-
rantie/ ne memineris. Qui enī in ſenectute ita furio
ſus eſt: oſtendit quia ⁊ in iuuentute nō per ignoꝛan-
tiam: non per imperitiā: non per etatē talis fuit: ſed
per negligentiā. Iſte quippe poteſt dicere delicta iu
uentutis mee/ ⁊ ignoꝛantie ne memineris: qui in ſe
nectute cōpetētia gerit: qui pꝛocedente etate mutat̄
Si aūt ⁊ in ſenectute ita inhoneſtus eſt: quomō di-
gnū eſt huiuſmodi ſenē appellari? qui neq̄ etati re-
uerentiā exhibet? Qui enī dicit peccata iuuentutis
mee ne memineris: veluti in ſenectute coꝛrectꝰ/ hec
dicit. Non igitur ex his que in ſenectute contingūt:
fraudes teipm a venia etiā coꝝ que in iuuentute fe-
ciſti. Quomō enī non eſt abſurdū: ⁊ ſupꝛa veniā qđ
fit: vt ſenex in taberna ſedeat/ ſenex ad circū feſtinet:
ſenex ad theatrū aſcendat: velut pueri currentes cū
plebe. Vere cōfuſio eſt ⁊ irriſio: vt canicie quidē oꝛ-
nentur extrinſecus: intrinſecus autē intellectū ha-
beant puerilē. Et ſiquidē iniuriet illū iuuenis: ſta-
tim canos in mediū pꝛoferet dicēs: Vel canis iſtis
exhibe reuerentiā: ſi vero tu eis nō exhibes reueren
tiam iā ſenex: quomodo iuuenem tuos canos reue-
reri deſideras? Non reuereris inquis hos canos: ſꝫ
tu eos confundis. Deus te honoꝛauit: candoꝛem ca
pilli dedit. Pꝛimatum habere conſeſſus quid pꝛo-
deſt? Illum honoꝛē quomō reuereatur iuuenis: cū
te viderit amplius laſciuie deditū? Canicies quip-
pe tunc eſt venerabilis: quando ea gerit que caniciē
decent. Cū vero iuueniliter conuerſatur: plus iuue
nibus ridiculoſus erit. Quomō poteritis vos iuue
nes admonere: dū vos ſenes ebꝛiemini per inconti-
nentiā veſtrā? Nō enī nunc irridens ſenioꝛes hec di
co: ſed iuuenes magis irrideo. Qui enī hec agitis: at
ſi ad centeſimū veniatis annū mihi iuuenes videmi
ni: ⁊ ſimiles pueris. Iuuenes enī at ſi modicā diſci-
plinā accipiant ⁊ coꝛrigantur: ſenioꝛibus melioꝛes
ſunt. Et nō iſte ſermo meus: ſed ⁊ ſcriptura hanc no
uit diſcretionē. Senectus enī inquit honoꝛabilis:
nō multi tempoꝛis: ⁊ etas ſenectutis vita immacu
lata. Etenī nos honoꝛamꝰ: nō quia coloꝛē candidū
habet: ideo ab nigro coloꝛe amplius honoꝛamꝰ: ſed
quia indiciū eſt vite in virtute pꝛouecte: ⁊ videntes
ex hoc conijcimus interioꝛē ſenectutē: ſi vero contra
ria ſenectuti geſſerint: irriſibiles fiūt pꝛopter hoc po
tius. Nam ⁊ regē honoꝛamꝰ/ ⁊ eius purpurā ⁊ dia
dema: quoniā iſta ſigna ſunt pꝛincipatus: ſi vero vi
derimus illū cū purpura cōſpui: ab armigeris ſuis
conculcari pꝛefocari/ in cuſtodiā mitti/ diſſipari: nū
quid reueremur tunc purpurā: aut diadema? Non-
ne ⁊ ipm ſcema ploꝛabimꝰ? Noli ergo ꝓpter canos
velle honoꝛari: quando ipſe illos iniurias: nā ⁊ ipſi
vlciſci ſe debent: quoniā ſcema ſplendidū/ ⁊ honoꝛa
bile confundis: nō aduerſus omnes hec dicimꝰ: ne
q̄ aduerſus ſenectutē abſolute nobis ſermo eſt: non
enī furioſus effectus ſum: ſed aduerſus animā iuue
nilē/ que ſenectutē confundit. Inde pꝛo ſenibꝫ dolē-
tes hec dicimus cōfundentibꝫ canos. Rex quidē eſt
ſenex ſi voluerit: ⁊ ab eo qui purpurā habet/ magis

regalis eſt: dū paſſiones animi vicerit: ⁊ velut armigeros ſubijcit paſſiones. Si vero abſtrahatur ⁊ deijciatur a ſolio / ⁊ amoris pecuniarū / ⁊ ornādi corpꝰ ⁊ delitiarū / ⁊ ebrietatis / ⁊ iracundie: ⁊ venerearū rerum ſeruus effectus: ⁊ habeat oleo comptos: ⁊ totā etatē ſuā per malā volūtatē iniuriet: quali pena nō ſit dignus huiuſmodi? Sed non efficiamini tales o iuuenes: neqꝫ vobis peccantibus venia tribuetur. Quare? Quoniā licet tibi ſenē eſſe in iuuentute: ſicut in ſenectute ſunt iuuenes: ſic etiā ecōtrario. Sicut illic neminē capillus albꝰ ſaluat: ſic neqꝫ hic nigellus capillus impedit. Si enī inhoneſtiorē hec q̄ dixi ſenē faciunt: multo amplius q̄ꝫ iuuenē: verūtamen nec iuuenis alienus eſt a culpa. Juuenis quippe ibi tm̄ habere veniā poterit dū imprudens fuit: dum tempore indiget ⁊ experientia: cū aūt opꝰ erit temperantiā aut fortitudinē demonſtrare nequaq̄ꝫ neqꝫ quando opus erit a pecunijs abſtinere. Nā eſt vbi magis plus ſene iuuenis culpatur. Jlle quippe multa curatione opus habet: debilitāte illū ſenectute: iſte autem fortis ē ſi voluerit ſeipſum regere. Qualem veniā mereat̄ cum rapit amplius q̄ꝫ ſenex cum tenet malū in corde: dum non adiuuat ſenē: dū multa ſuperflua loquitur: dum iniuriat: dū maledicit: dum inebriatur? Si aūt de temperantia putat non poſſe culpari: attende illū: ⁊ ibi multa adiutoria habentē: ſi tm̄ voluerit / at ſi enim non validiꝰ eū / q̄ꝫ ſenē cupiditas ſtimulet: tamē ſunt multa in q̄bus magis q̄ꝫ ſenex poterit laborare: vt beſtiā illā īcantet. Que ſunt iſta? Labores / lectiones / vigilie: ſed quid ad nos hec inquis / qui nō ſumꝰ monachi? hec mihi dicis: dic paulo cū dicit: Uigilantes in oī patientia ⁊ oratione cū dicit: Carnis curā ne feceritis in concupiſcentijs. Non enī monachis hec ſcribebat tm̄: ſed omnib; qui erant in ciuitatib;. Non enī ſecularis homo debet aliquid amplius habere monacho: q̄ꝫ cum vxore concūbere tm̄. Hic enim habet veniā: in alijs aūt nequaq̄ꝫ: ſed omnia equaliter ſicut monachi agere debēt. Nam ⁊ beatitudines que a chriſto dicunt̄ / non monachis tm̄ dicte ſunt: alioquin totus mundus peribit: ⁊ accuſabimus crudelitatē dei. Si vero beatitudines ſolis monachis dicte ſunt: ſecularē aūt hominē impoſſibile eſt eas implere: cū ip̄e nuptias iuſſit: ip̄e ergo omnes perdidit Si enī nō poteſt ea cū nuptijs / que monachorū ſunt implere: omnia perierunt / ⁊ corrupta ſunt: ⁊ in anguſtū concluſit ea que virtutis ſunt. Et quomō honorabiles ſunt nuptie q̄ nos tm̄ impediunt? Quid ergo? Poſſibile eſt / ⁊ valde poſſibile: etiam habentes vxores virtutē aggredi: ſi voluerimꝰ: Quō? Si habentes tanq̄ꝫ non habentes ſimus: ſi non gaudeamus in his que poſſidemꝰ: ſi mundo vtamur: tanq̄ꝫ nō vtentes. Si aūt aliqui impediti ſunt: ex nuptijs ſciant: quoniā nō nuptie illis impedimentū fuerūt: ſed voluntas que male vtitur nuptijs. Nā neqꝫ vinū facit ebrietatē: ſed mala voluntas ⁊ exceſſus moderationis. Utere cum moderatione nuptijs / ⁊ primus eris in regno / ⁊ omnib; frueris bonis: que omnia nos contingat promereri: gratia ⁊ miſericordia domini noſtri Jeſu chriſti / cum quo patri vna cum ſanctoſpiritu / gloria / imperium: honor: nunc ⁊ ſemper / ⁊ in ſecula ſeculorum Amen.

## Homelia. VIII. Ex capitulo. V.

**Omnis nanqꝫ pontifex ex hominibꝰ aſſumptus: pro hominibus conſtituitur in his q̄ ſunt ad deū: vt offerat dona ⁊ ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit his qui ignorant ⁊ errant: quoniā ⁊ ipſe circūdatus eſt infirmitate: ⁊ propterea debet queādmodū pro populo: ita etiam ⁊ pro ſemetipſo offerre pro peccatis**

Uult oſtendere iā beatꝰ Paulus q̄ꝫ multo meliꝰ eſt teſtamentū hoc q̄ꝫ vetus. Facit hoc ergo: hoc longius a ſuperiorib; inſtruens ⁊ preſeminās ratiocinatiōes. Quia enī nihil erat corporeū / neqꝫ imaginariū: vtputa nō templū: nō ſctāſctōꝝ: nō pontifex tantā habēs cōſtructionē: nō obſeruatiōes legales ſed altiora ⁊ perfectiora omīa ⁊ nihil corporeū: totū aūt in ſpiritalib; erat: ſpiritalia vero nō ſic introducunt infirmos ſicuti corporalia: propterea omnem iſtum mouet ſermonē: ⁊ intuere ſapientiā. Primo a pontifice facit initiū: ⁊ frequenter eū pōtificē vocat: ⁊ ex hoc primū oſtēdit differentiā: iccirco definit primū quid eſt pontifex: ⁊ demōſtrat que pertinent ad pontificē: ⁊ ſigna hec / ſigna ſunt pontificatus. Occurrebat aūt ei qm̄ neqꝫ generoſius erat: neqꝫ ex tribu pontificali: neqꝫ in hac terra ſacerdos: quō ergo pontifex inquit. Et ſicut in epiſtola ad romanos incredibilē ſermonē ſuſcipiens: fides operat̄ / qd̄ non valuit totus labor legis: neqꝫ cōuerſatiōis ſudor: ⁊ reffugit ad patriarchā: ⁊ ad illud tempꝰ totū redigit: ſic etiā hic ad alterā ſacerdotij viā pergit: ex his que iā dicta ſunt / eā proponēs. Et ſicut in ſupplicijs nō ſolū gehennā proponit: ſed etiā que in patrib; cōtigerunt: ſic etiā hic primū ex preſentib; hoc cōfirmat. Oportebat quidē ab excellētib; terrēis fidē facere: ſed qn̄ infirmi fuerint auditores / econtra fit. Interim que ſunt cōmunia ip̄a ponit prima: ⁊ tūc oſtēdit qm̄ eminet. Eminētia quippe que eſt ſcd̄m cōparationē ſic fit vt in quibuſdā cōmunicet: in quibuſdā aūt excellat: ſi vero non / nequaq̄ꝫ ſcd̄m comparationē fit. [Omīs ſacerdos ex hominib; aſſumptꝰ:] hoc cōmune eſt xp̄o: [pro hominib; cōſtituit̄.] Et ad hoc: [vt offerat dona ⁊ ſacrificia pro populo.] ⁊ hoc ſed non totū: reliqua vero nō ſunt cōmunia. [Qui poſſit cōdolere his qui ignorāt ⁊ errāt.] Hic iā excellētia eſt [Et ip̄e quippe circūdatꝰ eſt infirmitate: ⁊ propter hanc debet ſicut pro populo: ſic pro ſe offerre pro peccatis.] Deinde ⁊ aliū ab alio dicit fieri / ⁊ nō ip̄e: inſilit etiā hoc cōmune. [Et nō ip̄e ſibi aſſumit honorē ſed vocatꝰ a deo ſicut ⁊ aaron.] Hic aliud preſtruit accurate: qm̄ a deo eſt miſſus. Surſum enī atqꝫ deorſum cū iudeis diſputās: et xp̄s hoc dicebat: Qui miſit me maior me eſt: ⁊ a meip̄o nō veni. Hic mihi videtur etiā iudeoꝝ ſacerdotes ſignificare: tanq̄ꝫ nō extantes ſacerdotes: ſed inſilientes: ⁊ legē ac ſacerdotiū corrumpētes: ſic ⁊ xp̄s nō ſeip̄m glorificauit / vt pontifex fieret. Ubi ergo ordinatꝰ eſt inqt aarō? Quippe ordinatꝰ eſt ſepius in ſigno virge: ⁊ quādo ignis deſcendit ⁊ cōſumpſit eos qui inſilire ſacerdotio voluerūt. Hic autē cōtra ſe habet nō ſolum nihil paſſi: ſed etiā probabiles paruerūt. Unde ergo ex ꝓphetia hoc oſtēdit? Nihil habet ſenſibile: nihil viſibile: iccirco ex prophetia ⁊ ex futuris nihil aſtruit: ſꝫ q̄ locutꝰ eſt ad eū inquit: [Filiꝰ meꝰ es tu: ego hodie genuite.] Et quid hoc ad filiū? et multū inquit. Preſtructio eſt eo q̄ ordinatus a deo ſit: ſicut ⁊ alibi dicit: Tu es ſacerdos in eternū: ſcd̄m ordinē melchiſedech. Ad quē dictū eſt hoc? Quis eſt ſcd̄m ordinem melchiſedech? Nullus aliꝰ: omēs enī ſub lege erāt: omēs ſabbatiſabāt: oēs circūcidebant̄: nullū potuerūt aliū quenq̄ꝫ oſtēdere. [Qui in diebus carnis ſue / preces ⁊ ſupplicationes ad eū: qui potēs eſt eū ſaluare de morte: cū clamore forti / ⁊ lachrymis offerēs: exauditꝰ ē pro ſua reuerētia. Et quāq̄ꝫ eſſet filiꝰ didicit ex his que paſſus eſt obediētiā.] Uides qm̄ nihil aliō facit: niſi curā de nobis illum habere aſſerit: ⁊ excellentiā charitatis eius oſtēdit. Quid ſibi vult q̄ dicit cū clamore forti? Nuſq̄ꝫ hoc euangelium dicit: neqꝫ quia lachrymatꝰ eſt orās: neqꝫ quia vocē emiſit. Jntueris quomō humilitatis erat deſcenſio? Non enī dixit quia orauit: ſed quia cum clamore forti. [Et exauditus eſt inquit pro reuerentia ſua. Et quanq̄ꝫ eſſet filius didicit ex his que paſſus eſt obedientiā: ⁊ perfectus factus eſt: omnibus obedientib; ſibi cauſa ſalutis / appellatus a deo pontifex: ſecundū ordinē melchiſedech.] Eſto: quia cū clamore. Quare aūt ⁊ forti ⁊ lachrymis? Offerens inquit exauditꝰ eſt pro ſua reuerētia quid dicis? Erubeſcāt heretici filius dei pro reuerentia exaudiebat̄ Et quid amplius de prophetis: quis dixerit? Qualis aūt ordo eſt q̄ dixit: exauditus eſt pro reuerētia. Et quanq̄ꝫ eſſet filiꝰ didicit ex his que paſſus eſt obedientiā? Hec de deo quis dicat. Quis ita inſaniet? Quis ita demens iſta loquatur. [Exauditus autē pro reuerētia ſua didicit ex his que paſſus eſt obedientiā.] Qualē obedientiā? Qui vſqꝫ ad mortem antea fuit obediens ſicut patri filius: quomō poſtea didicit? Uides quia de incarnatione dictū eſt: qd̄ autē dicit tale eſt. Dic aūt mihi: nū patrē orabat vt ſaluaret̄ a morte: ⁊ propter hoc triſtis erat / ⁊ dicebat: Si poſſibile eſt / tranſeat a me calix iſte? Minime. Quippe pro reſurrectione orabat patrē: ſed ecōtra ip̄e pronunciat (dicens: Soluite templū hoc: ⁊ ego in trib; dieb; ſuſcitabo illud: ⁊ Poteſtatē habeo ponēdi animā meā: ⁊ poteſtatē habeo iterū ſumendi eā. Nemo aufert eā a me: ego a meip̄o ponā eā. Quid ergo eſt? quare orabat ⁊ iterū dicebat: Ecce aſcendimꝰ hieroſolymā: ⁊ filius hominis tradetur pontificib; et ſcribis / ⁊ damnabūt eū morte: ⁊ tradent eū gentibꝰ ad illudendū: ⁊ crucifigendū: ⁊ tertia die reſurget: ⁊ nō dixit quoniā reſuſcitat pater. Quid ergo? Non pro hoc orabat: ſed pro aliquib; orabat qui crediderant in eū. Quod aūt dicit tale eſt: exaudit̄ facile quoniā quippe necdū de eo opinionē habebant cōpetentē: ideo dixit / ⁊ exauditꝰ eſt: ſicut ⁊ ip̄e conſolans diſcipulos ſuos / dixit: Si diligeretis me / gauderetis vtiqꝫ: quia vado ad patrē: ⁊ pater meꝰ maior me eſt Quō aūt nō ſeip̄m glorificauit: q̄ ſeip̄m exinaniuit: qui ſeip̄m tradidit: ſeip̄m inquit ꝓ peccatis noſtris: ⁊ itē: Qui ſeip̄m dedit redemptionē pro omnibꝰ nobis. Quid ergo eſt? Jntueris quia propter carnem que humilia ſunt loquit̄ de ſeip̄o: ſic etiā hic: Et quāq̄ꝫ eſſet filiꝰ: pro reuerētia inquit exauditꝰ eſt. Uult oſtendere eius eſſe magis affectū / q̄ꝫ gratie dei. Tāta inquit erat eius reuerētia: vt etiā propterea eum reuereretur deus. [Didicit inqt obedire deo.] Hic iteꝝ oſtēdit quātū lucrū paſſionū ſit. [Et perfectꝰ inquit factus eſt: obedientib; ſibi cunctis cauſa ſalutis.] Si aūt ille filius extans: acquiſiuit ex paſſionib; obedientiā: multo magis nos. Jntueris quāta de obedientia diſputat: ita vt ad obedientiā eos adduceret. Uidentur enī mihi occultare ſeip̄os: ex his que paſſus eſt inquit frequēter didicit obedire deo: ⁊ perfectus per paſſiones. Hec eſt integra perfectio et per hec venire ſolet ad perfectionē. Non ſolū ip̄e ſaluatꝰ eſt: ſed etiā alijs facta eſt abundātia ſalutis Saluatꝰ enī inquit factus eſt obedientibꝰ ſibi cauſa ſalutis / appellatus a deo pontifex ſcd̄m ordinem melchiſedech. [De quo plurimꝰ nobis erit ſermo: ⁊ difficilis ad interpretandū:] Uenturus ad differētiam pontificatꝰ: primo eos increpat / oſtēdēs quia ⁊ tanta iſta humilitatis deſcēſio lacerat. Et quia adhuc paruuuli erant: ampliꝰ immorat̄ huic ſermoni qui eſt ſcd̄m carnē: ⁊ veluti de aliquo iuſto diſputat Et attende quia neqꝫ tacuit omnino de verbo: neqꝫ locutꝰ eſt. Jllud quidē vt eoꝝ intelligentiā ſubleuaret: ⁊ perſuadeat etiā ip̄os perfectos eſſe: ⁊ nō fraudarentur magis dogmatib;: illud autē obruat eorū mentē. [De quo plurimꝰ nobis ſermo erit inquit ⁊ difficilis ad interp̄tandū: quia imbecilles facti eſtis auditu.] Quia illi non audiūt: propterea difficilis ad interpretandū eſt eiꝰ ſermo. Quando enim quis cū hominibꝰ loquit̄ non valentibꝰ aſſequi: neqꝫ q̄ ſibi dicunt̄ intelligere / interp̄tari eis nō poteſt. Sed forte quiſq̄ꝫ veſtrū qui hic aſtāt mirat̄ hanc cauſam: ſi propter hebreos ip̄e impeditus eſt perfectū audire ſermonē. Fortaſſis enī etiā hic preter paucos multi ſunt tales ita vt poſſet hoc ⁊ de vobis dici: verum tamen propter paucos dico. Ergo ne ſiluit aliquid: an iteꝝ idip̄m repetiuit in conſequentibꝰ: ⁊ idē ip̄m egit ſicut in epiſtola ad romanos. Etenim ⁊ ibi primū increpans ſilere faciens contradicētes / ⁊ dicēs O homo tu quis es qui reſpondeas deo? Deinde ſolutionē infert. Ego vero eū neqꝫ omnino ſiluiſſe / neqꝫ dixiſſe arbitror: vt ad deſideriū adduceret auditores. Mentionē q̄ppe faciēs: ⁊ dicēs quedā maiora contineri in hoc ſermone: attende quomodo cū laude facit deſideriū. Hoc quippe eſt ſemper ſapientie Pauli: difficilia bonis intermiſcens: quod etiam in epiſtola ad galathas fecit dicens: Currebatis bene quis vos impediuit: ⁊ ſine cauſa tanta paſſi eſtis: ſi tamē ſine cauſa? Et itē: Certus ſum de vobis in domino. Hoc etiā ⁊ circa iſtos facit. Certꝰ aūt ſum de vobis meliora ⁊ ſalutē habentia. Duo nanqꝫ iſta facit: neqꝫ dimittit eos decidere quidem: aliorū exempla valentia erant auditorē erigere / ⁊ ad emulationem adducere. Quando enī aliquis a ſeipſo exemplū habet: ⁊ ſeip̄m emulare videtur. Amplius iam poſſibile quiddam introducit̄: ⁊ hoc etiam oſtendit: ⁊ non dimittit veluti valde accuſatꝰ decidere: neqꝫ veluti malos ſemper extantes: ſed quia ⁊ aliquādo fuerunt etiam boni. [Etenim debebatis eſſe doctores inquit propter tempꝰ.] Hic oſtendit ante multum tempus eos crediddiſſe: oſtendit etiam quia ⁊ laici debent docere. Attende ergo eū frequenter parturientem: ad introducendū ſermonē de pontifice / et ſemper differentē. Audi q̄ppe quomodo cepit. [Ha

bentes pontificē magnū intrantē celos.] Et tranſiens hinc dixit qualiter ſit magnus. Deinde inquit: [Omnis enī pontifex ex hominibꝰ aſſumptus: pro hominibus conſtituitur: in his que ſunt ad deū.] et iterū: [Sic ⁊ chriſtꝰ non ſeipm̄ glorificauit/ vt fieret pontifex ineternū: ſcd̄m ordinē melchiſedech.] ⁊ iterū differt/ dicens: [Qui in diebꝰ carnis ſue preces ⁊ ſupplicationes offerens.] Quia igitur totiēs diſtulit: veluti excuſans inquit: Cauſa ex vobis eſt pape quanta differentia. Debentes alios docere/ neqꝫ ſimpliciter diſcipuli ſunt: ſed diſcipuli extremi [Etenim debentes eſſe doctores propter tempus: iterū opus habetis/ vt doceat vos aliquis elementa principij ſermonū dei.] Hic humanitatem dicit: ſicut enī in litteris ſecularibꝰ primū elementa diſcūtur: ſic etiam hic primū de humanitate docebantur. Intueris que ſit cauſa: vt humilia loquat̄. Sic etiā cū athenienſibus fecit diſputans Paulus/ dicēs: Tempora ignorantie cōtemnens deus: nunc precipit hominibus omnibus vbiqꝫ penitere: ſcd̄m ꝙ cōſtituit diē: in qua iudicaturus eſt mundū cū iuſtitia in viro in quo definiuit: fidem tribuens omnibꝫ exſuſcitans eū a mortuis. Propterea ſi aliquid altū dicit/ breuiter hoc dicit: humilia vero plurimis epiſtole locis aſpergit: ⁊ ſic que alta ſunt oſtendit. Nā que humilia ſunt valde: nō permittunt vt ipa de diuinitate ſuſpicemur: ſic ⁊ hic cautelā exhibuit. Debilitas autē quid operetur: in epiſtola ad corinthios ſignificauit dicens: Cum enī ſit in vobis emulatio ⁊ contentio: nōne carnales eſtis? Intuere itaqꝫ mihi ſapientiā Pauli: q̃ꝫ magna eſt/ quomodo proportionaliter ſemper/ ⁊ apte ad ſubiectas paſſiones accedit. Illic enī infirmitas ex peccatis q̃ꝫ plurimū cōtingit: magis autem ex ſolis peccatis: hic autē non ex peccatis tm̄: ſed etiā ex tribulationibus frequentibus. Iccirco ⁊ verbis vtitur quibꝰ hec oſtendatur differentia: non dicens carnales facti eſtis: ſed imbecilles. Illic carnales: hic autē maior dolor. Illic enī non poterant ſuſtinere: vtpote carnales: iſtic autem poterant. Dicere enim: [Quia imbecilles facti eſt auditu.] ſignificantis erat: quia primū ſani erāt: fortes: alacritate feruētes: quod etiā illis poſtea teſtificatur. [Et facti eſtis opus habentes lacte: non ſolido cibo.] Semper enim lac humilē ſermonē vocat: ⁊ illic: ⁊ hic. [Debentes enim inquit doctores eſſe propter tempus.] Propter hoc magis exoluti eſtis/ ⁊ ſupini effecti: propter hoc maxime debebatis eſſe fortes propter tempꝰ. Lac autē vocat/ quia debilibus congruit: hoc autē perfectis contrarium eſt/ ⁊ noxiū: vt in iſtis immorent̄. Proinde nō oportebit legalia nunc inferre: neqꝫ ex eis facere comparationem: quia pontifex ſacrificauit: ⁊ orauit voce ⁊ deprecatione. Attēde igitur quomodo nos iſta monent: ſed illos tunc nutriebant: ⁊ nequaq̄ꝫ eos mouebant: igitur cibus verus eloquia dei. Dabo enī illis inquit famē non panis/ neqꝫ ſitim aque: ſed famem audiendi verbum domini. [Lacte vos potaui/ non eſca.] Non dixit nutriui: oſtendens quoniā lac non eſt cibus: ſed ſicut in pueris minoribus qui non poſſunt pane nutriri: tales enī potum non accipiunt: ſed ipe potus illis pro cibo datur. Non dixit opus habentes: ſed effecti eſtis opus habentes lacte/ nō ſolido cibo. Hoc vos voluiſtis: voſmetipos ad hoc redegiſtis: ⁊ ad hanc neceſſitatē. [Omis enī qui participat̄ lacte/ expers ē verbi iuſtitie.] Quid autem eſt expers verbi iuſtitie? Quid eſt verbū iuſtitie? Hic mihi videtur ⁊ vitā ſignificare: quod etiā xp̄s dicebat: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſq̄ꝫ ſcribarum ⁊ phariſeorum. Hoc etiam iſte dicit expers verbi iuſtitie: hoc eſt ſupne philoſophie expers non poteſt ſuſcipere ſummā vitam ⁊ integrā: aut iuſtitiam. Hic enim chriſtum dicit: ⁊ altū de eo ſermonem: quia ergo imbecilles facti erāt hec dixit: vnde autem hoc facti erant/ non addidit/ ipſis illis ſciendum dereliquit: nolens moleſtū facere ſermonē. In epiſtola vero ad Galathas: ⁊ miratus eſt ⁊ mouebatur: quod multo amplius eſt ad ſolatiū: tanq̄ꝫ nūq̄ꝫ tale aliquid fieri ſperans: hoc enim eſt dubitatio. Uides aliam eſſe puſillitatē: aliā perfectionē: efficiamur hac perfectiōe perfecti: licet enim ⁊ paruulis ⁊ iuuenibus ad illam venire perfectionē: non enī nature eſt: ſed virtutis. [Perfectorū aūt eſt ſolidus cibus eorū qui exercitatos habent ſenſus ad diſcernendum bonū ⁊ malū.] Non habebant illi ſenſus exercitatos: neqꝫ ſciebant bonū ⁊ malū. Nunc non eſt ei ſermo de vita: quando dicit ad diſcretionem boni ⁊ mali: hoc enim omni homini poſſibile eſt ſcire ⁊ facere: ſed de dogmatibus ſanis/ atqꝫ excelſis/ ⁊ corruptis/ atqꝫ humilibus. Paruulus neſcit probū/ probabilemqꝫ cibum diſcernere: ſepius enim ⁊ cinerem in os ſuū mittit: ⁊ noxium ſuſcipit/ ⁊ omnia indiſcrete facit: ſed non eſt hoc perfectorum: tales enim ſunt qui omnibus ſimpliciter intendunt: ⁊ indifferēter auditus ſuos tradunt: quod mihi videtur etiam in iſtis culpare: veluti qui ſimpliciter lactabantur: et nunc quidē iſtis: nunc autē illis ſe prebentes: quod ⁊ circa finē huius epiſtole ſignificauit/ dicens: Doctrinis varijs ⁊ nouis non tranſferimini: hoc eſt ad diſcretionē boni et mali. Palatū enim ſapores diſcernit ciborū: anima vero probat ſermones: ⁊ nos igitur hoc diſcamus. Nec ſi audieris: quia nō eſt paganus/ non eſt iudeus: ſtatim putes eſſe chriſtianū: ſed examina/ ⁊ alia cuncta. Nam ⁊ manichei/ ⁊ omnis hereſis hanc ſibi perſonā impoſuit: ſic decipiūt ſimplices. Sed ſi habuerimus ſenſus anime exercitatos ad diſcretionem boni ⁊ mali: poterimus huiuſmodi diſcernere. Quomodo autē fiunt ſenſus noſtri exercitati? Ex vſu ſcripturarū: ex frequenti auditione. Quando enim proponimus eorū errores/ et hodie audieris/ ⁊ craſtina probaueris nō bene ſe habere/ cuncta doceris/ cūcta cognoſcis: ⁊ ſi hodie nō aſſequeris: cras aſſequeris. [Sēſus inquit exercitatos habētes]. Uides quia oportet exercitari auditum noſtrum frequenti auditione diuinarum ſcripturarum: vt nulla nouitate expaueſcamus. Exercitatum inquit ad diſcretionem: hoc eſt peritum eſſe. Alius quidem dicit non eſſe reſurrectionem: alius autem nihil futurorū expectat: alius alterum dicit deum: alius ex maria dicit eū habere pricipiū. Intuere confeſtim: quomodo ex immoderatiōe omnes ceciderunt: alij quidē ſemper modū excedentes: alij autē intra modū ſe coartantes: vtputa prima quidē omniū hereſis fuit martionis: illa alterū deū introduxit qui nō erat: exceſſit modū. Poſt illam ſabellij filium et ſpiritū et patrem vnū eſſe/ dicens. Deinde marcelli ⁊ fotini: etiam iſti hec eadem predicantes. Et pauli ſamoſitani de maria dicēs eū habere principium. Deinde manicheorum: iſta enim aliquantulum noua poſt illas. Item arrij: ſunt autem ⁊ alie. Propter hoc fidē ſuſcipimus: vt non cogamur decem milia hereſes ⁊ laborē habere: ſed ſi quid addere aut detrahere illi quis molitꝰ fuerit: hoc notum eſſe iudicemus. Sicut enī qui regulas didicerūt nō compellūt decem milia metra ſcrutari: ſed illud qd̓ traditum eſt/ cuſtodire iubent: ſic ⁊ in dogmatibus ſed nemo vult ad ſcripturas attendere. Si enim aduerteremus: nō ſolum non incideremus in fallaciā ſed etiam alios deceptos inde liberaremus: ⁊ de periculis abſtraheremus. Miles enī fortis nō ſibi ſoli ſufficere poteſt: ſed etiam iuxta ſe extantē cuſtodire: ⁊ ab hoſtiū malitia liberare. Nunc aūt neqꝫ que ſunt ſcripture quidam ſciunt: ſed ſpiritus quidē ita diſpenſauit/ vt cuſtodiantur. Et attendite vt diſcatis antiquitꝰ dei in nos miſericordiam: inſpirauit Moyſi/ ⁊ tabulas lapideas ſcripſit: detinuit eum quadraginta diebꝫ in monte: et iterū tantis/ vt daret illi legem. Poſt hec autē prophetas miſit/ multa milia ſeua paſſi ſunt: irruit bellū: iterempta ſunt omnia ⁊ dirupta/ incenſi libri. Inſpirauit iterū aliū virum: vt mirabiles illas ſcripturas repararet: Eſdram dico: et ex reliquijs illarum componere fecit. Poſt hec diſpēſauit vt interpretarentur eas ſeptuaginta: interpretati ſunt illi. Uenit et chriſtus ſuſceperunt eas apoſtoli: diſſeminauerūt eas per omēs. Signa et miracula fecit chriſtus. Quid aūt poſt tāta opuſcula: ſcripſerunt etiā apoſtoli/ ſicut et Paulus dixit: ad admonitionē noſtram ſcripta ſunt: in quos finis ſeculorū aduenit. Et chriſtus iterū dicebat: Erratis neſcientes ſcripturas: ⁊ iterū: Scrutamini ſcripturas. Et Paulꝰ itē dicebat: Per patientiā ⁊ conſolationē ſcripturarū ſpem habeamus. Et iterū: Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt. Item: Sermo chriſti habitet in vobis habūdāter. Et propheta: In lege eiꝰ meditabitur die ac nocte. Et alibi iterū: Omis expoſitio tua ſit in lege altiſſimi. Et itē: Quā dulcia faucibus meis verba tua. Non dixit auditui meo: ſed faucibus meis ſuper mel ⁊ fauū ori meo: et moyſes: Meditaberis inquit in illis ſemper/ exurgens/ ſedens/ et dormitū iens: in eis perſiſte inquit. Et decē milia quiſqꝫ reperiet de his. Et tamē poſt tanta ſunt quidā/ qui neqꝫ ſciunt quid ſint ſcripture: propterea igitur nihil ſaluū nihil vtile apud nos fit. Etenī ſi aliquis ea que ad militiā pertinēt ſcire voluerit: neceſſe eſt vt leges militares quis diſcat. Et ſi quis gubernatoriam diſciplinā/ vel fabricā lignariā diſcere voluerit: aut aliquid aliud: neceſſe eſt eū que ad artē pertinent diſcere: hic aūt nihil tale volunt: ⁊ hoc hac diſciplina plurima vigilantia opus habēre. Quia enī hec ars eſt doctrina opus habens: aduerte prophetā dicentē: Uenite filij audite me: timorē domini docebo vos. Uere doctrīa opꝰ eſt dei timori. Deīde dixit: Quis eſt hō qui vult vitā/ ⁊ cupit videre dies bonos. ⁊c̄. Uitā que illic erit dicit. Et iterū: Abſtineat linguā ſuā a malo: ⁊ labia eiꝰ ne loquātur dolū: querat pacem/ ⁊ ſequat̄ eā. Nūquid ſcitis quis hec dicit? An propheta: an hyſtoriographus: an apoſtolꝰ: an euāgeliſta? Nō arbitror preter paucos: ſed ⁊ iſti ipi iterū ſi proferamꝰ teſtimoniū aliunde: idem qd̓ vos patiemur. Etenī dico eundē ipm̄ ſermonē alijs verbis. Lauamini mūdi eſtote: auferte malignitatē veſtrā ab animabꝰ veſtris in conſpectu oculorū meorū: diſcite bonū facere: exquirite: abſtinete linguā a malo: ⁊ facite bonū: diſcite bonū facere. Intueris quia doctrina opus habet virtus. Iſte quidē dicit: Timorē dn̄i docebo vos: ille aūt: Diſcite bonū facere. Nunquid nā ſcitis vbi hec latent? Nō arbitror pter paucos. Uix tamē per vnāquāqꝫ ſeptimanā: ſecūdo aut tertio hec vobis legunt̄. Aſcendēs enī qui legit: primo dicit librū cuiꝰ eſt: illius verbi gratia prophete aut illiꝰ: ⁊ tunc dicit. Proinde annotata vobis eſſe debebant: ⁊ nō ſolū ipm̄ textū debebatis ſcire: ſed ⁊ cauſas eorū/ que ſcripta ſunt: ⁊ quis hec dixerit: ſed omnia ſine cauſa ⁊ ſuperuacue. Omnis enī feſtinatio in his que ad vitā hanc pertinēt euacuat̄: de ſpiritualibꝫ aūt nulla ratio eſt: propterea nobis neqꝫ illa pro voto proueniūt: ſed plurime etiā ibi difficultates. Chriſtus quippe dixit: Petite regnū dei/ et hec omīa apponentur vobis. Et hec quidē in appoſitōis parte dicit datū iri: nos aūt ordinē puertimꝰ ⁊ petimꝰ terrā: ⁊ bona ī terra: tāq̄ꝫ illis ī additiōis loco tribuēdis nobis: iccirco neqꝫ iſta neqꝫ illa habemus. Euigilemꝰ aliquando ⁊ efficiamur futurorū deſideratores: ſic etiā iſta ſequētur. Impoſſibile eſt nanqꝫ eū qui que dei ſunt querit: nō etiā que humana ſunt aſſequi. Sententia eſt ipiꝰ veritatis hoc dicentis. Nequaq̄ꝫ igit̄ aliter faciamus: ſed equanimiter feramꝰ voluntatē xp̄i/ ne ab omnibꝫ excidamꝰ. Deus aūt potēs eſt cōpaginare vos: ac meliores facere in chriſto Jeſu domino noſtro: cum quo patri/ vna cū ſanctoſpiritu/ gloria/ imperiū/ honor: nunc ⁊ ſemper/ ⁊ in ſecula ſeculorū Amen.



Homelia. IX. Ex capitulo. VI.

## Qapropter intermittentes inchoationis chriſti ſermonem: ad perfectionē feramur: non iterū fundamentū ponentes penitētie ab operibus mortuis ⁊ fidei ad dominū: baptiſmatū doctrine: impoſitionis quoqꝫ manuū: ac reſurrectōis mortuorū: ⁊ iudicij eterni. Et hoc faciemus: ſi quidē permiſerit deus.

Audite quanta hebreos culpauit Paulus: volētes ſemper diſcere eadē ipa: ⁊ merito. Debentes enī inquit eſſe doctores propter tempus: iterū opus habetis qui vos doceat: que ſint elemēta principij ſermonū dei. Timeo ne etiā ad vos iſta dicendi tempꝰ ſit: quia debentes eſſe doctores propter tempꝰ: neqꝫ diſcipulorū gradū habetis: ſed ſemp eadē ipa audiētes: ⁊ de eiſdē ipis: tanq̄ꝫ ſi nihil audieritis ſic diſpoſiti eſtis. Et ſi vos quiſqꝫ interrogauerit: nemo veſtrū poterit reſpōdere: preter admodū paucos/ ⁊ facile numerabiles: hoc aūt nō eſt paruū damnū. Sepiꝰ quippe doctorē volentē in anteriora procedere: ⁊ ſecretiores altioreſqꝫ ſermones attingere/ nō permittit inhabitudo diſcentiū. Sicut enī apud magiſtros ludi: ſi ſemper puer elementa audiens nō teneat/ ſemp illi neceſſitas erit eadē ipſa inſonare puero ⁊ nō ceſſabit antea docēs: vſqꝫ quo illa ītegre value

rit dicere. Enĩuero ſtulticie maioris eſt: vt qui pri-
ma nõ bene impoſuerit: ad alia velit puerũ adduce-
re: ſic itaqꝫ ⁊ in eccleſia ſi ſemper eadẽ dicentibꝫ: no-
bis nihil ampliꝰ ediſcatis: nunq̃ꝫ eadẽ dicẽdo ceſſa-
bimꝰ. Si enĩ oſtentatiõis nobis eſſet ratio/ ⁊ amor
laudis: neceſſe eſſet ſemꝑ tranſilire ⁊ preterire: nihil
curantes veſtri gratia: ſed plauſus veſtros tm̃ appe
teremꝰ. Quia vero nõ hoc ſtudiũ nobis ꝓpoſuimꝰ:
ſed omnia pro veſtro iuuamĩe laboramꝰ: nõ quieſci
mus de eiſdẽ ipis vobis ſemꝑ diſputare: q̃ꝫdiu illa ĩ
habitu ꝑcipiatis. Ceterꝝ poſſem plura ⁊ de pagano-
rũ ſuperſtitiõe dicere: ⁊ manicheorꝝ: ⁊ martioniſta-
rũ: ⁊ fortiter eos percutere/ gratia dei adiuuãte: ſed
nõ habet tempus ſermo. Eis enĩ qui necdũ que ſua
ſunt integre ſciũt/ ⁊ necdũ didicerũt: quia multa ap
petere malũ eſt: quomõ quis dicat hmõi rationes:
⁊ ad alia deducat ante tempꝰ? Nos ergo nõ que ſci
mus eadẽ ipa dicentes: ſiue perſuademꝰ/ ſiue non.
Timeo tñ ne frequenter eadẽ ipa dicẽdo: ſi nõ audi
atis maiorẽ inobedientibꝫ cõdemnationẽ operemur
Non quidẽ ad omẽs hoc dicit̃. Scio enĩ plurimos
iuuatos ex iſto cõuentu: qui iuſtiſſime forſitan illos
culpent: veluti inſidiantes eis ꝓpter ꝓpriã indocili-
tatem/ ⁊ inhabitudinẽ. Speramus tamẽ: quia nec
ipi ledent̃. Frequenter enĩ eadẽ ipa audire/ ⁊ ſcienti
bus prodeſt: qd enĩ nouimꝰ/ ac ſi ſepiꝰ audiamus/
ampliꝰ cõpungimur: vtputa ſcimꝰ quia bonũ eſt hu
militas: ⁊ quia ſepiꝰ de illa locutꝰ eſt xp̄s: ſed quã-
do etiã iſta verba audimꝰ/ ⁊ diſputationes eorꝝ: am
plius quid patimur/ licet millies audiamꝰ: oportu
nũ itaqꝫ eſt: ⁊ nos vobis ſic nũc dicere: [Quapro-
pter relinquẽtes initiũ ſermonis xp̄i: ad perfectionẽ
feramur.] Quid eſt initiũ ſermonis? Ipe in ꝯſequẽ
tibꝫ ponit/ dicẽs: [Ne iterꝝ fundamentũ inq̃t conſti
tuentes penitẽtie ab operibꝫ mortuis: ⁊ fidei ad deũ
baptiſmatũ doctrine/ impoſitiõis manuũ/ reſurre-
ctõis mortuorꝝ/ ⁊ iudicij eterni.] Si aũt hoc initiũ
eſt: quid aliud eſt doctrĩa noſtra/ q̃ꝫ penitere ab ope-
ribꝫ mortuis: ⁊ per ſpm̃ ſctm̃ accipere fidẽ in reſurre
ctionẽ mortuorꝝ/ ⁊ iudicij eterni? Quid aũt ẽ initiũ?
Nihil aliud q̃ꝫ hoc: Initiũ inquit eſt cũ vita nõ ade-
rit integra. Sicut enĩ cũ q̃ ad doctrinã litterarũ in-
ducit̃: elemẽta oportet primũ audire: ſic ⁊ chriſtianũ
hec ſcire ĩtegre/ ⁊ nihil dubitare de iſtis. Si aũt opꝰ
habuerit horꝝ doctrinã: nec dũ fundamentũ habet.
Firmũ enĩ oportet ⁊ fixũ eſſe/ ⁊ ſtare/ ⁊ nõ transferri
Si aũt quiſq̃ꝫ verbũ veritatis audiuit/ ⁊ baptiſatꝰ
eſt: et poſt ãnos decẽ de fide iterꝝ audire opꝰ habet:
quia credere oportet reſurrectionẽ mortuorꝝ: necdũ
fundamentũ habet: iterũ initiũ xp̄ianitatis querit.
Quia enĩ fides fundamentũ eſt: cetera vero ſupere-
dificationes: aduerte ipm dicentẽ: Ego fundamen
tũ poſui/ alius ſuperedificat. Siquis ſuperedificat
ſuꝑ fundamentũ hoc/ aurũ/ argentũ/ lapides p̄cio-
ſos/ ligna/ fenũ/ ſtipulã. [Ne iterꝝ inquit fundamẽ-
tũ cõſtituẽtes penitẽtie ab operibꝫ mortuis.] Quid
aũt eſt ad perfectionẽ feramur? Ad ipm inq̃t trãſea-
mus iã cacumẽ: hoc eſt/ vitã optimã habeamꝰ. Si-
cut enĩ in elementis vniuerſum apex primꝰ: hoc eſt
alpha cõtinet: ⁊ fundamentũ edificiũ totũ continet:
ſic ⁊ vite munditiã ſatiſfactio/ q̃ eſt circa fidẽ cõtinet
Sine iſta enĩ nõ põt eſſe xp̄ianus: ſicuti ſine funda-
mento edificiũ: neqꝫ ſine elemẽtis peritꝰ litterarꝝ fie
ri põt. Sed ſi quiſq̃ꝫ ſemꝑ circa elementa cõuerſetur

⁊ non circa edificiũ: nunq̃ꝫ illi quicq̃ꝫ amplius erit.
Tu aũt ne putes diminutã eſſe fidẽ: ꝓpter qd elemẽ
tũ vocata eſt. Omnis enĩ virtus ipa eſt: cũ enĩ dicit
Omnis qui participat̃ lacte: expers eſt ſermonis iu
ſtitie: paruulus enĩ eſt: nõ lac eã appellat: ſed ambi-
gere adhuc de his q̃ in illa ſunt: hoc eſt infirmi ani-
mi/ ⁊ ſermonũ plurimorꝝ indigentis. Dogmata enĩ
iſta ſunt ſana. Perfectũ enĩ illũ vocamꝰ: qui cũ fide
vitã habet rectã: ſi aũt quiſq̃ꝫ fidẽ quidẽ habet: agat
autẽ maligna: ⁊ de iſta ipſa fide ambigat/ ⁊ iniuriet
ipam doctrinã: merito eũ dicimꝰ paruulũ ad initiũ
redeuntẽ. Proĩde at ſi mille annos in fide habeamꝰ
⁊ firmi non ſumus in ea paruuli ſumꝰ: quando vitã
fidei nõ cõuenientẽ oſtendimꝰ: quando fundamen-
tũ adhuc cõſtituimus. In iſtis aũt nõ ſolũ vitã: ſed
etiã aliud culpat: veluti cõmotis ⁊ opus habentibꝫ
fundamentũ conſtituere ab operibꝫ mortuis. Eum
quippe qui ab alio ad aliud tranſmutat̃: ⁊ hoc qui-
dem dimittentẽ: illud aũt aſſumentẽ: primũ oportet
culpare/ vt a tali affectione recedat: et tunc venire
ad aliud. Si aũt illã primũ affectionẽ habiturꝰ eſt:
quomodo ad aliud veniet? Quid ergo inquit de le-
ge? Culpauimꝰ illam: iterꝝ ad ipam recurrimꝰ: hoc
non eſt mutabilitas. Etenĩ etiã hic legẽ habemꝰ: le-
gem ergo inquit euacuamꝰ per fidẽ? Abſit: ſed legẽ
ſtatuimꝰ. Ego autẽ de malignis rebꝫ dixi. Qui enĩ
ad virtutẽ iturꝰ eſt: primũ malitiã debet culpare/ ⁊
tunc aggredi. Non enĩ ſufficiebat penitentia mun-
dos eos oſtendere: propter hoc confeſtim baptiſabã
tur: vt quod impoſſibile illis erat operari ꝑ ſe: hoc
per dei gratiã fieret. Neqꝫ ergo penitẽtia ſufficit ad
mundationẽ: ſed opꝰ eſt ſuſcipere baptiſma: quia er-
go baptiſma venire oportebat: primũ culpat eos q̃
peccauerunt ⁊ adiudicat: ⁊ ſic de hoc loquit̃. Quid
aũt eſt baptiſmatũ doctrina? Nõ tanq̃ꝫ multorꝝ ba-
ptiſmatũ: ſed vnius. Quare ergo pluraliter hoc di-
xit? Dicendo enĩ: [Ne iterꝝ fundamentũ cõſtituẽtes
penitentie:] Opus habuit etiam hoc dicere: veluti
opꝰ habẽtibꝫ iterũ baptiſari: ⁊ iterꝝ catheſizari/ ⁊ ite-
rũ baptiſmũ doceri q̃d agere deberẽt: q̃d nõ deberẽt
ꝓpterea vero pluraliter dixit volens eis ſignificare
quia ſi iterũ opus haberent mũdari/ incorrigibiles
permanerent. [Et impoſitionis inquit manuum.]
Sic quippe ſanctũ ſpiritũ accipiebant/ imponẽtes
eis palã manus. [Reſurrectiõis quoqꝫ mortuorꝝ]
Hoc enĩ in baptiſmate fit: ⁊ in confeſſione firmatur
[Et iudicij eterni.] Quare autẽ hoc dixit? Quoniã
fortaſſis poſſent moueri iam credentes/ vel maleui-
uere ⁊ negligenter. Dicit euigilate: non eſt dicere:
quia negligenter viuimꝰ/ iterũ baptiſabimur: iterꝝ
catheſizabimur: iterũ accipiemꝰ ſpiritũſanctũ. Si
enĩ nunc a fide deciderimꝰ: iterũ poterimus bapti-
ſari/ peccata abluere/ ⁊ eadẽ bona percipere: que pri
mo acceperamus: erratis inquit iſta putãtes. [Im
poſſibile nanqꝫ eos qui ſemel illuminati ſunt: guſta
uerũt quoqꝫ donũ celeſte: ⁊ participes facti ſpiritꝰ-
ſancti: ⁊ bonũ nihilominus guſtauerunt verbũ dei
virtuteſq̃ꝫ ſeculi futuri: ⁊ prolapſi ſunt rurſus ad pe-
nitentiã renouari: rurſum crucifigentes filiũ dei ſi-
bimet ⁊ oſtentui habentes.] Sed vide q̃ꝫ reuerẽter
⁊ renũciatiue incipit: [Impoſſibile eſt inquit.] Nõ
iam ſperes quod impoſſibile eſt. Nõ enim dixit nõ
decet/ neqꝫ prodeſt/ neqꝫ licet: ſed impoſſibile eſt: er-
go in deſperationẽ eos adduxit. [Si ſemel illumi-



nati eſtis inquit.] Deinde adiungit: [Et guſtaue-
runt donũ celeſte.] Si guſtaſtis inquit donũ cele-
ſte: hoc eſt remiſſionẽ. [Et participes facti eſtis ſpi-
rituſſancti: ⁊ bonũ guſtaſtis verbũ dei.] Hic doctri-
nam dicit. [Et participes facti eſtis ſpirituſſancti:
⁊ virtutes futuri ſeculi guſtauerũt.] Quid dicit vir
tutes: aut miracula facere/ aut pignus ſpirituſſan-
cti. [Et cadentes iterũ renouari ad penitentiã/ cru-
cifigentes ſibi filiũ dei/ ⁊ oſtentui habẽtes.] Reno-
uari dixit in penitẽtia: hoc eſt/ per penitentiã: in pe
nitentia quippe/ per penitentiã ſignificat. Quid er
go? Excluſa eſt penitentia? Non penitentia excluſa
eſt: abſit: ſed renouatio per lauachrũ regenerationis.
Non enĩ dixit: impoſſibile eſt renouari in penitẽtia:
ſed tacuit: quõ tamen impoſſibile eſt/ adiunxit iterũ
crucifigentes. Renouari/ hoc eſt nouũ fieri: nouos
quippe facere lauachri eſt. Renouabitur inquit ſi-
cut aquile iuuentus tua. Penitentie autẽ illud eſt/
vt qui vetuſti facti ſunt/ ⁊ veterauerunt ex peccatis
liberentur a vetuſtate: et alteri quodãmodo fiant.
Ad illam tamẽ claritatẽ adduci eos impoſſibile eſt:
illic nanqꝫ totũ gratia eſt. [Crucifigentes iterũ in-
quit/ ſibimetipis filium dei/ ⁊ oſtentui habentes.]
Quod dicit: hoc eſt baptiſma crux eſt/ ⁊ ſimul cruci
fixus vetus homo noſter. Conformes enim facti ſu
mus ſimilitudini mortis eiꝰ. Et iterum: Conſepul
ti eſtis ei per baptiſmũ in mortẽ. Sic enĩ impoſſibi-
le eſt ſecundũ crucifigi chriſtũ: hoc enĩ eſt oſtentui eũ
habere. Si enĩ mors ei iam nõ dominabitur: ſi re-
ſurrexit reſurrectione/ victor factꝰ eſt mortis: ſi mor
te mortẽ expugnauit: deinde crucifigeretur: fabule
ſunt cuncta illa ⁊ oſtentus. Proinde qui ſecũdo ba-
ptiſat: ſecundo eũ crucifigit. Quid aũt eſt iterũ cru-
cifigentes? Sicut enĩ mortuus eſt chriſtus in cruce
ſic ⁊ nos in baptiſmate: non carni: ſed pc̄tõ. Intue-
re nũc mortẽ ⁊ mortẽ. Ille mortuꝰ eſt in carne nr̃a:
vetꝰ aũt hõ ſepultꝰ eſt: ⁊ reſurrexit nouꝰ: cõformis
factus ſimilitudini mortis eius. Si ergo neceſſe eſt
baptiſari: iterũ neceſſe eſt rurſum eundẽ ipm mori.
Baptiſma enĩ nihil aliud eſt/ q̃ꝫ interitus eius qui
baptiſatur/ ⁊ reſurrectio illius. Et bene dixit: [Si
bimetipſis crucifigentes.] Qui enim hoc facit ve-
luti prioris gratie oblitus: ⁊ negligenter ſuã vitam
diſponens: tanq̃ꝫ ſi ſit ſecundũ baptiſma: ſic omnia
gerit: iccirco animaduertere opus eſt: ⁊ cautelam ex
hibere. Quid eſt: [Et guſtauerunt donũ celeſte?]
Nonne hoc eſt remiſſionẽ peccatorum guſtare? Hoc
quippe ſolius dei eſt preſtare: ⁊ gratia ſemel eſt gra-
tia. Quid ergo? Permanebimus in peccato: vt gra
tia abundet? Abſit. Si autẽ per gratiam ſaluandi
ſumus: nunq̃ꝫ erimꝰ boni. Cum enĩ vna ſit gratia/
⁊ ſic negligentes ſumus: ſi ſciremus quia iterũ poſ-
ſibile eſſet lauari a peccatis: quando ceſſaremꝰ pec-
cantes? Omnino nõ arbitror. Multa hic oſtendit
eſſe dona: ⁊ vt cognoſcas: digni facti eſtis inquit tã
te remiſſionis. Qui enĩ in tenebris ſedebat: qui ini-
micus erat ⁊ hoſtis: qui alienus erat a deo: qui deo
odibilis ⁊ perditus: iſte repente illuminatus ſpiri-
tu dignus effectus dono celeſti: adoptione regni ce
lorum: ⁊ alijs bonis miſterijs inenarrabilibꝰ: ⁊ ne-
qꝫ ſic melior factus eſt: ſed dignus permanet perdi-
tione. Percipiens autẽ ſalutẽ ⁊ honorẽ: veluti qui
multa laborauerit: quomõ poterit huiuſmodi iterũ
baptiſari? Duobus igitur modis hanc cauſam im-

poſſibilẽ eſſe dixit: ⁊ fortiorẽ modũ poſtremo poſuit
Uno quidẽ modo: quia nõ eſt dignus qui talibꝫ di
gnus factus eſt/ ⁊ cuncta perdidit/ que ſibi donata
ſunt iterꝝ renouari: ⁊ quia poſſibile eſt nõ eũ iterum
crucifigi: hoc enĩ eſt oſtentui habere chriſtũ: non eſt
igitur ſecũda lauatio: nã ſi eſt: eſt ⁊ tertia: eſt ⁊ quar-
ta. Prima nanqꝫ a ſecunda diſſoluitur: et hoc ſemꝑ
ab altera: ⁊ hoc in infinitũ procedat neceſſe eſt. [Et
guſtauerunt inquit bonũ dei verbũ.] ⁊ non aperit
quid ſit hoc. [Uirtutes etiã futuri ſeculi.] Uiuere
quippe ſicut angeli/ ⁊ nullius egere eorꝝ que in iſta
vita ſunt: ſcire qm̃ futuri ſeculi fructũ ꝓuiſio nobis
efficit̃: per ſpiritũ ſanctũ hec diſcere conceditur: ⁊ in
de abdita illa ingredi: que ſunt virtutes futuri ſecu
li/ virtus eterna/ angelica conuerſatio. Horũ quip
pe pignꝰ accipimꝰ per fidẽ/ per ſpm̃. Dic igitur mi
hi ſi in regnũ cuiuſdã regis introducto cuncta tibi/
que ibi ſunt crederent̃: deinde proderes omnia/ cre-
derentur tibi iterũ. Quid ergo eſt inquis? Nõ eſt pe
nitentia. Eſt penitentia: ſed baptiſma aliud non eſt
Penitentia vero eſt ⁊ multã habet fortitudinẽ: etiã
in eũ qui peccatis valde demerſus eſt. Si voluerit
poteſt eũ liberare ex onere peccatorũ/ et periclitantẽ
in tuto conſtituere: ac ſi ad ipm fundũ iniquitatis ꝑ-
uenerit: ⁊ hoc ex multis manifeſtũ eſt. Nunquid enĩ
qui cadit inquit nõ reſurget: aut qui auertitur non
reuertitur? Eſt ergo ſi voluerimꝰ cõformari chriſtũ
in nobis iterũ. Audi enĩ Paulũ dicentẽ: Filioli mei
quos iterũ parturio/ donec chriſtus reformet̃ in vo
bis. Tantũ intremꝰ in penitentiã/ videamuſqꝫ dei
clementiã. Oportebat nos omni ratione puniri ab
ipo initio: quia et legẽ accipientes naturalẽ/ decem
milibus bonis fruentes: dominũ noſtrũ ignoramꝰ
⁊ vitã immundã viximus: ⁊ non ſolũ non puniuit:
ſed etiã multa milia bona largitus eſt: tanq̃ꝫ ſi mul-
tos labores perfecerimꝰ. Et iterũ excidimꝰ: ⁊ neqꝫ
ſic punit: ſed dedit penitentie medicinam: qua poſſit
omĩa peccata noſtra delere ⁊ exterminare/ tm̃ ſi cõ-
ſideremꝰ hoc medicamentũ quale eſt/ aut qualiter
oportet apponere. Quale ergo eſt iſtud medicamen
tum penitentie/ ⁊ qualiter cõficitur? Primo excul-
pando propria peccata. Iniquitatẽ inquit meã non
celaui: ⁊ pronunciabo aduerſus me iniquitatẽ meã
domino: ⁊ tu abſtuliſti impietatẽ cordis mei. Et ite
rũ: Dic iniquitates tuas priꝰ/ vt iuſtificeris. Et ite
rum: Iuſtus ſeipm accuſat in initio ſermonis. Se-
cundo aũt ex humilitate multa: ſicut enĩ ſeries que-
dam aurea: ſi initiũ ſumpſerit/ omnia cõſequentur.
Si enĩ cõfeſſus fueris peccatũ tuũ: ſicut oportet cõ
fiteri/ humiliatur anima. Cõſcientia quippe ea ad
ſe conuertens/ humilẽ eã facit. Oportet autẽ ⁊ alia
addere humilitatis: ſi talis erit/ qualẽ beatus Da-
uid ſciebat/ dicens: Cor contritũ ⁊ humiliatũ deus
non ſpernit. Quod enĩ contritũ eſt non erigitur: nõ
percutit: ſed ad mala patiendũ paratũ eſt: ipm vero
non erigitur. Talis eſt etiã cõtritio cordis: ſiue enĩ
iniuriet̃: ſiue patiatur: ſilet ⁊ non impellitur ad vin
dictam. Poſt humilitatem autẽ oratione opus eſt:
intentis lachrymis multis per diem ⁊ noctem. La
uabo inquit per ſingulas noctes lectum meũ: et in
lachrymis ſtratum meum rigabo in gemitu meo: ⁊
iterum: Quia cinerem ſicut panem comedi: et potũ
meum cum fletu miſcebam. Poſt orationem autem
ſic intentam/ opus eſt elemoſyna multa. Medica-

mentum enī fortius quod maxime operetur in penitentiā: hoc eſt/ ⁊ ſicut in preceptis medicine/ et adiutorijs eſt medicamentū / multas quidem herbas accipiens: vnā autem dn̄antiſſimā: ſic ⁊ in penitentia iſta herba dominantior ⁊ potentior eſt/ ⁊ vniuerſum ipa efficit. Audi enī quid dicit diuina ſcriptura: Date elemoſynā ⁊ erunt vobis omnia munda: ⁊ iterum: Elemoſynis ⁊ fide mundantur peccata: et ignem inflammatū extinguit aqua / ⁊ elemoſyna extinguit peccata magna. Deinde opus eſt nulli iraſci neqꝫ malum tenere: omnibus dimittere peccata. Homo inquit homini cuſtodit iram: ⁊ a deo querit ſalutē? Dimittite vt dimittatur vobis: ⁊ conuertite fratres ab errore. Uade enī inquit/ ⁊ conuerte fratres tuos: vt dimittantur peccata tua: et ſi circa ſacerdotes germane ſe quis habeat: at ſi peccatum inquit quis fecit dimittetur: ſi aſſit iniuſtitiā patienti non habere furorē: omnia manſuete portare: vide quomodo anteqꝫ diſcerneris: quia poteſt per penitētiam dimitti peccatū: velut in agone cratis: quoniā non eſt aliud lauacrum / ⁊ deſperabatis de vobis/ tunc agnoſcentes per quantā penitentiā ⁊ remiſſio impletur. Et quia poterimus omnia effugere: ſi voluerimus ea competenter vti: qualē merebimur veniam; qui neqꝫ in cogitationē venimus peccatorum noſtrorū? Si enim hoc eſſet omnia perficeremus: ſicut enim qui ianuā ingreſſus fuerit / iam intus eſt: ſic quando propria quis cogitat mala/ etiā ad curationem eorū vtiqꝫ veniet. Si autem dicat peccator ſum: non autē ea recogitet cōſiderans ⁊ dicat: quia hoc ⁊ hoc peccaui/ nunqꝫ ceſſabit/ ſemper quidē confitens / correctionis curam nunqꝫ faciens. Si enim principiū poſueritis / vtiqꝫ etiā cetera conſequentur ſiue ingreſſum ſiue initium quis oſtenderit. Ubiqꝫ enī principia ⁊ exordia difficilia ſunt. Hec ergo primū conſtituamꝰ / ⁊ omnia facilia erunt ⁊ leuia. Incipiamus igitur rogo: ⁊ alter quidē orationes protelando: alter ſepius lachrymando: alter ſeipm̄ humiliādo: neqꝫ enī hoc paruū eſt/ vel inutile. Uidi eī inquit quia contriſtatus eſt/ ⁊ proceſſit triſtis/ ⁊ curaui vias eius. Humiliemus aūt noſtras animas elemoſynas faciēdo / ⁊ dimittendo in proximis peccata / ⁊ non retinendo malū / ⁊ non vindicando. Si enim cogitemus frequenter que a nobis peccantur nihil nos in ſuperbiam poterit eleuare: eorū que exterius aduenunt /non diuitie/ non potentia/ non principatus non honor: ſed etiā ſi in ipſo habitu regali ſedeamus / gememꝰ amare. Nonne ⁊ beatꝰ dauid rex erat/ ⁊ dicebat: Lauabo ꝑ ſingulas noctes lectū meū: ⁊ nihil ex hoſtia vel diademate tale vſus eſt/ nō typho inflatus eſt? Sciebat quippe ſeipſum hominē eſſe: ⁊ quia cōterebat̃ corde/ lugebat. Quid nā ſunt humane res? Cinis et puluis: ⁊ tanqꝫ puluis ante faciē venti: fumꝰ ⁊ vmbra ⁊ folia cadentia ⁊ flos ⁊ ſomniū ⁊ narratio ⁊ fabula/ aer ſolutꝰ ac labilis: etenī qui nō iā ſtat fluxus decurrēs / ⁊ ſi quid horꝝ inferiꝰ. Quid eī dic mihi magnū putas? Quā eſtimas magnā dignitatē conſulis? Nihil enī huiꝰ dignitatis ampliꝰ putant plurimi: ſi quidē in tantā claritatē peruenit: ⁊ ad tantā admirationem: qui aūt non eſt conſul nihil habet minus in eodē digna mie: ⁊ iſte ⁊ ille ſimiliter vtriqꝫ poſt paululū nō erūt. Quando factus eſt? Quantū tempꝰ durauit? Dic mihi duorꝝ dierū eſt? Hoc ⁊ in ſomnijs ſolet fieri: ſꝫ ſomniū eſt inquit. Et quid hoc? Illa quippe que in die ſunt/ nō ſunt ſomnia. Dic mihi quare nō magis iſta dicimꝰ eſſe ſomnia? Sicut enī ſomnia adueniēte die/ redarguunt̃ nihil extātia: equalitatē namqꝫ ſiue nox/ ſiue dies temporis acceperunt/ ex quo diſtributa ſunt per omne ſeculū: ſicut eī in die eis que per noctē fiunt non aggaudet quis: ſic neqꝫ in nocte eis que in die contingūt frui poteſt. Factꝰ eſt conſul ⁊ ego per noctē: ſed ego in nocte: tu ī die. Quid hoc? Neqꝫ ſic a me amplius habes niſi forte ꝙ diceris ille conſul/ ⁊ ꝙ habes ex iſtis verbis aliquā delectationē plus te aliquid facit: vtputa manifeſtius inde loquar ſi dicā: ille conſul eſt: ⁊ preſtem illi hoc nomē nōne ſimiliter quod dictū eſt/ etiam tranſiuit? Sic etiam res iſte ſunt: ſimul apparuit conſul/ ⁊ ſtatim non eſt. Ponamus aūt annū ⁊ duos annos ⁊ tres et quatuor: ſed ⁊ hi tranſeunt. Ubi nanqꝫ ſunt decē conſules/ qui facti ſunt? Nuſqꝫ. Sed Paulus non ſic. Fuit nanqꝫ ⁊ viuens ſemper: nō vnū diem/ non duos/ nō decem ⁊ viginti/ nō annos decem ⁊ viginti: neqꝫ triginta ⁊ mortuꝰ ē. En quadringenteſimꝰ iam annꝰ pertranſijt: ⁊ adhuc etiā nunc eſt clarus multo clarior qꝫ cū viueret: ⁊ hec quidē ī terra. Claritatem aūt ſanctorū que eſt celis quis valeat explicare ſermo? Iccirco obſecro hanc claritatē queramꝰ hanc inſequamur/ et hāc mereamur: vera nanqꝫ claritas iſta eſt. Deſiſtamꝰ iam ab iſtis ſecularibus: vt inueniamus gratiam et miſericordiam domini noſtri Jeſu chriſti: cum quo patri/ vna cum ſancto ſpiritu/ gloria/ imperium/ honor: nunc et ſemper: et in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia. X. Ex capitulo. VI.

**T**Erra enim ſepe venientē ſuper ſe bibens imbrem: ⁊ generans herbam oportunam: illis a quibꝰ colitur: accipit benedictionē a deo: proferens autem ſpinas et tribulos reproba eſt: et maledicto proxima: cuius conſummatio in combuſtionem. ⁊c.

Cū timore audiamꝰ ſermones dei: cū timore ⁊ tremore multo. Seruite enī inquit dn̄o in timore/ et exultate ei cum tremore. Si autē et iam gaudiū veſtrū/ et exultatio cum tremore debet eſſe: quando vero iam terribilia fuerint que dicunt̃: qualia ſunt que nunc dicimus: quali pena non erimus digni: ſi nō cum tremore/ que dicuntur audiamus. Dicens enim quia impoſſibile eſt eos qui ceciderūt baptiſari iterū /et per lauachrū remiſſionē accipere/ et oſtēdens terribilitatē rei infert: [Terra enī ſepe venientem ſuper ſe bibens imbrē/ et generans herbā oportunam illis a quibus colitur: accipit benedictionē a deo: proferens autem ſpinas et tribulos reproba eſt /et maledicto proxima: cuius conſumatio in combuſtionem.] Timeamus ergo dilectiſſimi: non ſunt hec mine Pauli: non ſunt hominis verba: ſpiritus ſancti ſunt: xp̄i ſunt loquentis in eo. Quis nāqꝫ eſt ab iſtis ſpinis mundus? At ſi eſſemus mundi: neqꝫ ſic preſumptos nos eſſe oportet: ſꝫ timere: ⁊ tremere



nē forte pullulēt in nobis ſpine. Cum aūt toti ꝑ totum ſpine ſimꝰ ⁊ tribuli/ vnde preſumimꝰ dic mihi: et ſupini efficimur? Quid eſt qꝺ nos facit negligentes? Si enī qui putat̃ ſtare/ debet timere ne cadat: Qui putat̃ inq̄t ſtare: videat ne cadat: qui cadit quomodo non debet ſollicitus eſſe vt valeat reſurgere? Si paulus timet ne forte alijs predicās ipſe reprobus fiat: qui ſic erat ꝓbabilis: et tn̄ timet ne efficiat̃ reprobus: nos qui facti ſumꝰ iā reprobi: quā veniā habebimus nullū timorē habētes: ſed velut cōſuetudinē quandā ſic implētes chriſtianitatē: et velut ſolēnitatē quandā ſoluētes? Timeamꝰ igit̃ dilectiſſimi: reuelabit̃ enim ira dei de celo. Timeamus: reuelabit̃ enī nō ſolū ſuper impietatē: ſed etiā ſuꝑ omnē iniquitatē. Quid eſt ſuꝑ oēm iniquitatē? Et minorē ⁊ magnā. Hic miſericordiā dei magnificat: imbrē autē doctrinā inquit: ⁊ qꝺ ſupra dicebat: Debētes eſſe doctores ꝓpter tēpus: hoc etiā hic dicit. Et in plurimis locis imbrē doctrinam ſcriptura dicit. Mandabo enī inquit nubibus: vt nō pluāt ſuper eos imbrē. De vinea dictū eſt: qꝺ alibi famē panis ⁊ ſitim aque vocāt. Et iterū: Fluuius dei impletꝰ eſt aquis. [Terra enī bibēs inquit venientē ſuꝑ ſe imbrem.] Hic declarat quia ſuſceperūt et cōbiberunt verbū: ⁊ ſepius hāc rem perceperūt: et nec ſic vtiles facti ſunt. Si enim nō excoleris inquit ſi nō potareris imbribus: nō eſſet tantū malū. Si enim non veniſſem inquit ⁊ locutus eis nō eſſem/ pctm̄ nō haberent. Si vo ſepius bibiſti ⁊ excepiſti: qua ratione ꝓ fructibus alia ꝓtuliſti? Expectaui enī inquit vt faceret vuas: fecit autē ſpinas. Intueris: qꝛ vbiqꝫ ſcriptura ſpinas dicit pctā. Etenim etiā dauid inquit: Conuerſus ſum in miſeria mea: dū infigerent̃ mihi ſpine. Nō enī ſimpliciter penetrāt: ſed infigunt̃. At ſi parū eorū remaneat/ et nō oīa euellamus / ipſum parum facit dolorē: ſilr̃ ſicut in ſpinis. Et quid dico ipſum paruū? Et poſtqꝫ excidunt̃ ꝑ multū tēpus plage ꝑcuſſionē reliquit/ ⁊ opus hēt curatiōe multa et medicina: vt ꝑfecte a dolore liberet̃: nō enī ſufficit euellere tm̄ pctā: ſed etiā curare locū qui ꝑcuſſus eſt. Uerū timeo ne ad nos iſta potiꝰ dicta ſint/ qꝫ ad alteros. Terra enī bibēs inquit/ veniētē ſuꝑ ſe imbrē ſemꝑ eſurimus: ſemꝑ audimꝰ: ſed cōfeſtim humorē amittimus ſole exorto: ꝓpter hoc ſpinas ꝓferimus. Que ſunt enī ſpine? Audiamꝰ chriſtū dicentē: quia cura ſecl'i huiꝰ / ⁊ deceptio diuitiarū ꝑ̄focant verbū/ et infructuoſum efficit̃. [Terra enī bibēs inquit/ ſepe veniētē ſuꝑ ſe imbrē/ ⁊ generans herbam oportunā.] Nihil ſic oportunū ſicut vita optima: nihil ſic oportanū ſicut virtus. [Et generās inquit herbam oportunā] illis a qꝫ colit̃ [ꝑcipit bn̄dictōnē a deo] Hic deū inquit cauſam oium eſſe: percutiēs ſenſim paganos: q̄ terre potētie fructuū generationē aſcribunt: neqꝫ enī agricolarū manus inquit ſunt q̄ terram ad afferēdos fructus excitant: ſed imperiū dei. Propter hoc enī inq̄t: [percipit bn̄dictionē a deo.] Intuere quomō in ſpinis nō dixit: generās ſpinas: neqꝫ vtili hoc noīe vſus eſt. Sed qꝺ? [Et ferēs ſpinas:] veluti ſi dicat: quis ebulliēs. [Reproba inq̄t et maledictiōe ꝓxima.] O quantā habet cōſolationē hic ſermo. Maledictioni inquit ꝓxima nō maledicto. Qui aūt necdū in maledictionē incidit: ſed ꝓximus eſt ⁊ longe fieri poterit. Et nō hoc ſolo cōſolatus eſt: ſed etiā in eo qꝺ ſequit̃. Nō enim dixit reproba ⁊ maledictioni proxima que cōburet̃. Sed quid? [Cuius conſumatio in aduſtionē.] ſi vſqꝫ ad finē ꝑmaneat inq̄t. Proinde ſi abſcidimꝰ: ſi aduramꝰ ſpinas: poterimꝰ mille bonis ꝑfrui/ ⁊ fieri ꝓbabiles/ ⁊ bn̄dictiōis participes. Recte aūt pctm̄ tribulū appellauit dicēs: [Proferēs aūt ſpinas ⁊ tribulos.] vnde enī tenere volueris/ ꝑcutit ⁊ pūgit: ⁊ eſt moleſtū etiā ad videndū. Poſtqꝫ eos igit̃ increpauit ſufficiēter ⁊ terruit ⁊ ꝑcuſſit: curat eos iterū: ne ampliꝰ eos deijciat et ſupinos efficiat. Tardū eī qui ꝑcutit tardiorē efficit. Neqꝫ ergo in oībꝫ adulat̃ ne ſupiniores efficiat: neqꝫ in oībꝫ ꝑcutit: ſed aliq̄ntulū q̄dē ꝑcuſſoria apponēs: multū aūt curatoria affert per ea q̄ inferunt̃: quid enim dixit? Non veluti culpantes vos hec dicimꝰ: neqꝫ veluti putātes vos ſpinis plenos: ſed timētes ne tales efficiamini. Melius q̄ppe eſt verbis vos terrere: ne rebꝫ ipis doleatis. Et hoc ſapientie pauli eſt ⁊ maxime. Et nō dixit putamus: neqꝫ conijcimus: neqꝫ expectamus: neqꝫ ſperamus. Sed quid? [Confidimus autē de vobis dilectiſſimi meliora ⁊ habētia ſalutē tāetſi ſic loq̄mur.] Qꝺ etiā ad gallathas ſcribēs dicebat: Cōfido aūt de vobis in dn̄o: qm̄ nihil aliud ſapieris. Illic enī qꝛ valde culpabiles erāt: ⁊ nō erat vnde eos de p̄ñtibꝫ laudaret/ ex futuris hoc facit: qm̄ nihil aliud inq̄t ſapietis: hic aūt ex p̄ſentibꝫ. [Cōfidimꝰ aūt de vobis dilectiſſimi meliora ⁊ habētia ſalutē: ac ſi ſic loquimur] Et qm̄ ex p̄ñtibꝫ nō habuit tanta q̄ diceret: ex p̄teritis aſtruit hāc cōſolationē ⁊ dicit: [Nō enī iniuſtus eſt deꝰ: vt obliuiſcat̃ operis v̄ri ⁊ dilectiones quas oſtēdimus in noīe eiꝰ miniſtrātes ſctīs.] Qm̄ recreauit aīas eorꝝ ⁊ cōfortauit: antiqua eis in mentē reuocās: et fecit eos vt nō exiſtimarēt obliuiſci dn̄m. Neceſſe eſt enī peccare illū cui nō ſatiſfactū eſt de ſpe. Proinde coegit eos oībus modis expectare illa futura. Cū enī q̄ deſperat ex p̄ñtibꝫ ⁊ renūciat: ex futuris cōfortare q̄s poterit? Sicut ⁊ ipe gallathis ſcribēs dicebat: Currebatis bn̄. Et iterū: Tanta paſſi eſtis ſine cā: ſi tn̄ ſine cā. Sicut enī hic cū increpatione ponit laudē dicēs: Debentes eſſe doctores ꝓpter tps: ſic ⁊ illic. Miror: qꝛ ſic cito trāſducimini: cū increpatiōe dicit qꝺ laudis eſt. De maioribꝫ enī cū ceciderint mirat̃. Intueris latēter inditā laudē accuſationū: ⁊ nō de ſolo hoc/ hoc dixit: ſed ⁊ de oībꝫ. Non enī dixit cōfido: ſꝫ cōfidimꝰ de vobis meliora ⁊ optima inq̄t: Siue de cōuerſatione: ſiue de liberalitate hec dicit. Deinde dicēs ſupꝰius: qꝛ reproba: ⁊ maledictiōi ꝓxima: ⁊ qꝛ in cōbuſtionē erit: nō vtiqꝫ inq̄t: de vobis hoc dicimꝰ. [Nō enī iniuſtus eſt deus: vt obliuiſcat̃ opis v̄ri ⁊ charitatis.] Pro q̄re ergo hec dicimus: [Deſideramꝰ vnūquēqꝫ v̄rm eandē demōſtrare feſtinationē ad ſatiſfactionē ſpei vſqꝫ ad finē: ne imbecilles efficiamini: imitatores autē eorꝝ eſſe q̄ ꝑ fidē ⁊ patientiā hereditati ſunt ꝓmiſſiones.] Deſideramꝰ aūt inq̄t. Nō ergo feſtinamus tm̄: neqꝫ vſqꝫ ad verba volumꝰ. Sed q̄d? Deſideramꝰ circa virtutē vos v'ſari: nō veluti priora v̄ra culpātes inq̄t/ ſed ꝓ futuris ſolliciti. Et nō dixit qꝛ nō ſic priora v̄ra culpātes ſed p̄ñtia. Soluti eſtis enī ⁊ negligētiores effecti. Sed quō? Intuere quō ꝓcliuiter ⁊ ſignificauit ⁊ nō increpauit. Quid enī dixit: [Cupimꝰ aūt vnūquenqꝫ veſtrū eandem ipſam feſtinationē oſtendere vſqꝫ ad finem.] hoc enī mirabile eſt in pauli ſapientia: quoniā nō oſtendit: quia remiſſiores facti erant

vel opus agreſſum reliquerāt. Dicendo enim: [cu-
pimus vnumquēqꝫ veſtrū.] hoc eſt veluti ſi quiſqꝫ
dicat: volo te feſtinare ſemper: ⁊ qualis fuiſti primū
talem eſſe ⁊ nūc ⁊ in futurū. Hoc enī redargutionē
eius et faciliorē et tolerabiliorē operat̄. Et nō dixit
volo qd̄ eſt auctoritatis doctrine: ſꝫ qd̄ erat paterne
dilectiōis ampliꝰ: q̄ꝫ velle cupimꝰ: bn̄ dicēs ignoſci
te ac ſi graue quid loq̄mur. [cupimus vnūquēqꝫ ve
ſtrum eandē ipſam oſtendere feſtinationē vſqꝫ ad fi
nem/ ⁊ ſatiſfactionē ſpei.] Spes inquit ſuſtinet: ipa
eſt que recreat ne diſſoluamini: ne deſperetis ⁊ ſup-
flua ſit veſtra ſpes. Qui enī bona operat̄ ⁊ bona ſpe
rat ⁊ nunq̄ꝫ deſperat de ſeipſo. [Ne imbecilles effi-
ciamini.] Adhuc efficiamini q̄ꝫq̄ꝫ ſupra dicebat: quo
niā imbecilles facti eſtis auditu. Sed intuere quo-
mō vſqꝫ ad auditum/ imbecillitatē retinuit. Hic au
tem idipſum ſignificat: prout ſi diceret: ne remanea
tis. Sed iterū idipſum in futurū profert tēpus: qd̄
nō eſt obnoxiū dicēs: ne imbecilles efficiamini. Tē-
pori enim necdū preſenti/ obnoxij eſſe nō poſſumus.
Qui enī in pſenti petitur feſtinare: velut negligens
fortaſſis ⁊ ſegnis eſt: Qui vero in futurum/ non ſic.
[Cupimus autē vnūquēqꝫ veſtrum.] inquit mul-
ta dilectione: maiorū et minorū ſimiliter curā gerit:
et omnes ſcit: nullū deſpicit: ſed eandē circa ſingulū
quenqꝫ curā demonſtrās ⁊ equalē honorē ad omēs.
Unde ⁊ maxime perſuadebat ſuſcipere quicq̄d eſſet
in ſermonibus eius. [Ne imbecilles efficiamini in-
quit.] Sicut vacuitas corpus ledit: ſic ⁊ animā va-
cuitas a bonis/ ſupiniorē operat̄ ⁊ infirmā. [Imita
mini autē inquit eos qui per fidē ⁊ patientiā heredi
tati ſunt promiſſiones.] Et qui ſunt iſti? deinde di-
cit. Primū dixit: imitamini veſtra priora/ veſtros
labores. Deinde ne dicerēt qualia/ reuocat eos ad
patriarchā: exemplū eis laborū eius ⁊ virtutum do
meſticū afferēs. Ut autē non putarent ſe derelictos
eſſe: ex patriarcha profert exemplū: ne putarēt quo-
niā nullius momenti digni ſunt/ ⁊ quia deſpecti de
relicti ſunt: ſed vt poſſent ſcire: quia magis fortium
virorū eſt iſtud: vt per tēptatiōes iter huius vite ꝑ-
tranſeāt: quia admirādis ⁊ magnis viris ſic vtitur
deus. Oportet autē inquit cum patiētia omnia to-
lerare: hoc enī eſt credere. Si ꝟo dicat: quia dat ⁊ ac
cipias confeſtim qd̄ credidiſti: nequaq̄ꝫ tue fidei erit
iſtud: ſed mee gratie/ hoc eſt dantis. Si ꝟo dicā qm̄
dabo tibi poſt centū annos idē: tu ꝟo nō deſperes:
tunc me fidelē exiſtimaſti: tunc cōpetentē de me opi
nionē habes. Uides quia ſepius infidelitas non ex
infidelitate contingit tm̄: ſed etiā ex puſillanimitate
et ex eo ꝙ nō longanimiter fert quiſqꝫ: ex eo qd̄ diffi
dit de promittente. [Non enī iniuſtus deus inq̄t vt
obliuiſcat̄ charitatis veſtre et feſtinatiōis/ quā oſtē-
dimus in nomine eius miniſtrātes ſanctis.] Ma-
gna illis teſtificat̄ nō opera tm̄: ſed etiā alacritatem
operū: qd̄ ⁊ alibi dixit. Non ſolum autē: ſed etiam
ſeipſos dederūt dn̄o ⁊ nobis. [Quā oſtēdiſtis inq̄t
in noīe eius miniſtrātes ſanctis.] Intuere quomo-
do iterū eos curat: inferēs ⁊ miniſtrātes adhuc: etiā
nunc inquit miniſtrātes. Et erigit eos oſtendēs: qr
nō illis fecerūt: ſed deo. [Quā oſtēdiſtis] inq̄t et nō
dixit in ſanctos: ſed in deū: hoc enī eſt in nomine eiꝰ:
propter nomen eius oīa facietes. Qui igitur tanta
veſtra feſtinatiōe a vobis perfruitus eſt: nō contem
nit vnq̄ꝫ vos/ neqꝫ obliuiſcit̄. Hec audientes rogo:
vt miniſtretis ſanctis. Omnis enī fidelis/ ſanctus
eſt ſm̄ qd̄ fidelis eſt: ſiue enī ſecularis eſt/ ſanctꝰ eſt.
Sāctificatus eſt enī inquit vir infidelis in muliere
et mulier infidelis in viro. Uides quomō ſanctifi-
cationē fides facit. Siue igit̄ ſecularē videamus in
perturbatōe aliqua/ porrigemus manū: nec ad eos
tm̄ qui in mōtibus ſedēt efficiamur feſtinātes: ſan-
cti quidē ſunt illi ⁊ vita ⁊ fide: ſcti aūt ⁊ iſti fide: mul
ti aūt ⁊ vita. Nec ſi viderimus monachū in cuſtodia
tūc intremus: ſi ꝟo ſecularē/ nō intremus: ſctūs eſt
et iſte ⁊ frater. Quid ergo inquis: ſi autē ſit immun
dus aliquis/ aut pollutus? Audi chriſtū dicentem:
Nolite iudicare ne iudicemini. Tu ꝓpter deum fac.
Et q̄d dico? At ſi paganū videamus in fluctuatiōe:
oportet benefacere: et ſimpliciter oēm in ꝑturbatiōe
conſtitutū: multo amplius aūt fidelē ſecularē iuua
re debemus. Audi paulū dicentē: Facite bonum ad
omēs: maxime aūt ad domeſticos fidei. Sed neſcio
vnde hoc introductū eſt: ⁊ vnde iſta conſuetudo ob-
tinuit: qui autē monachos ſolos querit: et illis ſolū
benefacere vult: etiam ipſos ſcrutat̄ dicens: ſi eſt di
gnus: ſi eſt iuſtus: niſi fecerit ſigna non porrigo ma-
num. Maximā partē elemoſyne amputauit: et hoc
ipſum tēpore procedēte iterum amputaturus eſt: qm̄
elemoſyna illa eſt que in peccatores fit: que in obno-
xios. Elemoſyna enī hec eſt: non in eos qui iam per
fecti ſunt: ſed adhuc delinquētes miſereri. Et vt diſ-
cas aduerte parabolā: Deſcēdit quis inquit de hie-
roſolymis in hierico: et incurrit in latrones ⁊ ceden
tes eum reliquerūt iuxta viam ſemiuiuū. Uenit q̄-
dam leuita ⁊ vidēs eum pertranſiuit. Uenit quidā
ſacerdos ⁊ videns eū percurrit. Uenit quidā ſema-
ritanus ⁊ multā eius curā fecit: ligauit vulnera eiꝰ
infudit oleū: impoſuit in iumentū ſuū: perduxit eū
ad diuerſoriū: dixitqꝫ ſtabulario: adhibe illi curam.
Et intuere abundantiā honoris plurimā. Et ego ti
bi dabo inquit quicquid erogaueris. Quis ergo eſt
proximus huius? inquit qui fecit miſericordiā: pro
cede ergo inquit et tu fac ſimiliter. Et intuere qua-
lem dixit parabolam. Non dixit quia nō iudeus in
ſamaritā fecit: ſed quia ſamarita honorificentiā illā
totam oſtendit. Hec igitur audiētes nō ſolum fidei
domeſticoꝝ curam geramus: ceteros vero negliga
mus. Si igitur inquit ⁊ tu videas quenqꝫ mali pa
ti/ nihil iā ſcruteris: habet ius adiutorij ꝙ male pa-
titur. Si enim videas aſinū prefocari: conſurgis et
non ſcrutaris cuius ſit/ multomagis hominem nō
oportet ſcrutari cuius ſit. Dei quippe eſt/ ſiue paga
nus ſit ſiue iudeus: ſed adiutorio indiget. Si quidē
diſcutere ⁊ iudicare preceptus eſſes/ bene iſta dice-
res: nunc autē calamitas illius nō te permittit hec
diſcutere. Si enim nec de ſanis nos ſcrutari opor-
tet: neqꝫ aliorū cauſas inquirere: multo ampliꝰ eos
qui male patiūtur. Super hec quidē vidiſti: Nun-
quid in abundantia cōſtitutū? Num vniuerſis pla-
centē vt dicas: qr malignus eſt ⁊ peſſimus? Si ve-
ro male patientem videris: noli dicere: quia mali-
gnus eſt. Cum enim placet hominibus quiſqꝫ: be-
ne hoc dicimus: cum ꝟo in calamitate eſt et adiuto-
rio indiget: nō oportet hoc dicere: qr malus eſt. Cru
delitatis hoc quippe eſt et inclemētie et ambitionis.
Quid iudeis crudeliꝰ fuit dic mihi? Et tn̄ vltus eſt
eos deꝰ: et iuſte ⁊ valde iuſte: ⁊ tn̄ ꝯdolētes eis ſuſce
pit: eos vero q̄ eis inſurrexerunt/ ⁊ vltus eſt. Nihil



patiebar inquit in cōtribulatiōe ioſeph. Et iterum
inquit: Secabas diſtentos. Nō dixit ſcrutare ⁊ co-
gnoſce quis eſt: licet ſepius maligni ſunt: conſolatio
nem preſtemꝰ: hoc quippe eſt maxime miſericordie.
Qui enim amico benefacit/ nō propter deū vtiqꝫ fa
cit: qui autē ignoto iſte pure propter deū operatur.
Noli parcere peccunijs: at ſi oīa indiges euacua da.
Nos aūt videntes qui tribulant̄ vlulātes: ⁊ peiora
mille mortibus patiētes (et iuſte fortaſſis) parcimꝰ
pecunijs: ⁊ cōtemnimus fratres. De inanimatis q̄-
dem curā gerimꝰ: aīas ꝟo negligimus/ cū paulus
dicat: In māſuetudine docete eos qui ꝯtrarij ſunt:
ne forte det eis deus penitentiā ad cognoſcendā ve-
ritatē/ ⁊ reſipiſcant de diaboli laqueis captiuati ab
eo: ſm̄ eius voluntatē. Ne forte inq̄t intueris quan
ta lōganimitate plenū: ⁊ hoc verbū: hunc ⁊ nos imi
temur: de nullo deſperemus. Etenim piſcatores ſe-
pius rhetia mittētes/ oīa receperūt: ſic ⁊ nos ſpere-
mus: quoniā repente oſtēdet nobis fructū maturū.
Etenim agricola cū ſeminat/ primū diem ⁊ ſecundū
ſuſtinet ⁊ multū tempus expectat/ ⁊ repente vndiqꝫ
videt fructus germinātes: hoc etiā in nobis futurū
eſſe expectemus: gratia dn̄i noſtri ieſu chriſti: cui cū
patre/ vna cum ſanctoſpū/ gloria/ imperiū/ honor/
nunc ⁊ ſemper ⁊ in ſecula ſeculorum Amen.

## Homelia XI Ex capitulo VI

**a Brae nanqꝫ promittēs deꝰ quoniam neminem habens per quem iuraret maiorē: iurauit per ſemetipſum dicens: Niſi bene dicens benedicam te: et multipli- cans multiplicabo te. Et ſic longa nimiter ferens: adeptus eſt repro- miſſionē. Homines enim per ma- iorem ſui iurant et omnis contro- uerſie eorum finis ad cōfirmatio- nem eſt iuramentum. ⁊c.**

Poſtq̄ꝫ increpauit fortiter hebreos: et terruit eos
ſufficienter. Primū quidē laudibus eos conſolat̄.
Secūdo autē qd̄ etiam fortius eſt: per id quod vtiqꝫ
percepturos eos oſtendit que ſperabāt: ⁊ hanc con-
ſolationē non ex futuris facit: ſed iterū ex preteritis
qd̄ magis eos credere faciebat. Sicut enim in ſup-
plicio per illam magis terret: ſic etiam in premijs
per hec conſolatur: oſtendens conſuetudinem dei.
Hec autē eſt: vt non celeriter exhibeat promiſſa: ſed
per multū tempus. Facit autē hoc manſuetudinis ⁊
virtutis eius proferēs argumentū: ⁊ nos ad fidem
adducens: vt qui in tribulationibus viuimus ⁊ ꝓ-
miſſiones necdū accepimꝰ: nō deſperemus mercedē
laborū nr̄oꝝ. Et oēs relinquēs/ q̄ꝫq̄ꝫ multos habe-
ret ad dicendū abraā in mediū adduxit: ꝓpter digni
tatē pſone: et ꝓpter qd̄ maxime in eo iſtud cōtigerit:
cum etiam in fine epiſtole dicat: quia hi omēs de lō-
ginquo illas videntes et diligētes: non receperunt
promiſſiones/ ne ſine nobis perficerentur. [Abrae
nanqꝫ inquit promittens deus: quoniā neminē ha-
buit per quē iuraret maiorē: iurauit ꝑ ſemetipſum
dicens: Niſi benedicens benedicā te/ ⁊ multiplicās
multiplicabo te. Et ſic lōganimiter ferēs/ adeptus
eſt repromiſſionem. Quomodo non accepit qd̄ ad-
eptus eſt? Nō de eiſdē ipſis dicit ⁊ hic ⁊ illic: ſed du-
plicem facit conſolationē. Promiſit abrae inquit: ⁊
quedam quidē hic poſt multū temporis dedit: que-
dam autem illic necdū: ⁊ ſic longanimiter ferēs ad-
eptus eſt repromiſſionē. Uides quia non repromiſ-
ſio ſola totum operata eſt: ſed ⁊ longanimitas. Hic
terret eos oſtendens: quia ſepius impeditur repro-
miſſio: per puſillanimitatē: ⁊ hoc oſtendit quidē per
plebem. Quoniā enim puſillanimiter erant ferētes
propter hoc repromiſſiōes non ſunt adepti: econtra
autem oſtēdit per abraā: deinde circa finem etiā ali-
quid plus facit: quoniā et lōganimiter ferentes nō
ſunt adepti et neqꝫ ſic contriſtant̄. [Homines enim
per maiorē iurant: ⁊ omnis cōtrouerſie eorum finis
ad confirmationē eſt iuramentū.] Deus autem qui
non habuit maiorē per quē iuraret: per ſemetipſum
iurauit. Optime: Quis ergo eſt qui iurauit abrae?
Nōne filius? Non inquit magis autem ipſe. Eſto.
Non cōtendo. Quādo vero ipſe iurat? Amen amen
dico vobis: nōne manifeſtū: quia non habēs maio-
rem per quē iuret? Sicut enī pater iurat: ſic ⁊ filius
per ſemetipſum iurat dicens: Amen amen dico vo-
bis. Hoc eos cōmone facit et iuramentorum chriſti
qui ſepius dicebat: Amen amē dico tibi: qui credit
in me nō morietur in eternū. Quid eſt [et omnis cō-
trouerſie eorū finis ad confirmationē eſt iuramen-
tum?] Proinde ſi diceret: ex hoc ſoluit̄ totius con
trouerſie diſceptātio: nō illius vel illius: ſed totius.
Oportebat quidē ⁊ ſine iuramento credere deo. In
quo abundātius volens deus oſtēdere pollicitatio
nes heredibus: immobilitatē cōſilij ſui: [interpoſu-
it iuſiurandū.] Hic et fideles includit. Propterea
etiam huius repromiſſionis mentionē facit: que ad
nos cōmuniter facta eſt. [Interpoſuit iuſiurandū]
Iterū hic filiū dicit: inter homines et deū mediato-
rem. [Ut per duas res immobiles quibꝫ impoſſibi
le eſt mentiri deū.] quale ⁊ quale: hoc eſt dicere ⁊ ꝓ-
mittere/ ⁊ iuramentū addere ꝓmiſſioni. Quoniam
enim apud hoīes hoc videtur fidele eſſe cum iuramē
tum interfuerit: ꝓpterea etiam hoc addidit. Intue-
ris quoniā nō dignitatē ſuam attēdit: ſed quomodo
hoībus perſuadeat: et digna de ſe patit̄ dici: hoc eſt
ſatiſfacere volens. Et de abraā quidem oſtendit dei
eſſe totū opus: nō lōganimitatis illius. Siquidem
⁊ iuramentū paſſus eſt addere per quē iurant homi
nes ⁊ deus per ſeipſum. Ipſe autē non ſicut per ma
iorem ⁊ tamē fecit. Non equale eſt hominē per ſe iu-
rare ⁊ deū. Homo enim ſui poteſtatē nō habet. In-
tueris igitur: quia nō ad abraā magis q̄ꝫ ad nos di
ctum eſt: [Fortiſſimū inquit/ ſolatiū habeamꝰ: qui
cōfugimus ad tenendā propoſitā ſpem.] Et hic ite-
rum: Longanimiter ferens adeptus eſt repromiſſio
nem. Nunc inquit ⁊ nō dixit quia iurauit. Iuramē
tum autē qd̄ eſt/ apperuit dicēs: per maiorē iurare.
Sed quia incredulū eſt humanū genus: condeſcen-
dit ad nos. Sicut enim iurat propter nos: q̄ꝫuis in-
dignū ei ſit nō credi: ſicut dictū eſt/ ⁊ didicit ex q̄bus
paſſus eſt: qm̄ hoīes hoc putant maxime eſſe dignū
fide: vt per experimentū quis trāſeat. [Propoſitā
ſpem.] Quid eſt ꝓpoſitā ſpem? Ex his inq̄t/ futura
cōijcimꝰ. Si enī iſta poſt tantū tꝑis facta ſūt: vtiqꝫ

et illa. Pꝛoinde ea que ad abꝛaā facta ſunt/ credere
nos faciunt ⁊ de futuris. [Quā ſic anchoꝛā inqt ha
bemꝰ aīe tutā ac firmā: ⁊ incedentē vſqꝫ in interioꝛa
velaminis: vbi p̄curſoꝛ ꝓ nob introijt ieſus ſm oꝛdi
nē melchiſedech/ pōtifex factus in eternū.] In mū-
do adhuc cōſtitutos ⁊ necdū tranſlatos ex hac vita:
oſtendit et iam fuiſſe in eis ꝗ ꝓmiſſi ſunt. Per ſpem
enī iā in celo ſumus inquit: ꝑmanet ergo: vtiqꝫ enim
erūt. Deinde ſatians dicit: magis aūt ſpe. Et nō di-
xit nos ſumꝰ in interioꝛibꝫ: ſed qꝛ ipſa ingreſſa eſt in
interioꝛa: qd verū eſt et credibile. Sicut enī ancho-
ra iactata de naui nō ꝑmittit eam circumferri: licet
venti cōmoueant: ſed iactata firmā facit: ſic ⁊ fides.
Intuere/ qm̄ valde cōuenientē inuenit imaginem.
Nō enī dixit fundamentū qd diſſonaret: ſed ancho-
ram. Qd enī in motu eſt: et nō valde videt̄ fixū eſſe:
qd eſt ſuꝑ mare: ſicut qd ſuꝑ terrā ſtat ⁊ mouet̄: ⁊ nō
mouet̄ ī valde firmis ⁊ philoſophis foꝛtaſſis. Ideo
illā ſimilitudinē poſuit chꝛiſtus dicēs: ſi qs edificat
domū ſuam ſuꝑ petrā in eis/ qui dubitabāt/ ⁊ debe
bant per fidē poꝛtari: ꝓpꝛiū hoc poſuit paulus. Tē-
peſtas enī ⁊ multꝰ imber cōmouet ratem: ſpes autē
nō permittit eā circūferri. Pꝛoinde ſi hanc nō habe
remus: olim dimerſi fuiſſemus: nō in ſpiritualibus
tm̄: ſed etiā in ſeclaribꝰ. Multā qs huiꝰ inuenit foꝛ
titudinē: vtputa ī negociādo/ in agricultura/ in mili
tia. Niſi hāc qſqꝫ pꝛimo ꝓponat/ nunqꝫ aliud attin-
git. Non ſimpliciter dixit anchoꝛā: ſed tutā/ ⁊ firmā
que nō mouet̄: [ingredientē vſqꝫ ad interioꝛa vela-
minis.] ac ſi diceret penetrātē celos. Deinde etiā fi-
dē intulit vt nō ſola ſpes ſit ſed ⁊ vera valde. Poſt iu
ramentū eī aliud ponit: hoc eſt rerū appꝛobationē.
[Quia iā p̄curſoꝛ ꝓ nobis introijt ieſus.] Pꝛecur-
ſoꝛ aūt quoꝛūdā eſt p̄curſoꝛ: ſicut ioannes chꝛiſti. Et
nō dixit ſimpliciter [introijt:] ſed [vbi p̄curſoꝛ ꝓ no-
bis introijt:] veluti opoꝛteat cōſequi. Non enī mul
tum eſt inter p̄curſoꝛē et conſequentē qd mediū eſt:
ceterū p̄curſoꝛ neqꝫ erit. Pꝛecurſoꝛē etenim ⁊ conſe-
quentē in eadē ipſa via eſſe cōuenit/ ⁊ alterū occupa
re. [Scdm oꝛdinē melchiſedech inqt pōtifex factus
in eternū.] Ecce ⁊ alia cōſolatio. Siquidē ſupꝛa pō
tifex noſter ⁊ multo meliꝰ eo ꝗ apud iudeos nō mo-
ribus tātū: ſed etiā loco ⁊ tpe ⁊ teſtamēto ⁊ perſona.
Hoc autē de eo ꝗ ſm carnē eſt dicit̄. Opoꝛtet itaqꝫ
⁊ illos quoꝛū eſt pontifex admodū eſſe melioꝛes. Et
quantū eſt inter aaron ⁊ chꝛiſtū tantū inter nos ⁊ iu
deos. Intuere quippe in ſuꝑioꝛibꝫ habemus pōtifi
cē: in ſuꝑioꝛibus ſacrificiū: talia etiā nos offeramus
ſacrificia: que in illo ſanctuario poſſint offerri. Nō
iā pecudes vel boues/ non iā ſanguinē et adipē/ oīa
hec ſoluta ſunt: ⁊ ꝓ eis introductū eſt rationabile ob
ſequiū. Quid aūt eſt rationabile obſequiū? Que ꝑ
aīam que ſm ſpiritū offerunt̄. Spūs eſt inquit deꝰ
⁊ eos qui adoꝛāt eū/ in ſpū ⁊ veritate opoꝛtet adoꝛa
re. Quicqd nō indiget coꝛpoꝛe: quicqd nō indiget in
ſtrumētis neqꝫ locis/ in quibꝫ ipſe eſt qdē pōtifex: ve
luti eſt manſuetudo/ tēperātia/ miſericoꝛdia/ patien
tia/ longanimitas/ humilitas. Miracula enī hec:
et in veteri teſtamento inueniet quis olim firmata.
Sacrificate inqt deo ſacrificiū iuſtitie: et Sacrifica-
te ſacrificiū laudis: et Sacrificiū laudis glꝛificabit
me: et Sacrificiū deo ſpūs cōtribulatꝰ. Et qd dn̄s
exquirit a te/ niſi vt audias eū. Holocauſtomata ꝓ
pctis nō ſuſcipiet: tūc dixi ecce veniā/ vt faciā volū-
tatem tuā. et iterū: Ut quid mihi libamē de ſaba: di
ſcede a me. Sonū cātilenarū tuarū ⁊ pſalmū oꝛga-
noꝛū tuoꝝ nō audiā: ſed pꝛo iſtis miſericoꝛdiā volo/
et nō ſacrificiū. Intueris qualibꝰ ſacrificijs placat̄
deus: intueris ⁊ retro iam tēpoꝛa: alia quidē diſce-
dentia: alia introeuntia: hec igitur offeramus. Illa
quidē diuitiarū ſunt ⁊ diuitū: hec aūt virtutis: illa
extrinſecus: iſta intrinſecus. Illa ⁊ quilibet operari
poteſt: hec autē pauci. Quanto enī melioꝛ eſt pecoꝛe
homo/ tāto hoc ſacrificiū illo. Hic enim aīam tuam
oblationē offers. Sunt etiā alie oblatiōes: que ve-
re ſunt holocauſtomata: martyrū coꝛpoꝛa. Ibi ⁊ aīa
⁊ coꝛpus: illa ſacrificia odoꝛē ſuauitatis habēt ma-
ximū. Potes ⁊ tu ſi volueris tale ſacrificiū offerre.
Quid enī ſi nō igni cōburat̄ coꝛpus? Sed alio igni
poteſt: vtputa paupertatis: volūtarie tribulatōis.
Cum enī liceat delicioſe et optime degere: et eligat̄
laborioſa vita ⁊ amara et moꝛtificās coꝛpus: nōne
holocauſtomata eſt? Moꝛtifica ergo coꝛpus tuum
et crucifige ⁊ accipies et tu huius martyrij coꝛonā.
Qd enim illic gladius operat̄: hoc hic alacritas fa-
ciat. Non incēdat neqꝫ occupet pecuniarū amoꝛ: ma
gis extinguat̄ cupiditas iſta impoꝛtuna: igne ſpiri-
tuali excidat̄ gladio ſpiritus. Iſtud ſacrificiū eſt bo
num: nō opus habens ſacerdote/ niſi ipſo offerente:
hoc eſt ſacrificiū bonū. Deoꝛſum quidē functio eius
exhibet̄: ſed ſurſum cōfeſtim ipſum aſcēdit. Nōne mi
ramur: quia in antiquo tpe ignis deſcendēs oīa cō-
ſumebat: licet tibi et nunc: vt deſcēdat ignis multo
mirabilioꝛ illo: ⁊ oīa conſumat que offeruntur: ma
gis autē nō conſumere: ſed ſurſum leuare in celum.
Hec enim nō redigunt̄ in cinerē: ſed dona ſunt deo:
tales erant etiā coꝛnelij oblationes. Oꝛationes tue
inquit ⁊ elemoſyne tue aſcenderūt in memoꝛiā in cō
ſpectu dei. Intueris cōiugationē optimā. Tunc et
audimur quādo ⁊ nos audimus pauperes acceden
tes. Qui aūt obturat inquit aures ſuas vt non au-
diat pauperē: depꝛecationē eius nō exaudiet deus.
Beatus itē inquit qui intelligit ſuꝑ egenū ⁊ paupe
rē: in die mala liberabit eū dn̄s. Quali mala? Sed
illa dies mala erit peccatoꝛibꝫ? Quid eſt qui intelli
git? Hoc eſt qui cognoſcit qd ſit pauꝑ/ qui tribula-
tionem eius ꝑcipit. Cognoſcens enim tribulationē
eius/ vtiqꝫ cōfeſtim miſerebit̄ eius. Si videris pau
perē nō pertranſeas: ſed ſtatim intellige quis fuiſti
aut ſi tu eſſes in illo qd nos velles oēs facere: qui in-
telligit inquit. Intellige qꝛ ſimilis tibi liber eſt/ et
eandem tecū participatur generoſitatē et tanta tecū
cōmunia habet: et foꝛtaſſis nec canibus tuis equa-
lis eſt: ſed illi quidē ſaturantur: iſte autē ſepius doꝛ
miuit eſuriens: et ſeruis tuis inhonoꝛabilioꝛ eſt/ ꝗ
liber conſiſtit. Sed illi tibi neceſſaria officia cōplet.
Que iſta? Seruiunt tibi bene. Si autem oſtendero
neceſſariū officium tibi implere: multo amplius ab
illis aderit tibi: qppe in die iudicij/ ⁊ eruet te ex igne
Quid tale omnes ſerui faciunt? Quando tabytha
defuncta eſt/ quis eam reſuſcitauit? Serui circum-
ſtantes: an pauperes? Tu autem neqꝫ ſeruis libe-
rum equalem facere voles. Frigus eſt et iacet pan-
nis circumdatus pauꝑ moꝛiturus/ dētes quatiēs/
et vultu ⁊ habitu depcans: tu aūt calefactꝰ et ebꝛiꝰ
pertranſis. Et quomodo vis deū in calamitatibus
te conſtitutū liberare? Foꝛtaſſis autē etiam hoc di-
ces: ego ſi eſſem ⁊ aſſumerem quenqꝫ qui multa pec



cauit dimitterē eum/ ⁊ deus nō dimittit. Non hoc
dicas: ſed eum qui nihil peccauit: quem potes libe-
rare: hunc deſpicis. Et quomodo te peccantē in illū
dimittit? Nōne hec gehēna digna ſunt? Et quid mi
rabile? Sepius quidem coꝛpus moꝛtuū ſine ſenſu/
necdum iam honoꝛē ſentiens decēmilibus ⁊ varijs
auro textis veſtibus induis: coꝛpus autē quod fri-
goꝛe afficitur/ ⁊ cōciditur ⁊ cruciatur et diſtenditur
ex fame ⁊ gelu deſpicis: ⁊ amplius vane gloꝛie ſub-
miniſtras/ ꝗꝫ timoꝛi dei. Et vtinam vſqꝫ ad hoc tan
tum eſſes. Sed confeſtim accuſatio aduerſus inter-
pellantem. Quid nō operatur inquis? quid vacās
paſcitur? dic mihi: tu per operationē habes que ha-
bes? Nōne hereditatē paternam ſuſcipiens/ at ſi et
operans: num ideo expꝛobꝛas alteri? Nōne audis
paulū dicentem: Poſtqꝫ enī dixit quia ꝗ nō opera-
tur/ neqꝫ manducet: vos autem bonū inquit facien-
tes/ nō deficiatis. Sed quid inquis/ impoſtoꝛ eſt?
Quid dicis o homo: pꝛopter vnū panem ⁊ veſtimē-
tum impoſtoꝛem vocas. Sed confeſtim vēdet illud
inquis: tu autem cuncta tua bene diſponis. Quid
autem? num oēs ex vacuitate egent? Nemo per nau
fragiū: nemo per iudicia: nemo per furta: nemo per
pericula: nemo per egritudines: nemo per aliam ca
lamitatem. Sed ſi audierimus aliquē talia deplo-
rantem/ maioꝛa clamantē ⁊ nudū celos inſpicientem
et capillos demittentē/ et pannis circumdatum: cō
feſtim eum impoſtoꝛē/ fallacem/ irriſoꝛem/ vocamꝰ
Non erubeſcis quem impoſtoꝛem vocas? Noli da-
re et noli accuſare hoīem. Sed habet inquis et fin-
git. Hoc tua eſt accuſatio/ non illius. Scit enim cū
crudelibus ſe habitare: cum beſtijs magis ꝗꝫ cū ho-
minibus. Et quia niſi miſerabile pꝛoferat verbum
nullum ad miſerandū adducit: ⁊ pꝛopter hoc cōpel-
litur ⁊ habitū miſerabilioꝛē ſibi circūponere: vt tuā
frangat animā. Si viderimus aliquē in habitu li-
beri interpellantē nos: iſte inquis impoſtoꝛ eſt: ⁊ vt
putetur ex generoſis eſſe iſto modo interpellat: ſi vi
derimus in cōtrario habitu/ et illū culpamꝰ. Quid
agant decetero crudelitas et ſupinitas? Quare in-
quis aliqui membꝛa ſua denudant? Pꝛopter te: ſi
miſericoꝛdes eſſemus iſtis/ eis artibus opus nō eſ-
ſet: ſi pꝛima interpellatiōe perſuaſiſſent: nō tanta cō
menta exquiſiſſent. Quis eſt ita miſer vt velit tan-
tum clamare: vt velit ad confuſionē venire: vt velit
publice deploꝛare/ cum nuda coniuge/ cum filijs.
Hec quia paupertate non ſunt pꝛioꝛa: ſed pꝛo his/
non ſolum miſericoꝛdiā nullam a nobis accipiunt:
magis autē etiam accuſant̄. Adhuc autē et indigna
mur quoniā deum depꝛecātes non exaudimur: ad-
huc grauiter ferimus: quoniā nō impetramus ro-
gantes. Non contremiſcimus dilectiſſimi: ſed ſepi-
us dedi inquis. Tu autē nō ſemper veſceris: infan
tulos autē ſepius petentes non auocas. O inuere-
cundia: pauperē inuerecundū vocas. Tu rapiens
non es inuerecūdus: ille autē pꝛo pane depꝛecans
inuerecundus iudicatur. Non intelligis quanta eſt
neceſſitas ventris? Nōne oīa pꝛopterea facis? Nō-
ne ſpiritualia pꝛopter hoc negligis? Nō celum tibi
pꝛopoſitum eſt/ et regnū celoꝛū? Tu autem ventris
timens tyrannidē/ oīa ſuſtines et illa contemnis:
hec eſt inuerecūdia? O vanitas: ille inquis tantos
aureos feneratur: ille tantos et mendicat. Puero-
rum hee fabule ſunt ⁊ vanitates. Etenī pueri tales
fabulas a nutricibus audiūt. Non mihi perſuadet̄
nō credo: abſit. Ad vſurā dat qs/ et in abundātia cō
ſtitutꝰ mēdicat. Qua cauſa? dic mihi: qd eſt cōfuſibi
lius. Melius quippe eſt moꝛi/ ꝗꝫ mendicare: ꝗꝫdiu
ita ſupini ſumus. Quid ergo? Oēs ad vſurā dant:
omnes impoſtoꝛes ſunt: nullus reuera pauper eſt.
Etiam inquis ⁊ multi. Quid ergo: vel eis non exhi
bes auxilium. Ut quid exiſtis ſcrupuloſus vite eo-
rum enucleatoꝛ? Sed he occaſiones ſunt/ ⁊ excuſa-
tiones. Omni petenti te da: ⁊ volentē a te mutuari
non auerſeris. Extende manū tuam: non ſit cōtra-
cta. Non enim vitarū conſtituti ſumus diſcuſſoꝛes:
alioquin nullus hoc modo miſerebit̄. Quare quan
do deum rogas dicis: Peccatoꝛū meoꝛū ne memi-
neris. Pꝛoinde ac ſi valde ſit ille peccatoꝛ: hoc ipm
et in ipſo conſidera: et noli reminiſci peccatoꝛū eius:
tempus eſt miſericoꝛdie nō ſcrupuloſe diſcuſſionis:
miſericoꝛdie nō ratiocinatiōis. Nutriri vult: ſi qui-
dem vis tribue: ſi autē nō vis/ dimitte ſine increpa-
tione. Quare miſer es ⁊ infelix? quare necdū miſere
ris ⁊ volentes auertis. Quando enim ille audierit
a te/ quoniā iſte deceptoꝛ eſt/ quoniam ille fictoꝛ eſt:
quoniā ille ad vſuram dat/ incipit neqꝫ iſtis dare/
neqꝫ illis. Omnes in ſuſpicione habebit: tales eſſe
putabit. Scitis enim quia que mala ſunt facile ſu-
ſpicamur: que ꝟo optima nō ita. Efficiamur miſeri-
coꝛdes nō quomodocūqꝫ: ſed quomodo pater noſter
celeſtis. Ipſe ⁊ adulteros ⁊ meretrices et maleficos
gubernat. Et quid dico? omnē ſpeciem iniquitatis
habentes. In tanto enim mūdo neceſſe eſt eſſe tales
et plurimos. Uerūtamen oēs nutrit/ omnes induit
Nullus fame perijt aliquādo: niſi foꝛte ſponte. Sic
efficiamur etiam nos miſeratoꝛes: ſi quiſqꝫ opus ha
buerit: ⁊ neceſſitate fuerit auxiliari. Nūc autem ad
hoc irrationabilitatis venimus: vt nō ſolum circa
pauperes hoc faciamus qui per vicos ambulāt: ſed
etiam circa viros monachalē vitā agentes. Ille im-
poſtoꝛ eſt inquis. Non hoc dicebā pꝛidē: quia ſi indif
ferēter omnibus demus/ ſemper miſerebimur: Si
autem ceperimꝰ ſcrutari: nunqꝫ miſericoꝛdiā pꝛeſta-
bimus. Quid dicis: vt panē accipiat impoſtoꝛ eſt.
Si quidem auri talenta quereret ⁊ argenti/ aut ve
ſtes pꝛecioſas/ aut ſeruos/ vel aliud quicqꝫ/ merito
quis iſtū diceret deceptoꝛē. Si autem nihil hoꝛum
ſed gubernationē et veſtimentū ꝗ philoſophie ſunt:
nunquid hec deceptoꝛis ſunt? Dic mihi? quieſcamꝰ
ab hac abſurda curioſitate et diabolica et perēpto-
ria. Si enī in clero electū ſe eſſe dicat: ſi ſacerdotē no
minet ſcrutare: nō enim ſine periculo in talibus in-
diſcuſſa cōmunicatio eſt. Circa maioꝛa periculū ver
titur: nō enim das ſed accipis. Si ꝟo pꝛo nutrimē-
to poſtulat/ nihil examines. Quomodo abꝛaam ho
ſpitalitatē circa omnes trāſeuntes oſtendebat. Si
ſcrutatoꝛ fuiſſet circa refugientes ad ſe: nunqꝫ ange
los hoſpicio recepiſſet. Foꝛtaſſis eī nō putās eos an
gelos eſſe/ cum reliquis repelleret: ſed quoniā oēs
ſuſcipiebat/ ſuſcepit ⁊ angelos. Nō enim ex vita ac-
cipientiū a te mercedem tibi retributurus eſt deus:
ſed ex voluntate: ex honoꝛificentia multa/ ex miſeri-
coꝛdia/ ex bonitate. Hec ſi ſint in te: oīa adipiſceris
bona: que cūctis nobis cōtingat adipiſci ſic: gratia
et miſericoꝛdia dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti/ cum quo patri
vna cum ſanctoſpiritu/ gloꝛia/ imperiū/ honoꝛ/ nūc
et ſemper et in ſecula ſeculoꝛū Amen.

Homelia XII Ex capitulo VII

b **Hic enim melchiſedech rex ſalem: ſacerdos dei ſūmi: qui obuiauit abrae: regreſſo a cede regum: et benedixit ei: cui decimas omnium diuiſit: primum quidem qui interpretaẗ rex iuſtitie. Deinde autem rex ſalem: qđ eſt rex pacis: ſine patre: ſine matre: ſine genealogia: neqꝫ initium dierū: neqꝫ finē vite habēs: aſſimilatus aūt filio dei: manet ſacerdos in ꝑpetuū.**

Volens paulus differentiā demonſtrare noui et veteris teſtamenti: in multis hoc diſſeminat et iaculatur: et veluti quodā tintinnabulo preoccupat aures auditorum/ et exercet. Confeſtim quippe ab ipſo exordio hoc iniecit dicens: quia illis quidem locutus eſt in prophetis/ nobis autē in filio et illis quidem multifariā ⁊ multis modis: nobis autē per filiū. Deinde de filio locutus: quis iſte ſit: ⁊ quid operatus ſit: et admonens credendū illi eſſe/ ne eadem patiamur que ⁊ iudei ⁊ dicens: quia pontifex eſt ſcđm ordinē melchiſedech: ⁊ ſepius in hanc differentiā ingredi volēs: ⁊ multa ante diſpēſans: ⁊ increpās veluti infirmos ⁊ iterū recurās/ et recreās vt ꝯfidētiā reciperent: tunc iam introducit differētie rationē vigentibus auditoribus. Qui enim ſurduit et deſperat: non facile quicq̄ aduertit. Et vt cognoſcas/ audi ſcripturā dicentē: Et nō audierunt Moyſen ꝓpter puſillanimitatē. Propter hoc primū excludēs merores eorum: multis ⁊ terribilibus et benignis ſermonibus/ tunc iam aggreſſus eſt de differētia rationē. Et quid dixit? [Hic enim Melchiſedech rex ſalem ſacerdos dei altiſſimi.] Et quod eſt mirabiliꝰ in ipſo typo demonſtrat multā eſſe differentiā. Qđ enim dixi ⁊ typo ſemper fidem facit veritati ex preteritis: propter infirmitatē audientiū. [Hic enim inquit: Melchiſedech rex Salem: ſacerdos dei altiſſimi: qui obuiauit abrae remeanti a cede regum: ⁊ benedicens eum: cui etiam decimas diſtribuit ab omnibus abraam.] In paucis totā narrationē poſuit: ⁊ myſtice eam contemplatus eſt: ⁊ primū ex nomine. [Primū quidē q̄ inquit interpretatur rex iuſtitie.] Sedech quippe iuſtitia dicitur: melcha vero rex: melchiſedech ergo rex iuſtitie: intueris ⁊ in omnibꝫ ſcrupuloſam diligentiā. Quis eſt rex iuſtitie: niſi dominus noſter ieſus chriſtus rex iuſtitie. [Deinde rex ſalem ex ciuitate.] hoc eſt rex pacis: qđ iterū pertinet ad chriſtū: iſte nanqꝫ nos iuſtos effecit: pacificauit q̄ in celis ſunt: ⁊ que in terris. Quis homo eſt rex iuſticie ⁊ pacis? Nullus niſi ſolus dominus noſter ieſus chriſtus. Deinde alterā differentiam introducit: [ſine patre: ſine matre: ſine genealogia: neqꝫ initiū dierum habēs: neqꝫ finem vite: aſſimilatus autem filio dei manet pontifex in perpetuum.] Quoniam igitur occurrebat illi quod dictū eſt: Tu es ſacerdos in eternū ſcđm ordinem melchiſedech. Ille autē moriturus erat: et non fuit ſacerdos in perpetuū. Intuere quali contemplatione iſtud expoſuit. Et quis hoc vnqꝫ de homine dixerit. Nō re ipſa inquit dico hoc eſt neſcimus quem patrem habuit: vel quā matrem: neqꝫ quando ſuſcepit initiū: neqꝫ quando defunctꝰ eſt. Et quid hoc inquis? Nū enim quia nos neſcimus: ideo defunctus non eſt: non habuit parētes: bene dicis. Et defunctus eſt: ⁊ parētes habuit. Quomō ergo ſine patre: ſine matre? quomodo neqꝫ initium dierum: neqꝫ finē vite habuit? quomodo in illo non eſt narrata genealogia eius: ſic et chriſtus ipſa natura rei: ⁊ ſine initio: ⁊ ſine fine eſt. Sicut enim iſtius neſcimus: neqꝫ initium dierū: neqꝫ finem vite propter qđ nō ſit ſcriptum: ſic ⁊ neſcimꝰ filij dei: vel inititium vel finem: non quia nō eſt ſcriptū: hoc autem veritas: et ideo ex hoc nō eſſe non eſt ſicut etiam in omnibus. Hic enim appellationes erant rex iuſtitie ⁊ pacis: illic autem rerum veritas. Quomodo ergo initium habet? Intueris ſine initio filium: nō quia nō habet cauſam ex qua ſit: hoc enim impoſſibile eſt. Habet nāqꝫ patrem: alioquin quomodo filius? Sed quia non habebat initiū vite/ neqꝫ finē: aſſimilatus aūt filio dei: in quo eſt ſimilitudo? Quia et huius ⁊ illius finem ignoramus ⁊ initium. Sed huius quidē quia non eſt ſcriptum: illius autē quia omnino nō eſt in hoc ſimilitudo. Si autē in omnibꝫ eſſet ſimilitudo: nō iam typus eſſet ⁊ veritas: ſed typus eſſet vtrūqꝫ. Sicut enim in imaginibus eſt aliquid ſimile: eſt etiam aliquid diſſimile. In ſcriptione quippe eſt ſimilitudo quedā in caractere: diſſimilitudo autem in impoſitione colorū: ⁊ ſic differentia manifeſta monſtratur: ⁊ quiddā quidē ſimile: quiddam autē diſſimile. [Conſiderate autē inquit quātus iſte eſt: cui etiā decimas dedit: de ꝑcipuis abraā patriarcha.] Interim coaptauit typum: vnde iam confidēs oſtendit eum etiam veris rebus: que erāt apud iudeos/ clariorē ſimilitudinem typi habentes chriſti/ in tantū vt non ſolum iudeis/ ſed etiam ipſo progenitore ſacerdotum meliorem oſtendat. Quid enim quis dicat de veritate? Intueris cum quanta abundantia oſtendit excellentiā. [Conſiderate autem inquit quantus iſte ſit: cui etiam decimas dedit abraam patriarcha ex precipuis.] Precipua exuuie dicuntur: ⁊ non poteſt dici veluti conſorti belli dedit. Propter hoc enim dixit: [obuiauit remeanti a cede regum.] Domi quippe ſedebat inquit/ et de laboribus ſuis dedit ei primitias. Quidam quidem de filijs leui ſacerdotiū accipiētes mandatum habent decimas ſumere a populo ſcđm legem: hoc eſt a fratribus ſuis/ q̄ꝫ q̄ꝫ et ipſi exierint ex lūbis abrae. Tanta quippe eſt inquit/ ſacerdotij excellētia: vt etiam qui ſimiles eſſent a progenitoribus: ⁊ eundem haberent progenitorē: tamen multo amplius meliores eſſe iudicati ſunt ab alijs. Decimas igitur ab illis accipiunt. Cum ergo aliquis horū inuētus fuerit apud eos ab ipſis decimas accipiens: nō iſti quidē ordinē tenebūt aliquoꝝ. Ille autē in ſacerdotibus erat: ⁊ hoc nō ſolū: ſed neqꝫ filijs in honore fuit ſed ex alio genere. Proinde nullo mō dediſſet alienigene decimas: niſi eiꝰ plurimꝰ honor eēt. Q qđ operatus eſt paulus pluſqꝫ credibile eſt: in epl'a ad romanos ſmonē mouēs declarauit/ ⁊ nr̄e ⁊ iudaice ꝯuerſatiōis abraā ꝓgenitorē eē. Hic āt multū aduerſus eos auſus eſt: oſtēdens incircūciſum multo meliorē. Quō ergo hoc oſtēdit? Quia ei leui decimas dedit.



Et quid ad nos hoc? Multū inquit ad nos: nō enī contendere poteſtis leuitas eſſe meliores: q̄ꝫ abraā. Ille autem qui ſine genealogia eſt: de ipſis decimatus eſt abraā. Et nō ſimpliciter tranſiuit: ſed adiunxit: [Et habentē promiſſionē benedixit.] Quoniā ſurſum atqꝫ deorſum erat hoc honoris illorū: oſtendit ab illo honorabiliorē eſſe illū/ ex cōmuni omniū iudicio. [Et ſine vlla contradictione inquit.] hoc eſt oībus ſic videtur. [quod minꝰ eſt a meliore aliquo benediciẗ.] Proinde melior eſt typus chriſti: etiam ab eo qui promiſſiones habebat. Hic quidem decimas hoīes morituri accipiunt: illic autē teſtimoniū prohibeẗ quia viuit. Sed ne dicamus quid ad antiqua reuerteris: dic nobis inquit quomodo dici ſolet. Et bene illū appellauit per abraā ⁊ leui decimatum eſſe/ qui decimas accepit. Quomodo adhuc in lumbis erat cum ei obuiauit Melchiſedech: hoc eſt in eo erat leui/ q̄ꝫ q̄ꝫ natus nō eſſet. Et non dixit leuite: ſed leui. Intueris eminentiā: vides quantum intereſt inter abraā et melchiſedech: qui typū gerebat pontificis noſtri. Et oſtendit excellentiā poteſtatis non ex neceſſitate factā. Ille quippe dedit decimas: quod pertinet ad ſacerdotē iſte benedixit qđ melioris eſt. Iſta excellētia/ ⁊ ad progenitos oēs pertranſijt. Mirabiliter et fortiter excluſit iudaicas rationes. Propterea dicebat: quia imbecilles facti eſtis quia hec euertere volebat: ne gloriareẗ in eis. Talis enim eſt ſapientia pauli. Preſtruit primū: et tūc ingreditur ad ea: que vult oſtendere: duo ponens: genus humanū: et quia multa indiget diligentia/ ⁊ ampliore q̄ꝫ arbuſta vel ſurculi. Illic enim natura corporū eſt et terre: ſeruiēs agricolarū manibꝫ: hic aūt volūtas eſt plimas mutatiōes excipiēs: et nūc q̄dē iſtud: nūc aūt illud aſſumens. Et ꝓcliuis eſt ad maliciam: ꝓpterea oportet vndiqꝫ cautelā exhibere nos: ne forte obdormiſcamus. Ecce enī inquit/ non obdormiet neqꝫ obdormiſcet: qui cuſtodit iſrl'. et Ne des cōmotionē pedibus tuis. Non dixit cōmouearis: ſed tu ne des: in noſtro arbitrio eſt dare: ⁊ nullo alio. Si enī voluerimꝰ ſtare firmi et immobiles nō cōmouebimur. Quid ergo? Nihil deeſt: oīa q̄dē dei ſunt: ſed non ita: vt liberū arbitriū ledaẗ. Si igitur dei ſunt inquit oīa: quid ergo nos culpamur? Propterea dixi vt liberū arbitriū noſtrū nō ledatur: in noſtro itaqꝫ arbitrio eſt. Oportet nos quippe eligere primū que bona ſunt: ⁊ tūc ipſe/ que ab ipſo ſunt/ introducit. Non antecedit noſtras volūtates: ne ledatur liberum arbitriū: cum autē nos elegerimus: multam tunc introducit auxiliationē. Et quomodo ergo paulus inquit: Neqꝫ volentis: neqꝫ currentis ſed miſerentis eſt dei. Primū quidē non ſicut propriam ſententiā introduxit: ſed veluti ex his que propoſita erant: hoc collegit/ et ex his que ante premiſerat. Dicens enim ſcriptū eſt: Miſerebor: cui miſerebor: et dicitur igitur: Neqꝫ volentis: neqꝫ currentis: ſed miſerentis eſt dei. Dicis ergo mihi/ quid adhuc queritur? Scđm illud autē eſt dicendum: quia cuius eſt amplius totum eſſe dixit. Noſtrū enim eligere tm̄ eſt ⁊ velle: dei autem efficere/ ⁊ ad perfectionem ꝑducere: quia ergo illius eſt: amplius eius dixit eſſe vniuerſum ſcđm conſuetudinem hominum: ſic quippe etiam nos facimus/ verbi gratia: Videmus domū bene edificatam: ⁊ dicimus quia totum artificis eſt: ⁊ tamē non omne opus eius eſt: ſed etiā operariorū: ⁊ qui materiam tribuit domui/ ⁊ alioꝝ plurimorum: verūtamen quoniā amplius eſſe contulit: illius vniuerſum opus dicimus: ſic etiā ⁊ hic. Iterū in multitudine: vbi plurimi ſunt omnes eſſe dicimus: vbi autē pauci nullum: ſic ⁊ paulus dixit: Neqꝫ volentis: neqꝫ currentis: ſed miſerētis eſt dei. Aſtruit autem hic duo quedā magna: vnum quidē ne in ſuperbiā erigamur. Siue feſtines inquit non poteſt tuum eſſe effectū. Si enim deſuper nō adueniat adiumentū oīa inuano erunt. Verūtamē quicquid adeptus fueris eorum ad que feſtinas: manifeſtum quia currendo/ ⁊ volendo adipiſceris. Non ergo hoc dixit: quoniā inuanū currimus. Sed quid? Quoniā inuanū currimus ſi noſtrū eſſe vniuerſum putauerimus: ſi non plurimā partem deo tribuerimus. Neqꝫ enim deꝰ totum ſuum eſſe voluit: ne videatur ſine cauſa nos coronare: neqꝫ iterum noſtrū: ne in ſuperbiā incidamus. Si enī minimā partem habētes alta ſapimus: quid ſi totius nos operis noſtri dn̄i eſſemus? Multa quippe deus vt ambitionē noſtrā recideret/ fecit. Et adhuc altiſſima illa manus/ quātis nos paſſionibus circūdedit: vt noſtrā recidat arrogantiā: quantis circōuallauit beſtijs? Etenim quādo dicūt quidā: quid hoc: aut cur hoc? contra qđ deo placet iſta loquunẗ. In tanto te timore conſtituit: ⁊ neqꝫ ſic humilia ſapis: ſed ſi modicam proſperitatē arripias: ad ipſum celū pertingis alta ſapiendo. Propterea etiā celeres mutatiōes exiſtūt et ruine: et neqꝫ ſic corripimur. Propterea mortes frequentes ⁊ immature: nos autē veluti immortales ſapimus vt nunq̄ꝫ morituri. Sic rapimus aliena et ſic ampliora cupimus: vt nunq̄ꝫ reddituri rationē. Sic edificamus tanq̄ꝫ hic perpetuo permanſuri. Et neqꝫ dei verbū ꝑ ſingulos dies nobis inſonās: neqꝫ ipſe res nos corripiunt. Nō eſt dies: nō eſt hora: in qua nō videanẗ mortui frequenter offerri: ſed oīa ſine cauſa. Duritiā enī noſtrā nihil mitigat: neqꝫ ex alienis calamitatibus meliores effici poſſumus: magis aūt nolumus. Sed qn̄ ſoli lugemus: tunc humiliamur. Et ſi itē manū ſuā porrigat deꝰ: nos manū noſtrā erigimus. Nemo humana ſapit: nemo contemnit que in terra ſunt: nemo ad celū attendit: ſed ſicuti ſues deorſum proni ſunt: ad ventrē inclinati: in volutabris deuoluti: ſic et plurimi hominū deterioribus volutabris ſe polluūt ⁊ nō ſentiunt. Melius quippe eſt luto immundo pollui/ q̄ꝫ peccatis. Qui enim illic polluitur paruo tēpore delauatur: ⁊ efficitur ſimilis ei: qui illic nō cecidit: qui vero in baratrum ceciderit peccatorū talem pollutionem accipit: que aquis nō poſſet dilui: ſed que multo tp̄e opus habeat: et penitentia diligenti: ⁊ lachrymis ⁊ luctu feruētiore: ampliore qꝫ tp̄e: q̄ꝫ in dilectiſſimis nr̄is ſolemus oſtēdere. Iſte q̄dē ſordes extrinſecus nobis adueniūt: ꝓpterea ⁊ citius eas amittimus: ille aūt intrinſecus generanẗ: propterea ⁊ vix delauantur ⁊ expurgātur. De corde enim inquit exeunt cogitationes maligne/ fornicationes/ adulteria/ furta/ falſa teſtimonia: iccirco ⁊ propheta dicebat: Cor mundum crea in me deus ⁊c̄. Alius autē: Laua a malicia cor tuū hieruſalē. Intueris quia et noſtrum eſt opus bonū. Et iterum: Beati mundo corde: qm̄ ipſi deū videbūt. Efficiamur mūdi quātū valet virtus nr̄a/ abſtergamꝰ a nobis pctā. Qꝫ aūt poſſint abſtergi ꝓpha docet dicēs: Lauamini mūdi

eſtote: auferte malitias veſtras ab aīabus veſtris:
in conſpectu oculoꝛū meoꝛum. Quid eſt in cōſpectu
oculoꝛum meoꝛū? Quia putantur eſſe quidam non
maligni deo: ſed hoībus: deo autem manifeſti ſunt.
Sepulchꝛa ſunt dealbata: ꝓpterea ſic dixit auferte
ſicut ego video. Diſcite bonum facere: exquirite iu-
diciū: iuſte iudicate egenū ⁊ pauperē: et venite diſpu
temus dicit dñs. Et ſi fuerint pctā veſtra ſicut feni-
ciū: ſicut niuē dealbabo: ſi vo fuerint ſicut coccinū:
ſicut lanam alba facio. Intueris qꝛ pꝛius nos a no
biſipſis opoꝛtet mundari: ⁊ tunc deus mūdat. Pꝛi
mo quidē dicēs: mundi eſtote: tunc intulit: ego deal
babo. Nemo igit̄ etiā coꝛū qui in pꝛofundā iniqui-
tatē deuenerūt: deſperet de ſeipſo. At ſi in habitum
inquit venias: ⁊ pene in naturā ipſius iniquitatis/
nō timeas: ꝓpterea enī coloꝛes nō tenues nomina-
uit: ſed pene qui conſubſtantiales videant̄ ſubiectis
in quibus ſunt. Qꝫ dixit in contrariū ſtatū ⁊ habitū
conuertere: nō ſimpliciter ſe lauare dixit: ſed ſicut ni
uem ⁊ ſicut lanā dealbare: vt nobis ſpem melioꝛē ꝓ
ponat: maioꝛ itaqꝫ eſt penitentie virtus ſi quidē nos
ſicut niuem efficiet/ ⁊ ſicut lanā dealbat: acſi antece
dens pctm̄ inficiat aīas noſtras. Feſtinemus itaqꝫ
mundi effici: nihil graue nobis imperauit: iudicate
pupillo/ ⁊ iuſte iudicate viduam. Uides quō vbiqꝫ
multa cura eſt deo: et multa ratio miſericoꝛdie: ⁊ pa
trocinij exhibendi eis qui oppꝛimunt̄: hec et nos ag
grediamur opera: ⁊ poterimus gratia dei bona fu-
tura adipiſci: quoꝛū cōtingat nos oēs dignos effici
in xpo ieſu dño nřo: cum quo patri vna cū ſancto ſpi
ritu/ gloꝛia imperium/ honoꝛ/ nunc ⁊ ſemper et in ſe
cula ſeculoꝛum Amen.

Homelia XIII Ex capitulo VII

**[S]I ergo conſumatio per ſacer dotiū leuiticū erat: populus enim ſub ipſo legem accepit: quid adhuc neceſſariū ſm oꝛdinem mel chiſedech aliū ſurgere ſacerdotem et nō ſm oꝛdinē aaron dici. Tranſ lato enim ſacerdotio neceſſe eſt vt et legis trāſlatio fiat. In quo enim hec dicunt̄ ex alia tribu eſt: de qua nullus altario pꝛeſto fuit. Manife ſtū eſt enī ꝙ ex iuda oꝛtus eſt dñs noſter: in qua tribu nihil de ſacer dotibus moyſes locutus eſt. ⁊c.**

Si ergo cōſumatio ꝑ leuiticū ſacerdotiū erat inqt
dicens de melchiſedech: et oſtendēs quantū melioꝛ
eſſet abꝛaā: ⁊ multā differentiā pꝛedicās. Hinc iam
incipit ipſius teſtamēti differentiā oſtendere: ⁊ quō
illa qdē impfecta eſt: iſta aūt pfecta. Et necdū ī ipſas
res ingreſſus eſt/ ſꝫ ex ſacerdotio interim pugnat: ⁊
ex tabernaculo. Hec enī credibilioꝛa erant infideli-
bus: qñ ex eis que anteceſſerāt ⁊ credita ſunt pꝛoba-
tio fit: oſtēdit ergo qꝛ multū ⁊ a leui ⁊ ab abꝛaā meli
oꝛ melchiſedech in oꝛdine ſacerdotali factꝰ eſt ex alio
Iterū argumentat̄ ex iſto: cur inquit nō dixit ſcōm
oꝛdinē aaron: ⁊ cōſidera mihi excellentiā. Unde enī
poſſet excludere ſacerdotiū: quoniā nō ſm oꝛdinem
aaron fuit: inde iſtud quidē ſtatuit: illos aūt exclu-
dit. Hoc ipm̄ inquit dico: cur nō ſm oꝛdinē inquit/
aaron factus eſt: ſed etiā ꝙ dixit/ quid adhuc neceſ-
ſariū multā habet expꝛeſſionē. Si enī chꝛiſtus ſcōm
carnē ante eſſet ſm oꝛdinē melchiſedech: deinde lex
facta eſſet: ⁊ ea que circa aaron diſpoſita ſunt/ meri-
to quis dixiſſet qꝛ iſtis pfectis illa ſoluta ſunt: et ex
iſtis ingreſſis illa diſceſſerūt. Si vo xp̄s poſtea ve-
nit etiā ſacerdotiū aliā ſuſcipe foꝛmā manifeſtū eſt vt
pote illis pteritis impfectis extātibꝰ. Ponamꝰ aūt
inquit oīa pfecta eſſe: ⁊ nihil imperfectū remanſiſſe
in ſacerdotio antiquo: quid ergo opus erat ſm oꝛdi
nem melchiſedech dici et nō aaron? Pꝛo qua re hoc
vt relicto aaron/ aliud introduceret ſacerdotiū: hoc
eſt melchiſedech. Si enī conſumatio: hoc eſt regnū
dogmatū vite pfectio ꝑ leuiticū ſacerdotiū erat. Et
attende quō recta via ꝓcedit̄. Poſtqꝫ dixit: [qꝛ ſm
oꝛdinē melchiſedech.] oſtendēs qꝛ melius ſacerdo-
tiū ſm oꝛdinē melchiſedech: multū qppe melius eſt:
deinde ex tpe hoc demoſtrat: qꝛ poſt aarō fuit: vnde
certum eſt: quia fuit melioꝛ. Quid ſibi vult: quod le
quit̄: [ppl's inquit in illo legē accepit?] Quid eſt in
illo? Ipſi obediet: per illud oīa gerit. Non enim dici
poteſt: qꝛ perfectū quidē erat: nō autē ꝓpoſitū erat
populo. In illo enim legē accepit: hoc eſt eo vſus eſt.
Quid ergo alio ſacerdotio opus erat? [Tranſlato
qppe ſacerdotio/ neceſſario et legis tranſlatio fit.]
Si vo alium opoꝛtet ſacerdotem eſſe/ magis autem
aliud ſacerdotiū: neceſſario et legē alteram. Hoc ad
eos qui dicunt quid opus erat nouo teſtamēto. Ha
bet quidem ſuffragans/ ⁊ teſtimoniū ex pꝛophetia:
hoc eſt teſtamētum: qđ diſpoſuit patribus noſtris.
Interim nūc ex ſacerdotio dimicat. Et intuere quo-
modo ex ſuperioꝛibus narrans dixit: [ſm oꝛdinem
melchiſedech.] hoc dicto excluſit ſacerdotiū aaron:
nequaqꝫ enī ſm oꝛdinē melchiſedech diceret: ſi illud
ſacerdociū melius eſſet. Si igitur ſacerdotiū intro-
ductū eſt/ aliud opoꝛtet et teſtamentū eſſe. Neqꝫ enī
poteſt ſacerdos ſine teſtamento eſſe/ ⁊ ſine lege ⁊ ſine
pꝛeceptis: neqꝫ aliud accipientes ſacerdotiū: ſed illo
vetere vti opoꝛtuit. Deinde quod opponi poſſet tra-
ctat: quomō ſacerdos eſſe poſſit: qui non eſt leuita.
Hoc in ſuperioꝛibus pꝛeſtruēs: neqꝫ ſoluendum di
gnū putauit: ſed in tranſcurſu hoc introducit: dicēs
inquit quia tranſlatū eſt ſacerdotiū: ergo ⁊ teſtamen
tum. Tranſlatū eſt aūt nō oꝛdine tantūmodo/ neqꝫ
pꝛeceptis: ſed etiam tribu. Opoꝛtebat quippe/ vt
etiam tribꝰ mutaretur. Et quomō tranſlatū eſt ſa-
cerdotiū ex tribu ad tribū: de ſacerdotali ad regalē:
vt eadē ipſa ſit ⁊ regalis ⁊ ſacerdotalis. Et intuere
myſterium: pꝛimo fuit regalis: poſtea facta eſt ſacer
dotalis: ſic etiā in chꝛiſto: rex quippe erat ſemper: ſa-
cerdos autē factus eſt quando carnē ſuſcepit: quan-
do ſacrificiū obtulit: vides mutationem. Que enim
per tranſlationē facta ſunt: hec veluti ex rerum con-
ſequentia veniant introducit. [In quo enim iſta di
cuntur:] inqt alterius tribus particeps erat: ⁊ ego
noui quia nihil ſacerdotale habuit/ tranſlatio quip
pe eſt. Ego autem etiam aliam inquit oſtendo diffe-
rentiā: non ſolum ex tribu: neqꝫ ſolū ex pſona neqꝫ ex
domo: neqꝫ ex teſtamēto: ſed ipſo typo. [Qui enī nō
ſm legē pcepti carnalis factꝰ eſt: ſed ſm potentiā vi



te inſolubilis] Factus eſt (inquit) pontifex nō ſm le
gem pꝛecepti carnalis. Lex quippe illa ex multa ꝑ-
te carnis. Quid eſt pꝛecepti carnalis? Circūcide (in-
quit) carnem: vnge inquit carnem: laua carnē: mun
da carnem: tonde carnē: liga carnem: nutri carnem:
ſubminiſtra carni. Bona autem retributionis: que
erāt? Multa vita carni: mel et lac carni: pax carni:
delitie carni. Ex hac lege ſacerdotiū ſuſcepit aaron.
Melchiſedech autē non ſic: ſed amplius: adhuc ma
nifeſtum erit/ ſi ſm ſimilitudinē melchiſedech exur-
get pontifex alter. Quid eſt manifeſtū erit? Quan-
ta inter vtrūqꝫ ſacerdotiū differentia: qꝫtum melioꝛ
qui non ſm legē pꝛecepti carnalis factus eſt. Quis
iſte? Num melchiſedech? Non inquit/ ſed chꝛiſtus:
ſed qui ſm potentiam vite inſolubilis. Teſtificatur
enim quia tu es ſacerdos in eternū ſm oꝛdinē mel-
chiſedech: hoc eſt: nō tempoꝛalis: neqꝫ finē habens:
ſed ſm potentiam: hoc eſt per vitam: per potentiam
inſolubilē. Et tamē quāqꝫ nō videatur eſſe hoc con-
ſequens: in eo qui non ſm legem pꝛecepti carnalis
factus eſt: conſequēs enim eſt dicere ſm legem ſpiri
talem: verū per carnalem: quia ſubiaceret tempoꝛi:
demouſtrauit ſicut ⁊ alibi dicit: Uſqꝫ ad tempꝰ coꝛ-
rectionis repoſitas iuſtificationes carnis: ſm potē-
tiam vite: hoc eſt quia pꝛopꝛia virtute viuit. Poſt-
qꝫ dixit: quia ⁊ legis tranſlatio futura eſt: et oſtēdit
hoc interim. Deinde querit ⁊ cauſam qđ maxie oīm
hominū animis ſatiſfacit: ſi cauſam rei alicuiꝰ agno
uerint: ⁊ ad fidem adducit amplius: cū cauſam et ra
tionem percipimꝰ: ſm qualitatē eius qđ efficit̄. Re
pꝛobatio enim fit (inquit) antecedentis pꝛecepti: ꝓ-
pter infirmitatē ſuam/ ⁊ inutilitatē. Hic heretici in-
ſurgunt. Sed aduerte integre. Non dixit ꝓpter ma
lignitatem: neqꝫ pꝛopter maliciā: ſed pꝛopter infir-
mitatē ⁊ inutilitatē. Nam ⁊ alibi oſtendit infirmita-
tem eius: cum dicit: in quo infirmabat̄ per carnem.
Non ergo ipſa infirmata eſt: ſed nos. [Nihil enim
perfecit lex.] Quid eſt nihil perfecit? Nullum perfe
ctum operata eſt: dum ei nō obeditur. His adde qꝛ
neqꝫ ſi audiretur perfectū queqꝫ faceret/ et virtutis
compotē. Interim aūt nō hoc dicit hic: ſed qꝛ nihil
valuit. Et recte littere erant pꝛopoſite: hoc fac: illud
nō facias. Pꝛopoſita erant hec tantū: nō aūt ⁊ vir-
tutem inſpirabant: quia ſpes nō erat. Talis repꝛo-
batio quid eſt? excluſio? Repꝛobatio quippe eoꝛū:
que obtinent eſt iam: quia nihil pꝛoficit. Nihil ergo
pꝛofuit lex. Pꝛofuit quidē: valde pꝛofuit: ſed ad fa-
ciēdos perfectos nihil pꝛofuit. Nihil ergo pfectum
fecit lex. Iuxta hoc quippe dicit omīa legis foꝛmas
eſſe/ et vmbꝛas/ circūciſio/ ſacrificiū/ ſabbatū. Nō
valebat ergo pertranſire in animā: pꝛopter hoc etiā
cedit/ atqꝫ diſcedit. [Introductio melioꝛis ſpei: per
quā appꝛopinquamꝰ deo: ⁊ ſm ꝙ nō ſine iureiuran
do.] Intueris quia neceſſariū illic fuit iuſiurandū:
vt pꝛopter hoc multa ſuperius philoſopharet̄: quia
iurauit dominꝰ: et iurauit ad multam noſtrā ſatiſ-
factionē. [Introductio (inquit) melioꝛis ſpei.] Ha-
buit quippe et illa ſpem/ ſed nō talem. Sperabant
enim bene placentes poſſidere terrā: nihil erumno-
ſum pati: hic autē ſperamus: quia placentes nō ter-
ram poſſidebimus: ſed celum. Magis autē qđ celo
multo melius eſt/ ſperamus pꝛoximi deo conſiſte-
re: ad ipm̄ paternū ſolium peruenire: miniſtrare ei
cum angelis. Et vide quomodo hec ſenſim/ ⁊ pede-
tentim pꝛoponit. Illic nāqꝫ intrantem in interioꝛa
velaminis: hic autē extra velamen: [per quā appꝛo
pinquamus (inquit) deo: ⁊ ſm ꝙ nō ſine iureiurā-
do.] Quid eſt et ſm ꝙ non ſine iureiurando? hoc ē:
Ecce et alia differentia: et nō ſimpliciter hec pꝛomiſ-
ſa ſunt. [Illi quidem ſine iureiurando ſunt ſacerdo-
tes effecti: iſte cum iureiurādo per dicentē ad eum:
Iurauit dominꝰ/ et nō penitebit eum: tu es ſacer-
dos in eternū ſm oꝛdinē melchiſedech: in tantū me-
lioꝛis teſtamēti ſponſoꝛ factus eſt ieſus.] Duas po
nit differentias: quia nō habet finem ſicut legalis:
hoc aūt facit ex pſona chꝛiſti. Qui ingreſſus eſt (in-
quit) ſm virtutem vite inſolubilis. Facit aūt hoc ex
iureiurando/ quia iurauit: ⁊ ex rc. Si enim quoniā
infirma erat illa excluſa eſt: iſta quoniā valet et foꝛ-
tis eſt/ et manet. Facit autē hoc et ex pōtifice. Quo-
modo? Quia vnus eſt: non enim vnꝰ eſſet: niſi eſſet
immoꝛtalis. Sicut enī multi ſacerdotes ſunt/ quia
moꝛtales ſunt: ſic vnus/ quia īmoꝛtalis eſt. [In tā
tum melioꝛis teſtamenti ſponſoꝛ factus eſt ieſus.]
ſm ꝙ iurauit ſemper eum eſſe manſurū. Nequaqꝫ
enim hoc faceret niſi maioꝛ eſſet. Unde ⁊ ſaluare in
perpetuo poteſt accedens per ſemetipm̄ ad deū: ſem
per viuēs ad interpellandū pꝛo eis. Intueris qꝛ de
eo: qui ſm carnem eſt iſta dicit: Quando enim ſicut
pontifex eſt: tunc etiā interpellat: pꝛoinde ⁊ quando
dicit Paulus: qui etiam interpellat pꝛo nobis: hoc
idem ſignificat: hoc eſt pontifex interpellat. Alioqn
q̄ reſuſcitat moꝛtuos/ q̄s vult/ et viuificat/ ſicut pa-
ter: quomodo vbi ſaluatione opus eſt interpellat: q̄
omne iudiciū habet omniū? [Interpellat:] qui mit-
tit angelos: vt alios quidē in caminū mittāt: alios
autem ſaluent. Quomodo interpellat? Unde dixit
etiam ſaluare poteſt. Pꝛopterea ergo qui ſaluat nō
moꝛit̄: qꝛ ſemp viuit: et nō habet ſucceſſoꝛem. Si vo
nō hꝫ ſucceſſoꝛē poteſt etiā omnibꝰ adeſſe/ hic enī pō
tifex acſi mirabilis eēt: vſqꝫ ad tempus illud erat/
in q̄ vitā agebat ſicut ſamuel/ et ſi qui tales: poſtea
vero nequaqꝫ erant/ ſiquidem moꝛiebant̄. Hic aūt
non ita eſt: ſed ſaluat in perpetuo/ ſacramētū quod-
dam ſignificat: non hic ſolum: ſed etiam illic ſaluat:
accedens per ſemetipm̄ ad dominū. Quomodo ſal-
uat? Semper viuit ad interpellandū ꝓ nobis. Ui-
des humilitatē/ vides humanitatē. Non enī dixit
eum obtinuiſſe: ſed vt obtineat ſemper interpellare
pꝛo eis: qui eſt in perpetuo: non ad tēpus tantū: ſed
etiam illic ī futura vita. Semper ergo opus habet
depꝛecari. Et quomodo hoc rationem habebit? Et
homines enim iuſti ſepius ex vna petitione totū im
petrant/ ipſe autē ſemper poſtulat. Quare ergo con
fidet? Intueris quia deſcenſio eſt iſta: hoc eſt: noli ti-
mere nec dicatis etiā diligit quidē nos: ⁊ fiduciā ha
bet ad patrem: ſed nō poteſt ſemper viuere. Semꝑ
(inquit) viuit. [Talis enī decebat vt nobis eēt pō-
tifex/ ſanctus/ innocens/ impollutus/ ſegregatꝰ a
peccatoꝛibꝫ] Uides quia de humanitate hoc dictū
eſt. Quando aūt totam humanitatē dico: diuinita-
tem habentē dico: non diuidens: ſed permittens/ q̄
condecet inſpici. Uides differentiā pontificis. Re-
capitulauit que dicta ſunt: temptatus in omnibꝫ iu
xta ſimilitudinē ſine peccato. [Talis enim decebat
(inquit) vt nobis eſſet pontifex/ ſanctus/ innocēs]
Quid ē innocēs? Sine malignitate: qđ dicit alius
pꝛopheta: Nec dolus inuētus eſt in oꝛe ipſius hoc ē

ſubdolus. Num hoc quiſꝙ̄ de deo dixerit: ⁊ nō erubeſcit: dicens quia deus nō eſt ſubdolus: neqꝫ doloſus. De eo autem qui ſm̄ carnem eſt / habet rationē [Sanctus (inquit) impollutus.] Num ⁊ hoc qſqꝫ de deo dixerit? Num habet naturā: que pollui poſſit? [Segregatus (inquit) a peccatoribꝰ] Hoc itaqꝫ ſolum oſtendit differentiā. Quāuis etiam ipm̄ ſacrificium idem oſtēdat. Quomodo? [Nō habet (inquit) quottidie neceſſitatē / queādmodum ſacerdotes priꝰ ꝓ ſuis delictis hoſtias offerre: deinde pro populi. Hoc quippe ſemel fecit ſeipſum offerēdo.] Hic iam diſtinguit ſpiritualis ſacrificij eminētiam: et ꝗ̄tum intereſt dixit: qđ eſſet pontificis dixit: dixit qđ eſſet teſtamēti: nō quidem totū dixit: tamen hoc iam ante repercutit: ⁊ ipm̄ ſacrificiū. Noli igitur putare pontificem eum audiens / ꝙ ſemper pontificali fungatur officio. Semel quippe functus eſt pontificatu: deinde iam conſidet. Ne putes eum ſurſum ſtare / et miniſtrū eſſe. Unde oſtendit: quia diſpenſationis res facta eſt: ſicut enim ſeruus factus eſt: ſic ⁊ pontifex / ⁊ miniſter. Sed ſicut ſeruus factus non manſit ſeruꝰ: ſic ⁊ miniſter nō manſit miniſter. Nō enim miniſtri eſt ſedere: ſed ſtare. Hoc ergo hic ſignificat magnitudinē ſacrificij oſtēdēs ꝙ ſufficiat ꝗ̄uis vnum eſſet / et ſemel eſſet oblatum: ⁊ tātū preualuit: ꝗ̄tum omnia cetera nō valebant. Sed necdum ne de iſtis loquitur [Hoc enim fecit.] inquit hoc fecit. Neceſſariū enim habuit (inquit) etiam hoc qđ offerret: non pro ſe. Quomodo enim pro ſe offerret: ſed ꝓ populo. Quid dicis? Et valet hoc etiā inquit. [Lex enim homines conſtituit ſacerdotes: infirmitatē habentes.] Iſte autem nō pro ſe offerre opus habuit. Non inquit. Ne enim putes in eo ꝙ dixit ſemel fecit etiā de eo dici oñdit. Audi ergo qđ dicit. [Lex inquit homines cōſtituit pontifices habētes infirmitatem.] Propterea ⁊ ſemper pro ſe offerunt: iſte aūt potens / qui nō habet peccatū. Quare ergo ꝓ ſe offerret? Pro alijs aūt fortaſſis habet rōnem. [Sermo aūt inquit / iuriſiurandi qui poſt legem eſt filiū in perpetuum perfectum.] Quid eſt ꝑfectum? Nō ponit Paulus diſtinctiōes. Poſtq̄ꝫ enim dixit habentes infirmitatē: nō dixit filium potentē: ſed perfectum: hoc eſt potentē. Tanq̄ꝫ ſi diceret. Uides qm̄ filij nomen ad diſtinctionē ſerui dictū eſt. [Infirmitatem autē.] aut peccatū dixit: aut mortē. Quid eſt in perpetuū? Non nunc ſolum ſine peccato: ſed ſemper. Si igitur perfectꝰ eſt: ſi nunq̄ꝫ peccat: ſemꝑ viuit / cur pro nobis offerat multa ſacrificia? Sed interim de hoc nō contendit: ſed pro eo: quia pro ſe ſacrificium nō offerret: hoc affirmat. Quoniam itaqꝫ talem habemꝰ pontificē: imitemur eum: eius veſtigia conſequamur. Non eſt aliud ſacrificiū. Unum nos purgauit: poſt iſtud ignis / ⁊ gehenna. Etenim ꝓpterea ſurſum / atqꝫ deorſum reuoluit: dicēs vnū ſacerdotem / vnū ſacrificiū / ne quis putās multa eſſe ſine timore delinquat. Quotquot igitur digni facti ſumus ſignaculo: quotq̄t ſacrificio potiti ſumus: q̄tq̄t ex īmortali menſa participamur: ꝑmaneamus cuſtodiētes generoſitatē noſtrā / ⁊ honorē. Non enī ſine periculo eſt nobis ruina. Quotq̄t aūt nec dū digni facti ſunt iſtis: neqꝫ ipi ꝓpterea p̄ſumant. Quando em̄ qs ꝓpterea peccat: vt ſanctū baptiſma ī nouiſſima ſua expiratione ſuſcipiat: fortaſſis nō adipiſcit̄. Et credite mihi nō terrēs vos dico / qđ dicturꝰ ſum Multos noui q̄ hoc paſſi ſunt: q̄ ſpe baptiſmatꝭ multa peccabāt: circa die aūt mortis diſceſſerūt vacui. Deus em̄ ꝓpter hoc baptiſma tribuit: vt abluat peccata: nō vt addat. Si vo qs ad hoc baptiſmate vtitur: vt ampliora delinquat ipm̄ fit negligētie cauſa. Si em̄ nō eſſet lauacrū munitiꝰ viuerēt nō habentes peccata. Intueris: q2 qđ dictum eſt faciamꝰ mala / vt veniāt bona: nos ſumꝰ: qui facimus vt dicatur. Jccirco obſecro / vt ⁊ vos q̄ adhuc necdū eſtꝭ imbuti: euigiletis. Nemo ſicut mercenariꝰ: nemo ſicut ingratꝰ aggrediat̄ virtutē: nemo ſicut graue quiddam / ⁊ importabile. Cum alacritate igit̄ hāc aggrediamur / ⁊ gaudētes. Ac ſi em̄ merces nobis nō eēt ꝓpoſita / nonne oportebat bonos eſſe? Saltem cum mercede iam efficiamur boni. Et quō nō erubeſcis? Jn hoc maior eſt reprehēſio iſta. Niſi mihi dederis mercedem / inquis nō efficior caſtus. Proinde audeo aliquid dicere. Nunq̄ꝫ eris caſtus: neqꝫ quādo eris caſtus: ſi quidē pro mercede facis: nihil eſtimas virtutē: ſi nō ipam ames. Sed deus ꝓpter multam noſtrā infirmitatē interim: vel ꝓpter mercedē eā fieri voluit: nos aūt neqꝫ ſic eam aggredimur. Cōſtituamus autē ſi vultis: q2 homo quidā mille mala operatus diſcedat: ⁊ dignus factꝰ baptiſmate: qđ nō facile arbitror cōtingere: quō illuc ꝑgit? dic mihi. Ueluti qui ꝓ eis / que operatꝰ eſt nō culpādus: ſed ſine vlla fiducia erit. Qui em̄ centū annos viuēs nullū opꝰ bonū demōſtrauit: ſꝫ tm̄ q2 nō peccauit: magis aūt q2 neqꝫ hoc: ſed q2 gr̄a ſola ſaluatꝰ eſt: alios aūt videt coronatos / ſplendidos / ⁊ ꝓbabiles / ac ſi non cat in gehennā: nunq̄d ſuſtinebit merorē? dic mihi. Ut aūt ſub exemplo hāc rem manifeſtiorē faciamꝰ: proponamꝰ duos milites: vt vnus quidē furetur: ⁊ appetat aliena: alius aūt nihil hoꝝ operet̄: ſed benignitatē ſolā oſtendat: virtutes plurimas operet̄: in prelijs trophea multa cōſtituat: dexterā ſuā efficiat ex hoſtibꝫ cruentatā: deinde tꝑe veniente: ille quidē ex illa dignitate militie: in qua et fur ille erat: repente ad regale ſoliū / et ad purpurā prouehat̄: ille q̄dē illic ꝑmaneat vbi erat: ſed ex miſericordia ſola imperiali non luat ſupplicia / eoꝝ que geſſit: ſit aūt in loco nouiſſimo: ⁊ ſub imperatore cōſtituat̄ / nō ſuſtinebit merorē / dic mihi: cū viderit illū q̄dē: q̄ cū eo erat ad ſummā aſcendiſſe dignitatē: ⁊ ita clarū factū: ⁊ totū mūdū obtinere: ſe autē in infimis ꝑdurātē: et idipm̄ qđ nō ſupplicijs afficit̄ ſine aliq̄ honore habentē: ſed ex gr̄a ſola / et miſericordia impꝛatoris. At ſi eum dimittat impꝛator / ⁊ a criminibꝫ liberet: verūtamē cōfuſio ꝑmanebit. Nō em̄ eū alij mirabunt̄. Jn talibꝫ em̄ indulgētijs nō eos: q̄ dona ꝑcipiūt: ſꝫ eos q̄ bona tribuūt admiramur. Quāto maiora donauerit: tāto magis ꝯfundent̄ / q̄ ꝑcipiūt / q̄nto eoꝝ erāt delicta maiora. Qualibꝫ ḡ oculis intueri pōt hmōi coſ q̄ ſunt in impꝛiali aula ꝯſtituti: vt illis decē millia ſudores / ⁊ vulnera ſuſtinētibꝫ: ipe nihil hn̄s qđ oſtendat: ſed etiā ipm̄ ꝙ ſaluat̄: ex ſola dei miſcōia poſſidet. Quō em̄ ſi qs hoīem homicidā / furem / adulterū ducendū occidi / poſtulet et iubeat eſſe an̄ limina regalis aule: nullū valebit reſpicere: licet etiā a ſupplicijs liberatꝰ ſit: ſic ⁊ iſte. Nō em̄ q2 regnū dicit / putetis oēs eadem adipiſci. Si em̄ ⁊ p̄fectꝰ / et oēs qui circa impꝛatorem ſunt in aula regali: ⁊ alij valde infimi: ⁊ qui locū: q̄ dicit̄ decanoꝝ obtinēt: in aula regali ſunt: ꝗ̄uis tantū interſit inter prefectū / ⁊ decanum: multo ampliꝰ in ſuperioribꝫ regnis hoc idē erit. Et hoc nō ex me dico: Etenī aliam ponit differentiam paulus. Quante quippe differētie inquit a ſole vſqꝫ ad lunam / ⁊ ad ſtellas / et minimā ſtellā: tante erunt differentie ⁊ eoꝝ: qui in regno dei erūt. Et q2 multo amplius ab eo / qui decanus dicit̄ et a prefecto: ſolis / ⁊ ſtelle minime extat differentia / manifeſtum eſt oībus. Sol quippe omnē ſimul illuſtrat mundū: ⁊ feſtiuū facit / ⁊ lunam / ⁊ ſtellas obſcurat. Jſte aūt fortaſſis nec paret in tenebris conſtitutus. Multe quippe ſunt ſtellaꝝ: quas non videmus. Quādo ergo alios viderimus ſoles effectos: nos aūt ſtellarū minimarū locū habentes: pene nō apparentiū: quale nobis erit ſolatium? Nolite obſecro / nolite ita graues corde fieri: nolite ita ſegnes. Non negociemur adeo ſalutē ad deſidiam / ⁊ negligentiā: ſed nundinemur eā: ⁊ multiplicemꝰ. At ſi cathecuminus ſit aliqs: ſed chriſtū nouit: ſed fidē percepit: ſed oracula diuina aduertit: ſed nō eſt lōge ab intellectu. Nouit volūtatē domini eius / quare differt? Pro qua cauſa vult tale differre negociū? Nihil melius q̄ꝫ vita bona: ⁊ hic / ⁊ illic / ⁊ in baptizatꝭ / et in cathecuminis. Quid em̄ graue eſt dic mihi qđ nobis imperatur? Habeto inquit / vxorem tuam / ⁊ caſtus eſto. Nō hoc difficile eſt. Quomodo? Multi em̄ ſine vxoribꝫ caſtitatē ſeruāt: nō ſolū chriſtiani ſed etiam pagani. Tranſcendit paganꝰ ꝓpter vanā gloriam: tu aūt neqꝫ hoc cuſtodis ꝓpter timorē dei. Da inquit pauperibꝫ ex hijs: que ſunt tibi. Num h̄ graue eſt? Sed hic accuſant nos pagani dicentes: integras ſubſtantias exinaniunt ꝓpter vanam gloriam. Noli (inquit) turpia loqui. Num hoc difficile eſt? ac ſi nō eſſet imperatum. Nōne debebamus hoc implere: ne inhoneſti appareamꝰ? Quia vo magis cōtrariū huius difficile eſt: hoc eſt turpia loqui: manifeſtū eſt ex eo qđ reueret̄ / ⁊ confundit̄ anima: cum tale aliquid dicere fuerit concitata. Et nō dicit niſi forte cum eſt ebria. Quare em̄ in publico non loqueris aliquid turpe: ſed in domo hoc facis: ⁊ ſecreto? illic nō facis / ꝓpter preſentes. Quare an̄ coniugem tuam non facile turpia loqueris? Ne ad iniuriam eius hoc facere videaris. Ne iniuries igit̄ mulierē nō facis / deum qui vbiqꝫ preſens eſt iniurias. Non cōfunderis. Ubiqꝫ em̄ preſens eſt / ⁊ omīa audit. Noli inquit / inebriari. Hoc em̄ et per ſeipm̄ iā ſuppliciū eſt. Nō dixit coarta corpus tuū. Sed q̄d? Nō ita illud luxuriare facias: vt auferas ab anima principatum. Noli ad replendā cupiditatem eiꝰ ꝓcurationē facere. Non rapias (inquit) que tua non ſunt: noli auarus eſſe: noli peierare. Qualibꝫ laboribus hec opus habēt: qualibꝫ ſudoribꝫ? Non accuſes (inquit) neqꝫ calumnieris. Econtra aūt magꝭ labor eſt: cū maledixeris. Statim em̄ in periculū deuenies / ⁊ in ſuſpitionē: ne forte audierit / de quo maledixerꝭ: ſiue magnꝰ ille ſit: ſiue minimꝰ. Si em̄ magnus fuerit ipis operibꝫ confeſtim periclitaberis: ſi aūt minor ſimilibꝫ te vlciſcitur: magis aūt / ⁊ peioribus / ⁊ maioribꝫ te maledictis afficiet. Nihil difficile eſt: nihil graue eſt: qđ nobis imperat̄. Si noluerimus / etiā que facilia ſunt / grauia nobis videbuntur. Quid facilius q̄ꝫ veſci? Ex multa vero diſſolutione plurimi etiam in hoc difficultates patiuntur. Multos autem audio dicentes: q2 ⁊ audire / ⁊ comedere labor eſt. Horū autem nihil habet laborem Si volueris in volūtate omīa cōſtituta ſunt: ꝑ gratiam dūtaxat q̄ deſuꝑ eſt. Feſtinemꝰ igit̄ ad bona vt etiā eterna bona adipiſcamur: Jn xp̄o ieſu dn̄o nr̄o q̄ patri vna cū ſanctoſpiritu / gl̄ia / imperiū / honor / nunc / ⁊ ſemper / ⁊ in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Homelia. XIIII. Ex capitulo. VIII.

c **Apitulum autem in his que dicunt̄. Talem habemꝰ pontificem qui ſedet ad dexteram: ſedis maieſtatis in celeſtibus: miniſter ſanctorum: et tabernaculi veri quod conſtituit deus nō homo.**

Jn vno cōmiſcet humilia cū excelſis apoſtolus Paulus ſemꝑ magiſtrū ſuū ſectans: vt ꝑ humilia ⁊ per hec ad illa deducant̄: vt veniētes a ſublimibus facilis efficiatur via magna diſtāt: quia illa deſcenſionis erāt. Poſtq̄ꝫ itaqꝫ dixit / q̄ obtulit ſeipm̄: poſtq̄ꝫ eum oſtendit pontificem: quid intulit: [Capitulū autē in his / que dicunt̄. Talem habemus pontificem: qui in dextera ſedet maieſtatis.] Et tamē hoc non pontificis eſt: ſed eius cui ab illo exhiberi oportet ſacerdotij functionē: [miniſter ſanctoꝝ.] neqꝫ miniſter ſimpliciter dictꝰ eſt: ſed ſanctoꝝ miniſter [⁊ tabernaculi: qđ cōſtituit deus nō homo.] Uides deſcenſionē. Nonne paulo ante diſcernit dicens: nōne omnes ſunt miniſtri ſpiritus: et propterea dixit nō audiunt ſede a dextris meis: vtpote illo: qui ſederit nō extante miniſtro. Quomodo ergo hic miniſter dictus eſt: ⁊ miniſter ſanctorū? Tabernaculū quippe hic dixit: Uide aūt quō aſtruxit animas eorum qui ex iudeis crediderant: quoniā enim fortaſſis imaginabantur q2 tabernaculū tale nō habemus: ecce inquit pontifex / ⁊ magnus / ⁊ multo maior illo: ⁊ ſacrificium mirabile obtulit. Sed intuere ne forte h̄ ſermo tantū habeat: ne forte amplificatio / ⁊ animatio ſit. Propterea primo fidē fecit ex iureiurando: deinde ex tabernaculo: qđ quidem ⁊ demonſtrat differētiam. Jpſe aūt ⁊ aliā adinuenit: [qđ conſtituit inq̄t / deus nō homo.] Ubi ſunt / qui dicūt ſignificari celum? Ubi ſunt / qui ſperoides a ſpera illud eſſe pronunciant? Utraqꝫ enim iſta excluſa ſunt in hoc loco. [Capitulū aūt inquit / in his que dicunt̄.] Capitulum ſemꝑ qđ maximū eſt dicit̄. Jterum deponit ſermonem ſuū poſtq̄ꝫ dixit / q̄ alta ſunt: qm̄ ſine timore iam loquitur. Deinde vt agnoſcas: quia miniſter d̄ humanitate dictus eſt: intēde quomō idem hoc ipm̄ annotat. [Omnis em̄ pontifex inquit / ad offerēda munera / ⁊ hoſtias cōſtituit̄. Unde neceſſe eſt et hūc habere aliquid: qđ offerat.] Ne forte q2 audis ꝙ ſedeat totū eum putes pontificē dictū: Jllud quidem dignitatis eſt diuine / hoc eſt ſedere / hoc autē miſericordie multe ⁊ amoris: quē nobis impendit. Propterea hoc inculcat: ⁊ in hoc amplius cōmorat̄. Uereretur em̄ ne illud refutet: ꝓpterea iam ad hoc ſuū deponit ſermonem: quoniā querebāt quidā cur mortuꝰ ſit. Pontifex inquit erat. Pontifex aūt ſine hoſtia nō eſt. Oportet igit̄ ⁊ hūc habere hoſtiā. Et aliter dicens: q2 ſurſum eſt: dicit ⁊ oſtēdit vndiqꝫ quia pontifex eſt / ex melchiſedech: ex iureiurādo: ex offerēdo hoſtiā. Deinde etiā ex hoc / et neceſſariū conſtruit aliū ſyllogiſmū. Si em̄ eſſet ſuꝑ terrā inq̄t / nequaq̄ꝫ

eſſet pontifex/cū eſſent qui offerrent ſm legē mune
ra. Si igiꝰ eſt pontifex/ſicuti eſt/oportet cū locū a-
lium quererꝫ:ſup terrā quippe extans/nequaq̄ eēt
pontifex. Quō em̄ qui neqꝫ obtulit/ neqꝫ ſacerdotio
functꝰ eſt? Et merito. Erāt em̄ alij ſacerdotes. Oſtē-
dit ergo qm̄:neqꝫ poſſibile eſt ſup terrā eſſe ſacerdo-
tem. Quō em̄ vbi neqꝫ reſurrectio erat inq̄t: Hic ne
ceſſariū eſt eleuare mentē noſtrā/ ⁊ cōtemplari apo-
ſtolicam ſapientiā. Iterū nanqꝫ aliā differentiā de-
monſtrat ſacerdotij. [Qui exemplari/ et vmbre de-
ſeruiunt celeſtiū.] Que hic dicit/ celeſtia ſpiritalia.
At ſi em̄ ⁊ in terra geruntꝰ: veꝝ celis hec digne ſunt
functiones. Cū em̄ dn̄s noſter ieſus xp̄s fuerit occi
ſus:cū ſpūſſanctus aduenerit:cū qui ſedet in dextra
patris p̄ſens affuerit:cū filij efficiuntꝰ per baptiſma:
cū ciues efficiuntꝰ eorū q̄ ī celis ſūt:cum patriā ſupnā
habuerit:cū ciuitatē ⁊ ꝯuerſationē:cū peregrini fue
rimus huius habitationis/ quō non ſunt celeſtia?
Sed quid ſunt? Nonne ſunt hymni celeſtes? Nōne
cantilenā in ſupnis exercēt? Nōne chori ſunt diuini
incorporearum virtutū? Hec etiam nos:qui deor-
ſum ſumꝰ cōcinnētia illis eloquimur. Nōne ⁊ alta-
re celeſte cōſiſtit? Quō nihil habet carnale? Omnia
ſpūalia fiunt:q̄ ꝓponuntꝰ. Nō in cinerem reſoluuntꝰ:
nō in fumos extenuantꝰ: nō in vaporatiōes diffun-
duntꝰ ſacrificia:ſed clariora et feſtiuiora efficiuntur:
quecunqꝫ proponuntur. Quomodo itaqꝫ non cele-
ſtia celebramus? Cum enim dicitur:et quorūcunqꝫ
tenuerint peccata detenta ſunt: et cuicunqꝫ dimiſſa
fuerint dimittuntur: et claues habuerint celi/ quō
nō celeſtia? [Qui exemplari (inq̄t) ⁊ vmbre deſerui
unt celeſtiū?ſicut reſponſum eſt moyſi:cū cōſumaret
tabernaculū. Vide inquit/ oīa facito ſm exemplar:
qō tibi oſtēſum eſt in mōte.] Qm̄ auditꝰ noſter mi-
nus aptus eſt ad diſciplinā percipiendam q̄ꝫ viſus:
nō em̄ ita aīo cōmendamꝰ q̄cūqꝫ audimꝰ:quō illa q̄
ip̄o viſu pceperimꝰ:oſtēdit illi oīa. Siue ḡ dicit exē-
plar/ ⁊ vmbrā/ſiue de templo:ſubiunxit em̄: [vide
et facito (inq̄t) oīa/ ſm exēplar qō tibi oſtēſum eſt.]
Vtrū ne de ꝯſtructione templi tantū vidit: an ⁊ de
hoſtijs/ ⁊ ceteris oīb? Magis aūt minime q̄ſq̄ꝫ
peccauerit/ et hoc dicēs celeſtis ē eccleſia: ⁊ nihil a-
liud eſt q̄ꝫ celū. [Nunc aūt meliꝰ ſortitꝰ eſt miniſte-
riū: quanto ⁊ melioris teſtamēti mediator eſt.] Vi-
des inq̄t/ quāto melior hec illa celebratiōe. Siqui-
dem illa exemplar ⁊ forma:iſta vō veritas. Sed ni
hil hoc proderat auditoribus neqꝫ letificabat. Pro
pterea igiꝰ qō maxie eos letificabat dicit [Qō ī me
lioribꝫ ꝓmiſſionibꝫ ſancitū eſt.] Trāſiens a loco ⁊ a
ſacerdote/ ⁊ a ſacrificio:tunc demū/ ⁊ teſtamēti dif-
ferentiā ponit. Dixerat quidē ⁊ primū:qꝛ infirmum
eſt ⁊ inutile. Et intuere qualia ponit monimēta ac-
cuſaturus illud. Illic enim dicens ſm potentiā vi-
te inſolubilis:tunc intulit:qm̄ reprobatio fit antece
dētis mādati. Deinde poſtea magnū quiddā poſuit
dicēs:ꝑ qō appropinquamus deo. Hic aūt ad celū
nos eleuās/ ⁊ oſtendēs:qꝛ pro templo celum habe
mus: ⁊ vetera exemplaria erant noſtroꝝ: ⁊ celebra-
tionē noſtrā iſtis rebꝫ ſublimās: ⁊ merito iam ſacer-
dotiū extat:ſed ſicut dixi qō maxie eos letificat: po-
nit dicens: [ꝙ in melioribꝫ ꝓmiſſionibꝫ ſancitū eſt.]
Vnde hoc certū eſt illis? Qm̄ illud quidē excluſum
eſt:iſtud aūt ꝓ illo introductū eſt. Propterea em̄ et
obtinet:quia melius eſt. Sicut em̄ qꝛ perfectio per

illud:quid ergo inquit/ opus eſt ſm ordinē melchiſe
dech/ aliū ſuſcitari pontificem:ſic etiam hic eodē vti
tur ſyllogiſmo dicēs: Si enim primū culpa vacaſ-
ſet nō vtiqꝫ ſecūdi locus inquirereꝰ: hoc eſt ſi incul-
pabiles faceret. Quid enim de hoc dixit? Nō dixit
illud culpans:ſed illos. Proinde dicit: [Ecce dies
veniēt dicit dominꝰ: et cōſumabo ſup domū iſrael:
et ſuper domū iuda teſtamentū nouū:non ſm teſta-
mentum/ quod feci patribꝫ eorū/ in die qua appre-
hendi manū illorum: vt educerē illos de terra egy-
pti. Quoniā ipſi nō permanſerūt in teſtamēto meo:
et ego neglexi eos/ dicit dominꝰ:] Etiam vnde cer
tum eſt:quia finē accepit? Oſtendit quidē ⁊ ex ſacer-
dote:oſtendit nūc ⁊ manifeſtius ip̄o verbo: qm̄ ex-
cluſum eſt. Quomodo hoc in melioribꝫ promiſſioni
bus? Vbi ſunt iſte? Dic mihi: Terra/ et celum. Tu
aūt cōtemplare quomodo ⁊ illic promiſſiōes dixit:
ne in iſto hocipſum accuſet. Etenim illic/ quoniā ap
proximamus deo/ ſpem meliorē oſtendit:quia ⁊ il-
lic ſpes: ⁊ hic promiſſiones meliores ſignificans:qꝛ
et illic repromiſit. Quoniā aūt culpabāt ſemp. [Ec-
ce em̄ dies veniēt (inquit) dicit dominꝰ ⁊ cōſumabo
ſuper domū iſrael:et ſuper domum iuda teſtamentū
nouum:non antiquū.] Qō teſtamentum dicit? Ne
forte hoc poſſent dicere: ⁊ tēpus definiuit. Non em̄
dixit ſimpliciter ſm teſtamentum: qō teſtatus ſum
ad patres eorum: ne illud qō ad Abraam factū eſt
ip̄m eſſe dicerent:aut ad Noe. Sꝫ quale dicit? [nō
ſm teſtamentū:qō conſtitui patribꝫ eorum:cum exi-
rent de terra egypti.] Propterea etiam intulit: [in
die qua apprehendi manum eorum: vt educerē eos
de terra egypti: ⁊ ipſi non manſerunt in teſtamento
meo:et ego neglexi eos dicit dominus.] Intuere a
nobis primū incipere mala:ipſi inq̄t/ primi nō man
ſerunt. Ex nobis eſt negligētia:bona vō a deo:que
ad beneficia pertinent dico. Hic veluti excuſationē
cōſtituit cauſam oſtēdens ꝓpter quā dereliquit eos.
[Quoniā hoc eſt teſtamentū inquit/ qō conſtituam
domui iſrael:poſt dies illos dicit dominꝰ/ dans le
ges meas in mentibus eorū/ et in cordibus eorū cō
ſcribam eas: ⁊ ero illis in deum: ⁊ ipi erunt mihi in
populum.] Sic inquit/ de nouo teſtamento iſta di
cit nō ſm teſtamētum: qō conſtituit. Qualis aūt eſt
alia differentia q̄ꝫ iſta? Si aūt differentiam eſſe qs
dicat:nō ſm hꝰ:ſꝫ ſm ꝙ datꝰ in cordibꝰ eorū. Nō em̄
preceptorū inducit differentiam:ſed modum dandi
oſtendit alterum. Non iam in litteris inquit/ erit te
ſtamentum:ſed in cordibus. Oſtendit itaqꝫ hoc fa-
ctum aliquādo iudeis:ſed nō inueniet. Iterū eni in
litteris factum eſt/ poſt regreſſionem ex babylonia.
Ego autē oſtendam apoſtolos nihil accipiētes ſcri-
ptum: ſed in cordibus ſuſcepiſſe per ſpiritūſanctum
propter quod etiam chriſtus dicebat: Ille veniens
cōmemorat vobis omnia/ ⁊ docebit vos] Et nō do
cebit inquit/ vnuſquiſqꝫ proximū ſuum: ⁊ vnuſqſqꝫ
fratrem ſuum dicens cognoſce dn̄m: quoniā omnes
ſcient me a minore vſqꝫ ad maiorē eorū: quia propi-
tius ero iniquitatibꝫ eorū/ ⁊ peccatis eoꝝ/ et iniqui
tatum eoꝝ iam nō memorabor] Ecce et aliud ſignū
a minore inquit/ vſqꝫ ad maiorē eorū ſcient me: ⁊ nō
dicent:cognoſce dominum. Quando iſtud cōtingit
niſi modo. Manifeſtū quippe eſt: ꝙ circa nos actū
eſt: ꝙ aūt circa illos nō eſt manifeſtū: ſed recluſum
erat in angulo nouo. Nouū tunc dicitꝰ qm̄ aliud oſtē

dit: vel quādo a vetere amplius habet. Ecce inquit
et iſtud nouū exiſtit: cum quedā eius remota ſunt/
quedā aūt manent: vtputa ſi quis domū vetuſtam:
et caſurā totam immutās: ⁊ fundamenta noua con
ſtituens confeſtim dicimus fecit eam nouā:cum ve
rō aliqua quidē eius auferat: aliq̄ vō imutet: etem̄
celum nouū dicitꝰ ſic:quādo nequaq̄ꝫ ereum erit:ſed
cum pluuiam dederit/ cum infructuoſum nō eſt:nō
quando mutabitꝰ:non quādo aliqua quidem eiꝰ ex-
cluſa fuerint:aliqua permāſerint. Proinde teſtamē
tum inquit/ nouū bene q̄s dicit. Si em̄ oſtendo qm̄
vetuſtius factū eſt teſtamentū illud: ſm ꝙ nemo in
illo fructificat: ⁊ vt agnoſcas integre/ lege quid di-
xit Aggeus:quid Zacharias:quid angelus: necdū
reditu eorū impleto. Quid etiam Eſdras increpat:
quomodo corripuerūt eum/ quomodo nemo inter-
rogat dominū: vbi etiam ipſi tranſgreſſi ſunt: ⁊ neqꝫ
ipſi ſciebāt. Intueris quomodo violentiā patitꝰ tu-
um:ego aūt meū oſtendam:quoniā nouum proprie
ipſum dicitꝰ. Sed neqꝫ illud concedo de hoc dictum
eſſe:quoniā erit celum nouū:quare nō magis quod
dicitꝰ in Deuteronomio:quia erit celum ereum:hoc
poſuit ad differentiā ſignificandā. Si autem audie-
ritis erit nouū: ⁊ quidem propterea inquit/ aliud te
ſtamentū dare repromittit:quoniā in primo nō mā
ſerunt. Hoc ergo demonſtro per ea/ que dixit:quia
qō impoſſibile erat legis/ in quo infirmabatꝰ ꝑ car-
nem. Et iterū: Quid temptatis imponere iugū ſu-
per collum diſcipulorū: qō neqꝫ patres noſtri: neqꝫ
nos valuimus portare:ſed illi quidē nō manſerūt/
inquit:hic aūt oſtenditꝰ:qꝛ maioꝝ nos dignos facit
ſpiritualium rerum. In omnē inquit/ terrā exiuit ſo
nus eoꝝ:et in fines orbis terre verba eorum. Hoc
eſt nō dicet vnuſquiſqꝫ ad proximū ſuum:cognoſce-
dominū. Et iterū: Multiplicabitꝰ terra: vt cogno-
ſcat dominū:ſicut aqua multa cooperuit mare. In
eo ꝙ dixit/ inquit nouū: vetuſtum oſtēdit primum.
[Qō autem vetuſtū erit/ ⁊ ſeneſcit:proximū erit in-
teritui.] Vide quomodo qō abſconſum erat/ reue-
lauit ⁊ ipſam mentē prophete aperuit. Honorauit
legem et noluit eam dicere vetuſtā nominatim: ve-
rūtamen hoc dixit: Si enim illud nouū eſſet nequa
q̄ꝫ etiam iſtud teſtamētū:poſtea nouū vocaret. Pro-
inde amplius quidē dans/ ⁊ alterum antiquatum
eſt inquit/ Ergo ſoluetur/ et periet/ et iam non erit.
Sumens igitur a propheta fiduciam: paulo am-
plius in illud teſtamentū inuehitꝰ:comode oſtendēs
quoniā noſtra nūc florent/ illa vetuſta ſunt. [Dein-
de ſumēs nomē vetuſtatis: ⁊ aliud de ſuo adijciēs]
hoc eſt ſenectutē: [qō reliquū erat ex alijs aſſumēs:
inquit/ proximum eſt interitui.] Et non ſimpliciter
quieſcere factū eſt a nouo vetus teſtamentū:ſed velu
ti qui ſenuiſſet/ veluti inutile. Propterea dicebat:
propter infirmitatem/ ⁊ inutilitatē/ et nihil perficit
lex: ⁊ qꝛ ſi primū inculpabile eſſet/ nequaq̄ꝫ ſecūdi lo
cus quereretꝰ. Non veluti obnoxiū criminibꝫ:ſꝫ ve-
luti effectū non habens:more idiotarū locutus eſt/
veluti ſi quis dicat nō eſt culpabilis hec domꝰ:hoc
eſt habet vitium/ debilis eſt. Non eſt inculpabile hꝰ
veſtimentū:hoc eſt iam putre ē:nō veluti malignū/
igitꝰ hic accuſauit:ſed veluti habens querelam/ ⁊ vi
tium. Ita ⁊ nos noui ſumus/ magis aūt noui facti
ſumus:nūc autē veteruerimꝰ:propterea proximi ſu
mus interitui/ ⁊ perditioni. Expoliemur iſto ſenio.

Lauacro quidē iam impoſſibile eſt:ſed penitētia dū
hic ſumus poſſibile eſt:ſi quid vetuſtum eſt in nobis
abijciamus/ ſi qua ruga/ ſi qua macula/ ſi qua ſor-
des delauemur/ efficiamur boni: vt cōcupiſcat rex
pulchritudinē noſtrā. Licet em̄ et his/ qui ad infir-
mā cecitatē deciderūt recreare pulchritudinē illā: de
qua dixit dauid: Cōcupiuit rex pulchritudinē tuā:
audi filia/ ⁊ vide/ et obliuiſcere populi tui/ ⁊ domū
patris tui/ ⁊ cōcupiſcet rex pulchritudinē tuā: et tn̄
obliuio pulchritudinē nō facit ineſſe:hoc eſt pulchri
tudinē anime. Sed qualis obliuio facit pulchritu-
dinem? Obliuio peccatoꝝ. Ad eccleſiā quippe/ que
ex gentibus ē loquitꝰ: admonēs eam parentū ſuorū
nō recordari:hoc eſt ſacrificantiū idolis. Ex talibus
quippe cōgregata ē. Et nō dixit:nō opis:ſed qō am-
plius eſt: [neqꝫ in mentem recipias.] Qō ⁊ alibi di
xit:nō recordabor nominū illoꝝ ꝑ labia mea. Et ite
rum: Vt nō loquatꝰ os meū opera hominū. Sꝫ nec
dum hec magna virtus eſt. Magna quidē/ ſed nō
talis. Illic enim q̄d dixit. Nō dixit/ ⁊ nō loqueris/
que patrū tuorū ſunt/ neqꝫ ne dicas:que ſunt patrū
tuorū. Sed quid dixit? [Ne recorderis eorū/ neqꝫ
in mentē tuam veniāt.] Vide quāto interuallo nos
ſeparari vult a malicia:qui eni nō recordatꝰ:neqꝫ cō
ſiderat:qui nō cōſiderat neqꝫ loquitꝰ:qui nō loquitꝰ:
neqꝫ operatꝰ. Intueris quātis nos circūſepſit muni
mentis/ ⁊ quātis interuallis ſeparauit. Audiamꝰ
igitꝰ ⁊ nos/ ⁊ obliuiſcamur maloꝝ noſtroꝝ/ nō eoꝝ
que peccauimꝰ dico. Recordare (inquit) tu primꝰ/
et nō recordabor ego. Veluti qō dico non recorde-
mur rapine:ſed etiam que rapuimus reddamꝰ:hoc
eſt obliuiſci malicie/ ⁊ excludere cogitationē rapacē/
et nunq̄ꝫ ſuſcipe: ſed etiam peccata que ſunt a nobis
diluere. Et vnde nobis cōtingat fortaſſe queritis
obliuio malignitatis/ ⁊ memoria bonoꝝ/ ex memo
ria chriſti? Si dei ſemꝑ recordati fuerimꝰ:nō poteri
mus illorum reminiſci. Rercordabor (inquit) tui ī
ſtratu meo/ ⁊ in matutinis meditabor in te:oportet
igitꝰ hoc facere:maxime autē tunc oportet recordari
dei:quādo in ſilentio cogitatio noſtra eſt:quando ꝑ
memoriā illius condemnare ſeip̄m poteſt: quādo in
memoria retinere poteſt. Per diem enim ſi recorde-
mur:introeūtes:alie cure/ et ꝑturbatiōes excludūt
eam. Per noctem ſemꝑ poterit recordari qn̄ in tran
quillitate eſt/ ⁊ in requie anima:qn̄ in portu/ qn̄ in
ſereno. Loquimini (inquit) in cordibꝫ veſtris/ ⁊ ī cu
bilibꝫ veſtris cōpungimini. Oportebat quidē ⁊ per
diē ſemꝑ iſtā hr̄e memoriā: ſed qꝛ cogitatis ſemꝑ/ et
multa cogitatio veſtra diſpergitꝰ ꝓpter ſecularia:ſal
tem tūc recordamini dei in cordibꝫ veſtris/ in matu
tinis meditemur in illo. Si in matutinis talia me-
ditemur cū multo munimine ꝓcedimꝰ ad cauſas: ſi
ꝓpitiū deū nobis primitꝰ faciamꝰ interpellatiōe/ ⁊
ſupplicatiōe/ ⁊ ꝓcedamꝰ/ nullū habebimꝰ inimicū.
at ſi habeas/ irridebis eū: deū habens ꝓpitiū. At ſi
bellū ſit in plateis:at ſi pugna ſit quippe res quotti
diane/ fluctuatio ſunt/ ⁊ tempeſtates. Opus itaqꝫ
nobis eſt armis. Maiora aūt arma ſunt oratio ī ꝓ-
ſperitate ventoꝝ. Oportet nos diſcere oīa: vt poſſi-
mus lōgitudinē diei ſine naufragio ꝑtrāſire/ ⁊ ſine
vulneribꝫ. Multi quippe per ſingulos dies ſcopuli
oppoſiti ſunt: ⁊ ſepius ī illos eliſa ratis demerſa ē.
Propterea opus eſt nobis oratione/ maxime aūt
matutina/ ⁊ nocturna. Olympiaca certamīa pluri

mi veſtrū ſpectauerūt/ ⁊ nō ſolū ſpectauerūt:ſed ⁊ feſtinatores/ ⁊ miratores certantiū fuerunt. Et alius quidē illius:alius autē illius amator fuit. Scitis ergo quō/ ⁊ dies certaminis/ ⁊ noctes illas ꝑ oēm noctē preco nihil aliud curat/ de nullo alio ſollicitꝰ eſt/ niſi quomodo exiens nō erubeſcat: qui certaturus eſt. Illi aūt qui aſſident cornicini monent/ neq; loqui alicui/ ne ſpiritū ſuum expendens deriſui fiat. Si igit̃ ille/ qui inter hoīes certaturus eſt/ tāta ꝓuidentia vtitur:multo amplius nos conuenit ſemꝑ curā habere/ ⁊ ſollicitudinē/ quib; oīs vita certamē eſt. Omnis igit̃ nox ſit nobis peruigil/ ⁊ curā geramus/ quō ꝑtranſeamꝰ diem:ne forte deriſui efficiamur/ atq; vtinā ſolum deriſui. Nunc aūt ſedet ī dextera patris ſpectator certaminis/ audiēs diligēter ne forte aliquid abſonum proloquamur:ne aliquid ꝑ̄ter modulamē. Nō eñ rerū ſolaꝝ:ſed etiā verborum iudex eſt. Uigilemus itaq; dilectiſſimi/ habeamus ⁊ nos ſtudioſos:ſi voluerimꝰ vnicuiq; angeli aſſiddent. Nos aūt ſtertimꝰ ꝑ totam noctē/ atq; vtinam hoc ſolū. Multi aūt ⁊ flagitia plura cōmittūt: alij quidem ad ipſa proſtibula euntes: alij autē domos ſuas/ domos fornicationis faciētes/ meretrices illuc adducendo. Iſti ſatis bene cogitāt de certamine/ qd̓ cum diabolo certaturi ſūt. Alij ebrij ſunt/ ita vt aliena loquant̃:alij ꝑturbationes faciunt:alij tota nocte vigilant:ſed male/ ita vt a dormientibꝰ peiores ſint/ plectētes dolos:alij vſuras numerantes. Alij curis/ ⁊ ſollicitudinib; cruciant̃/ ⁊ oīa magis faciūt:q̃ ea que ꝑtinent ad certamē. Icirco/ obſecro/ vt oīa relinquētes vnū attendamus/ qualit̃ poſſimus palmā accipere/ ⁊ corona indui. Omīa g̊ ꝓpter hoc faciamus ꝑ que poterimus adipiſci/ q̄ nobis ꝓmiſſa ſunt bona:que nos contingat ꝑcipere in christo ieſu dño noſtro/ cum quo patri/ vna cū ſanctoſpiritu/ gloria/ imperium/ honor/ nunc/ ⁊ ſemꝑ: et in ſecula ſeculorum Amen.

### Homelia. XV. Ex capitulo. IX.

b **Abuit quidem ⁊ prius iuſtificationes culture:⁊ ſanctū ſeculare. Tabernaculū enim cōſtructum eſt primum: in quo erat candelabrum:et menſa: et propoſitio panum:que dicūtur ſancta. Poſt velamentū autem ſcd̓m tabernaculū qd̓ dicebat̃ ſanctaſanctorum aureū habēs turibulū:et arcam teſtamēti circūtectā ex oīni ꝑte auro in q̄ erat vrna aurea hn̄s manna:⁊ virga aaron q̄ fronduerat: et tabule teſtamenti: ſuꝑ q̄ erāt cherubin glorie obumbrantia ꝓpiciatoriū: de qbꝰ nō eſt mō dicēdū ꝑ ſingula.**

Oſtendit ex ſacerdotio ⁊ ex teſtamēto quia finē habiturū erat illud:oſtēdit aūt iam ex ipo tabernaculi ſcemate:quō hec (inquit) ſancta/ ⁊ ſanctaſanctoruz. Et ſancta quidem prioris ſunt inditia temporis:ibi quippe per hoſtias oīa fiebant:in ſanctis aūt ſanctorum huius temporis ſignū eſt:nūc preſentis. Dicit aūt ſanctaſanctoꝝ eſſe celū/ ⁊ velamentū celū:⁊ carnem intrantem in interiora velaminis: hoc eſt velamen carnis eius. Bonū ꝟo eſt ex paulo ſuperiorib; hunc locum repetētes dicere. Quid g̊ inquit:[Habuit quidē primū teſtamentū:ſcilicet iuſtificationes culture] Quid eſt iuſtificationes? Signa/ ⁊ ſanctiones/ que tunc erāt. Tanq̃ ꝙ nunc inqt/ nō habeat: oñdit illud ceſſaſſe. Tunc eñ nō habuit inqt: Proinde nunc:ac ſi adhuc inſtantia nō eſt. Tūc ſanctū ſeculare dicit/ qm̄ omnib; licebat intrare:⁊ manifeſtꝰ erat ille locꝰ in illo tabernaculo/ vbi ſacerdotes ſtabant/ vbi iudei/ vbi proſeliti/ et gētiles/ et nazarei. Quoniam ergo ⁊ gentib; acceſſibile erat:ſeculare illud appellat:nō eñ iudeis totꝰ mūdus erat. [Tabernaculum eñ inquit/ cōſtructum eſt primū:quod dicebatur ſancta:in quo erat candelabrū et menſa/ et ꝓpoſitio panum.] Hec ſigna erāt mundi. Poſt ſecundā velamen ſicut apparet/ nō erat vnū velamē ſed etiā foris velamen erat tabernaculū/ qd̓ dicitur ſanctaſanctoꝝ. Attende quō vbiq; tabernaculū vocat:ex eo ꝙ ibi habitet̃. [Aureū (inquit) habēs thuribulum/ ⁊ arcam teſtamenti circūſeptā/ ex oīni parte auro:in qua vrna erat aurea/ habēs māna/ ⁊ virga aaron/ q̄ fronduerat/ ⁊ tabule teſtamēti.] Omia venerabilia erāt:⁊ clara:ingratitudinis iudaice monumenta. [Et tabule (inqt) teſtamenti.] Fregerat quippe eas. [Et manna.] Murmurauerunt eñ/ et vt deduceretur ad poſteros memoria/ imperauit illud in vrna aurea reſeruari. [Et virga aaron (inquit) que fronduerat:ſuꝑ que erāt cherubin glorie] Quid eſt cherubin glorie/ ſiue glorioſa/ ſiue q̄ ſub deo ſunt conſtituta? [Obumbrantia inquit/ ꝓpiciatorium.] Sed ⁊ eleuat hec ſua oratione/ vt oſtenderet:q; maiora ſunt que poſt iſta ſunt. [De quib; inquit/ nō eſt nunc dicendum per ſingula.] Hic ſignificauit quoniam non hec ſola erant/ que videbātur:ſed enigmata quedā erant. De quibus inquit/ non eſt nunc dicendum per ſingula. fortaſſis quia opus multo ſermone haberent. His igit̃ ita cōſtructis inquit/ in primū quidē tabernaculū ſemper intrabant ſacerdotes:culture officia cōſumātes: hoc erant quidē iſta:ſed nō eis fruebant̃ iudei. Non eñ videbāt ea. Proinde nō illis magis erāt cōſtituta q̄ illis quib; ꝓphetabant̃. [In ſcd̓m aūt ſemel in anno ſolus pontifex nō ſine ſanguine quē offerret pro ſe:et ꝓ populi ignorātia.] Intueris iam formas an premiſſas. Ne eñ dicerent:quō vnum ē ſacrificiū/ oſtendit illud iam inde ab initio. Siquidem qd̓ ſanctius erat vnum erat/ ⁊ terribile. Et quō pōtifex ſemel hoc offerebat/ ſi conſuetudinem ab initio acceperant? Etenim tunc pontifex inquit ſemel offerebat. Et bene dixit nō ſine ſanguine:nō quidē ſine ſanguine:ſed iſto ſanguine. Nō eñ tantū erat negocium/ oſtendit q; erit ſacrificiū:qd̓ igni non cōſumat̃:ſed et ſanguine quidē demōſtrandū ſit:qm̄ ſacrificium vocauit crucem:neq; ignem habentem:neq; ligna:neq; oblationem:ſed ſemel in ſanguine oblatum oſtendit:quia et vetus ſacrificium tale erat/ ſemel offerebatur in ſanguine: [Quem offerret pro ſe.] inquit: Iterum [pro ſe et pro populi ignorantia:] non dixit peccatis/ ſed ignorantia/ ne magnum ſapiāt. Si



enim nō volens peccabas/ ſed nolens ignorabas: et ab hoc nullus eſt mundus:et vbiq; qd̓ ſuū ē oſtēdit:quoniam christus multo maior eſt pontifex. Si enim ſeparat̃ a peccatis noſtris:quō pro ſe obtulit? Quare ergo dixiſti/ inquit: Num hoc melioris ſacerdotis eſt? Nuſq̃ hic contemplatiua expoſitio eſt. Iam nūc conſidera quid dixit: [Hoc inquit/ ſignificante ſpirituſancto nondū manifeſtā eſſe ſanctoꝝ viam:adhuc priore tabernaculo ſtatū habēte.] Propterea inquit/ iſta ita conſtructa ſunt: vt diſcamus: quia ſanctaſanctoꝝ:hoc eſt celū/ adhuc eſt inacceſſibile. Ne putemꝰ ergo quoniā ingredi illud inquit/ nō poſſumꝰ:ideo nō eſſe:nam neq; ſancta ingreſſi ſumus. [Que cōparatio eſt inquit/ temporis inſtantis.] Inſtans tempꝰ quale dicit? Ante ꝑ̄ſentiā christi. Poſt aduentū eñ christi nō iam eſt inſtās. Quomodo? Nam vergēs eſt/ ⁊ finē habens. Aliud item ſignificans hoc dixit: [Que cōparatio inſtantis eſt temporis:] hoc eſt/ forma facta eſt. Secūdum quā munera/ ⁊ hoſtie offerunt̃:nō valentes ſm̄ conſciētiam perfectū facere cultorem. Attēde quid hoc eſt/ nihil perficit lex. Et ſi inculpabilis eſſet illa prima/ quō ſm̄ ꝯſcientiā hoſtie inquit/ nō ſordes anime dimittebant̃:ſed tantū circa corpus erāt ſm̄ legē mādati carnalis. Nō eñ adulteriū/ nō homicidiū/ nō ſacrilegiū dimittere poterāt Intueris quid ait: Hec comede:illud nō comedas. Que erāt in differentia ſolūmodo inquit:[in cibis/ ⁊ in potibꝰ/ ⁊ varijs baptiſmis.] Hoc potare inquit/ hoc noli. Et tamē de potu nihil erat diſpoſitum:ſed in contemptū mittēs hec dicit:[Et varijs inquit/ baptiſmis/ ⁊ iuſtificationib; carnis vſq; ad tempus correctionis eminentis.] Hec eñ erat iuſticia carnis. In hoc deiecit illa ſacramenta/ oſtendēs q; nullam habebāt virtutē/ et q; vſq; ad tempus correctiōis erant/ hoc eſt tempus ſuſtinebāt corrigens oīa. [Chriſtus aūt adueniens pontifex bonorū que facta ſunt:per maius/ ⁊ perfectius tabernaculū nō manufactū.] Carnē dicit in hoc loco. Bene ⁊ maiorem/ ⁊ perfectiorem dixit: Siquidē ⁊ deus verbū/ ⁊ cūcta ſpūs operatio habitat in ea. Non eñ ad menſurā dat deꝰ ſpiritū. [Perfectiorem] autē dixit: vtpote inculpabilem/ et maiora perficientē. Hoc eſt nō iſtā creaturā. Ecce q̄tum maiorē. Nō eñ ſine ſpū eam conſtruxit/ neq; ex hac creatura eſt:hoc eſt/ nō ē ex his creaturis:ſed ſpiritualis ex ſpirituſancto. Intueris quō/ ⁊ tabernaculū/ et velamen:et celum illud corpus vocat/ ꝑ maius/ et perfectius tabernaculum [per velamē:] hoc eſt carnē eius/ ⁊ iterum in interiora velaminis: et iterū intrantē in ſanctaſanctoꝝ aſtare vultui dei. Quare ergo hoc facit ſm̄ aliam/ ⁊ aliā ſignificationē? Utputa veluti q̇d dico: velamē celum ē. Sicut eñ muro quodam diſcernit ſancta velamen:ſic ⁊ caro abſcondēs diuinitatē:ſimiliter et tabernaculum habens in ſe diuinitatem:tabernaculū aūt celum:illic eñ eſt intus pontifex. [Chriſtus aūt inqt/ veniens.] nō dixit factꝰ:ſed veniens:hoc eſt ad hoc ipm veniens:non alio ſuccedens. Non primo aduenit/ et tunc factus eſt: ſed ſimul aduenit. Et non dixit adueniēs pontifex hoſtiarum:ſed bonorum/ que facta ſunt: veluti nō valente ſermone vniuerſum exprimere. [Neq; per ſanguinem inquit/ hircorū/ aut vitulorum.] Omnia permutata ſunt. [Per propriū inquit/ ſanguinem introiuit ſemel in ſancta.] Et hic celum vocauit. [Semel inquit/ introiuit in ſancta: eternam redemptionem inueniēs.] Et qd̓ dixit inueniens/ oſtendit eoꝝ eſſe/ que ante nō inueniebantur. Et ꝑterq̃ qd̓ ſperabat̃:iſte ꝑ vnū ingreſſuz eternam redemptionē inuenit. Deinde ꝓbationē adiungit: [Si eñ ſanguis thauroꝝ/ ⁊ hircoꝝ/ ⁊ cinis vitule aſpergens immūdos ſanctificat ad emundationem carnis:quāto ampliꝰ ſanguis christi/ qui per ſpiritū eternū ſeipſum obtulit immaculatū deo mūdauit cōſcientiā noſtrā ab operib; mortuis: vt ſeruiamus deo viuo.] Si eñ carnē inqt/ poteſt mūdare ſanguis thauroꝝ:multo ampliꝰ anime ſordē dilu⁊ ſanguis christi. Ne enim audiens ſanctificat:magnum aliquid putes: annotat/ et oſtendit vtriuſq; mundationis differentiā. Et quō hoc? Iſta quidem excelſa:illa aūt humilis. Et dicit q; merito ſiquidē ille quidē ſanguis thauroꝝ erat:iſte autē christi. Et nō ei ſufficit nomine tantū hoc ſignare: ponit etiam modū differentie. [Qui ꝑ ſpiritū inquit/ eternū ſeipm obtulit īmaculatū deo:] hoc ē ſacrificiū immaculatū erat mundū a peccatis. Hoc eñ eſt ꝑ ſpiritū eternū nō per ignem:nō per aliena quedā. [Et mūdauit conſcientiam noſtram inquit/ ab operib; mortuis.] Bene dixit ab operibus mortuis. Si quis enim tangebat mortuum polluebatur. Et hic ſi qs tetigerit opus mortuum: contaminatur per cōſcientiam. [Ad ſeruiendū inquit/ deo viuo.] Hic manifeſtat/ q; oꝑa mortua habentes/ nō poſſunt ſeruire vero/ ⁊ viuo deo:q; illa mortua ſūt/ ⁊ falſa. Et merito. Nullus igit̃ opera mortua habens ingreditur hic. Si eñ eū/ q̇ corpꝰ mortuū tāgebat:nō oportebat intrare in tēplū:quāto magis eū:qui oꝑa mortua habet. Pollutio quippe eſt peſſima. Mortua quippe oīa opera ſunt/ que vitā nō habent: que foris ſpirant. Sicut eñ mortuū corpus ad nullū ſenſum eſt vtile: verū etiā cōtriſtat appropinquantes: ſic ⁊ peccatū confeſtim rationabile noſtrū percutit:⁊ nō ꝑmittit/ neq; intelligentiā ipam quieſcere:ſed perturbat/ et cōmouet. Dicit̃ autē:quia ⁊ morb; cū generat̃/ corrumpit corpora. Tale quiddā eſt ⁊ peccatū:a morbo nihil differt:nō q; aerem corrūpat primum/ deinde corpora: ſed cōtinuo in animā inſilit. Non vides eos/ qui morbo afficiunt̃/ quō tumore quodā occupant̃:quō cōuertunt ſe/ atq; reuertunt: quō fetoribus ſunt repleti:quō turpes ſunt eoꝝ facies:quomodo per totū immundi ſunt. Tales quippe ſunt etiam peccātes ac ſi nō videāt. Dic eni mihi: nōne ab homīe febriente peior eſt:qui cupiditate pecuniarū/ vel corporum captiuus eſt. Nonne immūdior ab iſtis oīnib; eſt:omīa turpe faciēs/ ⁊ patiēs? Quid enim turpius viro pecunias amante? Quecunq; eñ meretrices mulieres faciūt:quecūq; ī ſcena cōmittuntur:non euitat efficere:ſed quanta ille: tanta ⁊ iſte operat̃. Magis autē fortaſſis ille aliq̇d euitant/ q̄ iſte. Nam iſte etiam res ſeruis dignas ꝑpetitur/ adulans quibus nō oportet. Exaſperatur iterum vbi non oportet. Ubiq; inequalis eſt:malignis hominibus/ ⁊ ſenib;. Fortaſſis etiā perditis: multo amplius pauperib;/ ⁊ infirmiorib; ſuis aſſidens adulat̃/ et alios bonos ex omni parte virtutē habentes iniuriat ferociter. Intueris ex vtraq; parte cōfuſionē/ ⁊ impudentiā:et humilis eſt ꝑ̄ter modum/ ⁊ ambitioſus. Sed ſtant añ domos meretrices:⁊ hoc eſt eoꝝ crimen:q; corpꝰ ſuū venundāt pe-

cunie cauſa. Sed paupertas inquit/ ⁊ fames cōpel
lit. Et licet neqꝫ hoc idoneū ad excuſationē: poterāt
em̄ opus facientes enutriri. Hic em̄ ſtat auarꝰ nō
in domo ſꝫ in media ciuitate: nō corpꝰ: ſed aīam ſuā
tradens diabolo: vt et voluptueť cum ea: et intret
ad eā veluti ad meretricē ⁊ cupiditatē ſuam explēs
egrediť: ⁊ videt tota ciuitas: nō duo viri/ aut tres:
et hoc ꝓpriū eſt meretricū: quia dantis aurum effici
untur/ ſit ille ſeruus/ ſit monachus/ ſit quilibet: ꝓ-
ponat aūt mercedē/ ſuſcipiūt: hoc etiam hic iſti faci-
unt. Rectas quidem cogitatiōes (quando pecuniā
nō habent) auerſanť: malis aūt/ ⁊ vere beſtialibus
cōmiſcenť/ ⁊ pulchritudinem anime perdūt. Sicut
enim ille/ que natura nigre ſunt/ ⁊ agreſtes/ ⁊ pin-
gues/ ⁊ deformes/ ⁊ male formate/ ⁊ ex oīni parte
turpes: ſic etiā iſtoꝝ efficiunť anime/ et neqꝫ exteriꝰ
vidētibꝫ deformitatē ſuam poſſunt obſcelerare. Cū
em̄ extremus fuerit fetor quecūqꝫ adinueniāt: que-
cunqꝫ excogitent: neqꝫ ſub fictione latere poterunt.
Quoniā ꝟo impudentia facit meretrices: audi pro-
phetā dicentē: Impudēs facta es ad omēs/ facies
meretricis facta eſt tibi: hoc etiā ad auarū dici pōt.
Impudēs factus es ad om̄es. Nō ad iſtos/ aut ad
illos: ſꝫ ad oēs: quō? Non patrē/ nō filiā/ nō coniu-
gem/ nō amicū/ nō fratrem/ non benefactorē/ nullū
abſolute dicam revereť hmōi. Et quid dico amicū/
et fratrem/ et patrem: ipſum non revereť deū: ſꝫ oīa
fabule illi videnť/ ⁊ riſus. Et multa cupiditate ebri
us/ et neqꝫ auditu percipit aliquid: que illi prodeſſe
poſſunt. O abſurditatē et qualia loquunť. Ve tibi
mammona/ ⁊ ei qui te hic habet. Idcirco diſſipor ex
indignatione. Ve quippe iſta dicētibꝫ/ ac ſi ꝑ riſum
hec dicūt. Dic mihi talē cōminationē cōminať deꝰ/
dicēs: nō poteſtis duobꝫ dominis ſeruire. Tu autē
diſſolvis cōminationē? Nōne idolatriā hanc dixit
Paulus? Et auarū idolatram vocat. Tu aūt iſtud
dicens ſm ſeculares mulieres: que in ſcena ſunt/ ri
ſum faciens: hoc ē qđ oīa ſubuertit/ h̄ oīa deijcit. In
riſum oīa noſtra facta ſunt/ et vrbanitas/ et facit iā
nihil ſtabile/ nihil graue. Non em̄ ad ſeculares vi-
ros iſta loquor tantū: ſed noui quos ſignifico. Riſu
em̄ repleta eſt eccleſia. Si ille/ et ille facetū quiddā
loquať: riſus cōfeſtim ſedētes occupat: ⁊ qđ adhuc
mirabilius eſt in ipſo tēpore orationis nō quieſcunt
multi a riſu: vbi vaganť. Diabolus oēs illigauit:
omni dominať: exhonorať chriſtus/ cōtemniť: nul-
lius momēti habeť eccleſia. Nonne audiſtis Pau-
lum dicentē: turpitudo/ et vaniloquium/ ⁊ ſcurrili-
tas abijciať a vobis. Cū turpitudinē/ ⁊ ſcurrilitatē
poſuit: tu autē rides. Vaniloquiū qđ eſt? Qđ nul-
lam habet vtilitatē. Vel oīno rides/ ⁊ effundis faci
em tuā/ qui monachū ꝓfiteris: qui crucifixus es/ q̄
luges/ rides. Dic mihi/ vbi chriſtus hoc facit? Au-
diſti hoc alicubi? Nuſq̄ꝫ: ſed cōtriſtatū quidē ſepius
legiſti. Etenim quādo hieruſalē vidit/ lachrymatꝰ
eſt: et quando traditorem intellexit/ turbatus eſt: ⁊
quando Lazarum ſuſcitaturus erat/ plorauit: tu
autē rides. Si propter aliorū peccata/ qui non do-
let accuſatiōe dignus eſt: qui in ſuis ſine dolore exi-
ſtit/ ⁊ ridet: quali venia dignus erit. Tempꝰ eſt lu-
ctus/ et tribulationis/ ſub afflictiōe/ ⁊ ſeruitute cer
taminū/ et ſub doloribus res agiť/ et tu rides. Nō
intueris quomodo increpata eſt ſara? Non aduer-
tis chriſtum dicētē: Ve vobis/ qui ridetis: quoniā
plangetis. Iſta pſallens per ſingulos dies quid di
cis. Dic mihi/ num alicubi dicis quoniā riſi? Ne-
quaq̄ꝫ. Sed qđ? Defeci in gemitu meo. Fortaſſe etiā
ſunt aliqui ita diſſoluti/ ⁊ remiſſi/ vt etiā in hac in-
crepatione rideāt: quoniā de riſu diſputemꝰ. Etem̄
talis eſt demētia: talis eſt ſtupor: neqꝫ increpationē
ſentit. Stat ſacerdos dei orationē faciens cunctoꝝ:
tu autem rides/ nihil timens: ⁊ ille quidem tremēs
orationem pro te offert: tu autem contemnis: nō ad
uertis ſcripturam dicentē: Ve contēptoribus. Nō
contremiſcis: nō colligis temetipſum. Et in aulam
quidem regiam intraturꝰ ⁊ habitu/ et oculis/ ⁊ in-
ceſſu/ ⁊ in cunctis alijs componis/ et ornas temet-
ipſum: huc aūt ingreſſurus: vbi vere aula eſt regia:
⁊ talis/ qualis celeſtis ē rides/ Et tu quidē ſcio/ qr
non vides. Audi tamen quia angeli preſentes ſunt
vbiqꝫ/ et maxime in domo dei aſtant regi: et omnia
plena ſunt incorporeis illis virtutibus. Iſte mihi
ſermo etiam ad mulieres dicitur. Et ante viros qui
dem nō citius audent hoc facere: at ſi faciūt non ta-
mē ſemper: ſed in tempore remiſſionis. Hic autem ⁊
velas/ ⁊ obnubis caput tuum. Dic mihi/ et rides/
o mulier in eccleſia ſedens. Ingreſſa es confiteri pec
cata tua/ procidere deo/ poſtulare/ ⁊ deprecare pro
delictis tuis/ et cum riſu hoc facis. Quō ergo eum
propiciare poteris? Et quid/ inquis? Non eſt malū
riſus. Malum eſt riſus. Ita ne non eſt malum/ ſed
valde malū/ importuno tempore/ immoderate. Ri
ſus enim ineſt nobis: vt quādo amicos viderimus
poſt multū temporis hoc faciamꝰ: quando aliquos
delinquētes/ ⁊ timētes: vt refoueamꝰ eos riſu: nō
vt cogamus nopſipſos/ ⁊ ſemꝑ rideamꝰ. Riſus in
eſt aīe noſtre: vt remiſſionē aliq̄n habeat aīa: nō dif-
fundať. Nam ⁊ cupiditas corpoꝝ ineſt nobis: ⁊ nō
neceſſe eſt vtiqꝫ/ qr ineſt nobis/ aut vti illa/ aut im-
moderate vti: ſed retinemꝰ eam/ ⁊ nō dicimꝰ/ quo-
niā ineſt/ vtamur. Cū lachrymis ſerui deo/ vt poſ-
ſis diluere pctā tua. Noui qr multi nos ſubſannāt
dicētes: ecce ſtatim lachrymas nominat: ꝓpterea et
tempus lachrymaꝝ facturus eſt. Scio qr et augu-
ranť/ qui dicūt/ manducemꝰ/ ⁊ bibamꝰ: cras enim
moriemur. Vanitas vanitatū omīa vanitas. Non
ego dico/ ſed ipſe/ qui experimentū cūctaꝝ reꝝ acce-
pit: hec dixit: Edificaui mihi domos: inſtitui ⁊ nata
torias aque: feci mihi vini fuſores/ ⁊ vini fuſitrices:
et qđ poſt hec? Omīa vanitas inqt/ vanitatū omīa
vanitas. Lugeamꝰ ergo dilectiſſimi: lugeamus: vt
reuera rideamꝰ: vt vere gaudeamꝰ in tꝑe gaudij ſin
cerꝰ. Huic em̄ gaudio oībꝫ modis etiā triſticia ꝑmi-
xta ē: ⁊ nūq̄ꝫ id purū inueniri pōt. Illud gaudiū ſince
rū qddā eſt: ⁊ ſine fraude/ ⁊ nihil hn̄s ſubdolū/ neqꝫ
ꝑmixtū. Illud ğ gaudiū gaudeamꝰ: illđ inſeq̄mur/
alias neqꝫ adipiſci potes iſtud gaudium: at ſi velis:
proinde non voluptuoſa ſūt: ſed q̄ ꝓſunt eligamꝰ: ⁊
paululū affligamur volētes: ⁊ cū grarūactiōe oīa to
lerātes: Sic em̄ poterimꝰ ⁊ regnū celoꝝ adipiſci: cu
ius nos ꝯtingat om̄es dignos effici in xp̄o ieſu dn̄o
nr̄o cum q̄ deo patri/ gloria vna cū ſanctoſpū/ nūc/
et ſemꝑ/ et in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia. XVI. Ex capitulo. IX.

Et propterea teſtamenti no-
ui mediator ē: vt morte facta



ad redēptionē eaꝝ tranſgreſſionū
primi teſtamēti repromiſſiōeꝫ acci
piant: qui vocati ſunt hereditatis
eterne. Ubi eī teſtamētū eſt: mors
neceſſe eſt intercedat teſtātis. Te-
ſtamtū quippe ī mortuis cōfirma
tur: alī̄s nūq̄ꝫ valꝫ dū viuit qui teſta
tus eſt. Unde neqꝫ primū ſine ſan
guīe dedicatū ē. Lecto eī oī māda
to legis a moyſe vniuerſo pp̄lo ac
cipiēs ſāguinē vituloꝝ: ⁊ hircorū
cū aq̄: ⁊ lana coccīea: ⁊ yſopo: ip̄ꝫ
q̄ꝫ librū ⁊ oēm populū aſperſit di-
cens: hic ſanguis teſtamēti quod
mandauit ad vos deus ⁊c.

Fortaſſis eni poſſent mltitq̄ infirmiꝰ afficiebanť:
ex eo q̄ mortuꝰ eſt xp̄s: maxime nō credere ꝓmiſſio-
nibꝫ eiꝰ. Paulus igiť ex abūdāti hoc ponit: ⁊ exem
pla ex cōmuni aſſumēs ꝯſuetudine: quale aūt h̄ eſt?
Propterea igiť (inqt) oportꝫ ꝯſidere. Quare? Quia
nō viuētibꝫ teſtatoribꝫ: ſed mortuis: tūc firma ſunt
teſtamēta/ ⁊ fortitudinē accipiūt [Propterea (inqt)
noui teſtamēti mediator eſt] Teſtamētū eī circa no-
uiſſimū diē fit defūctōis. Tale aūt ē de teſtamētū:
alios qdē heredes habet: alios aūt exheredat. Sic
etiā h̄: Volo vbi ego ſum inqt xp̄s ⁊ iſti ſint. Et ite
rū de exheredatꝭ audi illū dicētē: Nō de oībꝫ rogo:
ſed ꝓ credētibꝫ ꝑ ꝟbū coꝝ in me. Iteꝝ teſtamētū qdā
hꝫ teſtatoris/ q̄dā coꝝ/ q̄ ſuſcipiūt: ita vt q̄dā ſuſcipi
ant/ q̄dā faciāt. Sic etiā h̄. Poſtq̄ꝫ eī ꝓmiſit decem
milia bona: exegit ⁊ ab eis dicēs: Mādatū nouū do
vob. Iteꝝ/ teſtes debꝫ hr̄e teſtamētū. Aduerte illū
iteꝝ dicētē: Ego ſum q̄ teſtimoniū ꝑhibeo đ memet-
ipſo: ⁊ teſtimoniū perhibet de me/ q̄ me miſit. Et ite
rū/ ille teſtimoniū perhibet de me/ de paraclito di-
cens: ⁊ duodecim ap̄los miſit dicēs: teſtificamini in
cōſpectu dei [Et ꝓpterea inqt teſtamēti noui media-
tor eſt] Quid eſt mediator? Mediator eī nō eſt dn̄s
rei cuiꝰ ē mediator: ſꝫ ⁊ alia qdē res alť ē mediator:
vtputa/ mediator nuptiarū fit/ nō q̄ nuptias fac: ſꝫ
adiuuās eū/ q̄ facturꝰ ē. Sic etiā h̄ mediator filiꝰ fa
ctus ē p̄ris. ⁊ nr̄. Nolebat nob̄ dimittere p̄r heredi-
tatē iſtā: ſꝫ iraſcebať nob̄/ ⁊ indignabať tāq̄ꝫ abalie-
natꝭ. Mediator aūt factꝰ ē nr̄ ⁊ p̄ris/ ⁊ ꝑſuaſit illi.
Et quid igiť? Quō mediator factus eſt? Sermōes
detulit: ⁊ attulit nob̄ a p̄re ꝑ trāſuectores. Addit eti
am mortē. In offēſiōe q̄ppe eramꝰ/ mori nos opor
tebat: mortuꝰ ē ꝓ nob: ⁊ fecit nos dignos teſtamēti.
Hoc mō firmū factū ē teſtamētū. An nō ī indignos
iā factū: in ipſo qdē initio: vtpote p̄r in filios teſtatꝰ
eſt. Sꝫ qr indigni facti ſumꝰ: nō iā teſtamēto nobis
opꝰ erat: ſꝫ pena. Quid igiť gl̄aris (inqt) in lege in
tantū peccatū q̄ppe nos cōſtituit: vt ſaluari nō poſ-
ſemꝰ aliq̄n: niſi ꝓ nob̄ dn̄s moreret. Nequaq̄ꝫ va-
leret lex: ſi qdē ē infirma. Et nō tm̄ ex cōi cōſuetudīe
h̄ ꝯfirmat: ſꝫ etiā ex his q̄ in veteri teſtamēto ꝯtinge
bāt/ maxime eos introducit: nullus fuit q̄ mortuꝰ
eſt illic. Quomodo ğ firmū eſt teſtamentū? Per eū
dem ip̄m modū inquit: Quomō em̄ ⁊ illic ſanguis
ſic etiā hic ſanguis. Si autē nō erat chriſti ſanguis
nō mireris: typus eni erat. Unde dixit: [Neqꝫ pri
mū ſine ſanguine dedicatū eſt]. Quid eſt dedicatū
eſt? Firmū factū eſt: roboratū eſt. Ex autē dixit [vn
de] tale eſt quale ſi diceret: Propterea oportebat te
ſtamēti ſolēnitatē cōpleri etiā per mortem. Cur em̄
dic mihi/ codex teſtamtī aſꝑgiť? Dixit em̄ [Poſtq̄ꝫ
dictū eſt omne mandatū ſm legē Moyſi/ omni ple
bi accipiens ſanguinem vituloꝝ/ cum aqua ⁊ lana
coccinea: yſopo/ ⁊ ipſum librū/ ⁊ omnē populū aſꝑ-
ſit/ dicens: Hic ſanguis teſtamēti qđ mandauit ad
vos deꝰ. Cur ğ dic mihi liber taſtamēti: ⁊ pp̄ls aſꝑ
gitur: niſi q̄ precioſus ſanguis iam inde ab initio il-
lo ſcemate prenūciabať. Quare autē yſopū ſpiſſum
quiddā eſt/ ⁊ tenax? Quare aqua? Oſtēdit munda
tionē per aquā. Quare lana? Et hoc vt retineret ſan
guinē. Oſtēdit in hoc loco idem eſſe: ⁊ ſanguinem ⁊
aquā. Baptiſma em̄ eius etiā paſſio eius eſt [Et ta
bernaculū (inquit) ⁊ omnia vaſa functōis ſanguine
ſimiliter aſperſit: ⁊ pene omnia in ſanguine mūdā-
tur ſm legem. ⁊ ſine ſanguinis effuſione non fit re-
miſſio] Quare autē dixit [pene] quare illud ſic ex-
preſſit? Quoniā in illis nō erat perfecta mundatio:
neqꝫ remiſſio perfecta: ſed imperfecta/ ⁊ in minima
parte. Nunc autē hic eſt inquit [ſanguis noui teſta
menti/ qui pro nobis effuſus eſt in remiſſionē pec-
catoꝝ] Ubi eſt igitur liber? Mundabat q̄ppe men
tes eorū. Ipſi igitur erāt libri noui teſtamenti. Ubi
etiā vaſa functionis? Ipſi ſunt. Ubi eſt tabernacu-
lum? Ipſi etiā hoc ſunt. Inhabitabo (inquit) in illis
⁊ inambulabo: ſꝫ nec lana coccinea: nec yſopo aſper-
gebātur. Quid ita? Nō em̄ corporalis erat munda
tio: ſꝫ ſpiritualis/ ⁊ ſanguis ſpiritualis. Quō hoc?
Non ex corpore manauit. Ex corpore qdē: ſed a ſpi-
ritu ſancto. Hoc vos ſanguine nō Moyſes: ſed chri
ſtus aſꝑſit: per verbū qđ dictū eſt: Hic eſt ſanguis
noui teſtamenti in remiſſionē peccatorū. Hic ſermo
pro yſopo ſanguine infectus omnes aſpergit. Et il-
lic quidē corpus extrinſecus mundabatur: corpora
lis quippe erat mūdatio: hic aūt quia ſpiritualis eſt
mūdatio/ in animā ingrediť/ ⁊ mūdat. Nō ſimpli-
citer aſꝑſus: ſed velut fons emanās in animabꝫ no-
ſtris. Sciūt q̄ dicunť: qui imbuti ſunt: ⁊ in illis qui
dem ipſam ſuperficiē aſpergebat: ⁊ iteꝝ diluebatur
aſperſus. Nō em̄ cruentatus ſemꝑ deambulat. In
anima vero nō ita eſt: ſed ipſi eſſentie cōmiſcetur ſan
guis fortē illā faciēs/ ⁊ mūdāt ⁊ ad illā inenarrabi-
lem puchritudinē perducēs. Oſtendit autē deinde
mortē nō firmitatis cauſam eſſe ſolū: ſed etiā mun-
dationis. Quoniā em̄ mors polluta res eē videba
tur: ⁊ maxime q̄ per crucē fiebat: dicit quia hoc ma-
gis mundauit/ ⁊ mūdat: q̄ precioſa mundatio eſt/ ⁊
maioris habeť. Propterea ſacrificia anteceſſerunt
ꝓpter iſtū ſanguinē: ꝓpterea agni ⁊ cūcta ꝓpter h̄ fie
bant. Neceſſario ergo exēpla (inquit) eoꝝ q̄ in celis
ſunt/ ꝑ hec mūdari. Ipſa aūt celeſtia melioribꝫ ſacri-
ficijs/ q̄ꝫ iſta ſunt: ⁊ quō exēpla ſunt eorū/ q̄ in celis
habēť? Que aūt nūc vocat celeſtia: nū celū aut ange
los? Nihil tale: ſꝫ iſta q̄ apud nos geruntť. In celis
ergo ſunt iſta q̄ noſtra ſunt: ⁊ hec noſtra celeſtia ſunt
q̄uis in terra celebrātur. Siquidē ⁊ angeli in ter-

ris ſunt:ſed tamē celeſtes vocanť. Nam ⁊ cherubin
in terris apparuerūt: ⁊ tamē celeſtia ſunt. Et ꝗd di
co apparuerūt. In terris etiā cõuerſanť/ ſicut in pa/
radiſo. Sed quid de hoc dico? Iſta em̄ celeſtia ſunt
cõuerſatio etiā noſtra in celis eſt: q̄uis hic cõuerſe/
mur. Que eſt iſta cõuerſatio noſtra? Hec eſt philoſo
phia: que apud nos eſt eorū/ qui ad eā vocati ſunt.
Melioribꝫ (inq̄t) ſacrificijs/ q̄ȝ hec ſunt. Qđ meliꝰ
eſt: bono aliquo melius eſt. Bona ergo fuerunt etiā
exempla eorū/ que in celis ſunt: nequaq̄ȝ em̄ exēpla
illa mala eſſent: alioquin etiā illa mala eſſent/ quo/
rū exēpla ſunt. Si igiť celeſtes ſumus nos: ⁊ tantū
ſacrificiū adepti ſumus/ timeamꝰ ⁊ nõ ꝑmaneamꝰ
in terra. Licet em̄ nõ eſſe in terra/ ⁊ nūc quicūq̄ȝ vo
luerit. Eſſe em̄ in terra ⁊ nõ eſſe/ modo quodā/ ⁊ vo
luntate fit: vtputa: quid eſt qđ dico: Deus diciť eſſe
in celo/ quare nõ loco concluſus? Abſit: Neq̄ȝ terrā
deſertā ex ſua p̄ſentia derelinquens: ſed habitudine
quadā/ ⁊ familiaritate: quā habet ad angelos/ di/
citur eſſe in celo. Si ergo ⁊ nos appropinquamus
deo/ in celo ſumus. Quid em̄ mihi cura eſt celum/
cū video deū celi: cū ego efficior celū. Veniemꝰ inq̄t
⁊ ego ⁊ pater: ⁊ manſionē apud eū faciemꝰ. Facia/
mus igiť animā noſtrā celū. Clarꝝ quidem ⁊ feſtiuū
eſt celū/ ꝓpria natura. Neq̄ȝ enī in hyeme nigrū effi/
citur: nõ enī ipſum eſt qđ ꝯuertit faciē: ſed nubes cõ
currētes eū obtelāt. Celū aūt ſolē habet: habemus
⁊ nos ſolē iuſtitie: dixi iam/ q̄ꝛ licet nobis fieri ſicut
celū. Video autē q̄a ⁊ meliores fieri celo licet nobis
Quo nā modo? Qñ dñm ſolis habemꝰ. Celū vbiq̄ȝ
mundū eſt: ⁊ ſine macula: nõ in die/ nõ in nocte mu
tatur. Proinde ⁊ nos neq̄ȝ in tribulatiõibꝫ/ neq̄ȝ in
verſutijs diaboli hoc patiamur: ſed maneamꝰ ima
culati/ ⁊ mundi. Celū quippe altū eſt/ ⁊ multū di/
ſtans a terra. Hoc etiā nos faciamꝰ: ſeparemꝰ nos
a terra: ⁊ in excelſum illud leuemur: ⁊ multū nos a
terra extollamꝰ. Celū ſuperius eſt ⁊ ab ymbribꝫ/ ⁊
a pluuijs/ ⁊ a nullo cõſumiť. Hoc ⁊ nos poterimꝰ/
ſi voluerimꝰ. Celū quidē putať pati: verūtamē ni/
hil patitur ip̄m. Sic igitur ⁊ nos acſi putamur pa
ti: nõ patimur. Sicut enī in hyeme multi q̄dē pul/
chritudinē eius nõ agnoſcūt: ſed putāt eū mutatū:
philoſophi v̄o ſciūt: q̄ꝛ nihil paſſum eſt: ſic ⁊ de no/
bis in tribulationibꝫ: multi quidē putāt nos muta
tos: ⁊ quia tribulatio ad ipſum noſtrū attingit cor:
philoſophi autē ſciunt/ quoniā non nos tetigit. Effi
ciamur itaq̄ȝ celū: aſcendamus in altitudinē illā: et
ita videbimus homines/ vt putemus a formicis ni
hil differre. Non pauperes dico tm̄ neq̄ȝ plebeios:
ſed etiā ſi magiſtratus/ ſi imperator ſit/ non videbi/
mus imperatorem: neq̄ȝ p̄matū agnoſcemꝰ. Quid
aurū/ quid argentū/ quid veſtis ſerica/ quid oſtrū?
Cuncta tanq̄ȝ muſcas videbimus: ſi in illa altitudi
ne ſederimus. Nullus illic tumultus: nulla illic ꝑ/
turbatio/ neq̄ȝ clamor. Et quõ (inq̄s) fieri poteſt ad
illam multitudinē ſubleuari in terra ambulantem?
Non dico tibi verbo tm̄: ſed ego tibi ipſis operibus
oſtendā eos: qui ad illam altitudinē peruenerunt.
Quos iſtos? Paulū dico/ ⁊ eiꝰ ſimiles: qui in ter/
ra cõſtituti/ in celo cõuerſabātur. Et quid dico in ce
lo. Altiores etiā celis erāt: etiam alterius celi/ ⁊ ad
ipſum peruenerūt deū. Quis nos ſeꝑabit (inquit)
a charitate chriſti: tribulatio/ an anguſtia/ an perſe
cutio/ an fames/ an nuditas/ an periculū/ an gladi
us? Et iterꝝ: nõ attendētes que vidētur: ſed ea que
nõ vidētur. Intueris quia neq̄ȝ videbat/ que vidē/
tur: ſed que nõ vidētur: intueris quia neq̄ȝ videbat
que in preſenti ſunt. Vt autē tibi oſtendā: quoniā ce
lis ſuperior erat: audi illū dicentē: Certus ſum em̄
quoniā neq̄ȝ mors/ neq̄ȝ vita/ neq̄ȝ preſentia/ neq̄ȝ
futura/ neq̄ȝ altitudo/ neq̄ȝ profundū/ neq̄ȝ alia cre/
atura poterit nos ſeparare a charitate chriſti. In/
tueris quomodo cūcta pertrāſiēs eius animus ſu/
periorē cū fecit: non ab hac tm̄ creatura/ nõ his ce/
lis: ſȝ ab alijs etiā quecūq̄ȝ ſunt. Vides altitudinē
mentis: vides tabernaculorū opificem/ quid factꝰ
eſt? Quoniā voluit/ qui in plateis totā vitā tranſi/
gebat. Nihil eſt enim/ nihil eſt omnia tranſcendere:
ſi tamē voluerimus. Si enim artes ita percepimꝰ
que extendūt multos: multo amplius qđ tāto non
indiget labore. Quid enī dic mihi difficilius q̄ȝ ſuꝑ
funem extenſum ambulare: veluti ſuper equale ſo/
lum ⁊ ſurſum ambulantē veſtiri/ ſpoliari/ tanq̄ȝ in
lecto ſedeat? Nõne mirabilis nobis iſta res videtur
⁊ terribilis: vt etiā videre nolimus: ſed timeamus
⁊ tremeamus ad ipſum aſpectū? Quid autē dic mi/
hi difficilius/ q̄ȝ contū in fronte portare: ⁊ impoſi/
tum puerū multa milia ſcemata facientē/ ibidē ba/
iulare/ ⁊ delectare ſpectātes? Quid autē difficiliꝰ/
q̄ȝ cum gladijs pilarū more ludere? Quid autē gra
uius (dic mihi) q̄ȝ profundū pelagi ſcrutari? Et de/
cem milia alias artes quis dicere poſſet. Sed om/
niū iſtarū facilior eſt virtus: ſi voluerimus ⁊ in celū
aſcendere. Velle enim hic opus eſt tm̄: ⁊ oīa ſequū/
tur. Non poteſt enim dici nõ poſſum/ neq̄ȝ accuſare
potes conditorem. Si enim impoſſibiles nos fecit
deinde imperat: accuſatio eius eſt. Quomodo ergo
(inquis) multi non poſſunt. Quomodo ergo multi
nolunt. Dic enim: Si em̄ voluerint/ omnes pote/
runt: propter hoc ⁊ Paulus dixit: Volo om̄es ho
mines eſſe ſicut meipſum: quoniā ſciebat ꝙ omnes
poterāt eſſe ſicut ipſe. Nequaq̄ȝ enim hoc diceret/ ſi
impoſſibile eſſet. Vis fieri: Principatū tm̄ appre/
hende. Dic autē mihi/ in artibus cūctis/ cū volue/
rimus in eis perfecti fieri: num ſufficit nobis velle/
an etiā aggredimur ip̄as res: veluti qđ dico: Vult
aliquis fieri gubernator: nõ dicit volo: ⁊ hoc ei ſuffi
cit: ſed etiā rem ipſam aggreditur. Vult fieri negoci
ator: nõ dicit volo tantū: ſed etiā rem aggrediť. In
longinqua vult pergere: nõ dicit volo: ſed etiā rem
ipſam aggreditur. Et ſic in om̄ibus nõ ſufficit vel/
le tantū: ſed etiā opus oportet addere. In celū autē
volens aſcendere: dicis tantū volo: quomodo ergo
dicebas (inquis) quia velle ſufficit. Sed velle cum
opera: apprehēdēs etiā rem cū labore. Habemꝰ q̄p
pe cooperatorem/ ⁊ adiutorē deū/ tm̄ rem aſſuma/
mus: tm̄ veluti ad opus accedamus: ad rem tm̄ cu
ram geramus: tm̄ in mentē ponamus: ⁊ cuncta ſe/
quētur. Si vero dormierimꝰ/ ⁊ ſtertētes ſperemꝰ
intrare in celum: quādo poterimus hereditatē celo
rū apprehēdere? Deſideremus ergo hec obſecro de/
ſideremus. Quid omnia ad preſentē vitā negocia/
mur/ quā craſtina derelinquimus? Aſſumamꝰ igi/
tur virtutē: que nobis in perpetuū ſufficiet/ in qua
erimus ſemꝑ/ ⁊ eternis bonis fruemur: q̄ nos oēs
ꝯtingat adipiſci in chriſto ieſu dño noſtro: cum quo
patri/ vna cū ſancto ſpiritu/ gloria/ imperiū/ honor
nunc ⁊ ſemꝑ/ ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amē.



Homelia. XVII. Ex capitulo. IX.

# N

N On enim in manufacta ſan
cta introiuit chriſtus exem/
plaria verorū: ſed in ipſum celum:
nunc preſens eſt vultui dei pro no
bis. Neq̄ȝ vt ſepe offerat ſeipſum:
quēadmodū põtifex intrat in ſan/
cta per ſingulos annos in ſangui
ne alieno: alioquin oportebat eū
ſepius pati a conſtitutiõe mundi.
Nūc autē ſemel in conſumatiõe ſe
culoꝝ ad deſtructionē peccati per
hoſtiā ſuā apparuit. Et quēadmo
dū ſtatutū eſt hoībus ſemel mori:
poſt hoc autē iudiciū: ſic et chriſtꝰ
ſemel oblatus eſt ad multorum ex
hauriēda peccata: ſecūdo ſine pec
cato apparebit omnibus expectā/
tibus ſe in ſalutem.

Alta ſapiebāt iudei de tēplo ⁊ tabernaculo: pro/
pter qđ dicebāt tēplū dñi: templū dñi: templū dñi:
Neq̄ȝ em̄ alibi in terra cõſtructū erat tale templum
nõ opulētie gratia: nõ alia quecūq̄ȝ re. Deus em̄ q̄
imperauerat iuſſerat illud cū honeſtamēto multo fi
eri: q̄ꝛ ⁊ illic corporalibꝫ magis attrahebanť: ⁊ alli
ciebanť. Lateres quippe habebat aureas in parie/
tibus: ⁊ licet vnicuiq̄ȝ volēti in ſecūdo libro Regū:
⁊ in Ezechiel h̄ cognoſcere: ⁊ quāta auri talēta expē
ſa ſunt in illo tēpore. Scđm vero edificiū/ clariꝰ fa/
ctum eſt: ⁊ in pulchritudine/ ⁊ in alijs oībꝫ. Et non
ex hoc ſolū erat venerabile: ſȝ etiā qđ vnū erat. Oēs
quippe a finibꝫ terre illuc veniebāt/ ſiue ex babylo/
nia/ ſiue ab ethyopia. Et hoc manifeſtās Lucas in
actibꝫ/ dicebat: Erāt illic habitantes/ parthi/ ⁊ me
di/ ⁊ elamite: ⁊ qui habitāt meſopotamiam/ iude/
am/ ⁊ cappadociā/ pontū/ ⁊ aſiā phrygiā/ ⁊ pāphi
liam/ egyptū/ ⁊ partes lybie/ que eſt iuxta cyrenē.
Omnes ğ vndiq̄ȝ mūdi illuc conueniebāt: ⁊ multū
erat nomē illius templi. Quid ergo Paulus facit?
Sicut em̄ illic mortē oppoſuit chriſti: ſic etiā ⁊ h̄ ce/
lum totū opponit templo. Et nõ hāc ſolā differētiā
oſtēdit: ſed etiā pontificē ꝓximū facto [vt appareat
(inquit) vultui dei] Proinde nõ ex celo tm̄: ſed etiā
ex ingreſſu rē venerabiliorē facit. Nõ em̄ ſimpliciť
ſicut hic per ſigna q̄dā: ſed ip̄m deū videt illic. Intu
eris q̄ꝛ deſcēſionis gratia vbiq̄ȝ humilia dicta ſunt.
Quid iā admiraris ſi interpellat: cū eū cõſtituat ve/
luti ſacerdotē. Neq̄ȝ vt frequēter ſemetip̄m offerat:
ſic põtifex [Neq̄ȝ in manufacta ſancta ingreſſus eſt
(inq̄t) chriſtꝰ: exēplaria veroꝝ] Igiť illa ſunt vera:
hec aūt exemplaria. Etenī templū ita conſtructum
eſt: ſicut celum celi. Quid dicis niſi intrauerit in ce/
lum nõ apparebit deo: qui vbiq̄ȝ eſt/ ⁊ om̄ia implet
Intueris q̄ꝛ carnis ſunt hec oīa. [Vt appareat (in/
quit) vultui dei pro nobis] Quid eſt ꝓ nobis [Cū
ſacrificio aſcendit (inq̄t) potēs ꝓpitiare patrē] Quid
enī dic mihi/ ip̄e erat inimicꝰ: angeli inimici erant/
ipſe nõ erat inimicꝰ. Quia enī angeli inimici erant/
audi quid dicit [pacificauit que in terris/ ⁊ que i ce
lis ſunt] Proinde ⁊ ipſe introiuit in celū/ nūc vt ap
pareat vultui dei pro nobis: nūc vt appareat/ nūc
manifeſteť: ſed pro nobis [Neq̄ȝ vt freq̄nter offerat
ſemetip̄m: quemadmodū pontifex intrat in ſancta ꝑ
ſingulos annos in ſanguine alieno] Intuere quā/
te differētie ſepe/ ⁊ ſemel in ſanguine alieno/ ⁊ in ſan
guine ꝓprio multū intereſt. Ipſe ergo ⁊ ſacrificiū/ ⁊
ſacerdos/ ⁊ hoſtia. Si em̄ nõ hoc eſſet/ multa opor/
tebat etiā ſacrificia offerri: ſepius oportebat crucifi/
gi. [Alioquin oportebat eū (inquit) ſepius pati a cõ
ſtitutiõe mūdi] Hic etiā quiddā velauit [Nūc autē
(inquit) ſemel in cõſumatiõe ſeculoꝝ] Quare in ꝯſu/
matiõe ſeculoꝝ? Poſt multa peccata. Si em̄ a p̄n/
cipio fieret: deinde nullus crederet. Non oportebat
autē ſcđo cū mori: infructuoſa em̄ eſſent oīa. Quia
vero poſtea paſſus eſt: poſtq̄ȝ multa erant peccata:
merito tūc apparuit qđ etiā alibi dicit: Vbi abūda/
uit peccatū/ ſuꝑabūdauit ⁊ gratia [Nūc autē (inq̄t)
ſemel in cõſūmatione ſeculoꝝ ad deſtructionē pecca
ti per ſacrificiū ſuū manifeſtatur. Et quemadmodū
ſtatutū eſt hominibꝫ ſemel mori/ poſt hoc autē iudi
cium] Deinde dicit: [Et ſemel mortuus eſt] Quia
vna morte redēptio facta eſt. Inſtitutū eſt (inquit)
hominibꝫ ſemel mori. Hac ergo ſemel mortuꝰ eſt ꝓ
omnibꝫ. Quid ergo? Nõ iam morimur morte illa?
Morimur quidē: ſed nõ permanebimus in illa/ qđ
etiā neq̄ȝ mori eſt. Mortis enim tyrannis/ ⁊ mors
reuera eſt illa: quādo nūq̄ȝ permittiť mortuꝰ ad vi/
tam reuerti. Quādo v̄o poſt mortē viuēdi erit: ⁊ vi
tā meliorē: nõ eſt mortis illa: ſed dormitio. Quoniā
ğ oēs retētura erat mors: ꝓpterea mortuꝰ ē/ vt nos
liberaret [Sic ⁊ chriſtꝰ inq̄t ſemel oblatꝰ eſt] A q̄ ob
latus eſt? Manifeſtū ꝙ ꝑ ſemetip̄m. Hic neq̄ȝ ſacer
dotē eū dicit ſolū: ſȝ ⁊ victimā: ⁊ ſacrificiū ꝑ ſe oblatū
[Semel (inq̄t oblatꝰ eſt: ad multoꝝ auferēda pec/
cata] Quare multoꝝ ⁊ nõ omniū? Quia nõ om̄es
crediderūt. Pro oībꝫ quidē mortuꝰ eſt: hoc eſt q̄tū
in ipſo eſt. Eiꝰ momēti eſt illa mors: cuiꝰ momēti eſt
omniū ꝑditio: nõ aūt omniū peccata abſtulit: ꝓpter
qđ noluerūt. Quid aūt eſt abſtulit peccata? Sicut
em̄ in oblatiõe ſurſum offerimꝰ peccata ⁊ dicimꝰ/ ſi
ue volētes/ ſiue nolētes peccauimꝰ/ indulge: h̄ eſt
mētionē eoꝝ facimꝰ p̄mū/ ⁊ tūc remiſſionē petimꝰ:
ſic etiā ⁊ hic factū eſt. Et vbi hoc fecͤ chriſtꝰ? Audi eū
dicētē: Et ꝓ illis ego ſāctifico meip̄m. Ecce obtulit
pctā/ ſumpſit ea ab hoībꝫ/ ⁊ obtulit illa ſurſum p̄ri:
nõ vt aliq̄d decernat aduerſus eos: ſȝ vt ea dimittat
[In ſcđo ſine pctõ/ videbiť (inq̄t) expectātibꝫ ſe/ in ſa
lutē] Quid eſt ſine peccato? Veluti nõ peccat. Non
em̄ debitor mortis mortuꝰ eſt/ neq̄ȝ ꝓpter peccatū.
Sed quõ videbiť? Puniēs inquit: Sed nõ hoc di
xit: ſȝ qđ feſtiuū/ ⁊ ğtū eſt [Sine pctõ videbiť expe/
ctantibꝫ ſe in ſalutē] Vt iā decetero nõ opꝰ habeāt
ſacrificio vt ſaluenť: ſȝ ipſis h̄ faciēt opibꝫ [Vmbrā
em̄ habēs (inq̄t) lex bonoꝝ futuroꝝ nõ ipſam imagi
nē reꝝ]. Hoc eſt nõ ipſam v̄itatē. Vſq̄ȝ em̄ veluti
in pictura imponat q̄s colores vmbra quedā eſt: cū
vero flores ip̄os quis coloꝝ iniunxerit/ ⁊ impoſue
rit: tūc imago efficitur. Tale quiddā etiam erit lex.

[Umbrã (inq̄t) habẽs lex bonoꝝ futuroꝝ nõ ipſam imaginẽ rerũ] Hoc eſt ſacrificiũ remiſſionis.] Per ſingulos annos eiſdẽ ipſis hoſtijs quas offerũt indeſinẽter: nunq̃ poteſt accedentes perfectos facere. Alioqn ceſſaſſent offerri: ideo ꝙ nullã haberent vltra cõſcientiã peccati: cultores ſemel mũdati: ſed in ipſis cõmemoratio peccatoꝝ per ſingulos ãnos fit. Impoſſibile em̃ eſt ſanguine tauroꝝ ⁊ hircoꝝ auferri peccata. Ideo ingrediẽs mundũ / dicit: Hoſtiam ⁊ oblationẽ noluiſti: corpus autẽ aptaſti mihi: holocauſtomata ⁊ pro peccato nõ tibi placuit: tũc dixi: ecce venio. In capite libri ſcriptũ eſt de me: vt faciam deus voluntatẽ tuã. Supius dicens [qȝ hoſtias ⁊ oblationes ⁊ holocaſtomata / ⁊ ꝓ peccato noluiſti / nec placita ſunt tibi: que ſm legẽ offerunt: tũc dixi: ecce venio vt faciã deus voluntatẽ tuã [Aufert primũ: vt ſequẽs ſtatuat. Intuere iterũ abundantiã. Una eſt (inquit) iſta hoſtia: ille autẽ multe ſunt: propterea em̃ nec fortes erant / qȝ multe. Quid autem opus erat multis / dic mihi / vna ſufficiẽte? Proinde ꝙ multe ⁊ ſemper offerebant: oſtẽdit nunq̃ eos purgari. Sicut em̃ medicamentũ qñ fuerit forte / ⁊ ſalutis efficax / ⁊ valens cunctã valitudinẽ repellere: ſemel impoſitũ totũ operat. Si ergo ſemel impoſitũ totũ operatũ fuerit: oſtendit ſuã virtutẽ / vt non vlterius apponat: ⁊ hoc eſt eius opus: vt iã nõ apponat. Si vero ſemꝑ apponit / manifeſtũ indicium eſt: nihil illud preualuiſſe. Medicamenti q̄ppe illa virtus eſt / vt ſemel imponat / ⁊ nõ freq̄nter: ſic etiã hic: qua rõe eiſdẽ ſacrificijs ſemꝑ curabant. Si em̃ ab omnibꝫ eſſent liberati peccatis: nequaq̃ ꝑ ſingulos dies offerent ſacrificia. Etenim erãt definita vt ſemꝑ offerent pro omni ppl'o / ⁊ in veſpera / ⁊ in die. Proinde accuſatio peccatoꝝ fuit / nõ ſolutio: qȝ fiebat accuſatio infirmitatis / nõ virtutis oſtẽſio. Qm̃ quippe p̄ma hoſtia nihil valebat: etiã ſecũda offerebatur / qȝ etiã ipſa nihil proficiebat: altera itẽ: ꝓinde redargutio peccatoꝝ iſtud eſt. In eo em̃ ꝙ offerebant redargutio peccatoꝝ: in eo autẽ ꝙ ſemꝑ redargutio infirmitatis. In chriſto autẽ econtrario ſemel oblata eſt. Nã que formã habẽt alicuiꝰ: tantũ exemplar oſtẽdũt: nõ autẽ virtutẽ / ſicut in imaginibꝫ: exẽplar hominis habet imago / nõ etiã virtutẽ. Proinde veritas ⁊ exemplar cõmunicãt inuicẽ. Exẽplar em̃ equale eſt / virtus autẽ nequaq̃. Sic etiã in celo / ⁊ in tabernaculo q̄ppe equale exemplar eſt. Sãcta em̃ erãt: virtus autẽ ⁊ cetera nõ eadẽ [Qui autẽ eſt ad deſtructionẽ peccati: ꝑ ſacrificiũ manifeſtatus eſt]. Quid eſt deſtructio? Hoc eſt ɔtẽptus. Nõ iam fiduciã habet. Reprobatũ eſt em̃ peccatum: debens quidẽ recipere vltionẽ: nõ accipiens autẽ / hoc eſt violẽtiã paſſũ eſt. Qñ ſꝑabat oẽs aſſumere: tunc aſſumptũ eſt. [Per ſacrificiũ ſuũ manifeſtatꝰ eſt: h̄ eſt manifeſtꝰ eſt effectus deo / ⁊ aſtitit. Nec em̃ qȝ ſacerdos ſepius hoc efficiebat in anno: ꝓpterea vano iam hoc efficiatur: acſi fit. Quid em̃ opus erat medicamentis / nõ extantibꝫ vulneribꝫ. Propter hoc imperauit (inquis) ſemper offerri propter infirmitatẽ vt ⁊ memoria peccatoꝝ fieret: quid ergo nos? Nõne per ſingulos dies offerimus? Offerimus quidẽ ſed ad recordationẽ facientes mortis eius. Et vna eſt hec hoſtia: nõ multe. Quõ vna eſt: ⁊ nõ m'lte? Et qȝ ſemel oblata eſt illa: oblata eſt in ſanctaſanctoꝝ: h̄ aũt ſacrificiũ exẽplar eſt illiꝰ idip̄m ſemper offerimus. Nec nũc q̄dẽ aliũ agnũ / craſtina aliũ: ſȝ ſemꝑ idipſum. Proinde vnũ eſt hoc ſacrificiũ. Alioquin hac ratiõe: quoniã in multis locis offert multi chriſti ſunt? Nequaq̃: ſed vnꝰ vbiq̃ eſt chriſtus / ⁊ hic plenus exiſtens: ⁊ illic plenus vnũ corpus. Sicut em̃ qui vbiq̃ offertur vnũ corpus eſt / ⁊ non multa corpora: ita etiã ⁊ vnũ ſacrificiũ. Pontifex autẽ noſter ille eſt / qui hoſtiã mundantẽ nos obtulit: ip̄am offerimus ⁊ nũc que tunc oblata quidẽ cõſumi non poteſt. Hoc autẽ quod nos facimus in cõmemorationẽ quidẽ fit eius qđ factũ eſt. Hoc em̃ facite inq̄t in meã cõmemorationẽ. Non aliud ſacrificiũ / ſicut pontifex: ſed idip̄m ſemper facimus: magis autẽ recordationẽ ſacrificij operamur. Sed quia ſacrificij huius mentionẽ feci: volo pauca ad vos dicere / que recordamini. Pauca q̄dẽ menſura: magnã autẽ habentia virtutẽ. Nõ em̃ noſtra ſunt: ſed diuini ſpiritus que dicuntur. Que ergo ſunt? Plurimi ex hoc ſacrificio ſemel accipiũt in toto anno: alij bis: alij ſepius. Ad omnes ergo nobis ſermo eſt: nõ ad eos q̄ hic ſunt tm̃: ſed etiã ad eos qui in heremo ſedẽt. Illi em̃ ſemel in anno participant: fortaſſis enim ⁊ poſt duos annos. Quid ergo eſt? Quos magis acceptamus. Eos ne qui ſemel: an eos qui ſepius: an illos qui raro accipiũt? Neq; illos qui ſemel / neq; qui ſepius / neq; qui raro: ſed eos qui cũ mũda cõſcientia qui cũ mundo corde: cũ vita irreprehẽſibili: iſti ſemper accedunt. Qui vero tales non ſunt / neq; ſemel. Quid ita? quia iudiciũ ſibi accipiũt / ⁊ damnationẽ ⁊ ſuppliciũ. Et nõ mireris? Sicut eni cibus naturaliter nutritorius extãs: ſi in eũ / qui prauis cibis corruptus eſt incidat / omnia perdit ⁊ corrũpit: ⁊ efficitur occaſio morbi: ſic etiã iſta que ad hec terribilia pertinẽt ſacramẽta. Frueris mẽſa ſpirituali / menſa regali: ⁊ iteꝝ polluis ceno os tuũ: perungis vnguẽto p̄cioſo: ⁊ iteꝝ / fetoribꝫ illud imples. Dic mihi rogo poſt annũ perceptionẽ participas. Quadraginta dies putas tibi ſufficere ad mundationẽ peccatorũ totius tẽporis: ⁊ iterũ ſeptimana tranſeunte tradis teipſum ſordibꝫ priſtinis. Dic em̃ mihi ſi ſaluꝰ factus quadraginta diebꝫ ab egritudine lõga: iteꝝ te illis morbificatoribꝫ cibis trades: nõne ⁊ priorẽ laborẽ perdes? Si em̃ naturalia ſic mutãtur? quãto amplius volũtaria. Utputa veluti quid dico. Naturaliter videmꝰ / ⁊ ſanos habemꝰ oculos ſm naturã. Sed aliqñ ex mala q̄dã affectione ledit noſter obtutus. Si igitur naturalia mutant / quãto amplius que ad volũtatẽ pertinẽt. Quadraginta dies tm̃ tribuis ſaluti anime tue: arbitror autẽ / qȝ neq; q̄draginta dies / ⁊ ſperas ꝓpiciare deũ. Iocaris magis. Dic mihi hec dicẽs nõ ab vna in anno perceptione vos veto: ſed volo ſemper vos accedere: ſanctis hec conceſſa ſunt. Hoc etiã dyaconus inſonat in illa hora ſanctos vocãs: ⁊ per hãc vocẽ velut maculas inſpiciens. Sicut em̃ in grege vbi multe quidẽ ſalue ſunt pecudes: multe autem ſcabie plene ſunt: neceſſe eſt vt he prohibeãtur a ſanis: ſic etiã in eccleſia: quoniã alie quidẽ ſunt ſalue pecudes: alie autẽ viciate: per hanc vocem prohibentur he ab illis: penetrans vbiq; per vocem illam tremendam ſacerdos ſanctos vocans / ⁊ attrahens. Quia enim impoſſibile eſt hominẽ ſcire interiora ꝓximi. Quis em̃ ſcit hominũ inquit que ſunt hominis: niſi ſpiritus hominis / qui in ipſo eſt / hãc emittit vocẽ poſtq̃ ſacrificiũ



perficit / vt nullus ſimpliciter / ⁊ quõlibet ad fontẽ ſpiritualẽ veniat. Eteni in grege nihil ꝓhibet / eodẽ iteꝝ exemplo vti. Morbidas q̄dẽ intro recludimꝰ ⁊ in tenebris habemꝰ / ⁊ altera nutrimẽta tribuimꝰ neq; ex aere mũdo: neq; ex paſcuis puris: neq; ex fonte / qui foris eſt / eas ꝑmittimus ſumere. Et hic igit ipſa vox ꝓ vinculis quibuſdã eſt / nõ potes dicere neſciebã / ignorabã: qȝ periculũ ſequit hanc cauſam. Maxime autẽ ⁊ Paulus hoc teſtificatus hãc cauſam. Sed dicis nõ legi: nõ eſt hec excuſatio: ſed crimẽ. Per ſingl'os dies intras eccleſiã / ⁊ adhuc iſtõ ignoras? Uerũtñ vt neq; hãc tibi excuſationẽ inuenias. Propterea in altiori loco ſtans magna voce ⁊ tremẽti cõclamat: veluti quidã preco / manus ſuſtollẽs in altũ: altiꝰ etiã ipſe ſtãs omnibꝫ manifeſtꝰ efficitur: ⁊ manu illa tremẽda / ⁊ cõtinua voce reclamans: alios quidẽ vocat: alios autẽ prohibet. Nõ manu hoc faciẽs: ſed lingua clarius / q̃ ſi manu hoc faceret. Uox em̃ illa in auditũ irruẽs noſtrũ veluti manus / alios quidẽ expellit / ⁊ excludit / alios autẽ introducit / ⁊ repſentat. Dic em̃ mihi rogo in olympiacis certaminibꝫ nõne ſtabat p̄co / ⁊ magnũ / atq; altũ clamãs ⁊ dicẽs: ſi quis hũc accuſat: ne forte ſeruus eſt: ne forte fur: ne forte moꝝ malignoꝝ: q̃uis certamina illa nõ ſint anime / neq; moꝝ: ſed fortitudinis corporalis. Si itaq; vbi corpoꝝ verſat ſtudium multa extaſis efficit volũtatis: quãto magis h̄ vbi totũ certamẽ gerit anima. Stat igit nũc etiam p̄co noſter: nõ caput vniuſcuiuſq; cõtinẽs ⁊ ꝓducẽs: ſed omniũ ſimul capita interiora cõtinens: ⁊ nõ eis cõſtituit alios accuſatores: ſed ip̄os ſibi. Nõ em̃ dicit ſi quis forte hũc accuſat. Sed quid? [Si quis ſe ip̄m accuſat] Qñ em̃ dicit [ſancta] ſanctis hoc dicit Si quis nõ eſt ſanctus / nõ accedat. Non ſimplicit dicit a peccatis mũdus: ſed [ſanctus] Sanctũ em̃ nõ mũdatio peccati tm̃ facit: ſed etiã preſentia ſpiritus / ⁊ bonoꝝ opeꝝ opulentia. Nõ eni inquit: volo a ceno vos mũdos eſſe: ſed etiã albos eẽ ⁊ pulchros Si ei rex babyloniꝰ ex captiuitate eligẽs iuuenes honeſtos forma / ⁊ decoros facie elegit: multo ampliꝰ ⁊ nos aſtãtes mẽſe regali honeſtos ſpecie aĩe eẽ oportet / ornatũ habẽtes aureũ / ſtolã mundã calciamẽta regalia / vultũ anime formoſum. Oportet eã ornatu aureo circũdatã eẽ / cingulũ veritatis habere. Talis accedat ⁊ calicẽ tãgat regalẽ. Si autẽ q̄s pãnis eſt ſordidis obſitꝰ / ⁊ illuuie plenꝰ / et ingredi ad menſam regalẽ voluerit: attẽde quãta patiet / nõ ſufficientibꝫ quadraginta diebꝫ mundare illũ ab his / que in toto tẽpore deliquit. Si em̃ gehẽnã dicas nõ ei ſufficit: q̃uis eterna eſt: ꝓpterea em̃ eterna eſt / quãto magis breue iſtud tẽpus. Neq; em̃ penitẽtiã validã demõſtrauimꝰ: ſed debilẽ. Eunuchos maxime oportet aſtare regi: eunuchos dico albos bene nullã habẽtes ſordẽ / neq; maculã / excelſos intelligẽtia oculũ aĩe mãſuetũ habẽtes / ⁊ acutũ vidẽtes / circũſpectũ / ⁊ agilẽ: ſed nõ ſomnolẽtũ / neq; ſupinũ / honeſtate multa plenũ / longe ab impudẽtia / ⁊ a ſupinitate / vigilẽ / ſanũ / neq; triſtẽ valde ⁊ merore deiectũ: neq; diffuſum: ⁊ humidũ. Nũc nos dñi ſumus fabricare oculũ: ⁊ ad vidẽdum aciẽ facere ⁊ pulchꝝ qñ eũ nõ ad fumũ adducimꝰ / neq; ad puluerem. tales q̄ppe ſunt cũcte res humane. Sed ad aurã tenuẽ / ad leuẽ aerẽ / ⁊ cõſpicuũ / ⁊ excelſum / ⁊ ſilẽtio multo plenũ / ⁊ mũditia / ⁊ multa delectatõe recreamus illũ velociter / ⁊ cõfortamꝰ / ⁊ delitijs tante cõtẽplatiõis. Uides opulẽtias ⁊ diuitias m'tas nõ adducas illuc oculũ tuũ: cenũ eſt hec res: fumꝰ eſt: vapor malignus / tenebre / ⁊ anguſtie multe / et curaꝝ prefocatio. Uides hominẽ colore iuſtitie ſufficientẽ ſuis rebꝫ / ⁊ multã habentẽ latitudinẽ / ⁊ remiſſionẽ / nihil curantẽ / nullas ſollicitudines huiꝰ vite habentẽ: cõſtitue illũ: ⁊ in hoc expectaculo pene multo meliorẽ illũ facit ⁊ clariorẽ: nõ terre floribꝫ ei delitias faciẽs: ſed virtutis hoc eſt tẽꝑantia / mãſuetudine / ⁊ ceteris om̃ibꝫ. Nihil em̃ ſic perturbat oculũ / ſicut cõſciẽtia mala. Turbatus eſt (inquit) in ira oculus meus: nihil ſic tenebroſum facit. Ex huius eũ libera opp̄ſſione / ⁊ facis eũ feſtinũ ⁊ fortẽ / q̄ ſemper nutriat rebus bonis. Cõtingat autẽ oẽs nos / ⁊ iſtũ idẽ oculũ ⁊ alias anime noſtre op̄atiões: tales p̄parare ⁊ habere: quales vult chriſtꝰ vt ſuppoſito nobis capite noſtro digni efficiamur / ⁊ ambulemꝰ quo tẽpore voluerit / q̄ dixit: Uolo vt vbi ego ſum / ⁊ iſti ſint mecũ: vt gloriã meã videant / qua cunctos nos cõtingat perfrui / in chriſto ieſu dño noſtro: cũ q̊ patri / vna cũ ſanctoſpiritu / gloria / imperiũ / honor: nũc ⁊ ſemꝑ / ⁊ in ſecula ſeculoꝝ Amẽ.

## Homelia. XVIII. Ex capitulo. X.

**Supra dicens quia ſacrificiũ et oblationẽ et holocauſtomata et pro peccato noluiſti: neq; placita ſunt tibi que ſm legem offerũtur: tunc dixi: ecce venio: vt faciã volũtatẽ tuam deus. Excludit primũ vt ſecundũ cõfirmet: in qua voluntate ſanctificati ſumus ꝑ oblationẽ corporis ieſu chriſti ſemel oblatã. Et oĩs q̄dẽ ſacerdos aſtabat quottidie miniſtrans: ⁊ eaſdẽ ipſas hoſtias frequenter offerẽs: que nunq̃ poſſunt auferre peccatũ. Ipſe aũt vnã pro peccatis offerẽs hoſtiã: in perpetuũ ſedet in dextera dei: decetero expectans donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius ⁊c.**

Anterioribꝫ q̄dẽ oſtẽdit inutiles eẽ hoſtias ad integrã mũdationẽ / ⁊ formã magis eas eẽ / ⁊ multo minus habere: ſȝ qȝ occurrebat ei hoc: id eſt ſi forme erãt: quõ veritate veniẽte: vniuerſe nõ ceſſauerunt: neq; diſceſſerũt: ſed adhuc celebrant. Hoc ergo his ait oſtendẽs: qȝ iã non celebrant / neq; velut forme: nõ em̃ eas acceptabiles habet deus. Et hoc non ex nouo iteꝝ teſtamẽto: ſed ex ꝓphetis oſtendit: ex ſuperioribus temporibꝫ ꝓferẽs teſtimoniũ: qȝ ceſſatura erãt / ⁊ ſopiẽda: ⁊ vane cũcta hec agũt / qui ſemper ſpirituiſancto reſiſtũt. Et oſtendit ex abundanti non nũc eas quieuiſſe: ſed ſtatim ex ip̄a preſentia chriſti.

Et quõ in nouiſſimis nõ eas ſoluit chriſtus: ſed primo ſolute ſunt/ ⁊ tũc venit. Ne forte enĩ dicerent q; ⁊ ſine hoc ſacrificio poſſumus placere per illa: expectauit eas redargui/ ⁊ tunc aduenit [Sacrificiũ (inquit) ⁊ oblationẽ noluiſti] Omnia q̃ppe abſtulit ꝑ hoc: ⁊ generalit̃ dicẽs/ dixit etiã ⁊ ſpecialit̃. Et holocauſtomata: ⁊ pro peccato nõ placuit tibi. Oblatio autẽ iterũ erat/ q̃ extra ſacrificiũ erat. [Tũc dixi ecce venio] De quo iſtud dictũ eſt? De nullo alio niſi de chriſto. Hic nihil cauſat̃ de offerẽtibꝫ/ oſtẽdẽs quia hec ꝓpter malignitates coꝝ nõ ea ſuſcepit: ſed ſicut alibi dixit/ ſed quia redarguta erat hec res/ et reꝑhenſa erat: nullã habens virtutẽ: neq; tẽpus aliquod opoꝛtunũ/ quid ergo hoc ſibi vult ad illud/ ꝙ ſepius offerebant̃ ſacrificia? Nõ ſolũ ex eo ꝙ ſepius manifeſtũ eſt inquit quia debiles ſunt/ ⁊ quia nihil ꝓfecerũt: ſed etiã ex eo/ ꝙ nõ eas acceptabiles habeat deꝰ/ veluti infructuoſas/ ⁊ inutiles. Et alibi inquit: q; ſi velles ſacrificiũ dediſſem vtiq;: ergo ⁊ ꝓpter hoc manifeſtat q; nõ vult. Proinde nõ ſacrificia ſunt voluntatis dei: ſed oblatio ſacrificioꝝ: ergo preter volũtatẽ dei ſacrificãt? Quid eſt: vt faciã voluntatẽ tuã? Meipm inquit tradere: hoc eſt dei volũtas. In q̃ volũtate ſanctificati ſumꝰ. An etiã aliõ dixit: qm̃ nõ ſacrificia hoĩs mũdãt: ſ; volũtas dei. Proinde igit̃ ſacrificare nõ eſt volũtas dei. Et q̃d miraris/ ſi nũc nõ eſt volũtas dei/ cũ qñ neq; ex initio voluntas erat. Quis enĩ exq̃ſiuit (inquit) iſta de manibꝫ veſtris? Quõ ergo ipſe imperauit cõdeſcendens? Sicut enĩ dixit Paulus: Volo oẽs hoĩes eẽ ſicut ⁊ meipm in in cõtinẽtia. Et iteꝝ inquit: Volo iuuenes nubere/ filios ꝓcreare/ ⁊ duas volũtates cõſtituit: ſ; nõ ambe eiꝰ ſunt/ ac ſi impet: ſed illa q̃dẽ eiꝰ eſt. Iccirco etiã ſine cautiõe eã cõſtituit. Illa autẽ nõ eſt eiꝰ ac ſi ipſe velit: ꝓpterea ⁊ cũ excuſatiõe ꝓponit̃. Primũ enĩ accuſans eos: q; luxuriabantur aduerſus chriſtũ: tũc dixit: Volo iuuenes nubere/ filios procreare: ſic etiã hic nõ erat eius volũtas ꝓcedẽs: vt ſacrificia fierẽt. Sicut enĩ dicit: Nõ volo moꝛtẽ peccatoꝛis: ſ; vt cõuertat̃/ ⁊ viuat: ⁊ alibi dicit: Quia nõ ſolũ voluit: ſed etiã deſiderauit hoc/ q̃uis ꝯtra ſit/ q̃ ſupdiſpoſita eſt voluntas. Quõ g̃ nõ vis/ ⁊ quõ deſideras. Qõ valide volũtatis eſt indiciũ. Sic ⁊ hic in q̃ volũtate inq̃t ſalui facti ſumꝰ. Quõ ſalui facti ſumꝰ? Per oblationẽ coꝛpoꝛis Ieſu ſemel. [Et oĩs q̃dẽ ſacerdos ſtat ꝑ ſingulos dies miniſtrãs/ ⁊ eaſdẽ ipſas hoſtias freq̃nter offerẽs]. Nã ſtare ſignũ eſt miniſtratoĩs: ergo ſedere ſignum eſt vt ei miniſtret̃ [Iſte autẽ vnã ꝓ peccatis offerẽs hoſtiã/ in perpetuũ ſedet in dextera patris: de cetero expectãs donec ponant̃ inimici eiꝰ ſcabellũ pedũ eiꝰ]. Una quippe oblatio ꝑficit in ꝑpetuũ eos/ qui ſanctificant̃: teſtificat̃ autẽ nobis ⁊ ſpũſſanctus dixit: q; ille nõ offerũtur: ⁊ argumẽtatus eſt/ ⁊ ex ſcripturis/ ⁊ ſine ſcripturis: ſed etiã dictũ ꝓpheticũ adhibuit/ dicẽs: Quia ſacrificiũ ⁊ oblationẽ noluiſti: dicit quidẽ dimiſit peccata. Iterũ ⁊ hoc ex ſcripto teſtimonio approbat. Teſtificat̃ quippe nobis (inq̃t) ſpiritusſanctus. Poſtq̃ enim dixit: Hoc teſtamentum/ quod teſtaboꝛ ad eos poſt dies illos dicit dominus: dans legẽ meã in coꝛdibus coꝝ/ ⁊ in mentibus coꝝ ſcribã eã: ⁊ peccatoꝝ coꝝ/ ⁊ iniquitatũ iã nõ ero memoꝛ amplius: vbi remiſſio hoꝝ necdũ iã oblatio pro peccato. Ergo dimiſit peccata. Proinde qñ teſtamentũ dedit: teſtamentũ autẽ per ſacrificiũ dedit: ſi igitur dimiſit peccata per vnã hoſtiam: necdũ iã opus eſt ſecũda. [Sedet (inquit) in dextera dei decetero expectãs] Pro qua cauſa eſt iſta dilatio [Ut ponãtur (inquit) inimici eiꝰ ſub pedibus eius. Una quippe oblatio ꝑficit in ꝑpetuũ eos/ qui ſanctificãtur]. Sed foꝛtaſis dicit aliq̃s: quare non cõfeſtim poſuit: ꝓpter fideles naſcituros? Unde ergo certũ/ q; ponentur. Propter qõ dixit/ q; ſedet: mentionẽ iteꝝ facit teſtamẽti illius dicentis: [Donec ponã inimicos eius ſub pedibꝫ eiꝰ] Inimici autem eiꝰ iudei ſunt. Deinde quoniã dixit [Donec ponant̃ inimici eius ſub pedibꝫ eius]. Satis autẽ feſtinabãt: pro hac re que ſequũtur ponit/ queciũq; de fide loquit̃. Qui ſunt autẽ inimici? Infideles oẽs: ⁊ hic nimietatẽ/ ⁊ potẽtiã ſubiectiõis ſignificãs: nõ dixit vt ſubijciant̃: ſed vt ponant̃ ſub pedibꝫ eius. Nõ igit̃ efficiamur ex numero inimicoꝝ. Nõ enĩ ſoli illi inimici/ qui infideles ſunt: ſed etiã iſti/ q̃ vita immũda pleni ſunt. Prudẽtia autẽ carnis inimica eſt in deũ. Legi enĩ dei nõ ſubijcit̃/ neq; põt. Quid ergo inquit? Nũ hoc crimẽ? Nõ eſt hoc crimen. Et valde quidẽ crimẽ eſt. Malus enĩ vſq;quo eſt malus nõ ſubijcit̃ quidẽ: mutari autẽ ⁊ fieri bonus põt. Abijciamus igit̃ intelligẽtias carnales. Que ſunt autẽ carnalia? Quecũq; coꝛpꝰ quidẽ floꝛere faciũt/ ⁊ luxuriari: viciãt autẽ animã: vtputa/ veluti quid dico diuitie/ delitie/ gloꝛia/ cũcta hec carnis ſunt/ amoꝛ coꝛpoꝝ. Nõ igit̃ amemꝰ amplioꝛa: ſed paupertatẽ ſemꝑ cõſectemur. Iſta enĩ magnũ bonũ eſt: ſed humilẽ facit (inquis) ⁊ infimũ. Hoc quippe nobis opus eſt: multũ nãq; nobis hoc ꝯducit. Pauꝑtas quippe (inquit) humiliat viꝝ. Et iterũ chriſtus dixit: Beati pauꝑes ſpiritu. Propter hoc ergo dicis: q; habemꝰ viã ad virtutẽ ducẽtẽ: Neſcis quia iſta multã fiduciã nobis tribuit. Sed ſapiẽtia (inquit) pauꝑis ꝓ nihilo habet̃. Et iteꝝ alter q̃dã dixit: Diuitias ⁊ paupertatẽ ne dederis mihi: ⁊ ex camino paupertatis libera me. Quõ autẽ iteꝝ ſi diuitie/ et pauꝑtas ex deo ſunt/ malũ eſt paupertas/ aut diuitie. Quare ergo hec dicta ſunt? Hec dicebant̃ in veteri teſtamẽto: vbi multa ratio diuitiarũ habebat̃: vbi pauꝑtatis plurimꝰ erat cõtẽptus: vbi hoc q̃dẽ maledictũ erat: illud bñdictio: ſed nũc nequaq̃ ita eſt. Sed vis audire pauꝑtatis p̃dicamẽta? Ipſam ꝓfeſſus eſt chriſtꝰ ⁊ dixit: Filius aũt hominis non habet vbi caput ſuũ reclinet. Et iteꝝ diſcipulis dicebat: Nolite poſſidere auꝝ/ neq; argentũ/ nec duas tunicas. Et Paulus ſcribẽs dicebat: Tanq̃ nihil habẽtes/ ⁊ oĩa poſſidentes. Et petrꝰ dicebat ei qui ex natiuitate ſua claudꝰ erat: Argẽtũ ⁊ auꝝ nõ ẽ mihi. Et ĩ ipo veteri teſtamẽto: vbi in ãmiratiõe habebant̃/ ⁊ erant quidẽ mirabiles/ nõne Helyas pter melotidẽ nihil habebat: nõne Heliſeꝰ/ nõne Ioannes? Nemo igit̃ ſit humilis ꝓpter pauꝑtatẽ: non eſt pauꝑtas que facit humilẽ: ſ; diuitie q̃ cogũt quẽq̃ opus habere plurimis/ m̃ltas grates debere compellẽs. Quid Iacob erat pauperius/ dic mihi? qui dicebat: Si dederit mihi dñs panem comedere/ ⁊ amictũ indui. Nũq̃d ſine fiducia erãt helyas ⁊ ioannes? Nõne ille q̃dẽ achab redarguebat: ille aũt herodẽ? Ille q̃dẽ dicebat: Nõ enĩ tibi licet hẽ vxoꝛẽ fratris tui. Helyas vero ad Achab cũ fiducia dicebat: Nõ ego pũerto iſrael: ſ; tu ⁊ domꝰ p̃ris tui. Videſ quia hoc maxime facit fiduciã/ hoc eſt pauꝑtas. Nã diues ſeruus eſt obnoxius extãs dãnis/ ⁊ tribuens omni volẽti eũ nocere. Ille autẽ nihil habẽs ꝓſcriptionẽ nõ timet: neq; cõdẽnationẽ. Nequaq̃ ergo paupertas facit ſine fiducia eſſe. Chriſtus aũt cum paupertate mittebat apoſtolos in cauſam: fiducia opus habentẽ multa. Valde enĩ foꝛtis eſt pauꝑ ⁊ nõ habet vnde iniuriã patiat̃/ vl' ledat̃. Diues vndiq; facilis eſt ad captiuandũ cõtingit: eidẽ veluti ſi aliquis funes trahat multos/ ⁊ longos: ⁊ facile ſit eũ apprehendere: ſic etiã in diuite ꝯtingit. Sũt enĩ ſerui/ auꝝ argentũ/ ⁊ decẽ milia reꝝ: ⁊ decem milia cure: ⁊ diſcrimina m̃lta: neceſſitates plurime: q̃ omnibꝫ eũ captiuabilẽ faciũt. Nullus igit̃ iã pauꝑtatẽ calamitatis cauſam eſſe putet. Si enĩ virtus aſſit omnes diuitie mũdi: neq; vt luſus: neq; vt ſtipula/ erunt apud eũ. Hanc igit̃ cõſectemur/ ſi volumꝰ intrare regnũ celoꝝ. Vende enĩ oĩa tua (inquit) et da pauperibꝫ: ⁊ habebis theſauꝝ in celo. Et iteꝝ: Difficile eſt diuitẽ intrare in regnũ celoꝝ. Intueris q; ⁊ ſi nõ aſſit tempoꝛe: ⁊ eã arripere bonũ eſt. Pauꝑtas eſt manuductrix quedã in via: que ducat ad celũ vnctio athletica: exercitatio quedã magna/ ⁊ ammirabilis: poꝛtꝰ tranquillus. Sed opus habeo plurimis: ⁊ volo ab aliquo gratiã accipere. Sed ⁊ hoc diues te miſerioꝛ eſt: tu quidẽ foꝛtaſſis grãm: pro cibo poſtulas: ille autẽ pro decẽ milibꝫ cauſis impudens exiſtit: vt plura habeat. Pro inde diuites magis ſunt: q̃ multos poſtulãt: ⁊ ſepius etiã indignos vtputa: veluti quid dico ſepius eos/ qui in oꝛdine militari ſunt: ⁊ qui ſeruos neceſſarios habet: pauꝑ autẽ neq; ipſo imperatoꝛe indiget: ac ſi opus habeat/ magis in ãmirationẽ erit: quoniã ad hoc ſemetipm depoſuit: cũ poſſit etiã diues fieri. Nemo igit̃ cauſetur de paupertate: tanq̃ cauſa ſit multoꝝ maloꝝ: neq; obloquat̃ chriſto: qui ꝑfectionẽ illã dixit eſſe virtutis/ dicẽs: Si vis perfectus eſſe. Hoc enĩ ipſe ⁊ verbis dixit: ⁊ operibꝫ ipſis oſtendit: ⁊ per diſcipulos ſuos docuit. Sectemur ergo paupertatẽ. Maximũ quippe bonũ eſt paupertas vigilantioꝛibus: foꝛtaſſe ſic enĩ nõnulli ex audiẽtibꝫ augurãt̃: ⁊ nõ eſt mihi incredibile. Multꝰ quippe eſt iſte moꝛbus apud plurimos hominũ: ⁊ tãta pecuniaꝝ tyrãnidis: vt nec vel verbis patiant̃ ei renũciare: ſ; ⁊ oẽ putant aduerſum: ſi vel verbo repudiẽt pecunias. Longe abſit hoc ab anima chriſtiana: nihil enĩ opulentiꝰ eo/ qui paupertatẽ ſponte diligit: ⁊ cũ alacritate ſuſcipit. Quõ autẽ hoc/ inquit? Dicã: Et ſi vultis ipſo imperatoꝛe ditioꝛẽ eſſe pronũcio: quis potius aſſumpſit paupertatẽ. Ille quidem opus habet pluribꝫ: ⁊ in curis eſt cõſtitutus: ⁊ veret̃ ne minꝰ ei fiat/ ad ea que neceſſaria ſunt ſtipẽdijs militaribus iſte autẽ omnia affluẽter habet/ ⁊ de nulla re timet ac ſi timet/ nõ pro tantis. Quis (dic mihi) ditioꝛ eſt qui per ſingulos dies exigit/ ⁊ feſtinat plura colligere/ ⁊ timet ne aliquid ei deficiat: an ille/ q̃ nihil colligens affluẽtia multa ſibi ſufficiente cõſiſtit ⁊ nullũ poſtulans? Fiduciã quippe virtus tribuit: ⁊ dei timoꝛ nõ pecunie. Ille nãq; ⁊ in ſeruitutẽ redigunt. Munera inquit ⁊ dona excecãt oculos: ⁊ ſicut mutus in oꝛe verſat redargutiões eoꝝ. Cõſidera quãtũ pauper Petrus/ animã diuitẽ vitus eſt. Nõne ille quidẽ diues erat. iſte autẽ pauper: ſed vide illũ q̃dẽ cũ autoꝛitate loquẽtẽ/ ⁊ dicentẽ/ dic mihi: ſi tãti vẽdidiſti agrũ: illũ autẽ cũ ſubiectiõe dicẽtẽ: ita eſt tãti: Sed quis dabit (inquis) mihi eſſe: ſicut Petrus. Licet tibi/ ſicut ⁊ ille eſſe ſi volueris: iactare/ q̃ poſſides/ diſtribue/ da pauꝑibꝫ: ſequere chriſtũ: ⁊ eris talis. Quõ inquit ille ſigna faciebat? Hoc nãq; eſt: Dic mihi quid Petrũ fecit operari miracula: an nõ fiducia/ que erat ex cõuerſatiõe? Nõ aduertis chriſtũ dicẽtẽ: nolite gaudere/ q; demones vobis ſbiecti ſunt. Si volueris ꝑfectus eſſe/ audi quid dixit: Petrus: Argẽtũ ⁊ auꝝ nõ eſt mihi: qõ autẽ habeo tibi do. Si quis habet argẽtũ ⁊ auꝝ: illa nõ habet Quid ergo inquis plurimi neq; illa/ neq; iſta hñt. Quãti habẽtes pauꝑes ſunt/ oĩa bona habent. Si enĩ moꝛtuos nõ reſuſcitãt: neq; claudos curãt: ſ; qõ oĩbꝫ maius eſt: fiduciã habẽt ad deũ. Audiẽt enĩ in die iudicij: beatã illã vocẽ: Venite benedicti patris mei: quid iſto melius: hereditamini ꝑparatũ vob regnũ a cõſtitutiõe mũdi. Eſuriui enĩ ⁊ dediſtis mihi mãducare: ſitiui: ⁊ dediſtis mihi bibere: hoſpes erã ⁊ collegiſtis me: nudus erã/ ⁊ operuiſtis me. Infirmus erã/ ⁊ in carcere/ ⁊ viſitaſtis me. Hereditamĩ ꝑparatũ vobis regnum a cõſtitutiõe mundi. Fugiamus igitur cupiditatẽ: vt adipiſcamur regnũ: nutriamus pauperes: vt nutriamus chriſtũ/ vt coheredes eius efficiamur/ in Ieſu chriſto dño noſtro: cũ q̃ patri/ vna cũ ſpiritusſancto/ gl'ia/ imperiũ/ honoꝛ/ nũc ⁊ ſemꝑ/ ⁊ in ſecula ſeculoꝝ Amẽ.

Homelia. XIX. Ex capitulo. X.

b **Habentes ergo fratres fiduciam in introitũ ſanctoꝝ: in ſanguine Ieſu chriſti: quã nobis dedicauit viam nouã et viuã: ꝑ velamentũ: hoc eſt carnis ſue: et ſacerdotem magnũ in domo dei: accedamus cum veraci coꝛde in ſatiſfactione fidei: aſperſa habẽtes coꝛda a conſcientia mala: et lauatum coꝛpus aqua munda: retineamus confeſſionẽ ſpei indeclinabilẽ.**

Habẽtes ergo fratres fiduciã in introitũ ſanctorum in ſanguine Ieſu: quã nobis dedicauit viã nouã ⁊ viuã: oſtendit diſtantiã pontificis/ ⁊ hoſtiarũ ⁊ tabernaculi/ ⁊ teſtamẽti/ ⁊ repꝛomiſſiõis/ ⁊ multam differentiã. Siquidẽ illa quidẽ tẽpoꝛalia: hec autẽ eterna: Illa quidẽ de pꝛoximo parẽtia: hec autẽ ꝑmanẽtia. Illa q̃dẽ infirma: hec aũt ꝑfecta. Illa q̃dẽ figure: hec aũt vitas. Nõ enĩ iuxta legẽ mãdati inq̃t carnalis: ſ; iuxta virtutẽ vite inſolubilis: ⁊ tu es ſacerdos in ꝑpetuũ. Ecce ꝑpetuitas ſacerdotis: ⁊ de teſtamẽto illo dixit: qõ vetuſtũ eſt. Qõ aũt veteraſcit/ atq; ſeneſcit/ ꝓximũ eſt interitui. Hoc autẽ teſtamẽtũ nouũ/ ⁊ remiſſionẽ peccatoꝝ habẽs: illud autẽ nihil hmõi. Nihil q̃ppe ꝑfecit lex/ inq̃t. Et iterũ: Sacrificiũ ⁊ oblationẽ noluiſti. Illud q̃dẽ manufactũ: hoc aũt nõ manufactũ. Illud q̃dẽ ſanguinẽ hircoꝝ habebat: hoc aũt deũ. Illud q̃dẽ ſtãtẽ ſacerdotẽ: hoc autẽ ſedentẽ. Quoniam igit̃ cuncta illa minoꝛa ſunt: hec autem maioꝛa: propterea inquit:

[Habẽtes igit̃ fratres fiduciã] Unde ſicut em̄ cõfuſionẽ faciũt peccata: ſic fiduciã omniũ remiſſio peccatoꝝ: ⁊ ꝙ q̄dem coheredes facti ſum⁹ ⁊ ꝙ tãta dilectione fruimur. [Introitũ (inquit) ſanctoꝝ] Introitum hic celũ dixit: ⁊ acceſſum ad ſpiritalia [quã dedicauit]. Hoc eſt quã cõſtruxit/ quã preparauit/ et quã initiauit. Dedicatio quippe dicit̃ initiũ vtendi. Quã preparauit (inquit) ⁊ per quã ipſe perrexit viam nouã ⁊ viuã. Et hic ſatiſfactionẽ ſpei declarat: nouã dicẽs. Conat̃ em̄ oſtẽdere: cũcta maiora nos habere. Si q̄dẽ nunc aperte ſunt porte celi: qđ neqꝫ Abraã cõtigit [Uiã nouã dixit vite] Sed viã illam vocauit: hoc eſt precepta dicit [Permanentẽ (inq̄t) velamẽtũ carnis ſue] Hec q̄ppe caro ſecabat primo viã illã: ipſe autẽ dedicauit ꝑ nouã. Dedicauit autẽ illã hac ratione: quoniã ipſe in ea perrexit. Uelamẽtum autẽ merito vocauit. Cum em̄ eleuatus eſſꝫ in celũ: tunc apparuerũt celeſtia [Accedam⁹ itaqꝫ (inquit) cum veraci corde] In quo accedamus? Sanctitate: fide: ſpiritali cultura. [In veraci corde] In ſatiſfactiõe fidei: q̄ꝛ nihil eſt viſibile hoꝝ: neqꝫ ſacerdos iã: neqꝫ ſacrificiũ: neqꝫ altare: q̄ꝙ̄ nec ille ſacerdos viſibilis eſſet: ſꝫ intus ſtaret: illi aũt foris: h̄ eſt vniuerſus populus. Hic autẽ nõ ſolũ hoc facit/ q̄ꝛ ſacerdos ingreſſus eſt in ſancta: ſꝫ etiã q̄ꝛ nos intramus: ꝓpterea inquit/ in ſatiſfactõe fidei. Põt quippe credi ⁊ ſimpliciter cũ heſitatiõe: quales ſunt nũc plurimi dicẽtes: quoniã quorũdã erit reſurrectio/ quorundã autẽ nõ. Hoc nõ eſt fides [In ſatiſfactione (inquit) fidei] Sic oportet credere: quõ certi ſumus de viſibilib⁊. Et adhuc ampli⁹. Hic em̄ aliqñ erratur: hoc eſt in his que videnť: illic autẽ nequaꝙ̄. Hic q̄dẽ ſenſu percipimus: illic aũt ſpiritu [Aſpgit corda noſtra a cõſciẽtia mala] Oſtẽdit q̄ꝛ non fides ſola: ſed etiã vita cũ virtute querit̃: ⁊ vt nihil ſibi quiſqꝫ cõſci⁹ ſit malignitatis. Nõ em̄ ſuſcipiunt cũ ſatiſfactõe ſancta eos: qui nõ ita efficiunt̃. Ut ſancta em̄ ſunt: ⁊ vt ſancta ſanctoꝝ. Hic aũt homo nullus ꝓphanus ingredit̃. Illi autẽ corp⁹ aſpergebãt: nos cõſcientiã. Proinde poſſumus etiã nũc aſpergi eadẽ ipſa virtute [Et abluti (inquit) corpus aq̃ mũda] Lauacꝝ baptiſmat̃: in hoc loco dic̃. Baptiſm⁹ em̄ corpoꝝ mũdatio nõ eſt: ſed anime: fidelis enim eſt q̃ repromiſit: quoniã oportet ire illuc intrare in regnũ. Nihil igit̃ ſcruteris/ neqꝫ rationes expetas. Fide opus habẽt noſtre cauſe. Et intelligamus (inquit) inuicẽ ad prouocationem charitatis/ ⁊ bonoꝝ opeꝝ: nõ derelinquẽtes cõgregationẽ noſtrã: ſicut cõſuetudo eſt quibuſdã: ſed exhortãtes/ ⁊ tãto magiſ quãto videtis appropinquantẽ diẽ. Et iterũ alibi dicit: Dominus ꝓpe eſt: nihil ſolliciti ſitis. Nũc aũt ꝓpinquior eſt nobis ſalus. Tempus iã abbreuiatũ eſt. Quid eſt nõ derelinquẽtes cõgregationẽ nr̃am? Scit ex cetu/ ⁊ cõgregatiõe multã eſſe fortitudinẽ. Ubi em̄ fuerint duo/ vel tres (inquit) cõgregati in nomine meo: ibi ſum in medio eoꝝ. Et iteꝝ: Ut ſint vnũ/ ſicut ⁊ nos. Et iteꝝ: Omniũ erat cor vnũ: ⁊ anima vna. Nõ aũt h̄ ſolũ: ſed quia etiã charitas incrementatur per cõgregationẽ. Charitatẽ autẽ incrementatã/ neceſſe eſt etiã que dei ſunt cõſequantur. Oratio autẽ (inquit) intenta a populo fiebat/ ſꝫm ꝙ cõſuetudo eſt quibuſdã. In hoc loco nõ ſolũ ammonuit: ſed etiã culpauit [Intelligam⁹ (inquit) inuicẽ ad ꝓuocationẽ charitatis ⁊ bonoꝝ opeꝝ] Scit etiã hoc ſolere fieri ex ꝯgregatiõe. Sicut etiã ferꝝ aliud ferꝝ reddit acutũ: ſic etiã cetus charitatis facit augmẽtũ. Lapis ad lapidẽ ꝯtritus: ignẽ emittit: quãto magis aĩa aĩe cõmixta. [Sed nõ ad emulationẽ inquit: ſed ad prouocationẽ charitatis.] Quid ẽ ad prouocationẽ charitatis? Et amplius diligere ⁊ diligi. [Et bonoꝝ opeꝝ] Ut in hoc habeãt emulationẽ. Si em̄ facere q̄ꝫ dicere maioris virtut̃ eſt: quãtũ ad doctrinã pertinet: multos habetis etiã vos doctores in veſtra multitudine per opa ipſa hoc facientes. Quid eſt/ anima duertam⁹ cũ veraci corde hoc eſt ſine ſimulatiõe. Ue em̄ (inquit) timido cordi ⁊ manib⁊ diſſolutis. Nihil ſit (inq̄t) falſum ſit in nobis: nõ alia quidẽ dicam⁹: alia vo cogitem⁹. Hoc em̄ mẽdaciũ eſt: neqꝫ ſimus puſillanimes: hoc etiã eſt nõ vericordes. Nõ credẽdo em̄ puſillanimitas efficitur. Quid autẽ erat puſillanimitas efficitur? Quõ autẽ erit hoc? Si ſatiſfaciã vobis ꝑ fidẽ: aſpſi corda. Quare nõ dixit mũdati: differentiã aſperſionis volẽs oſtẽdere: aliud quidẽ cẽ dei: aliud autem noſtrũ. Abluere quippe/ ⁊ aſpergere cõſcientiã/ dei eſt: cũ veritate autem accedere/ ⁊ in ſatiſfactiõe fidei noſtꝝ eſt. Deinde etiã fidei dat ꝓpriã virtutẽ: ex veritate profitẽtis. Quid eſt abluti corpus aqua mũda? Que mũdos facit/ an forte ꝙ nõ habeat ſanguinem. Deinde ſubiũgit iã qđ perfectũ eſt: hoc eſt charitatẽ. [Nõ derelinquẽtes (inquit) cõgregationẽ noſtram: qđ facientes nõnulli cõgregatiões ſcindunt] Frater quippe a fratre adiutus: ſicut ciuitas munita eſt. [Sed intelligam⁹ inuicẽ ad ꝓuocationẽ charitat̃.] Quid eſt intelligam⁹ inuicẽ. Si quis fuerit virtute preditus hũc imitemur: in eũ intendamus vt diligamus/ ⁊ diligamur. Ex dilectiõe q̄ppe bona opera ſunt. Magnũ quippe bonũ eſt: ipſa ꝯgregatio: ipa nãqꝫ charitatẽ operatur feruentiorẽ: ⁊ ex ea cuncta optima generant̃. Nihil nãqꝫ bonũ eſt qđ nõ per charitatẽ fit. Iſtã igitur cõfirmem⁹ in inuicẽ. Plenitudo quippe legis charitas eſt: nõ em̄ labore opus habem⁹/ aut ſudorib⁊: ſi dilexerim⁹ inuicẽ ſpontanea nobis via proſternitur/ ducẽs ad virtutẽ. Sicut em̄ in itinere cõtingit ſi quis initiũ cõprehendat: recta via ducit̃: ⁊ non oportet declinare: ſic etiã in charitate tm̄ arripe principiũ: ⁊ ſtatim manũ tibi prebẽs/ ipſa te deducit ⁊ dirigit. Charitas ꝓximi malũ nõ operat̃: nõ cogitat malum. Cõſiderat quiſqꝫ ſemetipm̄/ quõ afficitur erga ſeipm̄: non ſibi inuidet. Omnia in ſe cõtinet bona: omnib⁊ ſe prehonorat: omnia ſub ſe vult cõſtituere. Si igitur/ ⁊ circa alios ſic afficiamur: omnia mala ſoluũtur. Non erũt inimicitie: nõ cupiditas. Quis em̄ nõ velit ſeipm̄ amplius habere? Nullus. Sed ecõtra habebimus cõmuniter cũcta: ⁊ ceſſabim⁹ cõgregantes noſipos. Et hoc ſi fecerim⁹: retẽtio mali/ in corde locũ nõ habebit. Quis autẽ velit retinere malũ: quis velit ſibĳpſi iraſci: nõne maxime nobiſipſis/ q̄ꝫ oĩb⁊ ignoſcimus. Si ergo ſic in ꝓximos afficiamur: nũq̄ꝫ remanebit in corde mali retẽtio. Et quõ poſſibile eſt hoc (inquis) diligere ꝓximũ ſicut ſeipſum? ſi non fecerũt etiã hoc alĳ: bene putas impoſſibile: ſi autẽ fecerũt/ manifeſtũ eſt: q̄ꝛ per negligẽtiã a nobis non efficitur: ſed ⁊ al̃s nihil impoſſibile imperat chriſt⁹: in tantũ vt etiã multi ſupgrederẽtur eius precepta Quis ergo (inq̄s) fecit hoc? Fecit hoc Paulus: Petrus: omnis chorus ſanctoꝝ. Sed ſi dicã/ quia ꝓ-



ximos dilexerunt: nihil magnũ dico. Inimicos ſic amauerũt: quõ non amauit quiſqꝫ ſuos vnanimes: quis em̄ ſuſcipiat ꝓ vnanimis in gehennã ire: cũ ire poſſit ad regnũ? Nullus. At Paulus pro inimicis hoc ſuſceptũ habebat: pro lapidantib⁊/ ⁊ flagellantibus eũ. Qualis ergo nobis erit venia: qualis excuſatio: ſi vel minime parti charitatis ſimilẽ quam oſtẽdit circa inimicos paulus: nõ erga amicos oſtẽderimus. Et beatus itẽ Moyſes ante iſtũ ꝓ inimicis voluit lapidantib⁊ eũ deleri de libro dei. Et Dauid rebellãtes aduerſus ſe videns interemptos dixit: Ego paſtor peccaui: ⁊ iſti quid fecerũt: ⁊ ſaulem inter manus habẽs/ occidere noluit: quin etiam ſaluauit: preſertim cũ ipſe in periculo eſſet cõſtitutus. Si aũt hec in veteri teſtamẽto: qualẽ veniã nos habebimus in nouo teſtamẽto cõuerſantes/ ⁊ neqꝫ ad menſurã illoꝝ peruenientes. Niſi em̄ abũdauerit inquit iuſtitia veſtra pluſq̄ꝫ ſcribaꝝ ⁊ pharaſeoꝝ: non intrabitis in regnũ celoꝝ. Cũ ergo etiã minus habemus ab illis quõ intrabimus? Diligite (inq̄t) inimicos veſtros. Dilige igit̃ inimicũ: nõ em̄ illi pſtas ſed tibi. Quõ? Similis efficieris deo: ille igitur ſi ametur a te: nihil lucrat̃: a cõſeruo quippe dilectus eſt: tu autẽ ſi dilexeris cõſeruũ/ magnũ lucrũ facies ⁊ efficieris ſimilis deo. Uides q̄ꝛ nihil gratie pſtas ſꝫ tibi: ipm̄ meritũ em̄ nõ illi: ſꝫ tibi cõparas. Quid ergo inquis ſi ſit malignus? Tãto amplius maior eris/ ⁊ meritis: pro malignitate ſua debes illi granam/ ⁊ multa milia beneficioꝝ ſuſcipiẽs adhuc malus permanẽs. Si em̄ nõ eſſet valde malus/ neqꝫ tibi merces valde creſceret. Proinde cauſa nõ amãdi ⁊ dicẽdi: q̄ꝛ malignus eſt/ cauſa amãdi. Aufer cõtrariũ certatorẽ/ ⁊ auferes occaſiões coronaꝝ. Nõ intuer̃ precones quõ ſacculos harena replẽtes ita exercitant̃: tu autẽ opus nõ habes ſtudiũ his impẽdere. Plena eſt vita humana exercitantiũ te/ ⁊ facientiũ fortiorẽ. Nõ vides q̄ꝛ ⁊ arbores quãto vẽtis cõmouẽtur/ tãto amplius fortiores efficiunt̃ ⁊ dẽſe. Et nos igit̃ ſi fuerimus longanimes/ fortiores erimus. Uir longanimis (inquit) multus eſt in ſapientia: qui autẽ eſt puſillanimis fortis ſtultus. Intueris quãta huius viri laus eſt/ ⁊ quãta illi⁹ accuſatio: fortis (inquit) ſtultus/ hoc eſt valde ſtultus. Proinde nõ ſim⁹ puſillanimes ad inuicẽ. Non em̄ hoc ex inimicicĳs cõtingit: ſed ex puſillanimitate anime. Si vero fuerit fortis: oĩa facile tolerat/ ⁊ nihil eã poterit demergere: ſed ad tranquillos eã portus adducit: quos cõtingat nos omnes adipiſci/ gr̃a ⁊ miſericordia dñi noſtri Ieſu chriſti: cũ q̃ patri/ vna cũ ſancto ſpiritu/ gloria/ imperiũ/ honor: nũc ⁊ ſemper ⁊ in ſecula ſeculoꝝ Amẽ.

Homelia. XX. Ex capitulo. X.

s

## Ponte nãqꝫ peccãtibus nobis poſtq̄ꝫ accepimus veritatis agnitionem: nõ relinquitur hoſtia pro peccatis. Terribilis autẽ eſt expectatio iudicĳ: ⁊ ignis zelus cõſumptur⁹ aduerſarios ⁊c.

Arbores que bene inſtitute ſunt/ ⁊ ceteram habuerĩt diligentiã agricolaꝝ adhibitã manib⁊/ atqꝫ laborib⁊: ſi nullã referãt laboꝝ viciſſitudinẽ: radicitus euulſe igni tradũtur. Tale quiddã ⁊ in cauſa cõtigit baptiſmatis. Cũ em̄ nos chriſtus inſtituerit ⁊ irrigatione ſpirituali potiti fuerimus: ſi deinde nullum fructũ afferamus/ ignis nos expectabit gehenne: ⁊ flãma inextinguibilis. Paulus igit̃ hortatur ad charitatẽ/ ⁊ fructificationẽ bonoꝝ opeꝝ: ex vtilibus inuitãs: que ſunt autem hec vtilia? Quoniã introitũ habemus ad ſancta/ quã dedicauit nobis viam nouã. Poſtq̄ꝫ ex vtilib⁊ inuitauit ad opa bona: vult etiã nũc ex metuendis/ ⁊ triſtibus idipſum facere. Poſtq̄ꝫ eñi dixit nõ derelinquẽtes congregationẽ noſtrã: quemadmodũ quibuſdã vſus eſt: ſed exhortantes tanto amplius/ quãto videtis appropinquantẽ diẽ intulit dicẽs [Sponte nãqꝫ peccantibus nobis: poſtq̄ꝫ accepimus veritat̃ agnitionẽ] opus eſt (inq̄t) bonis operib⁊: opus eſt/ ⁊ valde op⁹ [Sponte nãqꝫ peccãtib⁊ nobis poſtq̄ꝫ accepim⁹ veritatis agnitionẽ: vltra nõ relinquit̃ hoſtia ꝓ peccatis] Mundatus es/ liberatus es a criminib⁊/ factus es filius: Si ad primũ vomitũ reuerſus fuer̃ iterũ te reprobatio expectat/ ⁊ ignis/ ⁊ hmõi alia: nõ eñi eſt hoſtia ſecũda. Hic iterũ exurgũt qui penitentiã auferũt/ ⁊ qui ad baptiſmũ ſegnes ſunt accedere. Illi quidẽ dicentes/ quoniã non eſt tutũ nos ad baptiſmũ accedere: ſi q̄dẽ nõ eſt ſecũda remiſſio. Iſti autẽ dicẽtes nõ eſt tutũ dare peccatorib⁊ ſacramenta: ſi quidẽ nõ eſt ſecunda remiſſio: quid ergo ad vtroſqꝫ dicemus? Quoniã in hoc nõ penitentiã excludit/ neqꝫ ꝓpiciationẽ: que fit per penitentiã: neqꝫ repellit/ ⁊ deĳcit per deſperationẽ delinquentẽ: nõ eñi ita inimicus eſt ſalutis noſtre. Sed quid? ſcđm excludit lauacrũ. Nõ enim dixit nõ eſt vltra penitẽtia/ neqꝫ eñi dixit nõ eſt vltra remiſſio [ſed hoſtia (inquit) vltra nõ eſt] hoc eſt crux ſecũda/ vltra non eſt: hoſtiã quippe hanc vocat. Una nãqꝫ hoſtia perficit in perpetuũ eos qui ſacrificãtur: non ſicut iudaica. Propterea eñi ſurſum atqꝫ deorſum tm̄ diſputauit de hoſtĳs: quoniã vna eſt: nõ hoc ſolũ volẽs oſtẽdere: quoniã differt a iudaicis iſto modo: ſed etiã cautos nos volẽs efficere: ne ſperemus vltra ſꝫm iudaicam legem aliã hoſtiã. [Sponte quippe peccantib⁊ nobis inquit]. Uide quõ pronũ ſe oſtẽdit ad veniã tribuendã [ſponte inquit peccãtibus nobis] Proinde nõ ſponte peccãtibus datur venia [Poſt agnitionẽ inq̄t/ veritatis: ſiue chriſti: ſiue cunctoꝝ dogmatũ vltra nõ remanet hoſtia ꝓ peccatis] ſꝫ q̄d? [Terribilis inquit expectatio eſt iudicĳ: ⁊ ignis: zelus cõſumpturus cõtrarios] Contrarios eñi/ nõ infideles dicit tm̄: ſed etiã fideles cõtraria virtuti agẽtes ſiue quia ⁊ domeſticos/ ac familiares idẽ ipe ignis accipiet etiã cõtrarios. Deinde cõſumptuꝝ eos oſtẽdit/ dicẽs [ignis zelus cõſumpturus eſt ꝯtrarios] Sicut eñi beſtia ꝓuocata que eſt valde ſeua ⁊ agreſtis nõ ceſſat donec apprehẽdat aliquẽ/ ⁊ deuoret: ſic etiã ille ignis tanq̄ꝫ aliquis zelo ſtimulatus alicuius quecũqꝫ apprehẽderit nõ dimittit: ſed deuorat/ ⁊ dilacerat. Deinde etiã ſermonẽ infert cõminationis: quia merito: quia iuſte: qđ ad fidẽ proficit cũ oſtẽderimus: quia iuſte aliquid fit. [Irritã nãqꝫ q̄s faciens legem Moyſi (inquit) ſine miſeratione corã duobus/ vel tribus teſtibus moritur] Sine miſeratione (inquit) vt nulla ſit venia/ nulla miſericordia q̄ꝫq̄ꝫ Moyſi eſſet illa lex. Plurima nãqꝫ ipſe diſpo-

ſuerat. Quid eſt corã duobus/ vel tribus. Et quõ
cõculcat quiſq3 filiũ dei. Si duo vel tres teſtificati
fuerint/ cõfeſtim iudiciũ dant. Si eñ in veteri teſta
mento: vbi lex Moyſi irrita fit: tãtũ eſt ac tale ſup-
pliciũ: quãto magis putatis: quia peius merebitur
ſuppliciũ: qui filiũ dei cõculcauit/ ⁊ ſanguinẽ teſta-
menti cõmunẽ exiſtimauit: ⁊ ſpiritũ gratie iniuria-
uit. Et quõ cõculcat quiſq3 filiũ dei? Quãdo eñ ex
eo participatur quiſq3 ꝑ ſacramẽta: nõne peccata cõ
mittit/ nõne illũ cõculcat/ nõne ipſum cõtẽnit? Si-
cut eñ ea que cõculcamus nullius momenti pendi
mus: ſic ⁊ qui peccant in chriſtũ: nullius momenti
exiſtimãt/ ⁊ ſic peccant. Factus es corpus chriſti/ ⁊
tradis teipſum diabolo: vt ꝯculces chriſtũ [Et ſan
guinẽ inquit cõmunẽ iudicas] Cõmune q̃d hoc eſt?
Inmũdũ/ ſiue quod nihil amplius a ceteris habet
[Et ſpiritũ gratie iniuriãs inquit] Qui eñ benefi
cium nõ ſuſcepit/ iniuriauit benefacientẽ/ fecit te fi-
lium: tu autẽ vis fieri ſeruus: Uenit ad habitãdũ
apud te: tu autẽ adducis ei cogitatiões malignas.
Chriſtus voluit ſolidari apud te: tu autẽ eũ cõcul-
cas per crapulã/ per ebrietatẽ. Audiamus qui indi
gne ſacramẽtis participamur/ audiamus qui indi-
gne ad menſam illã accedimus. Nolite (inquit) ſan-
ctum dare canibus: neq3 mittatis margaritas ve-
ſtras ante porcos: ne forte cõculcent eas pedib9 ſu-
is: hoc eſt ne cõtemnãt/ ne reſpuãt. Sed nõ hoc di-
xit: ſed quod terribilius eſt/ ex terribiliorib9 coartat
animas audientiũ. Sufficiens eñ erat etiã hoc ad
cõuertendũ eos: nõ minus a conſolatiõe: ⁊ ſimul/ ⁊
differentiã/ ⁊ ſuppliciũ oſtendit: ⁊ iudiciũ ipſum re-
linquit: vtpote de re clara/ ⁊ que manifeſta cõſtaret
[Quãto ergo arbitramini inquit peius mereri ſup-
pliciũ [In hoc loco videt̃ mihi ⁊ de ſacramẽtis ali-
quid ſignificare. Deinde ⁊ teſtimoniũ ſubiũgit/ di-
cens [Metuẽdũ eſt incidere in manu dei viuẽtis].
ſcriptũ eſt ei [Mihi vindictã ⁊ ego retribuã] Et ite
rũ [Dominus iudicabit populũ ſuũ] Et incidam in
manus dñi/ ⁊ nõ in manus hominũ. Sed ſi nõ pe
nitueritis in manus domini incidetis. Cũ videri-
mus igit̃ quẽq3 h puniri: nõ cõtremiſcamus ad pre-
ſentiã: ſed cõtremiſcamus ad futurã. Secũdũ miſe-
ricordiã eius/ ⁊ indignatio eius eſt: ⁊ ſuper peccato
res requieſcet furor eius. Simul etiã aliud ſignifi-
cat in hoc loco [Mihi inquit vindictã ⁊ ego retri-
buã] De inimicis hoc dictũ eſt/ qui male faciũt: nõ
de his qui male patiũtur. Hic autẽ ⁊ cõſolatur eos
benedicẽtes: permanet in ſempiternũ deus ⁊ viuit.
Proinde at ſi nũc nõ recipiũt: poſtea recepturi ſunt
Illos oportet cõgemiſcere nõ nos. Non eñ in illo
rũ incidimus manus: illi autẽ in manus dei. Neq3
enim qui patitur/ aliquid malũ patitur: ſed qui fa-
cit: neq3 beneficiũ percipit qui iuuatur: ſed qui bene
ficiũ pſtat. Hec igitur ſcientes patientes efficiamur
ad patiẽda mala/ ⁊ prompti ad benefaciendũ. Hoc
autẽ poterimus ſi pecunias ⁊ gloriã cõtemnamus
Et qui has expoſuerit paſſiões: omnib9 hominib9
erit liberior: ⁊ ab eo qui purpura induitur locuple-
tior. Intueris quanta fiũt mala propter pecunias:
nõ dico quãta propter auaritiã: ſed in eo ꝙ affectio-
ne ⁊ paſſiõe quadã tenemur circa pecunias. Uerbi
gratia: ſi perdit aliquis pecunias/ vitã ducit omni
morte peiorẽ. Quid doles o homo? q̃d lachrymas:
quia te a cura cuſtodiendi ſuperflua liberauit de9.

quia nõ ſedes tremẽs/ ⁊ metuẽs. Dic itaq3 ſi te q̃ſq3
alliget ad theſauꝝ precipiens: vt illi ſemꝑ aſſideas
⁊ vigilẽ curã alienis ĩpendas: nõne doleres/ ⁊ dif
ficulter ferres. Si teipm alligaueras vinculi ꝑeſſi
mis/ ⁊ quia illa ſeruitute liberatus es/ doles. Ue-
rum quippe eſt: quoniã ex opinione veniũt/ ⁊ mero
res/ ⁊ gaudia/ veluti ſi aliena habeamus. Nũc ad
mulieres mihi ſermo eſt: habet quedã mulier forſi-
tan veſtimentũ ex auro contextũ/ ⁊ hoc excutit: ⁊ ex
puluerat: inuoluit linteaminib9 mũdis: cũ cautela
cuſtodit: tremet ſuper illud/ ⁊ non eo fruit̃. Aut eñ
moritur: aut vidua facta eſt: aut ſi hoꝝ nihil contin
gat: metuẽs ne aſſiduo vſu atterat̃/ ⁊ eõ fraudetur:
Alio modo ſeipam eo fraudat cũ ei parcit. Sed di-
cis quia illud dimittit aliĳ: ſed neq3 hoc certũ eſt/ at
ſi ⁊ aliĳ dimittat: ⁊ illa ſimiliter eo vtitur. Et ſi quis
ſcrutetur in domib9 inueniet ex maxima parte preci
oſa veſtimẽta: que aliĳs excellũt ĩ maiori honore ha
beri/ ⁊ veluti ſi animã habẽt ita curari/ nõ eñ vti-
tur eis aſſidue: ſed veret̃/ ⁊ tremet tineas ⁊ alia hu-
iuſmodi rodere ⁊ comedere ſolentia. Remouet plu-
rima: in vnguẽtis/ ⁊ aromatibus ponit/ ⁊ neq3 per-
mittit: vt omniũ aſpectus digni fiant illa cõſpicere:
ſed ipſa fortaſſis cũ viro ſuo diligẽter ordinat/ et ꝯti
net. Nõne recte dic mihi idolatriã auaritiã vocauit
paulus? Quãtũ eñ illi honorẽ circa idola oſtẽdũt:
tantũ ⁊ iſti erga veſtimẽta ſua/ ⁊ circa ea que habẽt
ex auro ꝯfecta. Uſq3 q̃ nõ cenũ iſtud euacuam9 vſq3
quo luto ⁊ lateribus adherebimus. Sicut enim il-
li egyptiorũ regi laborabant: ſic ⁊ nos diabolo la-
boramus/ ⁊ flagellamur per ſingulos dies/ ⁊ non
timemus curã gerentes/ ⁊ tremẽtes. Sed ſi volue
rimus ingemiſcere ad deũ: ſi voluerimus ad eũ re-
ſpicere: mittet nobis nõ Moyſen/ neq3 Aaron: ſed
verbũ ſuũ/ ⁊ compũctionẽ donat. Hoc autẽ verbũ
veniẽs/ ⁊ cõtinẽs animas noſtras/ liberabit nos a
ſeruitute amara: ⁊ educet nos de egypto infructuo-
ſa/ ⁊ inutili: ⁊ de ſtudio noſtro vanũ habẽte laborẽ/
⁊ de ſeruitute que nullũ habet lucrũ. Illi quidẽ ſal-
tem aurea plurima ſumẽtes: egreſſi ſunt mercedem
laboris ſui: nos autẽ nihil/ atq3 vtinã nihil. Et eñ
etiã nos ſumimus non aurea: ſed egypti mala: h eſt
peccata/ ⁊ ſupplicia/ ⁊ penas. Diſcam9 igit̃ quid no
bis eſt vtile: diſcam9 iniuriã pati: hoc eñ eſt chriſti-
ani. Contẽnamus pecunias ne ſalutẽ noſtrã cõdẽne
mus. Contẽnamus pecunias/ ⁊ nõ cõtẽnam9 ani-
mã: ipſa eſt que ſubĳcietur ſuppliciĳs: ipſa eſt que af
ficietur tormẽtis: illa hic remanẽt: iſta deſcẽdit illuc
Quare ẽ dic mihi luges: ⁊ nõ ſent̃ʒ: hec ad auaros
dico: ⁊ ad eos/ qui ab auaris ledunt̃: vt fortiter illo
rum auaritias tolerẽt/ ſeipſos interimunt illi/ non
vos. Uos quidẽ priuant pecuniĳs: ſemetipſos aũt
ꝓpiciatione dei/ ⁊ adiutorio. Qui eñ illa nudatur:
⁊ ſi circũdet̃ omnib9 mũdi diuitĳs/ omnib9 erit egẽ-
tior. Sicut ⁊ q̃ omnib9 pauperior eſt: ſi iſtã habeat
omnib9 erit opulẽtior. Dominus inquit: paſcit me:
⁊ nihil mihi deerit. Dic aũt mihi/ ſi haberes aliquẽ
virũ magnũ/ atq3 mirabilẽ/ ⁊ valde te amãtẽ/ ⁊ cu
ram gerentẽ: deinde cognoſceres quoniã ſemper vi
cturus eſſet: ⁊ ꝙ nõ eũ morte preuenires/ ⁊ cuncta
tibi imperties/ cũ fiducia ſuis reb9 frui permitteret
nũ velles aliquid poſſidere: nũ ſi omnib9 nud9 eſſes
nõne ditiorẽ te eſſe putares/ illũ habẽdo? Quid er-
go luges/ q2 pecunias nõ habes: ⁊ nõ magis conſi



deras: q2 ablate tibi ſunt occaſiões peccandi. Sed
dices/ q2 qõ habebã amiſi: ſed acquiſiſti propiciati-
onem dei. Et quomodo acq̃ſiui inq̃es? q̃a dictũ eſt:
Quare nõ iniuriã magis patimini? Dictũ eſt: q̃a be
ati q̃ omnia grate ſuſcipiũt. Intellige igit̃ qñ dei fa-
uore perfruit̃: que iſta operib9 ipſis oſtendit. Unũ
quippe tantũ a nobis querit̃: vt in omnib9 gratias
agamus deo: ⁊ omnia habebim9 abũdanter: vtpu
ta: veluti quid dico: Perdidiſti auri libras decem
milia: age gratias cõfeſtim deo/ ⁊ centũ milia acq̃ſi
ſti per vocẽ illã/ ⁊ gratiarũ actionem. Dic eñ mihi/
qñ beatũ iudicaſti Job? Quãdo habuit illos mul-
tos camelos: ⁊ pecudũ greges/ ⁊ armenta boũ: an
quãdo illã vocẽ emiſit: Dominus dedit: dñs abſtu
lit. Eteñ diabolus ꝓpterea nobis dãna facit: nõ ſo
lum/ vt pecunias nobis auferat/ ſcit eñ q2 nihil eſt:
ſed vt per hoc cogat nos dicere aliquid blaſphemũ.
Sic etiã ĩ cauſa beati Job/ nõ hoc feſtinabat tñ/ vt
eũ pauperẽ faceret: ſed vt blaſphemiã ore proferret.
Cũ ergo omnib9 eũ nudaret: attẽde quid dixit ad eũ
per mulierẽ? Dic verbũ in deũ ⁊ morieris. Iniquiſ
ſime omnib9 cũ nudaſti: quid amplius queris? Sʒ
nõ hoc feſtinabã inquit. Aliud eſt propter qõ iſta fe-
ci omnia: nondũ ad quod volebã profeci. Feſtinabã
enim nudare eũ diuino auxilio: propterea eũ pecu-
niĳs nudaui. Hoc eſt qõ volo: illud autẽ nihil eſt: ſi
hoc nõ fecerit: nõ ſolũ nihil leſus eſt: ſed etiã iuſtus.
Intueris q2 ſcit etiã malignus demõ ille quãtũ dã
nũ eſt huius rei. Et adhuc vide illũ per mulierẽ inſi
dias conſuentẽ. Aduertite omnes viri/ qui vxores
habetis amatrices pecuniaꝝ/ ⁊ cogentes vos blaſ-
phemare deũ: recordamini Job. Sed videamus ſi
placet eius etiã multã manſuetudinẽ: quomodo eã
obmuteſcere fecit: ⁊ q̃d inquit: Uelut vna ex inſipi-
entibus mulierib9 locuta es. Uere corrũpunt mo-
res bonos colloquia mala. Semper quidẽ: ſʒ ma-
xime in erumnis/ ⁊ in cladibus: tũc qui mala ſua-
dent habẽt virtutẽ. Si eñ etiã a ſeipſa anima prone
na eſt ad merores/ ⁊ anxietates: quãto magis cum
ꝯſultor ⁊ ſuaſor affuerit: nõne ad ipſum infernũ de-
mergit̃. Magnũ quippe bonũ eſt mulier: ſed etiam
malũ magnũ. Quia vero malũ magnũ eſt: attende:
ex qua parte vult ſuffodere muꝝ tam fortẽ. Nõ eũ
domuit (inquit) ablatio pecuniaꝝ nihil magnũ opa
tum eſt hoc damnũ. Propterea inquit: Niſi in faci
em tibi benedixerit. Intẽdis ad quid feſtinabat/ ad
quã rem aſpirabat. Si igit̃ grate feram9/ ⁊ hec re-
cipiemus: at ſi nõ recipiamus/ maior erit merces.
Cum eñ certaſſet fortiter tũc ei/ ⁊ hec reſtituta ſunt
Cum oſtendiſſet diabolo: quoniã nõ propter hec eũ
coleret: tũc ⁊ iſta ei tribuit. Talis eñ eſt de9 noſter:
cum nos viderit nõ affixos reb9 ſecularib9/ ⁊ cadu-
cis: tũc nobis ea largit̃. Cum nos viderit ſpiritalia
preponẽtes: tũc ⁊ carnalia donat. Añ aũt nequaq̃3
ne quãdo defluamus a ſpiritalib9. Cuſtodiens aũt
nos/ nõ dat carnalia: vt vel nolẽtes ab eis ſeparet.
Non inquis ſed ſi accepero ſaturabor: ⁊ magis gra
tias agam: falſum eſt o homo. Tũc eñ maxime erʃ
negligens. Quid ergo eſt (inquit) qõ plurimis tri-
buit? Unde certũ eſt/ quia ipſe tribuit? Et quis (in-
quit) alius tribuit? Auaritia eoꝝ. Et quomodo (in-
quit) ꝑmittit hec fieri? Sicut ⁊ homicidia/ ⁊ furta/
⁊ violẽtias ceteras. Quid ergo (inquit) dicimus de
his qui ex parẽtib9 ſuſcipiũt hereditates/ ⁊ ipi nul-

tis malis pleni ſunt. Quid hoc eſt (inquit) quõ eos
permittit deus his perfrui. Permittit eos ſicut et
fures/ ⁊ homicidas/ ⁊ ceteros malefacientes. Non
eñ eſt tẽpus iudiciĳ nũc: ſed cõuerſatiõis bone. Si-
cut iam dixi/ ⁊ nũc iteꝝ dico: quia ampli9 luẽt ſup-
pliciũ: quãdo cũctis perfruũtur bonis: neq3 melio-
res efficiũtur. Nõ eñ omnes equaliter punientur:
ſed hi qui etiã poſt beneficia mali permanſerũt/ am-
plius puniẽtur: qui autẽ cũ paupertate vixerũt: nõ
ita. Et q2 hoc ita eſt/ audi quid dixit ad dauid: Nõ-
ne dedi tibi omnia dñi tui. Cũ ergo videris iuuenẽ
ſine laborib9 hereditatẽ paternã ſuſcipiẽtẽ: ⁊ in ma-
litia perſeuerantẽ: certe ſcito/ quia ſuppliciũ ei adĳ-
cietur: ⁊ pena creſcit. Non ergo hos emulemur: ſed
eos potius: qui virtutẽ ſuſcipiũt: qui diuitias ſpiri
tuales poſſident. Ue eñi (inquit) qui cõfidũt in diui
tĳs ſuis: Beati omnes qui timẽt dñm. Ex quibus
eſſe vis dic mihi? Utiq3 ex his qui beatificant̃: ergo
eos emulare noli: vt poſſis etiã illa bona/ q̃ eis re-
poſita ſunt nanciſci: que cõtingat nos omnes parti
cipari in chriſto Jeſu domino noſtro: cũ quo patri/
vna cũ sancto ſpiritu: gloria/ imperiũ/ honor: nunc
⁊ ſemper/ ⁊ in ſecula ſeculoꝝ Amẽ.

Homelia. XXI. Ex capitulo. X.

r Ememoramini autem pri-
ſtinos dies: in quibus illu-
minati magnũ certamen ſuſtinui-
ſtis paſſionũ. Et nũc obprobrĳs
et tribulatiõibus ſpectaculũ facti:
nunc autem ſocĳ taliter patientiũ:
vinctis compaſſi eſtis et rapinas
ſubſtantiarũ veſtraꝝ cum gaudio
ſuſcepiſtis: cognoſcentes vos ha
bere meliorẽ in celis ſubſtantiam:
⁊ permanentẽ. Nolite itaq3 amit-
tere cõfidentiã veſtrã: que magnã
habet remunerationẽ. Patientia
enim vobis neceſſaria eſt: vt volũ
tatem dei faciẽtes reportetis pro-
miſſionẽ. Adhuc enim modicum
aliquantulũq3 qui vẽturus eſt ve
niet: ⁊ non tardabit: iuſtus autem
meus ex fide viuit. Quod ſi ſubtra
xerit ſe: non placebit anime mee.
Nos autem non ſumus ſubtracti
onis filĳ in perditionẽ: ſed fidei in
acquiſitionem anime.

Optimi medicorũ cũ alte ſecauerint/ ⁊ per inciſio
nẽ fecerint doloris augmẽtũ: ſolatiũ ſtatim afferũt
⁊ remediũ illi loco/ vbi dolor ineſt: ⁊ perturbatã re-
fouẽt animã: poſtq3 autẽ recreauerint/ alterã iã nõ
adĳciũt ſectionẽ: quin etiã illa que facta ſunt/ medi-

caminibꝫ mitioribꝫ/ ⁊ valentibꝫ amplitudinē miti-
gare doloris cōfouēt:hoc etiā Paulus fec. Poſtq̄
autē cōcuſſit animas eoꝝ: ⁊ cōpunxit mētione gehē
ne/ ⁊ fidē faciens: quia omnibꝫ modis oportet peri
re iniuriātē dei gratiā: ⁊ hoc ex lege Moyſi docēs:
quia perirent/ ⁊ aliȷ̄s teſtimoniȷ̄s amplius hoc affir
mans/ ⁊ dicens: metuendū eſt incidere in manꝰ dei
viuētis. Proinde ne multo timore deſperātē aīam
abſorberi faceret: cōſolatur eos per laudes/ ⁊ horta
tiones/ ⁊ emulationē domeſticā eis proferēs. [Re
memoramini(inquit) priſtinos dies/ in quibꝫ illu-
minati/ magnū certamen ſuſtinuiſtis paſſionum].
Multa nāq; eſt cōſolatio/ vel hortatio: que ipis fit
operibꝫ. Cū enim qui agreſſurus eſt rem aliquā: ꝓ-
ceſſu temporis promoueri/ ⁊ proficeri oportet: tāq̄
ſi diceret: Qn̄ introducti eſtis: qn̄ in ordine diſcipu-
loꝝ eratis: tantā alacritatē demonſtraſtis: tantam
fortitudinē: nūc autē minime: ⁊ qui cōſolat̄: vel hor
tatur ex domeſticis/ ac familiaribꝫ rebus/ maxime
hoc agit. Et nō ſimpliciter dixit certamē ſuſtinuiſt̄:
ſed addidit magnū. Et nō dixit tēptatōes: ſed certa
men: quod eſt maximus titulus laudis: ⁊ maxima
rū predicatio laudū. Deinde ⁊ exequit̄ minutatim/
dilatans ſermonē ſuū/ ⁊ laudes plurimas ꝓferēs:
quō hoc [Nunc quidē(inquit) obprobriȷ̄s ⁊ tribula
tionibus ſpectaculū facti]. Grauis q̄ppe res eſt ob-
probriū/ ⁊ idonea ad animā ſubuertendā: ⁊ ad exce
candā mentē: nam audi quid dixit ꝓpheta: Cum di
cūt mihi(inquit) per ſingulos dies vbi eſt deus tu-
us: ⁊ iterū: Si inimicus exprobraret mihi/ ſuſtine-
rem. Quoniā enī valde appetēs eſt glorie genꝰ hu-
manū: ꝓpterea etiā facile obprobriȷ̄s captiuat̄. Et
nō ſimpliciter dixit obprobriȷ̄s: ſed etiā hic augmē-
tum fecit/ dicens ſpectaculū facti. Cū ergo quis ſe-
cretim exprobrat̄: cōtriſtatur quidē: ſed multo am-
plius cū corā oīmbꝫ. Dic enī mihi quantū erat ma-
lum deſcēdentes ab infirmitate iudaica: ⁊ ad opti-
mā vitam tranſeūtes: ⁊ paternas traditōes contē-
nentes: vt ab ipſis domeſticis paterent̄ multa ma
la: ⁊ nullā haberēt defenſionē. Nō habeo inquit qđ
dicam: quia hec paſſi quidē eſtis/ ⁊ forte doluiſtis:
immo magis gaudebatis: hoc ſignificauit/ dicens:
[ſociȷ̄ taliter patientiū facti] Et ipſos apoſtolos ꝓ-
ducēs in mediū. Non ſolū inquit/ in ꝓpriȷ̄s paſſio-
nibus nō erubeſcitis: quin etiā aliȷ̄s taliter patien-
tibus/ ſociȷ̄ facti eſtis. Hoc ⁊ cōſolantis eſt/ ⁊ hortā
tis: nō dixit ſuſtinete tribulatiōes meas: efficimini
ſociȷ̄ mihi: ſed verecūdamini paſſiones veſtras [Et
vinctis(inq̄t) cōpaſſi eſtis] Uides q̄ de ſeipſo dicit
⁊ de aliȷ̄s vinctis. Non enī putaſtis vincula eſſe illa
vincula: ſed ſicut athlete fortes ſic ſtetiſtis: q̄ nō ſo
lum in veſtris opus nō habuiſti hortatiōe/ vel con
ſolatione: verūetiam aliȷ̄s hortatio ⁊ cōſolatio facti
eſtis. [Et rapinas ſubſtantiarū veſtraꝝ cū gaudio
ſuſcepiſtis] Mirabiliter ſatiſfacit ⁊ cōprobat: dein-
de cauſam quoq; ponit nō ſolū ad certamina eos ex
hortās: ſed etiā vt nō cōmouerent̄ in fide. Ueſtras
(inquit) diuitias futuras vidēres ſuſtinuiſtis: quod
necdū apparet: tāq̄ pñs appareret cernebatis: qđ
ſincere fidei eſt: ⁊ ea in ipis operibꝫ oſtēdiſtis. Nam
rapina illa fortaſſis violētie raptoꝝ aſcribit̄: nullus
enī poſſet violentos forſitan ꝓhibere. Proinde nec
dū hoc certū eſt: vtꝝ ꝓpter fidē illā rapinā ſuſtinuiſt̄
q̄uis hoc quoq; certū ſit. Poſſet quippe ſi velitis/

non eſſe rapina abnegātes fidē. Sed qđ iſto multo
amplius eſt/ hoc feciſtis/ vt cū gaudio iſta tolerare-
tis. Quod erat totū apoſtolicū opus/ ⁊ dignū illis
fortibꝫ animabꝫ: vt flagellati gauderēt. Reuertebā
tur enī inquit/ a facie cōciliȷ̄ gaudētes: q̄ digni fa-
cti erant ꝓ nomine Jeſu inhonorari. Qui enim cum
gaudio fert/ oſtendit: quia habet mercedē: ⁊ quia
patit̄ damnū fructus illi magnus fit illa res. Sed
etiā q̄ dixit [ſuſcepiſtis] vltroneā eoꝝ/ patientiā de
clarauit. Quoniā ſuſcepiſtis(inq̄t(cognoſcētes vos
habere meliorē ſubſtantiā in celis/ ⁊ permanētē: ac
ſi diceret firmā/ ⁊ ſtabilē/ ⁊ que perire non poſſit: ſi-
cut iſta terrena perit. Deinde laudās eos dicit [No
lite itaq; amittere cōfidentiā veſtrā/ que magnā ha
bet remunerationē] Quid dicis? Nō dixit/ q̄ ami
ſiſtis: ſed recuperate. Sed quid dixit? Qđ magis
eos faceret fortiores: q̄ habet̄ illā inquit. Qđ enī
amittit̄/ vt iteꝝ acquirat̄/ labore multo indiget: qđ
autē tenet̄: nō ſic ſe habet. Ad galathas autē econ-
trario dicit: Filioli mei q̄s iteꝝ parturio: donec for
met̄ chriſtꝰ in vobis. Et merito: Illi enī ſuppliciȷ̄s
affligebant̄: ꝓpterea opꝰ illis erat increpatiuo ſer-
mone: iſti autē aliquantulū frigidiores erāt: vñ mi-
tiore magis ſmōe opꝰ habebāt. [Nolite itaq; amit
tere(inquit) cōfidentiā veſtrā]. Apparet ergo/ q̄ in
cōfidentia multa erant ad deū. [Que magnā(inq̄t)
habet remunerationē] Et qn̄ eā ſumemus inquit:
Ecce que ex nobis erant omnia facta ſunt. Propte-
rea ante eoꝝ cogitationē pene dicens: ſi in celis in-
telligitis vos habere ſubſtantiā meliorē/ nihil req̄-
ratis: ſed tm̄ hic patientia opus eſt: ⁊ nō vt addat̄:
ſed vt in eiſdē ipſis permaneatis: vt nō abȷ̄ciat̄ qđ
vobis impertitū eſt. Nullo vobis alio opus eſt: ni-
ſi vt ſtetis ſicut ſtabitis: vt ad finē veniētes partici-
petis repromiſſionē [Patiētia(inquit) vobis neceſ-
ſaria eſt/ vt volūtatē dei faciētes/ reportetis repro-
miſſionē] Unū opus habetis tm̄: vt perſeueretis/
⁊ expectetis futura: nō vt iteꝝ certetis: ad ipſam iā
coronā proximi facti eſtis: certamina cūcta ſuſtinui
ſtis/ vincula/ tribulatiōes/ ſubſtātie veſtre direpte
ſunt: quid eſt ergo niſi q̄ ad hoc ſtatis/ vt de celo co
ronemini: hoc ſolū tolerate aduētū corone? O quā-
ta magnitudo exhortatōis/ ⁊ cōſolatiōis: veluti: ſi
quis ad athletā hoc diceret: qui cūctos ſuperaſſet/
ac deȷ̄ceret/ ⁊ nullū reliquū haberet: qui ſibi cōcer-
taret/ ⁊ deinde futuꝝ nō niſi vt coronaret̄: ⁊ dilatio
nem pati nō ferentē/ dū arbiter certaminis adueni
ret/ qui coronā daret: ille aūt impatiēter ferēs/ vel-
let exire/ ⁊ fugere/ nō tolerās ſitim/ ⁊ flāmā eſtuati
onis. Hoc igit̄ ⁊ ipe ſignificauit/ dicēs [Adhuc enī
aliq̄ntulū: qui venturus eſt veniet/ ⁊ nō tardabit]
Et ne forte dicerēt quādo veniet/ ex ſcripturis eos
cōſolatur. Eteni(inquit) prope eſt ſalus noſtra. Er-
go hoc dicit/ cōſolat̄ eos tanq̄ paruū ſit tempus vt
remaneat: hoc nō ex ſeipſo dicit: ſed ex ſcriptur̄. Si
enī iā diu eſt: ex quo dicit̄: adhuc enī modicū aliq̄-
tulū: qui venturus eſt veniet/ ⁊ nō tardabit: manife
ſtum eſt q̄ nūc multo ꝓximior eſt. Proinde ⁊ perſe
uerare/ ⁊ expectare nō minima merces eſt. [Juſtꝰ
autē meꝰ(inquit) ex fide viuit. Et ſi ſi ſubtraxerit ſe
nō placebit anime mee]. Magna eſt iſta cōſolatio/
⁊ hortatio: qn̄ quiſq; perſeuerat: q̄ qui in omnibꝫ
correcti ſunt: ſi modicā negligentiā habuerint/ totū
amittūt. [Nos autē(inquit) nō ſumus filiȷ̄ ſubtra-

ctionis ad perditionē: ſed fidei in acq̄ſitionē anime.
Eſt autē fides ſperandaꝝ ſubſtātia rerū/ cōiunctio
eoꝝ/ que nō vident̄. In hac antiqui teſtimoniū con
ſecuti ſunt] O q̄ mirabile verbo vſus eſt: dicēs: cō-
iunctio eoꝝ/ que nō vidētur. Cōiūctio quippe eſt in
rebus admodū manifeſtis: fides igit̄ viſio eſt(inq̄t)
nō apparentū: ⁊ ad eandē ſatiſfactionem ducit/ ad
quā etiā que vidētur. Proinde neq; circa ea: que vi
dentur credulitas/ vl̄ incredulitas dici poteſt: neq;
iterū fides dici poteſt: niſi cū circa ea/ que nō vident̄
amplius: q̄ circa ea/ que vident̄ ſatiſfactionē quiſq;
habuerit. Quoniā ea que ſunt in ſpe/ ſine ſubſtātia
eſſe putant̄: fides eis tribuit ſubſtantiā: magis aūt
nō eis tribuit: ſed ipa eſt eſſentia eoꝝ. Utputa reſur
rectio necdū facta eſt: ⁊ necdū eſt in ſubſtātia: ſ; ſpes
facit eā ſubſiſtere in anima noſtra: h̄ eſt qđ dixit ſub-
ſtantia. Si igit̄ eſt cōiūctio eoꝝ: que nō vidētur: q̄d
eſt q̄ ea vultis iam videre: vt excidatis a fide/ ⁊ de-
ſinatis iuſti eſſe. Siquidē iuſtus ex fide viuit: vos
autē ſi volueritis ea videre: iam eritis fideles. La-
boraſtis inquit: certamīa plurima ſuſtinuiſtis: etiā
ego hoc dico inquit/ ſed expectate: hoc eſt nolite hic
querere/ q̄ ſperatis: hec dicta quidē ſunt ad hebre-
os: cōmunis eſt aūt āmonitio: etiā ad plurimos co-
rū: qui hic cōgregati ſunt. Qualiter inquit/ ⁊ quali
modo ad puſillanimes/ ⁊ impatiētes iſta dicūtur?
Cum enī viderint malignos ꝓſperitatē habere tē-
poralē: ſemetipſos autē aduerſitatē affligunt̄/ ⁊ im
patiēter ferūt/ ⁊ deſiderāt vltionē eorū: ⁊ vindictā/
⁊ ſibi mercedē laborū ſuoꝝ iā reddi cupiūt [Adhuc
enī modicū inquit/ ⁊ aliquātulū/ qui venturus eſt/
veniet] Et nos igit̄ ad negligētes iſta dicimus: q̄a
omnibꝫ modis erit vltio: omnibꝫ modis vētura eſt
in ianuis eſt iā reſurrectio. Unde hoc dicis inquit?
Nō dico ex ꝓphetis: neq; enī ad chriſtianos ſolos/
nūc ſermo eſt: ſed etiā ſi paganus ſit: cōfido valde/ ⁊
approbatōes affero/ ⁊ eū doceo. Quō inq̄t? Mul-
ta nāq; p̄dixit chriſtus: ſi nō euenerūt illa: neq; iſtis
credamus: ſi autē euenerūt omnia illa: quid de reli
quis dubitas? Eſſet fortaſſis difficile ad credendū
cū adhuc nihil eueniſſet illoꝝ. Nūc autē cū illa eue-
nerint vniuerſa: his reliquis nō credere/ irrationa
bile eſt. Magis autē ſub exemplo hāc rē faciā clari
orē: dixit chriſtus: q̄ hieroſolyma ad captiuitatē vē
tura eſt: ⁊ captiuabit̄ captiuitate/ qualis nō fuit an
tea: ⁊ q̄ nunq̄ reſurget/ vel inſtaurabit̄: hoc iā eue
nit: ⁊ ipſo opere ꝑcepit effectū. Dixit item q̄ tribula
tio erit magna: ⁊ ſimiliter euenit. Dixit/ q̄ ſicut gra
nū ſynapis ſeminatū: ita dilatabit̄ verbi predicatio
⁊ hoc videmus per ſingulos dies/ per totū mundū
diſcurrere. Dixit/ q̄ qui derelinquūt p̄rem/ aut ma
trem/ aut fratres/ aut ſorores/ habebūt ⁊ patres/
⁊ matres: hoc ipſis operibꝫ intuemur īpleri. Dixit
q̄ tribulationē habebitis: ſed cōfidite: quia ego vici
mundū: hoc eſt nemo vobis preualet/ ⁊ hoc rebus
ipſis eueniſſe ꝯſpicimus. Dixit/ q̄ porte inferni nō
preualabūt aduerſus eccleſiā: licet perſecutionē pa
tiatur/ ⁊ quia nullus extinguere poterit eius predi
cationē: huic ꝓphetie teſtificat̄ experimentū ipſaꝝ re
rū: ⁊ tamē valde erat hoc incredibile cū diceret̄: q̄re?
quia ſmones erāt tm̄/ ⁊ verba/ ⁊ necdū illa demō-
ſtratio prolata erat dictoꝝ: proinde valde credibi-
lia nūc facta ſunt. Dixit/ q̄ cum p̄dicatū fuerit hoc
euangeliū in omnibꝫ gētibꝫ: tūc veniet finis: ecce iā

ad finē peruenimus. Maxima quippe pars mundi
euāgelizata eſt. Jam ergo finis inſtat/ ⁊ iminet: me
tuamus igitur dilectiſſimi. Quid aūt eſt dic mihi?
De fine tu ſollicitus es: ⁊ ecce finis ꝓpe eſt: ſed ⁊ vi-
ta/ ⁊ finis vniuſcuiuſq; ꝓpe eſt. Dies inquit/ anno-
rū noſtroꝝ in meroribꝫ ſeptuaginta anni: ſi vero in
potētatibꝫ octuaginta anni. Prope eſt dies iudiciȷ̄
timeamus itaq; fratres dilectiſſimi: frater non libe-
rat: liberat homo. Multū penis arſuri ſumꝰ illic:
ſed in morte nullus cōfitebit̄ illi: iccirco dicit: Pre-
occupemus facit̄ eius in cōfeſſione: hoc eſt aduentū
eius/ ⁊ preſentiā. Hic enī quodcūq; fecerimus p̄ua
let: illic aūt nequaq̄. Si quis nos dic mihi in cami
no flāmante/ vel paruulo cōſtituat tempore: nonne
cūcta tolerabimꝰ/ vt liberemur: ſiue pecunias per-
ferimus: ſiue ſeruitutē toleramꝰ? Quāti in morbos
accerrimos inciderūt ⁊ oīa dare ꝓmpti fuerūt vt ſal
uarēt̄ ſi eis optio ꝓponeret̄. Si igit̄ i hac vita: mor
bus parui tpis ita nos afficit/ ⁊ ꝯtriſtat: q̄d faciemꝰ
illic/ vbi nulla erit vtilitas penitētie. Quāt̄ nūc re
pleti ſumus oīnes malis: ⁊ nō ſentimꝰ: inuicē mor
demus: inuicē cōſumimꝰ/ iniuriātes/ accuſantes/
incuſantes/ mordemur gloria proximoꝝ. Et atten
de quod peius eſt: cū voluerit quiſq; ſuffodere opini
onē/ ⁊ famā proximi: dicit: hoc dixit ille de illo: deꝰ
ignoſce mihi: noli me de hoc diſcutere: auditiōis de
heo rationē: q̄d ergo dicis? Quid dicis oīno: ſi non
credis: quid dicis: vt incredibile facias multa de ſe
minatiōe fame. Quid deportas vbiq; ſmonē: qui
verus nō eſt: tu ipe nō credis: ⁊ deū poſtulas: vt te
nō de hoc diſcutiat. Noli ergo dicere: ſed potius ta
ce/ ⁊ omni timore liberaberis: ſed neſcio vnde mor-
bus hic in homines incidit. Uerboſi nāq; et ſuſur-
rones facti ſumus: nihil nobis remanet in anio. Au
di ſapientē quendā monentē/ ⁊ dicentē: Audiſti ver
bū/ in te moriatur: cōfide nō te dirūpet. Et iteꝝ: Au
diuit verbū ſtultus/ ⁊ parturiuit ſicut a facie naſcē-
tis mulier que generat. Parati ſumus ad malilo-
quia: ad cōdēnatiōes inſtructi: at ſi nihil aliud mali
oparemur: hoc idoneū eſſet ad perdēdos nos: ⁊ in
gehennā mittēdos: ⁊ decē milibꝫ malis nos obrue
re. Et vt integre cognoſcas: aduerte ꝓphetā dicētē:
Sedebas(inquit) ⁊ loquebaris aduerſus fratrem
tuū. Sed nō ego (inquis) ſed ille: imo q̄dē tu: ſi enī
tu nō diceres/ aliꝰ nō audiret: at ſi poſſet audire: ſ;
tu illius peccati nō eēs occaſio. Oportet q̄ppe obū-
brare/ ⁊ cōregere delicta proximoꝝ: tu autē in pom
pā deducis ſub pretextu bonitatis: ⁊ nō efficier̄ ac-
cuſator/ ſed ſuſurro/ ⁊ delirus/ ⁊ ſtultus. O re vitia
to teipm cōfundis cū illo/ ⁊ nō ſentis: intuere autē
quāta mala: ex hoc propagātur. Ad indignationē
prouocas deū: nōne aduertis Paulū dicētē de vi-
duis ⁊ mulieribꝫ. Nō ſolū ocioſe diſcurrūt(inquit)
ſed ⁊ verboſe/ ⁊ curioſe circūeūtes domos/ ⁊ loquē
tes/ que nō oportet. Proinde ⁊ quando credideris
eis: que dicūtur aduerſus fratrē tuū: nec ſic ea dice
re oportet: ne dicas dum credis: ſed vbiq;/ que tua
ſunt inſpicis: metuis examinari a deo. Metue er-
go ne etiā ꝓ verboſitate diſcutiar̄: hic enī nō potes
dicere: quia nō me diſcutiet deꝰ pro ꝟboſitate: hec
enim res verboſitas eſt. Quid publicaſti malū: q̄d
augmētaſti? hoc enī exterminaturū eſt nos: propte-
rea dicebat chriſtus: Nolite iudicare ne iudicemini
Sed de hoc nobis nulla ratio eſt: neq; nobis pha-

riſei parabola illa imponit moderationē: ⁊ ille verā
rem dicebat: quia nō ſum: ſicut ⁊ hic publicanꝰ. Et
dicebat nullo audiente: ⁊ tamen dānatus eſt: ſi ille
verū dicebat / ⁊ nullo audiēte: ⁊ tamē dānatus eſt:
qui falſa dicit: ⁊ que nec ipſe credit / vbiqꝫ deportat
ſicut verboſe mulieres: quid mali nō patietur? quid
mali nō ſuſtinebit? Imponamus iā ori noſtro oſtiū
atqꝫ cuſtodiā. Decem milia em̄ mala ex verboſitate
ſepius acciderūt: domus euerſe ſunt, amicitie diſſi-
pate / ⁊ alia decē milia peſſima cōtigerūt. Noli ſcru
tari o homo cauſas proximi tui: ſed ſi loquax es: ⁊ h̄
vicio detineris: loquere que tua ſunt ad deū: ſic em̄
nō erit vitiū illud: ſed virtꝰ. Loquere que tua ſunt
ad amicos: qui tibi valde amici ſunt: ⁊ iuſti: in quos
habes cōfidentiā: vt orēt pro peccatis tuis. Si em̄
alienas cauſas dicas: nihil tibi proderit: neqꝫ aliqd
lucraris: quinetiā dānificaberis. Si vero que tua
ſunt pronūcies: a domino tuo multā habebis mer-
cedē. Dixi em̄ (inquit) pronūciabo aduerſum me ini-
quitatē meā domino: ⁊ tu abſtuliſti impietatē cor-
dis mei. Uis iudicare? que tua ſūt iudica. Nullus
te culpat: ſi te condēnaueris, culpaberis autē: ſi nō
te condēnes, culpaberis ſi nō te redarguas: culpa-
beris ſi nō dolueris. Uidiſti illū iraſcentē: cōſidera
confeſtim etiā tu / que tua ſunt. Et ſic neqꝫ illū vali-
de condēnabis: ⁊ teipſum liberabis pōdere peccato
rū. Si ſic noſtra vitia moderemur: ſi ſic negociemꝰ
vitam noſtrā: ſi condēnemus noſipſos / nō peccabi-
mus. Fortaſſis etiā plurima bona operabimur in mā
ſuetudine / ac modeſtia cōſtituti: ⁊ omnibꝫ fruemur
que promiſſa ſunt diligentibꝫ deū: q̄ contingat nos
om̄es adipiſci: gratia / ⁊ miſericordia domini noſtri
Jeſu chriſti: cum quo patri / vna cum ſancto ſpiritu
gloria / imperiū / honor / nūc ⁊ ſemper / ⁊ in ſecula ſe
culorum Amen.

Homelia. XXII. Ex capitulo. XI.

**f Ide intelligimus perfecta eſ
ſe ſecula verbo dei: vt ex non
apparentibus viſibilia fierent. Fi
de ampliorem hoſtiā Abel q̄ Ca-
yn obtulit deo: per quam teſtimo-
nium conſecutus eſt eſſe iuſtus: te
ſtimonium perhibēte muneribus
eius deo: ⁊ per illā defunctus ad-
huc loquitur.**

Fides forti anima ⁊ virili opus habet / ⁊ omnia ſu
pergrediēte ſenſibilia / ⁊ infirmitatē ratiocinationū
hominū. Nō em̄ poteſt aliter quiſqꝫ fidelis fieri: niſi
ſeipſum a cōſuetudine cōmuni abducat. Quia ergo
anime hebreoꝝ debiles erant / ⁊ fide quidē initium
ſumpſerant: ex paſſionibꝫ autē tribulationū puſilla
nimes efficiebant̄: ⁊ minus patienter ferebāt / ⁊ cō
cutiebant̄: primo eos ex eis ipſis adhortatus eſt di
cens: Rememoramini dies p̄ſtinos. Deinde ex ſcri
ptura diuina dicēte: Juſtus ex fide viuit: deinde ex
ratiocinationibꝫ dicēs: Fides eſt ſperandaꝝ ſubſtā-
tia reꝝ: cōuīctio eoꝝ / que nō vident̄. Nūc aūt ex pro
genitoribꝫ incipit loqui magnis viris: ⁊ mirabilibꝫ
illis benedicēs: ſi illic vbi ante pedes erāt bona om-
nes fide ſaluati ſunt / multo amplius nos. Cū enim
inuenerit anima in eiſdē paſſionibꝫ ſociū: requieſcit ⁊
reſpirat: hoc ⁊ in fide: hoc ⁊ in tribulatiōe ſolet acci-
dere. Proinde ſit in vobis cōſolatio (inquit) ꝑ mutu
am fidē. Ualde em̄ incredulū eſt genus humanū: ⁊
neqꝫ de ſeipſo cōfidēs / ⁊ timēs pro his / que ſe habe
re iudicat: ſed multā habet curā glorie / que ex pluri
mis defert̄. Quid ergo Paulus facit? Ex patribꝫ
eos hortatur: ⁊ p̄mo ex cōmuni intellectu. Dic em̄
mihi (inquit) quia fides accuſat̄: veluti res / que nō
poſſit oſtendi: ⁊ que deceptio magis ſit: ꝓpterea oſtē
dit: quia maxime res per fidē / ⁊ nō per ratiocinati-
ones perfecte ſunt. Et quō h̄ oſtēdit: dic mihi? Ma
nifeſtū (inquit) eſt / q: nō ex extantibꝫ: que ſunt deus
efficit: ⁊ ex nō apparētibꝫ apparētia: ⁊ ex nō ſubſiſtē-
tibus ſubſiſtentia. Et vnde hoc? Quia ⁊ verbo hec
fecit. Ratiocinatio quidē in hoc nihil nobis ſuffra-
gatur: ſed ⁊ cōtra: veluti ex apparentibꝫ apparētia
putet eſſe facta. Propterea maxime philoſophi ni-
hil dicūt / ex nullis extātibꝫ eſſe animales exiſtētes:
⁊ nihil fide percipiētes. Reprehendūtur autē etiā
ipſi: quando magnū aliquid inualidū dixerint: fide
dicūt percipiendū: veluti ꝙ deus ſine initio dicit̄ /
⁊ ingenitus. Ratiocinatio quippe in hoc nobis nō
ſuffragat̄: ſed ⁊ cōtra ſe habet. Attēde nūc mihi mul
tā vanitatē ipſoꝝ: deū ſine initio dicunt: ⁊ ex nullis
extantibꝫ. Multū autē hoc mirabilius eſt / q̄ꝫ dice-
re / quia ex nullis extantibꝫ / q̄ ſunt / deus fecit. Nā
dicere ſine principio eſt deus: quia ingenitus: quia
neqꝫ a ſeipſo: neqꝫ ab alio genitꝰ eſt: amplius eſt he-
ſitabile: quantū ad ratiocinationē attinet: q̄ꝫ dicere
ex nullis extantibꝫ deus fecit / que ſunt. Hic ei mul
ta ſunt credibilia: hoc eſt / quia fecit aliqs: q: initiū
habuit qȯ factū eſt. Illic autē ſpōte ingenitus / neqꝫ
initiū habuit / neqꝫ tēpus. Nōne magis hec fide in-
digēt: dic mihi? Sed nō poſuit hoc: qȯ multo erat
amplius: ſed ⁊ contra: vnde (inqt) habemꝰ quia de-
us hec fecit? Ratiocinatio nō ſuffragat̄: aliquis q̄n
hec fiebāt nō aderat. Unde ergo certū eſt? Manife
ſtū eſt: ꝙ fidei res ſit [Fide intelligimꝰ (inquit) perfe
cta ſecula eſſe verbo dei] Qua fide? Quia ex nō ap-
parentibꝫ facta ſunt / que vidētur: hoc autē eſt fidei.
Poſtqꝫ autē dixit: qȯ cōmune eſt: deinde ⁊ in perſo
nis: hoc enucleat. Etenī vir glorioſus mūdo equan
dus eſt: hoc aūt ⁊ poſtea ſignificauit. Quia ergo in
perſonis centū / vel ducētis hanc cauſam cōſtituit:
deinde vidēs paruā numeri quantitatē / ſubiunxit:
quibꝫ dignus nō erat mūdus. Et cōtemplare quē
primū ponit eū / qui mala paſſus eſt / ⁊ hoc a fratre.
Propria iſtoꝝ erat hec paſſio: etenī Uos (inqt) ea-
dem paſſi eſtis a ꝯtribulibꝫ veſtris. Abel occiſus eſt
a fratre nihil iniuriato: ſed ꝓpter deū inuidēte: oſtē-
dens / q: ⁊ ipſi inuidiā patiebant̄. Honorabat ille
quidē deū / ⁊ mortuꝰ eſt ꝓ honore dei: ⁊ necdū reſur
rectionē adeptus eſt: ſed deſideriū quidē eiꝰ manife
ſtū eſt: que ab illo fieri debebāt facta ſunt: que vos
deo donari ſperabant̄: necdū illi collata ſunt. Ho-
ſtiā in hoc loco dicit honorabiliorē / ⁊ clariorē / ⁊ ne-
ceſſariā. Et nō poſſumꝰ dicere (inqt) quia nō eſt ſuſce
pta. Suſcepit quidē deꝰ / ⁊ dixit ad cayn: ſi recte of-
feras / recte autē nō diuidas: ḡ Abel ⁊ recte obtulit
⁊ recte diuiſit. Sed ꝓ his quā retributionē accepit?
Interēptus eſt manu fraterna / ⁊ cōdēnationē quā
pater ꝓpter peccatū ꝓmeruit: hac ipſe primꝰ excepit.



rectus exiſtēs. Et in tātū crudelia paſſus eſt / inīqn-
tum etiā a fratre / ⁊ primus occiſus: ⁊ tā probabilit̄
⁊ recte viuēs nullꝰ exemplū habēs quē imitaret̄.
Ad quē enī attēdens imitatus eſt hic: vt ſic honora
ret deū ad patrē ⁊ matrē? Sed illi magꝭ iniuriaue-
runt deū pro tantis beneficijs. Num ad fratrē at-
tendit? Etiā ipſe iurauit. Proinde ex ſeipſo hoc bo-
nū inuenit. Qui ergo tāto dignus erat honore: qd
patitur? Interimit̄. Qualiter autē? Etiā aliud teſti
moniū cōſecutus eſt: ꝙ eēt iuſtus. Dicitur ignis de-
ſcendiſſe / ⁊ aſſumpſiſſe hoſtias eius. In Abel inqt
inſpexit: ⁊ in hoſtias eius. In ſyroꝝ autē lingua / ⁊
igniuit habet. Cū ⁊ in verbis / ⁊ in operibꝫ eius te-
ſtificatus ſit de iuſtitia: ⁊ cū eū ꝓpter ſe extinctū vide
ret: necdū ei retribuit / ſed adhuc ſic dimiſit. Noſtre
autē res / nō tales ſunt: quō inquit? Qui em̄ ⁊ exē-
pla multa habemꝰ / ⁊ hortamēta: atqꝫ cōſolationes
decē milia / ⁊ ſigna / ⁊ miracula facta: proinde illud
erat vera fides. Que em̄ miracula ille vidit / vt cre-
deret: q: erit a deo aliqua retributio bonoꝝ? Nōne
ex fide ſola habuit hanc virtutē? Quid eſt / ⁊ ꝓpterea
mortuus adhuc loquit̄? Ne in multā eos deſpera-
tionē adduceret: oſtēdit eū ex parte perfruitum retri
butionē. Quō? Speculatio quippe eius multa eſt
⁊ adhuc loquit̄. Hoc eſt / interemit quidē eū: ſed nō
cū eo interemit eius gloriā: atqꝫ memoriā. Non eſt
ille mortuus: ḡ nec vos moriemini. Quāto em̄ qs
acerbiora paſſus fuerit: tāto magis gloria eius ex-
creſcit. Quō adhuc loquit̄? Hoc em̄ indiciū eſt ꝙ vi
uat: ꝙ in ore omniū verſat̄: ꝙ omnes eū āmirant̄ / ⁊
beatificant. Qui em̄ āmonet alios: vt iuſti ſint / lo-
quitur: nō em̄ tantū ꝑficit ſmo: quātū paſſio illius
Sicut em̄ celū tātū apparēs loquit̄: ſic ⁊ ille dum
in memoriā venit. Nunqꝫ em̄ in tāta eſſet āmiratio
ne / ſi mille linguas haberet / ſi viueret / in q̄nta nūc
ammiratiōe eſt. Hec gloria nō acquirit̄ ſine pericu-
lis: aut ſimpliciter / neqꝫ periret [Fide enoch tranſla
tus eſt / vt nō videret mortē] fide quā Abel oſtēdit.
Qua ratiōe? At ſi poſt illū fuit: ſed illa que circa illū
prouenerunt idonea erāt ad reuocandū eū / ⁊ dehor
tandū. Quō inquit prouidebat deꝰ: quoniā peritu
rus erat. Dixit em̄ ad Cayn peccaſti: nō adijcias ad
huc. Honoratꝰ quidē eſt ab eo: ſed necdū ei retribuit
neqꝫ hoc eū ad ſegnitiē adduxit apud ſeipm̄: ꝙ opꝰ
eſt laboribꝫ / ⁊ periculis. Ecce Abel honorauit deū
⁊ nō ei retribuit. Quid ei vtilitatis eſt diſcedenti?
Penas a fratre percepit. Quid illi ex hoc proderit?
Ponamus / quia frater acerbā recipiet vltionē: qd
ad occiſum? Nihil tale apud ſeipm̄ dixit: neqꝫ cogita
uit. Sed hec hmōi cūcta pertrāſiēs intellexit: quo-
niā ſi eſt deus: omnibꝫ modis etiā retributio erit: cū
nihil adhuc de reſurrectiōe ſciret. Si aūt illi: q̄ de re
ſurrectiōe nihil ſciebāt: ⁊ in hac vita contraria vide
bāt: ſic placuerūt deo: q̄nto magꝭ nos. Illi em̄ neqꝫ
de reſurrectiōe aliq̄d ſciebāt: neqꝫ exēpla: q̄ intende-
rēt / habebāt. Et hoc ip̄m magis eū placere fecit: q̄a
nihil retributū illi erat. Sciebat em̄: quoniā merce
dis retributor eſt deꝰ. Uñ hoc? Abel em̄ retribuit /
inqt. Proinde ratiocinatio alia ſuggerebat: fides
autē / cōtraria his q̄ vident̄. Et vos igit̄ inqt / atten
dite vobis: ⁊ ſi videtis nihil vos hic recipe: nō ꝑtur
bemini. Quō hoc [Fide trāſlatꝰ eſt Enoch] Ut em̄
transferret̄ cauſa fuit: ꝙ placuerat. Ut aūt placeret
deo: cauſa erat fides: niſi em̄ ſciret: q̄a recepturus
eſſet retributionē: quō placeret deo. Sine fide em̄
impoſſibile eſt placere deo. Quō hoc? Credebat em̄
q: ſi qs crediderit eē deū: etiā retributionē habebit
Unde ḡ placet deo. Credere inquit opus eſt / q: eſt
nō quid eſt. Si autē q: eſt: fide nō ratiocinationibꝫ
opꝰ habet: ita ne q̄d ſit ratiocinatiōe cōprehēdi pōt.
Si q: retributio mercedis eſt: fide opꝰ habet: ⁊ nō
ratiocinacionibꝫ: quō ea: que ad eſſentiā eiꝰ attinet
ratiocinatiōe poterit cōprehēdi? Qualis em̄ eſt ra-
tiocinatio: q̄ poterit ad iſta pertingere? Quidā ei ca-
ſu / ⁊ ſponte dicūt omnia: que ſunt extitiſſe. Uides /
q: niſi crederemus de omnibꝫ: nō tm̄ retributionē:
ſed etiā de eo ipſo quid ſit deus: labūtur nobis oīa
⁊ nō ſtāt. Multi autē q̄rūt: quo trāſlatꝰ ſit Enoch:
⁊ quare trāſlatꝰ ſit: ⁊ quare nō fuerit mortuꝰ: neqꝫ
ipſe: neqꝫ Helyas / ⁊ ſi adhuc viuūt: quō viuūt: ⁊ in
quali habitu. Sed ſuperuacaneū eſt: iſta requirere
Quia vo tranſlatus eſt iſte: ⁊ q: aſſumptus eſt ille:
ſcripture dixerūt: vbi autē ſint: ⁊ quō nō addiderūt
Nihil autē amplīꝰ / q̄ꝫ q̄ neceſſaria ſunt dicūt. Hoc
em̄ factū eſt: hoc eſt qȯ de trāſlatiōe dicit̄ ipſis ini-
tijs ſtatim: vt aīa humana ſpem acciperet / ⁊ q: ſolue-
retur mors / ⁊ dānaret̄ diabolica tyrānis. Tranſla
tus eſt em̄ nō mortuus: ſed vt nō videret mortem.
Propterea addidit: viuus trāſlatus eſt: q: placuit
deo. Sicut em̄ pater quiſqꝫ cōminatꝰ filio / volēs
ꝯfeſtim qȯ cōminatus eſt remiſſionē facere cōmina
tionē: ſic ⁊ deus ſuſtinet / ac patienter tolerat: vt in-
terim illū corrigat / ⁊ moneat: permittēs firmā per-
manere cōminationē. Sic ⁊ deus / vt pene dicā hu
mano more nō ſuſtinuit: ſed cōtinuo oſtēdit: q: ſolu-
ta eſt mors: ⁊ p̄mū permittit fieri mortē: terrere vo-
lēs per filiū patrē. Uolēs q̄ppe oſtendere: q: reuera
permanet firma ſententia: nō malos ſtatim: ſed etiā
eū qui placuerat ſubiecit ſupplicio: beatū illū Abel
dico: ⁊ pene poſt illū cōfeſtim trāſtulit Enoch: ⁊ nō
reſuſcitauit illū / ne p̄ſumerēt / nec cōfidētes efficerē-
tur: ſed tranſtulit illū viuū. Per Abel quidē perter
rens: per iſtū autē / excitās ad emulationē placendi
ſibi. Proinde / q̄ caſu regi / ac ferri cūcta dicunt: ⁊
nō ſperāt retributionē / nō placēt deo / ſicuti pagani
Inq̄rentibꝫ nāqꝫ opera bona: ⁊ per intellectū merce
dis retributor efficit̄. Quia ḡ habemꝰ mercedis re
tributionē: ſic cūcta geramꝰ / vt nō priuemur mer-
cedibꝫ: que virtuti ſunt conſtitute. Etenī multis la-
chrymis eſt dignū vt talis viciſſitudo deſpiciat̄: ta-
lis retributio cōtēnatur. Sicut em̄ eū inq̄rentibꝫ /
mercedis retributor efficit̄: ita etiā nō inq̄rētibꝫ deū
ecōtra eueniet. Querite (inquit) ⁊ inuenietis. Quō
autē poteſt dñs inueniri? Intellige quō inuenit̄ au
rū cū multo labore. Manibꝫ meis queſiui (inqt) no-
cte in cōſpectu eiꝰ: ⁊ nō ſum fraudatꝰ: hoc eſt / ſicut
querimus qȯ perierat: ſic deū req̄ramus. Nōne cū
aliq̄d perdiderimus / mentē noſtrā illuc ꝯuertimꝰ?
Nōne oēs examinamus? Nōne ſi opus fuerit ꝑ iti
nera lōga pergere vadimꝰ? Nōne pecunias ꝓmitti
mus? Uerbi gr̄a / pone filiū nobis periſſe: quid nō
agimꝰ? Quā terrā: qȯ mare nō pererramꝰ? Nōne
⁊ pecunias / ⁊ domos / ⁊ cūcta poſtremo facimꝰ: vt
illū inueniamꝰ? At ſi inuenerimꝰ / ꝯtinemꝰ / ꝯſtrin
gimus / amplexamur / non derelinq̄mꝰ / ⁊ inq̄ſituri
oīa negociamur: vt inueniamus qȯ q̄rimus: ⁊ inue
niētes plurimū gaudeamꝰ. Quāto magis ḡ ī inue
niendo deo: hoc facere cōuenit: ſicut cū aliq̄d neceſ-

ſarioꝝ reqrimus: magis autē nec ſic: ſed multo am-
plius. Uerūtñ qꝛ infirmi ſumus: ſaltē ſicut pecuni-
as tuas inquiris / vel filiū: ita require deū. Pro h
in itinera prolixa nō cōmeas. Rogo num aliqñ ꝓ
hac cauſa aliqua itinera perrexiſti? Nempe ꝓ pecu-
nijs cūcta curioſe perqris: nempe cū eas inueneris
tūc ꝯfidēs: ac peſumptioꝛ efficeris. Querite inquit:
⁊ inuenietis: que querunt̄ eñ multa cura opus ha-
bent: maxime in cauſa dei. Multa qppe ſunt impe-
dientia: multa prohibētia: multa obūbrātia intelle-
ctum noſtrū. Sicut eñ ſol eſt quidē clarus: ⁊ in me-
diū cūctis ꝓpoſitus: ⁊ nō opꝰ habemꝰ eū querere: ſi
vero noſmetipſos in inferioꝛib obumbramꝰ: ac ſi
vbiq̄ꝫ nos circūuerſemus: multo laboꝛe opus habe-
bimus: vt ſolē videre poſſimus: ſic ⁊ in hac cauſa: ſi
in profundo cupiditatū malaꝝ: ſi in tenebꝛis paſſio-
nū: ⁊ ſeclaribꝫ rebꝫ obꝛuamꝰ noſmetipſos vix poteri-
mus oculos aperire: vix reſpicimꝰ: vix intuemur: q
in inferioꝛibꝫ obꝛutꝰ fuerit. Quāto ad ſupioꝛa qſqs
intendit: tanto appꝛopinqt ad ſolē. Excutiamꝰ igit̄
puluerē: dirūpamus ſuperiacētē / ⁊ imprimentem
nos nebulā: denſa qdem eſt / ⁊ arta / ⁊ nō nos ꝑmit-
tit inſpicere. Et quō dirūpitur (inquis) hec nubes?
Si ad nos attrahamꝰ radios ſolis iuſtitie. Eleua-
tio (inquit) manuū meaꝝ ſacrificiū veſpertinū. Cū
manibꝫ etiā mentē eleuemꝰ. Satis qui imbuti eſtiſ
quidnā arbitroꝛ: ꝙ agnoſcatis qȯ dicit̄: ⁊ videtiſ qd
ſignificaui. Eleuemꝰ in altū mentē noſtram. Noui
plures viros ego: pene pendētes ex terra ſupꝛa mo-
dū: ⁊ manus extendētes / ⁊ exanimatos: qꝛ nō poſ-
ſunt in acrē ſuſpendi. Et cū tanta alacritate oꝛātes.
Ita ⁊ vos eſſe deſidero ſemper: ⁊ ſi nō ſemper: ſaltē
ſepius: ſi nō ſepius / vel plerūq̄ꝫ / vel in matutinis /
vel in veſpertinis. Dic eñ mihi: extēdere manꝰ non
potes / extēde voluntatē: quantū vis iſtā extēde: ſi
vis vſq̄ꝫ ad ipm celū: ſi vis vſq̄ꝫ ad verticē pertinge-
re: at ſi adhuc deſuper volueris intendere licet tibi.
Omni nāq̄ꝫ pēna latioꝛ / ⁊ ſublimioꝛ mēs noſtra eſt.
Cū autē ⁊ a ſancto ſpiritu acceperit gratiā: ⁊ quātū
efficiatur velox / ⁊ ꝑnix: quō cūcta circuit: quō nō fer-
tur deoꝛſum: neq̄ꝫ ad ſolū decidit. Has nobis pen-
nas preparemꝰ: per iſtas / ⁊ pelagus ꝑuolare po-
terimus: ⁊ fluctuationes huius vite euadere. Auiū
celerrime / ⁊ montes / ⁊ colles / ⁊ maria / ⁊ ſcopulos
in paruo momēto tēpoꝛis ſine vllo impedimento
tranſuolāt. Talis eſt etiā mēs / cū pēnas acceperit:
cū a ſecularibꝫ abſceſſerit: nihil eā apprehendere po-
terit: omnibꝫ erit eminentioꝛ iaculis ignitis diabo-
li. Nō eſt ita perfectus ſagittatoꝛ diabolus / vt poſ-
ſit ad illā altitudinē pertingere: ſed dimittit qdē ia-
cula: eſt eñ impudēs: nō aūt attingit: ſed reuertitur
ad eū inane iaculū. Et nō ſolū inane: verūetiā in eiꝰ
caput reuertit̄. Opoꝛtet qppe vt iaculum / qȯ ab eo
emittit̄ omnibꝫ percutiat modis. Sicut eñ ab ho-
minibꝫ iaculū emiſſum: aut illū aduerſus quē emit-
titur / percutit / aut auē foꝛtaſſis / aut veſtimētum /
aut lignū / aut acrē ipm ſecat: ſic etiā diaboli iaculū
opoꝛtet quidē omnibꝫ modis percutere: ⁊ ſi illū ad
quē dirigit̄ nō ꝑcuſſerit / oībꝫ modis ꝑcutit dirigen-
tē. Et licet hoc ex multiſ agnoſcere / qꝛ qñ nos nō fu-
erimꝰ ꝑcuſſi oībꝫ modis ille ꝑcutit̄. Utputa veluti
qd dico: inſidiatꝰ eſt Iob: nō eū vulnerauit: ſꝫ vul-
neratus eſt ipſe. Inſidiatꝰ eſt Paulo non vulnera-
uit illū: ſed vulneratꝰ eſt ipſe. Ubiq̄ꝫ ſic eſt: ſi euigile-

mus / ſi reſipiſcamꝰ ad vidēdū qȯ fit: qñ quidē per-
cuſſerit / percutiet̄: ⁊ multo amplꝰ tūc. Conertamꝰ
igit̄ in illū gladios: ⁊ ſcuto fidei noſmetipſos armā-
tes / atq̄ꝫ munientes cū cautela obſeruemꝰ: ne capti-
ui efficiamur. Iaculū aūt diaboli eſt cupiditas ma-
la: maxime iracūdia ignis eſt / flāma eſt / coꝛripit / cō-
ſumit / cōburit. Nos aūt lōganimitate / ⁊ ſuſtinētia
eā extinguimꝰ. Sicut eñ ferꝝ ignitū cū in aq̄ tingi-
tur / amittit ignē: ſic iracūdꝰ in lōganimē incurrēs
nihil eū ledit: ſed etiā iuuat: ſed etiā ipſe retinet̄ am-
plius. Nihil eñ lōganimitati ſimile eſt. Nunq̄ꝫ in-
iuriatur hmōi hō / ſed ſicut adamātina coꝛpoꝛa nō
vulnerant̄ / ſic etiā anime tales: ſupioꝛes qppe iacu-
lis inueniūtur. Eminētioꝛ nāq̄ꝫ eſt / ⁊ tñ eminētioꝛ
longanimis / vt nō percipiat vulnerātes. Cū ille ex-
acerbatur / ride: ridere autē noli palā: ne illū excites
amplꝰ: ſed ride apud teipm tui grā. Eteni pueri cū
nos ꝑcuſſerint cū indignatiōe / tāq̄ꝫ vlciſcētes ſeipos
ridemꝰ. Si igit̄ rideas / tātū erit inter te / ⁊ illū: quā-
tum inter pueꝝ / ⁊ viꝝ. Si autē ⁊ tu exacerbaris: fa-
ctus es puer. Et reuera / ſtultioꝛes ſunt pueriſ / qui
iraſcunt̄: ſi eñ attēdat aliqs ad pueꝝ exacerbatum
nōne irridet? Puſillanimis (inqt) foꝛtis inſenſatus
Qui igit̄ inſenſatꝰ eſt / paruulus eſt / ⁊ longanimis
(inqt) multus in ſapiētia. Hanc igit̄ multā ſapiētiā
cōſeqmur: vt adipiſcamur bona: q̄ repꝛomiſſa ſunt
nobis in chꝛiſto ieſu dñō noſtro / cū quo patri / vna
cū ſancto ſpiritu / gloꝛia / imperiū / honoꝛ / nūc ⁊ ſem-
per / ⁊ in ſecula ſeculoꝛum Amen.

## Homelia. XXIII. Ex capitulo. XI.

**[f]Ide noe oꝛaculo accepto: de his que adhuc non videban-tur: metuens conſtruxit arcam ad ſalutem domus ſue: per quam dā-nauit mundū: ⁊ iuſtitie: que per fi-dem eſt: factus eſt heres.**

Fide (inqt) Noe oꝛaculo accepto ſic ⁊ filiꝰ dei ȯ ad-
uētu ſuo loqns dicebat: In diebꝫ noe nubebāt ⁊ nu-
ptū dabāt: iccirco etiā apl's ex familiari exēplo eos
rememoꝛauit: exēplū ei Enoch fidei tñ fuit: exēplū
aūt h noe ⁊ infidelitatiſ. Hec eſt ꝑfecta ꝯſolatio / ⁊ ex-
hoꝛtatio: quādo non ſolū qui crediderūt inueniunt̄
appꝛobati eſſe: ſꝫ etiā infideles ꝯtraria paſſi. Quid
ḡ (inquit) [Fide noe oꝛaculo accepto] Quid eſt oꝛa-
culo accepto: hoc eſt ꝑ̄dictū eſt ei. Oꝛaculū autē ꝓ q̄
cauſa dicit̄? Eteni alibi dixit: oꝛaculū illi datū erat
a ſpiritu. Et iteꝝ: Et qd dixit oꝛaculū diuinū. Con-
tēplaris eq̄litatē honoꝛis in ſpiritu ſancto: ſicut eñ
deꝰ dat oracula: ſic etiā ſpūſſanctꝰ. Quare autē ſic
dixit? Pꝛophetia ei dꝛ oꝛaculū. De his q̄ adhuc nō
videbant̄ (inqt) hoc eſt de ymbribꝫ timēs conſtruxit
ſibi arcā. Ratiocinatio qppe nihil in hac cauſa ſug-
geſſit. Nubebāt (inquit) ⁊ nuptū dabāt. Aer mūdꝰ
⁊ ſerenꝰ: ſigna nulla erant: verūtñ timuit ille [Fide
(inqt) Noe oꝛaculo accepto / de his q̄ adhuc nō vi-
debant̄: timēs ꝯſtruxit arcā ad ſalutē domꝰ ſue: per
quā dānauit mūdū] Quō? Oñdit eñ eos dignos
hoc ſupplicio: q̄ neq̄ꝫ ꝑ illā ꝯſtructionē corrigebant̄.
[Et iuſtitie / q̄ ꝑ fidem eſt / factus eſt heres] Ex hoc
enim apparuit iuſtus: ex eo ꝙ credidit deo: hoc eñ
anime eſt / que ſe germane habet ad deum: et ver-



bis illius nihil fidelius iudicat. Sicut etiam infi-
delitas cōtra ſe habet: fides aūt certū eſt: qꝛ iuſticiā
operat̄. Sicut eñ oꝛaculū nos accepimꝰ de gehen-
na: ſic ⁊ ille. Tametſi irridebat̄: tāetſi expꝛobꝛabat̄:
ſed tamē ad nihil tale attēdit. [Fide qui vocabatur
Abꝛaā obediuit deo: vt exiret in locū / quē acceptu-
rus erat in hereditatē. Et exijt neſciens quo iret: fi-
de demoꝛatus eſt in terra repꝛomiſſionis: tanq̄ꝫ in
aliena: in tabernaculis habitādo cum iſaac / ⁊ iacob
coheredibꝫ repꝛomiſſionis eiuſdem.] Quē eñ vidit
dic mihi / vt emulemur? Nā patrē paganū habuit /
et idolatrā: ꝓphetas non audierat / neq̄ꝫ ſciebat quo
pergebat. Quoniā eñ iſtos intuebat̄: qui credide-
rant ex hebꝛeis: veluti decem milia bonis potitus.
Oſtēdit quoniā nullus adhuc aliquid recepit: oēs
ſunt ſine pꝛemio: nullus adhuc viciſſitudines acce-
pit. A patria ſua ille / ⁊ a domo excidit: ⁊ egreſſus eſt
neſciens quo iret. Et qd mirū / ſi ipſe ita: cū etiam ſe-
men eius ſic habitaret? Uidens ergo redargui re-
pꝛomiſſionem: dictum erat / tibi dabo terrā hanc / ⁊
ſemini tuo: vidit filium ibi / vt ꝑegrinū habitantē:
eiꝰ nepos item vidit ſemetipm in aliena terra pere-
grinantem: ⁊ nihil turbatus eſt. Et circa Abꝛaā foꝛ-
taſſis merito ſic actum eſt: vtpote poſtea ad effectū
repꝛomiſſio eſſet perducenda: in pꝛole aūt eius ſatis
erat mirum: quāq̄ꝫ etiā ad ipm dictū eſſet: qꝛ tibi da-
bo ⁊ ſemini tuo: nō ꝑ ſemē tibi: ſed tibi / ⁊ ſemini tuo:
⁊ tamē neq̄ꝫ ipſe / neq̄ꝫ iſaac / neq̄ꝫ iacob potiti ſūt hoc
pꝛomiſſo. Ille quidē ſeruiuit mercēnaria ſeruitute:
hic autē exagitabat̄: iſte ꝟo pene exciderat timens.
Et al's quidem interemit hoſtes in bello al's autem
niſi dei adeſſet pꝛeſidiū: foꝛtaſſis etiā periſſet. Pꝛo-
pterea dixit: quia cū coheredibꝫ repꝛomiſſiōis eiuſ-
dem. Nō ipſe ſolus inquit / ſꝫ etiā heredes. [Scdm
fidem moꝛtui ſunt inquit / hi oēs: nō repoꝛtantes re-
pꝛomiſſiones.] duo quedā hic dignum eſt querere:
quomodo cū ſupꝛa dixiſſet tranſlatꝰ eſt enoch: et nō
inueniebat̄: ne videret moꝛtē: hic dicit ſcd̄m fidē moꝛ-
tui ſunt hi oēs. Et iteꝝ cum dixiſſet ſupꝛa: nō repoꝛ-
tantes repꝛomiſſiones: dicit Noe recepiſſe mercedē
ad ſalutē domus ſue: ⁊ Enoch trāſlatū eſſe: ⁊ Abel
adhuc loqui: ⁊ Abꝛaam accepiſſe terrā: ⁊ dixit / ſcd̄m
fidem moꝛtui ſunt hi omnes nō repoꝛtantes repꝛo-
miſſionem: quid ergo eſt. Neceſſariū itaq̄ꝫ videt̄: pꝛi-
mū pꝛimo ſoluere: deinde ſcd̄m fidem. Iuxta fidē in-
quit / moꝛtui ſunt hi omnes. In hoc loco oēs dicit:
nō quia omnes moꝛtui ſunt: ſed quia pꝛeter illū ſo-
lum: hi omnes moꝛtui ſunt: quos ſcimus moꝛtuos
fuiſſe. Q autem dixit: non repoꝛtantes repꝛomiſſi-
ones: verum eſt. Nō eñ hec repꝛomiſſio erat Noe:
Iſaac enim / ⁊ iacob foꝛtaſſis inquit / acceperunt re-
pꝛomiſſiōis terram: Noe ꝟo / ⁊ Abel / ⁊ Enoch qd
retributionis acceperūt? Aut igitur de tribus iſtis
dixit: aut ſi etiam de illis non erat repꝛomiſſio: vt
in ammiratione eſſet Abel: vt transferretur Enoch:
aut ſaluaretur Noe: ⁊ hec quidem illis pꝛopter vir-
tutem pꝛouenerunt: libamina ꝟo quedam erant / et
pꝛime deguſtationes futuroꝛū. Deus eñ ex initio
ſciens genus humanū multa humilitate / ⁊ deſcen-
ſione opus habēs: nō ſolum que futura ſunt nobis
largitur: ſed etiam que huius vite ſunt nobis ꝑ̄ſtat:
ſic ⁊ diſcipulis ſuis dicebat: Qui dimiſerit domos
aut fratres / aut ſoꝛoꝛes / aut patrem / aut matrē cē-
tuplū accipiet: et vitā eternā hereditabit. Et iterū:

Querite pꝛimū regnum dei: ⁊ hec omia adijcientur
vobis. Intueris / quia hec adiectionis / ⁊ additamē-
ti loco ab eo dant̄: vt nō defatigemur. Sicut enim
athlete perfruunt̄ quidē omni curatiōe: ⁊ eo tempo-
re quando ſunt in certamine conſtituti: ſed nō omni
quiete: nec plena remiſſione perfruunt̄ ſub legibus
viuentes: ſed poſtea omni plenaq̄ꝫ fruunt̄: ſic ⁊ deꝰ
nō ita pꝛeſtat: vt omnē hic quietem percipiamꝰ: tri-
buit quidē etiam hic. [De longo inquit / eas viden-
tes / ⁊ ſalutātes. [In hoc loco quiddā myſticum ſi-
gnificat: quoniā omnia anteceſſerūt / que illic de fu-
turis dicta ſunt: de reſurrectiōe: de regno celoꝛum:
de alijs / que veniens chꝛiſtus pꝛedicauit. Repꝛo-
miſſiōes eñ has / qui dicit: aut ergo h dicit: aut cer-
te qꝛ nō quidē eas acceperūt: ſed confidētes pꝛo eis
hinc diſceſſerūt. Cōfidebāt eñ ſola fide: de lōge eas
vidētes ante q̄ttuoꝛ generatiōes. Poſt tātas quip-
pe generatiōes reuerſi ſunt de egypto. [Et ſalutan-
tes inquit / ⁊ gaudētes.] Ita confidebant de illis:
vt etiā ſalutarēt eas. Ex metaphoꝛa nauigantiū h
dixit: qui a longe pꝛoſpiciūt ciuitates deſideratas.
Quas anteq̄ꝫ ingrediant̄ ſalutatione pꝛeueniūt: et
eas ſibi familiares efficiūt. Expectabant enim fun-
damenta habentē ciuitatem: cuius artifex / ⁊ opifex
deus eſt. Contemplare qꝛ hac re acceperunt repꝛo-
miſſiones: hoc eſt expectando: atq̄ꝫ cōfidendo / ꝙ ac-
ciperent. Si igit̄ cōfidere accipere eſt: poſſumus ſic
accipere. Iſti enim / at ſi nihil potiti ſunt boꝝ: tñ de-
ſiderio intuebant̄ ea. Quare h fiebat? Ut nos eru-
beſcamus / qꝛ illi quidē repꝛomiſſionibꝫ in terra fa-
ctis nō attendebāt: ſꝫ futurā ciuitatē requirebāt: no-
bis aūt ſurſum / atq̄ꝫ deoꝛſum / deꝰ de ſupꝛa loquit̄
ciuitate: nos tñ terrenā querimꝰ. Dixit eis / qꝛ da-
bo vobis ꝑ̄ſentia: qm̄ videbat eos: magis aūt quia
oſtenderūt ei ſeipos maioꝛibꝫ eſſe dignos: non eos
ꝑmiſit hec accipe / ſed illa maioꝛa eis tribuit / nobis
volens oſtendere / qꝛ maioꝛibꝫ digni ſunt nolentes
alligari ad iſta terrena: ſicuti quiſq̄ꝫ puerulo ſapien-
ti ꝓmittat puerilia: nō vt accipiat: ſed vt oſtēdat eiꝰ
philoſophiā / dū ille maioꝛa poſtulat. Hoc enim eſt
oſtendētis: qꝛ cum tāto ſtudio abducebant animos
ſuos a terra: qꝛ neq̄ꝫ / que dabant̄ accipiebāt. Etem̄
ꝓpterea nepotes eoꝛū accipiunt: Illi quippe erant
terra digni. Quid eſt ciuitatē fundamēta habentē?
iſti enim nō erant fundamenta: qui ad cōparationē
illoꝛū nō ſunt: cuiꝰ artifex / ⁊ opifex deꝰ eſt. O qua-
lis laus illiꝰ ciuitatis: [Fide inquit / ⁊ ipſa ſara ſte-
rilis.] in hoc loco verecundiā eiꝰ excitās dicit: ſiqui-
dem ſuꝑ mulierē puſillanimes apparuerūt. Sꝫ foꝛ-
taſſis dicat aliquis: quomodo fide: que riſit? Riſus
quidem ⁊ ex infidelitate: timoꝛ aūt ex fide: ꝙ eñ di-
xit / nō riſi / ex fide factum eſt. Pꝛoinde euacuata in-
fidelitate introducta eſt fides. Fide inquit / ⁊ ipſa ſa-
ra virtutē ad ſuſcipiendū ſemen / ad retinendum ſe-
men / ſuſceptionē virtutē accepit: que iam moꝛtifica-
ta / ⁊ ſterilis. Duplex eñ erat pꝛecluſio: vna ex tem-
poꝛe: ſenuerat quippe iam: alia ꝟo ex natura ſterilis
etem̄ erat. Iccirco etiā ex vno geniti ſūt oēs: ſic ſtelle
celi / ⁊ ſic harena: q̄ eſt ad aurā maris. Iccirco ḡ in-
quit / ex vno geniti ſūt oēs: nō h ſolū volēs ſignifica-
re / qꝛ genuit: ſed etiam / quia tantoꝛū mater effecta
eſt: quātoꝛum neq̄ꝫ fecunde. Sicut ſtelle inquit / ce-
li. Quomodo ergo ſepius eos enumerat: cum di-
xerit / quemadmodum non numerantur ſtelle ce-

li: ſic neq; ſemen veſtrū. Aut igit̄ hiperbolice dixit/ aut certe omnes ſignificauit: qui ſemꝑ ex illa origine procreant̄. Unius aūt domus progenitores numerare facile eſt. Ille illius pater/ aut filiꝰ: ⁊ ille illius. Si in hac vita tales repromiſſiōes dei ſic facile implent̄: ſi que in additionis loco ꝓmiſit: ita mirabilia ſunt/ et glorioſa/ ⁊ ita magnifica: qualia erūt illa quoꝝ iſta additamēta ſunt: quibꝫ hec ex abundātia dantur ad cumulū. Quid igit̄ aut adipiſcentibꝫ beatius? aut nō adipiſcentibꝫ infelicius? Si em̄ patria quis expulſus ab hominibꝫ miſerabilis iudicatur: et quiſq; hereditatē amiſerit: videt̄ omnibꝫ eſſe dolendus: qui celo priuat̄/ ꝙ illis repoſitis bonis: quātis lachrymis iſte plangendus eſt: magis autē plangendus. Plangit̄ em̄ quiſq; cū paſſus fuerit aliqd: cuiꝰ ipe cauſa nō eſt: cū aūt ex ꝓpria voluntate ſemetipm̄ quiſq; infigit iniqtati: neq; lachrymis dignus: ſed lamentationibꝫ/ magis autē luctu. Nā et dominus noſter ieſus chriſtus hieroſolymā/ licet impie agentem/ luxit/ ⁊ lachrymatꝰ eſt. Reuera decem milibus lachrymis digni ſumus/ decem milibus lamentationibꝫ. Si omis habitatio terre extollat vocem ſuam: ⁊ lapides/ ⁊ ligna/ ⁊ arbores/ ⁊ beſtie/ ⁊ volatilia/ ⁊ piſces/ ⁊ vt ſimul dicam: totꝰ mūdus ſi vocem extollat ad lamētandū nos/ qui ab illis bonis excidimꝰ: nihil dignū lamētabunt̄. Qualis enim ſermo exprimere poterit: qualis mens illā beatitudinē/ illāq; virtutem/ illam delectationem/ illam gloriam/ illam iocunditatē/ illam claritatem: que oculus inquit/ non vidit: nec auris audiuit: et in cor hominis nō aſcendit. Nō dixit qꝛ tranſcendit cor hoīs: ſed qꝛ neq; intellexit quiſq; aliquando: que preparauit deus diligentibꝫ ſe. Quorū bonoꝝ preparator/ ⁊ opifex deus eſt/ qualia eſſe poſſunt? Si em̄ faciens nos ſtatim adhuc nobis nihil agētibus tāta bona largitus eſt: paradiſum/ confabulationē ſuam/ immortalitatē ꝓmiſit vitam beatam/ ⁊ a curis liberā eis/ qui tanta fecerint/ ⁊ qui certauerint/ et qui pro eo ſuſtinuerint: qd nō preſtaturus ē? Unigenito filio ſuo nō pepercit/ ꝓpter nos filium ſuū ꝓprium ī mortem tradidit: ꝓpter nos inimicos dum inimici eſſemus: quibus rebus non nos dignabit̄/ ſi amici fuerimꝰ effecti: quid nobis nō tribuet? Eſt enim diues/ ⁊ infinitus/ ⁊ deſiderat/ ⁊ feſtinat noſtram amicitiā habere: nos autem nō feſtinamꝰ. Et quid dico nō feſtinamꝰ? neq; volumꝰ adipiſci eius bona: ſicut ille vult/ ⁊ amplius vult. Nam ex his/ que fecit oſtendit. Nos em̄ pro nobiſipſis vix paucos cōtemnimꝰ aureos: ipſe aūt ꝑ nobis etiā filium ſuū tradidit. Utamur igit̄ ad cōmodū noſtrū charitate dei: fruamur eiꝰ amicitia. Uos em̄ inquit/ amici mei eſtis: ſi feceritis/ que dico vobis. O inenarrabilis miſcdia: inimicos/ ⁊ infinito interuallo ab eo diſtantes/ a quibus incōparabili eminētia in omnibus differebat: hos amicos ⁊ facit/ ⁊ vocat amicos. Quid igit̄ pati nō debemꝰ? quid nō libenter tolerare pro hac amicitia? Pro amicitia etenim hoīm ſepe periclitamur: ꝑ dei amicitia: nec pecunias patiēter amittimꝰ. Luctu vo digne res noſtre ſunt: luctu/ et lachrymis/ ⁊ lamentationibꝫ/ ⁊ vlulationibus magnis. Humiliati ſumꝰ de ſublimitate nr̄a: indigni honore dei clariumꝰ: ingrati tanto beneficio facti ſumus/ ⁊ ſine grā: nudauit nos omnibꝫ bonis diabolus: q dignitatē filioꝝ acceperamꝰ: q fratres: q heredes eramus/ ab inimicis eiꝰ nihil differimꝰ iniuriantibꝫ eum: quod nobis erit ſolatium? Decetero ipſe nos vocauit ad celū: nos aūt noſipſos in gehēnā impulimus. Mendaciū/ et adulteriū/ ⁊ furtum/ diffuſa ſunt ſuper terrā. Alij quidem ſanguinē ſuper ſanguinē fundunt: alij cauſas agūt ſanguine peiores. Plurimi vo coꝝ/ qui iniuriant̄: plurimi coꝝ quoꝝ res auferunt̄: decem milia mortes imprecant̄ qꝫ illa pati: ⁊ ſi nō timore dei reuocarent̄ ſeipſos interimerent. Hec igit̄/ nō ſanguine peiora ſunt? Heu mihi anima: quoniā perijt iuſtꝰ de terra: et rectū agēs in hominibꝫ nō eſt. Nūc etiam nos clamemꝰ de nobiſipſis primū: ſed mihi conſociamini ad luctū. Fortaſſis enim quidā augurant̄/ et irridēt. Propterea oportet magis extendere luctū: qꝛ ita inſanimus/ et demētes facti ſumꝰ et neq; quia ita inſanimꝰ: agnoſcimus: ſed in quibꝫ oportebat gemere/ ridemꝰ. Reuelabit̄ o homo ira dei de celo ſuꝑ omnē impietatē/ et iniquitatem. Omnibꝫ deus manifeſtus veniet: ⁊ ignis ante ipſum precedet: ⁊ circa eum tempeſtas valida. Ignis in cōſpectu eius cōſumet/ ⁊ cōflāmabit inimicos in girum. Dies domini veniet/ vt clibanus ardens. Et nemo hec in mentē ſuam mittit: ſed veluti fabulas cōtemnimus hec terribilia/ ⁊ metuenda decreta. Nullus audiēs obſtupeſcit/ vel cōgelaſcit: oēs irriſores/ ⁊ illuſores facti ſunt. Qui nobis erit aditus: vnde ſalutem reperiemꝰ? Perijmus/ cōſumpti ſumus/ facti ſumꝰ irriſio inimicorum noſtroꝝ/ ⁊ illuſio paganoꝝ/ ſimul ⁊ demoniorum. Quantū exultat nunc ⁊ diabolus/ ⁊ geſtiens letat̄. Angeli vo quibus cōmiſſi ſumus: in cōfuſiōe ſunt. Oēs in procliuo ſumꝰ: nullus ꝯuertit̄: ſuperfluo cūcta nobis expenſa ſunt: nos quoq; videmur vobis delirare. Oportunū eſt etiam nūc aduocare celum: quoniā nullus eſt audiens teſtificari elemēta. Audi celum/ et auribꝫ percipe terra/ quia locutꝰ eſt dominus. Date manū porrigite qui necdum dimerſi eſtis cū his qui in ebrietate iniquitatis perierunt: vos qui ſani eſtis laborantibꝫ: qui ſobrij eſtis fruentibꝫ/ ⁊ vacantibus. Nemo obſecro: gratiā ſaluti amicorū p̄ponat et iniuria/ ⁊ increpatio ad vnū tantū attendat: hoc eſt ad vtilitatem proximi. Cum febris occupauerit quēq;: etiā ſerui dominant̄ domini. Cū em̄ ille incendit̄/ anima eius confundit̄. Aſtat ergo ordo ſeruoꝝ: nulli obſequuntur: neq; cognoſcunt iura dominica ad leſionē domini. Cōuertāt vos igit̄/ obſecro/ bella q̄tidiana/ dimerſiōes/ perditiōes/ decem milia circūcirca. Undiq; ira dei nos circūſepſit: nos vo veluti cōplacētes deo: ſumma cū cōfidentia manꝰ ad auariciā preparamꝰ. Nemo ad adiuuandū: oēs ad rapinam. Nullus ad patrocinandū: vnuſquiſq; feſtinat/ quō ſubſtantiā ſuā faciat ampliorem. Nullus queadmodum adiuuet indigētē: vnuſqſq; quō aſſit pecunijs ſuis excogitat: ⁊ multā hꝫ ſollicitudinē. Nullus qliter aīam ſuā ſaluet: timor ꝯtinuit oēs: ne ad pauperiē redigant̄. Ut aūt nō incidamꝰ ī gehēnā/ nullus laborat/ nullus tremet. Hec luctibꝫ digna ſūt: hec accuſatōe/ h incuſatiōe. Nō hec dicerē: ſꝫ dolore cōpellor. Ignoſcite nimio luctu cōpellor: mlta etiā/ q nolo cogor ore ꝓferre: ſeuiſſimā intueor plagā/ ⁊ ſine remedio video cladē/ ꝯſolatiōe/ vl' exhortatōe ſupiorē. Maiora mala ſūt: q nos occupauerīt: ꝑibimꝰ. Quis dabit capiti meo aquā: ⁊ ocul' meis fontē lachrymaꝝ/ vt lugeā.



Ploremus igit̄ dilectiſſimi/ ploremus/ ⁊ ingemiſcamꝰ. Fortaſſis em̄ ſunt hic modo aliqui dicētes/ ſemꝑ iſte nobis luctum nominat: ſemꝑ lamētatiōes: ſemꝑ lachrymas. Credite mihi/ nollem quidē hec: ſed predicationes veſtras/ ⁊ laudes ꝑcurrere: nunc autē tempus hec expetit. Non lamentari dilectiſſimi malū eſt: ſed lamentationibꝫ digna facere. Non deploratio vitāda eſt: ſed deploratione digna gerere. Nō tradaris ſupplicijs/ ⁊ nō lugeo: non moriaris/ ⁊ nō deploro. Si em̄ corpꝰ iaceat mortuū: oēs conrogas: vt cōgregent̄: ⁊ ſine cōpaſſione reputas: qui forte nō luxerint. Anima vo perijt: ⁊ dicis non lugeas. Sed nō valeo pater eſſe: et nō lachrymari: pater ſum/ affectu circa vos/ ⁊ amore cōfectus. Audite qualia clamat Paulus: Filioli mei: quos iteꝝ parturio. Ueluti mater parturiēs: ita amaras voces emittit: ſicut em̄ illa/ ⁊ ego. Atq; vtinā poſſibile eſſet ipm̄ experimentū mentis vobis innoteſcere: vt agnoſceret̄: qꝛ ab omī muliere/ ⁊ puella vidua immature viduata: ampliꝰ ardeo. Nō ſic illa virū ſuū luget: neq; pater filiū: ſic ego populū iſtum noſtrū. Nullū video ꝓfectum: oīa in crimina/ ⁊ accuſationes cōuerſa ſunt: nullus ꝓpoſitū habet placere deo: ſed illū inqt/ ⁊ illū maleloquimur: ille indignus eſt clero: ille turpiter viuit. Qui debebamꝰ mala nr̄a lugere: alios iudicamꝰ/ at ſi mūdi eſſemus a pctīs: nō deberemꝰ hoc facere. Quis em̄ te diſcernit inqt: Quid em̄ habes: qꝺ nō accepiſti: ſi autē accepiſti qd gloriaris/ quaſi non acceperis. Tu aūt qd iudicas fratrem tuū: malis decē milibꝫ cumulatus. Cū dixeris ille malignꝰ eſt/ ⁊ prodigus ⁊ peſſimꝰ: intellige teipſum/ ⁊ examina cum diligētia: que tua ſunt/ et peniteat te de dictis tuis. Nō enim eſt omīno: nō eſt ad virtutem vlla talis exhortatio: qualis peccatorū recordatio. Si hec duo in mente noſtra verſemus/ poterimus adipiſci bona/ que promiſſa ſunt: poterimus mundari/ ⁊ dilui. Tantū cōſtituamus in mentē dilectiſſimi/ ſollicitudinē huius rei habendam eſſe. Doleamus hic animo: ne doleamus illic ſupplicio: ſed potiꝰ vt fruamur ſempiternis bonis: vbi nullus erit dolor/ nulla triſticia/ nullus gemitus: vt percipiamus illa bona/ que excedūt humanam mentem in chriſto ieſu domino noſtro: quoniā ipſi gloria in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia. XXIIII. Ex capitulo. XI.

**i Uxta fidē defuncti ſunt omnes iſti: non acceptis repromiſſionibus: ſed a longe eas aſpicientes: et ſalutantes: et confitentes: quia ꝑegrini ſunt et hoſpites in terra. Talia enim dicētes ſignificabāt: qm̄ querebāt patriā. Et ſi quidē illiꝰ meminiſſent de qua exierūt: habebāt vtiq; tēpus reuertēdi. Nūc aūt meliorē appetūt: id eſt celeſtē. Ideo nō ꝯfundit̄ deꝰ vocari deꝰ eoꝝ: parauit em̄ illis ciuitatē.**

Prima virtus eſt/ ⁊ tota virtus/ peregrinū eſſe mundi huiꝰ/ ⁊ hoſpitē/ ⁊ nihil cōmune habere cum rebus huiꝰ ſeculi: ſed remoueri ab eis ſicut peregrinum: ſicut etiam illi beati de quibꝫ dicit: Circūibāt in melotis ī pellibꝫ caprinis egentes/ tribulati/ afflicti: quibꝫ dignus nō erat mundus. Illi em̄ peregrinos ſeipſos eſſe dicebāt. Paulus aūt aliqd amplius dixit/ nō peregrinū ſeipſum dixit: ſed mortuū mundo/ ⁊ mundū ſibi. Mihi inqt/ mūdus crucifixus eſt/ ⁊ ego mūdo. Nos vo ſic huiꝰ mundi ciues viuentes/ ita cuncta in hac vita negociamur: et qꝺ erāt iſti mundo/ hoc eſt peregrini/ ⁊ mortui: hoc ſumus nos celo: qꝙ aūt erant illi celo/ hoc eſt viuētes/ et ciues: hoc ſumus nos mūdo. Propterea mortui ſumꝰ: qꝛ vitam/ que vere vita eſt/ abnegauimus: ⁊ iſtam temporalē elegimꝰ: ꝓpterea irritamꝰ deū/ qꝛ propoſito nobis celeſti fructu/ ⁊ gaudio: nos terrenis inhiamus/ ⁊ a terrenis nolumꝰ abſcindi: ſꝫ veluti vermes quidem ex terra in terrā: ⁊ iterū ex ipſa in ipſam conuertunt̄: ſic ⁊ nos penitus/ nec modicū reſpicere volumus: nec auferre nos a cauſis hoīm: ſed veluti quadā ſatietate/ ⁊ ebrietate demerſi/ ac ꝑculſi obſtupuimꝰ imaginantes: ⁊ ſicut qui graui/ ⁊ dulci ſomno detinent̄: nō ſolū nocte: ſed etiā ipſa luce veniente/ ⁊ claro die facto iacēt in lecto: ⁊ nō erubeſcunt voluptati ſue indulgentes: ⁊ tempꝰ operationis/ ⁊ feſtinationis tempus ſomni/ ⁊ ſegniciei facientes: ſic etiā nos die appropinquāte: nocte diſcedente: magis autem die extante. Operamini inqt/ donec dies eſt: die ergo extante cuncta/ que noctis ſunt: operamur: dormientes/ ſomnia videntes imaginationes deliciantes: ⁊ clauſis oculis mentis/ et corporis inſanimus: aliena loquimur: ac ſi nos qſq; alto cōfodiat vulnere: neq; ſic ſentimꝰ: ac ſi omnē nobis diripiat quiſq; ſubſtātiā: ac ſi ipam nobis incendat domū. Magis aūt nō expectamus alios: q hoc faciant: ſed noſipſi hoc facimꝰ: ſtimulantes noſmetipſos ꝑ ſingulos dies/ ⁊ ꝑcutiētes/ turpiter iacentes/ et nudati omni gloria/ omni honore/ ⁊ opera nr̄a turpia: neq; nos celamus: neq; alios/ vt ea obcelent/ poſtulamꝰ: ſed in media turpitudine trāſeuntibus/ et videntibus/ ꝓpoſiti ſumus ad riſum ⁊ crimen. An putatis: qꝛ ⁊ ipſi maligni nō irridēt ſimiles morum ſuoꝝ/ ⁊ culpantes? Oſtendit quippe nobis deus/ ⁊ iniecit iudiciū inuiolabile: qꝺ nunq̄ corrumpi valeat: ſi ad fundū iniquitatis veniamꝰ. Iccirco ⁊ ſi maligni ſunt/ cōdemnant ſepos: ⁊ ſi eos aliqs vocet hoc ipm̄ qꝺ ſunt/ erubeſcūt/ indignant̄/ iniuriā putāt: tametſi nō operibꝫ: ſꝫ verbis condemnāt: q agūt in cōſciētia ſua magis autē ⁊ ipis opibꝫ. Cū em̄ latētes/ ⁊ abſcōſe faciūt: magnū iudiciū ꝓferūt ſentētie ſue/ quā de illa re habeāt. Si em̄ māifeſta ē malicia: ⁊ oēs accuſatores eiꝰ extāt: etiā hi/ qui eam aggrediunt̄/ ⁊ in ea verſant̄. Talis autē eſt virtus: vt ea apud illos/ qui eam nō ſectant̄/ in ammiratione ſit. Etenim fornicator laudat pudicū/ ⁊ auarus accuſat iniquitatem/ et iracundus ammiratur patientiā/ ⁊ culpat puſillanimitatem/ ⁊ luxurioſus luxuriam. Quomodo ergo iſta gerit delicta aliqs? Non quia bonum iudicat eſſe: ſed ex negligētia multa: al's non erubeſceret/ nō ſe commiſiſſe negaret/ cū accuſatur ab alio. Plurimi autem preoccupati cōfuſionem nō ferentes: laqueo ſe ſuſpenderunt. Tantū nobis ineſt boni/ honeſtiq; teſtimoniū ſicut hone

ſta clarioꝛa ſunt etiam ſole/ ⁊ cõtraria eoꝛum defoꝛmia. Peregrini inq̄t/ ⁊ hoſpites erãt ſancti. Qualiter/ ⁊ quali modo? Ubi aũt confitet̃ Abꝛaã q̄ peregrinus/ ⁊ hoſpes ſit: foꝛtaſſis eñ etiam ipm̃ hoc cõfeſſum eſſe reperiemus. Confeſſus eſt tamẽ Dauid: quia peregrinus ſum inq̄t/ ſicut ⁊ oẽs patres mei: q̄ in tabernaculis habitabãt: qui ſepulchꝛa pecunijs cõparabant/ certũ quoniã peregrini erãt: vt etiam nec vbi ſepelirẽt ſuos haberẽt. Quid ergo eſt? Num illius terre/ que in paleſtina eſt/ dicebãt ſe peregrinos eſſe? Nequaq̃: ſed totius mũdi. Et merito: Nihil quippe cõſpiciebant in eo/ eoꝛũ que volebãt: ſed omĩa peregrina/ ⁊ aliena. Ipſi quidẽ virtutẽ colere deſiderabãt: in hoc aũt mundo erat iniquitas multa: ⁊ peregrina eis erant oĩa. Nullũ amicũ/ nullum familiarẽ habebant/ pꝛeter paucos. Quomodo inquit/ peregrini erãt? Non erat diligentia eoꝛũ circa ea/ que huiꝰ mundi ſunt: ⁊ hoc nõ verbis ſolum: ſed etiã rebus ipſis/ et operibꝫ demonſtrabãt: quõ dixit deus abꝛae: Dimitte patriã/ que putabatur eſſe patria: ⁊ veni ad alienã terrã: ⁊ nõ eſt retentus amoꝛe pꝛopꝛioꝛũ: ſed ſicut peregrinus egreſſurꝰ de aliena terra: ſic ſine aliqua cõpaſſione illam patriã dereliquit. Dixit ei offer mihi filiũ tuũ/ ⁊ veluti non habens filiũ: ſic eũ obtulit tanq̃ ſi non haberet humanam naturã: ſic eum obtulit. Pecunias cũ tranſeũtibus cõmuniter poſſidebat: ꝓ nihilo eas exiſtimabat. Pꝛimatũ alijs cedebat: in ꝑicula ſeipm̃ dabat: decem milia mala patiebat̃. Non domos conſtruebat claras/ nõ deliciabatur/ nec circa veſtimẽta diligens erat: que omĩa in hac vita eſſe ſolent: ſed cuncta/ que ad ſupernã pertinent ciuitatẽ gerebat/ hoſpitalitatem demonſtrabat/ fraternã dilectionẽ/ elemoſynas/ patientiam/ contemptum pecuniarũ/ cõtemptum pꝛeſentis gloꝛie/ ⁊ ceteroꝝ omniũ/ que in hoc mundo ſunt. Filius etiã eius talis erat/ exagitabat̃/ ꝑſecutiões patiebat̃/ debellabat̃: ⁊ cedebat/ et obſequebat̃: vt in peregrinis conſtitutus. Peregrini quippe quecunq̃ patiant̃ tolerãt: vtpote/ qui in patria nõ ſunt. Et vxoꝛe ablata/ ⁊ hoc tolerauit: vtpote in peregrinis. Omĩa ṽo/ que gerebat/ ad ſupnam patriã pertinebãt/ pudicitia honeſtatẽ demonſtrans. Etenim poſtq̃ deſponſauit/ nõ eſt cõuerſatus cũ illa muliere: ſed tranſeunte vigoꝛe iuuentutis: tunc eam accepit: oſtendens quoniam nõ libidinis cauſa hoc fecit: ſed miniſtrans/ ⁊ deſeruiẽs pꝛomiſſioni diuine. Quid autẽ iacob: nonne panem tãtũ querebat: ⁊ veſtimentũ/ q̄ pertinẽt ad ꝑegrinos: qui in paupertatẽ deueniũt multã? Nõne ꝑſecutionem patiens diſceſſit: ſicut ꝑegrinus? Nõne mercẽnarius erat? Nonne decẽ milia vbiq̃ patiebat̃ mala/ ſicut ꝑegrini? Hec aũt inq̄t/ dicebãt patriã q̄rentes. O quãta differẽtia: illi quidẽ parturiebant per ſingulos dies/ liberari volentes de hac vita: et ad ſuam patriã remeare: nos aũt econtra facimus. Si febꝛis accedat̃ oĩa relinquimus: ſicut pueruli planctuoſi moꝛtẽ timemꝰ. Et merito hoc patimur quaſi peregrini cõuerſamur in hac vita: ⁊ nõ veluti/ q̄ feſtinat ad patriam: ſed veluti ad penas ituri. Pꝛopterea dolemus/ ⁊ timemꝰ: q̄m̃ iſtis rebus non ſumus vſi/ ſicut opoꝛtet: ſed peruertimꝰ oꝛdinẽ. Pꝛopterea lamentamꝰ/ q̄ñ magis gaudere nos opoꝛtebat. Idcirco ꝑtimeſcimꝰ veluti homicide q̄dã: et duces latronũ cũ ꝑducendi ſunt ad tribunal/ ⁊ oĩa mala cõſiderantes/ que geſſerũt: ⁊ ꝓpterea timẽt/ ⁊ tremunt. Illi ṽo patres nõ erant tales: ſed feſtinabãt: Paulus aũt/ ⁊ cõgemiſcebat. Noſipſi inquit/ in h̃ mundo cõgemiſcimus grauati. Tales erãt abꝛaã/ et illi alij: peregrini quippe erant in hoc mundo vniuerſo/ ⁊ patriã querebãt. Quã ne? Iſtam/ vel qualem? Num illã/ quã reliquerant? Nequaq̃. Quid eñ illos ꝓhibeat/ ſi vellent iterũ reuerti/ et effici ciues? Sed illam querebãt/ que in celis eſt: ⁊ ſic feſtinabant: vt hinc diſcederẽt/ ſic placuerũt deo. [Unde non erubeſcit deus vocari deus eoꝝ.] O quanta dignitas: vt dignaret̃ vocari deꝰ eoꝝ. Quid dicis: deus terre vocat̃/ ⁊ deus celi: ⁊ veluti magnũ aliquid poſuit qd̃ dixit: non confundit̃ deus vocari deus eoꝝ. Magnũ eſt hoc: ⁊ reuera magnũ/ ⁊ multe beatitudinis indicium: quomodo? Quia terre q̄dem/ ⁊ celi vocatur deus: ſicut vocat̃/ ⁊ paganoꝛũ deus: qꝛ ipſe cõdidit/ ⁊ cõſtruxit omĩa. Sanctoꝝ ṽo illoꝝ nõ ſic dicit̃ deꝰ: ſed ſicut amicꝰ aliquis germanꝰ. Sub exemplo vobis hoc/ qd̃ dico/ clarũ faciam. Uerbi gratia tanq̃ in magnis domibꝫ/ cũ aliqui ꝓbabiles fuerint eoꝝ/ qui in domo pꝛimi ſunt: et admodũ fuerint appꝛobati: ⁊ oĩa ipſis credita fuerint/ ⁊ multã circa dominos ſuos fiduciã habuerit: tamẽ dominꝰ eoꝛum dicit̃: ⁊ multos quis inueniet ita vocatos: quid aũt dico. Sic eñ dici poteſt deꝰ nõ gentiũ ſolũ: ſed totius mundi: ita poſſet dici deꝰ abꝛaã. Sꝫ neſcitis quãta ẽ dignitas/ qꝛ neq̃ adipiſcimur illã. Sicut eñ nũc dñs deus chꝛiſtianoꝝ dicitur: ⁊ tñ excedit hoc nomen dignitatẽ noſtrã: quãtomagis ſi vnius vocatur deus. Intellige quanta eſt magnitudo: qui mundi vocatur deus nõ erubeſcat trium vocari deus: et merito: Non ſolũ mundo equales: ſed mille talibꝫ equiperant meritoꝛum momenta ſanctoꝝ. Melioꝛ quippe vnus faciẽs voluntatem domini: q̃ decem milia iniqui. Qui ṽo ſic ſe peregrinos vocabant: manifeſtum eſt. Sed eſto: iſti foꝛtaſſe ꝓpter ꝑegrinationẽ dicebant ſeipſos peregrinos. Quid aũt etiam dauid: nonne rex erat? nonne ꝓpheta? nonne in ſua patria degebat? Quare ergo dixit peregrinus/ ⁊ hoſpes ſum? Dic ſancte dauid: quomodo es peregrinꝰ? Sicut patres inquit/ mei quia ⁊ illi peregrini erant. Habemꝰ inquit/ patriã reuera patriam. Quomodo ergo tu peregrinꝰ es? In terra inquit: Pꝛoinde etiam illi in terra: ſicut illi inquit/ ſic etiam ego. Sicut ḡ iſte/ ſic etiã illi. Efficiamur itaq̃ etiam nos peregrini/ ne ꝯfundat̃ deꝰ/ vocari deꝰ noſter. Confuſio quippe illi eſt q̄ñ malignoꝛũ hominũ vocat̃: ⁊ cõfundit illos etiã ipe. Sicut eñ gloꝛificat̃/ q̄ñ benignoꝛũ/ ⁊ optimoꝝ hoim̃ vocatur/ ⁊ colentiũ virtutem. Si eñ nos euitamꝰ vocari domini maloꝛũ ſuoꝛũ: ⁊ relinquimꝰ eos: ⁊ ſi nos appellans aliquis dicat: quia ille multa mala operatur: num ſeruus tuus eſt? nõne cõfeſtim dicimꝰ/ qꝛ nequaq̃ repellẽtes oppꝛobꝛiũ? Habitudo eñ quedã eſt ſeruo ad dñm: et tranſit ignominia ab illo ad illũ. Sed illi ita erãt clari: ita cõfidentia pleni: vt nõ ſolum nõ cõfunderet̃ cum ab illis vocabat̃ deꝰ: ſꝫ etiã ipe ad ipos dicebat/ quia ego ſum deus abꝛaã: ⁊ deꝰ iſaac: ⁊ deꝰ iacob. Efficiamur igit̃ nos: o dilectiſſimi/ efficiamur ꝑegrini: vt nõ ꝯfundat̃ de nobis deꝰ: ⁊ nos gehenne cõtradat. Tales quippe erãt illi/ qui dicebãt: Domine/ nõne in nomine tuo pꝛophetauimꝰ: nonne in tuo noĩe virtutes multas



rentur. [Alij autē ludibꝛia/ ⁊ verbera experti ſunt:
inſuper ⁊ vincula/ ⁊ carceres.] Jn iſtis facit finem/
quia maxime iſti familiari ſimilitudine iungebant̄:
et maxime illis iſta afferebāt conſolationem. Quā-
do enim quis in eadem cauſa/ vel in eadem paſſiōe/
aut triſtitia detinetur: ſolatium ex ſimilitudine com-
patiētis accipit. Alioquin ac ſi peioꝛē aliquā paſſio-
nem ducas ſi non ex eadem cauſa oꝛta ſit/ nihil pꝛo-
deſt. Pꝛopterea in hoc ſermonē ſuum concludit: vin-
cula nominās/ ⁊ carceres/ ⁊ verbera/ ⁊ lapidatio-
nes/ ſtephanum ſignificans/ ⁊ zachariā. Pꝛopte͛a
adiunxit: [in occiſione gladij moꝛtui ſunt.] Quid
dicis? [Alij quidem effugauerūt oꝛa gladioꝛū: alij
vero in occiſione gladij defecerūt.] Quid eſt hoc? q̄d
hoꝛum laudas? quid ammiraris hoc/ an illud? Jta
inquit/ hoc idem vobis pꝛoximius eſt: illud aūt lau-
dabile eſt: quia ⁊ circa ipſam moꝛtē pꝛeualuit fides/
et typus futuroꝛū. Duo quippe ſunt miracula fidei:
quia ⁊ impetrat magna/ et patit̄ magna/ et nihil re-
putat pati. Et nō poteſtis dicere inquit/ quia pecca-
toꝛes quidam erant/ ⁊ infimi. Si enim ex alia par-
te totum mundum compares: illos inuenio virtutis
pondere melioꝛes/ ⁊ trutinā attrahētes/ ⁊ honoꝛa-
bilioꝛes valde extātes. Quid igit̄ poſſent hic recipe-
re. Jn hoc loco excitat eoꝛum mentē/ vt nō adhereāt
pꝛeſentibus: ſed ſuperioꝛa ſapiāt ⁊ eminētioꝛa om̄i-
bus/ que ſunt in hac vita. Siquidem omnis mun-



dus non eſt dignus in eoꝛum comparatione. Quid
igit̄ vis in hac vita recipere? Jniuria quippe ē/ ſi in
hac vita mercedē recipias. Non itaqꝫ ſecularia ſapi-
amus/ neqꝫ in hac vita queramus recipꝛocationem
neqꝫ intantū ſimus pauperes. Si em̄ omnis mun-
dus nō eſt dignus eis/ cur partē aliquā queris? Et
merito. Amici quippe ſunt dei. Mundū autem in
hoc loco dicit: aut multitudinē hominū: aut ipſam
creaturam: aut vtrūqꝫ. Solet enim ſcriptura vtraqꝫ
mundū appellare. Si cuncta creatura inquit/ cum
om̄ibus hominibꝫ cōſtituat̄/ nunq̄ꝫ in comparatio-
ne hoꝝ digna eſſet: ⁊ merito. Sicut enim decem mi-
lia pondera palearum/ vel feni/ in comparatiōe de-
cem margaritarū digna nō eſſent/ ſic neqꝫ illi. [Me-
lioꝛ inquit/ vnus faciēs voluntatem dei/ q̄ꝫ decem
milia iniqui.] Decem milia em̄ nō plurimos dixit:
ſed multitudinem infinitā: intellige ergo quantꝰ eſt
iuſtꝰ. Dixit ieſus naue: Stet ſol circa gabaon/ ⁊ lu-
na circa vallem haylon ⁊ factum eſt. Ueniat igitur
omnis mūdus: magis aūt duo/ aut tres aut quat-
tuoꝛ/ ⁊ decem/ ⁊ viginti dicant/ ⁊ faciāt hoc: ſed nō
poterūt. Amicus vero dei creaturis amici ſui impera-
bat: magis autem amicū ſuum poſtulauit/ ⁊ obedie-
runt ſerui. Et ille q̄ deoꝛſum erat/ ſuperioꝛibꝫ impe-
rabat. Jntueris quia hec ad ſeruitutem facta ſunt/
curſum diſpoſitum peragentia. Hoc etiam ab illo
opere moyſi maius eſt. Quid ita? Non enim equa-
le eſt mari imperare ⁊ eis/ qui in celo ſunt. Magnū
quidem ⁊ illud eſt/ ⁊ valde magnū: verūtamē nihil
ſimile: quid igitur/ foꝛma erat ieſu illud nomen. Je-
circo igitur hoc factum eſt. Etiam ꝓpter ipm voca-
bulum: reuerita eſt creatura: quid ergo. Alter aliq̄s
nō eſt vocatus ieſus niſi iſte. Sed iſte ad hoc vocatꝰ
eſt in typo. Etem̄ auſes dicebat̄. Pꝛopterea muta-
tum eſt nomē eiꝰ. Pꝛenūciatio quippe fuit et ꝓphe-
tia: quippe introduxit populū in remiſſionem/ ſicut
ieſus in celum: nō ſicut lex/ neqꝫ moyſes: ſed defoꝛis
permanſit. Nō valet lex introducere: ſed gratia. Jn-
tueris foꝛmas iam inde ab initio deſcriptas. Jmpe-
rauit creature vt ita dicam: ipi capiti deoꝛſum ſtās:
vt quādo vides in hoīs habitu ieſum eadē ipſa di-
centem: nō turberis/ neqꝫ mireris. Jpſe etiā moyſe
viuente ſuperauit bella: ſic etiā lege viuente ipe cū-
cta diſpenſat: ſed nō manifeſte. Attamen videamus
quāta virtꝰ eſt ſanctoꝝ/ ⁊ in hac vita tāta operant̄.
Si hic tāta faciūt/ que ⁊ angeli: quid iam illic quā-
tam habebūt claritatem? Arbitroꝛ ꝙ vnuſquiſqꝫ ve-
ſtrum vellet eſſe talis/ vt poſſet imperare ſoli/ et lu-
ne. Jn hoc loco q̄ dicūt ſpherā eſſe celū: q̄d dicūt: q̄re
em̄ nō dixit ſtet ⁊ ſol: ſed addidit ſtet ſol circa gabaō:
⁊ luna circa vallem haylon: hoc eſt maioꝛē diem ope-
rentur. Hoc etiam in ezechia cōrigit/ repedauit ſol.
Hoc enim illo mirabilꝰ eſt/ vt cōtrariā viā ꝑgeret:
qui nondū ſuū curſum peregerat. Sed his maioꝛa
adipiſcimur ſi voluerimus. Quenam ſunt/ q̄ nobis
chꝛiſtus ꝓmiſit? Nō ſolem ſtatuere/ nō lunā/ nō re-
pedationes ſolis: ſed veniemꝰ ad eum inquit/ ego et
pater/ ⁊ manſionē apud eum faciemus. Quid mihi
opus eſt ſole/ ⁊ luna/ ⁊ iſtis miraculis: ipo domino
cūctoꝝ apud me habitante ⁊ ꝑmanente. Quid mihi
opus eſt ceteris. Jpſe mihi erit ſol: ipe lumē. Dic enī
mihi: quid velles intrās in regnū celoꝝ poſſe cōmo-
uere aliq̄d eoꝝ/ q̄ in celo fixa ſunt: ⁊ tranſmutare de
loco ad locū: an ipm regē ſic tibi familiarem efficere
vt impetrares ab eo/ apud te eū cōmanere. Multo
amplius arbitroꝛ ꝙ iſtud eligas/ q̄ꝫ illud: quid aūt
mirū eſt inquit/ ſi ea que homo impetrat/ hec etiam
chꝛiſtus. Sed chꝛiſtus inquit/ nō rogat patrē: ſꝫ ex
autoꝛitate ꝓꝛia facit. Bene dicis: pꝛoinde cōfitere
pꝛimū hoc/ ⁊ dic q̄m nō rogat patrem: ſed ex autoꝛi-
tate facit: ⁊ tūc interrogabo. Oꝛatio igit̄ deſcēſiōis/
et diſpenſatiōis indiciū eſt. Nō em̄ inferioꝛ eſt chꝛi-
ſtus ieſu naue: ſed vt nos doceret. Sicut em̄ magi-
ſtrū audiens balbutientē/ ⁊ ſingulas litteras dicen-
tem/ nō eum dicis ignoꝛare: cum interrogat: vbi ſit
illa littera: ſcis quia nō ignoꝛans interrogat: ſed di-
ſcipulū volens inſtituere/ ſic ⁊ deꝰ nō opus habēs
oꝛatione oꝛabat: ſed te volēs inſtituere/ vt aſſiduus
ſis ad oꝛationē: vt ſine pꝛetermiſſiōe/ vt ſobꝛie/ ⁊ cū
multa vigilantia oꝛes. Uigilare aūt non in h̄ dico:
vt nocte ſurgat̄: ſed etiam in die ſobꝛiū eſſe in oꝛatio-
ne. Uigilās quippe vocat̄/ qui talis eſt. Nā poteſt
quiſq̄ꝫ ⁊ noctibꝫ oꝛans doꝛmire/ ⁊ in die oꝛās vigi-
lare/ q̄n fuerit anima intenta/ quando intelligit cui
loquit̄/ ad quē illi ſermo eſt/ quando in mente perci-
pit: qꝛ angeli ſunt pꝛeſentes cum timoꝛe/ ⁊ tremoꝛe:
ipſe aūt accedit oſcitans/ ⁊ ſcabiens ſeipm. Magna
arma ſunt oꝛatio: ſi cū integra mēte fiat/ ⁊ vt agno-
ſcas eius virtutem/ etiā impudentiā/ ⁊ iniquitatē/
⁊ crudelitatem/ ⁊ ſupinitatē/ frequēs vincit oꝛatio.
Audiſtis inquit/ q̄d dixerit iudex iniquitatis. Sed
etiā pigritiā ſuperauit. Et q̄d amicitia ꝓmereri non
potuit/ hoc ꝓmeruit aſſidua oꝛatio. Et ſi nō inquit/
ꝓpter amicitiā dabit illi: verūtamen propter mole-
ſtiam eius exurgens dabit illi. Sed etiam indigna
digna facit oꝛatio continua. Nō inquit/ eſt bonum
accipere panē filioꝝ/ ⁊ dare canibꝫ/ etiam dn̄e/ in-
quit: Nam ⁊ canes comedūt de mēſis dn̄oꝝ ſuoꝝ.
Jnſtemus igit̄ oꝛatiōi. Magna arma ſunt oꝛatio/
ſi cū intentione fuerit/ ſi ſine vana gloꝛia/ ſi cum ani-
mo ſincero. Jpſa bella deuicit/ ⁊ vertit in fugā ipam
gentem integrā/ ⁊ indignā/ beneficiū ꝓmereri facit.
Audiui inquit/ gemitū eoꝝ/ ⁊ deſcēdi liberare eos.
Jſta medicamētū eſt ſalutare/ ⁊ ꝓhibitio peccatoꝝ/
et medicina delictoꝛū. Cum hac vidua deſolata ꝑ-
maneat. Si cum humilitate oꝛemus: ſi pectus tun-
damus/ ſicut publicanus: ſi illa loquamur: que ille
loquebat̄/ ſi dicamꝰ: ꝓpitius eſto domine mihi pec-
catoꝛi/ om̄ia adipiſcemur. At ſi em̄ nō ſumus publi-
cani: verū alia plura habemꝰ ab illo nō minoꝛa pec-
cata. Nec mihi dicas quoniam in paruo aliquo pec-
caui: eandē em̄ naturā habet hec res. Sicut em̄ ſi-
militer homicida dicit̄/ qui ſiue pueꝝ/ ſiue virū occi-
dat: ſic ⁊ auarꝰ/ ⁊ qui plura/ ⁊ qui parua diripuit/
et tenere malū in coꝛde nō eſt paruū: ſed etiam gran-
de peccatū. Qui etem̄ tenet inquit/ in coꝛde malū/
viatoꝛ eſt ad moꝛtē: ⁊ qui iraſcit̄ fratri ſuo ſine cau-
ſa/ reus erit gehenne. Et qui dixerit fratrē ſuum fa-
tuū/ ⁊ ſtultū/ ⁊ decē milia alia/ et participamur/ et
tremendis/ ⁊ terribilibꝫ ſacramentis/ ⁊ inuidemꝰ/
et detrahimus: quidā autē veſtrū etiā ſepiꝰ debꝛiā-
tur: hoꝛū vnūq̄dqꝫ etiam ipſe ſolum per ſe ſufficit ad
excludendū de regno. Cum autē in vnū coaceruata
fuerint/ q̄d ſolatiū habebimus? Multa nobis opꝰ
eſt penitentia fratres dilectiſſimi: multa oꝛatione/
multa ꝑſeuerātia: vt poſſimꝰ adipiſci bona/ que ꝓ-
miſſa ſunt. Dicamꝰ ergo ⁊ nos deus ꝓpitiꝰ eſto mi-
hi peccatoꝛi. Magis aūt nō dicamꝰ tantū: ſꝫ etiam

ne ſapiamus/ at ſi nos alter appellet/ non indigne-
mur. Audiebat em̄ ille quia non ſum ſicut hic publi
canꝰ/ ⁊ nō eſt irritatꝰ: ſꝫ magis compunctꝰ eſt. Su-
ſcepit improperiū/ et caruit improperio. Dixit ille
vulnus/ ⁊ queſiuit iſte remediū. Dicamus iterum:
propitius eſto mihi peccatori. Verūtamē ac ſi alius
dicat/ nō traſcamur: ſi em̄ noſipſi nobis dicamꝰ/ ſi
plurima mala: ab alijs aūt audientes inequanimi-
ter feramus: nō erit hoc humilitas/ neqꝫ cōfeſſio ſed
oſtentatio/ ⁊ vana gloria. Oſtentatio quippe eſt vo
care ſeipm̄ peccatorē: humilitatis quippe opinionē
volumus acquirere: apud alios aūt in ammiratio-
ne eſſe. Laudari em̄ volumꝰ. Nam ſi ecōtrario dica
mus noſipſos iuſtos cōtemnimur. Proinde etiam
hoc ꝓpter gloriā facimꝰ. Quid eſt autē humilitatis.
Ut cum ab alio improperiū audimus/ toleremus/
agnoſcamꝰ peccatū noſtrū: ⁊ patienter feramꝰ accu
ſationē. Et neqꝫ hoc adhuc humilitatis eſt: ſꝫ ⁊ inge-
nuitatis. Nunc aūt noſmetipſos quidem dicimus
peccatores/ indignos/ ⁊ cetera plura: ſi vero aliꝰ quiſqꝫ
nobis vnum horum impingat/ ſeuimus/ exaſpera-
mur. Intueris quia nō ē hoc ꝯfeſſio: ſꝫ ingenuitas.
Dixiſti temetipm̄ eſſe talem: nō indigneris etiā cum
ab alio audis/ ⁊ cum redargueris. Sic em̄ tibi pec-
cata leuigabunt/ cum alij improperant. Sibimet-
ipſis quidem onus imponūt: te aūt ad philoſophiā
intromittūt. Aduerte quid dixit beatus dauid/ cū
ei malediceret ſemei. Sine illum inquit/ dominus
precepit ei quatenus agnoſcat humilitatē meam/ ⁊
retribuat mihi dominus bona ꝓ maledictione hac
huius diei. Tu aūt de teipſo dicens nimietatē ma-
lorū: ab alijs aūt niſi magnoꝝ iuſtoꝝ laudes audi-
as exaſperaris. Intueris q̄m laudaris in rebꝫ non
laudandis. Etenim laudes cupiditate aliarū laudū
repellimus: vt maiores iterum mereamur: vt ma-
gis in ammiratione ſimus. Proinde nequaq̄ deſi
derio laudū appetamus humilitatē: vt laudes no-
ſtre amplificent. Si em̄ oīa ꝓpter gloriā faciamus/
nihil ꝓpter veritatē: ꝓpterea cūcta vacua ſunt cūcta
fenea al's fenacea. Iccirco obſecro/ vt vel nunc rece-
damus a matre maloꝝ omniū/ hoc eſt a vana glo-
ria: ⁊ viuamus ſm̄ ꝙ deo placet: vt valeamꝰ futu-
ra bona adipiſci/ in chriſto ieſu domino noſtro: cum
quo patri gloria vna cū ſancto/ ⁊ bono eius ſpiritu:
nunc ⁊ ſemper/ ⁊ in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Homelia. XXVIII. Ex capitulo. XI.

## Ircūierunt in melotis in pel-libus caprinis: egentes: tri-bulati: afflicti: quibus dignus nō erat mūdus iſte: in ſolitudinibus errantes et in montibus: et in ſpe-luncis: et in cauernis terre ⁊c.

Semꝑ quidem: maxime aūt cum ſanctoꝝ recogi-
to virtutes: ⁊ rectitudines operū: tūc mihi occurrit
deſperatio mei: q2 neqꝫ vel in ſomnis experimentū
accipimꝰ bonoꝝ: q̄ illi ꝑ totū vite ſue tempꝰ gerebāt
viri: q nō peccatis luebāt ſupplicia: ſꝫ ſemꝑ ad recti-
tudinē proficiſcētes/ ⁊ ſemꝑ tribulabant. Intellige
quippe in heliā/ ad quē hodie ſermo noſter ꝑuenit.
Ipſum quippe in hoc loco nominat/ ⁊ in ipo defini
uit exempla: qd̄ erat familiare iſtoꝝ/ et ꝓpriū. Et cū
dixiſſet ea q̄ circa apoſtolos geſta ſunt: q2 in occiſiōe
gladij mortui ſunt/ lapidati ſunt/ recurrit ad heliā
qui eadē paſſus eſt: fortaſſis em̄ q2 necdum de apo-
ſtolis tantā opinionē habebāt: merito ex illo qui aſ-
ſumptus eſt/ ſermonē facit: qui maxime erat in am-
miratione. Ex hoc ergo afferre orationē/ ⁊ conſola-
tionē voluit. [Circūierunt inquit/ in melotis/ ⁊ in
pellibus caprinis/ egentes/ tribulati/ afflicti/ qui-
bus dignus nō erat mundus iſte.] Neqꝫ veſtimen
tum habebāt inquit/ ſed erat eis nimietas tribula-
tionis/ nō ciuitatē/ nō domū nō receptaculum. Qd̄
etiā chriſtus dicebat: Quoniā filius hoīs nō habet
vbi caput ſuū reclinet. Quid dico receptaculū non
habebant: nec ſtare ꝑmittebant. Neqꝫ em̄ vel cū ad
ipſas ſolitudines veniebāt ocioſi erant. Nō em̄ di-
xit in ſolitudinibꝫ ſedebāt: ſꝫ etiā ibi fugiebāt/ ⁊ inde
exagitabant: nō ex mūdo tantū: ſed etiā ex inhabita
bilibꝫ locis/ q̄ ibi facta ſunt: ſic eſt inq̄t/ nos culpant
ꝓpter chriſtū. Heliam vero in quo potuerūt culpare?
Exagitabant illū ⁊ inſequebant/ ⁊ cū fame pugna-
re cogebāt: qd̄ etiā iſti tunc patiebant. Decreuerunt
inquit/ illis mittere fratres: eis q̄ tribulabant diſci
pulis: ſm̄ ꝙ facultatem vnuſquiſqꝫ habebat. Defi-
niuit vnuſquiſqꝫ eorū in miniſteriū mittere/ habitā
tibus in iudea fratribꝫ: qd̄ etiam ad iſtos ꝑtinebat.
Afflicti inquit/ et male patientes in itineribꝫ/ et in
periculis. Ex aūt dixit: [circūierūt quidē in ſolitudi
nibus errantes/ ⁊ in montibꝫ/ ⁊ ſpeluncis/ ⁊ cauer
nis terre:] ſicut ꝓfugi: ⁊ ꝑfuge inquit/ ſicut q in tur
pibus eſt deprehenſus/ ſicut indigni ſolent videri.
Neqꝫ in ſolitudinibꝫ inueniebāt refugiū: ſed ſemper
fugiebāt/ diuerſiōes aliquas querebant/ viuos ſe-
ipſos obruere nolebāt/ ſemꝑ in timore erāt: que eſt
ergo merces/ vel q̄ tanta retributio/ et viciſſitudo?
Necdum inquit/ receperūt mercedē: ſed adhuc per-
manēt/ ⁊ ita mortui/ ⁊ in tāta tribulatiōe necdū re-
ceperūt: tantū tempus habēt ex quo vicerunt: ⁊ nec-
dum receperūt: vos aūt in certamine cōſtituti mero
re afficimini: Intelligite itaqꝫ q̄le/ ⁊ q̄ntū eſt/ abraā
ſedere ⁊ apoſtolū paulū expectantes/ q̄n perficiat/
vt poſſint tunc mercedē recipere. Niſi enim etiā nos
illuc venerimꝰ: tūc predixit eis pater nō dare mer-
cedem. Sicut pater bonus amator filioꝝ/ ⁊ proba-
bilibus filijs/ ⁊ opus perficiētibꝫ dicit nō ſe datuꝝ
comedere/ niſi venerint etiā alij fratres. Tu aūt an-
xius es: q2 necdū mercedē accipis. Quid itaqꝫ faciet
abel: qui ante oēs vicit/ et adhuc ſine corona ſedet?
quid noe? quid ceteri illoꝝ temporꝝ/ quia ecce expe-
ctauerūt/ ⁊ alios expectant/ qui poſt te futuri ſunt.
Vide q2 nos in hoc ſuperamꝰ eos. De nobis enim
dixit: melius aliquid ꝓuidit deus/ ne aliquid a no-
bis plus habere viderent: ſi primi q̄ꝫ nos coronarē-
tur/ vnū definiuit tempus omniū coronarū/ et qui
ante tātos vicit annos tecū accipiet coronā. Cōtem
plaris curā/ ⁊ dilectionē diuinā. Et nō dixit ne ſine
nobis coronent: ſed ne ſine nobis conſument: ꝓin-
de etiam perfecti tunc parebūt: preuenerunt nos in
certaminibus: ſed nō preueniūt in coronis. Nō em̄
illos leſit: ſed nos honorauit: nam ⁊ ipi fratres libē
ter nos expectāt. Si em̄ corpus vnū oēs ſumꝰ: ma-
ior ex hoc efficit corpori iocunditas/ cū ſimul/ ⁊ cō-
muniter coronant/ ⁊ nō ꝑ partes. Etenim iuſti etiā
in hoc ſunt mirabiles: quia ſicut de proprijs bonis
ſic gaudēt/ vt de bonis fratrum. Proinde etiam in



illis hoc iuxta votū procedit/ vt cū fratribꝫ coronē-
tur/ vt ſimul glorificent: magna iocunditas [Ideo
qꝫ inquit/ ⁊ nos tantā habētes impoſitā nubem te-
ſtium.] In multis conſolationē ſcriptura aſſumpſit
maiorū ex accidentibꝫ rebus/ ſicut ſolent prophete
ex eſtu/ ex duricia/ ex imbribꝰ. Hoc igit etiā hic di-
cit/ q2 memoriā illoꝝ ſanctoꝝ/ ſicut nubes inflam-
mans ex radio igneo: ſic animam malis oppreſſam
excitat/ ⁊ recreat. Et nō dixit ſuꝑ nos apparentē/ ſꝫ
impoſitam nobis: qd̄ amplius erat. Proinde ī ma-
iori nos fiducia eſſe facit: nubes teſtiū/ ⁊ moles. Et
merito teſtes eos appellauit: nō eos qui in nouo te-
ſtamento fuerunt tantū: ſed etiam illos qui in vete-
ri erant/ ſignificauit. Etenim q2 etiam illi teſtificati
ſunt maieſtati diuīe: ſicut tres pueri: ſicut helias: ſi-
cut omnes ꝓphete. [Deponentes inquit/ omnia.]
Omīa que dicit: hoc eſt ſomnū/ anxietatem/ cogita-
tiones infimas/ oīa humana. [Et circūſtās nos in-
quit/ peccatū.] Circūſtās dixit ſiue ꝙ nos facile cir-
cūueniat: ſiue ꝙ ipm̄ circūueniri facile poſſit: magis
aūt hoc arbitror dici: facile em̄ ſi velimꝰ/ ſuꝑualemꝰ
peccato. [Per patientiā inq̄t/ curramꝰ ꝓpoſitū no-
bis certamen.] Nō dixit ceſtibꝫ dimicamus/ neqꝫ
athletico more pugnemꝰ/ neqꝫ bella geramꝰ: ſꝫ qd̄
omnibꝫ eſt leuius hoc nomīauit/ curſum appellās.
Neqꝫ dixit addamꝰ curſui noſtro: ſed in eodem ipſo
ꝑmaneamus nō diſſoluamur: [Curramꝰ inq̄t/ ꝓ-
poſitum nobis certamen.] Deinde adiungit ſummā
⁊ caput oratiōis: qd̄ em̄ primo poſuerat/ hoc etiam
nouiſſime ponit/ hoc eſt chriſtū. [Aſpiciētes ī aucto
rem fidei/ ⁊ cōſumatorē ieſum.] Qd̄ etiā ipſe chriſtꝰ
diſcipulis ſuis ſepius cōmendabat. Si patrēfami-
lias inquit/ beelzebub vocauerūt: quātomagis do
meſticos eius? Et iteꝝ: Non eſt diſcipulus ſuꝑ ma-
giſtrum: neqꝫ ſeruus ſuꝑ dominū ſuum. [Aſpicien-
tes inquit:] hoc eſt vt diſcamus currere. Sicut em̄
filij parentes/ ⁊ diſcipuli in certaminibꝫ magiſtros
attendunt/ informantes mentē ex parte doctoꝝ per
viſum regulas quaſdā ſumentes: ſic etiam hic ſi vo-
lumus currere/ ⁊ diſcere/ vt bene currāmꝰ ad chri-
ſtum: attendamus auctorē inq̄t/ fidei noſtre/ ⁊ cōſu
matorē ieſum. Quid eſt hoc? Hoc ē quia ipſe nobis
fidem infundit: etenim ad diſcipulos ſuos dicebat:
Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos. Et Pau-
lus item dixit: Tunc cognoſcā ſicut/ ⁊ cognitꝰ ſum.
Ipſe initiū nobis impoſuit: ipſe etiam finem ponet.
Qui ꝓ gaudio ſibi ꝓpoſito ſuſtinuit crucē/ cōfuſiōe
cōtempta/ hoc eſt: licebat illi nihil pati ſi vellet. Nō
enī peccatū fecit: neqꝫ dolus inuentꝰ eſt in ore ipſiꝰ:
ſicut ⁊ ipſe dixit in euangelio: Veniet princeps huiꝰ
mundi/ ⁊ in me nō habet quicq̄ꝫ. Adiacebat igit illi
ſi vellet nō venire ad crucem. Poteſtatē quippe ha
beo inquit/ ponere animā meā/ ⁊ poteſtatem habeo
iterū ſumendi eam. Si igitur qui nullā habuit ne-
ceſſitatem: vt crucifigeret/ crucifixus eſt ꝓpter nos/
quātomagis nos iuſtum eſt omīa fortiter tolerare.
[Qui pro gaudio ſibi ꝓpoſito inquit/ ſuſtinuit cru-
cem/ confuſione cōtempta.] Quid eſt confuſiōe con
tempta? Probroſam inquit/ ſuſtinuit mortē. Eſto.
Igit moriebat: qd̄ etiā vt ꝓ ſe moreret. Pro nulla
alia cauſa niſi vt nos doceret/ nihil exiſtimare glori
am: q̄ ab hominibꝫ defert. Iccirco nō ſubiectus mor
ti ſuſcepit mortē/ docēs nos ꝑſumere cōtra mortē/
⁊ eam nulliꝰ exiſtimare momenti. Quare non dixit
triſticia cōtempta: ſed cōfuſione cōtempta? Quoniā
nō cū triſticia mortē ſuſtinuit. Nouiſſime autē quid
factū? In dextera inq̄t/ ſedis dei conſidet. Vides ꝑ-
miū: qd̄ etiam Paulus ſciens: dicit: Propter qd̄ ē
deus illū ſuperexaltauit/ et donauit illi nomē quod ē
ſuꝑ omne nomen: vt in nomine ieſu omne genu fle-
ctat. Eum qui ſm̄ carnē eſt ſignificat. Maxime aūt
ac ſi nullū eſſet premiū: ipſum ſolū exemplū idoneū
erat ad perſuadendū omnia tolerare. Nunc aūt etiā
premia promittunt: nō quelibet: ſed valde magna/
et ineffabilia. Proinde etiā nos cum aliq̄d tale paſſi
fuerimus/ ante apoſtolos ipſos chriſtū cogitemus.
Quare? quia tota vita eius cum multa fuit iniuria.
Etenim ſemꝑ audiebat ꝙ inſanus eſſet/ ⁊ ſeductor/
et magus. Et nūc q̄dā dicebāt iudei: nō inquit: ſꝫ ſe-
ducit populum. Et iteꝝ: Seductor ille dixerat ad-
huc viuens quia poſt triduū reſurget. Iteꝝ eum de
arte magica crimīabant/ dicētes: In beelzebub ex-
pellit demonia/ ⁊ quia inſanit/ ⁊ demonium habet.
Nonne bene dicimꝰ inquiūt/ nos: q2 demoniū ha-
bet/ ⁊ inſanit. Et hec audiebat ab illis/ ipſe benefi-
cia preſtās/ mirabilia faciēs/ opera dei demōſtrās:
⁊ ſi quidem nihil faceret: ⁊ ſic iſta audiret: nihil eſſet
mirabile. Cum vero docēs q̄ ad veritatē pertinebant
audiebat ꝙ ſeductor eſſet/ ⁊ demones excludēs: de-
moniū habere dicebat: ⁊ omīa mala ſubuertēs ma
gus appellabat/ res valde lugēda eſt: ſic quippe eū
ſepius accuſabāt. Si aūt vis ⁊ reprehenſiōes/ ⁊ ir-
riſiones agnoſcere: quas aduerſus eum faciebant/
que ſolēt maxime animas noſtras mordere/ aduer-
te. Primū ex genere illi detrahebāt: Nonne hic eſt
filius fabri/ cuiꝰ nouimus nos patrem/ et matrē?
Nonne fratres eius oēs apud nos ſunt? Iterū de-
trahebāt illi de patria: dicētes ex nazareth illū eſſe.
Et iterū: Interroga inquit/ ⁊ vide: q2 ex galilea ꝓ-
pheta nō exurget. Et tolerabat tātas calūnias pa-
tiens. Et iteꝝ dicebant: Nōne ſcriptura dicit: quia
chriſtus ex bethleem vico venturus eſt? Vis etiam
audire irriſiones quas faciebāt. Venientes inquit/
ad ipſam crucē/ adorabant illū/ ⁊ cedebant/ ⁊ colla-
phizabant/ ⁊ dicebant ei: Dic nobis: quis eſt qui te
percuſſit? Et acetum dabāt ei dicentes: Si filiꝰ dei
es/ deſcende de cruce. Adhuc etiā ⁊ ſeruꝰ principis
ſacerdotū alapam dedit ei: et dixit: ſi male quidē lo-
cutus ſum teſtificare de malo: ſi autē bene quid me
cedis? Et illudētes chlamidē coccineā circūdederūt
eum: ⁊ ſpuebāt in faciem eiꝰ. Sed etiā temptamēta
ei ſepius ingerebāt/ temptātes eum. Vis etiā accu-
ſatiōes audire/ ſiue que ſecreto/ ſiue que palam ab
eiꝰ diſcipulis fiebāt. Nunquid ⁊ vos inquit/ vul-
tis abire? Sed etiam demoniū habes a fidelibꝫ iā
dicebat. Nonne ⁊ ipſe ſemꝑ fugiebat? Et nūc quidē
in galileā: nūc aūt in iudeā? Nōne ab incunabulis
ipſis plurime illi temptationes facte ſunt? Nonne
adhuc infantulo cōſtituto mater eius eum accipiēs
deſcendit in egyptū? Propter hec igit omīa dixit:
[attendentes in autorē fidei/ ⁊ cōſumatorē ieſum: q
pro gaudio ſibi propoſito ſuſtinuit crucē/ confuſiōe
cōtempta/ in dextera ſedis dei conſidet.] Nūc igit
intendamꝰ in ea/ q̄ diſcipuli eius ꝑpeſſi ſunt. Lega-
mus dicta Pauli/ ⁊ audiamꝰ eū dicentē: In ſuſti-
nētia multa/ ī tribulatiōibꝫ/ ī anguſtijs/ in plagis/
ī carceribꝫ. Et iteꝝ: Uſqꝫ ad hāc horā/ ⁊ eſurimꝰ/ ⁊
ſitimꝰ ⁊ nudi ſumꝰ/ ⁊ collaphizamur/ ⁊ inq̄etamur:

et lugemus:operantes manib⁹ noſtris. Maledicti
benedicimꝰ:paſſi pſecutionē patiēter ferimus:blaſ-
phemati obſecramꝰ. Rogo quis vel minimā partē
hoꝝ paſſus eſt. Sicut ſeductores inq̄t/ ſicut inho-
norati/ ſicut nihil habētes: Et iteꝝ:Quinquies qua
dragenas vna minꝰ accepi a iudeis. Ter virgis ce-
ſus ſum/ ſemel lapidatꝰ ſum/ die ⁊ nocte in profun-
do maris fui/ in itinerib⁹ ſepe tribulationib⁹ angu-
ſtijs fui/ ⁊ fame. Et qꝛ hec deo placebāt/ audi eū di-
centem: Propter hoc tertio dominū rogaui/ et di-
xit/ mihi ſufficit tibi gratia mea. Virtus eñ in infir-
mitate perficit. Propterea inquit/ glorior in infir-
mitatib⁹ meis/ in tribulationibus/ in neceſſitatib⁹/
in anguſtijs/ in plagis/ in carcerib⁹/ vt inhabitet in
me virtus chriſti. Sed etiā audi chriſtum dicentē:
In mūdo inquit/ tribulationem habebitis. [Reco
gitate inq̄t/ talem cōtradictionē eū a peccatorib⁹ eſſe
paſſum: ne fatigemini animis v̄ris diſſoluti.] Si
eñ ꝓximoꝝ paſſiōes erigūt nos: quantā alacritatē
nobis effecerint dn̄i paſſiones? Quid vos non eſtis
operati? Pretermittens om̄ia ꝑ cōtradictionē totū
ſignificauit. Addendū etiā tale/ hoc eſt plagas/ q̄s
accipiebat in capite/ irriſiones/ iniurias/ impope-
ria/ illuſiones. Omnia hec noīe cōtradictiōis inti-
mauit: et non illa tantū: ſed ⁊ alia/ q̄ circa vitā ſunt/
paſſiōes chriſti/ ⁊ paſſiones apoſtoloꝝ. Sic eñ ſcie
bat meliorē hanc viam eſſe virtutē: vt etiā ipſe q̄ ea
opus non habebat/ ꝑ eam pergeret. Intantū noue
rat tribulationē cōducibilē nobis eſſe: ⁊ magis cau
ſam eſſe quietis. Audi eñ ip̄m dn̄m dicentem: Niſi
eñ quis tulerit crucē ſuam/ ⁊ venerit poſt me/ non
eſt me dignꝰ. Si diſcipulus es inq̄t/ magiſtrū imi
tare: hoc quippe eſt diſcipuli. Si vo ipſe quidē ꝑ tri
bulationes ꝑrexit: tu aūt ꝑ requiē vis ire: nō eandē
viā vis ꝑgere/ quā ille perrexit: ſed aliā. Quō ḡ ſe-
queris nō ſequens: quō eris diſcipulus nō ſectans
magiſtri veſtigia? hoc etiā paulus dixit: Nos infir-
mi: vos aūt fortes. Nos ignobiles: vos āt nobiles
Et quō inquit/ hoc habet rationē/ ſi cōtraria emula
mini. Et vos quidē eſtis diſcipuli: nos autē docto-
res. Magnū itaqꝫ bonū fratres dilectiſſimi eſt tri-
bulatio: duo nāqꝫ perficit magna/ ⁊ a peccato mun-
dat/ ⁊ fortiores reddit. Quid ergo ē inquit: dicet ali
quis: ſi ſubuertat aliquē/ ⁊ perdat: nōne tribulatio
hoc facit? Sed ſi hoc cōtingit: noſtra hoc ignauia fa
cit. Quō inquit? ſi ſobrij ſumꝰ: ſi deū deprecemur/
vt nos nō derelinquat temptari ſupra q̄ꝫ poſſumꝰ:
ſi ſemꝑ ip̄m teneamus: ſi ſtemus fortiter/ ⁊ aciem cō
ponamus vſqꝫquo ip̄m habebimus auxiliatorē: ac
ſi omnib⁹ ventis vehementius irruāt temptatiōes
veluti ſtipula nobis erūt/ ⁊ foliū qđ fert in aere: au-
di paulū dicentē: In his omnib⁹ ſuꝑuincimus. Et
iterū: Exiſtimo eñ quoniā nō ſunt condigne paſſio-
nes huiꝰ temporis ad futurā gloriā que reuelanda
eſt in nos. Et iteꝝ: Momentaneū eñ/ ⁊ leue tribu
lationis excellēs pondus eterne glorie in nobis ope
ratur. Attende igit̄ qualia pericula/ quāta naufra-
gia: ⁊ cōtinuas tribulatiōes/ ⁊ alia hm̄oi leuia eſſe
dicit. Emulare hunc adamantem/ qui veluti ſi iam
ſuꝑuacue indueret corpore: ita gerebat hāc vitā. In
paupertate es: ſed nō es in quāta fuit paulus: qui
etiam in fame examinatꝰ eſt/ et ſiti ac nuditate. Sꝫ
neqꝫ vno die hec paſſus eſt: ſed perpetuo talia ſuſti-
nebat. Unde hoc certū eſt? Aduerte illum dicētem:
Uſqꝫ in hāc horā ⁊ eſurimꝰ ⁊ ſitimus ⁊ nudi ſumꝰ.
O rem ammirabilem: cum tanta in predicatiōe glo
riam poſſideret/ cū tanta patiebat: et fortaſſis reli-
quū annū vite agebat/ quando iſta ſcribebat. Scio
enim hominē ante annos quattuordecim/ ſiue ī cor-
pore/ ſiue extra corpꝰ neſcio. Et iteꝝ: Poſt tres an-
nos inquit/ aſcendi hieroſolymā. Et iteꝝ audi eū di
centem: Bonū mihi eſt mori/ q̄ꝫ vt gloriā meā exina
niat quiſqꝫ. Non ſolū aūt hoc: ſed etiā iterū dicebat
ſcribēs: Sicut purgamēta mūdi facti ſumꝰ. Quid
eſt in q̄ꝫ fame/ et ſiti deterius? quid frigore ſeuiꝰ? qđ
fratrū inſidijs periculoſius? quos etiam falſos fra
tres appellat? Nōne morbus mundi vocitabatur/
atqꝫ deceptor? Nonne ſubuerſor? Nonne verberib⁹
cōcidebat? Hec in mentē ſumamꝰ fratres dilectiſſi-
mi: hec conſideremꝰ: hec in memoria teneamꝰ ⁊ nū-
q̄ꝫ diſſoluemur/ at ſi iniurias patiamur/ at ſi rapi-
nas/ at ſi decem milia peſſima patiamur: contingat
nos in celis ꝓbabiles apparere: ⁊ om̄ia hec portabi
lia ſunt: contingat nos illic bene agere: ⁊ res huius
vite nulliꝰ momēti ſunt. Umbre ſunt iſta ⁊ ſomniū
qualiacūqꝫ ſint/ illa ſperemꝰ ⁊ ſpectemꝰ: iſta nobis
mala nulla apparebūt: vel ex nature conſideratiōe:
vel temporis. Quid enim valēt eſſe/ cum ad illa ſe-
uiſſima comparant. Quid ad ignē inextinguibilē:
quid ad vermem/ qui nō morit: quid ex huius vite
rebus equale poſſis edicere? Quid ſtridori dentiū/
vel vinculis/ vel exteriorib⁹ illis tenebris cōpara-
bis? Quid illi ire: quid tribulationi: qđ anguſtie qđ
tempus poteris comparare? Quid ſunt decē milia
anni cū ſecula cogitas infinita? Nōne q̄tum eſt ſtil-
licidium minimū abyſſo comparatū. An forte illis
bonis hec bona cōparanda putant? Sed illic imen
ſitas eſt bonoꝝ: qđ oculus nō vidit/ nec auris audi
uit: ⁊ in cor hoīs nō aſcendit: ſed hec etiā per infinita
ſecula ꝓtendunt. Pro his itaqꝫ milies cōcidi q̄s nō
eligat: occidi/ comburi/ ⁊ mille mortib⁹ ſubijci: ⁊ q̄c-
q̄d dici poteſt ſeuiſſimū tolerare/ vel verbo/ vel ope
re. Si eñ in dignis cōbuſtiōe eſſet viuendū/ nōne
tolerandū erat/ vt poſſimus adipiſci illa: q̄ nobis re
promiſſa ſunt bona. Sed q̄d hec loquor/ pene deli-
rans/ ad hoīes loquēs/ q̄ necdū pecunias cōtemne
re patiunt: ſed veluti īmortales ita cuſtodiunt: at ſi
parua ex plurimis dederint integrum opus ſe exiſti
mant ꝑfeciſſe: ſed non eſt hec elemoſyna. Elemoſyna
eñ illa eſt/ qualis fuit illiꝰ vidue: q̄ totam vitā ſuā
euacuauit. Si autem nō poteris tantū dare q̄tum
illa vidua dedit/ ſaltem qđ tibi ſuperabundat/ non
dubites impartire. Habeto ſufficientiam quid tibi
ſuperuacaneis opus eſt: ſed nullus eſt qui vel illud
qđ ſuperabundat/ offerre velit. Donec enim habes
ſeruos plurimos/ ⁊ veſtimenta ſerica: cūcta hec co-
gnoſce ſuperflua: neceſſariū horum nihil eſt/ vel q̄s
vſus indigeat/ vl' ſine quib⁹ viuere nō valeas. Hec
ergo ſuꝑflua eſſe cognoſce/ ⁊ oīa que exteriꝰ adiacēt
nobis: ⁊ ſine quib⁹ viuere poſſumꝰ/ ſuꝑflua eſſe cer
tum eſt. Uideamus itaqꝫ ſi placet ſi ſolos duos ſer-
nos habeamꝰ/ vtrū viuere poſſimus. Nonne ſunt
plurimi/ qui ſine ſeruulis viuūt? Qualē ḡ nos excu
ſationē habere poſſumus/ quibus nō ſufficiūt duo
ſerui? Poſſumus etiam domum ex laterib⁹ habere
conſtructam/ duo vel tria habitacula concludentē/
que vſui noſtro ſufficiant. Nonne ſunt etiam pleri-
qꝫ qui cum filijs et vxore vnum habitaculum poſſi-
dent. Sint tibi etiā ſi volueris pueri duo. Sed cō-
fuſio (inquit) eſt ſi cū duob⁹ ſeruulis matrona proce
dat. Nō eſt cōfuſio: ſꝫ magis cōfuſio eſt cū plurimis
ambulare: fortaſſis eñ etiā irridetis hec audiētes.
Credite mihi quia hec eſt cōfuſio. Sicuti nūdinato
res pecoꝝ/ vel ſicut caupones venaliū ſeruulorum
ita magnū h̄ putatis cū ſuis plurimis ambulare.
Typhꝰ eſt iſtud/ ⁊ vana gloria/ illud autē ꝓhetia
⁊ honeſta moderatio. Matronā quippe nō ex nu-
meroſitate ſeruoꝝ cōdecet apparere. Que nāqꝫ vel
virtus/ vel laus eſt ſuos plurimos poſſidere: hoc
quippe ad animā nō ꝑtinet. Qđ autē ad animā non
pertinet nullū oſtēdit libertatis/ vel honeſtatis in-
diciū. Qñ eñ paruis cōtenta eſt: tunc ſe verā matro
nā eſſe declarat. Qñ vero multis indiget/ tūc vere
ancilla eſt/ ancilliſqꝫ deterior. Dic eñ mihi nōne an
geli ſoliti totū mundū circūeunt/ ⁊ pediſſequis nul-
lis egent. Num ꝓpterea nobis inferiores exiſtunt?
indigentib⁹ nō indigentes? Si itaqꝫ nequaq̄ꝫ indi-
gere pediſſequo angelicū quidē eſt: que eſt ergo que
angelice vite ꝓpinqua eſt? Illa ne que plurimis in-
diget ſeruis: an q̄ paucis? Ita ne hoc nō eſt cōfuſio?
Cōfuſio nāqꝫ eſt/ abſurdū aliquid opari. Dic enim
mihi: que ad ſe cōuertit ſtātes in publico: que habet
ſeruoꝝ obſequiū plurimoꝝ/ an illa q̄ paucoꝝ. Sed
etiā ea que ꝑpaucos ſecū adducit: nōne illa honeſti-
or eſt/ que ſola ꝓcedit/ ⁊ pene nullius occurrit obtu
tibus? Intueris quia illud magis eſt ꝯfuſio. Que
nāqꝫ ꝯuertit oculos aſtantiū in plateis: q̄ pulchris
⁊ precioſis vtit veſtimētis: an illa que ſimplicit ſuū
ꝯtegit corpus: ⁊ cū decore honeſtatis/ ac pudore in
cedit. Nōne iſtā pene nec videmꝰ: at ſi videamꝰ ocu
los reuocamus: illā aūt nō ſolū cōpellunt plurimi
cōtueri: ſed etiā interrogāt: que nā illa ſit/ ⁊ vnde/
Et pretermitto dicere/ quāta ex hoc inuidia generat.
Quid ergo eſt turpe videri? quādo ꝯfuſio maior eſt
quādo illā omnes attendūt: an quādo nullus attē-
dit? Quādo de illa cognoſcūt/ an quādo curā faciūt
requirendi? Contēplaris quia nō pro cōfuſiōe: ſed
ꝓpter vanā gloriā gerimus vniuerſa. Uerūtamen
quia impoſſibile eſt mentes veſtras abducere: ſuffi
cit mihi interim/ vt doceamini: quia nō eſt iſta cōfu-
ſio. Solū quippe peccatū iudicandū eſt eſſe cōfuſio
nem: qđ magis minime iudicamus: ſed omnia poti-
us q̄ꝫ hoc confuſionē eſſe decernimꝰ. Ueſtimēta ha
benda ſunt neceſſaria: nū etiā ſuꝑuacanea? Uerum
tñ ne vos in multā anguſtiā retrudamꝰ: illud am-
moneo: quia auro vobis opus nō eſt: neqꝫ ſubtiliſſi
mis veſtib⁹. Et hec nō ego dico: ⁊ quia nō mea ſunt
iſta verba/ audi beatū Paulū dicentē/ ⁊ āmonētē
mulieres/ vt ornent ſeipſas: nō in tortis crinib⁹/ vl'
auro/ vel margaritis/ vel veſtib⁹ precioſis. Sed q̄
liter ornari precipis mulieres o apl'e? dicito: Fortaſ
ſis eñ dicunt: quoniā q̄cūqꝫ aurea ſunt illa/ ſunt ꝓ-
cioſa: ſerica vo nō ſunt. Dic ergo qualib⁹ veſtib⁹ vis
mulieres ornari? Habētes (inquit) victū ⁊ tegumē
tū/ his cōtēti ſimꝰ. Tale ſit ergo hominis veſtimē-
tū: vt tm̄mō cōtegat. Propterea eñ nobis iſta tri-
buit deꝰ: vt opiamꝰ nuditatē: hoc aūt qualecūqꝫ ve
ſtimentū valet efficere qđ parui ſit p̄cij: fortaſſe ride
tis/ que ſericis circūdate eſtis veſtimentis. Opor-
tet quidē ridere: ſi attēdamꝰ q̄d Paulus precipiat:
quid nos ecōtrario faciamꝰ. Nō eñ mihi ad ſolas
mulieres ſermo dirigit: ſed etiā ad viros. Omnia
eñ reliqua que habemꝰ ſuꝑuacua ſunt. Soli pau-
peres ſuperuacanea/ ⁊ vana nō poſſident: fortaſſis
autē etiā ipſi ex neceſſitate. Ceterū ſi liceret/ neqꝫ il-
li prorſus abſtinēt. Uerūtñ ſiue ꝑ occaſionē/ ſiue ꝑ
veritatē interim illi ſuperflua non habēt. Et talib⁹
q̄ppe debemus indui veſtimētis: que neceſſitatem
ſuppleāt. Quid eñ opus eſt plurimis aureamētis
Eis eñ qui in ſcena ſunt iſta ꝯueniūt: hec illaꝝ ſunt
indumēta mulieꝝ/ hoc eſt meretricū: que omnia ad
hoc faciūt/ vt libēter ſpectent. Illa igitur q̄ deſcēdit
in ſcenā cōponatur: q̄ ingredit in orcheſtrā/ oēs eñ
cupit ad ſe attrahere: Que autē pietatē ꝓfitetur: nō
ita ſe debet ornare: ſed aliter. Habes nāqꝫ ornatum
ſatis illo maiorē/ habes ⁊ tu ſpectaculū: ad illud te
ſpectaculū cōpone: illo te ornatu circūdato. Qđ er-
go tibi eſt ſpectaculum? Angeloꝝ innumera multi-
tudo nō virginū tñ dico: ſed etiā ſeculariū mulieꝝ:
omnes qui in chriſto crediderūt/ illud habēt ſpecta-
culū. Talia fabulemur vt iocūditatē illis ſpectatori
bus afferamꝰ. Talib⁹ circūdator veſtimētis/ vt il-
los exhilares. Dic eñ mihi ſi mulier meretrix dimiſ
ſis aureis ornamētis/ ⁊ precioſiſſimis indumētis:
⁊ riſu/ ⁊ facie iā turpitudine infecta/ ⁊ vrbanitate cō
dita vili circūdetur indumento: ⁊ ſine aliquo ſtudio
cōponat ſe/ vel arte intret: ⁊ verba q̄ ad pietatē per-
tinent eloquat/ ⁊ de pudicitia ſermonē faciat/ nihil
turpe permiſcens: nōne cōfeſtim vniuerſi cōſurgēt?
Nōne ſpectaculū dimittetur: nōne abijcietur: velut
incōcinnis/ ⁊ neſciēs populo coaptare/ ⁊ extranea
loquēs/ que nihil theatro cōueniūt. Sic etiā ſi tu il
lius ornatu volueris decorari: ⁊ ingrediaris ſpecta
culū celi: cōfeſtim te ſpectatores abijciūt. Illic enim
nō eſt opus aureis indumētis: ſed alijs opus eſt re-
bus iſtis de qualib⁹ dixit ꝓpheta: In fimbrijs deau
ratis circūſepta varietate: nō vt candidū corpus ef
ficias: vl' vt nitorē ⁊ ſplēdores adijcias: ſed vt aīam
tuā aureis reddas virtutib⁹ decoratā: ipa q̄ppe eſt q̄
in illo ſpectaculo certamē aggredit. Om̄is quippe
gloria filie regis intrinſecus. His indue te ⁊ labo-
ribus te plurimis liberabis. Nā ⁊ viꝝ tuū cura ex
oneras/ ⁊ te ſollicitudinis reſoluis angorib⁹: vene-
rabilis vero cū reb⁹ nō egueris plurimis. Omnis
eñ homo cōſueuit cōtemnere indigētes ſe. Cū autē
viderit aliquos nō ſe opus habere cōtrahit intelle-
ctum ſuū: vt eis in locutiōe pari honore reſpondeat.
Cum vero viderit vir quoniā in nullo eo indiges:
quia contemnis eius munera: ac ſi ſit valde ſuper-
bus: tamē te magis tūc venerabitur: q̄ꝫ ſi vtaris au
reis ornamētis: ⁊ iam nō eris eiꝰ ancilla. Solemꝰ
enim humiliari illis/ quos nos opus habere ſenti-
mus: ſi vere noſipſos abſtineamꝰ: nequaq̄ꝫ erimus
ſeruili humilitate ſubiecti. Sed cognoſcit: qꝛ ꝓpter
timorē dei obediētie illi munus exoluimus: nō pro
pter illa que poſſit ipſe nobis tribuere. Nūc autem
velut magnū aliquod nobis preſtans quantūcūqꝫ
a nobis honoris accipiat: nō ſe putat pro merito re
cepiſſe. Tūc aūt ac ſi parua illi honorificētia defera
tur cū gratia magna ſuſcipiet: nō exprobrat/ neqꝫ cō
pellitur ꝓpterea aliena diripere. Quid eñ inhone-
ſtius/ q̄ꝫ vt aurea ꝯficias ornamēta: que in balneis
⁊ in plateis ſordib⁹ maculent: ſed in plateis fortaſ-
ſe/ vl' in balneis inq̄nari nō eſt mirꝝ. Quid q̄ etiā in
eccl'ia/ q̄ ſe ita cōponūt/ ampliꝰ ſordidāt. O magnꝰ
riſus: q̄d eni ſibi vult/ vt cū aureis ornamentis in-

grediatur in hūc locū/ vel veſte precioſa? Nōne audiunt/ vt ſeipſas ornēt/ nō auro/ non margaritis/ non veſtibus precioſis. Cum ergo ingrederis o mulier: niſi velut repugnās Paulo/ ⁊ oſtendēs quoniam etiā ſi milies hoc dicat: tu minus aduertis. An ingrederis veluti volens nos doctores redarguere eo ꝙ vano iſta loquamur. Dic enī mihi ſi quiſqꝫ paganus/ ⁊ infidelis audiat cū legitur locus iſte/ in q̈ hec beatus precepit Paulus: quid de nobis criſtimet: aut ſi quiſqꝫ paganus habēs mulierem cognoſcat quoniā multā curam gerit componēdi ſe/ vl' ornandi/ ⁊ circūdari aureis ornamētis: pergat autem ad eccleſiā/ ⁊ aduertat apoſtolū cōmonentē/ neqꝫ auro/ neqꝫ margaritis/ neqꝫ veſtibus precioſis debere mulierem ornari: nōne ſtatim dicit ad ſeipſum videns eā in thalamo ſuo tā varijs modis ornari: nōne ſtatim heſitat dicens/ quid intus: mulier ornat̄ in thalamo: quid conatur: quid aurotextis induit̄? Ubi nā ambulare diſponit? Nū ad eccleſiā? Quare? Ut audiat ſe debere veſtibus ornari precioſis. Nōne ridebit? Nōne cachīnos altꝰ eleuabit? Nōne chriſtianoꝝ religionē deceptionē/ ⁊ ſeductionem eſſe iudicabit. Propterea obſecro vt aurotextas veſtes/ aureaſqꝫ ornamēta pompis relinquatis/ ⁊ ſcenis/ ⁊ eis que in ſuis ergaſterijs talia venundanda ꝓponunt. Dei autē imago nō vult talibus adornari. Honeſta mulier honeſtate decoret̄. Honeſta autem illa eſt: que typhū non habet: que ornatū nō habet ſecularē. At ſi volueris gloriā que eſt apud homines adipiſci: iſto magis eā adipiſcer̄ modo. Nā viri diuitis mulierē nō ita ſolemus ammirari cum aureis ornamētis/ vel ſericis veſtibus adornatur: (hoc q̇ppe cōmune cunctarū eſt feminarū) ſicut ammiramur cum puris/ ⁊ ſimplicibꝫ/ ⁊ laneis vtit̄ veſtimentis. Hoc vniuerſi maxime mirabūtur: h̄ plauſibus ſublimabūt. In illo quidē ornatu: hoc eſt aurotextaꝝ/ ⁊ precioſaꝝ veſtiū/ plurimas ſimiles ſibi reperiet: at ſi iſtā ſuperet: ab illa ſuperat̄: at ſi cūctas excedat/ ab imperatrice vincitur. Hec autē ſuperat vniuerſas: etiā ipſam īperatoris vxorē. Sola nāqꝫ in magnis diuitijs cōſtituta eligit habitū pauperꝝ. Proinde ac ſi etiā gloriā cupiamus adipiſci etiā in hoc maior eſt gloria. Nō ad viduas tm̄ loquor aut ad opulentas: nam in viduis videtur viduitas afferre neceſſitatē: ſed etiā ad cōiugatas hec loq̇mur. Sed nō placebo inquit viro meo. Nō viro placere deſideras/ ſed mulierū multitudini pauperū: mag̃ autē non placere: ſed eas ꝯtabeſcere cupis/ afficere ⁊ dolere/ macerare tormentis/ ⁊ ex cōparatiōe tua paupertatē illis ſuā facere grauiorē. O quātā ꝓpter te blaphemiā loquūtur. Nō ſic inquiūt paupertas deus inquiūt: odio habet pauperes: deus nō diligit in paupertate cōſtitutos. Quia enim ſic non viro placere deſideras: ⁊ nō ad hāc cauſam te cupis ornari: ex quibꝫ ipſa facis manifeſtū cunctis apparet. Cum limē tui thalami fueris ſupergreſſa: cōfeſtim cūcta illa deponis/ ⁊ veſtimēta ⁊ auramēta/ ⁊ margaritas: ⁊ demū magis illoꝝ nihil vteris. Si autē velis viro placere/ eſt vnde cōplaceas: per manſuetudinem/ per placiditatē/ per pudicitiā. Crede mihi mulier: ac ſi multū ſit vir ille deorſum attendēs/ atqꝫ inferiora ſapiēs: hec illū magis illiciūt/ hoc eſt māſuetudo/ pudicitia/ habitꝰ/ ſine typho/ ſine multis expenſis/ vilis ⁊ humilis. Impudicū quippe virū/ ac ſi multa excogites ornamēta/ nō feſtiuas. Et hoc norūt quotquot hmōi viros habuere. Quātūlibet enī tu ſtudeas adornare: ille ſi incōtinēs eſt ad alterā pergit. Pudico vō/ ⁊ caſto talibꝫ minime cōplacebis: ſed magis hoꝝ ꝯtrarijs. His autē eū etiā cōtriſtabis: cū de te ſuſpitionē facis appetentis ornatū. Quid eñ: At ſi vir ille reuerētia manſuetus hoc tibi ſicut pudicus/ ⁊ mitis dicere noluerit: ſed intra ſe plīmū reprehēdit. Nōne hinc vel inuidiā/ vl' oculū nō refugitis infectū? Cur ergo nō excluditis cunctā voluptatē/ cunctāqꝫ libidinē. Nō ſentitis ꝙ aduerſum voſmetipſas tātā excitatis inuidiā? Puto enī ꝙ inequanimiter hec auditis: ⁊ indignemini dicētes: quoniā iſte virorū animos circa mulieres irritat/ ⁊ inſtigat. Nō ergo viros irritādo hec vba ꝓfundo: ſed a vobis hec fieri volo ſpontanea volūtate. Propter vos/ nō ꝓpter illos iſta dicūtur: non vt illi ab inuidia liberentur: ſed vt vos ſecularibus liberemī fantaſijs. Uis apparere pulchra: ego etiā hoc cupio: ſed pulchritudinē volo quā deus inq̇rit: pulchritudinē quā deus rex glorie cōcupiſcit. Quē habere deſideras amatorē deū/ an hoīes? Si ſm illā pulchritudinē pulchra ſis deus tuā pulchritudinē ꝯcupiſcit: ſi vero ſm illā/ ille quidē te horrebit amabūt aūt homines ſceleroſi. Nullus quippe bonus eſt/ qui mulierē amauerit cōiugatā. Hoc etiā de exteriori ornatu cognoſce. Ille nāqꝫ ornatꝰ hoc eſt anime deū ad ſe pertrahit: iſte autē illos iterꝝ ſceleratos. Intuere quoniā de vobis curā gerēs/ pro vobis ſollicitus hunc ſermonē ꝓpoſui/ vt vera pulchritudine plus creſcatis/ ⁊ efficiamī glorioſe illa/ que vere eſt gl'ia iudicāda: vt ꝓ ſceleroſis viris deū cunctorū dominū habeatis veſtre pulchritudinis amatorē. Que autē illū habuerit amatorē: cui erit ſil'is? In choro tripudiabit angelico. Si eñ cū a rege amat̄ aliqua/ ſuꝑ vniuerſas iudicat̄ eſſe beata: q̄ a deo diligit̄ dilectiōe maxima quāta ſblimabit̄ dignitate? At ſi totū mundū cōſtituas: nihil in cōparatiōe illiꝰ pulchritudinis deputat̄. Hāc itaqꝫ colamꝰ pulchritudinē/ hoc ornatu decoremur/ vt digni efficiamur ingredi ī celis/ in ſpiritalibꝫ habitaculis recipi/ ⁊ thalamū ſpōſi ſpiritalis intrare. Huius q̇dē corporis pulchritudo plurimis rebꝫ abſumit̄: etiā qñ videt̄ incolumis ꝑmanere: etiā qñ nō moleſtatur egritudine: neqꝫ cura macerat̄ qđ q̇dem impoſſibile eſt/ verūtñ ac ſi nō ſeneſcamꝰ nūqꝫ annos viginti ꝑſeuerat. Illa vō pl'chritudo ſemꝑ floret/ ſemꝑ viget. Nō eſt illic vlla timēda mutatio/ nō ſenectꝰ adueniens rugas afferet/ non egritudine vlla marceſcet/ nō ſollicitudinibꝫ/ aut meroribꝫ pallidat̄: ſꝫ his oībꝫ ſuꝑeminet ſuꝑior/ ⁊ incōtaminata perdurat. Huiꝰ vero corporis pulchritudo fugit anteqꝫ clareat: ſed etiā cū apparet/ nō habet plurimos ammiratores. Pudici quippe nō āmirant̄: qui vero āmirātur/ cū libidine delectātur. Nō itaqꝫ ꝫlemꝰ hanc pulchritudinē: ſed illā appetamꝰ: vt cū lāpadibꝫ honeſtate preclaris ꝑgamus in thalamū ſponſi ſplendidū/ et decoꝝ. Non eñ hoc virginibꝫ ſolis preceptū eſt: ſed animabꝫ virginitate fulgētibꝫ. Nā ſi ad ſolas h̄ virgines ꝑtineret ſimpliciť neqꝫ ille q̄nqꝫ foris excluſe relinquerentur. Omniū igitur eſt iſta pulchritudo/ quecūqꝫ animabus virgines eſſe concupiſcunt. Corquecūqꝫ a ſecularibus liberate ſunt deſiderijs. Corrumpūt enim animas ſecularia deſideria. Si vero inuiolati permaneamus in animis digni efficiemur illuc ire/ ⁊ ſuſcipi cū honore. Deſponſaui enim vos (inquit) vni viro virginē caſtā coaptare chriſto. Hec eñ nō ſolis dicebat virginibꝫ: ſed ad diuerſam eccleſie plenitudinē loquebat̄. Anima quippe incorrupta virgo eſt. At ſi viꝝ habeat virgo eſt virginitate vera/ atqꝫ mirabili. Hec nāqꝫ virginitas corporalis illius pediſſequa eſt/ hāc colite/ ⁊ poteritis cū ſplendido vultu/ ⁊ decoro ſponſi thalamū cōtueri/ ⁊ cū claris/ atqꝫ feſtiuis intrare lampadibus/ ſi vobis oleū nō deficiat: ſi aurea ornamēta cōflantes talē cōficiamꝰ/ qđ lampades noſtras faciat clariores. Oleū autē illud miſericordia eſt: ſi de ſubſtātia noſtra alijs largiamur: ſi ſubſtātiā noſtrā alioꝝ faciamus: tūc ſuper qđ habemus adijcietur nobis: ⁊ in illo tēpore nō dicemus: date nobis oleū: quia extinguūtur lampades noſtre. Alijs nō egebimus/ neqꝫ cū imus ad vendētes relinquimur excluſe/ neqꝫ audiemus illā vocē tremēdā/ ac terribilē dū pulſamꝰ ad ianuā/ neſcio vos: ſed cognoſcet nos/ ⁊ cum ſpōſo ſimul intrabimus. Intrātes autē ſpiritalē thalamū bonis plurimis perfruemur. Si eñ in hac vita ſic clarus eſt thalamus ſponſi/ ſic habitacula clara ſunt/ atqꝫ feſtiua vt nullus poſſit intuēs ſaturari: multo amplīꝰ ille thalamus: hoc eſt celū: ⁊ ille q̇ in celo eſt ſponſi thalamus/ melior extat ⁊ clarior illucibimus. Si autē thalamus ipſe tā pulcher eſt: q̄lis erit ſpōſus? Et quid dico vt ornamēta aurea deponentes indigentibus largiamur. Si eñ poſſet̄ etiā voſipſas venūdare: ſi vobis ꝓponeretur/ vt de liberis eſſetis ancille: quo cū illo poſſetis ſponſo habitare/ ⁊ illa tāta perfrui pulchritudine/ ⁊ tantā eiꝰ faciē contueri: nōne debueratis cū omni alacritate cūcta ſuſcipere? Imperatorē in terra videmꝰ/ ⁊ ammiramur: cum autē ⁊ imperatorē videbitis ſimul ⁊ ſponſum: multo amplius alacriter debetis vniuerſa facienda ſuſcipere. Certo cognoſcite ꝙ iſta terrena vmbra ſunt: illa veritas videre imperatorē/ ⁊ ſponſum in celis/ ⁊ digne fieri/ eū precedere cum lampadibus/ ⁊ iuxta ipſum eſſe/ ⁊ cū illo perpetuo permanere. Quid vos nō oporteat facere: quid nō agere: quid nō tolerare? Obſecro igitur: vt accipiamus in mentem noſtrā bonorū deſideriū futuroꝝ/ concupiſcamus illū ſponſum/ efficiamur virgines: vera virginitate decorati. Anime quippe virginitatē dominus a nobis inquirit: cum hac ingrediamur in celū vt non habeamus maculā/ vel rugā/ vel aliq̇d huiuſmodi/ vt percipiamus bona que promiſſa ſunt/ que nos omnes cōtingat adipiſci gratia/ ⁊ clementia domini noſtri ieſu chriſti: cum quo patri gloria/ vna cum ſancto ſpiritu/ imperiū/ honor/ nūc ⁊ ſemper ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amē.



Homelia. XXIX. Ex capitulo. XII.

n Ondū vſqꝫ ad ſanguinē reſtitiſtis aduerſus peccatum repugnantes: ⁊ obliti eſtis conſolationis que vobis tanqꝫ filijs loquitur dicens: fili mi noli negligere diſciplinam domini neqꝫ fatigeris dum ab eo argueris. Quē eñ diligit dominꝰ caſtigat: flagellat autem omnem filium quē recipit.

Due ſunt orationum ſpēs/ q̄ ſibimet cōtrarie eē putant̄: ſed multa ſibimet mutuo afferunt adiumēta: quas hic vtraſqꝫ ſpecies inculcauit. Una quippe ſpecies eſt/ quādo plurima dicimus aliquos eſſe perpeſſos: anima enī quodāmodo requieſcit/ quādo ſuarū paſſionū plurimos habuerit teſtes: quemadmodū hortatiōes ſuprapoſuit/ dicēs: Rememoramini aūt priſtinos dies in q̇bꝫ illuminati magnū certamē ſuſtinuiſtis paſſionū. Altera vō ſpecies eſt/ qñ dicimus: quoniā nihil eſt magni perpeſſus. Illa quippe ſpecies requieſcere facit/ ⁊ recreari animā meroribꝫ ſubruentē/ iſta vero negligētem animam ⁊ ſupinā ex arrogātia ꝯuertit ⁊ retrahit. Ne ergo illis ex illa teſtificatiōe ſuperbia generet̄: cōtemplare quid ait Paulus [Necdū inquit/ vſqꝫ ad ſanguinem reſtitiſtis cōtra peccatū] Et nō cōfeſtim intulit cōſequētia: ſed oſtendēs eis primū omnes qui vſqꝫ ad ſanguinē reſtiterūt: tunc infert/ quoniā gloriatio chriſti paſſiones ſunt tūc iā facilius cetera percurrit hoc etiā ſcribens corinthijs fecit/ dicens: Tēptatio vos nō apprehēdat/ niſi humana/ hoc eſt minima. Ualde quippe idoneū hoc erat ad animā ſubrigendam. Dum eñ cogitat quoniā peruenit ad omnia/ perſuadet ſibi ex antecedentibꝫ nulla magna opera perfeciſſe: hoc eſt veluti ſi diceret: Necdū mortē ſuſtinuiſtis/ pecuniaꝝ vobis tantū cōtigit damnū: vl' glorie. Exagitati tantū eſtis/ ⁊ perſecutionē paſſi. Chriſtꝰ aūt ꝓ vobis ſanguinē fudit: vos aūt pro vobiſmetipis necdū tale aliquid paſſi eſt̄. Ille vſqꝫ ad mortē ꝓ vitate certatꝰ eſt pugnās ꝓ vobis: vos aūt necdū ad pericula ꝑueniſtis/ q̄ minat̄ interitū. [Et obliti eſtis (inq̇t) cōſolatiōis] hoc eſt manꝰ dediſtis: ⁊ diſſoluti eſtis [Necdū (inq̇t) vſqꝫ ad ſanguinē reſtitiſtis: aduerſus peccatū repugnantes] In hoc loco demonſtrat etiā peccatū vehementer aduerſus eos aſpirās: ⁊ diuerſis modis armatū. Qđ eñ dictum eſt [necdū reſtitiſtis] ad ſtātes dicit̄ [Et obliti eſtis (inq̇t) cōſolatiōis] per quā vobis veluti filijs fabulat̄ [Fili mi (inq̇t) noli negligere diſciplinā dñi: neqꝫ fatigeris dū ab eo argueris] Poſtqꝫ ex rebus ipſis hortatus eſt: tūc ex abūdātia eos/ ex teſtimonijs adhortat̄ [Neqꝫ deficias inquit/ dū ab eo argueris] Certe hec dei verba ſunt: vñ non paruā eis poterit afferre ꝯſolationē dū cognoſcāt/ q̄ꝛ dei opꝰ eſt: poſſe eos talia ſuſtinere. Ipſo nāqꝫ ꝑmittēte iuſti preſſuras varias patiunt̄: ſicut ⁊ Paulo apl'o dictū eſt: Sufficit tibi gr̄a mea. Nā virtꝰ in infirmitate ꝑficitur. Ille ḡ eſt q̇ ꝑmittit [Quē diligit eī dñs arguit: flagellat aūt oēm filiū quē recipit] Nō potes dicere q̄ꝛ eſt iuſtꝰ aliq̇s q̇ exꝑs tribulatiōis exiſtat: at ſi ſic nobis videat̄: ſed ignoramꝰ eiꝰ cetera calamitoſa q̄ patit̄. Proinde neceſſe eſt oēm iuſtū ꝑ p̄ſſuras/ tribulationeſqꝫ tranſire. Sētentia quippe chriſti ē q̇a lata ⁊ ſpacioſa via eſt: que ducit ad perditionē: arta vō ⁊ anguſta q̄ ducit ad vitā. Si igit̄ ꝑ illā venitur ad vitā: ⁊ nō pt̄ illuc aliter ꝑueniri certū eſt ꝙ ꝑ anguſtā hāc viā oēs illi trāſierūt/ q̇tq̇t ad vitā ꝑducti ſunt ſempiternā [In diſciplina inq̇t ꝑſeuerate] nō in ſupplicijs/ neqꝫ ī tormēt̄. Intuere q̇d ait paulꝰ. Uñ putabāt ſe derelictos eē: ex h̄ dic eos mag̃ credere debere qm̄ nō ſt̄ derelicti: veluti ſi dicer̄: q̄ꝛ tāta paſſi

tes ſuꝑ terrã loquentẽ.] Quẽ putas in hoc loco ſi-
gnificat: mihi quidẽ videt ꝙ moyſen ſignificat. Qđ
aũt dicit tale eſt: ſi illi q̃ recuſauerũt legiſlatorẽ in ter
ra cõſtitutũ: nõ valuerũt effugere: quõ valebimus
recuſare eũ: q̃ nobis de celo legis p̃cepta conſtituit?
Nec putes: ꝙ in hoc loco alterũ dicat latorẽ legis:
⁊ alterũ euãgelii. Abſit: nõ hoc dicit: ſed hoc ſignifi-
cat: qm̃ terribilis apparet: cũ de celo loquit. Idem
ipſe eſt q̃dẽ tã iſte/ q̃ꝫ ille: ſed terribilior nũc magis q̃ꝫ
illo tꝑe. Nõ enĩ differentiã ꝑſone ſignificat: ſed mo-
dũ quo nobis nouã legẽ dedit: alterũ eſſe dicit. Un-
de hoc certũ eſt? [Si illi inquit nõ effugerunt recu-
ſantes eũ: q̃ in terra fuerat cõſtitutꝰ: multo magis
nos: q̃ de celis loquentẽ nobis auertimus.] Quid

ergo dicimꝰ? Aliꝰ eſt iſte: alius ille. Quō ergo dixit
[cuius vox mouit terrã tunc.] Si enĩ vox eiꝰ mo-
uit terrã: ꝗ tũc dederat legẽ: nũc aũt ꝓmittit dicens:
adhuc ſemel ⁊ ego mouebo nõ ſolũ terrã: ſed etiã ce-
lũ: certũ eſt ꝙ idẽ ipe ſit. [Ex autẽ dicit adhuc ſemel
declarat mobiliũ trãſlationẽ tanq̃ factorũ.] Quid
eſt quod his verbis ſignificat? Nimirũ qm̃ auferẽ-
tur cũcta de medio: ⁊ in meliꝰ vniuerſa mutabunt.
Hoc enĩ mihi in hoc loco ſignificari videt: q̇d ergo
doles inquit cũ pateris aliq̇d in hoc mũdo: qui non
poterit ꝑmanere: ꝗ poſt paululũ trãſiturꝰ eſt. Si in
nouiſſimis ſcl'is hic mũdus forſitã requiẽ habuiſſet:
tũc tribulari potius oportebat eũ ꝗ feſtinat ad finẽ.
[Ut ꝑmaneant inq̇t ea ꝗ ſunt immobilia.] ꝗ nanq̧
iſta vl' q̃lia ſunt imobilia: futura videlicet. Pro iſto
igit fine cũcta faciamꝰ / vt illã vitã adipiſci poſſimꝰ:
vt illis bonis ineffabilib ꝑfruamur. Ita obſecro/
ita facite: ad hoc deprecor vt hoc veſtrũ inflãmet ſtu
diũ. Nemo in ciuitate ꝗ caſura eſt ſane mentis edifi-
cat. Dic autẽ mihi obſecro: ſi aliq̇s diceret/ qm̃ poſt
annũ ciuitas hec tota lapſura eſt: aliã ꝟo quãlibet
ꝑmãſurã eſſe firmaret: num rogo/ edificares in ciui
tate ruitura? Proinde etiã hoc eſt qȯ ego nũc dico:
Non edificemus in hoc mũdo: poſt paululũ enĩ la-
pſum iturus eſt: ⁊ cuncta ꝑditũ ibunt. Et q̇d dico ꝙ
mũdus caſurus eſt: nos aũt ante ruinã eiꝰ ꝑimus:
⁊ tormenta ſeua patiemur. Nos hinc itaq̧ plurimi
ſumus egreſſuri. Quid edificamꝰ ſuꝑ harenã mobi
lẽ: quin potiꝰ edificemus in petra? Quicq̇d enĩ inci-
derit inuicta fabrica ꝑſeuerat: nihil eã cõmouet: ni-
hil euertit. Et merito. Ad oẽs q̇ppe ictus inadibilis
ille locus exiſtit: ſicut ecõtra iſte cũctis patet ictibꝰ.
Hic nãq̧ ⁊ terremotus obruũt: ⁊ incẽdia cõſumũt/
⁊ infeſtãtia bella deuaſtãt ⁊ viuos nos auferũt: an-
teq̃ mũdus iſte cõcidat. Aliquos aũt ſecũ tracturꝰ
eſt ad mortẽ. Sed etiã ſtãte mũdo morbus irruit et
aut celeriter hinc excludit/ aut ꝑmanentes hic nõ ſi-
net viuere cõgruẽter. Nã q̃lis voluptas/ aut ꝗ iocũ
ditas: vbi morbi cõtinui: ⁊ calumniatores plurimi:
frequẽtes inſidie. Aut ſi horꝝ nihil ſit qȯ impoſſibile
eſt: aliquãdo etiã filios nõ habẽtes inequanimiter
ferimus/ merorib afficimur/ nõ habẽtes q̇b nr̃as
domos/ ⁊ cetera cõtradamꝰ ⁊ magnis torq̃mur do-
loribus: ſi nr̃is laboribꝰ exteri ꝑfruant. Aliq̃n etiã
ad inimicos venit hereditas: ⁊ nõ ſolũ mortuis no-
bis: verũetiã aliq̃n viuẽtib. Quid igit hoc miſeriꝰ
poteſt eſſe/ vel infelicius q̃ inimicis ſuis quenq̧ la-
borare: ⁊ vt illi in delitijs degãt pctã cõgerere? Ha-
rum rerũ exẽpla multa cernunt in diuerſis ciuita-
tibus accidiſſe: ſed ne cõtriſtẽ forſitan q̇bus talia ꝓ-
uenerũt: alioquin noĩatim aliquos ꝓtuliſſem ⁊ plu
rimũ de hac re poſſem ꝓtelare ſermonẽ/ pluresq̧ do
mos oſtẽdere: in quib inimici dñorꝝ facti ſunt dñi/
nec hoc de dñis inuenies tm̃: ſed etiã de ſeruis cõti-
giſſe cognoſcas. Sepe q̇ppe ad inimicos hereditas
nr̃a tota tranſlata eſt. Talis enĩ eſt humanarũ rerũ
in hac ꝑegrinatione cõditio. In celis autẽ nihil tale
verendũ eſt: ne forte aliquo moriẽte inimicus adue-
niat/ ⁊ hereditatis iura ſuſcipiat. Illic enĩ neq̧ mors
vlla erit: neq̧ inimicus vllus extabit: ſed taberna-
cula ſola iuſtorꝝ. In ſctis autẽ illis exultatio erit/ et
gaudiũ ⁊ iocũditas ſempiterna. Uox inq̇t exultatio
nis in tabernaculis iuſtorꝝ. Eterna nanq̧ ſunt nul-
lũ habẽtes terminũ. Iſta ꝟo edificia tpe cõſumunt:
⁊ poſſidẽtes diuerſis viciſſitudinib mutãt. Illa ꝟo
tabernacula ꝑmanẽt in vigore ꝑpetuo: ⁊ merito. Ni
hil ſcꝫ ibi corruptibile: nihil ꝓrſus tꝑale: ſed cuncta
immortalia ⁊ inuiolata ꝑſiſtunt. In hec igit edificia
ſtudeamus nr̃as euacuare pecunias/ nec fabris nec
ſtructorib/ nec oꝑarijs opus habebimꝰ. Manus
nanq̧ pauperũ tales domos edificãt: claudi/ ceci/
vel debiles iſti ſunt: ꝗ domos illas edificãt: ⁊ nõ mi
reris. Siquidẽ ꝑ iſtos nobis ⁊ regnũ celeſte ꝓuidet
ꝑ iſtos etiã fiduciã accipimꝰ apud deũ. Elemoſyna
q̇ppe artifex magna cõſiſtit ⁊ auxiliatrix eorꝝ/ q̇ iſtã
fiduciã faciũt. Amica nãq̧ dei cõſiſtit/ ⁊ ſemꝑ eis ꝓ
pinq̃ eſt: ꝓ q̇buſcũq̧ voluerit facile gr̃e munꝰ impe-
trat: tãtũ ſi a nobis nõ ledat: ſi nullã patiat iniuriã.
Iniuriã aũt patit cũ ex rapinis eã volumꝰ operari.
Si ꝟo fuerit mũda: magnã p̄ſtat cõfidentiã tribuẽti
bus eã: interuenit etiã ꝓ delinquẽtib. Tãta eſt eiꝰ
virtus/ tãtaq̧ potẽtia. Sed etiã vincula pctõꝝ ipa
diſſoluit/ fugat tenebras/ extinguit ignẽ/ mortifi-
cat vermẽ/ expellit ſtridorẽ dẽtiũ. Huic cũ multa fi-
ducia porte celi aperiuntur ⁊ veluti regina intrãte/
nullus ianitorũ/ nullus cuſtodũ: ꝗ portis aſſiſtũt:
audet dicere: ꝗ tu es/ vel vnde: ſed oẽs eã e regione
ſuſcipiũt. Sic etiã miſericordia: regina nanq̧ eſt/ ve
re regina ſil'es faciẽs hoĩes deo. Eſtote inq̇t miſeri-
cordes ſicut ⁊ pr̃ veſter celeſtis. Pẽnata nãq̧ ẽ ⁊ val
de leuis habẽs alas aureas ⁊ volatũ: ꝗ angelis ma
gnã gratiã dilectionis apportet. Scriptũ eſt enim:
Pẽne tue ſicut pẽne colũbe deargẽtate ⁊ collũ eius
in fulgore auri. Sicut colũba quedã viuẽs ⁊ aurea
venuſtate decorata/ mites et affabiles oculos ha-
bens ꝑ cũcta ꝑuolat: ſic ⁊ miſericordia nitet magno
decore feſtiua/ nihil eſt illis oculis meliꝰ. Pulcher
quidẽ eſt pauo: ſed in illius cõparatiõe deformis ap
paret. Ita enim hec auis pulchra eſt ⁊ mirabilis: ab
ipſo initio ꝑ tꝑa cũcta perdurãs ⁊ multa diuina glo
ria decorat. Uirgo eſt habẽs alas aureas circũſpe-
cta ꝑ oĩa/ venuſteq̧ ſuccincta: vultũ habẽs candidũ
atq̧ mãſuetũ: pẽnata eſt ⁊ leuis ⁊ ſemꝑ ante ſoliũ re
gale conſiſtit. Quãdo iudicamur repẽte ſubuenit et
nos a ſupplicijs liberat imminentib/ alis ſuis nos
cõtegẽs. Hãc amplius deſiderat deus: q̃ ſacrificia
numeroſa: multa de illa loquit ſic eã diligit: ſcriptũ
eſt enĩ: Uiduã ⁊ pupillũ ⁊ pauperem ſuſcipiet dñs.
Ex eius vocabulo deꝰ deſiderat appellari: miſera-
tor ⁊ miſericors deꝰ: lõganimis ⁊ multũ miſericors
et verax. Miſericordia nãq̧ dei ſuꝑ oẽm terrã. Iſta
eſt ꝗ ſalutẽ humano generi cõtulit. Si enim nõ mi-
ſeret nr̃i deꝰ: arẽt ꝓrſus cũcta ꝑditũ. Ipſa q̇ppe nos
cũ inimici eſſemus: recõciliatos reddidit. Ipſa plu-
ra bona ꝑfecit: ipſa filio dei ꝑſuaſit/ vt fieret ſeruus
et exinaniret ſemetipſum. Hanc igit emulemur/ ꝑ
quã nos cõſtat eſſe ſaluos. Hanc diligamus: hanc
pecunijs p̄ponemꝰ vniuerſis ⁊ ſine pecunijs/ vl' di-
uitijs habeamus aĩam miſericordẽ. Nihil ita deſi-
gnat ⁊ deſcribit chriſtianũ ſicut miſericordia/ nihil
ſic ⁊ fideles ⁊ infideles ſimul admirant ſicut quan-
do nos vidẽt elemoſynas impẽdere. In multis enĩ
et nos indigemꝰ miſericordia. Nã ⁊ ad dñm clama-
mus: Scd̃m magnã miſericordiã tuã miſerere nr̃i:
nos ergo initiũ faciamꝰ: q̃q̃ nos faciamꝰ initiũ qñ
q̇dẽ iã nos ipe anteceſſit: ⁊ ſuã in nobis miſericordiã
reddidit manifeſtã: ſaltẽ ſecũdi ſequamur. Siquidẽ
hoĩes miſerentur miſericordes hoĩes ⁊ elemoſynas



operãtes: licet pl'ima pctã cõmittãt: multo ampliꝰ
deus. Aduerte ꝓphetã dicentẽ: Ego aũt ſicut oliua
fructifera in domo dñi. Tales ergo efficiamur ſicut
oliua fructifera: ex oĩbus partib miſericordias ger
minemus. Non enĩ ſufficit oliuã eſſe: ſed opus eſt eã
eſſe fructiferã. Sũt enĩ miſericordes: ſed parua ꝑ to
tũ annũ tribuẽtes: q̃ in vna hebdõa: ſi eos cõtingat
ꝓcedere. Iſti oliue quidẽ ſunt: ſed non fructifere q̇n-
etiã aride: ⁊ quandoquidẽ miſerent/ oliue ſunt: qm̃
ꝟo nõ large/ neq̧ magnifice/ nõ ſũt fructifere. Nos
efficiamur oliue fructifere. Sepius iã dixi et nunc
quoq̧ dico: qm̃ nõ menſura vel quãtitate datorꝝ iu
dicat miſericordie magnitudo: ſed ex volũtate largiẽ
tis. Scitis enĩ illius vidue factũ. Cõmodũ quippe
eſt hoc ꝓferre ſemꝑ exemplũ: vt neq̧ pauꝑ de opere
ſuo deſperet/ reſpiciẽs ad viduã duo minuta confe-
rentẽ: neq̧ diues gloriet cum de magnis parua lar
git. Obtulerũt quidã etiã ſetas et pilos ⁊ capillos/
in tẽpli cõſtructionẽ et ſpreti penitus nõ ſunt. Sed
hi ſi aurũ hñtes capillorũ munera deportarẽt/ ma-
ledicti ꝓtinus extitiſſent. Si ꝟo iſtud tãtũ habẽtes
obtulerunt/ acceptabiles in ſuo munere facti ſunt.
Propterea ⁊ cayn culpatus eſt: nõ q: abiecta obtu
lit: ſed q: oĩum que habebat abiectiora obtulit deo.
Maledictus inq̇t ſcriptura ꝗ habet maſculũ ⁊ ſacri
ficat corruptũ deo: nõ abſolute dixit: ſed ꝗ habet in-
quit ⁊ auaritia cõpellẽte reuocat. Si igit quiſq̧ nõ
habet: omni culpa caret: liber eſt. Magis aũt mer-
cedẽ facile cõquirit. Quid enĩ duobus minutis ab-
iectius/ vel q̇d capillis vilius/ vel q̇d inferius par-
ua ſimilagine. Et tñ inuenies ſimiliter approbata:
ſicut vitulos et aurũ qȯ diuites obtulerũt. Scd̃m
ꝙ quis habet/ ſcd̃m hoc acceptabilis efficit: nõ ſm
ꝙ nõ habet. Quantũ habet manus tua inquit bñ-
facito. Propterea/ obſecro vt euacuemus cũ alacri
tate ſubſtãtias nr̃as in pauperes: ac ſi parua ſint ꝗ
habemus: mercedẽ ſimilẽ conſequemur illis: ꝗ plu
ra vident offerre. Magis aũt amplius meritũ cõ-
parabimus: q̃ illi: qui offerũt multitudinẽ tantorꝝ.
Si hec igitur faciamꝰ ineſtimabiles dei theſauros
adipiſcimur: ſi tamẽ nõ ſolũ audiamus: verũetiam
faciamus. Si nõ tantũ laudemus: ſed etiam ipſis
operibus oſtendamus: que nos oẽs contingat adi-
piſci in chriſto ieſu dño noſtro/ cum quo patri gloria
vna cum ſanctoſpiritu/ nunc et ſemper/ et in ſecula
ſeculorũ Amen.

Homelia XXXIII Ex capitulo XII et XIII

p Ropterea regnum incõcuſ-
ſibile ſuſcipientes habeamꝰ
gratiam per quam ſeruiamus be-
neplacentes deo cum reuerentia:
et verecũdia. Etenim deus noſter
ignis conſumens eſt.

Quod alibi dixit: que vident tẽporalia ſunt: que
ꝟo nõ vident eterna. Et inde ſumpſit exhortatiõis
et conſolatiõis argumentũ pro malis: ꝗ in p̄ſenti tẽ-
pore toleremus. Sic etiã hic facit ac dicit: firmi de-
bemus exiſtere/ vt habeamus gratiam: hoc eſt gr̃as
agamus deo. Nõ ſolũ nõ debemus inequanimiter
ferre preſentia mala multa: ſed etiã gratias illi pro
futuris bonis offerre. [Per quã inquit ſeruiamus
beneplacẽtes deo.] hoc eſt: ſic quippe placenter deo
ſeruimus: cũ ei per oĩa gratie deferunt. Oĩa inquit
facite ſine murmuratiõe ⁊ ſine heſitatiõe. Qȯ enim
quis oꝑatus fuerit murmurãs/ recidet ⁊ perit mer-
ces eius. Sicut etiã iſraelite q̃le iudiciũ ꝑceperunt
ꝓpter murmurationẽ: ꝓpterea inquit/ nõ murmu-
retis. Nõ enĩ placet deo qñ cũ murmuratiõe ſeruit/
et nõ ei ꝓ oĩbus gr̃e deferunt: et ꝓ tẽptationibus et
ꝓſperitatibus. Nihil ergo ſupinũ loquamur: nihil
impudẽs: ſed ſubmittamus nos: vt venerabiles/ ac
reuerẽtes eſſe poſſimus: hoc eſt cũ reuerẽtia et metu
dei. [Charitas inquit fraternitatis ꝑmaneat in vo
bis ⁊ hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci. Per hanc enim
placuerũt quidã/ angelos in hoſpitio recipientes.]
Intuere quō eos p̄cepit p̄cepta preſentia cuſtodire.
Nõ enim eis alia ſuꝑimponit. Nõ dixit efficiamini
amatores fratrũ: ſed ꝑmaneat charitas fraternita-
tis. Et iterũ nõ dixit hoſpitales efficiamini/ tanq̃ ſi
nõ eſſent: ſed hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci. Ex tribu
lationibus enĩ poterat hoc fortaſſe cõtingere. [Per
hanc enĩ inquit quidã placuerunt angelos in hoſpi
tio recipiẽtes.] Attendis quãtus honor quantũ lu-
crũ. Quid eſt latuerũt. Hoc eſt neſciẽtes in hoſpitio
receperũt. Propterea ⁊ multa merces eſt: q: neſciẽs
eos angelos ĩ hoſpitio recepit: nã ſi ſcirẽt nihil mirũ
eſſet. Quidã dicũt qm̃ in hoc loco etiã loth ſignificat
[Memẽtote inquit vinctorũ tanq̃ ſimul vincti ⁊ la-
borantiũ/ tanq̃ ⁊ ipſi in corpore cõſtituti. Honora-
bile cõnubiũ in oĩbus/ ⁊ thorus immaculatus. For-
nicatores enim et adulteros iudicabit deus. Sint
mores ſine auaritia/ ꝯtenti p̄ſentibus.] Cõtempla
re quãtus illi de pudicitia ſermo profundit. [Pa-
cem inquit cũ oĩbus ſectamini ⁊ ſctĩficationẽ: ne q̇s
fornicator aut pollutus: et iterũ: fornicarios aũt et
adulteros iudicabit deus.] Oĩa cũ increpatiõe/ et
prohibitiõe ꝓnunciat. [pacẽ inquit ſectamini cũ oĩ-
bus ⁊ ſctĩficationẽ: ſine qua nemo videbit deũ. For-
nicarios aũt ⁊ adulteros iudicabit deus.] Et p̄mo
ponens honorabile connubiũ ⁊ thorũ immaculatũ
oſtendit: q: iuſte intulit ꝗ ſequunt. Si enĩ cõnubiũ
cõceſſum eſt: iuſte fornicator ſupplicijs afficit: iuſte
puniunt adulteri. Hic aduerſus hereticos dimicat
Uide ⁊ hic q̃ bñ nõ iterũ dixit: nullꝰ ſit auarus: ſed
ſimul dicẽs/ tũc intulit veluti cõmune cõſiliũ: nõ ve-
lut ad ipſos ſolos ſermonẽ dirigens. [Sint mores
inquit ſine auaritia.] Nõ dixit: nolite poſſidere: ſed
[ſint mores ſine auaricia.] Oſtendit philoſophiam
cuiuſq̧ volũtatis. Etenĩ ſupra dixerat/ ⁊ rapinam
ſubſtantiarũ vr̃aꝝ cũ gaudio ſuſcepiſtis. Unde oſtẽ
dit eos nõ eſſe auaritie deditos. Iuſte eos admonet
ſufficientiã inq̇t hñtes p̄ſentiũ deinde etiã mihi con-
ſolatio. Ipſe q̇ppe dixit: [Nõ te deſerã neq̧ derelin
quã: ita vt cõfidẽter dicamus: Dñs mihi adiutor ẽ:
nõ timebo q̇d faciat mihi hõ.] Interim in tẽptatiõi-
bus cõſolatio. [Mementote p̄poſitorũ veſtrorũ.]
Hoc ſuperius parturiebat: vt et hoc hic diceret: ꝓ-
pterea etiã dicebat: Pacẽ ſectamini cũ oĩbus. Hoc
etiã theſſalonicẽſes admonebat: vt in honore habe-
rẽt ampliori p̄poſitos ſuos. [Memẽtote inq̇t p̄poſi
torꝝ vr̃orꝝ: ꝗ vobis locuti ſunt verbũ dei: quorũ in-
tuentes exitũ cõuerſatõis imitamini fidẽ.] Qualis
eſt iſta cõſequẽtia? Quã optima. [Intuẽtes inquit
eorꝝ vitã/ imitamini fidẽ.] ex vita mũda fides. Fidẽ
firmitatẽ dicit. Quomō? Qm̃ credunt de futuris:

nō enī oſtēderēt vitā mundā: ſi heſitarēt de futuris: ſi dubitarent modo. Proinde etiā hic accurat. [Jeſus chriſtus heri ⁊ hodie/ idē ipſe ⁊ in ſecula. Doctrinis varijs ⁊ ꝑegrinis nolite abduci. Optimū enim eſt gratia ſtabilire cor/ nō eſcis q̄ non profuerūt ambulātibus in eis. Jeſus chriſtus heri ⁊ hodie/ idem ipſe ⁊ in ſeculū.] Heri omne p̄teritū ſignificat tp̄s: hodie p̄ſens/ ſeculū vero futurū ſine termino. Tanq̄ ſi diceret audiſtis pontificē: ſed nō pontificē/ q̄ deſinat eſſe: ſemꝑ idē ipſe eſt. Ueluti ſi eſſent quidā/ q̄ dicerēt: qm̄ nō eſt: ſed alter vēturus eſt: ad hoc reſpondet: qm̄ q̄ fuit heri/ ipſe etiā hodie: et in ſeculū. Nam hodieq̄ iudei dicūt aliū eſſe venturū: exꝑtes ſemetipſos ab eo reddētes/ q̄ verus eſt pōtifex: declinauerunt in errorē: vt antichriſtū putarēt eſſe venturū. Doctrinis inquit varijs ⁊ nouis nō circūferamini: nō ſolū nouis: ſed etiā varijs. [Bonū nanq̄ eſt grā cōfirmari cor/ nō eſcis: in q̄bus qui ambulant nihil ꝓdeſt.] Hic pedetentim eos ſignificat: qui eſcarum introducūt obſeruatiōes: fidei quippe vniuerſa mūda ſunt: fide ergo opus eſt nō eſcis. [habemꝰ enī inquit/ altare ex quo poteſtatē nō habēt cōmedendi: q̄ tabernaculo ſeruiūt.] Nō enī q̄lia ſunt apud iudeos: talia etiā nr̄a ſunt: ita vt nec pōtifici liceat ex his participē fieri: ꝓinde qm̄ dixerat nolite hec cuſtodire: poſſet putari ſua deſtruere: merito iterū ipm̄ verſat: nos inquit talia cuſtodimus: cuſtodimꝰ enim ⁊ vehemētius/ neq̄ ipſis ſacerdotibꝰ ex his aliq̄tenꝰ dantes. [Aialiū enim quorū ſanguis offert̄ ꝓ pctīs in ſctā per pōtificē: eorū corpora cōburunt̄ extra caſtra. Propterea etiā deus: vt pplm̄ ꝓprio ſanguine ſacrificaret extra portā inq̄t paſſus eſt.] Uides figuram magno ſplendore fulgentē: ꝓ pctīs inquit extra portā paſſus eſt. [Egrediamur igit̄ ad eū portātes improperiū eius.] hoc eſt eadē ipſa ꝑpetiētes ⁊ communicātes ei in paſſionibꝰ/ q̄ condēnatus: crucifixꝰ eſt foris: neq̄ igit̄ nos ꝯfundimur foras exire. [Nō enī habemus hic manentē ciuitatē: ſed futurā prorſus inquirimꝰ. Per eū inq̄t offerimꝰ ſacrificiū laudis in perpetuū deo: hoc eſt fructū labioꝝ cōfitentiū inquit nōi eius.] Nihil blaſphemie nr̄a vox reſonet nihil ſupinū: nihil ꝓteruū: nihil cōtumax: nihil arrogās: ſ3 cū verecūdia ⁊ reuerētia cōuerſatio nr̄a ſit. Aia q̄ppe in tribulationibꝰ cū in deſperatōes incurrit: etiā impudēs efficit̄: ſed nos talia fugiamꝰ. Ecce iterū idē ipſum dixit: qđ ſuperius prelocutus eſt: nō deſerētes inq̄t cōgregationē noſtrā. Sic enī poſſumus inq̄t cum verecūdia cūcta ꝑficere. Sepius enī etiā hoīes erubeſcētes: a multis abſtinēt prauis opibus. [Boni operis inq̄t ⁊ cōmunicatiōis nolite obliuiſci.] Nō p̄ſentibus fratribꝰ hec denūcio tm̄: verū etiā abſentibꝰ. Si aūt alij vr̄as rapuere ſubſtantias: tñ ex his q̄ habetis/ hoſpitalitatis opus oſtendite. Qualē itaq̄ his nos excuſationē habebimus: cū audiamꝰ talia dici/ his quos rapinā ſubſtātiaꝝ ſuaꝝ ſuſtinuiſſe cōſtabat. Et nō dixit hoſpitalitatis: ſed amoris hoſpitalitatis: qđ in greco diſtinctius inuenit̄. Non poſuit qđ ſignificat hoſpitalitatē: ſed ꝙ amorē hoſpitalitatis inſinuat: tanq̄ ſi diceret: Nolite ſimpliciter hoſpites ſuſcipere: ſed cū amore hoc/ ⁊ charitate ꝑficite. Et nō dixit futurā et repoſitā vobis retributionē/ ne eos iterū ſupiniores efficeret: ſed iā retributā eſſe dicit. Per hāc enī inquit latuerunt quidā/ in hoſpitio recipiētes angelos. [Honorabile cōnubiū ⁊ thorꝰ immaculatꝰ. Sed videamꝰ nūc q̄liter honorabiliores cē nuptias in oībꝰ dicat: et thorū immaculatū. Qm̄ videlicet in ſctītate pudicitie facit cōſeruare fidelē. Hic etiā iudeos pulſat: q̄ pollutū putabāt ꝯiugalē ꝯcubitū ⁊ dicebāt ex lecto cōiugis ſurgentē/ mūdū nō poſſe cōſtare. Nō eſt igit̄ pollutū qđ ex natura cōcedit̄/ o ingratiſſimi ⁊ inſenſatiſſimi iudei: ſ3 qđ ex praua volūtate deſcēdit. Nā ſi honorabiles q̄dē ſūt nuptie/ mūde etiā ſunt. Cur itaq̄ ex eis pollutionē fieri exiſtimas. [Sint inq̄t mores ſine auaritia.] Qm̄ plurimi poſt inanitionē ſbſtātiarū ſuaꝝ poſtea cupiūt ſub obtētu elemoſyne iterū cōgregare diuitias: ꝓpterea inq̄t ſint mores ſine auaritia: hoc eſt vt illud expectemꝰ qđ vſui opus fuerit/ ⁊ ꝓ neceſſarijs tm̄ curā geramus: q̄d ergo dicit aliq̄s ſi ſine ipſoꝝ neceſſarioꝝ nob cōtingat habere ſuffragia. Nō eſt hoc crede mihi/ nō hoc eſt. Ipſe q̄ppe dixit ⁊ ꝓrſus nulla ratiōe mentit̄: qm̄ nō te derelinquā. Proinde cū ꝯfidētia nos dicere poſſumꝰ [Dn̄s mihi adiutor eſt/ non timebo: q̄d faciat mihi hō.] Promiſſum habes non debes heſitare: ipſe ꝓmiſit nō ambigas. Ex aūt dicit: [nō te derelinquā] nō de pecunijs tm̄ dicit ſed etiā de alijs cūctis. [Dominꝰ inq̄t mihi adiutor eſt: nō timebo q̄d faciat mihi homo.] Et recte: hoc igit̄ etiā nos in vniuerſis tēptationibus exclamemꝰ et deū habentes ꝓpitiū humana oīa irrideamus. Sicut enī deo indignāte nihil nobis ꝓderit/ ac ſi cūcti amici cōſtent: ſic etiā deo nos diligēte nulla nodis erit neceſſitas/ nulla leſio: ac ſi cuncti nos hoſtiliter inſequant̄. [Non timebo inq̄t q̄d faciat mihi hō. Recordamini inq̄t p̄poſitorū veſtroꝝ/ q̄ vobis locuti ſunt verbū dei.] In hoc loco etiā de adiutorio i frēs eū exiſtimo dicere: hoc enī eſt qđ dicit: [q̄ vobis locuti ſunt verbū dei. Quorū cōtemplantes exitū cōuerſatiōis/ imitamini fidē.] Quid eſt cōtemplātes: Sepiꝰ aio v̄ſantes ⁊ apud voſmetipſos examinātes/ cōſiderātes ſubtiliter diſcutiētes inq̄t [exitū cōuerſatiōis.] hoc eſt: ꝑſeuerātia vſq̄ in finē: qm̄ finē bonū habuit eoꝝ cōuerſatio [Chriſtus inq̄t heri ⁊ hodie idē ipſe eſt et in ſeculū.] Nolite putare q2 tunc tāta miracula faciebat: nunc aūt nō facit: idē ipſe. [Recordamini inq̄t p̄poſitorū veſtroꝝ. Doctrinis inq̄t varijs ⁊ nouis/ nō circūferamini.] Nouas inquit doctrinas: hoc eſt p̄ter q̄s audiſtis a nobis: hoc ē multiformes ⁊ multimodas. Nihil enī firmū poſſidēt: ſed ſunt differētiarū varietate multiplices/ et maxime dogma de eſcis valde cōſtat implexū. [Bonū eſt inq̄t grā confortari cor/ nō eſcis.] Iſte ſunt varie: iſte noue: maxime xp̄o dicente: Nō qđ intrat in os coinquinat hoīem: ſed qđ egredit̄. Et intuere illū nō audentē hoc māifeſte dicere: ſ3 tanq̄ ſub aliqua ſignificatiōe. [Bonū eſt enī inquit grā cōfortari cor/ nō eſcis.] Totū enī in fide cōſtat: ſi ipſa firmet̄: cor quoq̄ munitū erit: fides ergo cūcta cōfirmat: cogitatiōes aūt varie cōmouent. Cōtraria q̄ppe eſt fides: cogitationibꝰ vagātibus. In q̄bus his: qui ambulauerunt inq̄t nihil vtile ꝑuenit: quod enī lucrum eſt rogo ex obſeruatiōibus nonne interimunt magis: nonne huiuſmodi hominem ſub peccato conſtituūt: hec enim cuſtodire potius eſt. [In q̄bus inq̄t ambulauerūt/ nihil habuerunt vtilitatis] hoc eſt qui ſemꝑ iſta cuſtodiūt. Una nāq̄ eſt obſeruātia abſtinere/ videlicet a pctō. Quid enī ꝓdeſt abſtinere a cibis: dū etiā q̄dā in tantū ſint



vecordes/ vt etiā de ſacrificijs participari nō valeant. Proinde nihil eos ſaluauit: licet ſtudiū gererēt circa huiuſmodi obſeruatiōes. Uerū quia fidē non habuerūt: nihil illis ꝓfuit eſcarū illa cuſtodia. Deinde aufert a figuris ſacrificiū ⁊ ad principalem formam ſermonē ſuū redigit dicēs: [Quoꝝ enī aialiū ſanguis infert̄ in ſctā ꝑ pontificē: horū corpora comburunt̄ extra caſtra.] Illa itaq̄ typus erant iuſtoꝝ ⁊ ſic cūcta chriſtus impleuit foris ſuſtinēs paſſionē. In hoc etiā illud ſignificat ꝙ et ſponte pati dignatꝰ eſt/ oſtendēs: qm̄ illa nō erant ſimpliciter inſtituta: ſed q2 etiā illa diſpenſatio paſſiōis huiꝰ erat ſignificatio. Foris quippe paſſus eſt: ſed ad celū ſanguis ſublatus eſt. Intueris igit̄ qm̄ ſanguinē participamur q̄ infert̄ in ſctā: ſed ſctā veracia. Nos igit̄ veritatē participamur. Si ergo nō īproperiū ſed potiꝰ ſctificationē ꝑticipamur īproperiū illud ſctificatōis eſt cā. Sic enī ipſe improperiū ſuſtinuit: ſic etiā nos. Proinde ſi egredimur participamur cum eo. Quid aūt eſt ꝙ dicit egrediamur ad illū: Uidelicet cōmunicemus cū eo paſſiones: portemus eiꝰ improperia. Non enī ſimpliciter extra portā ꝯuerſari nos iuſſit: ſed ſicut ille improperia ſuſtinebat: ſicuti cōdēnatus eſt ſic etiā nos. Et per eū inq̄t ſacrificiū offerimꝰ deo. Quale ſacrificiū dicit: [Fructū inq̄t labiorū cōfitētiū nōi eiꝰ.] Illi offerebāt pecudes/ vitulos/ et dabant pōtifici: nos aūt nihil hoꝝ offerimꝰ: ſed ſolam gratiarūactionē/ hāc labia nr̄a germinēt. [Talibꝰ inquit ſacrificijs placat̄ deus.] Demus illi talē hoſtiā: vt etiā ipſe eā offerat patri: aliter autē nō offert̄ niſi per filiū. Magis aūt etiam per mentē cōtritā: oīa hec ꝓpter infirmos. Nā q2 filij eſt grā: manifeſtū eſt/ alioquin quō honor ille equalis eſt. Ut oēs inq̄t honorificēt filiū: ſicut honorificāt patrē. Ubi eſt ergo honor equalis: ſi filꝭ nō eſt: [Fructū inq̄t labiorū cōfitentiū nōi eius.] Oīa toleremꝰ cū gratiarūactione/ ſiue pauꝑtas ſit/ ſiue egritudo/ ſiue q̄cquid aliud nobis euenit: ipſe ſolus agnoſcit/ q̄d nobis ꝓdeſt. Quid eī oremꝰ inq̄t ſi ſic oportet neſcimꝰ. Qui ergo neq̄ orare nouimꝰ qđ oportet: niſi ex ſpū dei excepimus: feſtinemꝰ ꝓ oībus grās referre et fortiter oīa tolerare. In pauꝑtate ſumꝰ gratias agamus: in egritudine grās agamus/ calūnias ſuſtinemꝰ: gratias agamus: aliqđ malū patimur: grās agamus: hoc enī nos facit ꝓximos eſſe deo: tū etiā deū habemus debitorē: qñ vero bona ꝑcipimꝰ nos debitores exiſtimus. Et ſepius nobis ad iudiciū iſta cōtingūt: illa vero ad pctī purgationē ꝓueniūt. Illa miſerationem ⁊ miſericordiā nobis acquirūt: hec aūt etiam in ſuperbiā nos erigūt: hec etiā ad negligentiā nos adducūt ⁊ faciunt vnūquēq̄ magna de ſemetipſo imaginari: hec molliores efficiūt. Propterea etiā ꝓpha dicebat: Bonū mihi dn̄e qm̄ humiliaſti me: vt diſcā iuſtificatiōes tuas. Quādo vero ꝓſperitatē accepit ⁊ de aduerſitatibꝰ liberatus eſt ezechias: in altum cor eius erectū eſt: qñ vero in egritudinē ac morbū deciderat/ tūc humiliatus eſt/ tūc ꝓximus factus eſt deo. Quādo inquit interimebat eos: tunc inquirebāt eū et cōuertebant̄ ⁊ diluculo vigilabāt ad eū. Et iterū: Quādo impinguatꝰ eſt ⁊ ſaginatus recalcitrauit/ q̄ dilectꝰ erat. Cognoſcit̄ enī dn̄s faciēs iudicia. Magnū q̄ppe bonū eſt tribulatio. Arta inq̄t ⁊ anguſta ē via: q̄ ducit ad vitā. Ergo tribulatio nos cōpellit in anguſtā viā: q̄ vero nō tribulat̄/ illā viā intrare nō poterit: qui enī in anguſta via ſemetipm̄ cōtribulat ipe eſt: q̄ etiā requie perfruit̄. Qui vero dilatat ſemetipm̄ ⁊ neq̄ illā viā ingredit̄ ⁊ ipſe potius tribulat̄/ dum per plura diſcerpit̄. Intueris igit̄ qualiter paulus in anguſtias huius vite ingredit̄. Affligo inq̄t corpus meū ⁊ in ſeruitutē redigo: vt ꝑ illud iter incedā ꝓpterea in oībus grās referebat deo. Damnū pecuniarū paſſus es: hoc tibi plurimū latitudinis apportauit. Ex honoris culmine cecidiſti: facta ē tibi alia altitudo. Calūnias paſſus es: et credita ſunt q̄ tibi fiūt importuna mēdacia/ in q̄bus te cōſciētia nō remordet/ gaude atq̄ gl̄iare. Beati inquit eſtis cū vobis maledixerint/ ⁊ locuti fuerint omne malum aduerſus vos mētientes ꝓpter me: Gaudete ⁊ exultate/ qm̄ merces veſtra multa eſt in celis: q̄d miraris/ ſi cū merore cōficeris. Deſideras tētationibꝰ condeſcere: paulus etiā voluit aliquā habere remiſſionē: ⁊ ſepius deū deprecatus eſt ⁊ nō impetrauit: ꝙ enī dixit: Ter dn̄m rogaui: ſepius ſignificat. Et dixit mihi inq̄t: Sufficit tibi gratia mea: qm̄ virtus in infirmitate ꝑficit̄. Infirmitatem hic dicit tribulationes. Et q̄d paulus: Hec audiēs cū gratiarūactione ſuſcepit dicēs: Propterea glorior in infirmitatibus meis: hoc eſt cōplaceo/ requieſco in tribulationibꝰ meis. Et nos igit̄ ꝓ oībus gratias agamus/ ſiue ꝓ remiſſione/ ſiue ꝓ tribulatione/ nō murmuremus/ neq̄ ingratifici exiſtamus. Nudus inquit exiui de vtero matris mee/ nudus etiā reuertar. Nō veniſti cū gl̄ia/ non ergo gloriā adipiſci deſideres. Nudus inq̄ nō pecunijs tm̄: ſed etiā gloria ⁊ bona opinione in hāc introductus es vitā. Intellige quātas ſepiꝰ per pecunias mala cōtingāt. Facilius eſt inquit camelū ꝑ foramē acus trāſire: q̄ diuitem intrare in regnū celoꝝ. Cōtemplaris quantoꝝ bonoꝝ impedimentū diuitie nobis ingenerāt et tu diues effici cupis: Nū gaudes q2 impedimentū tibi tā graue ſublatū eſt. Sic enī arta eſt via q̄ ducit ad regnum: ⁊ ſic late ſunt/ ac ſpacioſe diuitie ⁊ tumoribꝰ ac molibus onerate: ⁊ inflationibꝰ plene ſunt. Propterea inq̄t: Uende oīa tua/ vt te arta via poſſit ſuſcipere. Quid cupis pecunias: Propterea enim abſtulit eas tibi deꝰ/ vt te liberet a peſſima ſeruitute. Nā et pr̄ optimus ⁊ integer cū filiū viderit amore meretricis alicuiꝰ deꝑire: ſi admonitiōes eiꝰ audire neglexerit/ illā meretricē de medio auferēs ī exilia lōginq̄ detrudit. Talis eſt etiā abūdantia pecuniarū. Curā igit̄ de nobis gerēs verus pr̄ et optimꝰ dn̄s: volēs nos ab hac leſione liberare/ aufert nobis pecunias/ quarū amore mens nr̄a corrumpit̄. Nō igit̄ arbitremur malū eſſe pauperiē. Pctm̄ enī ſolū eſt malū/ neq̄ diuitie bone ſunt per ſeipas: ſed deo placere ſolū bonū eſt.. Paupertatē igit̄ appetamus/ hanc ꝓtinꝰ inſequamur. Ita ꝓmerebimur celū: ſic etiā alioꝝ bonorū impetratione iudicabimur digni/ q̄ oēs nos contingat adipiſci in xp̄o ieſu dn̄o nr̄o: cū quo prī/ vna cū ſanctoſpiritu/ gl̄ia/ imperiū/ honor/ nunc ⁊ ſemper/ ⁊ in ſecula ſeculorū Amen.

Homelia XXXIIII Ex capitulo vltimo.

o **Haudite prepoſitis veſtris et ſubditi eſtote eis. Ipſi enī vigilant pro animabus veſtris rationem reddituri: vt hoc cum gau-**

# dio faciant: et non congemiſcẽtes Non enim expedit vobis iſtud.

Malũ quidẽ eſt vbi nullus eſt ꝑncipatus ⁊ mul-
tarũ cladiũ hecres exiſtit occaſio et confuſionis eſt/
turbationũqꝫ principiũ. Sicut enĩ ſi ex choro ipſum
principẽ auferas/nequaqꝫ modulatus chorus/vel
ordinatus exiſtit: et falãga militũ ſi ducẽ nõ habeat
nullo mõ numeroſe acies illa/vel ordinate ꝓcedit: ⁊
nauis ſi gubernatore priuet̃ peſſum eat/neceſſe eſt:
et gregi ſi paſtorẽ abſtuleris: cũctꝰ diſperget̃ ⁊ piet:
Malũ igit̃ eſt vbi nullus eſt principatꝰ: ſubuerſio-
nis quippe hoc eſt argumentũ. Malum aũt eſt nõ
minus ⁊ inobedientia eorũ: q̃ regunt̃ a principe: idẽ
malũ q̃ppe cõtingit. Ppl's enĩ ſi nõ obſequit̃ princi
pi ſimilis eſt pplo principẽ nõ habẽti: imo etiã dete-
rior. Illi quidẽ ſaltẽ veniã habẽt: ꝓ quo indiſpoſite
atqꝫ inordinate verſant̃: ſi quidẽ ordinatore priuati
ſunt: hi aũt veniã nõ merent̃ q̃n etiã puniunt̃. Sed
fortaſſe aliq̃s dicit/q: eſt tertiũ quoqꝫ malũ/q̃n ipſe
princeps malus extiterit: hoc noui etiam ego: ⁊ non
paruũ malũ eſt iſtud: immo etiã peius ẽ/q̃ſ ſine ꝑn-
cipe cõuerſari. Melius quippe eſt a nullo/q̃ſ a peſ-
ſimo regi. Ille quidẽ ſaluat̃ aliquãdo/ac ſi periculũ
decidit: iſte autẽ oĩbus modis ꝑicula ſubiturus eſt/
dũ ad foueas ⁊ ruinas impellit̃. Quomõ ergo dicit
paulus: [Obedite ꝓpoſitis vr̃is et ſubiecti eſtote.]
Poſtq̃ſ ſupius dixerat/quoꝝ ꝯtẽplãtes exitũ ꝯuer-
ſatiõis/imitamini fidẽ: tũc intulit: obaudite ꝓpoſitꝭ
vr̃is et ſubiecti eſtote. Quid ergo dicit aliq̃s: Dũ ꝓ-
poſitus malignꝰ extiterit nõ obaudimꝰ. Malignũ
q̃liter dicis? Si quidẽ eſt in cã fidei/fugeillũ/⁊ cui-
ta/nõ ſolũ ſi homo fuerit: ſed etiã ſi angelus de celo
deſcenderit. Si ꝟo in voto ⁊ moribꝫ malignũ dicis
noli ſcrutari. Et hec nõ ex meipſo dico: ſed ex ſcriptu
ra diuina. Audi enĩ xp̃m dicentẽ: Sup cathedram
moyſi ſederũt ſcribe ⁊ phariſei. Et primo dicens de
his m'lta mala/tũc dixit: ſederũt ſup cathedrã moy-
ſi: Oĩa inq̃t q̃ dixerint vobis facite: q̃ autẽ fecerint/
facere nolite: hñt inq̃t dignitatẽ: licet vite ſint ꝑdite
verũtamẽ nõ ad vitã eorũ: ſed ad ſermones intẽdite.
Quantũ enĩ ad mores attinet/nullus poterit ledi.
Qua ratione hoc? Quia q̃ facit manifeſta ſunt oĩbꝰ
⁊ neqꝫ ipſe/ac ſi ad cacumẽ iniquitatis ꝑueniat po-
terit alios mala docere. Cũ aũt fidei cauſa vertitur
neqꝫ manifeſtũ eſt oĩbus q̃d dicit̃/neqꝫ malignꝰ du
bitauit docere cõtraria. Nã q̃d dictũ eſt: nolite iudi
care ne iudicemini: de vita dictũ eſt/nõ de fide. Q̃d
enĩ infert̃ hoc manifeſtat. Quid enĩ vides inq̃t ſtipu
lã in oculo fr̃is tui/et trabẽ in oculo tuo non vides?
Oĩa ergo q̃ vobis dixerint inq̃t vt faciatis facite: fa
cere aũt op̃is eſt/nõ fidei. Scd̃m aũt op̃a coꝝ nolite
facere. Intueris q̃m nõ de dogmatibꝫ: ſed de vita ⁊
op̃ibus ſermo eſt. Sed paulus primũ inſtituit eos/
et tunc dixit: [Obaudite ꝓpoſitis vr̃is/⁊ ſubiacete
eis: ipſi enĩ vigilãt ꝓ vobis reddituri rationẽ.] Au
diant et principes nõ ſolũ illi q̃ regunt̃ a principibꝰ:
q̃m ſicut obedientes oportet eſſe q̃ regunt̃: ſic etiã re
ctores ⁊ principes vigilãtes eſſe decet/⁊ ſobrios. Et
q̃d dicis q: vigilant tñ. Periculũ etiã ſuſcipere ſup
eiꝰ caput eminet: ſubiectꝰ ẽ vltionibꝫ pctõꝝ tuoꝝ et
ꝓpter te reus exiſtit/timoribꝫ ſubijcit̃ enĩ ⁊ tu negli-
gentie te tradis ⁊ nugis occuparis ⁊ artificiũ tuum
ſtulta mẽte ꝓponis. Propterea hoc inq̃t dico [vt cũ
gaudio faciãt ⁊ nõ congemiſcẽtes: nõ enĩ expedit vo
bis.] Intueris quoniã cũ contemnit̃ princeps non
oportet vltiones ingerere: ſed tota vltio eſt plorare/
ingemiſcere. Nã ⁊ medicus q̃n ab egroto cõtemnit̃
nõ ſe vlciſcit̃: ſed plorat et ingemiſcit. Sed dicis q:
ſi ille ingemiſcit/vlciſcit̃ in te deus. Si enĩ ꝓ nr̃is
pctis ingemiſcimus/adducimꝰ ad nos ꝓpiciationẽ
dei. Pro alioꝝ ꝟo ſuperbia/vel cõtemptu cũ inge-
miſcimus: nõne amplius aduocamus deũ? Uides
ergo q̃m nõ ꝑmittit eum in iniurias deduci. Uides
quãta philoſophia iſtud eſt. Ingemiſcere ergo opor
tet eũ/qui cõtemnit̃ ⁊ cõculcat̃ ⁊ cedit̃. Nõ arbitre-
ris q̃m non te vlciſcit̃ deus. Gemitus enĩ omni erit
vltione deterior. Quãdo enĩ ipſe nõ intelligit inge-
miſcẽs inuocat dñm. Et ſicuti cũ doctor contẽnitur
a puero: pedagogus cogat̃ qui ſeuerius accedit ad
puerũ: ſic etiã hi inobediẽtibus diſcipulis loquunt̃
periculũ. Quid dicamus infelicibus illis ⁊ miſeris
qui ſemetipſos ad alios regẽdos ꝑcipitant ⁊ ſe in tã-
torũ ſuppliciorũ abyſſum iactant. Omniũ quos re-
gis mulierũ/puerorũ atqꝫ virorũ/tu rationẽ reddi-
turus es: tãto igni tuũ ſubijcis caput. Miror ſi po
teſt ſaluari aliquis rectorũ. Poſt tantã enĩ cõmina
tionẽ: quã negligẽtie videmꝰ illatã: video aliquos
etiã cõcurrere ⁊ ꝑcipitare ſemetipſos tante moli/ac
tante difficultati regiminis. Si enim qui neceſſita-
te cõpellunt̃/nullũ poterũt habere refugiũ/neqꝫ vl
lam excuſationẽ reperiẽt: quãdo res male tractaue-
rint: ⁊ quãdo negligenter adminiſtrationẽ geſſerint
ſuam: nam ⁊ aaron neceſſitate compulſus eſt: et ta-
me in periculũ venit: ſed ⁊ moyſes pericula ſepiꝰ ſu-
ſtinuit: qui regimẽ illud ſepe recuſauerat: et ſaul cui
alius cõmiſſus eſt principatus: poſtq̃ſ recuſauit in
ꝑicula incidit: quia male ſui regiminis adminiſtra-
uit officiũ: quãto ergo amplius qui cum ſtudio/et
ambitione petunt principatus: et ſemetipſos preci-
pitant/ſeuerius puniuntur? Huiuſmodi enĩ homo
multo amplius ſibi locũ venie claudit. Oportet er-
go timere ac tremere ⁊ propter cõſcientiã/ꝓpter mo
lem/ac magnitudinẽ cure. Et neqꝫ dũ quis ad prin
cipatum trahit̃ recuſare: neqꝫ dum nõ trahit̃ quiſq̃ſ
ſemetipſum ꝑcipitare: ſed cõſiderãtes tante dignita
tis amplitudinẽ: oportet effugere: cõprehẽſos autẽ
obſequiũ et reuerentiã oportet oſtendere. Nihil im-
moderate faciendũ eſt: ſed anteq̃ſ fiat preſens q̃s re-
fugiat ꝑſuadeat ſibimetipſi: ꝙ ad illã rem ſumendã
indignus exiſtat: cõprehẽſus aũt ſimiliter reueren-
tiã exhibeat. Ubiqꝫ modeſtiã et ingenuitatẽ debes
oſtendere. [Orate inquit etiã pro nobis. Cõfidimꝰ
aũt q̃m bonã conſcientiã habemꝰ in oĩbus bene vo
lentes cõuerſari.] Intueris quoniã hec deprecatio
nes ſunt: veluti ad cõtriſtatos ſcribẽs: ⁊ ad eos qui
auertebant̃ ⁊ q̃ circa eũ veluti circa p̃uaricatorẽ affi
ciebant̃/nõ ferẽtes neqꝫ nomẽ eiꝰ audire. Q̃m igit̃
ab odiẽtibꝫ ſe talia poſtulabat: q̃lia q̃s a dilectoribꝫ
põt p̃ſumere: ceteri oẽs ꝓpterea in hoc loco inſtituit
dicẽs: [Cõfidimꝰ q: bonã cõſcientiã habemꝰ.] ve-
luti ſi diceret: nolo mihi accuſatiões aliq̃s ꝓferatis.
Cõſciẽtia inq̃t nr̃a nos in nullo cõdẽnat: neqꝫ nobis
aliq̃d cõſcij ſumꝰ: q̃m vob inſidias fecerimꝰ. [Cõfi
dimꝰ inq̃t q̃m bonã cõſcientiã habemꝰ in oĩbꝫ.] Nõ
in gentibꝫ tm̃: ſꝫ etiã in vob. Nihil negociatiõis grã
fecimꝰ: nihil cũ fictiõe protulimꝰ: fortaſſis enĩ in ta
libus accuſabat̃. Audierũt enĩ inquit de te q̃m diſ-



ceſſionẽ doces a lege. Nõ ſicut inimicꝰ inquit neqꝫ
ſicut hoſtis: ſed ſicut amicus hec ſcribo: hoc etiam ex
his que ſequunt̃ oſtendit̃. [Abundantiꝰ aũt inquit
peto hoc fieri: vt citius vobis reddar.] Hoc enĩ ni-
miũ amantis eſt ſic orare/nõ ſimpliciter: ſed cũ tota
intentione/⁊ omĩ prorſus ſtudio: [vt cito inquit ad
vos veniã.] Hoc animi eſt/nihil ſibi conſcij feſtina
re: vt ad eos velociter adueniret/⁊ exhortari illos/
orare pro illo: vt hoc ei concederet̃: primũ ab eis po-
ſtulãs oratiõis auxiliũ tũc etiã ip̃e pro eis oĩa bona
deprecat̃. [Deus aũt inquit pacis.] Nolite igit̃ di-
ſcedere a nobis ſi vultis deũ pacis habere ꝓpitium.
[Qui eduxit inq̃t de terra paſtorẽ magnũ pecorũ.]
Hoc de reſurrectione dictũ eſt. [Magnũ inquit.]
Addidit aliud additamentũ. Hinc vſqꝫ ad finẽ ora-
tionis rationẽ eis de reſurrectione confirmat. [In
ſanguine inq̃t teſtamenti eterni dñm noſtrũ Ieſum
xp̃m: vt nos ꝑfectos redderet in omni opere bono/
ad faciendã voluntatẽ eius/faciens in vobis bene
placitũ in cõſpectu ſuo.] Iterũ teſtificat̃ eis maiora
perfici. Ad illos enĩ pertinet qui iã ſumpſere princi-
piũ: ⁊ q̃ꝝ ad perfectionẽ omnis curſus intendit.
Et iteꝝ orat ꝓ eis/q̃d pertinet ad amantẽ: ⁊ in alijs
quidẽ epiſtolis in exordijs orat: hic aũt in fine. [Fa
ciẽs inquit in vobis beneplacitũ in cõſpectu ſuo ꝑ
ieſum xp̃m/cui gloria in ſecula Amẽ. Obſecro autẽ
vos fratres/vt ſuſtineatis verbũ cõſolatiõis: etenĩ
perpaucis ſcripſi vobis.] Intueris quia q̃d nullis
ſcripſit/iſtis ſcribit. Etenĩ inquit nõ vobis ſum mo
leſtus longo ſermone. Arbitror aũt eos/quia circa
timotheũ nõ ſe habebãt infenſius. Unde etiã ip̃m ꝓ
poſuit. [Cognoſcite inq̃t fratrẽ noſtrũ timotheũ di-
miſſum: cũ quo ſi celeriter venerit/videbo vos.] Di
miſſum aũt dixit: Unde? Arbitror enĩ ꝙ in cuſtodiã
fuerit miſſus: aut ſi h̃ nõ eſt/dimiſſum dicit ab athe
nis. Nã ⁊ in apoſtoloꝝ actibꝫ ſic habet̃: [Salutate
inq̃t prepoſitos veſtros: ⁊ omẽs ſctõs: ſalutant vos
oẽs ex italia grã cũ oĩbꝫ vobis amẽ.] Intueris q̃lit̃
oñdit ĩgenerari poſſe ꝟtutẽ: neqꝫ ex deo dici totũ ne
qꝫ ex nob eã ꝑfici tm̃. Primũ dicẽdũ vt ꝑficiat vos
in omni opere bono: hoc ſignificat: Habetis quidẽ
virtutẽ: indigetis aũt cõplemento. Quid aũt eſt q̃d
dicit: [In omni opere bono/et ſermone bono?] Ut
vitã ſcꝫ rectã haberẽt/⁊ dogmata. [Scd̃m volunta
tem eiꝰ inq̃t/faciens in vobis beneplacitũ in cõſpe-
ctu eiꝰ.] Hec quippe maxima virtꝰ eſt facere bene
placitũ in cõſpectu dei: ſcd̃m ꝙ etiã ꝓpheta loquit̃/
dicẽs: Et ſcd̃m mundiciã inq̃t manuũ meaꝝ: in con
ſpectu oculoꝝ eiꝰ. Tanta tñ ſcribẽs apoſtolus par-
ua illa eſſe dixit: in cõparatõe ſcꝫ eoꝝ: q̃ dicturꝰ erat
ſcd̃m q̃d ⁊ alibi dixit: Sicut ſcripſi vobis in modico
ſcd̃m ꝙ poteſtis legentes intelligere prudentiã meã
in miſterio xp̃i. Et vide ſapientiã eiꝰ. Nõ dicit obſe
cro vos ſuſtinere verbũ ammonitionis: ſed ſuſtinete
verbũ cõſolatõis: hoc eſt verbũ ſolatij/verbũ horta
tionis. Nõ põt quiſq̃ſ inq̃t longitudinẽ ſermõis ab-
nuere: niſi ĩ patiẽtia. Hoc quippe erat q̃d eos auer-
ſari faciebat. Nõ vult hoc oñdere: ſed latẽter hoc di
cit tanq̃ſ ſi diceret/et ſi puſillanimes eſtis: taliũ enĩ
nõ eſt ferre ſermonis longitudinẽ. [Cognoſcite in-
quit fratrẽ timotheũ dimiſſum eſſe: cũ quo ſi celeri-
ter venerit videbo vos.] Hoc eĩ idoneũ erat vt eos
manſuetiores efficeret/ꝙ ſe paratũ dixit ad eos ve-
nire: vt eos cũ ſuo diſcip'lo videret. [Salutate inq̃t
prepoſitos veſtros/et oẽs ſanctos.] Intueris quõ
eos honorabiliter tractat. Siquidẽ ad illos ꝓ illis
ſcribebat. [Salutãt vos oẽs ex italia. Gratia inq̃t
cũ omnibꝫ vobis amẽ.] Gratiã eis optat q̃d eſt oĩm
cõmune. Qualiter aũt fit gratia nobiſcũ? Si nõ in
iuriã faciamꝰ: q̃n nobis beneficia cõferunt̃: ſi negli
gentes nõ exiſtamꝰ/circa munera dei. Quid ẽ gra-
tia? Remiſſio videlicet ⁊ purgatio peccatoꝝ: hec no
biſcũ eſt ſi bene egerimꝰ. Nã quis iniurioſus poteſt
iſtã ſeruare gratiã: ⁊ nõ ſtatim euacuatꝰ efficit̃? Uer
bi gratia: Donauit tibi oĩa peccata. Quõ tecũ gra-
tia ꝑmanebit/ſiue ſpũſctĩ operatio: niſi eã per bona
op̃a ad temetip̃m attraxeris. Hec q̃ppe ẽ cauſa oĩm
bonoꝝ: ſi in nobis ſpiritalis gratia ꝑſeuerat: hec q̃p
pe nos ad oĩa bona recto itinere deducit: ſicut ẽt q̃n
ab ea excidimꝰ/perimꝰ: ⁊ deſerti efficimur oĩ bono
Nõ itaqꝫ eã repellamꝰ: in nobis quippe eſt etiã vt ꝑ
maneat in nobis/vel vt diſcedat a nobis: illud enĩ
fit q̃n celeſtia meditamur: hoc aũt q̃n ad ſecularia de
clinamus. Quẽ mũdus inquit nõ poteſt capere: q̃m
nõ videt eũ: neqꝫ cognoſcit eũ. Cõtemplaris igitur
q̃m nõ eſt ſecularis aĩe habere ſpiritũ ſctm̃. Multo
nobis itaqꝫ opus eſt ſtudio: vt eũ apud noſmetip̃os
retinere poſſimus/⁊ munitos nos reddere/atqꝫ in
pace collocare. Sicut eĩ nauis/que ꝓſpero flatu fer
tur in pelago/nõ põt impediri/neqꝫ demergi/vſqꝫ-
quo proſpero vento/ac ꝑſeuerãte perfruit̃: ſed etiã
poſt nauigationẽ gl'a eis magna cõtingit: ſiue nau-
tis: ſiue epybatis: illis q̃dẽ requiẽ tribuẽs ꝙ labo-
re remigationis nõ fuerint fatigati: illis aũt ꝙ eos
maris moleſtia liberauit/⁊ nauigationẽ ip̃am hila
rẽ fecit: ⁊ velut ſpectaculũ illis iucũdũ ip̃am proſpe
ritatẽ curſus attribuit: ſic etiã anima diuino adiuta
ſpiritu omnibꝫ rebꝫ ſuperior exiſtit/⁊ omĩbꝫ fluctua
tionibꝫ vite huiꝰ eminebit: ⁊ vitã in celũ ducentẽ: ve
hementiꝰ q̃ſ illa nauis incedit: vtpote que non ven-
to impellitur: ſed ab ip̃o paraclyto fertur/mũda ve
la poſſidens/⁊ plena proſperis flatibꝰ omnẽ remiſ
ſionẽ ⁊ diſſolutionẽ a ſua mente diſcutiens: ſicut enĩ
in velis iactatis ventus incidens nihil operatur: ſic
etiã ſpiritusſanctus in anima remiſſa/⁊ ſegni nõ pa
titur permanere. Sed opus eſt nobis omni diſtri-
ctione/omniqꝫ vehementia: vt mens noſtra ardens
in nobis exiſtat: ⁊ oĩa in nobis opera intenta ſint
⁊ fortia. Uerba gratia: Quãdo oramꝰ cũ multa in-
tentione hoc oportet efficere/intendentes animũ no
ſtrum ad celũ: nõ funibus: ſed deſiderio valido. Itẽ
quando miſericordiã facimus/intentione opus eſt:
ne forte cura domus/⁊ prouidentia filioꝝ/atqꝫ vxo
ris affectꝰ: vel timor egeſtatꝭ ſubintrãs/remiſſiora
vela nob efficiat. Si eĩ ſpẽ futuroꝝ attẽdamꝰ vndi
qꝫ: hñ ſuſcipit op̃ationẽ ſpũſctĩ: ill'ãt cogitationibꝫ ⁊
miſerijs impedientibꝫ: nihil in eam gratiam permit
tit incidere. At ſi forte incidat/ip̃am quidem nihil le
ſit: repcutit̃ aũt ille flatꝰ citiꝰ gemitibꝫ aĩe ⁊ excidet
excuſſus. Proterea igit̃ m'lta nob opꝰ ẽ ĩtẽtiõe etenĩ
nos ĩ mari magno/⁊ ſpacioſo nauigamꝰ: multis q̃-
dẽ beſtijs pleno/⁊ ſcopulis. Hoc mare multas no-
bis etiã tempeſtates ingerit/⁊ obducto celo nubibꝫ
maiores excitat flacꝰ. Oportet igit̃ ſi volumus ſine
moleſtia ⁊ ſine periculo nauigare: vela noſtre nauis
erigere: hoc eſt nr̃e voluntatis: ſufficit enĩ hoc nobis
Nam et abraã quoniam deſiderium ſuũ intentum
habuit ad deum/et voluntatem ſuam integrã/⁊ ꝑ-

fectã obtulit deo: nihil aliud opus habuit: ſed reddidit deo/ ⁊ reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. Fides aũt integra ⁊ germana volũtas eſt. Obtulit filiũ ſuũ/ ⁊ nõ eũ occidens: occidentis certũ eſt recepiſſe mercedẽ: ⁊ re nõ facta merces ei reddita eſt integra/ ⁊ perfecta. Sint igit᷑ nobis munda vela/ non ſint veteranoſa: omne nãqꝫ qđ veteraſcit/ ⁊ in ſeniũ cadit/ interitui proximũ eſt. Non ſint cõtrita/ ⁊ dirupta: vt ſpiritales flatꝯ nõ teneãt. Animalis enĩ homo (dixit apoſtolus) nõ ꝑcipit ea q̃ ſunt ſpũs. Sicut enĩ aranearũ ſtamina flatũ venti nõ ſuſcipiũt: ſic neqꝫ anima ſecularis: neqꝫ hõ animalis gratiã poterit ſpũſcti ſuſcipere. Nihil enĩ differũt ab illis ſtaminibꝫ cogitationes noſtre: ſolo viſu habentes cõſequentiã: totꝯ aũt virtutis vacue permanẽt: ſed noſtra nõ debent eſſe talia: ſi quidẽ ſobrij ſumus. Quicquid inciderit omnia tolerat xp̃ianus/ ⁊ omnibꝫ eſt ſuperior/ omĩ plaga fortior. Sit enĩ quiſqꝫ ſpiritalis vir/ ⁊ occurrant ei mille mala/ nullo mõ vincit᷑. Et quid dico? Incidat illi pauꝑies/ egritudo/ iniurie/ detractio/ vituperationes/ plage/ omne genꝯ ſupplicij/ omne genꝯ deprecatiõis/ ⁊ improperioꝝ/ ⁊ iniuriarũ: ſed veluti ſi extra mũdũ fuerit cõſtitutꝯ/ ⁊ velut ſi a paſſionibꝫ corporis liber exiſtat: ſic cũcta illa riſui habebit. Et quia non hec verbis amplificare volo: multos etiã nũc tales exiſtimo: ſicut hi qui ſe ad heremũ cõtulerũt: ſed nihil hoc mirũ. Nã etiã in ciuitatibus latere tales exiſtimo: ꝙ ſi volo: poſſum huiuſmõi antiquos oſtendere: ⁊ vt agnoſcas intellige Paulum Quid ille nõ mali paſſus eſt? Quid non ſuſtinuit? Omnia fortiter tolerabat. Hũc imitemur/ ⁊ ſic poterimꝯ ad portꝯ venire tranquillos: lucra maxima deferentes. Extendamꝯ igit᷑ noſtrã mentẽ: ⁊ eleuemus ad celũ/ ⁊ illo amore teneamur/ ⁊ igne ſpiritali magnanimiter ĩduamur. Saluemꝯ noſmetip̃os flammaꝝ incẽdio diuinaꝝ: nullus his flãmis circũſeptus/ alicuiꝯ formidat incurſus: ſiue fuerit homo ſiue beſtia/ ſiue mille muſcipule: q̃ꝫdiu enim quiſqꝫ ignitus incedit: omnia ſuperat: omnia excedit: omĩa cõtemnit: flãma quippe inſuperabilis res eſt: ⁊ importabile eſt cunctis rebꝫ incendium. Ignis quippe cuncta conſumit. Hoc itaqꝫ igne circũſepiamur exhortor/ gloriã offerẽtes domino noſtro Jeſu xp̃o: cũ quo patri/ vna cũ ſancto ſpiritu/ gloria/ imperiũ/ honor/ nunc ⁊ ſemper/ ⁊ in ſecula ſeculoꝝ Amẽ.

Explicit homelia. XXXIIII. ⁊ vltima beati Johannis Chriſoſtomi epiſcopi Conſtantinopolitani in epl'as btĩ Pauli apl'i ad hebreos.

## Beati Joãnis chriſoſtomi epĩ cõſtantinopolitani in epiſtolã beati Pauli ad Timotheum argumentũ.

VNus ex apl'i diſcipulis Timotheus fuit. Atteſtatur aũt ⁊ Lucas in actibꝫ apl'oꝝ: mirabilis eũ fuiſſe ĩdolis iuuenẽ: cui a fratribꝯ qui liſtris/ atqꝫ iconij morarẽtur/ teſtimoniũ perhibebatur ꝓbitatis/ atqꝫ virtutis: qui vna ⁊ diſcipulus fuit/ et magiſter euaſit: atqꝫ adeo prudentia/ ſapientiaqꝫ preclarus: vt cũ audiret Paulum/ abſqꝫ circũciſiõe predicantẽ: comperiſſetqꝫ vt ille obſtiterat Petro: eius rei gratia eligeret/ non modo contrariũ nihil predicare/ verum id etiam pati. Circumcidit enim inquit in eiuſmodi etate: atqꝫ ita illi omne protinus miniſteriũ credidit. Sufficere quidem poterat/ affectus apoſtoli/ miraqꝫ dilectio: virũ indicare cuiuſmodi fuerit. Quippe ⁊ alibi ipſi teſtimoniũ perhibet/ ſcribens/ ac dicens: Experimentũ eius noſcitis: quoniã tanq̃ꝫ patri filius/ mecum ſeruiuit in euãgelio/ corinthijſqꝫ rurſum cũ ſcriberet/ ait: Miſi vobis Timotheũ: qui eſt filius meus chariſſimus/ et fidelis in domino. Et iterum: Videte ne quis eũ contemnat: Opus enim domini operatur/ ſicut et ego. Hebreis quoqꝫ ſcribens ait: Cognoſcitis fratem Timotheũ dimiſſum. Plurimaqꝫ multis ex locis: qui diligenter inquiret/ inueniet: beniuolentie/ ac dilectionis indicia: ea etiam que nunc vſqꝫ fiunt miranda: ipſius confidentiam ac virtutẽ oſtẽdere facillime poſſunt. Verũ enim ſi quis curioſe perquirat: quid ſit cur Tito/ ac Timotheo: tm̃ ex omni diſcipuloꝝ numero ſcribat: cũ ſilas ⁊ lucas/ probati quoqꝫ/ ac mirabili virtute prediti fuerint. Ait namqꝫ ip̃e cum ſcriberet: Lucas ſolus eſt mecũ: ſed ⁊ clemens: vnus ex comitibus eiꝯ fuiſſe colligitur: cũ de ipſo ſcribat: Cum clemẽte/ et ceteris coadiutoribꝯ meis: nõ id quidem ab re: aut incongrue faciet. Cuius ergo rei gratia Tito ac Timotheo tantũmodo ſcribit? Quia his iam eccleſie gubernacula/ curãqꝫ tradiderat: illos vero ſecũ adhuc circũducebat. Adeo vero erat virtutis excellens inſigne vt neqꝫ adoleſcentia ip̃a impedimento eſſet: iccirco etiam ſcribens ait inter cetera: Nemo adoleſcẽtiam tuã contemnat: ⁊ rurſum: Adoleſcentulas inquit tanq̃ꝫ ſorores. Vbi enĩ virtutis certa argumẽta preluxerint: omnia quadrantur: nihilqꝫ impedimento eſſe poterit. Nã ⁊ cũ de epiſcopis loqueretur multaqꝫ dixiſſet/ q̃ eſſent in ep̃o neceſſario reqrẽda: nuſq̃ꝫ cernitur leges de etate tuliſſe. Quia ſi dixerat filios habentẽ ſubditos: ⁊ vniꝯ vxoris virũ: nõ iccirco ait/ q̃ſi neceſſariũ ſit: ⁊ vxorẽ hr̃e ⁊ filios: ceterũ ſi qñ forte cõtigerit: ex ſeculi hoĩbꝫ aliquẽ ad hmõi ordinẽ ꝓuehi: tales eẽ ꝑcepit: q̇ ⁊ domui ꝑeſſe ⁊ filijs: ⁊ oĩbꝫ reliq̃s ſciret. Nã q̇ ſecularis cũ eẽt: in eis iuuẽ repertꝯ: q̃ ad hãc rẽ familiarẽ neceſſario ꝑtinẽt/ q̃ pacto illi eccl'ie cura regimẽqꝫ ꝑmittit᷑? Cur ãt diſcipl'o q̇ iã ĩ mgr̃i trãſierat ordinẽ: hãc epl'am ſcribit? Nõne antea ꝑficiẽdꝯ erat: q̃ꝫ ꝑficiẽdus eccl'e: ꝙ ſi iã ꝑfectꝯ erat ſuꝑfluo illi hãc epl'am ſcribit: ſed ei doctrĩa illi opus erat: nõ eadẽ qua diſcipuli inſtruebant᷑: verũ que magiſtro/ ꝑceptoriqꝫ cõgrueret. Videas deniqꝫ illũ ꝑ totã epl'am: doctori cõgruã inferre doctrinã: ſtatiqꝫ ex ip̃is initijs/ ñ ait: Ne ĩtẽdas his q̃ aliẽ docẽt. Sꝫ q̇d? Vt eos admõeas nõ docere aliter



Homelia. I. Ex capitulo. I.

## PAulus apoſtolus ieſu xp̃i ſcđm imperiũ dei ſaluatoris noſtri ⁊ xp̃i ieſu: ſpei noſtre: Timotheo chariſſimo filio ĩ fide: gratia et miſericordia ⁊ pax a deo patre: ⁊ chriſto Jeſu domino noſtro Sicut rogaui te vt remãeres epheſi cum irem in macedoniã. ⁊c.

Magna erat profecto apoſtoli dignitas: magna atqꝫ mirabilis/ ⁊ vbiqꝫ cernimus paulũ dignitatis ſue adijcientẽ cauſas: non quaſi ſibimet vſurpet honorẽ ſed veluti traditũ neceſſario exercere cogat᷑: nã cũ dicat ſeip̃m vocatũ: ac ꝑ voluntatẽ dei: ⁊ rurſum alio in loco: Neceſſitas mihi incũbit. Cũqꝫ ſe in hoc ſegregatũ aſſeueret: iſta profecto omĩa ambitionem omnẽ excludunt/ omnẽqꝫ iactantiã. Nam quemadmodũ is qui non ſibi traditũ a deo/ honorẽ vſurpare preſumit: culpari digniſſimus eſt: ita ⁊ qui traditum ſibi repellere: et a ſe arcere molitur: aliorum eſt criminũ reus infidelitatis ſcilicet/ atqꝫ inobedientie: hoc deniqꝫ ⁊ nũc in principio epiſtole ad Timotheum Paulus oſtẽdit/ ſic dicens: [Paulus apoſtolus Jeſu chriſti/ ſcđm imperiũ dei.] Nõ dixit hic Paulus vocatꝯ apoſtolus: ſed ſecundũ imperium ne quid enĩ humanũ Timotheus fortaſſe pateret᷑/ putaretqꝫ illũ ſibi eque vt alijs diſcipulis loqui: iccirco ſic cepit. Vbi vero hoc illi imperauit deꝯ? Inuenimus nempe ſp̃m ſctm̃ dixiſſe in actibꝯ apoſtoloꝝ: Separate mihi paulũ ⁊ barnabã. Porro vbiq̃ꝫ dũ ſcribit: apoſtoli nomẽ adiungit: vt auditores erudiat/ ne humana eſſe exiſtiment/ q̃ dicunt᷑. Qui enĩ mittit᷑: qđ apoſtolus ſonat: nihil propriũ loquit᷑ ⁊ cũ dixiſſet apoſtolũ: protinꝯ auditoris animũ ad eũ qui ſe miſerat dirigit: icciro in omnibus epiſtolis iſtud iungit: vt fidẽ verbis ac doctrĩe hinc faciat/ dicens: [Paulus apoſtolus ieſu xp̃i ſcđm imperium dei ſaluatoris noſtri.] At q̇ pater nuſq̃ꝫ illi hoc imperaſſe deprehendit᷑: ſed vbiqꝫ xp̃s ip̃m alloquitur/ dicens: Vade qm̃ ego in gentes longe emittã te: et rurſus: Ceſari te oportet aſſiſtere. Sed ꝓfecto quecũqꝫ filiꝯ precepit: hec patris eſſe imperia dicit: quẽadmodũ ⁊ que ſpũs iubet/ ea ad filiũ quoqꝫ referũtur. Ecce enĩ a patre miſſus eſt: ⁊ ſeparatus a ſpũ: ⁊ hoc inquit imperiũ eſſe dei. Quid igit᷑? Nunquid filij imminuit poteſtatẽ: dũ ſe apoſtolũ eiꝯ/ ⁊ ſcđm imperiũ patris mitti aſſeuerat? Nequaq̃ꝫ. Vide nãqꝫ/ vt ip̃am poteſtatẽ patris ac filij dixerit eſſe cõmunẽ nã cũ dixiſſet: [ſcđm imperiũ dei ſaluatoris noſtri] protinus addidit: [Et xp̃i ſpei noſtre.] Vide q̃ꝫ proprie/ q̃ꝫ ſignanter hec cognomenta poſuerit. Certe enĩ pſalmiſta hoc de patre ait/ dicens: Spes omniũ finiũ terre: ⁊ iteꝝ paulus alio in loco: In hoc enĩ inquit laboramꝯ ⁊ exprobramur: qm̃ ſperamꝯ in deo viuo ⁊ vero. Neceſſario qui doctoris fungit᷑ munere ꝑicula ſuſtinet/ ⁊ multo plura q̃ꝫ diſcipuli. Percutiã enĩ inquit paſtores/ ⁊ diſpergent᷑ oues. Qm̃ igit᷑ iſta rei natura eſt diabolus vehementiꝯ aduerſus eos armat᷑: maioriqꝫ fertur inſania quippe cum ex eoꝝ cede: gregis quoqꝫ detrimenta ſequunt᷑. Nã qui ouẽ iugulat: greg eſt q̇dẽ imminuit: porro q̇ paſtorẽ ip̃m de medio tulerit: totũ ſimul gregẽ diſſipauit: itaqꝫ minori cũ labore maiora detrimenta molitur: atqꝫ vna anima cuncta ſimul perdere/ atqꝫ vaſtare contendit: atqꝫ ideo illis acrius imminet: quocirca ſtatim ab ip̃is initijs ip̃ius erigit animũ. Saluatorẽ inquiens habemus deũ/ ⁊ xp̃m ſpem noſtrã Patimur multa: ſed magna nitimur ſpe: pericula inſidiaſqꝫ perpetimur: ſed ſaluatorẽ habemus: non hominẽ: ſed deũ. Neqꝫ igitur qui ſaluat/ infirmꝯ eſt deus quippe eſt: ⁊ quãtacũqꝫ pericula fuerint: nos ſuperare nõ poterunt: neqꝫ ſpes noſtra cõfunditur: xp̃s enĩ eſt. His igitur duobꝫ iam adminiculis maximis freti: pericula ferimus: ꝙ ſcꝫ aut celeriter liberamur/ atqꝫ ſaluamur: aut meliori ſpe nutriti facile cuncta toleramus. Quid aũt cauſe eſt: ꝙ nuſq̃ꝫ patris ſe apoſtolũ dicit: ſed xp̃i? Oĩa cõmunia facit: euangeliũ quoqꝫ ip̃m dei eſſe dicit. Quelibet inq̇t/ patiamur: nihil ſunt preſentia oĩa. [Timotheo chariſſimo filio in fide.] Et hoc plenũ conſolationis eſt: nã ſi tm̃ fidei oſtenderat: vt pauli filius fieret: neqꝫ id ſimpliciter: ſed chariſſimus filius: futuroꝝ quoqꝫ maximã fiduciã capit. Quippe fidei hoc propriũ eſt: quantũlibet cõtraria promiſſis facta cõtingant nunq̃ꝫ penitus decidit/ aut omnino turbatur. Sed ecce inquies ⁊ filium: ⁊ chariſſimũ filiũ dicit: nec tñ eiuſdẽ ſubſtantie eſt. Quid queſo? Nunquid brutũ animal erat. Sed nõ erat inquies ex paulo genitꝯ. Nõ ideo tamẽ alteriꝯ erat ſubſtantie? Nihil minus cũ enĩ dixiſſet filiũ: iccirco adiecit: [in fide:] vt quid vellet: apertius exponeret. Id quippe inſinuat illũ ⁊ chariſſimũ fuiſſe/ ⁊ ex ſe genitũ: nulla prorſus apparebat in fide veritas. Seruabat per omnia ſimilitudinẽ: qđ in humanis quoqꝫ cõtigere ſolet. Nẽpe enĩ eſt filius ſimilis patri: vere longe ampliꝯ/ ac dignius ea ſimilitudo in deo ſeruatur. Quippe in hominibus/ ⁊ ſi eadẽ ſubſtantia eſt: ſed alijs plurimis differunt: colore/ habitu/ prudentia/ tempore/ volũtate: animi ac corporis motibꝫ exterioribꝫ: atqꝫ alijs plurimis. Longeqꝫ plura ſunt q̃ illos ab inuicẽ diſiungunt: q̃ꝫ que inuicem iungant. Porro in deo nihil eiuſmodi impedimẽtorũ eſt: nihil qđ intercipiat omnino eã ſimilitudinẽ. Quia aũt ait ſcđm imperium maioris longe efficacie eſſe videtur: q̃ꝫ cũ dicit vocatus. Queadmodũ ⁊ alio in loco ait: In xp̃o ieſu ego vos genui: hoc eſt in fide: chariſſimũ vero iccirco addidit: vt diligentiſſimã ipiꝯ ad ſe ſimilitudinẽ vltra ceteros pãderet: et charitatẽ quã erga illũ habebat ac vehementẽ prorſus affectũ. [Chariſſimo inq̇t filio in fide.] Jam vero inſpice laudis eminentiã: qñ quidẽ ip̃m nõ modo filiũ ſuũ: verũ etiam chariſſimũ filium dixit. [Gratia/ miſericordia/ ⁊ pax inquit/ a deo patre noſtro: ⁊ chriſto ieſu dñ̃o noſtro.] Que nã vero ratio eſt/ cur in ceteris epiſtolis nuſq̃ꝫ miſericordiam imprecatus eſſe deprehenditur? At id quidem ex nimia indulgentia/ et ex nimio amoris affectu. Quippe plurima imprecat᷑ filio/ veretur q̃ꝫ/ ac timet illi omnia: ita nãqꝫ veret᷑: vt qđ nuſq̃ꝫ alibi fecit. ẽt de ſalubritate corporea ad eũ ſcriberet dicẽs: Vino modico vtere ꝓpter ſtomachũ tuũ/ ⁊ tuas frequẽtes infirmitates. Nempe enim doctores longe maxima miſericordia indigẽt. A deo inq̇t patre noſtro: ⁊ xp̃o Jeſu domino noſtro: ⁊ hec rurſum verba

plena ſolatiȷ̃:maximaqꝫ conſolatione referta. Nam
ſi pater deus eſt: filioꝝ profecto curã habiturus eſt
Audi enĩ dicentẽ xp̃m: Quis in vobis homo eſt:qui
quẽ ſi petierit filius panẽ:nunquid lapidẽ dabit ei?
[Quẽadmodũ inquit oraui te:vt remaneres epheſi
cũ irẽ in macedoniã.] Audi ꝙ̃ grate:ꝙ̃ placide:quõ
nõ magiſtri vtitur voce:ſed ſupplicis ferme. Neqꝫ
ei dixit precepi/neqꝫ iuſſi/neqꝫ ãmonui:ſed quid?
[Quẽadmodũ inquit oraui te.] Non tamẽ ad oẽs
diſcipulos paſſim affectus iſte ſeruandus eſt: verũ
ad eos qui ⁊ manſuetudine ⁊ virtute ſunt prediti:ce-
terũ ad eos qui non ſunt hmõi: neqꝫ chariſſimi ap-
pellari poſſunt:alia ratione affici neceſſe eſt:quem-
admodũ ⁊ ipe ſcribẽs ait: Argue eos cũ omni impe-
rio:⁊ hic vide quid ait: [Ut denũciares quibuſdã:
nõ vt orares:ſed vt denũciares/non aliter docere]
Quid hoc queſo ſibi vult? ita nõ ſufficiebat Pauli
epiſtola:quã epheſiȷ̃s ſcripſerat. Nunquid litteras
forte cõtempſerant? An vero ante illas litteras/di-
ſcipulo iſta mandauit? Nempe ⁊ ipſe in ciuitate hac
plurimum temporis fuerat: in qua diane erat tem-
plũ:hic nempe magna illa/notaqꝫ certamina per-
peſſus ẽ: vbi poſtꝙ̃ ſolutũ eſt theatrũ:cõuocatis ex-
hortatiſqꝫ diſcipulis:ita demũ inde profectus eſt:⁊
rurſus ad eos poſtmodũ venit. Dignũ vero inquiſi-
tione eſt: an modo illic Timotheũ preſulẽ cõſtitue-
rit/ait enim: [Ut denunciares quibuſdã/nõ aliter
docere.] Non eos notat ex nomine:ne aperta repre-
henſione impudentiores fierent. Erant aũt in ea ci-
uitate ex iudeis ꝗdã falſi apoſtoli/ꝗ fideles rurſus
ad legẽ conabant̃ attrahere:qđ fere in omnibꝰ epi-
ſtolis illis pro crimĩe obiȷ̃cit. Faciebant aũt hoc/nõ
quaſi cõſcientia impulſi:ſed inani gloria inducti: ꝙ
vellent hinc habere diſcipulos:atqꝫ aduerſus bea-
tũ paulũ cõtẽderẽt/zeloqꝫ ac liuore ducerent̃: ⁊ hoc
eſt qđ ait:aliter docere. [Neqꝫ intẽdere inquit fabu-
lis/⁊ genealogiȷ̃s interminatis.] Nõ hic legẽ ſigni-
ficare voluit:abſit:ſed falſas traditiões/ꝑnicioſaqꝫ
dogmata. Quippe ex hoc colligitur/pleroſqꝫ ex iu-
deis in his que inutilia ſunt ſermonẽ omnẽ cõſume-
re ſolitos:auos ⁊ proauos dinumerãtes vt ſcꝫ peri-
tie multe/atqꝫ ſcientie opinionẽ ſibi conquirerent.
[Ut denunciares inquit quibuſdã nõ aliter docere
neqꝫ intẽdere fabulis ⁊ genealogiȷ̃s interminatis.]
Quid eſt intermĩatis? Finẽ ſcꝫ nullũ/nullamqꝫ vti-
litatẽ habentibus. Uidiſti quomõ hmõi queſtiões
culpat/ac reſecare cõtendit? Ubi enĩ fides eſt:nulla
queſtionis neceſſitas eſt. Ubi nihil oportet curioſe
perquirere/quid opus eſt queſtione? Queſtio nem-
pe fidẽ tollit. Qui enĩ querit/nõdũ inuenit. Qui q̃-
rit/credere difficile poteſt:iccirco inquit: Non vace-
mus hmõi queſtionibꝫ: nã ſi querimꝰ: id fides non
eſt. Fides enĩ animũ cogitationẽqꝫ facit conquieſce-
re. Sed inquies/quõ igitur xp̃s? Querite inquit ⁊
inuẽietis: pulſate ⁊ aperietur vobis: ⁊ ſcrutamini
ſcripturas: quoniam in eis putatis habere vitam
eternam. Nempe illic ꝙ ait querite poſtulationes
intelligi vult vehemenſqꝫ deſiderium. Porro ꝙ
ait ſcrutamini ſcripturas: non querendi labores
inferre voluit:ſed potius arcere. Ait enĩ ſcrutamini
ſcripturas:hoc eſt vt illaꝝ per omnia diligentiã exa-
ctiſſimã diſcerent. Scrutari nã iuſſit: nõ vt ſemper
queramus: ſed vt inquirere deſinamus: ⁊ rite ait:
[Ut denũciares ꝗbuſdã nõ aliter docere/neqꝫ intẽ-
dere fabulis/⁊ genealogiȷ̃s interminatis: que pre-
ſtant queſtiões magis ꝙ̃ edificationẽ dei: que eſt in
fide.] Congrue diſpẽſationẽ dei appellauit. Ma-
gna nempe ſunt/que dare nobis voluit deꝰ:ſed nõ
capit animꝰ diſpoſitionũ ipſiꝰ magnitudinem. Fide
igit̃ ad iſtud opꝰ eſt:ea enĩ animaꝝ medicamentum
maximũ/ac ſaluberrimũ eſt. Queſtio igit̃ dei diſpẽ-
ſationi cõtraria eſſe ꝓhibet̃. Quid enĩ fides ipa effi-
cit/ac molit̃ in nobis? vt ſcꝫ ipiꝰ beneficia grate ſu-
ſcipiamꝰ euadamuſqꝫ meliores. Non ꝑmittit de re
vlla cõtendere/aut ambigere:ſed requiẽ ab his oĩbꝫ
preſtat. Que ei fides ꝑagit/atqꝫ edificat:ea queſtio
prorſus euertit. Cur id queſo? Quia inquirẽdi nul-
lum finẽ facit:⁊ fidẽ prorſus eliminat. [Neqꝫ inten-
dere inquit fabulis/⁊ genealogiȷ̃s interminatis.]
Sed dices: Quid q̃ſo genealogie nocere poterunt?
Ammonuit xp̃s per fidẽ oportere ſaluari: illi cõtra
queſtiones mouebãt dicentes/hoc nõ ita ſe habere.
quia enĩ ſentẽtia preſentis temporis erat:euentꝰ ve-
ro ſentẽtie futuro ſeculo reſeruat̃: fide opus erat. At
vero illi legalibꝫ obſeruationibꝫ preuenti/fidei im-
pedimento erãt. Arbitror aũt illũ hoc in loco etiam
gentiles ſignificare voluiſſe:cũ dicit: [fabulis ⁊ ge-
nealogiȷ̃s.] Quippe cũ illi deoꝝ ſuoꝝ ſeriẽ enume-
rarent. Non igit̃ intẽdamꝰ queſtionibꝫ: fideles enĩ
ideo vocati ſumꝰ:vt his q̃ dicunt̃ ſine vlla heſitatio-
ne credamꝰ: vt nihil oĩno dubitemꝰ: nã ſi humana
eſſent q̃ dicunt̃/oporteret ea merito diſcuti. Et ſi di-
uina ſunt/honoranda ſolũmõ: atqꝫ credenda cẽſent̃
Sin vero nõ crediderimꝰ ea: neqꝫ dei eſſe ſciemus.
Quo enĩ pacto noſti quia deꝰ eſt:cũ ab eo cauſas ra-
tioneſqꝫ req̃ras? Nã ꝙ deũ nouerimus iſtud primũ
argumentũ eſt: ſi omnibꝫ quecũqꝫ ille dixerit: abſqꝫ
argumentis ꝓbationibuſqꝫ credamꝰ: hoc ⁊ gẽtiles
nouerũt. Credebãt enĩ diȷ̃s: ⁊ certe ſine argumento
ac ꝓbatiõe dicẽtibꝫ. Quid queſo illi credebãt? Deo-
rũ ſcꝫ eſſe nepotes? Uides vt ⁊ gẽtiles hoc nouerint?
Et quid me dicere neceſſe eſt de deo/diuiniſqꝫ rebꝫ?
In homine quoqꝫ eos hoc feciſſe manifeſtũ eſt/ſedu-
ctore/atqꝫ mago pithagora ſcꝫ hoc ille dixit/atqꝫ in
templis ſuperne ſilentiũ inſcriptũ eſt: continebatqꝫ
digito os: ⁊ labia cõprimebat ꝑtereũtes oẽs ſilentiȷ̃
admonens. An vero illa honeſtiora/ꝙ̃ noſtra ſunt:
vt in illoꝝ cõparatione ridicula eſſe noſtra putent̃?
Gentiliũ nempe inuẽta/atqꝫ inſtituta merito diſcu-
tiunt̃: eiuſmodi enĩ ſunt: que pugnas cogitationũ ⁊
cõcertatões diſceptatiõeſqꝫ indicãt. At vero nr̃a ab
his oĩbꝫ longiſſime remota ſunt: ⁊ nimiũ quidẽ con-
ſequenter: illa enĩ humana adinuenit ſapientia: hec
aũt gr̃a ſpiritalis edocuit: illa fatuitate/atqꝫ amen-
tia plena ſunt: hec autẽ ſunt veriſſime ſapientie do-
gmata. Illic neqꝫ diſcipulus/neqꝫ magiſter eſt: ve-
rũ oẽs queſtiõibꝰ certãt: ſiue diſcipulꝰ ille: ſiue ma-
giſter ſit. A quo igit̃ illi diſcere poſſunt? Nempe enĩ
ꝗ addiſcere cupit: obtẽꝑare debet/nõ corrixari: cre-
dere nõ rõcinari. Per fidẽ enĩ veteres oẽs deo pla-
cuiſſe docent̃: abſqꝫ illa cũcta ſoluunt̃ in nihilũ. Et
ꝗd de ſceleſtibꝫ dicã? etiã ſi terrena ſcrutemur/inue-
niemus ea fide/tanꝙ̃ vinculo contineri: neqꝫ ei co-
mertia vlla: neqꝫ artes: neqꝫ aliđ quippiam ſine il-
la eſſe poteſt. Sin vero hic/vbi mẽdaciȷ̃ plena ſunt
omĩa/ea opus eſt: multomagis in illis que diuina
ſunt. Hãc igit̃ arripiamꝰ omẽs: huic ſtudeamꝰ: ita
enim omnia pernitioſa dogmata/ex anima noſtra



procul eliminabimus: geneſin. ſ. ac fatũ. Si enĩ re-
ſurrectionẽ credideris: atqꝫ iudiciũ/omĩa huiuſmõi
ex aĩo eiȷ̃cere poteris. Crede deũ eſſe iuſtũ: nec cre-
des eſſe iniuſtã geneſin. Crede deũ eſſe: qui cũcta ꝓ-
uideat: nec credes eſſe geneſin: que cũcta contineat.
Crede ſuppliciũ eſſe et regnũ: et credere deſiſtes eſſe
aliq̃d geneſin/que liberũ arbitriũ tollat: ⁊ nos vio-
lenter neceſſitati ſubiȷ̃ciat. Ne ſemĩes/neqꝫ plãtes/
neqꝫ milites/neqꝫ aliud oĩno aliud agas. Prorſus
enĩ velis/nolis/ventura ſunt: que geneſis ipa pre-
fixerit. Quid iã nobis orare opꝰ eſt? Quid chriſtia-
nus effici cupis/ſi geneſis eſt? Neqꝫ enĩ niſi ſis: cri-
mini eris obnoxius. Unde igitur artes? A gene-
ſi? ita ſane inq̃es. Sed illi fato prefixũ eſt: vt ſapiẽs
cum laboribꝫ fiat. Oſtendas igit̃ aliquẽ/qui abſqꝫ
laboribus didicerit artẽ: adeo nõ ſunt iſta geneſi: ſꝫ
laboribus aſcribẽda. Unde igitur ille diues eſt? in-
quies/quia ſceleribꝫ ac nequitiȷ̃s plenꝰ/paterne he-
reditati ſucceſſit? Alius vero: cũ quotidie innume-
ris laboribus exerceatur: in extrema perdurat ino-
pia? Hec enĩ iugiter exercent omnes: ſolis de diui-
tiȷ̃s/⁊ paupertate verba mouentur: nihil de vitiȷ̃s/
atqꝫ virtutibus. Uerũ hoc interim omittamꝰ: illud
potius oſtende: an aliquis ſtudioſus ac probus eua-
ſerit malus: ſiue negligens quiſpiã bonus per deſi-
diã factꝰ ſit. Nempe enĩ ſi quid habet viriũ fatũ: in
his que ſunt maxima: quantũ poſſit oportebat oſtẽ-
dere ſi licet in virtute ac vitiȷ̃s: nõ in opibus ac pau-
pertate. Sed vnde inquies ille conſeneſcit morbo/
ille vero in ſanitate perdurat? Unde ille probus: al-
ter vero reprobus eſt? Unde illi res ex ſententia ꝓ-
uenit: aliȷ̃ vero innumera quotidie obſiſtũt impedi-
menta? A fato remoue animũ: ⁊ hec oĩa diligenter
agnoſces. Crede deũ eſſe: qui prouidentia ſua cũcta
diſponit: ⁊ ſcies iſta apertiſſime: ſed ne dicturus es:
Non enim permittit rerũ confuſio ſuſpicari: proui-
dentia res humanas agi. An vero iſta dei opera di-
cẽda ſunt? Quo pacto credere poſſum deũ: cũ ſit ſũ-
me bonus: luxurioſo inquinatoqꝫ ſceleribꝫ: ⁊ auaro
pecunias largir̃ dare: ⁊ bono cuiqꝫ ſubtrahere. Un-
de vis credam? Nempe enĩ ex rebus ipſis fides eli-
citur: recte tu quidẽ. Non igit̃ illa geneſis ſunt? Ita
inquies: Iuſte an iniuſte? Iniuſte prorſus. An hanc
oro quis fecit? Deus? Non inquies/ſed infecta eſt:
⁊ quanã ratione infecta cũ ſit/iſta operatur? hec enĩ
contraria ſunt. Non igitur iſta dei omnino ſunt. In-
quiramꝰ ergo: quis fecerit celũ? Geneſis inquies:
quis terrã: quis mare: quis anni tempora: quis de-
niqꝫ hec omnia? An vero que in his: que ſine anima
ſunt tantũ oſtendit ordinẽ/tantãqꝫ cõgruentiã fecit:
in nobis vero quoꝝ gratia cuncta creauit: tantã te-
meritatẽ ineſſe inſtituit? Uelut ſi quis domũ/vt ſit
preclaro opere/atqꝫ honeſto mirabilis/caute ꝓuide-
at: eos vero q̃ hãc habitaturi ſunt/negligat. Quis
ſucceſſionis ſeriem ſeruat? Quis nature ordinatiſſi-
mas impoſuit leges? Quis diei noctiſqꝫ partiũ in-
ſtituit curſum? Nõne iſta geneſi illa ſuperiora ſunt?
Non inquies: ſed vltro atqꝫ fortuitu facta ſunt. Et
qua ratione tantus ordo: tam ſolers fortuitu fieri
potuit? Unde igitur inquies/diuites ac ſani/⁊ vir-
tute preſtantes? partim quidẽ ex immodica cupidi-
tate: partim vero ex hereditate: partim itẽ vi aliqua
adacti. Cur igitur inquies deus iſta ꝑmittit? Quia
nõ eſt huius meritoꝝ retributio: ſed futuri. Tũc ve-
lim mihi aliquid oſtendas eiuſmõi. Interim hac in
vita mihi inquies da/⁊ illic nõ requiro: iccirco non
accipis. Si enĩ cũ extra voluptatis ſenſum ſis: ita
illa inquiris: quãtomagis ſi volupta te ipa pura ac
liquida fruereris? Ex his igit̃ admoneris: nihil iſta
eſſe/minimũqꝫ expetenda: ſed media: niſi enĩ illa eſ-
ſent media nunꝙ̃ ꝓfecto ⁊ reprobis ea dediſſet. Dic
enĩ aut nigrũ eſſe: aut longũ: aut breuẽ: nõne mediũ
eſt? Ita ⁊ diuitie medie dicẽde ſunt. Nã profecto in
his/que ſunt preſtantiſſima/atqꝫ optima/ac ſaluti
neceſſaria: nihil tale reperies: ſed equaliter omnibꝰ
indulta ſunt: puta habitꝰ idoneꝰ ad virtutẽ/ſpiri-
tualiũqꝫ diſtributio munerũ. Profecto ſi dei bene-
ficia ſcires: cũ ea equaliter tibi/atqꝫ illis fruẽda da-
ta ſint: iſtarũ reꝝ quas medias diximꝰ: nõ indigne
ferres inopiã: neqꝫ earũ te cupiditas obtineret. Si
equalitatẽ illã digniſſimã totis aĩ medullis hau-
rires: quẽadmodũ enĩ qui eſcas a dño/⁊ indumẽta
⁊ habitacula: ⁊ alia omĩa equaliter cũ aliȷ̃s accipit:
ſi quos crines habet ſuperfluos in capite: vngueſqꝫ
maiores: plus aliquid ſe habere arbitrat̃: eodẽ mõ/
qui hmõi eſt: fruſtra inflatur/magnũqꝫ ſapit: iccirco
clementiſſimus deus nos per inopiã hmõi a terre-
nis affectibus ſeparat: vt hanc veſaniã prorſus ex-
tinguat: vt humanaꝝ reꝝ deſideriũ ad celeſtia trãſ-
ferat. Nos aũt ne ſic quidẽ reſipiſcimus: ſicut enim
paruulꝰ: ſi q̃d habeat puerile: idqꝫ rebꝫ neceſſariȷ̃s
prefert: pater ipm puerilibꝰ priuat: vt vel inuitum
ad meliora traducat: ita ⁊ deus omnia facit: cũctaqꝫ
molit̃: vt vota noſtra/atqꝫ deſideria ad celeſtia trãſ-
ferat. Cur igit̃ inquies/peſſimos quoſqꝫ diuitiȷ̃s ꝑ-
mittit affluere? Quia ſcꝫ nõ equa illi: ipſoꝝ atqꝫ tui
cura eſt. Quomõ igitur etiã iuſtos ditari permittit?
Ut eos etiã per diuitias probet: atqꝫ ex illoꝝ largi-
tate ceteri ad miſeratiõis prouocent̃ exempla. Atqꝫ
iſta: quid nũc leuiter attigiſſe ſufficiat? Et ſi ſciretis
ſcripturas/ſi credere velletis: ac diuinis ſermoni-
bus aĩm intendere: ne iſta quidẽ dicere opꝰ fuiſſet:
cuncta quippe noſcetis. Nã vt diſcas nihil eſſe diui-
tias: aut ſanitatẽ: aut gloriã: plurimos equidẽ tibi
oſtendere poſſum: q̃ cũ lucrari poſſent: ea lucra omi-
ſerũt/q̃ cũ ſani/⁊ vegeti eſſent: corpora ſua ſpõte ma-
cerãt atqꝫ affligũt: q̃ cũ poſſent gl'a affatim ꝑfrui: oĩa
gerũt: vt deſpectui ſint. Nẽo tñ bonꝰ: malꝰ eẽ ſtudet.
Hec igit̃ emulemur/q̃ vera ſunt bona: vt illis qñqꝫ
ꝑfruamur: q̃ eterna ſunt/in xp̃o ieſu dño noſtro: cũ
quo eſt patri/vna cũ ſcõ ſp̃ũ gloria imperiũ ⁊ honor
nunc ⁊ ſemper/⁊ in ſecula ſeculorũ Amen.

Homelia. II. Ex capitulo. I.

f Inis autem precepti eſt cha-
ritas ex corde puro ⁊ cõſciẽ-
tia bona: ex fide non ficta: quibus
quidã aberrãtes cõuerſi ſunt in va-
niloquiũ volẽtes eſſe legis docto-
res: nõ intelligẽtes neqꝫ ea q̃ dicũt
neqꝫ de quibꝰ affirmãt. Scimꝰ aũt
quia bona eſt lex ſi q̃s ea legittime
vtat̃: ſciẽtes hoc: quia lex iuſto nõ

**eſt poſita: ſed iniuſtis ⁊ non ſubditis: impijs ⁊ peccatoribus: ſceleratis ⁊ cōtaminatis: p̄ricidis ⁊ matricidis: homicidis: fornicarijs: maſculorum concubitoribus: plagiarijs: mendacibus: et periuris: et ſi quid aliud ſane doctrine aduerſat̃ que eſt ſecundū euangeliū glorie beati dei quod creditum eſt mihi.**

Nihil ita humano generi nocere cōſueuit / vt amicitiā cōtemnere: neqꝫ eā magno cū ſtudio / ⁊ tota obſeruatione ſeruare: ſicuti econtra nihil eſt: qđ ita res humanas moderetur / ac dirigat: vt hanc omnibus viribꝫ perſequi: qđ profecto chriſtꝰ inſinuās aiebat: Si duo ex vobis conſenſerint in vnū: quicquid petierint accipient. Et rurſus cū abundauerit iniquitas: refrigeſcet charitas multorum: eiuſmodi profecto contemptus omēs hereſes genuit: quippe ex eo ꝙ nō diligerent fratres / ſecundis eorū ſucceſſibus inuidebant. Ex ea autē inuidia / dominationis ambitu tenebantur: porro ex ea ambitione: hereſes naſcebantur: iccirco ⁊ Paulus cū dixiſſet: Ut denuncies quibuſdā nō aliter docere: modū etiā ſuggerit: quo id fieri poſſit. Quinam vero hic eſt? Charitas. Queadmodū deniqꝫ dixit: Finis legis chriſtꝰ: hoc eſt impletio: ita ⁊ preceptū iſtud charitati cōiungit̃: atqꝫ ex ea dependet. Medicine nempe finis / ſanitas eſt: itaqꝫ cū adeſt ſanitas precepto / ac denunciatiōe nihil opus eſt. Charitatē vero cuiuſmōi dicit? Sincerā / ⁊ que non verbis tm̄: ſed que ex ſententia / ⁊ intimo cordis affectu / proximorūqꝫ miſeratione ꝓueniat. Ex corde inquit puro: ſiue de recta cōuerſatione: ſiue de chariſſima amicicia intelligendū ſit: quippe ⁊ vita impura ſciſmata facit. Omnis enī qui male operat̃ / odit lucē. Nā ⁊ in malis dilectio inuenit̃: puta latrones latrones amāt / et homicide homicidas: verꝝ nō eſt ea dilectio ex ꝯſcientia bona: ſed mala: neqꝫ ea ex puro corde: ſꝫ ex impuro ꝑficit̃: neqꝫ ex fide nō ficta. Fides enī qđ verū eſt indicat: ⁊ ex ſincera fide charitas gignit̃. Qui enī veraciter in deum credit: nunq̄ꝫ prorſus ab ea deſiſtere poterit. [A quibus inquit quidā aberrantes: cōuerſi ſunt in vaniloquiū.] Recte ait aberrantes. Quippe arte opus eſt / ne quis ī caſſum iacula dirigat: neu extra ſignū ſagittas intorqueat: vt neceſſario opus ſit ſpūs gratia. Sunt enī plurima: que a recto itinere noſtros fruſtrent̃ conatꝰ: cū ad vnū ſignū intentio tota dirigenda ſit. [Uolentes inq̄t eſſe legis doctores.] Animaduerte ⁊ aliam ambitōis cauſam: iccirco ⁊ xps aiebat: Uos aūt neīmē vocetis rabbi: ⁊ rurſū: Neqꝫ enī ipi legē cuſtodiūt: ſed vt in carne veſtra glorient̃ Ambiunt inq̄t ad dignitatis titulos: atqꝫ ideo oculos a veritate detorquēt. [Nō intelligentes inquit neqꝫ que dicūt: neqꝫ de quibꝫ affirmant.] Hic iā illos arguit imperitie: cū neſciant deſtinationē legis ac tēpꝰ ignorent: quatenꝰ ea rata futura erat. Quo igit̃ pacto / ſi ex ignorātia peccāt: dicis eos legis doctores eſſe velle: iccirco ꝑfecto: qꝛ charitatē deſeruere. nā ex hoc ignorātia gignit̃. Nā cū anima ſeipam negocijs carnalibꝰ penitus dederit: hebetat̃ illius acies / ac prorſus obtundit̃. Ubi enī a charitate deciderit / neceſſario ad contentionis deuoluit̃ ſtudia: iamqꝫ mentis acies / nihil aliud q̄ꝫ rixas conſpicari poteſt: nempe enī is qui aliqua hmōi rerū temporaliū de cōcupiſcentia detinet̃: eiuſmodi vitio ebrius: nequaq̄ꝫ de iniuſtitia integrū atqꝫ illibatū valet ꝓferre iudiciū. [neſciētes inq̄t de qbꝫ affirmāt.] Ualde enī fieri poterat: vt de lege loquerent̃: ⁊ plurima de purgationibꝫ / alijſqꝫ corporabilibꝫ rebꝰ / tumide ⁊ cū ambitione differerēt. Deinde illa arguere omittens: vt que nihil eſſent: vmbrāqꝫ potius ſpirtualiū rerū preſignaret: id potius agit qđ gratius futurū erat. Hoc aūt cuiuſmodi eſt? Laudat legē tantūdē ſcꝫ precepta legis extollēs: quippe ex his ⁊ illa eijcere intendit. Nā ſi hec ipſa que tranſgreſſores etiā puniunt: nobis inutilia ſunt: longe magis illa que minꝰ in ſe auctoritatis habēt. [Scimꝰ aūt inquit quia bona eſt lex: ſi quis ea legittime vtat̃: ſcientes hoc / quia iuſto lex nō eſt impoſita.] Et ſi q̄s ea minus legittime vtat̃: nō iccirco bona non eſt? Sicut quoqꝫ bona erit: verum qđ ait hmōi eſt: laudat eā ex operibꝰ: id q̄ppe ſignificat: [ſi quis ea legittime vtatur.] Sunt enī qui hac mīme vtant̃ legittime: puta cū eā verbis exponūt / operibuſqꝫ tranſgredi non verent̃. Id aūt eſt ea vti nō legittime? Utunt̃ enī et iſti: ſed nō ad vtilitatē propriā. Aliud aūt ex eo elici poteſt: ꝙ ait legittime. Siquidē tūc ea legittime vtitur quiſpiā: cū illū tranſmittit ad xpm. Tota enim legis intentio: omniaqꝫ illa ſacramēta carnalia: ac figure oēs xp̄m loquunt̃: xp̄m nobis inſinuāt: enīuero cū legis deſtinatio ſit iuſtificare hominē: neqꝫ id poſſit / ad eū tranſmittere ſtudet / qui poteſt. Alio itē modo legittime vtimur lege: cū ſcilicet magna eā intentione ſeruamus. Quid eſt magna intentione? Queadmodū inquit freno legittime vtitur: non is equus: qui laſciuit: neqꝫ qui mordet: ſed qui illo pulchre agitur: ita ⁊ is lege vtitur legittime / non qui littere neceſſitate: ſobrie: ac iuſte viuere cogit̃. Quis aūt illa legittime vtitur? Qui hoc nouit: ꝙ ipā non indiget. Nā qui ad id virtutū culmē euaſit: vt nō legis metu recte factis inſiſtat: ſed virtutis tm̄ gratia hic ea legittime / atqꝫ ſecure vtitur. Si q̄s ea ita vtatur: vt nō metuat eā: neqꝫ penitus timeat: ſed futurū magis ſuppliciū ſemper ante oculos voluat: hic ea itidē legittime vtit̃: preterea iuſtū hoc in loco appellat eū qui virtutis actibꝰ pollet. Ille quippe recte lege vtit̃: qui ab ea erudiri opus nō habet. Queadmodū enī litterarꝝ apices pueris ꝓponunt̃: porro qui eas docet: nō ex ipſis excellit: verū aliunde peritie gloriā promeret̃: atqꝫ ex ea eruditione preſtantiꝰ vtit̃ litteris: ita ⁊ qui legē tranſcendit: nihil opꝰ habet doceri lege. Qui enī nō metu ipam exequit̃: ſed ex virtutis deſiderio: hic illā dignius ceteris: ac preſtantiꝰ implet: neqꝫ enī pari conditione: is qui ſuppliciū veretur / ⁊ qui honorē appetit: legem implet. Nō ſimiliter eā ſeruat / qui ſub lege ⁊ qui ſupra legē eſt: nā ſupra legē viuere: id tandē eſt ea legittime vti. Ille enim rite ea legittime vtitur qui maiora q̄ꝫ ipa precipit / perficit qui ab ea erudiri nō patitur. Lex enim: vt plurimum circa ſcelerum interdicta verſat̃. Ad id iuſtum neminem facit: ſed ſola bonorum operum exercitatio. Quicunqꝫ igitur ſeruorum more a mal' abſtinēt: hi legis deſtinatione fruſtrant̃: iccirco



enī ea impoſita eſt: vt puniat trāſgreſſores. Illi itaqꝫ non ea vtuntur: niſi tm̄ vt penas exoluant. Uis enī inquit nō timere poteſtatē? Bonū fac / ac ſi dixerit: lex enī malis ſuppliciorꝝ denunciatrix eſt. Ceterū ei qui coronis digna peregerit: ad quid erit vtilis lex? Ad nihil profecto: queadmodū ⁊ medicus: confecto vulneribꝫ nō ſano: neqꝫ bona valitudine predito. [Iniq̄s aūt inq̄t ⁊ nō ſubditis / impijs / ⁊ peccatoribꝫ: iniquos iudeos vocat / ⁊ nō ſubditos. Lex inquit irā operat̃. Quid igitur ad eū qui meret̃ honores? per legē inquit peccati cognitio. Quid ergo ad eū qui iuſtus eſt? Cur iuſto lex impoſita non eſt? Quia ille cruciatu ſuperior eſt: neqꝫ a lege / que ſint gerenda diſcere expectat: cū habeat intrinſecus dictantē ſpiritus gratiā. Lex enī data eſt: vt metu atqꝫ cōminatione terreant̃ / ac peccare deſiſtāt. Nihil igitur freno opus eſt māſueto ⁊ obtēperāti equo: nihil inſtructōe opꝰ ē ei / q̄ pedagogo nō indiget. [Iniquis aūt ⁊ nō ſubditis: impijs / ⁊ peccatoribꝫ: ſceleratis / ⁊ cōtaminatis: patricidis / ⁊ matricidis.] neqꝫ hactenus ſubſiſtit: neqꝫ peccata ſolūmodo maiora notauit: verꝝ ea etiā per ſpecies proſecutus eſt: vt legis magiſterio verecundiā faceret: ⁊ cū ea per ſpecies enumeraſſet: tum demū ab his arcere perrexit: quanq̄ꝫ ⁊ ea q̄ dicta ſunt: ab hmōi amouere potuiſſent. Quid igit̃? iudei plagiarij / ⁊ patricide / ac matricide erant? Huiuſmodi profecto eos fuiſſe ſignificat. Impij inquit ſcelerati / ⁊ contaminati / tales illi erant: atqꝫ ideo lex data eſt. Nā dic obſecro / nōne illi idola iugiter adorabunt? nōne Moyſen lapidare volebant? nōne fraterna cede illorꝝ madebant manus? nōne hec atqꝫ hmōi illis quotidie prophete exprobrabant? At vero his qui celeſtia prophetantur hec cuncta ſuperfluo. [Patricidis inquit ⁊ matricidis / homicidis / fornicarijs: maſculorꝝ cōcubitoribꝫ plagiarijs / mēdacibꝫ / periuris: ⁊ ſi q̄d inquit aliud ſane doctrine aduerſatur.] Recte ſane doctrine inquit: illa enī omnia vitia ſunt anime penitus corrupte. [Secundū euangeliū inquit glorie beati dei: qđ mihi creditū eſt.] Itaqꝫ ⁊ nunc ad cōfirmationē euāgelij lex neceſſaria eſt: ceterū his qui euangelio credunt / atqꝫ obtemperāt: minime neceſſaria. Euāgeliū autē glorie ipm ideo vocat: nullā aliā ob cauſā niſi vt eos qui in perſecutionibꝫ / ac paſſiōibꝫ chriſti erubeſcunt / cōfirmaret: igit̃ tum propter alia: tum propter hec ipa / euangeliū glorie vocat: quia ⁊ ipſa paſſio xpi gloria eſt: ⁊ perſecutiones ipe: quas in nomine illius patimur / glorie ſunt: ſiue etiā fortaſſe futura ſignificat. Nā ⁊ ſi p̄ſentia confuſione probriſqꝫ plena videantur: at futura non eiuſmodi ſunt: porro euangeliū futura: nō preſentia nunciat. Cur igit̃ angelus ait: Ecce euangeliſo vobis gaudiū magnū q̄m natus eſt hodie ſaluator? Natꝰ eſt quidē ſaluator: ceterꝝ poſtmodū ſaluator erit: neqꝫ enī ſimul atqꝫ natus eſt / ſigna etiā operabat̃. [Scđm euāgeliū inquit: glorie beati dei.] Siue hic glorie euangeliū cultū dei appellauit: ſiue quidē preſentia omīa gloria ipſiꝰ plena ſunt: longeqꝫ digniꝰ futura. Cū inquit ſubiecti fuerīt ſub pedibꝫ eiꝰ: omēs inimici ipiꝰ cū nihil fuerit qđ aduerſet̃: cū viderint iuſti beatiſſima / atqꝫ feliciſſima premia: que neqꝫ oculus vidit: neqꝫ auris audiuit: neqꝫ in cor hominis aſcenderūt Uolo enī inquit: vt vbi ego ſum / ⁊ iſti ſint mecū: vt videāt gloriā meā: quā dediſti mihi. Quinam ergo iſti ſunt: vt eis meritas laudes dicere poſſimus? q̄ꝫ magnis illi tunc fruituri ſunt bonis? q̄ꝫ excellentis erūt participes glorie? quanta claritate / ac beatitudine felices erūt? Quippe preſentis temporis gloria / ⁊ nulla eſt / ⁊ inſtabilis / fluctuat: ⁊ ſi aliquādiu permaneat: repente tamē extinguit̃. Neqꝫ enī inq̄t / deſcendet cum eo gloria eiꝰ. Plurimos aūt neqꝫ ad finē vſqꝫ comitata eſt. At vero de illa immortali: ac ſempiterna gloria: nihil tale ſuſpicandū eſt: ſed manet illa penitus: nullū nunq̄ꝫ finē habitura: quippe diuina omnia hmōi ſtabilitate ſunt predita: nullāqꝫ oīno mutationē admittunt: nulloqꝫ fine claudūtur. Nō enī ea tunc gloria de exterioribꝫ: ſed ex interioribꝫ manat: puta nō illā precioſa veſtis: nō famulorū / atqꝫ obſequentiū multitudo: nō habitꝰ gloria facit illuſtrē: ſed abſqꝫ his omnibꝫ gloria erit / viliſqꝫ veſtitus. Nūc enī ſi iſta ſubducas: gloria videbit̃ nudus: nempe enī in balneis nudos cernimꝰ diuites: atqꝫ inhonoros: intuemur aūt ⁊ malos. At vero in foro plurimi ſepe periclitati ſunt: cum eos ſerui caſu aliquo deſeruiſſent: illic aūt gloria noſtra ſemper nos vbiqꝫ comitat̃. Et queadmodū angeli vbicunqꝫ apparuerint: ſecū gloriā habent / ita ⁊ ſancti. Immo vero queadmodū ſol nō indiget veſtibus: nō alijs aliquibꝫ opus habet: ſed ſimul atqꝫ illuxit: gloriā ſui fulgoris oſtendit: ita ⁊ tunc erit. Perſequamur igit̃ hanc gloriā fratres: qua nihil dignius / nihilqꝫ reuerētiꝰ ē: reliquamꝰ illā qua nihil abiectiꝰ In amictu inquit veſtiū ne glorieris: iſta pridē predicebant̃ infantibꝫ: nempe enī ⁊ ſaluator / ⁊ ſcortū / ⁊ venator: gratiora te / ⁊ precioſiora indumenta circūfert. Tinee preterea huiꝰ te glorie voluptate priuabūt. Uides q̄ꝫ incerta / quāqꝫ inſtabil' ſit vite p̄ſentis gloria? Gloriant̃ in re / quā vermes ⁊ gignūt ⁊ perdunt. Ferunt̃ enī quidē ex india vermiculi hmōi cōficere veſtes. Si veſtē poſſidere cupis ſuperne intextam: amictū omnino mirabilē / atqꝫ clariſſimū indumentū penitus aureū acquirere ſtude. Nempe illud aurū: nō metallū eſt: cuiuſmodi damnatorꝝ effoderunt manus: verū ex virtute generat̃. Induamꝰ nos ſtola illa: quā nō homines inopes / aut ſerui cōficiūt: ſed ipe dominꝰ ſe diligentibꝫ preparat. Quid oro veſtimento huic inſertū eſt qđ te facit illuſtrem? Aurū ſcꝫ. Et hoc quid ad rē? Opificē enī mirantur omnes nō eū qui fuerit amictus: ille enī re vera admiratiōe dignus eſt: queadmodū ⁊ in ſimplicibꝫ veſtibus: nō lignū in quo apud fullonē veſtis tendit̃ / admiramur ſꝫ opificē potius: licet ipam lignū ferat Sed quenā huiuſce veſtis vtilitas? quis vſus eſt? Ut ſcilicet excutiat̃: ne corrodatur a tineis. Quāte igitur amentie eſt: q̄ꝫ irrationabilis fatuitatis: pro nihilo tantū preferre ſtudiū: ⁊ cuncta moliri: ſalutē vero ſempiternā prodere / gehennāqꝫ cōtemnere: atqꝫ in deum eſſe contumelioſum / ⁊ deſpicere eſurientem chriſtū? Quid memorē precioſorum aromatum queqꝫ ex india: etiam que ex arabia / ⁊ que ex perſide conuehuntur? Arida ſimul ⁊ liquida: vnguentorum atqꝫ odorum nimis delicatū vſum: que omnia ſumptum afferunt inutilē prorſus / atqꝫ ſuperfluū? Quid vnguentis o mulier corpus vngis: qđ intrinſecus immūditia plenum eſt? Quid putredine peruium corpus precioſis aromatibus condis: veluti ſi q̄s vnguentū inijciat ceno / aut molli lateri balſamū? Sunt ſi vis vnguēta p̄cioſa: ſunt pleni celeſtis

fragrātie odores: quibꝰ inungere poſſis: que nō ex arabia: neq; ex ethiopia / neq; ex perſide: ſꝫ ex ipo cō uebunt celo / emūturq; nō auro: ſed voluntatis preſtantiſſimo inſtituto: ⁊ fide non ficta. Hmōi tibi vnguenta eme: quoꝝ odor implere orbē poſſit. Hmōi fragrantiā apoſtoli ſpiraſſe noſcunt. Odor enī inqt ſuauitatis ſumꝰ: alijs quidē in mortē: alijs vo in vitā. Quid aūt hoc ſibi vult? Fert nempe ⁊ ſus fragrātia odoris ſuffocari. Nō aūt corpꝰ apoſtoloꝝ tm̄: verū ⁊ indumēta ipa vnguēto ſpiritalis gratie plena erant: ita enī pauli indumenta ſuauiſſimū ſpirabāt odorē: vt ēt demones pellerēt. Qꝺ foliū: quā caſiā: quā mirrhā hmōi odor ñ ſuauitate atq; vtilitate trāſcēdat. Nā ſi fugabāt demones: qd aliud nō potuiſſe credant? Hmōi nobis cōficiamꝰ vnguentū. Cōficit aūt ipm per elemoſynā gr̄a ſpiritalis. Hāc odoris fragrantiā ⁊ cū hac ſi ꝑfecti fuerimꝰ ſpiraturi ſumus: ⁊ quēadmodū hic oēs in ſe cōuertunt: hi q̄ vnguentis delibuti ſunt: ⁊ ſiue in balneū / ſiue in eccleſiā / ſiue in aliū quēlibet populoſum locū abſceſſerit qui hmōi ex ſe emittit odorē: oēs ex eo pēdēt: oēs ad eū ſe cōuertūt: ita ⁊ in futuro ſeculo: cū aīe hinc profecte odoris ſpiritalis / ſecū intulerit gratiā: ſtupent omēs / oēſq; cedunt: in hac etiam vita demones / ac vitia omīa accedere ad huiuſmodi animam non preſumunt: neq; ſuſtinēt: eo quippe odore ſuffocantur. Illa igit aromata circūferamus: hec enī nobis ⁊ laſciuie opinionē inferūt / ⁊ nocent plurimū: illa vero fortitudīs / atq; miraculi nos admiratione concelebrāt: ingentēq; nobis fiduciā preſtāt. Hmōi aromata nō germīat tellꝰ: ſed virtꝰ inclita gignit: nō marceſcūt: ſꝫ florēt: hmōi odoribꝰ vngimur cū baptiſmatis fonte renaſcimur: tūc honeſtiſſimā hāc fragrātiā ſpiramus. Poſtea vero ſtudij nr̄i ſit neceſſe eſt: ſi huiuſmodi odorē ſpirare velimus: iccirco et veteri vngento iniungebant ſacerdotes: magne virtutis inditiū preferentes. Quippe eū qui ſacerdotio fungitur / odorem ſpirare optimū conuenit: ceteꝝ peccato nihil putidius eſt. Uide q̄ ſignāter ipſius naturā ꝓpheta deſcribat / dicēs: Putruerūt ⁊ corrupte ſunt cicatrices mee. Re vera enī putredine omni peccatū deterius eſt: atq; fetidꝰ. Quid enī queſo fornicatione putidius? Non is tunc fetor apparet cū quis libidine continetur: verū poſt peccati perpetrationē. Inſpice / ac diligenter examina / quid fornicarꝰ ſit: ⁊ tunc animaduertes peccati peſſimū odorē: tunc immunditiā immēſam: tunc execrabile ſcelus: tunc flagitiū deteſtandū. Hmōi nempe eſt natura peccati: habet anteq; perpetret aliquā voluptatē: vbi vero conſumatū fuerit / voluptas illa ceſſat / atq; marceſcat: ſubit autē continuo meſtitudo / ac triſtitia ingens. Ecōtra vero iuſtitia initio quidē labores habet: in fine aūt voluptatē / ac requiē: neq; illic voluptas iucunda eſt expectatione pene: ⁊ hic labor moleſtꝰ nō eſt premioꝝ ſpe. Quid de ebrietate dicemꝰ? Nonne in hauſtu ſolo voluptatē prebet? Immo vero ne in bibendo quidē voluptas ſepe deprehendit. Cū enī quis pre ebrietate in amentiā labitur / neminemq; preſentiū intuet: ſed inſanis deterior effectꝰ eſt: qui iā voluptati locꝰ erit? Ne in ipa quidē libidine voluptas vlla eſt. Cū enī p̄ morbo vitioſo anima iudiciū ſenſus amiſerit: quenā hmōi voluptas eſt? Et ſi ea dici voluptas debet: ⁊ ſcabies itidem voluptatē habet: voluptatē illā equidē dixerim: que vera eſt: cū anima nulla perturbatione diſtrahit / nullaq; corporis impedimenta perpetitur. Quenā enī hec voluptas dici pōt: dentes feruore collidere: verſare oculos / atq; vltra debitū modū īcaleſcere? Adeo aūt nō eſt illa voluptas: vt ab ea citiꝰ euadere ſtudeamus: ⁊ poſtmodū dolore conficimur. Si itaq; voluptas eſt / noli eā effugare / ꝑſiſte in voluptate. Uides vt nomē tantūmodo voluptatis ſit: ſed profecto noſtra nō hmōi ſunt: verū omni iucunditate pleniſſima. Nō illa cū obſcena flamma voluptatē preſtāt verū ⁊ liberā ſubeunt animā / ⁊ letificant / ac ſuauitate perfundunt. Hmōi erat Pauli voluptas: cū diceret: Et in hoc gaudeo: ſed ⁊ gaudebo: ⁊ rurſum: Gaudete in domino ſemper. Illa nempe falſa voluptas: ⁊ cōfuſionē habet ⁊ deſperationē / clamorq; committit: atq; innumeris peſtibꝰ plena eſt: hec aūt noſtra euaſit his omnibꝰ libera. Hanc itaq; votis omnibꝰ / ac ſtudijs perſequamur: vt ⁊ futuris bonis ꝑfrui mereamur: gratia ⁊ benignitate dn̄i noſtri. ⁊c.

Homelia. III. Ex capitulo. I.

**G Ratias ago ei qui me cōfortauit chriſto Jeſu domino noſtro: quia fidelē me exiſtimauit ponens in miſterio. Qui priꝰ fui blaſphemus: ⁊ perſecutor: ⁊ contumelioſus: ſed miſericordiā dei conſecutus ſum: quia ignorās feci in incredulitate. Superūdauit autem gratia domini noſtri: cum fide: et charitate: que eſt in chriſto Jeſu.**

Humilitatē animi lucra quidē ferre ingentia cernimꝰ: verū ea non facile inuenit: ſed humilitatē qdē verborum plurimā / ⁊ vltra q̄ ſatis ſit: abſq; difficultate reperies: animi vo humilitatē difficillime. At vero btūs hic vir eā ita vbiq; perſequebat: vt plurimas quoq; omnibꝰ in locis occaſiones aucuparet: animū ſuū hmōi freno comprimere. Quia enī illis maxime laborare opus eſt / vt verā cōſequi humilitatē poſſint / qui magnarū ſibi virtutū conſcij ſunt / magnā ſibi vim inferant neceſſe eſt: vt cōſcientiā recte factoꝝ ſeſe ſemꝑ efferentē obtundere queāt. Aſpice deniq; ⁊ hoc in loco quid agat. Dixerat ſibi creditū euangeliū glorie dei: euangeliū ſcꝫ cuiꝰ eſſe participes nequeūt hi / qui adhuc vtunt lege. Quippe ex aduerſo illi obiectū eſt tantūq; vtriuſq; rei interuallum cernitur: vt qui ſub lege tenent / nec dn̄i euangelij participes eſſe mereant: quēadmodū ſi quis diceret eos q̄ adhuc carcere / ac ſupplicio indigent: fas nō eſſe inferri intra philoſophoꝝ choꝝ. Quoniā igitur exempla locutꝰ erat / magnūq; ſapere videbat: ſimul ⁊ ſeipm cōprimit: et ꝑſuadet alijs / vt hoc ipm imitent: nā cū dixiſſet: qꝺ creditū eſt mihi: cito ſemet ipm corripuit. Uti ne exiſtimes hoc ipm ex arrogantie tumore dixiſſe: intuere obſecro: quanā emendatiōe vſus eſt / intulit prorſus ⁊ ait: [Gratias ago ei qui me confortauit xp̄o Jeſu domino noſtro: qm fidelē me exiſtimauit / ponens me in miniſterio.] Uides vt omnibꝰ in locis ſuā ſemꝑ iuſtitiā ſupprimat: totūq; deo aſcribat: ita tamē vt libertatē non tollat



arbitrij. Dixiſſet enī profecto infidelis quiſpiā: ſi totum dei eſt / nihilq; a nobis infert: ſed veluti ligna / ac lapides ad virtutē a vicijs tranſfert: quid eſt ꝙ paulū quidē talē fecit: Judā vero lōge diſſimilem? Huiuſmōi igit obiectis occurrens: vide q̄ prudenti ſermone vſus eſt. [Creditū inquit mihi eſt euangeliū.] Hoc iā ipſius recte factū / ipiuſq; dignitas eſt: verū nō ipius totū. Nā protinus ſubdit: [Gratias ago ei qui me cōfortauit xp̄o ieſu.] Hoc profecto iā dei eſt. Deīde rurſus qꝺ ſuū erat adiecit: [Quoniā fidelē me exiſtimauit / prorſus id quia ex ſemetipo intulerat aliquid. [Ponēs inquit in miniſterio: qui prius erā blaſphemꝰ / ⁊ cōtumelioſus / ⁊ perſecutor ſed miſericordiā cōſecutꝰ ſum: quia ignorans feci in incredulitate.] Uides vt etiā qꝺ ſuū eſt: ⁊ qꝺ itidem dei caute proponat. Dei ſcꝫ ꝓuidentie plurimū ſemper attribuens: ſua vero recte facta ſupprimēs ſemꝑ / atq; occultās: ita tamē (vt dixi) ne libertatē arbitrij tolleret. Quid aūt ſibi vult qꝺ ait: qui me cōfortauit? Onꝰ ingēs ſubierat / plenūq; ꝑiculi: ⁊ qꝺ ſuperno adiutorio plurimū indigeret. Conſidera deniq; quibꝰ erat opus viribꝰ aduerſus quotidianas cōtumelias / iniurias / maledicta / inſidias / pericula / iurgia / probra / morteſq; perſiſtere: neq; laſſeſcere / neq; referre pedē: ſꝫ innumeris vndiq; telis diebus ſingulis laceſſiri: ⁊ intentis ad ſuperna luminibus fortiter ſtare / nulliſq; omnino terroribꝰ cedere Id profecto nō humanaꝝ viriū erat: neq; itidē diuini tm̄ adiutorij: verū ⁊ ipſiꝰ propoſito voluntatis: quia enī quidnā futurus eſſet ipm preſciuerat deꝰ. Audi quid de ipo teſtet: ante ſcꝫ q̄ officiū predicationis attingeret. Quoniā inquit vas electionis mihi eſt iſte: vt portet nomē meū corā gentibus ⁊ regibus Quēadmodū enī hi qui in bello regia ſigna circūferunt vt moris eſt: magnis laboribus indigent: ⁊ viribus: maximaq; peritia: vti ne id hoſtibus prodāt: ita ⁊ qui xp̄i nomē portāt: nō in bello ſolū: verū etiā in pace ſummis viribꝰ indigent: ne id maledicis linguis exponant: ſed id ſtrenue ferant: vexillo crucis armati. Ingenti enī profecto opus eſt robore: vt q̄s digne portet xp̄i nomē. Nā qui indignū aliquid: vl' dixerit vel fecerit: aut etiā cogitauerit xp̄i nomē nō legittime portat: neq; habet in ſemetipo xp̄m. Porro qui id congrue portat: is profecto triumphat: nō in foro: ſed in celis / omneſq; illi aſtant angeli circūdantes illū / atq; admirātes. [Gratias inquit ago ei qui me confortauit xp̄o Jeſu domino noſtro.] Uide vt etiā eoꝝ que ad ipm pertinent: ei gratias agat ꝙ ſcꝫ ipm vas electionis effecerit. At id quidē tuum eſt o beatiſſime Paule: neq; enī perſonaꝝ acceptor eſt deus: hoc autē eſt: ꝙ dignū me fecit hoc miſterio hoc indicio: ꝙ me fidelē exiſtimauerit. Quemadmodum enī in domo patriſfamilias diſpēſator illi nō modo gratias agit / ꝙ ſibi crediderit ſubſtantiā ſuā verū et ꝙ illi hoc impoſuerit ſignū / alijſq; fideliorē arbitratus ſit: eodē modo ⁊ hic intelligendū eſt. Deinde diligenter inſpice / quomō dei miſericordiā / ac benignitatē predicet: ⁊ verbis extollat: priorē ſuam exponens vitā. [Qui prius inquit fui blaſphemꝰ ⁊ contumelioſus / ⁊ perſecutor.] Nempe cum de iudeis loquitur: qui eatenus erant infideles: preſſiore vtitur verbo / ſemperq; de culpa ſubducit. Teſtimoniū enī inquit reddo: ꝙ zelum dei habent. De ſe aūt [Qui inquit prius fui blaſphemus / ⁊ perſecutor / ⁊ contumelioſus.] Intuere diligentius quanto ſe deijciat ſtudio / q̄ non ſit amator / q̄ nō ſe palpet / vtq; humilē poſſideat mentē. Non ſufficiebat ſe appellaſſe blaſphemū: niſi etiā perſecutoris ſibi crimē iniungeret / rurſumq; idipm perſecutiōis augeret malum. Nō enī inquit ſatis erat mihi meipſum ledere neq; blaſphemare ſuffecerat / verūetiam pie viuere volentes perſequebar. Magna blaſphemie veſania ē: [ſꝫ miſcdām cōſecutꝰ ſū: q2 ignorās feci ī īcredulitate.] Cuiꝰ ergo rei gratia iudei / quoq; alij miſericordiā conſecuti non ſunt? Quia nō ex ignorantia: verū ex propoſito malo: ſciētes / prudenteſq; peccauerunt: atq; vt id diligentius noueris: euangeliſtā audias licet dicentem: ꝙ plurimi ex phariſeis ⁊ iudeis credebant quidē: verū cōfiteri minime audebant. Dilexerunt enī gloriā hominū magis q̄ dei. Et xp̄s iterū ad ipos ait: Quomodo poteſtis credere: gloriā ab inuicē inquirentes: ⁊ rurſum: Hec inquit dixerūt parentes ceci propter iudeos ne extra ſinagogā fierent. Et ipſi item iudei alio in loco dicebant: Uidetis quia nihil proficimus: ecce mundus totus poſt ipm vadit. Ubiq; enī ipos dominatiōis vana perturbabat ambitio: nempe illi ipi dixerunt: Nemo poteſt peccata dimittere: niſi ſolus deus / ſtatimq; ille: qꝺ ipſi ſignū dei eſſe dixerant / fecit. Non igitur ex ignorantia iſta faciebant. Ubi nam vero tunc Paulus erat? Fortaſſe illum ad pedes Gamalielis fuiſſe quis dixerit / nihilq; cōmune cū turbis ſeditioſis habuiſſe. Ubi nā vero Gamaliel ipſe degebat? Erat vir ille ab hoc ambitionis faſtu penitus remotus. Quomodo igitur poſt hec paulus inter turbas furentes fuiſſe deprehendit? Aſpiciebat dogma noſtrum indies augeri / iamq; obtinere plurimoſq; obtemperare celeſtibus monitis. Nam ſub chriſto quidē interdū ipm audierat: interdū vero doctores legis adibat: tunc aūt rebus in ſeditionem verſis: cū diuiſa eſſet penitus de chriſto plebis opinio: tunc iam nō veluti reliqui ambitionis cauſa: ſꝫ zeli agebat: que egiſſe cognoſcit. Cur igit damaſcū proficiſcebatur? Luē quādā / ac peſtē eſſe predicationē dogmatis noſtri exiſtimabat. Uerū enim iudei / nō eodē ducebantur zelo: non vtilitate multitudinis: ſed ambitionis faſtu gerebāt omnia. Deniq; intuere quid dixerint: Ne forte veniant romani: ⁊ tollant locū noſtrū / ⁊ gentē. Eiuſmodi eos concutiebat humanꝰ metus. Illud vero merito quiſq; queſierit: cur Paulus cum diligentiſſimus circa legis ſtudiū fuerit: veritatē rei eatenus ignorauerit Ipſe eſt nempe qui ait: Quod antea repromiſit per prophetas ſuos. Quomodo igitur ipe nō nouerat: qui emulator fuerat paterne legis: ad Gamalielis pedes eruditus? Sed hi quidē qui ex piſcatione / ac theloneo vocati ſunt: protinꝰ accurrerūt / fidēq; ꝓmpte ſuſceperūt: tu aūt perſequeris / hactenꝰ legis ſtudioſus: iccirco ſemetipm redarguit dicēs: [Nō ſum dignus vocari apoſtolus.] Iccirco ignorantiā confitetur / quā infidelitas parit / ideo ait miſericordiā cōſecutus ſum. Quid eſt aūt fidelē me exiſtimauit? Nihil penitus prodit ex his que domini ſunt: omīa ipſiꝰ eſſe ait etiā propria: cunctaq; refert ad gloriam dei. Audi deniq; ipm: ⁊ alio in loco dicentē: Uiri qd nobis intēditis? Nos enī homines ſumus ſimiles vobis paſſibiles: hoc eſt fidelē me exiſtimauit. Nāq; ⁊ alio in loco ait abundantiꝰ eis omnibꝰ laborauit:

nō ego autē: ſed gratia dei: que mecū eſt. Et rurſus
Qui operatur in nobis / ⁊ velle ⁊ poſſe: oſtendit ſe-
metipm̄ fuiſſe ſupplicio dignū: quippe miſericordia
hmōi hominibꝰ ſolet inferri. Certe ⁊ alibi ait: Ceci-
tas ex parte in iſrael cōtigit: ſed gratia inquit dei ſu
perabundauit: cuiꝰ fide ⁊ deuotione: que eſt in xp̄o
ieſu: exaggerat delicta: ne forte cū audis: [miſericor
diā conſecutus ſum:] rē ſimpliciter accipias. [Blaſ
phemus inquit erā / ⁊ perſecutor ⁊ contumelioſus]
igitur ⁊ ſupplicio dignus: verū nō pena affectꝰ: ſed
miſericordiā ſum conſecutus. Ergo ne igitur hoc ſo
lum dei miſericordiā predicat: ꝙ ſupplicia nō intu-
lerit? Minime id quidē: verū ⁊ alia plurima ⁊ ma-
gna: neqꝫ enī ſolū iminente pena nos eripuit deꝰ: ſ;
et iuſtos fecit: ⁊ fratres / ⁊ filios / ⁊ amicos / et here-
des / ⁊ coheredes: iccirco inquit: [ſupabūdauit gra-
tia.] Exceſſit ait miſericordia modū: quippe iſta nō
miſerentis: ſed amantis ſunt / ac deſiderantis / ⁊ ni-
mia vi dilectiōis affecti. Cum itaqꝫ plurima: ⁊ ma-
gna de dei benignitate dixiſſet: ꝙ ſc; ſe cū eſſet blaſ
phemus / ⁊ contumelioſus / ⁊ perſecutor fuiſſet mi-
ſeratus: neqꝫ id ſolū: verū ⁊ plurimis alijs / magniſ
qꝫ muneribꝰ proſecutꝰ eſſet. Rurſus infideliū gra-
tia dogma cōminuit: ne dicerent liberū arbitriū eſſe
ſublatū. Deniqꝫ addidit: [Cū fide ⁊ charitate / que
eſt in xp̄o ieſu.] Id ſolū inquit intulimus nos: quia
credidimus chriſtū nos poſſe ſaluare. Diligamꝰ igi
tur xp̄m propter xp̄m: ipe enī ſe nobis tradidit. Ui-
des quenā nobis xp̄s intulerit bona: ⁊ que itē lex?
Nō ſimpliciter ait / abundauit gratia: ſed ſuperabū
dauit. Re enī vera ſuperabundaſſe dicitur: que in-
numeris ſupplicijs dignos: in adoptionē filiorū re-
pēte traduxit. Uides iterū in / idē ſignificare qꝺ per
Neqꝫ vero fide ſolū opus eſt: ſed etiā charitate: nam
plurimi nunc vſqꝫ ſunt q̄ xp̄m deū quidē eſſe credūt:
ſed ipm̄ tamē nō diligūt: neqꝫ charitatis iura cuſto-
diunt. Ipſi nempe cūcta preferunt: pecunias ſc; ge-
neſin / fatū / obſeruationes / auguria / ⁊ vaticinia: et
cetera xp̄iane religiōi ꝓſus aduerſa: ⁊ que dilectio
nis noſtre argumenta preferimus: qui in ipius in-
iuriā viuimꝰ? Habet quiſpiā amicū: quē ardēti am
plectatur affectu: Uel ſi ſaltē xp̄m diligat: vel ſic di
ligat eū / qui pro inimicis ſuū tradidit filiū. Ipſi nē-
pe cū nulla meritorū noſtrorū indicia p̄ceſſiſſent. Et
quid dicā meritorū? Immo cū per innumera ſcelera
corruiſſemus: ⁊ per nepharia quelibet temeritate il
licite diffluerimꝰ: poſt innumera beneficia: poſt in-
gentē diſpoſitionis ſue prouidentiā eatenus ingra-
tos: ne ſic quidē abiecit: aut repulit. Uerū tū maxīe
filiū tradidit: cū maiora nr̄a feruebant ſcelera. Nos
aūt cū tam ingentibꝰ beneficijs fruiti eſſemꝰ: poſtq̄
ad amicorū euaſimus dignitatē: poſtq̄ bonis omni-
bus per ipm̄ perfrui meruimus: ipm̄ ne vt amicū q̄-
dem diligemꝰ? Et que iam nobis erit ſalutis ſpes?
Fortaſſis ad hec verba exhorreſcitis: ſed vtinā rē po
tiꝰ exhorreſcatis. Et quonā inquies modo chriſtū /
neqꝫ vt amicos diligimus? Ego tibi conabor oſten-
dere. Et cupio quidē atqꝫ oro: vt ea que dixero deli-
ramenta potius / q̄ veritas ſint. Sed vereor plan-
ne ne verbis ipis conſenciant res: pro his qui re ve-
ra amici ſunt plurimi ſepenumero damna ꝑpeti ele-
gerunt: pro chriſto aūt nō dixerim ſuſtineri detrimē
ta: verū preſentibꝰ contenti eſſe bonis / vix pauci to
lerāt: pro amico ſepius ⁊ cōtumelias et inimicicias

ſuſcipimꝰ. Chriſti vero gratia nullus inimiciciā ſu
ſcipit. Amicū fame cōfectum nunq̄ omnino deſpici
mus. Chriſtū vero quotidie venientē ad nos: neqꝫ
pane dignamur: idqꝫ cū crapula diſtenti ructamus
ventriqꝫ omnino inſeruiamꝰ: ⁊ externū ſpiremꝰ vi-
nū: atqꝫ delitijs ſoluamur / plurimiqꝫ ex nobis me-
retricibus largiamur: alij paraſitis: aſſentatoribꝰ
alij: alij itē monſtris: ⁊ fatuis: et nanis: quippe ⁊ hi
nature defectus ſunt / quibus pro delectatione vti-
mur. Amicis qui vere amici ſunt nunq̄ inuidemus
nunq̄ illorū felicitate mordemur: at in xp̄o hoc pati
mur: pluſqꝫ amiciciā valere: qui diligenter inſpiciat
animaduertet: q̄ timorē dei. Namqꝫ ſimulator ⁊ fa
ſcinator ⁊ inuidus homines pluſq̄ deū reuereretur.
Quo pacto iam dicam? ꝙ ſc; cū deus inſpiciat cor /
fraudes concinare nō deſinit. Sin vero hominē ſe
intueri peruiderit: pallet / erubeſcit / atqꝫ confundit
Rurſus ad amicū cū aliqua afflictione verſatur / ſol
liciti pergimus: at ſi modicū diſtulerimꝰ: reprehen
ſionē expaueſcimꝰ. At vero cū xp̄s ſepe in carcere in
ſuis membris moriatur: cū ne viſitamꝰ quidē. Ad
amicos autē fideles non ideo ꝙ fideles ſint: ſed quia
ſunt amici ꝓficiſcimur. Uides vt nihil dei metu: ni
hil ipius amore perpetret a nobis: ſed omia partim
amicicia: partim conſuetudine facimꝰ. Amicū pere
gre cū proficiſci cernimus: lugemus: ingemiſcimꝰ:
illachrymamur: ⁊ ſi mortuū videre contigerit plan
gimus: ⁊ quidē cū certe nouerimus ipm̄ a nobis nō
perpetuo eſſe ſeparandū: propter reſurrectionis ſa-
cramentū. Eniuero cū chriſtus quotidie ſeparetur
a nobis: immo cū ipm̄ diebus ſingulis a noſtro ar-
ceamus ingreſſu: neqꝫ dolemus: neqꝫ durū aliquid
⁊ acerbū nos pati arbitramur. Ceterū cū illū afficia
mus iniurijs / cū eū contriſtemus iugiter / atqꝫ irri-
temus: ⁊ cōtra qꝺ ille iuſſerit faciamus omīa: neqꝫ
ingemiſcimus: ſed inſenſibiles nō ſecus / ac lapides
permanemꝰ. Ne id quidē horroris ſatis eſt: ſi eo nō
ſaltē vt amico vtimur: ego enī oſtendā nos illo vti:
veluti inimico. Quomō inquies? Prudētia inquit
carnis inimica eſt dei. At qui hanc circūferimꝰ ſem-
per: fugamꝰ ſi nobis velit accurrere: atqꝫ ex ianuis
arcemus noſtris. Mala nanqꝫ opera hoc faciūt: au
ctores ipſi ſumus: vt quotidie contumelijs exagite-
tur auaritie noſtre / rapineqꝫ cauſa. Laudatur quiſ-
piam virtute probatus: que ad ſanā doctrinā perti-
nent / loquens: ⁊ eccleſiā verbo predicationis edifi-
cans: nos huic protinus inuidemꝰ: quia queqꝫ dei
ſunt gerit. Uidemurqꝫ inuidere illi quidē: verum li
uor ipſe noſter tranſit in dominū maieſtatis: dū edi
ficationē illā: nō per alios: ſed per nos fieri volumꝰ
nō propter xp̄m ſed noſtri gratia. Nā ſi chriſti vige-
ret affectus: ſiue id per nos / ſiue per alios fieret: ni-
hil moueremur. Dic enī queſo ſi quiſpiā medicus fi
lium habens cecitati proximū: ipe nihil remedij ad
hibere poſſet: aliū vero fortaſſe reperiret / q̄ hoc poſ-
ſet: non illū repuliſſet? Nequaq̄. Sed ipſi quodā-
modo / ita loqueretur: Siue per te ſanitas: ſiue per
me cōtigat: nihil refert. Cur id? Quia nō q̄ ſua ſunt
querit: ſed quid filio expediat / ſtudioſe perſequitur:
ita ⁊ nos ſi chriſtū toto animi affectu amaremꝰ: di-
ceremus profecto: ſiue per nos: ſiue per alios quoſli
bet: qꝺ expedit fiat nihil ad rem: ſiue veritate: ſiue oc
caſione inquit Chriſtus annuncietur. Audi deniqꝫ
dicentē ſanctū Moyſen ad eos qui eū irritare vole



bant: cū Eldad ⁊ Medad prophetare nūciarentur
Nolite inquit ꝓ me emulari. Quis mihi det vt oīs
populus domini ꝓpheter? Nempe iſta omnia ex glo
rie vanitate procedunt: nōne hec inimicorū / atqꝫ ho-
ſtiū ſunt? Maledixit te quiſpiam: tu illū dilige. Et
quo pacto inquies id fieri poteſt? poteris certe ſi ve-
lis. Nā ſi bene dicentē diligas / nulla tibi gratia eſt:
neqꝫ enī propter chriſtū id facis: ſed propter laudem
tuā. Leſit te quiſpiā: tu illū beneficijs refoue. Nā ſi
beneficū beneficijs remunerare volueris: nihil ma-
gni feciſti: iniurias ⁊ detrimēta maxima perpeſſus
es. Tu contraria operari ſtude: ita queſo ita diſpo-
namus noſtra omnia: deſinamus iniurias inferre:
atqꝫ odiſſe inimicos. Ipe nempe dominꝰ noſter ini-
micos diligi iuſſit. Nos ipm̄ quoqꝫ pſequimur no-
ſtri tam ſtudioſum amatorē: abſit inquies. Hoc ver
bo omnes loquimur: ceterū contraria factis oſtendi
mus. Ea eſt peccati obcecatio: vt que ne dicto qui-
dem tolerabilia ſunt: ea facto tolerabilia ſint. Deſe-
ramus tandē ea que ſalutē noſtrā ledunt: ac penitꝰ
violant: vt eis perfruamur bonis: quibus frui ami
cos decet. Uolo enī inquit: vt vbi ſum ego: et diſci-
puli mei ſint: vt videant gloriā meā: qua nos omēs
frui contingat in chriſto Jeſu dn̄o noſtro: cū quo eſt
patri gloria: vna cū ſanctoſpiritu in ſcl'a ſcl'orū Amē

Homelia. IIII. Ex capitulo. I.

## F Idelis ſermo: et omni acce- ptione dignus: quoniā chri ſtus Jeſus venit in mundū pecca- tores ſaluos facere: quorū primus ego ſum. Sed iccirco miſericordi- am conſecutꝰ ſum: vt in me primo oſtenderet chriſtus ieſus omnem patientiam: ad confirmationē eo- rum: qui credituri ſunt illi in vitam eternam.

Adeo magna ſunt beneficia dei: atqꝫ in tantū hu-
manā omnē expectationē / ac ſpem tranſcendunt: vt
ea ſepius vix credantur: que enī nunq̄ humanꝰ ani
mus / aut cogitare aut ſperare potuit: ea nobis cun-
cta largitus eſt: vt ferme apoſtoli plurimū labora-
uerint: vt nobis perſuaderēt credere dona a deo no
bis indulta. Queadmodū enī in excellentibus qui
buſqꝫ bonis hoc patimur: vt dicamꝰ / putas ne hoc
ſomniū eſt? ita ⁊ in diuinis ꝑfecto muneribꝰ. Quid
igitur eſt? ita cui difficilis habebatur fides: ꝙ inimi
ci: ꝙ peccatores: ꝙ hi qui ī lege nō iuſtificabant᷑ / ne
qꝫ per opera: hi continuo ex fide ſola primas partes
meritorū conſecuti ſunt. Plurima igit᷑ ⁊ in epiſtola
ad romanos de huiuſmodi loquitur: plurima item
hic diſſerit: [Fidelis inquit ſermo ⁊ oī acceptiōe di-
gnꝰ: quoniā xp̄s Jeſus venit in mundū peccatores
ſaluos facere: quorū primus ego ſum.] Quia enim
iudei hoc maxime attrahebantur: perſuadet eis nō
intendere legi: quaſi poſſibile nō ſit abſqꝫ illa ſalua-
ri: cū ſine fide quis ſaluus eſſe nō poſſit. In hoc igit᷑
tota eius verſatur intentio. Incredibile enī eſſe vide
batur: ſi quidē hō qui omnē priorē vitā fruſtra atqꝫ

inaniter conſumpſiſſet / duxiſſetqꝫ per mala opera:
poſtmodū ex fide ſola ſaluandus diceret᷑: iccirco ait:
[Fidelis ſermo.] Uerū quidā nō modo credebant:
ſed etiā culpabant: id qꝺ modo facere nō deſinit: dū
dicunt faciamꝰ mala vt veniant bona. Poſtq̄ enī
dixerat: vbi abundauit peccatū: ſupabūdauit ⁊ grā
quid aiunt? Faciamus mala / vt veniant bona: iſta
enī maxime gentiles obijciunt carpentes noſtra: nā
cū illis de gehenna diſſerimꝰ: ⁊ quo pacto inquiūt
iſta deo digna ſunt? Si q̄dē homo ſeruū nactꝰ: qui
multa peccauerit / dimittit liberū: veniāqꝫ largitur
deus autē immortaliter punit. Rurſum cū illis de
ſacro regenerationis lauachro / ac de remiſſione pec
catorū loquimur: que nobis baptiſmi ſalutaris gra
tia cōdonat᷑ protinꝰ: q̄ inquiūt hec indigna ſūt deo
vt qui innumeris ſceleribꝰ fuerit preſſus / crimini-
bus abſoluatur. Uides vbiqꝫ animi ac ſentētie per-
uerſitatem ſemper contentionibus deſeruire: nem-
pe ſi malū remiſſio eſt: bonū ergo cruciatus erit: ꝙ ſi
pena bonū nō ē: bona ſit remiſſio neceſſe ē: illorū nūc
more loq̄r: nā iuxta fidei veritatē bona vtraqꝫ ſunt:
qꝺ alio tempori oſtendendū reſeruamus: neqꝫ enim
preſentis temporis ē: cū profundū valde ſit: ac ideo
operoſiꝰ perſcrutandū. Suo igitur tempore veſtre
hoc dilectioni proponere inſtitui. Unde igitur fide-
lis eſt ſermo? Et ex preteritis ſimul ⁊ ex futuris ap
paret. Uides vt preparet animū atqꝫ ſuſpendat: eā
qꝫ rem (vt dignū erat) diutiꝰ verſet. Nam profecto
ꝙ ait / blaſphemū ſe ac perſecutorē et cōtumelioſum
miſericordiā conſecutum: hoc preparantis. Nec mō
miſeratus eſt inquit: verū etiā fidelē fecit. In tantū
ait fides denegāda nō eſt: ꝙ etiā miſertꝰ ſit. Nemo
enī intuēs eū q̄ vinctꝰ fuerat ī regia cōuerſari: miſi-
cordia cōſecutū ābigere poterit: qꝺ ī paulo cernere
in ꝓmptu erat: rurſumqꝫ ex ſemetipo hec indicia col-
ligit. Non enī erubeſcit ſeipm̄ vocare peccatorē: ſed
inde potius gloriat᷑: ꝙ cū peccator eſſet tanta merue
rat circa ſe diuine benignitatis indicia: ita enim vel
maxime dei ſummā prouidentiā cōmendare poteſt.
Et quomodo inquies alio in loco cū de ſe loqueret᷑:
ſcōm iuſtitiā que in lege erat ſine querela ſe fuiſſe te-
ſtatur: hic vō peccatorē ſe ⁊ peccatorū omniū primū
eſſe aſſeuerat? Quia ad eā iuſtitiā / quā deus opera
tus eſt: ⁊ que veraciter querit᷑: peccatores ⁊ illi erāt
qui in lege iuſti videbant᷑. Omnes enī peccauerunt
⁊ indigent gloria dei: hanc aūt nō ſimpliciter gloriā
dixit: ſed addidit que in lege eſt. Queadmodū enim
is qui multū pecuniarū poſſidet / diues quidē eſſe vi
detur: ceterū theſauris regijs comparatꝰ pauper eē
atqꝫ inops primus cernitur: ita et hic dum angelis
cōferuntur peccatores eſſe etiā iuſti deprehendunt᷑.
Nā ſi Paulus q̄ iuſtitiā legis fuerat operatus / pri
mus peccator eſt: qui ex omnibꝰ alijs iuſtus merito
vocari poſſit. Neqꝫ enī ſe ideo peccatorē ait: quaſi vi
tā carperet ſuā: vt impudice actā et ꝑ fornicationes
cupiditateſqꝫ fedatā: abſit: verū iuſtitiā illā huic cō-
ferens: nō ſolū nihil eſſe monſtrauit: ſed peccatores
illos: qui in illa gloriarent᷑ oſtēdit. [Sed iccirco in
quit miſericordiā cōſecutꝰ ſum: vt in me primo oſtē-
deret xp̄s Jeſus omnē patientiā ad confirmationē
eorū: qui credituri ſunt illi in vitā eternā.] Uides vt
ſemetipm̄ rurſus humiliet: ac penitus comprimat.
Alia etiam viliori adiecta cauſa. Nā ꝙ prioris igno
rantie veniā miſericorditer cōſecutus ſit / nō nimis

illum indicat peccatorē:neq; omnino reprehenſibi
lem:ceterū iccirco miſericordiā fuiſſe cōſecutū :vt ne
mo iā peccator quibuſlibet ſceleribꝫ preſſus de ſe de-
ſperet:immo eandē ſe cōſecuturū veniā hoc exemplo
preſumat. Magnū valde acre vera ingens eſt:ita-
q; cū dixiſſet/primus peccatorꝫ ego ſum:⁊ blaſphe-
mus ⁊ perſecutor/et nō ſum dignus vocari apoſto-
lus:⁊ queq; alia in hunc ſenſum dixit nihil profecto
tam humile locutus eſt: qd̄ ex ſubiecto exemplo ma
nifeſtius fiet. Sit enī verbi gratia ciuitas quedam
populoſa cuius ciues omēs mali ſint:alij plus/alij
minus:omnes tamē peccatis obnoxij. Unus autē
inter ceteros ſit ſceleribꝰ clarus/ac pre omnibꝫ ſup-
plicijs dignus:quippe qui oē genus nequitie exer-
cuerit. Si igitur dixerit quiſpiā regē omibꝫ culpas
velle dimittere:nō ita verb fides adhibebit:ſicuti ſi
videant eū/qui plus omnibus grauiuſq; deliquit:
venia fuiſſe donatū. Nulla enī iam ambiguitas re-
manere poterit: quin omnibꝫ ignoſcere velle exiſti-
met rex: qui eū abſoluerit: qui erat pre ceteris pec-
catoribꝫ inſignis:hoc ⁊ Paulus ait: Cū inquit vel
let deus certiores homīes facere:q omnes illis pec
cata donauit elegit eū/qui plus omnibus delique-
rat:cui ſcelera cuncta dimitteret. Me enī potito ve
nia/nemo iam de ſe dubitare permittit:quēadmo-
dum etiā habet conſuetudo loquendi: Si huic igno
uit deus/neminē puniet: vt per id oſtendatur/ipm
venia quidē dignū nō fuiſſe:verū eā aliorꝫ pro ſalu-
te meruiſſe. Nullus igitur ambigat inquit:nullus
de ſe deſperet: quandoquidē ipſe ſaluatus ſum. Et
queſo diligentiꝰ intuere beatiſſimi viri prorſus hu-
milē mentē. Non dixit vt in me oſtenderet patientiā
ſed omnē patientiā/ac ſi apertius diceret: Nullus
eſt in quo maior habenda ſit patientia:neq; inueni-
ri facile poteſt peccator:qui tanta abundantia miſe-
rationis indigeat. Omnē inquit oſtendit in me pa-
tientiā:nō partē:quēadmodū his qui modica deli-
querunt. [Ad confirmationē inquit illorꝫ:qui credi
turi ſunt ei in vitā eternā.] hoc eſt ad exhortationē/
ad ꝓfectū incitamentūq; virtutis:quoniā vero ma-
gnū quiddā de filio fuerat locutꝰ: q ſcꝫ tantā vim di-
lectionis oſtenderet:ne quis forte putaret patrē/ab
ea charitate remoueri:⁊ ipi gloriā refert/quū proti-
nus addidit: [Regi aūt ſeculorꝫ immortali inuiſibi-
li:ſoli ſapienti deo honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorū
amē.] Pro his inquit nō tm̄ filio:ſed ⁊ patri referi-
mus gloriā:interrogemꝰ hereticos:ecce ſoli deo di-
xit. Non igitur filius deus nō eſt? Et ſoli immorta
li. Nōne igitur ⁊ filiꝰ immortalis eſt? Et qd̄ nobis
poſtmodū dabit ipe nō habet:ita ſane inq̄es ⁊ deus
⁊ immortalis eſt filius:ſed nō talis qualis eſt pater
Quid ſibi vult nō talis? Minoris īquit ſubſtātie ē
minoris igitur etiā immortalitatis erit. Quid autē
eſt immortalitas minor? Nempe immortalitas ni-
hil aliud eſt q̄ꝫ morte nō tangi/neq; corrumpi. Glo-
ria quidē maior ac minor eſt: imortalitas vero maior
aut minor eſſe nō poteſt: ſicuti neq; ſuauitas maior
aut minor:aut enī morbo tēptamur/aut nō. Quid
igitur inquies? Immortalitatē nos ita vt deus ha-
bemꝰ? Abſit vt id quiſpiā ſentiat. Cur id? Quoniā
ipe hanc per naturā habet:nos aūt per gratiā. Sed
nunquid ita ⁊ filius? Minime vero/verū ⁊ ipe hāc
per naturā habet. Cuius igitur rei gratia hmōi dif
ferentia infertur? Quia ipe inquies a nemine talis

factus eſt:filiꝰ aūt a patre natus eſt: ⁊ nos hoc ipm
grate cōfitemur:neq; enī negamꝰ ex patre filiū im-
mortaliter natū:⁊ huiꝰ rei gratia inquies patrē glo
rificamꝰ:quia talem genuit filiū. Vides q tūc ma-
xime glorificetur pater/cū magna peregerit filius.
Ad ipm enī filij cuncta referuntur:itaq; ⁊ cū fortem
genuerit: ⁊ eiuſmōi qualis ipe eſt: nō gloria filij ma
gis q̄ꝫ patris eſt. Cū item temperantē:cū ſibijpi ſuf-
ficientē:cū nō imbecillū:nullo minor eſt patris q̄ꝫ fi
lij gloria. Regi aūt ſeculorꝫ:⁊ iſta de filio dicta intel
ligi poſſunt:per quē fecit ⁊ ſecula. Nempe enī apud
nos vtraq; diſtincta res eſt:aliudq; miniſtri officiū
eſt:⁊ aliud iubentis imperiū: atq; alius quidē con-
ſtruit/laborat/fatigatur:alius autē imperat. Cur
id? Quia is qui miniſtrat inferior eſt:verū nō ita in
diuinis ꝑſonis accipiēdū eſt:nō eſt ibi alterius crea
tio ⁊ alterius dominatus:neq; enī cū audio per quē
fecit ⁊ ſecula patrē denego condidiſſe:neq; itē cū au-
dio patrē regē ſeculorꝫ/a filio dominatū tollo. Cō-
munia enī iſta ſunt ⁊ patris ⁊ filij:vtraq; enī condi-
dit deus:qui opificē genuit:regnat filius q ſit crea-
turarū dominus:neq; enī mercede operatur quēad
modū apud nos:neq; alteri obtemperans/ſicut itē
fit apud nos:ſed bonitatis ac benignitatis tm̄ pro-
pter gratiā. Quid aūt filius? Viſus eſt aliquādo?
Nemo id tuto dicere poteſt. Quid eſt ergo immorta
li/inuiſibili ſoli ſapiēti deo? Quid itē ſibi vult cū di
cit: Neq; ei eſt nomē aliud ī q̄ nos ſaluari oportet:et
nō eſt in alio aliquo ſalus honor ⁊ glīa in ſecula ſecu
lorū amē? Honor et gloria illi nō verbis redditur/
quia ⁊ ipſe nos non verbis honorauit: ſed rebus ac
opera. Et certe hic quidē honor nos tangit/nobiſq;
confert plurimū:noſter aūt honor illū minime tan-
git:neq; enī noſtris indiget:ſed nos potius illo indi
gemus:itaq; ⁊ ſi illū honoremꝰ/noſipos magis ho
noramus: quēadmodū enī is qui apertis oculis ſo
lis intuetur lucē ſibijpſi prodeſt/admirans pulchri
tudinē ſideris:neq; illi aliquid confert: quippe cla-
riorē facere ipſe admirando nō poteſt:ſed permanet
idem ſolis fulgor:ita multo magis in deo. Is q̄ deū
admiratur:cumq; honorat/ſibijpſi acquirit ſalutē/
maximaq; emolumēta lucratur:quippe ex hac glo-
rificatiōe virtutis ſua premia promeret. Ego enī in
quit glorificātes me glorificabo. Quomodo igitur
ipſe glorificari ſe dicit: qui nihil ex huiuſmodi offi-
cio noſtro lucratur? Eadē profecto ratiōe:qua ⁊ eſu
rire ⁊ ſitire ſe dixit. Omnia enī que conditionis no
ſtre ſunt/propria ſua eſſe facit: vt vel ſic nos ad ſe at-
trahere poſſit:ſiue honores ſiue contumelias in ſe ꝑ
peti dixit: vt hoc veluti freno cohercitī timeamus/
atq; ad illū prompti accurramus. Glorificemꝰ igit
deū:portemꝰ deū in corpore ⁊ in ſpiritu noſtro. Et
quomodo inquies glorificat quiſpiā in corpore deū
quomō itē in ſpiritu? Spiritū hic appellat animā/
ad diſtinctionē ſcilicet corporis. Quis igit deū glo-
rificat in anima ſimul et corpore? Qui nō ſe libidini
ſubijcit:qui minime inebriatur:qui ventri ac guttu
ri non ſtudet: qui exteriorem non querit ornatum:
qui tm̄ cure circa ſe oſtendit:quantū ad ſanitatē ſuf-
ficere poteſt:qui non mechatur:que vnguentis de-
libuta non pergit:que faciē nequaq̄ꝫ fucis/atq; colo
ribus pingit:que dei cōtenta opificio/nihil ex ſe ad
dere quaſi arte molitur. Quid enim ſtudium tuū?
quid artem conſumato adeo opificio admouere pre-



ſumis? Non tibi ſufficit diuina formatio? An vero
veluti excellētior opifex diuinū opificē corrigere im-
pia moliris audacia? Atq; ad auctoris iniuriā orna
ris/vt poſt te greges iuuenum trahas? Et quid in-
quies ipſa facere poſſum? Neq; ei ego hec volo: ſed
viri gratia facere iſta compellor. Adamari nō poteſt
que nō vult. Pulchrā te cōdidit deus:vt in hoc ipe
laudetur/admirationiq; ſit opificiū ſuū:non vt in-
iurias patiatur. Noli ipſi huiuſmodi referre vicem
verū pudicitia atq; verecundia te ornare contende.
pulchrā iccirco te creauit deus: vt virtutis tibi ad-
deret premia:neq; enī idem eſt ſpecioſam ⁊ que ama
ri a plurimis poſſit:ſtudere pudicitie: et que huiuſ-
modi careat/nulliq; ſit expetenda:caſtitatē ſeruare
Audi deniq; quid de ioſeph ſcriptura dixerit: Erat
inquit ſpecioſus ac decorꝰ aſpectu. Quid nobis ꝓ-
fuit audire decorū fuiſſe Joſeph: vt ſcilicet ipſiꝰ ma-
gis admiremur ſpeciē/honeſtatēq; laudemꝰ. Spe-
cioſam te creauit deꝰ: Quid igitur teipam deformē
facis? Velut enī ſi quis auree ſtatue illiniat lutum
ita ſunt que fucis vtuntur: terrā tibi illinis partim
candidam/partim rubicundā. At inquies hoc meri
to faciūt que deformes ſunt. Cuius rei gratia? Ut
ſcilicet deformitatē occultēt. At profecto incaſſum
laborant. Quando enī id quod naturale eſt: cuiuſ-
uis opificis ſtudio atq; arte ſuperatur? Cur aūt de
formitas ipa meroris ſit:ſi probro careat? Audi de-
niq; ſapientis cuiuſdā viri ſententiā: Ne vituperes
inquit virū in aſpectu ſuo:neq; item laudaueris vi-
rum in ſpecie ſua. Deū igitur admirare ſolū opificē
optimū:nō illius opus:neq; enī pulchrū ipe ſe fecit
Quid enim lucri decor eiuſmodi parit? Nihil profe
cto: verꝫ certamina magis intendit/maioreſq; calū-
nias:atq; pericula/ſuſpitioneſq; q̄ꝫ plures:ea deni-
q; quā nō huiuſmodi decor illuſtrat/ſuſpitione care
bit:que vero formoſa eſt/niſi magno ſtudio ⁊ nimia
vtatur continentia/atq; honeſtate: opinioni proti-
nus peſſime locū dabit:virq; ipe eiuſmodi ſemper ze
lo mordetur. Quo quid dici grauiꝰ poſſit? Neq; enī
tantū ex aſpectu ipo voluptatis habet:quantū ex ſu
ſpitione meroris. Illa enī conſuetudine ſolet extin-
gui:at vero vbi laſciuie libertatis:atq; impudicitie
opinio manare ceperit: ipſius quoq; anime intima
penetrat:atq; penitus inſitis ſordibus ſqualeſcit in
dies. Ecce quibus incōmodis pulchritudo ſubiecta
eſt:porro eā que decore claruerit impedimentis plu
rimis liberā facile inueniemꝰ/neq; enim illi infeſti
ſunt/eiuſmodi pulchritudinis aucupes: ſed veluti
agnꝰ ſimplex in quiete/atq; in ſilentio paſcitur:lu-
po nullo perturbante ipſius ociū: ſed ſemper ſibi aſ
ſidente paſtore: ⁊ ab huiuſmodi incurſibus protegē
te: ita nihil profecto habet ampliꝰ/que formoſa fue
rit/q̄ꝫ deformis:neq; hanc illā vllo priuilegio ſupe-
rat:ſed ea merito plus habere dicit:que merito vir-
tutis excellit. Nam queſo que nā oculorū virtus ē?
Nunquid liquentes/atq; verſatiles/rotundiq;/ac
cerulei ſunt:ſiue potius q acutiſſimo vigeant lumi
ne? Hoc equidē reor:qd̄ inde conſtabit? Que nā oro
lucerne virtus: q clare fulgeat/omnēq; illuſtret do
mū/an q pulchra ⁊ ficta/atq; rotūda? At nemo hic
dubitat/luciſq; claritas iudicio omniū obtinet:ce-
tera enī media ſunt/atq; cōmunia: iccirco etiā ſemꝑ
ancillule dicere ſolemus:cui lucerne cōcinnande of
ficiū ſit:lucernā male preparaſti:adeo lucerne illu-

minare propriū eſt:itaq; et oculus qualiſcunq; fue-
rit/ſi officij ſui miniſteriū implere ſufficiat/differen
tia nulla eſt. Sicuti etiā malus oculus dicitur cum
obtuſi aſpectus fuerit:⁊ naturalē compoſitionē mi-
nime perfectā in ſe habuerit. Quippe et eos q̄ aper-
tis oculis nō vident:malis eſſe oculis dicimus:ma
lum enī omne qd̄ propriū nō implet officiū appella-
re conſueuimꝰ/atq; iſta de oculis. Que nā vero na
riū virtus eſt? An q recte/atq; ad lineā vtrinq; for-
mate ſint/ſuaq; proportione nō careant:an q olfa-
tu vigeant interrogo: ac cerebro ſubminiſtrent? At
nemo qui dubitet:nā vt exemplo vtar/ea vaſa qui-
bus aliquid rapimus/que nā dicemus optime fuiſ
ſe condita/ea ne q̄ diligenter rapere/atq; continere
poſſint:an que decore fuerit fabricata? Illa ſcilicet
que vſui cōmodiora ſunt. Quid aūt dentes:quales
eſſe dicemus optimos eos ne qui mādere et concide
re cibū facile poſſint:an eos qui pulchre/atq; ad li-
neā cōpoſiti ſunt:illos ſcilicet qui rectiꝰ:quod ſui eſt
muneris faciunt:prorſuſq; in toto corpore qui dili-
genter inquirat:eandē ſequet rationē/inueniemuſ
q; oēs ſanos pulchros merito dici: dū membra ſin-
gula poſſunt propria officia perſequi:ita ⁊ vaſa ſin-
gula ⁊ animalia ⁊ arbores:nō ex forma aut ex colo-
re predicamꝰ: verū ex miniſterio/atq; ex officio pro-
prio:ita ⁊ ſeruū vocamꝰ pulchrū eū:qui nobis apte
miniſtrat:nō qui ſpecioſus/atq; mollis eſt. Vides
quō pulchra poſſit euadere. Cū igitur his que ſunt
maxima ⁊ preſtātiſſima: pariter ⁊ formoſa fruat/at
q; deformis:nihil altera pluſq̄ꝫ altera poſſidet:pu-
ta mundū hūc ſimiliter cernimus:ſolē/lunā ſtellas
ſpiramus pariter aerē humoris/atq; nutrimēti pa
riter participes ſumus:ſiue formoſi fuerimus/ſiue
deformes. Immo vt aliq̄d mirabiliꝰ loq̄r:ſaniores
ſunt que forma huiuſmodi carēt: q̄ꝫ ſpecioſe: ille enī
vt quibꝫ ſpeciē ſeruare ſtudiū ſit/ſeipas minime la-
boribꝫ tradunt:ſed ocio atq; delitijs: quibꝰ ex rebꝰ
membrorꝫ officia obtuſiora penitus fiunt. Glorifice
mus igitur deū:portemꝰ ipm in corpore noſtro:hec
vero vt que nulla huiuſmōi diſtēdant cura: paſſim
labore nō deſinūt: atq; ob id ſaniores/vegetioreſq;
fiunt. Glorificemus igitur deū:portemꝰ ipm in cor
pore noſtro:nō exteriorē queramꝰ ornatū. Super-
fluū id quidē ſtudiū/atq; inutile eſt:nō erudiamus
viros/ſolas intendere facies. Nā ſi hmōi ornatus
deſeruiat ſtudio:cito vir tuꝰ hmōi amare faciē con-
ſuetus/vultu meretricio capietur. Ex ſi illū docue-
ris amare in vxore mores/venuſtāq; dignitatē/nō
facile conuolabit ad ſcorta:neq; enī hec in meretrice
reperiet:ſed cōtraria penitꝰ. Noli docere virū riſus
ſuauitate decipi:neq; fracto/ſolutoq; inceſſu capi:
ne aduerſus teipſam illi arma miſtres: inſtrue illū
caſtitate gaudere:poteris aūt id cū hmōi habitū pre
fers. Nā ſi leuis/incōſtans/ac lubrica fueris:quō
verbū honeſtū ⁊ graue ꝓferre poteris? Quis te nō
rideat/atq; ſubſannet? Quō aūt etiā in ſpiritu por-
tare poſſumꝰ deū? Si virtutē vbiq; teneamꝰ:ſi aīe
ſtudeamꝰ ornamētis: quippe ille mime prohibetur
ornatꝰ:ita glorificamꝰ deū ſi omibꝫ ex partibꝫ fueri
mus boni:glorificabimur aūt ⁊ nos in die illa:non
ſane ſil'r:ſꝫ multo digniꝰ/multoq; excellentiꝰ. Exi-
ſtimo ei inq̄t q nō ſunt cōdigne paſſiones huiꝰ tem
poris ad futurā glīam:q̄ reuelabit in nob: cuiꝰ nos
oēs contingat participes fieri in xpo ihu dn̄o nr̄o.

Homelia. V. Ex capitulo. I.

b **Oc preceptum cōmendo tibi fili Timothee: ſecundum ꝓcedentes in te prophetias: vt milites in eis bonam militiā: habēs fidem ⁊ bonam conſcientiā. Quā quidam repellentes circa fidē naufragium fecerunt. ⁊c.**

Doctoris ſacerdotiſqꝫ dignitas magna eſt / atqꝫ
mirabilis: ⁊ que re vera diuina ſententia cōprobāda
ſit: vt quis ea dignus adducatur in mediū: ita ⁊ pridē
fiebat: ita nunc quoqꝫ fit / quotiens abſqꝫ humana
paſſione huiuſmodi electiones celebramus. Cū nihil
omnino ſeculare / nihil temporale intuētes: neqꝫ
ad gratiā: neqꝫ ad odiū facimꝰ. Nā ⁊ ſi tanta nobis
ſpiritus plenitudo nō adeſt: ſufficit voluntas optima
vel ſola: deū vt ordinationi noſtre concurrat attrahere:
quippe ne apoſtoli quidē: tunc ſpiritus gratiā
adepti erant: cū Matthiā elegerunt: ſed oratiōi
negociū permittentes: ipm apoſtoloꝝ numero adiecerunt:
neqꝫ enī intuebantur humane amicicie gratiam:
ita nobis quoqꝫ faciendū eſt: enīuero vbi ea q̄
certa ſunt / omnibuſqꝫ manifeſta negligimꝰ: quo pacto
nobis deus reuelabit incerta? Si in modico inquit
fideles nō fuiſtis: qd magnū ⁊ verum eſt / quis
dabit vobis? Tunc autē quia nihil fiebat humanū
ſacerdotes etiā ex prophetia veniebant. Quid eſt ex
prophetia? Ex ſpirituſancto. Quippe munus eſt ꝓ
phetie nō modo futura predicere: verū ⁊ p̄ſentia dicere:
quoniā ⁊ Saul prophetia oſtenſus eſt: qui inter
vaſa latebat. Deus enī re vera iuſtis prophetia
itidē fuit cum dicit ſpirituſſanctus: Separate mihi
Paulū ⁊ Barnabā / ita et Timotheus electus eſt.
Prophetias aūt hic plurimas dicit fortaſſis / ⁊ illā
per quā ipm acceperat: quando eū ⁊ circūcidit / atqꝫ
ordinauit: queadmodū ⁊ ipe ſcribit: Noli negligere
gratiā: que eſt in te: igitur vt illū excitaret / ſobriūqꝫ
ac vigilantē faceret: ammonet cū quis illum elegerit
/ atqꝫ ordinauerit: ac ſi apertius dicat: Deus ipſe
te elegit: ipe tibi eccleſiā credidit: non te iudiciū promouit
humanum: noli igitur ſententiā dei probro
afficere: neqꝫ cōfundere. Deinde quoniā preceptū inquit
/ grauiuſqꝫ fortaſſe videbatur / adiecit: [Hoc p̄
ceptū cōmēdo tibi fili Timothee.] Tanqꝫ filio chariſſimo
p̄cepit: neqꝫ enī auctoritate propria: neqꝫ dominationis
faſtu: neqꝫ ſua veluti libertate: ſed [fili
inquit Timothee.] Ex aūt ait cōmēdo: cuſtodie diligentiā
ſignat: nihilqꝫ noſtrū nos inferre ſignificat
Non enī nos eā rem acq̄ſiuimꝰ: ſed deꝰ hanc nobis
largitus eſt: ⁊ fidē ⁊ bonā conſcientiā. Que igitur dedit
/ ipa ſeruemus: niſi ipe veniſſet: neqꝫ fides hmōi
inueniretur: neqꝫ vlla vite munditia: quā a parua etate
ſuſcipimꝰ / ac ſi dicat: Nō ego ſum qui precipio: ſꝫ
is qui te elegit deꝰ: id quippe ſignificat ꝙ ait: Secundū
precedētes in te prophetias: illas audi: illis
obtempera. Quid aūt precepit deus? Ut milites in
ipis bonā militiā: ille te elegerunt: in his quibꝫ electus
es: milita bonā militiā. Eſt enī ⁊ militia mala
de qua alio in loco ait: Sicut enī exhibuiſtis membra
veſtra arma peccato / et immunditie: illi ſub tyranno
militant: nos eterno regi militamꝰ. Cur aūt
eā rem militiā vocat: indicat profecto bellū excitatū
eſſe vehemens / ⁊ atrox cū ceteris: tū maxime ei qui
doctoris fungitur munere. In quo nobis armis
opꝰ eſt validis: ſobrietate ſcilicet temperātia / precibus
/ perpetuiſqꝫ vigilijs: quia nō aduerſus ſanguinē
pugnare pergimꝰ: quia prelia nobis cū atrociſſimis
hoſtibus conſerenda ſunt: vt nullū hic locū habeat
blanda ⁊ pernitioſa mollities. [Ut inq̄t in eis
milites.] Queadmodū enī in caſtris: nō omēs eundē
ſeruant militie locū: ſed varijs diſtribuūtur ordinibus:
ita ⁊ in eccleſia / aliꝰ quidē magiſtri obtinet
ordinē / alius aūt diſcipuli / alius itē rudis: tu vero
doctoris fungeris munere. An ne quis iſtud ſufficere
exiſtimet / vide qd ſequitur: [Habēs fidē ⁊ bonā
conſcientiā.] Magiſtrū quippe prius oportet docere
ſeipm: queadmodū enī dux / niſi antea miles optimus
fuerit: ne dux quidē eſſe aliquando poterit: ita
⁊ doctor: hoc ⁊ alio in loco ait: Ne forte alijs predicans
ipe reprobꝰ efficiar. Habens quidē ⁊ bonā cōſcientiā
/ vt ſic ceteris preeſſe dignꝰ poſſis: hoc nos
exemplo maioꝝ nō aſpernemur monita: etiā ſi doctoꝝ
fungamur vice. Nā ſi Timotheꝰ: cuiꝰ nos meritis
longe impares ſumus / ⁊ monita ſuſcipit: ⁊ libenter
addiſcit: idqꝫ cum in doctoris ordinē trāſiſſet
multomagis id nos facere cōuenit. [Quā quidā repellentes
inquit circa fidē naufragiū fecerūt.] ⁊ merito
ſane. Nā vbi vita reprehēſibilis fuerit / dogma
item hmōi ſit: neceſſariū eſt: ac videas plurimos in
profundū maloꝝ corruiſſe: atqꝫ ad gentilē ritū fuiſſe
conuerſos. Ne enī futuroꝝ metu: et expectatione
crucientur: perſuadere ſibi omī ſtudio curant: falſa eē
omnia / que noſtra religio continet: atqꝫ a fide quidē
peruertuntur: dū rationibꝫ omnia colligere querunt.
Naufragiū quippe hmōi ratiocinatio gignit: fideſqꝫ
veluti nauis tutiſſima eſt: igitur qui ex illa deciderint:
neceſſe eſt naufragiū facere: qd exēplo quoqꝫ ꝑ
ſpicuū facit / quū dicit: [Ex quibꝫ hymeneꝰ eſt ⁊ alexander:]
vt hoꝝ exemplo nos corrigat. Uidetis vt
illis quoqꝫ temporibus / nō defuerint: qui peruerſe
docerēt: q̄ ſecreta diuina temeraria curioſitate diſquirerēt:
qui a fide longe diſcederent: qui rationibꝫ
proprijs miſteria veneranda temerare preſumerēt.
Qui naufragiū facit / nudus omnibꝫ deſtituꝰ euadit:
ita ⁊ qui ex fide exciderit: nihil iā habet vbi figatur:
nō habet vbi ſe ipe recipiat. Quippe capite perdito
/ atqꝫ corrupto: que nam reliqui corporis vtilitas
eſt? Si enī fides abſqꝫ operibꝫ mortua eſt: multomagis
abſqꝫ fide nihil proderunt opera. Si deꝰ
propter nos: que ſua ſunt deſpicit: lōge magis nos
oportet noſtra ipius gratia ſpernere: ita enī eſt cum
quis exciderit fide: nuſqꝫ cōſiſtit: ſed alias aliter natat:
donec rurſus in profundo mergatur. [Quos tradidi
inquit ſathane: vt diſcāt nō blaſphemare.] Uides
vt blaſphemia ſit: rationibꝫ diuina velle diſcutere:
ita nihil cōmune habet humana rō collata diuinis.
Quo aūt modo ipos ſathanas nō blaſphemare
docet? Nempe enī ſi alios docet: multomagis ſe
ipm docere debuerat: ſi aūt ſeipm hactenus docere
nō poteſt: ne alios quidē. Nō ait vt doceat illos nō
blaſphemare: ſed vt diſcant nō blaſphemare: nō ille
hoc agit: ſed hic euentꝰ excedit: queadmodū igitur
⁊ alio in loco ait: de eo qui fuerat fornicatꝰ: Tradere
huiuſmodi hominē ſathane in interitū carnis: nō



vt ſpiritū ſaluet: ſed vt ſpiritus ſaluꝰ ſit: hic aūt nulla
perſona notatur. Quomodo igitur iſtud contingit?
Nempe queadmodū carnifices innumeris ſceleribus
pleni / caſtigāt alios: ita ⁊ hic de nequiſſimo demōe
dicitur. Et cuiꝰ rei inq̄es gr̄a / nō illos ipe puniſti:
queadmodū barieſū al's barien: ſicuti petrꝰ ananiā
ſed eū ſathane tradidiſti? Non vt puniātur inq̄t: ſꝫ
vt diſcant. Et certe ipi nō deerat auctoritas puniendi:
ſic cū dicit: Quid vultis: in virga veniā ad vos?
⁊ rurſus: Non vt nos probati ſimꝰ: ſed vt vos: qd
bonū eſt faciatis: atqꝫ iterū: Nō in euerſionē: ſed in
edificationē. Quid igitur ſathanā ad ſuppliciū vocas?
Ut ſcilicet vna cū vehemētia / atqꝫ cruciatu eēt
contumelia maior: immo vero infideles quidē ipſi
docebant: eos vero qui a fide auerſi eſſent / ſathane
tradere cōſueuerat. Cur igitur? Propter infideles
nāqꝫ ananias infidelis erat / q̄ temptabat adhuc: vt
igitur fideles diſcerēt ſe latere n̄ poſſe: iccirco ꝑ ſeipos
illos puniebant: eos vero qui poſtqꝫ iſta didicerant
a fide aberrabant: ſathane tradiderunt: vt per iſtud
oſtenderent ꝙ nō proprijs viribus: ſed ipſoꝝ cuſtodia
cōtinebantur / quiqꝫ ſe in arrogantie tumorē extuliſſent:
queadmodū i regibꝰ cernimꝰ: qui hoſtes
quidē etiā ſuis manibꝫ iugulant: ſubditos vero carnificibꝫ
tradunt. Indicat aūt iſtud ꝓpter apoſtoloꝝ
cuſtodiā fieri: preterea nō minimū erat poſſe imperare
diabolo: ex eo quippe monſtratur illū apoſtolis:
vel inuitū ſeruire / ac cedere ſolitū. Quomō aūt illū
tradiderit audi: Congregatis inquit vobis: ⁊ ſpiritu
meo / cū virtute dn̄i noſtri ieſu xp̄i tradere huiuſmodi
hominē ſathane. Eijciebatur nempe a cōmuni fidelū
cetu: abſcīdebatur a grege / fiebat nudꝰ: atqꝫ ita
deſtitutus: atqꝫ ita lupis patebat / ⁊ prodebatur incurſibus:
ſicuti enī dudū nubes hebreoꝝ caſtra tegebat:
ita ⁊ eccleſiā protegebat ſanctiſpiritꝰ gratia.
Si quis igitur extra eccleſiā fieret / cōburebatur: fiebat
aūt extra eccleſiā apoſtoloꝝ iudicio: ita ⁊ dominus
Iudā tradidit ſathane: cōtinuo enī poſt bucellam
introiuit in illū ſathanas: ⁊ hoc itē dicere poſſumus:
ꝙ eos quidē quos corrigi volebant: nō ipi pena
plectebant: qui aūt emendationē admittere nolebāt:
eos ipſi ſupplicio ſubdebāt: vel certe quia terribiles
magis ipſi videbantur / cū ipos alijs traderēt
puniendos: ita ⁊ Iob ſathane traditus eſt: verū ille
non delictoꝝ cauſa: ſed vt maiora referret virtutis
p̄mia: plurima eiuſmōi nūc q̄ꝫ cōtingūt. Quia eī ſacerdotes
ignorāt eos qui peccatis obnoxij / indigne
miſteria veneranda percipiunt: deus hoc ſepius facit
/ eoſqꝫ ſathane tradit. Quotiēs deniqꝫ morbi: q̊tiens
detrimenta: quotiēs luctus / calamitateſqꝫ cōtingunt:
⁊ alia quelibet hmōi huius rei gratia fiūt:
id paulus quoqꝫ ſignāter expreſſit: Ideo inter vos
inquit multi infirmi ⁊ imbecilles ⁊ dormiūt multi.
Et quomō inquies iſta perpetimur: cū ſemel tm̄ per
annū ea ſacramēta ſumamꝰ? Hoc nempe eſt qd vniuerſa
perturbat: quia nō mūditia animi: veꝝ interuallo
temporis lōgiore: cōſtare meritū putas / ſummāqꝫ
arbitraris reuerentiā / ac religionē eſſe: ſi nō ſepius
celeſtē illā adeas menſam: ignoras quoniā indigne
accedere: etiā ſi ſemel tm̄ fiat / te ſupplicio tradit:
digne vero etiā ſi ſepe accedas / ſalutē inde conquiris?
Non eſt audacie ſepius accedere ad dominicam
menſam: ſed indigne accedere etiam ſi ſemel tm̄
quiſpiā toto vite tempore accedat. At nos adeo ſtolidi:
adeo inſenſati ſumus: vt cū iniuria per totū annū
ſcelera perpetremus: nihil ea curemꝰ exuere: ceterū
ſatis eſſe arbitramur: ſi nō aſſidue preſumamꝰ
atqꝫ cōtumelioſe chriſti corpus attingere: neqꝫ intelligimus
miſeri / ꝙ hi qui cruci chriſtū affixerunt: ſemel
tm̄ id fecerūt. Nō igitur q2 ſemel crucifixerūt minꝰ
iccirco delictū ē? ⁊ q̄ xp̄m ꝑdidit ſemel tm̄ ꝑdidit: nū
quid ergo hoc illū ſupplicio eripuit? Quid igitur hāc
rem temporis lege metimur? Tempeſtiuū accedendi
tēpus munditia cōſcientie faciat: nihil habet amplius
qd in paſcha cōſumatur miſteriū / eo qd continuo
celebratur. Unū q̄ppe atqꝫ idē eſt eadē ē ſc̄tiſpiritus
gratia / ſemper paſcha eſt. Noſtis profecto q̄ initiati
eſtis id qd dicimꝰ ſiue ſexta feria / ſiue ſabbato
ſiue dominica die: ſiue in celebritate martyrū eadē
litatur hoſtia: idē ſacrificiū cōſumatur. Quotienſcūqꝫ
enī inquit mādūcabitis panē hunc: ⁊ calicē bibetis
mortē domini annūciabitis. Nulla obſeruatiōe temporis
ſacrificiū circūſcribere voluit. Cur igitur inquies
tunc ſolū dicitur paſcha? Quia tunc pro nobis
chriſtꝰ mortuꝰ eſt. Nemo igitur illo tēpore aliter accedat:
⁊ aliter nūc. Una virtꝰ ē vna dignitas: vna gr̄a
vnū atqꝫ idē corpꝰ. Nō illud hoc ſacratiꝰ: neqꝫ iſtud
illo inferiꝰ eſt: atqꝫ hoc vos etiā noſtis: qui nihil nouitatis
inſpicitis / preter ſecularia iſta velamina / et
multitudinē ſolito letiorē. Habent aliquid ampliꝰ
dies illi: ꝙ ſcilicet ex illis initiū cepit ſalus noſtra:
quia in ipſis immolatꝰ eſt chriſtus: iā vero qd ad ſacramentū
attinet: nihil amplius habēt nullā dignitatē
/ nullū priuilegiū. At tu cū carnalē cibum ſumpturꝰ
accedis: os antea / ac faciē lauas. Cū vero ad
ſpiritalē menſam acceſſurus es: animā lauare diſſimulas:
atqꝫ immunditia plenus accedis. Sed non
ſufficiunt inquies quadrageſime ſancte ieiunia ſordē
illā noſtroꝝ diluere peccatoꝝ. Et que nā obſecro
vtilitas eſt: cū quis voluerit vnguenta deponere: ſi
prius emundet locū: deinde cū parū aliquid odoris
iniecerit: etiā ſtercus adijciat. Nōne fragrantia illa
omnis abſcedit: ita profecto ⁊ nobis contingit. Digni
fortaſſis euaſimꝰ / cū pro viribus munditie ſtuderemꝰ:
ſed poſtmodū rurſus noſmet inquinare ꝑreximꝰ:
hoc ⁊ de his q̄ poſſunt intra quadragīta dierū
numero peccata diluere diximus: ne queſo negligamꝰ
ſalutē noſtrā. Homo enī inquit qui auerſus
fuerit a peccato ſuo: ⁊ rurſus pergens eadē fecerit /
veluti canis eſt / qui ad ſuū reuertitur vomitū. Curemus
quantū poſſumus: ne ſit labor noſter inanis /
ita enī premia illa conſequi poterimus: que finē nullum
habent: quibus nos omnes perfrui contingat
gratia domini noſtri ieſu xp̄i cum quo eſt patri / vna
cum ſanctoſpiritu / gloria / imperiū / ⁊ honor: nunc ⁊
ſemper ⁊ in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Homelia. VI. Ex capitulo. II.

o **Bſecro igitur primū omniū fieri obſecrationes: orationes: poſtulationes: gratiarū actiones: pro omnibꝰ hominibus: pro regibus: ⁊ pro omnibꝰ qui in ſublimitate ſunt conſtituti.**

Quaſi cōmunis quidē totius orbis pater ſacer-

dos eſt: dignū igitur eſt vt omniū curā agat / omni-
buſqꝫ prouideat: ſicut ⁊ deus: cuiꝰ miniſterio ſeruit
⁊ fungitur vice: iccirco ait: [Obſecro igiť primū om
niū fieri obſecrationes / ⁊ orationes.] Duo enī hinc
precipua oriuntur bona: ꝙ ⁊ odiū omne deponimꝰ
Nemo enī aduerſus cū inimico eſſe animo poteſt: ꝓ
quo obſecrationes facit: ⁊ illi ipſi meliores fiūt. Ni-
hil enī ita doctrinā cōmendat: nihil magis eius vi-
res inſinuat: qꝫ huiuſmodi charitas: conſidera de-
niqꝫ cuiuſmōi ſit eos diligere: qui inſidias appetūt
qui flagellant: qui vndiqꝫ exagitant: qui deniqꝫ ne-
cant: dū hi qui iſta patiuntur deū pro his ipīs / qui
ſe ita afficiunt: deū intentiſſimis orationibꝫ pulſant
Uides vt ſuperiorē omībꝫ chriſtianū euadere velit.
Queadmodū enī in infantibus pueris: cū is qui a
patre portať infantulus pr̄is ceciderit faciē nihil ex
hoc obtundeť dilectiōis affectꝰ: ita ⁊ nos cū ab his
qui extra ſunt cedimur: nihil ex priore beniuolentia
remittere omnino debemus. Quid aūt ſibi vult: ꝙ
ait primū omniū? In obſequio ſcilicet quotidiano /
perpetuoqꝫ diuine religionis ritu. Atqꝫ id nouerūt
fideles: quomō diebꝫ ſingulis / mane ⁊ veſpere ora
tiones fundanť ad dominū: quomō pro omni mun
do / ⁊ regibus / ⁊ omnibꝫ qui in ſublimitate ſunt po-
ſiti: obſecrationes ab eccleſia fiant. Sed forte quis
dixerit pro omnibꝫ: ꝙ ait tm̄ fideles intelligi voluiſ
ſe. At id verū nō eſſe que ſequūtur oſtendūt: deniqꝫ
ait pro regibus: neqꝫ enī tunc reges deū colebāt: ve
rū multis poſtea tēporibꝫ in infidelitate: quā ꝑ ſeriē
ſucceſſionis acceperant / perſtiterunt. Deinde vt oīs
aſſentationis ſuſpitio tolleretur cū premiſiſſet ꝓ om
nibus: tunc demū pro regibꝰ addidit. Si enī tm̄ ꝓ
regibus dixiſſet: fortaſſis nō deeſſet qui adulatiōis
gratia illum ita ſcripſiſſe putaret: quoniā vero cōſe-
quēs eſſe cernebat: vt chriſtiani animꝰ ad iſta torpe-
ſceret: neqꝫ hmōi admitteret monita: ſi quidē pro gē
tili ſacramētoꝝ tempore oporteret offerri. Uide qd
ſecutus adiunxit: vt ex conſideratione lucri admo-
nitionē facilius libentiuſqꝫ ſuſciperent: [Ut quietā
inquit ⁊ tanquillā degamꝰ vitā.] at ſi dicat in illo-
rū ſalute ſecuritas noſtra conſiſtit. Queadmodū et
in epiſtola ad romanos: cū eos hortareť obedire pri
cipibꝫ / ait: Non propter neceſſitatē: ſed propter con
ſcientiā. Deus enī pro vtilitate cōmuni hmōi prin-
cipatꝰ inſtituit. Quā igiť abſurdum eſt: cū illi iccir-
co militent: ⁊ arma circūferant: vt nos in tranquilli
tate / atqꝫ ocio ſimus: nos pro periclitantibꝫ / ac no-
ſtri cauſa labores ſubeuntibꝫ / preces effundere de-
trectemus. Non igiť aſſentandi gratia hmōi man-
datū dedit: verū iuſtitie ſeruauit leges: niſi ei illi ſer
uarentur: atqꝫ inter bella ⁊ hoſtes proſpere agerēt:
neceſſario ⁊ noſtra omnia turbis / tumultibuſqꝫ ple
na eſſent. Nā ſiue militare opus fuiſſet: ac ꝑ noſmet
eadē ſubire ꝑicula cōciſis illis: ſiue fugere: vagoſqꝫ
per orbem terraꝝ ferri. Sunt enī inqt hmōi veluti
obices quidā hoſtibus oppoſiti: ꝑ quos nos in pace
ſeruemur. [Deprecationes inquit oratiōes / inter-
pellationes / gratiarūactōes.] Deo qppe oportet re
ferre grās: etiā ꝓ ſucceſſionibꝰ alioꝝ: ꝙ ſcꝫ ſolē oriri
facit ſuꝑ malos ⁊ bonos: ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniu
ſtos. Uides vt ille n̄ mō ꝑ oratiōis ſtudiū: verūetiā
per gratiaꝝ actiōes nos cōiungat / atqꝫ cōglutinet.
Qui enī neceſſario cogiť: deo referre gratias ꝓ feli
gibꝫ proximoꝝ ſucceſſibꝫ: ipm quoqꝫ amare cōpelliť

ſibiqꝫ familiarꝰ iungi: ꝙ ſi pro felicitatibꝫ proximo
rū gratie agende ſunt: quanto magis pro his que in
nos / ſiue clam / ſiue manifeſte proueniūt: ꝓ his etiā
q̄ nobis inferunť ad ſalutē noſtrā: ⁊ ſi illa etiam tri-
ſtia eſſe videanť. Deus quippe ad vtilitatē noſtram
cūcta diſpenſat. Omnis igiť oratio noſtra gratiarū
actione nō careat: ſed ⁊ pro his qui nobis familiari-
tate iungunť orare meminerimus: nō fidelibꝫ ſolū:
ſed etiā infidelibꝫ. Conſidera quantū malū ſit aduer
ſus fratres orare. Ille nempe te orare pro inimicis
iuſſit: tu etiā aduerſus fratrē oras: nō aduerſus illū
ſed aduerſus teipm orare cōuinceris. Deū ei ad ira-
cundiā prouocas: dū verba penitus ſtolida loqua-
ris: ac dicis deo: ita illi fac / retribue ei / percute illū
Iſta quippe a xp̄i diſcipulis / manſuetis / ac mitibꝰ
longe remota ſunt: neqꝫ illo digna ore / qd̄ ſacris in
ſtructionibꝫ deditū ſit. Nihil amarū / nihil durū ea
lingua ꝓferat: que diuinis rebꝰ aſſueta eſt: nihil ex
illo ore prodeat crudele: qd̄ dominico corpore ſepiꝰ
ſaginať. Mundā ſeruemꝰ linguā: nō per ea male-
dicta: nō verba atrocia proferamus: ſi enī maledici
regnū dei nō poſſidebūt: quāto magis hi qui contra
proximoꝝ ſalutē orant? Neceſſe eſt enī eū qui cōtra
aliquē orat: etiā cōtumelias inferre: cōtumelia aūt
⁊ oratio multū ab inuicē diſtant: maledictū itē / atqꝫ
oratio / multū ab inuicē diſtant. Accedis ad deū / vt
illū tibi propitiū facias: ⁊ cōtra aliū oras? Niſi ipſi
dimiſeris: nec tibi oīno dimitteť. At vero tu nō mō
nō dimittis: verūetiā deū ne dimittat deprecaris.
Uide ad que malitie prerupta acceſſeris: ſi ei qui nō
dimittit nō dimittiť: ei etiā q̄ dn̄m ne dimittat ꝑcať
quō dimitteť? Nō illi ꝑfecto noces: ſed tibi ipi: nā et
ſi pro tuis orans delictis: fortaſſe audiendus eras:
facit peſſima intentio: qua cōtra fratrē oras: vt neqꝫ
pro teipo audiri merearis: quippe impuro ⁊ cōtami
nato ore preces offers. Nā re vera immundū hmōi
os recte cēſeť / atqꝫ oī fetore / oīqꝫ ſpurcitia plenū: nē
pe ei cū debueras pro tuis metuere ſceleribꝫ: ⁊ omi
conatu: vt remiſſiōe potireris orare: accedis ad deū
vt eū cōcites aduerſus fratrē tuū: ita ne obſecro pa-
ues ac trepidas: ⁊ pro tuis culpis ſollicitꝰ es? Nō
vides quātū tibi incōmodi parias? Imitare vl̄ pue
ros / qui ſcholis tradunť / ac liberalibꝫ diſciplinis q̄
cū viderit ſocios / ⁊ cōtubernales ſuos / rationē red
dere cogi coꝝ / que didicerit: coſqꝫ qui negligentio-
res fuerit cedi: ac per ſingulos diſcuti / cōcidiqꝫ ver-
beribꝰ: admoneť qd de ſe ſperare debeāt: ⁊ pene ꝑ
timore moriunť: ac ſi quis ex ſocijs eos flagris plu-
rimis fortaſſe ceciderit: nequaqꝫ iraſcunť: cū metus
ille animū penitꝰ occupauerit: neqꝫ magiſtrū inter-
pellere habent: ſed vnū tm̄ intuenť: quo pacto ſcꝫ in
gredi atqꝫ egredi abſqꝫ verberibꝰ poſſint: ſolūqꝫ id
tp̄s ſꝑ verſať ante oculos: ⁊ cū exceſſerit ianuas: eo
iā metu liberi / maxima teneneť voluptate. Tu vero
ſtās: ac ꝓ tuis ſceleribꝰ depcās / nō exhorreſcis alio
rū pctā aīo voluere. Et q̄ pacto deū exorare poteris?
Nēpe eī dū cōtra ꝓxios oras: aduerſus temetipm
illū ampliꝰ ꝓuocas: nec ꝑmittis eū īdulgētiā tuis
p̄ſtare crimībꝫ. Nā dicit tibi deꝰ q̄ pacto vis vt ea q̄
in me peccaſti dimittā: q̄ illoꝝ q̄ in te deliq̄t ꝓximꝰ /
cupis atqꝫ oras / vt vltor exiſtā? Diſcamꝰ tandē eſſe
xp̄iani. Si orare neſcimꝰ qd̄ facillimū eſt: qd aliud
nos ſcire putemꝰ? Diſcamꝰ orare: vt cōuenit xp̄ia-
nis. Gentiliū ille p̄catōes ſunt: iudeoꝝ hmōi oratio



nes eē cēſenť: xp̄ianis vō cōtra penitꝰ iuſſum / atqꝫ
imperatū eſt his / qui in eos peccauerint indulgen-
tiam facilē dare: atqꝫ vt eis a deo ignoſcať tota intē
tione depoſcere. Maledicimur inquit et bn̄dicimꝰ
perſecutionē patimur / ⁊ ſuſtinemꝰ: blaſphemamur
et obſecramus. Audi quid orans ſtephanus dicat:
Dn̄e ne ſtatuas eis hoc peccatū. Non modo nō con-
tra eos / verū ⁊ pro eis orabat. Tu vō non ſolū non
pro eis oras: qui te leſerūt: ſed contra eos p̄ces emit
tis. Queadmodū igitur ille mirabilis eſt / ſic tu con
tra nequiſſimus. Quē vō admiramur omnes: quē
dignū ludibrijs ducimꝰ? eos ne pro quibus orauit
an eum qui pro eis preces effudit? Hunc ſcilicet qui
opus tam grandis charitatis exercuit / idqꝫ diuino
magis qꝫ noſtro iudicio comprobať. Uis inimicum
percuti: pro illo ora: verū nō huiuſmodi aīo: neqꝫ il-
li quicqꝫ huiuſmodi penitus impreceris: hoc quip-
pe illi cōtingit. Ceterū tu bonū hoc / ea intentiōe fa-
cias. Nempe enī beatiſſimus ille iniuſte / oīa patie-
bať / ac ꝓ eis ipſis a quibꝫ patiebať orabat: nos aūt
et ſepe quidē ab inimicis iuſta perpetimur. Ex ſi is
qui iniuſte patiebať: cōtra eos orare minime auſus
eſt: immo tutū ſibi fore arbitratus nō eſt: niſi et pro
eis oraret: nos qui cum iuſta patiamur: non modo
pro eis a quibus patimur / preces effundimus: verū
et cōtra eos oramus / quibꝫ nō meremur ſupplicijs
tradi? Uideris quidē illi dum oras: intētare vulnꝰ
re autē vera contra teipſum gladiū impellis. Non
permittis iudicē tecū in tuis ſceleribus / mitius age-
re: dum illū aduerſus alterū prouocas. Nam qua
menſura mēſi fueritis / remetieť inqt vobis: et quo
iudicio iudicaueritis / iudicabimini. Simus igitur
ad veniā faciles: vt nobis deus quoqꝫ eiuſmodi fiat
Iſta vos nō ſolū audire cupio ⁊ oro: verū etiā ſerua
re diligenter. Ceterū qd̄ dolēs dico / verba ſolū me-
moria tenetis: immo forte nec verba. Quod ex eo cō
ſtat / ꝙ ſepe cum hinc diſceſſeritis / ſi forte quiſpiam
ex his: qui nō affuerūt / quid dixerimus / interroga-
re perrexerit: alij quidē nihil dicūt / quippe quibus
oīa exciderint: alij vō qui ſcire videntur: quā ſolum
materiā tractauerimꝰ / vix ſummis labijs proferūt:
hortatus eſt dicūt / iniurias obliuiſci: ac ꝓ inimicis
orare: omittūtqꝫ ea referre: que in eam rē dicta ſunt:
Neqꝫ enī ea memoria tenent: vixqꝫ pauca memine-
runt. Quo circa moneo / ſi nihil ex verbis noſtris re
fertis lucri / ne ad audiēdū quidē cōueniatis. Quid
enim vtilitatis inde cōſequimini? Maius inde vo-
bis iudiciū fit: grauioreſqꝫ cruciatus ꝓmeremini / ſi
poſt innumeras admonitiōes noſtras: in eiſdē per-
ſiſtatis malis: iccirco nobis orationē ꝯſtituit deus:
ideo orare iuſſit / vt nihil ſeculare / nihilqꝫ humanū
poſtulemus. Noſtis qui fideles eſtis: queuā in ora
tiōe petēda ſunt: qꝫ cōmunis eſſe debeat oīs oratio.
At forte dicturus eſt aliquis / ꝓ infidelibus orandū
nō eſt. Quia oratiōis vim oīno neſcitis: ideo nec al-
titudinē / theſaurūqꝫ ipſiꝰ agnoſcitis. Nam ſi qs eā
diligēter euoluat: inueniet ⁊ hoc / in ipſa orationis
formula: nobis diuinitus tradita poſitū. Nam cum
quiſpiā orans dicit: Sicut in celo et in terra: nihil
aliud oīno ſignificat. Quippe in celo infidelis nul-
lus eſt: nullus qui offendat. Si igiť de fidelibꝫ tm̄
diceret / rationi profecto cōſentaneū nō eſſet. Nam
ſi fideles volūtatē ipſius / infideles aūt nō: iā nō vt

in celo: ita in terra volūtas ipſius fieret. Na queād-
modū in celo nemo malus: ita ⁊ in terra / vt nemo ſit
malus optandū eſt. Sed plane per illa oīonis ver-
ba ſic loquimur: oēs ad timorē tuū pertrahe: oēs ho
mines angelos fac / ſiue illi inimici noſtri / ſiue perſe
cutores ſint. Non vides quot diebus ſingulis deꝰ
blaſphemijs impetiť? quot iniurias ſuſtinet? et a fi-
delibus ⁊ infidelibꝫ verbis ſimul atqꝫ opibꝫ? Quid
igiť? Num iccirco ſolis extinxit radios? nū ideo lu-
nam ſolito curſu cohercuit? nū diſrupit celū et terre
fundamenta concuſſit? Nūquid exiccauit mare: ac
fontes aquarū areſcere fecit? Num aera ⁊ cetera ele
menta permiſcuit? nequaqꝫ. Sed cōtra penitus: et
ſolē oriri facit et pluuias: imbreſqꝫ largitur: atqꝫ ex
humo annua alimēta miniſtrat inſenſatis / blaſphe-
mis / ſceleratis / perſecutoribꝫ: nō vno tantū die vel
duobus aut tribus: ſed per omnē penitꝰ vitā. Hūc
igitur imitare: hunc pro humanis viribus emula-
re? Nō potes ſolem oriri facere: maledictis abſtine:
non potes largos imbres effundere: conuitijs deſi-
ſte: nō potes alimenta indigentibus miniſtrare: vi-
nolentiā fuge: ſufficit ſi hec deo offeras munera. Dei
nempe beneficia per opa in hoſtes ipſius emanant /
tu vel verbis hoc facito / pro inimicis ora: ita patri
tuo qui in celis eſt ſimilis fies. Milies iam huiuſ-
modi monita dedimus: neqꝫ ea repetere vnqꝫ deſi-
ſtemus / modo aliquis ꝓfectus eueniat. Nos qui-
dē neqꝫ torpeſcimꝰ: neqꝫ laſſeſſcimꝰ: neqꝫ hec vobis
dicere defatigamur: reliquū eſt / vt vos dum hec au
ditis: nō ea moleſte admittere videamini. Videť au
tem quiſpiam ea moleſte ſuſcipere: cum nō ea facit /
que dicimꝰ. Nam q̄ ea opere exequiť / ea iugiter au
dire cupit: quippe a quibꝫ nihil moleſtiarū ⁊ laudis
plurimū ſe referre arbitrať: qd̄ non conſequunť / ni-
ſi qui ea que dicimus faciunt: alias quippe q̄ dicit.
onerofus eſt. Si quis deniqꝫ elemoſynā faciat / dū
audit de elemoſynis diſſerētē: nō modo laſſeſcit au
ditu: ſed exultat potius / audiēs recte facta ſua dici
atqꝫ predicari. Nos aūt quoniā nullū patientie ſtu-
dium habemꝰ: neqꝫ eā rem virtute queſiuimꝰ: iccir-
co dū de his verba fiūt: ea moleſte videmur admit-
tere. Ex ſi ei rei ſtuderemꝰ: nunqꝫ ꝓfecto laſſeſſcere:
cum de illa verba fiūt poſſemus. Igitur ſi nos mini
me moleſtos eſſe / atqꝫ oneroſos cupitis / ſic facite re-
bus ipſis: que dicimus / implere curate: vt nunqꝫ
eadem vobis repetere deſinamus: donec penitꝰ in-
ſinuētur cordibꝫ veſtris: atqꝫ in opus erūpant. Nā
ſummo ꝓfecto affectu et eximia beniuolētia / in vos
iſtud agimus: partim etiā ob id ꝙ nobis periculum
imminet. Quippe tubicinē et ſi nemo ad bellū ꝓfe-
cturus ſit: tuba tamē canere oportet / ſuūqꝫ munus
implere. Non itaqꝫ vt vobis maiorē cruciatū p̄pare
mus / ſi negligatis hoc facimus: ſed vt ⁊ noſtrū peri
culū euitemꝰ et charitatis debito / veſtris comodis
conſulamus. Nam diſcerpunť quodāmodo viſcera
noſtra ⁊ nimio angore tabeſcimꝰ: ſi quid eiuſmodi fi
at: ſed abſit id penitus. Non ſumptibus opus eſt:
nō peregrinatione lōgiori: non aliquo eiuſmodi / ad
ea implenda que dicimus: velle tantū oportet. Uer
bo ſolūmodo opus eſt / atqꝫ integerrima voluntate.
Seruemꝰ os nr̄m: ianuā illi ac vectes apponamꝰ:
vt nihil ex his / que deo grata non ſunt loquamur.
Noſtris proſpicimus comodis / dum pro inimicis

oꝛamus: nõ his ꝓ quibus pꝛeces effundimꝰ. Hoc
ſemper verſemus animo/ ꝙ q̇ inimicũ benedicit/ ſe-
ipſum bñdicit. Et qui illi maledicit in ſeipſum male
dicta detoꝛquet. Et q̇ pꝛo inimico oꝛat pꝛo ſe magis
q̄ꝫ pꝛo illo oꝛare cognoſcitur. Ita poterimus huiuſ-
modi virtutẽ conſequi: et his q̇ nobis pꝛomiſſa ſunt
bonis ſempiternis perfrui: quibus nos omnes po-
tiri contingat: gratia ⁊ miſericoꝛdia. ⁊c̄.

## Homelia VII Ex capitulo II

e **E quietam ⁊ tranquillam vi
tam degamus in omni pieta
te ⁊ caſtitate: Hoc enim bonũ ⁊ ac
ceptum eſt coꝛã ſaluatoꝛe nr̃o deo
qui vult omnes hoĩes ſaluos fieri
⁊ ad agnitionẽ veritatis venire.**

Quia cõmunia cupit bella diſſolui ⁊ pugnas/ agi
tationeſqꝫ ⁊ armoꝛũ fremitus/ atqꝫ ideo ⁊ pꝛo regi-
bus ⁊ pꝛo pꝛincipibꝰ/ ſacerdotẽ offerre pꝛeces hoꝛta
tur: longe magis et in pꝛiuatis bellis/ id neceſſario
ſibi faciendũ meminit. Quippe tria ſunt belloꝛum
genera grauioꝛa. Unũ quidẽ cõmune: hoc cum ex-
ercitus noſtri aduerſus barbaros pugnãt. Secun
dum cũ etiã pacis tẽpoꝛe: nos inuicẽ oppugnamus.
Tertiũ cum vnuſquiſqꝫ aduerſum ſe bella/ ſeditio-
neſqꝫ cõcitat: hoc quippe oĩum acerbiſſimũ bellũ eſt.
Nam ꝓfecto bellũ qꝺ excitat̃ a barbaris/ nihil fere
nos ledere poteſt. Nã ⁊ ſi hoſtes nos perimãt/ ac iu-
gulẽt/ nullũ tamẽ ad aĩas periculũ migrat: neqꝫ ſa-
lutem illã ſempiternã violare poſſunt: nec ſcõm il-
lud belli genus: ſi velimꝰ quippiã nobis nocere po-
terit. Quantũlibet enĩ aliĳ ꝯtra nos pugnẽt: ipſi tñ
eſſe pacifici poſſumus. Audi deniqꝫ q̇d ꝓpħa dicat/
Pꝛo eo vt me diligerẽt detrahebant mihi: ego autẽ
oꝛabã: et rurſus: Cum his q̇ oderũt pacẽ/ erã pacifi
cus: ac deinceps/ Impugnabãt me gratis. Poꝛro
tertiũ illud belli genus/ abſqꝫ periculo vix effugere
poſſumus. Ubi enĩ coꝛpus aduerſus aĩam diſſidẽs
ſeditiões/ turbaſqꝫ cõmouet: moleſtaſqꝫ cõcupiſcen-
tias excitat et voluptates coꝛpoꝛũ armat ire atqꝫ in
uidie: nõ poſſumus niſi hoc ſoluat̃ bellũ: pꝛomiſſis
perfrui bonis. Uerũ neceſſe eſt/ eum qui hmõi ſedi-
tionẽ cõpꝛimere pergit et cadere et excipere vulnera
que moꝛtẽ illam ſempiternã pariũt. Magna igitur
nobis cura/ ingentiqꝫ ſollicitudine/ quottidie opus
eſt: vt huiuſmodi nobis bellũ minime excitet̃: aut ſi
foꝛte excitatũ fuerit/ nõ permaneat: ſed pꝛemat̃ ꝓti-
nus atqꝫ ſedet̃. Nam quenã oꝛo vtilitas/ eſt ſi paca-
to oꝛbe: magnaqꝫ quiete vbiqꝫ terrarũ obtinente tu
aduerſus teipſum excitare bella nõ deſinas. Huic
igitur intime ac penitꝰ inſite paci oĩno ſtudendũ eſt:
eam ſi habuerimꝰ: nihil nos extrinſecus ledere aut
violare poterit. Confert aũt nõ parũ ad eam cõqui-
rendã/ etiã cõmunis omniũ pax: iccirco ait [vt quie
tam ⁊ tranquillã vitã degamus.] Quã ꝟo ille infe
lix eſt/ qui pꝛofunda pace vbiqꝫ regnante turbatur.
vides vt hãc pacẽ intelligi velit: quã tertio loco con
ſtituit: iccirco ſane cuꝫ dixiſſet: vt quietã ⁊ trãquillã
vitam degamus/ nõ hactenus ſubſtitit: ſed cõtinuo
adiecit [in omni pietate ⁊ caſtitate.] Eniuero pieta
te atqꝫ caſtitate perfrui/ niſi pax illa queſita fuerit/
fas omnino nõ eſt. Nam vbi diſceptationes/ inuti-
leſqꝫ queſtiones noſtrã perturbãt fidẽ/ quenã in no
bis pax eſſe poteſt? Nam vti ne exiſtimes: illum hoc
de tẽpoꝛali pace dixiſſe: cum dixiſſet: [vt quietam ⁊
tranquillã vitã degamus.] adiecit [in omni pieta-
te ⁊ caſtitate.] Quomõ inq̇t fieri poteſt: vt quietã et
tranquillã vitã degant gentiles quoqꝫ ⁊ intemperã
tes/ ac delitĳs/ impudicitiaqꝫ ſoluti: ne iſtud foꝛte
ſuſpiceris eẽ qꝺ dixit: atqꝫ ea pace huiuſmodi hoĩes
perfrui poſſe: iccirco ſubiecit: [in omni pietate ac ca-
ſtitate.] Nam vita illa gẽtiliũ: atqꝫ huiuſmodi tur-
pium hominũ inſidias/ atqꝫ rixas quottidie gignit
cum aĩa perpetuis vulneribus afficiat̃: ex cogitatio
num turbis atqꝫ tumultibus. Non igit̃ huiuſmodi
vitã intelligi voluit: ſed eã que in oĩ pietate ⁊ caſtita
te ageret̃. Om̃e inquit dogma nõ ſolũ pietate/ verũ
etiã vite integritate perficitur/ nanqꝫ pietas ⁊ in ea
parte querẽda eſt. Nam q̇d cõferre poteſt ſi ſeruata
fidei pietate: operibus impius ſis? Nempe enim ꝙ
vita/ atqꝫ operibus violari pietas poſſit: audi bea-
tiſſimũ hunc virũ/ alio in loco rurſus dicentẽ: Con-
fitent̃ verbis ſe noſſe deũ: factis aũt negant: ⁊ iterũ
Fidem abnegauit/ ⁊ eſt infideli deterioꝛ: ac rurſum:
Si quis frater appellatus fuerit foꝛnicatoꝛ aut cu-
pidus: quod eſt idoloꝛũ ſeruitus: huiuſmodi nõ ho-
noꝛat deum: rurſumqꝫ: Qui fratrẽ ſuum odit: igno
rat deum. Uides quot ſint impietatis ſpecies? icir
co ait: [in omni pietate ⁊ caſtitate.] Impudicus enĩ
eſt nõ modo foꝛnicatoꝛ: verũ et auarus quoqꝫ ⁊ im-
pudicus ⁊ intẽperãs merito dici poteſt. Quippe eſt
ea cõcupiſcentia/ carnali libidine minime inferioꝛ.
Qui igitur nõ illa tẽperat intemperãs dicit̃. Ex eo
enim ꝙ huiuſmodi cupiditate minime abſtineãt: eo
cenſent̃ nomine. Ita ferme ⁊ iracundũ intemperan-
tem equidẽ dixerim ⁊ inuidũ atqꝫ auarũ ⁊ ſimulato
rem ⁊ omnẽ penitus peccatis obnoxiũ/ turpẽ/ inho-
neſtum atqꝫ impudicũ. [Hoc enim bonũ et acceptũ
eſt inq̇t coꝛã ſaluatoꝛe noſtro deo.] Quid illud eſt?
Oꝛare pꝛo oĩbus. Hoc ſuſcipit deꝰ: hoc iubet: [qui
omnes hoĩes vult ſaluos fieri: ⁊ ad agnitionẽ veri-
tatis venire.] Imitare deum tuum: ſi oẽs ille vult
ſaluos fieri: merito pꝛo oĩbus opoꝛtet oꝛare. Si om
nes ipſe ſaluos fieri cupit: illius ⁊ tu cõcoꝛda volũ-
tati: ꝙ ſi et ipſe vis oꝛa: quippe volentium eſt oꝛare.
Uides vt omni ex parte animã inducat/ ad oꝛandũ
etiã pꝛo gentilibus ipſis. Nempe enĩ quid hoc pa-
riat lucri/ indicat cum ſubiũgit: [Ut quietã ⁊ tran
quillã vitã degamus.] ⁊ qꝺ hoc lõge maius eſt: qꝛ
deo id gratũ eſt: ac per hoc illi euadimꝰ ſimiles: dũ
que ipſe vult eadẽ volumus. Sufficere ⁊ iſta pote-
rant ad exoꝛandũ quãlibet immanẽ beluã. Igitur
pꝛo gentibus oꝛare nõ metuas/ quãdo quidem hoc
ipſe vult: time magis cõtra illos oꝛare/ quoniã hoc
ipſe nõ vult. Poꝛro ſi pꝛo gentilibus opoꝛtet oꝛare:
conſtat pꝛofecto/ ꝙ et pꝛo hereticis ipſis/ pꝛo oĩbus
quippe hominibꝰ oꝛare neceſſe eſt. Hoc autẽ et alia
ex ratione bonũ honeſtũqꝫ eſt: ꝙ ſcilicet eiuſdem nos
nature participes ſumꝰ: deuſqꝫ huiuſmodi beniuo
lentiã: et laudat et ſuſcipit/ amplectiturqꝫ affectum
in alterutrũ magnũ. Si ergo inquies deꝰ ipe dare
vult: quid hoc me oꝛare neceſſe eſt? Multũ hoc om-
nimodis cõfert. Nã ꝑ hmõi oꝛõnis ſtudiũ te ad eum



diligendũ trahit: neqꝫ ſinit efferari: ſufficiunt et hec
illos attrahere ad fidem. Plurimi namqꝫ moꝛtaliũ
dum aduerſus homines ꝓterue cõtenderent/ a deo
diſceſſerunt. Salutẽ autẽ hanc modo appellauit: q̄
ex huiuſmodi oꝛatiõe cõſtaret: qui oẽs inquit hoĩes
vult ſaluos fieri: ⁊ hec veraciter ſalus eſt. Nam ſine
hac/ magnũ nihil aſſequimur: ſolũqꝫ ſalutis nomen
et nuda appellatio reliquũ erit [⁊ ad agnitionẽ inq̇t
veritatis venire.] Ueritatẽ fidẽ in chꝛiſtũ: ſinceram
atqꝫ integrã dicit. Nam in pꝛecedẽtibus dixerat: p̄-
cipe nõ aliter docere: ne eis veluti inimicis intende
ret: neu rixas ex huiuſmodi occaſionibus quereret:
oẽs inquit hoĩes vult ſaluos fieri: ⁊ ad agnitionem
veritatis venire: ac ꝓtinus intulit: Unus enĩ deus
et vnus mediatoꝛ dei ⁊ hominũ: ⁊ ad agnitionẽ ve-
ritatis venire inquit: Oſtẽdit per hoc oꝛbẽ tunc in
veritate nõ eſſe: ⁊ itẽm vnus enĩ deus: non plurimi
vt iſti putãt qui omnes ſaluos fieri vult: miſitqꝫ me
diatoꝛẽ filiũ ſuũ. Quid ergo filius/ nõne deus eſt?
Nulli pꝛofecto dubiũ. Quomõ igitur inquit vnꝰ?
Ad diſtinctionẽ ſcilicet idoloꝛũ: non ad filiũ retulit:
nam de veritate ⁊ erroꝛi oĩs illi ſermo erat. Eniue-
ro mediatoꝛ vtriſqꝫ eis debet ſocietate coniũgi: quo
rum mediatoꝛ eſt. Id quippe mediatoꝛis eſt ꝓpꝛiũ:
vtroꝛũqꝫ participẽ fieri: quoꝛũ fuerit mediatoꝛ. Qꝛ
ſi vnũ quidẽ ſocietate contingat: ab alio ꝟo fuerit ſe-
paratus: mediatoꝛ iam dici nõ poteſt: niſi igitur cõ-
ſoꝛs ſit paterne nature/ mediatoꝛ ꝓfecto nõ eſt: q̇p-
pe cum a patris ſit ſubſtãtia ſeparatus. Quẽadmo-
dum enĩ humane nature conſoꝛtiũ accepit/ quando
ad hoĩes venit: ita ⁊ a dei ſubſtãtia nõ abceſſit/ quo-
niã a deo venit. Nam quia duarũ naturarũ mediꝰ
fuit/ ambarũ opoꝛtuit eſſe participẽ. Quẽadmodũ
enĩ loci cuiuſlibet mediũ vtrãqꝫ partẽ contingat ne-
ceſſe eſt: ita ⁊ naturarũ ambarũ medium/ opoꝛtuit
vtraſqꝫ naturas cõtingere/ atqꝫ cõnectere. Quẽad-
modũ igitur homo factus eſt: ita etiã deus erat. Ho
mo quippe purus mediatoꝛ/ nunq̄ꝫ penitus fieret:
opoꝛtebat ei huiuſmodi mediatoꝛẽ cũ deo colloqui.
Deus itẽ ſolus mediatoꝛ eſſe nõ poſſet: neqꝫ enĩ ipm
ſuſcepiſſent hi/ quoꝛũ mediatoꝛ accederet. Quẽad-
modũ illic ait: Unus deus pater ⁊ vnus dñs ieſus
chꝛiſtus: ita et hic vnus et vnus. Non ponit duos:
quia enĩ aduerſus multoꝛũ deoꝛũ diſceptabat erro-
res: ne quis duoꝛũ numero deoꝛũ/ multitudinẽ pu
taret inferri: vnus inquit et vnus. Uides quanta
diligentia/ quãtaqꝫ vigilantia/ ſcriptura huiuſmo-
di collocet verba. Unus quippe et vnus duo ſunt.
At nõ iſtud dicimus: ⁊ ſi ratio ſuggerat. Non dicas
vnus ⁊ vnus duo: quẽadmodũ neqꝫ cogitatio ſug-
gerit vt dicas/ ſi gemit paſſus eſt. [Unus enĩ inq̇t
deus: vnus ⁊ mediatoꝛ dei ⁊ hominũ chꝛiſtus ieſus
qui dedit ſemetipſum redẽptionẽ pꝛo oĩbus.] Nũ-
quid etiã pꝛo gẽtilibus? Nemo id ambigit. Et chꝛi-
ſtus quidẽ etiã pꝛo gẽtilibus moꝛtuus eſt: tu pꝛo il-
lis oꝛare nõ ſuſtines? Et quo pacto inquies/ illi nõ
crediderunt? Quia noluerunt: ſuas tamẽ ille par-
tes executus eſt: dum pꝛo eis in cruce penderet. Ue
nit enĩ vt teſtimoniũ ꝑhiberet paterne veritati: atqꝫ
occiſus eſt. Itaqꝫ nõ illi tñ pater teſtimoniũ perhi-
bet: verũ etiã ⁊ ipſe patri. Ego enĩ inquit veni in no
mine patris mei: et iterũ: Ut cognoſcãt te verum et
ſolum deũ: ⁊ itẽ Spiritus eſt deus. Uſqꝫ ad moꝛtẽ
igitur teſtimoniũ perhibuit/ tẽpoꝛibus ꝓꝛĳs: id eſt.
congruentibꝰ. [In quo poſitus ſum ego pꝛedicatoꝛ
⁊ apoſtolus. Ueritatẽ dico nõ mentioꝛ. Doctoꝛ gẽ-
tium in fide ⁊ veritate.] Quãdo igitur ⁊ ipſe pꝛo gẽ
tibus paſſus eſt: ⁊ ego doctoꝛ gentiũ cõſtitutus ſũ/
cuius rei gratia tu pꝛo ipſis oꝛare detractes? Recte
hoc in loco fidẽ facere opoꝛtuit: quia gentiũ doctoꝛ
inquit conſtitutus ſum. Ualde enĩ ad hoc apoſtoli
diſſidebant. Deinde adiecit doctoꝛ gentiũ in fide et
veritate. In fide iterũ ait: verũ noli putare/ quoniã
in fide dixerit/ aliquid latere fallacie? Etenĩ pꝛoti-
nus in veritate ſubiunxit: vt omnẽ ſuſpicionẽ men-
dacĳ ꝓꝛſus auferret. Uides gratiã vbiqꝫ diffuſam?
Iudeis nẽpe ꝓ huiuſmodi oꝛare/ ſolenne nõ erat:
At nũc gratia pꝛopagata eſt. [Doctoꝛ inquit gentiũ
in fide et veritate. Qui dedit inq̇t ſemetipſum redẽ-
ptionẽ.] Quõ igitur a patre traditus eſt? Magne
pꝛofecto atqꝫ immẽſe benignitatis/ huiuſmodi pꝛe-
cium fuit. Nã ꝓfecto excruciari illi merebant̃/ pꝛoꝛ-
ſuſqꝫ perituri erãt: ſed pꝛo ipſis ſuũ tradidit filium:
vt ꝑdicatio crucis excreſceret. Sufficere ꝓfecto iſta
poterant ad oẽs attrahendos ad fidẽ: atqꝫ ad chꝛiſti
dilectionẽ illã ineffabilẽ oſtẽdendã: eſt enĩ ipſa ma-
gna pꝛofecto/ atqꝫ inenarrabilis: litauit ſemetipm
pꝛo inimicis/ ꝓ his qui ſe oderant/ pꝛo auerſis a ſe.
Id qꝺ neqꝫ pꝛo amicis/ neqꝫ ꝓ filĳs/ neqꝫ pꝛo fratri
bus facere quiſpiã: hoc fecit pꝛo ſeruis dñs: atqꝫ ꝓ
huiuſmodi deꝰ. Deus enĩ pꝛo hominibꝰ: pꝛo moꝛ-
talibus immoꝛtalis: pꝛo tẽpoꝛalibus ſempiternus
pꝛo inimicis deniqꝫ dei filius. Nam ſi illi antea cõ-
uerſationis merito: ac virtute placuiſſent/ minꝰ mi-
rabilis charitas illa videri potuiſſet. Et certe ad il-
lam ipſam/ nulla humana dilectio poſſet accedere.
Qꝛ enĩ in hominibꝰ eiuſdẽ ſubſtantie nõ fit: vt pꝛo ſe
inuicem moꝛiant̃: tunc pꝛofecto magno exceſſu boni
tatis factũ eſt: ⁊ tamẽ nos cum tanta ceperimꝰ ſum-
me illius charitatis indicia: tãta beniuolẽtia potit̃
ſumus: toꝛpeſcimus atqꝫ negligimus: neqꝫ amamꝰ
chꝛiſtũ. Ipſe pꝛo nobis ſemetipſum offerre dignatꝰ
eſt: nos illum neceſſario indigentẽ cibo miſeri aſper-
namur: infirmũqꝫ ac nudũ/ nec viſitare dignamur:
quanta hec ira plectenda ſunt? Quibus cruciatibꝰ
quibus incendĳs obnoxia ſunt? Nempe enĩ ſi nihil
aliud ille pꝛo nobis egiſſet: vel hoc ipſum ſolũ/ ꝙ hu-
manas paſſiones ſibi aſſumere voluit: ac dicere di-
gnatus eſt/ eſurio: ac ſitio: omnes pꝛofecto ad ſe ve
hemẽter amandum pꝛouocare ſufficeret. Sed o in-
felix pecuniarũ/ nimiſqꝫ violenta dñatio: immo ve-
rius: o nequitia ſingularis eoꝛũ qui ſpõte pecunĳs
ſeruiunt. Nam ille pꝛofecto nõ nimis habent viriũ:
verum nos nimiũ diſſoluti: laſciuiqꝫ ſumus: nos de
iecti in humũ/ atqꝫ terreni/ nos carnales/ nos ſtoli-
di atqꝫ inſenſati: illarũ enim minima vis eſt. Quid
enim obſecro poſſunt? Stolide ſunt atqꝫ inſenſibi-
les. Si diabolus nihil p̄ualet oĩno/ ſi impurus de-
mon: qui ita nequã eſt: vt cuncta permiſceat/ oĩaqꝫ
confundat/ nihil aduerſus nos habet viriũ/ q̇d pe-
cunie ipſe iam poſſint? Si argentũ videris: ſtagnũ
eſſe arbitrare. At non potes? qꝺ eſt: id veraciter eſſe
puta: ꝙ ſcꝫ terra eſt. At neqꝫ foꝛtaſſis hãc ſuſcipis ra-
tionẽ: cõſidera qꝺ nos etiam querimus: ꝙ plurimi
ex his: qui poſſidere diuitias: nihil fere emolumen-
ti/ ex ipſis retulerunt. Qꝛ innumeri/ qui in his glo
riabantur/ in cinerẽ puluerẽqꝫ conuerſi ſunt: nũcqꝫ
penas extremas expendunt/ his qui teſta/ et vitro

vtuntur/ longe et miſerabilius affecti: atqꝫ his etiā pauperiores. Et hi q̄ ſtratis eburneis dormiūt: eis multo infeliciores q̄ in ſtercore iacēt eſſe cōprobanꝉ. At fortaſſe oblectat obtutus? Sūt quidē plurima/ que maiorē vim oblectandi in ſe habeāt. Naqꝫ ⁊ flores ⁊ lucidus aer/ ſerenūqꝫ celū ⁊ ſolis iubar/ longe amplius mulcet/ gratiuſqꝫ delectat. Habet quippe argentū ſepe ⁊ rubiginē. Unde ⁊ plurimi nigrū ipm̄ eſſe diffinierūt/ qd̄ conſtat ex imaginibus vetuſtate nigratis. Enimuero ī ſole obſcurum nihil eſt: nihil in celo atqꝫ ſideribus/ quod offendat obtutus: longe gratior in huiuſmodi floribus aſpectus eſt/ q̄ꝫ in colore illo. Non ergo flos eſt/ qui oblectat: ſed auaritia atqꝫ iniuſtitia hoc nempe oblectat aīas hominū/ non argentū illud. Eijce huiuſmodi concupiſcentiā ex animo: et protinus aſpicies/ quod precioſum eſſe putabatur/ ignobilius ceno. Eiuſmodi perturbationē prorſus elimina. Nam ⁊ qui febriū ardore fatigantur: etiam cū cenū viderint/ illud ac ſi fontes puriſſimos appetūt. Qui vero vt congruit ſani ſunt/ neqꝫ aquā quidē ſepe concupiſcunt. Morbū abs te arcere contende: reſqꝫ ipſas inſpicias vt ſeſe habent. Atqꝫ vt diſcas me iſta nō mendaciter proſequi: plurimos equidem oſtendere poſſum/ qui hoc fecerūt. Eiuſmodi extingue ignē ⁊ aſpicies huiuſmodi oīa floribus eſſe viliora. Bonū eſt aurū/ verū ſi indigētibus erogetur/ bonū ſi ex ipſo pauperes nutrianꝉ: bonū niſi eo quiſpiā inutiliter vti velit: niſi domi ſeruare velit: atqꝫ humo ſubruere. Ita enī profecto inutile eſt: plenūqꝫ detrimenti. Nec minus/ cum manibus/ ac pedibus: capitibuſqꝫ/ quaſi pro ornamento dependet. Non ideo aurū effoſſum eſt: vt eo diuinā vinciamus effigiē: ſed vt vinctos potiꝰ abſoluamus. Ad hoc auro vtere/ vinctū ſoluen: ō ſolutū vincere contendas. Cur enim queſo/ rem abiectiſſimā/ tanto honore dignā putas? Non enī quia aurū eſt: vinculū/ icirco nō eſt? Neqꝫ enī materia vinculum facit: ſiue aurū ſiue ferrū ſit? Idem profecto eſt: q̄ꝫq̄ꝫ et hoc illo ſit grauius. Uerū quid eſt/ quod eam rē leuem exiſtimari facit? Inanis ſcilicet gloria. Cum ſcilicet gaudet infelix mulier/ vinctā ſe ab oībus cerni/ vnde potius erubeſcere debuit. Nam vt hoc verum eſſe cognoſcas: Si illi huiuſmodi circūdederis vincula: atqꝫ in ſolitudine/ vbi nullus inſpector ſit/ manere ꝑmiſeris: grauabiꝉ vinculo: moleſtiſſimūqꝫ putabit: atqꝫ a ſe q̄ꝫprimū excutiet. Timeamus dilectiſſimi/ ne verba illa terribilia audire contingat: Ligate ipſi manus et pedes. Quid hoc tibi infelix mulier/ iam conſpicaris? manuſqꝫ et pedes vinciri permittis? Nemo ex vinculatorū numero/ manus pedeſqꝫ vinciꝉ. Quid caput etiā obligas? nō ſufficit manus pedeſqꝫ vinciſſe? Quid ceruicibus quoqꝫ innumera imponis vincula? Omitto ſollicitudinem quā iſta ſecū inuehūt: metū/ anxietatē/ rixaſqꝫ cum viro ſi quando ipſis indigeant: mortē quā ſuſtinent ſi quid ex his perire cōtingat. Heccine obſecro voluptas eſt? Ut alius oblecteꝉ oblectus tu teipſam/ et vinculis ⁊ curis atqꝫ periculis et angoribꝰ quotidianiſqꝫ corrixationibꝫ ſubijcis? Quā oro iſtud reprehenſibile eſt? Ne igitur queſo ita faciamus: Uerum ſoluamus omnē obligationē iniquitatis/ frangamus eſurienti panē: et alia omnia ſtudioſe agamꝰ que fiduciā nobis ad deū preſtare poſſint vt promiſſis bonis perfrui mereamur in chriſto ieſu dn̄o nr̄o.

Homelia VIII Ex capitulo II

**V Olo igiꝉ viros orare in omni loco: extollentes puras manus: abſqꝫ ira: et diſceptatione. Similiter ⁊ mulieres: in habitu ornato cum verecundia ⁊ pudicitia: ſeipſas ornare: non in tortis crinibus: aut auro: aut margaritis: aut veſte precioſa: ſed quod mulieres decet: pollicentes pietatem per opera bona.**

Cum oratis inquit ſaluator/ nolite fieri ſicut hypocrite. Amāt enim in ſynagogis ⁊ angulis platearum ſtantes orare/ vt videanꝉ ab hoībus. Amen dico vobis/ receperūt mercedē ſuam. Tu aūt cum oraueris/ intra in cubiculū tuum ⁊ clauſo oſtio tuo/ ora patrem tuū in abſcondito ⁊ ipſe reddet tibi in manifeſto. Quid igitur paulus ſibi vult qui ait: [ Uolo orare viros in omni loco/ extollētes puras manus: abſqꝫ ira ⁊ diſceptatiōe.] Num enī dn̄o ſuo cōtraria imperat? Abſit immo illius dictis/ per oīa concors eſſe deprehendiꝉ. Quonā autē modo? Tunc demū apertius innoteſcet/ cū prius explicauerimꝰ qd̄ ſit/ intra in cubiculū tuū. Nam profecto plenū abſurditatis erit/ ſi iſtud ſimpliciter accepimus/ quaſi non liceat oībus in locis atqꝫ in eccleſia ipſa orare/ vbi fideles imprimis oratiōis cauſa cōueniūt/ ne in alia quidē domus parte eſt/ niſi in cubiculo tantū p̄ces effundere? Quid igiꝉ hoc ſibi vult? Euitandā prorſus inanē gloriā/ ſtultiſſimāqꝫ iactātiā/ omni ſtudio chriſtus admonuit: dū nō modo clā verū ⁊ in abditiori domus parte: vota atqꝫ p̄ces offerēdas admonuit. Sicut enī cum dicit: Neſciat ſiniſtra/ qd̄ faciat dextera tua: nō de manibꝫ ſimpliciter diſſerit: ſꝫ magnitudinē vanitatis iugulare ꝯtendit: Ita et hoc in loco cubiculi noīe/ ſecretū intimi cordis exp̄ſſit. Nō igiꝉ vniꝰ loci oīonē anguſtijs clauſit/ verū id ſolū iꝑauit fugiendā ſtultiſſimā vanitatē/ orandūqꝫ oībus in locis patrē ex intimo cordis affectu. At vero paulus/ vt iudaice obſeruatiōis in orādo dementiā cōfutaret ait: [In oī loco extollētes puras manꝰ.] Id nēpe iudeis fas fuare nō erat: neqꝫ eī licebat: niſi vno in loco: ad deū accedere: atqꝫ litare hoſtias: ⁊ cetera obſeq̄a legis inferre atqꝫ ad ipm̄ locū: vndiqꝫ ex toto orbe ꝯcurrere neceſſe erat: oēmqꝫ expiatiōis ritū in tēplo ꝑficere. Cōtrariā igiꝉ aduerſa frōte obſeruantiā infert: atqꝫ ea neceſſitate nos liberās: nō inq̄t eiuſmodi nr̄a ſunt: cuius iudeica eſſe noſcunꝉ. Nam quēadmodū ꝓ oībus oīones fieri iubet: q̄ppe cū ⁊ ꝓ oībus xp̄s mortuꝰ ſit: ita ⁊ oībus in locis orare optimū eſt: vt iā hmōi obſeruatio nō in locis ſit: verū in ipſo oīonis affectu. Ubiqꝫ igitur ora inq̄t vbiqꝫ puras attolle manꝰ: hoc eī eſt: qd̄ in q̄ſtione verſaꝉ [puras inq̄t manꝰ:] id eſt mūdas/ nō aqua lotas: verū cupiditate/ rapina/ cedibꝫ: mūdas abſqꝫ ira ⁊ diſceptatiōe. Quid oro h̄ ſibi vult? Quis eī iraſciꝉ orās? Ceterū ire noīe ꝓphanā iniuriarū memoriā ſignificare voluit. Munda inquit ſit orātis intētio: hmōi



memorie peſte: vitio omni/ atqꝫ perturbatione libera accedat ad eū: nullus adeo audax ſit: vt inimicitias exercēs: ad deū pergat orandū. Nemo cū angore animi ac diſceptatōe orans exaudiri ſe putet. Quid ſit aūt diſceptatio/ intētius accipite. Nō licet ꝓrſus ambigere: ſi puras ad deū leuemus p̄ces/ nos exauditū iri. Quecūqꝫ enī petieritis inquit credētes accipietis: ⁊ rurſum: Cū ſtatis ad orandū dimittite/ et dimitteꝉ vobis. Hoc nempe eſt abſqꝫ ira ⁊ diſceptatione orare. Et quo pacto inq̄es credere poſſum petitiōe potiturū? Si nihil ex eis poſtulaueris: q̄ illius volūtati/ tueqꝫ ſaluti cōtraria ſunt. Si maieſtate tāta nihil indignū: ſi nihil oīno mundanū: ſi ſpiritalia oīa: ſi abſqꝫ ira acceſſeris ad orādū: ſi mūdas extuleris manꝰ: ſi ſctās. Sctē q̄ppe manꝰ ſunt: q̄ elemoſynas faciūt. Si ita inſtructus acceſſeris: voti oīno cōpos eris: ⁊ quicq̄d poſtulaueris impetrabis. Si eī vos inquit cū ſitis mali: noſtis bona data dare filiis vr̄is/ quāto magis pater veſter: q̄ in celis eſt. Diſceptationē vt dixi ambiguitatē intelligi vult. Similiter inq̄t ⁊ mulieres orare volo/ abſqꝫ ira ⁊ diſceptatiōe/ puraſqꝫ in celū manus intendere: nō ꝓpria deſideria ſequi: non diripere: non ſtudere auaritie. Quid enī refert/ ſi ipā nō rapias ⁊ id viri tui ſtudio ⁊ manibus id facias? Plus aliq̄d diligentie a mulieribꝰ expetit paulus. Id autē cuiuſmodi eſt? [ Cū verecūdia inq̄t ⁊ pudicitia in habitu ornato ſeipſas ornare: nō in tortis crinibus aut auro aut margaritis: ſed qd̄ decet mulieres/ pollicētes pietatē per bona opera.] Habitū profecto tunicā/ vndiqꝫ honeſtā compoſitā/ ſignificare voluit. Ornatū non exquiſitum intelligas: ſed moderatum. Hic enim ornatus habitus eſt: ille autē etiam fedus. Quid dicis? Deū precatura pergis: ⁊ ornamenta aurea circūfers/ flauoſqꝫ crines ⁊ ipſos auro cōpoſitos. An vero ſaltatura ad eccleſiā pergis? Nunq̄d hic nuptias ⁊ laſciuie oblectamenta cōq̄ris? Num vt tui ſpectaculū prebeas aduenisti? num tibi nunc inſtruendus eſt thalamus? Illic nēpe monilia/ illic ornamenta aurea/ illic ornatus criniū: illic precioſa veſtis locū aliquādo fortaſſis habeat. At vero nūc/ nullo tibi huiuſmodi ornatu/ atqꝫ apparatu opus eſt. Acceſſiſti vt deū pro peccatis tuis ſuppliciter depreceris: vt tuis in illū ſceleribus/ veniā cum gemitu: ac lachrymis petas/ acceſſiſti: vt dn̄m tibi propitium facias: quid te ipſam ornari improbo atqꝫ intēpeſtiuo ſtudio contēdis. Non iſte ſupplicis habitus. Quo enī pacto ingemiſcere potes: ac lachrymas funderet atqꝫ intentiſſime (vt decet) orare: que eiuſmodi ornatu cōpta procedis? Nam et ſi lachrymas fuderis riſum cernentibus huiuſmodi lachryme mouebūt. Neqꝫ enī auro amicta debet incedere: que lachrymas ꝓ peccatis ꝓfundere intendit. Eſt enī potius ſcena quedam/ atqꝫ ſimulatio: ſi ex eodem animo ex quo tanta ſumptus magnificentia/ tantaqꝫ ambito prodijt: inde etiam profundi lachrymas viderint. Amputa omnē eiuſmodi ſimulationē: circūcide abs te omnē illum ſcene/ atqꝫ hyſtrionū geſtū. Deus enim profecto nō irrideꝉ. Iſta mimis et ſaltatoribus ⁊ his qui in ſcena verſantur/ relinquenda ſunt: ſobrie atqꝫ ornate mulieri nihil eiuſmodi cōgruit. Cum verecundia inquit ⁊ pudicitia. Noli igitur eas imitari/ que meretriceo feruntur inceſſu. Nanqꝫ ille/ per exteriorem cultum/ atqꝫ habitum/ plurimos poſt ſe trahūt amatorum greges: atqꝫ hinc plurime peſſima ſepiꝰ ſuſpitione non carent: nihilqꝫ prorſus eiuſmodi lucrantur ornatu/ immo ⁊ plurimis: ex ea opiniōe nocuerunt. Nam quemadmodū impudica etiā ſi pudica videatur: nihil ex huiuſmodi opinione lucratur: cum iudex ille noſter/ occulta oīa tunc in mediū producturus ſit: ita ne pudica quidē ſi per habitū ſtudeat adulterij opinione notari quicq̄ꝫ ex pudicitie opinione lucrata eſt. Plurimos enim ⁊ ipſa ex hac opinione violauit. Uerū quid agā inquies/ ſi alius de me peſſime ſuſpiceꝉ. Tu huic ſuſpicioni/ per habitū/ per inceſſum: atqꝫ aſpectū/ et oēm corporis motū fomenta miniſtras. Quo circa et paulo ingens cura eſt: huiuſmodi ſuperfluū ornatum/ ad honeſtiorem modū componēdi/ ac tuendo pudori plurimū ſtudij impendit. Ex ſi ea que opum tantum indicia ſunt: tanto ſtudio circūcidit/ aurū ſcilicet margaritas et veſtimenta precioſa: quāto magis ea que in modico ſtudio et arte querūtur cuiuſmodi ſunt/ purpuriſſo vultus inficere: et ſtibio oculos pingere: fracto incedere greſſu: vocē formare molliorē: laſciuū obtutū et qui libidinis iaculetur incēdia: ſuperfluā pallij/ ac tunice iactationē: cingulū exquiſita arte: ſtudioqꝫ confectū: ſtridentes ſoccos et cetera irritamenta laſciuie. Hec enim oīa/ vno verbo ſignauit: cum diceret/ in habitu ornato/ et cū verecūdia ornare ſe. Iſta quippe et a verecūdia remotiſſima ſunt et plena dedecoris/ turpitudiniſqꝫ cenſenꝉ. Sed queſo feratis equanimiter. Nā iccirco iſta aperta/ ac liberiori voce deprompſimus: nō vt feriant neqꝫ vt merore conficiant: verū vt qd̄ alienum eſt/ a noſtro grege omne ſimul amputeꝉ. Enimuero ſi his q̄ ſub viro ſunt: que in delitijs viuunt: que diuitijs circūfluunt/ intercidit: quāto magis eis/ que virginitatē profeſſe ſunt? Et quenam inquies virgo monilia aurea/ tortūqꝫ crimen circūfert? At qui tanta eſt/ reliqui habitus cura/ tamqꝫ exquiſita diligentia: vt omnē illū aureū cultū facile tranſcēdere videatur. Licet enim etiā vilibus pannis/ eiuſce cōpoſitiōis opinione notari: nec minus q̄ꝫ ſi aureas amiciretur veſtes. Ubi enim pulla tunica fuerit et pectori cingulo diligenter aſtricta: ad earum inſtar/ que in ſcena ſaltant: vt neqꝫ nimiū turgēs in latū excedat: neqꝫ tenue/ aſtrictumqꝫ immodice contrahaꝉ: verū ſeruato medium inter vtrūqꝫ modo rugas circa pectus intendāt pariles/ quam ſerice veſtes illecebram hac arte non ſuperet? Quid autem cum calceus ipſe pulle veſti ſubiectus/ maiorē ſui decorem cernētibus p̄fert: atqꝫ ad imitationē antique picture/ in acumē venuſtius deſinat? Quid item cū faciē fucis quidē ornare non pergis: ſed eam nimio ſtudio/ diligētiaqꝫ circūluis: atqꝫ ſuperne a fronte. velū facie cādidius ſuſpēdis: ac ſi demū pallium imponis: vt ſub nigro colore facies decentior videatur/ ⁊ gratior? Quid itē oculorum illos innumeros iactꝰ? Quid item de collo qd̄ nunc quidē operiꝉ: nunc aūt de induſtria denudaꝉ? Quid itē de ſtrophio: qd̄ mamillis cōſtringēdis apponiꝉ? et hoc enim ſepenumero nudant: vt cingendi magis appareat diligētia/ dū palliū oē circa caput agiꝉ. Manꝰ aūt quēadmodū tragedi/ ita accurate manicis induūt: vt naturaliter/ ita et ficte videanꝉ. Quid memorem tractam humi tunicā/ inceſſumqꝫ infractum ⁊ huiuſmodi cetera ſtudia: quibus longe magis q̄ꝫ auri monilibus intuētes capi ſolent. Tu-

meamus dilectiſſimi ne nos quoq; ea audiamus: q̄
ꝓpheta hebreis mulieribꝰ huiuſmodi ornatu exte-
riori gloriantibus cōminat̄ dicēs: Pro zona funi-
culo cingeris: ⁊ pro ornamento capitis tui caluitiū
habitura es. Adeo aūt plus iſta / q̄ aurum / ad laſci-
uie illecebram valēt: vt etiā ſcorta plurima / adhoc
omni ſtudio intendāt / vt per aſpectū ſui capiāt intu-
entes. Non minimū iſtud peccatū eſt: ſed magnum
prorſus: et quidē deū ipſum irritare ad iracundiam
poſſit / omnēq; virginitatis laborem abſumere / glo
riāq; corrūpere. Chriſtū habes ſponſum: q̄d amato
res poſt te hoīes trahis? Merito tunc te ille adulte
rij damnat ꝙ ornatum ſibi gratū / atq; charum tibi
cōquirere negligis: verecundiā ſcilicet / pudorē / ho-
neſtatem / habitūq; ornatū: hic nempe habitus adul
ter eſt: atq; adeo fedus: vt meretrices ac virgines fe-
re diſcernere nequeamꝰ. Intuere huiuſmodi virgi-
nes / ad quantam turpitudinē deuolute ſunt. Sim
plicem eſſe / neq; accurate cōpoſitā virginē decet: ne
gligentieq; potius / q̄ eiuſmodi cure notari. Quip-
pe eiuſmodi exterior ornatus: ornamēta intima de-
molit̄. Is enim qui eiuſmodi fuerit ſtudioſus: inte-
rioris ornatus negligens ſit / neceſſe eſt: quēadmo-
dum ⁊ is: qui exteriorē aſpernatur: ſtudium omne /
omnēq; diligentiā / ad componenda ſua intima trāſ
fert. Nec velim dicas / me miſerā: attritū pallium fe
ro / abiectoſq; calceolos: nullius precij tunicā: cuiuſ
modi hic ornatus eſt? Noli te ipſam fallere: licet vt
dixi: etiā per huiuſmodi vilia magis ornari: q̄ per
aurea illa monilia et exquiſitiſſimas veſtes. Quip-
pe per attritū palliū / corpori decēter aſtrictū / impu
dentiā prefers magis: ac pulchritudinis gloriā au-
cuparis. Iſta mihi nunc loqueris. Ceterū deo quid
dictura es: qui mētis rimat̄ archana / nouitq; / qua
iſta intentione facias? Sed eſto / nō iſta cauſa libidi
nis facis / neq; vt poſt te gregē adoleſcentiū trahas.
Cur queſo id facis? Ut admirationi habearis? Nō
erubeſcis infelix: neq; pudore ſuffunderis in rebus
huiuſmodi: admirationē humanā ⁊ gloriā querēs:
Sed dictura es: Simplici animo iſta circumfero.
Nouit profecto deus: que loqueris nobis: neq; enī
mihi rationē reddituta es: ſed illi qui et modo tuis
oībus actibus ⁊ animi motibus adeſt: ⁊ tunc iſta di
ligenti examinatione diſcutiet. Illi inq̄: cui nuda ⁊
aperta ſunt oīa. Hec iccirco nos dicimus nunc / vt
vos penis illis que eiuſmodi reis ſunt propoſite eri
piamus. Et pedibus inq̄t ſil' ludētes: magnū pro-
fecto certamen ſubiſtis: pugnare hic cōgruit: nō or-
nari. Luctari cōuenit / nō in mollitiē ſolui. Nō aſpi-
cis pugiles atq; luctatores: vt illis nequaq̄ cura ſit
inceſſus ⁊ habitus: verū his oībus omiſſis: veſtem
oleo madidā induāt: atq; ad vnam tantū rem inten
ti ſint: quo pacto ſcilicet ⁊ aduerſarios feriāt: et ipſi
illorū ictus eludant. Stat ecce diabolus dentibus
ſtridēs: ac modis oībus te proſternere cupiens: dū
tu circa huiuſmodi diabolicū prorſus ornatum ver
ſaris / attonita piget nunc de voce referre: cui maxi-
me ſtudio plurime ſeruiūt. De vnguētis itidem / ce-
teraq; mollitie. Nempe iccirco irridēt vos ſeculares
mulieres: ꝙ honeſtiſſimū virginitatis nomē: et in-
ſigne pulcherrimū perdidiſtis. Nemo iā virginē di-
gno honore proſequitur: quippe ſeipſas huiuſmodi
honore priuarūt. Nonne eas oportuit ita in eccleſia
eſſe verendas / atq; mirabiles: ac ſi de celo deſcēde-
rent? At nunc deſpecte penitus ſunt ſui vitij cauſa:
Nam cum viderit te cuius profeſſio eſt crucifixā eſſe
mundo / ea que virū habet ⁊ liberos ⁊ regimen do-
mus / mundū muliebrē maiori ſtudio perſequi q̄ ſe:
quid mirū ſi irrideat et abiectā prorſus / ac deſpica-
bilē putet? Aſpice quantū ſtudij / quantūq; cure ſu-
ꝑflue aſſumis: dum vilibus veſtibꝫ precioſe amictā
ſuperare cōtendis / maioriq; ambitu ornari queris:
q̄ illa / que auro ⁊ gēmis compta procedit. Que ti-
bi minime conueniūt: ea omni ſtudio cōquiris: que
autē a propoſito tuo ſunt remotiſſima ea tota inten-
tione ſectaris: dum ſolis bonis operibus operam te
dare conueniat: iccirco nempe ſecularibus feminis
ignobiliores virgines euaſerunt: ꝙ indigna profeſ-
ſione ſua agere deprehendunt̄. Iſta nō ad oēs dici-
mus: immo verius ad oēs: vt que huiuſmodi reatu
tenent̄ aſtricte reſipiſcāt: ⁊ que inſontes ſunt emen-
dare illas omni ſtudio ⁊ tota cura cōtendant. Sed
agite queſo / vt huiuſmodi correptio in opus erum-
pat. Neq; enī vt vos merore afficeremus diximus:
ſed vt a culpa reuocemꝰ: vtq; in vobis / ac de veſtra
emendatione gloriemur. Proueniat autem nobis
ex ſuperno munere: vt omnes queq; deo grata ſunt
agamus / atq; in ipſius gloriā: honorēq; viuamus
vt etiam promiſſis bonis perfrui mereamur in chri
ſto ieſu dn̄o noſtro: cum quo eſt patri ⁊c̄.

Homelia IX Ex capitulo II

m **Ulier in ſilētio diſcat in om-
ni ſubiectione. Mulieri au-
tem docere non permitto: neq; do
minari viro: ſed in ſilētio eſſe. Adā
enim primus formatus eſt: dein-
de eua: et adam non eſt ſeductus:
mulier autem ſeducta in preuarica
tione fuit: ſaluabitur autem per fi-
liorum procreationem ſi perman-
ſerit in fide: et charitate: et ſanctifi-
catione cum ſobrietate.**

Magnam prorſus a mulieribus beatiſſimꝰ pau-
lus verecundiā exigit / ſummāq; honeſtatē: dū eas
nō modo ad habitū vſq; amictūq; cōponit: verum et
ſilere perpetuo imperat. Nihil inquit loquat̄ in ec-
cleſia mulier. Id q̄d ⁊ ad corinthios ſcribens dixit:
Turpe eſt enim mulieribꝫ in eccleſia loqui: ⁊ rurſus
alio in loco: Lex inquit eas ſubditas fecit. Si quid
aūt diſcere volūt / domi viros ſuos interrogent. At
nunc ingens vbiq; tumultus: maximꝰ clamor: col-
locutio plurima / atq; confuſa / neq; vſq̄ alibi tantū
loqui mulieres: neq; in foro / neq; in balneis: quan-
tū intra eccleſiā videas: q̄ſi ob hoc ipſum eo cōueni-
ant / vt que velint licite loqui poſſint: ita inutilibꝫ fa
bulis: occupate ſunt oēs: iccirco permixta ſunt oīa /
ordoq; confuſus eſt. Neq; intelligunt miſere: non ſe
aliter vtile quippiā diſcere poſſe: niſi quietem agāt.
Nam cum ſermo doctoris incaſſum effunditur: nec
eſt qui his que dicuntur / intendat: quid inde lucri
ꝑuenire poſſit? Adeo aūt inq̄t oportet illā ſtudere ſi-
lētio: ne nō modo de ſecularibus rebus: verū ne de



ſpiritalibus quidē loquendi ſibi in eccleſia nouerit.
Hic nempe ornatus: hic verecundie cultus / eā lon-
ge dignius ornare: q̄ precioſa veſtis cōſueuit. Si ſe
ita cōpoſuerit: atq; ad hanc direxerit normā: poterit
etiā magna cū facilitate vota deo / ac preces exolue-
re. [Mulieri inq̄t docere non permitto.] Quā oro
hoc in loco his verbis cōſequētiā ſeruat? Profecto
ſummā. De ſilētio diſſerebat: de honeſtate / de pudo
re. Dixerat loqui eas nolo. Unde igitur cupiens lo
quacitatis occaſionē penitus tollere: ne doceāt qui-
dem inquit: ſed obſeruēt diſcentiū ordinē. Ita enim
ex ſilentio ipſo / ꝙ ſint ſubiecte mōſtrabūt. Eſt quip
pe fere loquax muliebris ſexus: iccirco oī ex parte
fluentē reſtringit / ac cōprimit. [Adam enī inq̄t pri-
mum formatus eſt / deinde eua: ⁊ adam non eſt ſedu
ctus: mulier autem ſeducta in preuaricatiōe fuit.]
Quid igit̄ hec ad noſtri tp̄is mulieres? Sed maio-
re virilis ſexus honore potitus eſt: q̄ primo forma-
tus: ⁊ alio itē loco hm̄oi p̄matū oſtendit dicēs: Neq;
enī ꝓpter mulierē factus eſt vir: ſed mulier ꝓpter vi
rum. Cuius aūt rei gratia iſta cōmemorat? Primū
quidē vt ex his eiꝰ primatū doceret. Secūdo ex his
que iā ꝯtingere cōmonuit mulierē eſſe: q̄ virū initio
cunctaq; ꝑuerterat: atq; fecerat inobedientia reū: ic
circo ipſam ſubdidit deus: q̄ honoris parilitate p̄n
cipio ſibi indulta peſſime vſa fuerat. Ad virū inquit
tuum / erit cōuerſio tua: ante hac autē nihil hm̄oi di-
ctū fuerat. Quonā vero modo adam nō eſt ſeductus?
Ergo neq; inobediēs fuit: ſi quidē ſeductus nō eſt?
Nēpe mulier quidē crimen excuſans ait: Serpens
decepit me. Adam vero nō ait / mulier decepit me: ſed
dedit mihi de ligno ⁊ comedi. Par aūt ꝓfecto non
eſt: ab ea que ſibi generis ſocietate iungeret̄ decipi:
et a beſtia: que ſeruituti hoīs fuiſſet addicta. Illud
igit̄ ſeductio potius / ac verius dici poteſt. Ad cōpa-
rationē ergo mulieris / dicit illū non fuiſſe ſeductū.
Illa quippe ab irrationali animāte decepta eſt: hic
autem a libera muliere: ⁊ ſibi nature copulata rati-
one. Rurſum nō dicit̄ de adā: vidit lignū / q̄ bonū
ad comedendum eſt: ſed de muliere tantūmodo. Co
medit enī inq̄t ⁊ dedit viro ſuo. Non igit̄ iſte cōcupi
ſcentie cedens: ſed obtēperās mulieri preuaricatus
eſt: iccirco ⁊ paulus ſemel inq̄t mulier docuit: ⁊ cun-
cta peruertit: iccirco vltra non doceat. Sed dices:
Quid igit̄ ad ceteras ꝑtinet: ſi illa hoc paſſa ē? Plu
rimū ſane. Eſt enī ſexus ille infirmus ac lenis: q̄d iā
in conſequentibꝫ diſſerēs: dū de ſexu generaliter lo-
quit̄ oñdit. Nō enī dixit: Eua autē ſeducta: ſed mu
lier: q̄d cōmune eſt nomē ſexus: potius q̄ ꝓpriū eue.
Quid igit̄? Num ſexus oīs muliebris ꝑ illā in p̄ua
ricationē factus eſt? Nēpe quēadmodū ait de adam
in ſimilitudinē p̄uaricatiōis ade: qui eſt forma futu
ri: ita et hic muliebris ſexus p̄uaricatꝰ dicit̄. Quid
ergo? Nō ideo ſalute caret: Minime id quidē. Quā
vero ſalutē habiturus eſt? ꝑ filiorū ſcilicet ꝓcreationē:
q̄d ꝓfecto de eua non dicit̄. [Si ꝑmanſerint inquit
in fide ⁊ charitate ⁊ ſcīficatione cū ſobrietate.] Qua
nā fide? qua charitate? qua ſctificatiōe? Ac ſi aperte
dicat: nolite triſtes eſſe mulieres: ꝙ ſexus veſter ꝓ-
bro ⁊ calūnie pateat. Deus ecce vobis ⁊ aliam occa
ſionē ſalutis cōfert / filiorū ſcꝫ educationē: vt nō mō
per voſipſas ſalutē inueniatis: verum ꝑ alia quoq;
ſalutis adminicula capiatis. Uides q̄ multa hoc ī
loco querenda dimiſerit? Mulier aūt inq̄t ſeducta
in preuaricatione fuit. Quenā illa? Eua ſcilicet hec
igitur ſaluabit̄ per filiorū generationē: neq; ipſa mō
verū ⁊ oīs femineus ſexus inde ſaluabit̄. Preuari-
cata quidē illa eſt: verū muliebre genꝰ omne ꝑ filio-
rum generationē ſalutē conſequet̄. Cur enī non etiā
virtutis proprie merito? Nunquid enī illa ceteris
quoq; preiudicat? Quid ergo ad virgines? quid ad
ſteriles? quid itē ad viduas: que priuſq̄ parerēt / vi
ros amiſerāt? Ergo ne ille ꝑiere / omniq; ſpe ſalutis
deſtitute ſunt? Certe enī virgines / maxima in glīa
ſūmoq; ī culmine cōſtitute ſūt. Quid igit̄? His ver-
bis ſignificare voluit quēadmodū a p̄ma formatiōe
genus omne ſubiecit: ꝑ ea que prima mulier p̄uari-
cata eſt. Quia enī eua ſecūdo formata eſt ⁊ reliquus
inquit ſexus ſubditus ſit. Ita igitur / quia etiā pre-
uaricata eſt: ⁊ ſexus itidē oīs in preuaricatione fuit.
At illic quidē diuino muneri oīa accepta referūtur:
hoc aūt ex mulieris peccato in ceteras fluxit. Nem-
pe iccirco inquit: omnes mortui ſunt: quia vnus an
te peccauit. Nihil igit̄ doleat mulier: dedit illi deus
ſolatiū haud minimū parere filiū. At natura iſtud ⁊
illud itidē nature eſt. Neq; enim nature tm̄ iura ve
rum ⁊ liberorum educatio diuinitus datur. Si enī
inquit permanſerint in fide ⁊ charitate ⁊ ſanctifica-
tiōe cū ſobrietate: hoc eſt ſi ipſos / poſtq̄ genuerint:
ad iſta curauerint promouendos / maxima mercede
donabuntur: ꝙ ſcilicet athletas nutrierint chriſto.
[Si permanſeriut inquit in fide ⁊ charitate.] Re-
cte profecto vite exprimit normā: q̄d ex conſequenti
bus patet: dum ſobrietatem honeſtatēq; ſubinfert.
[Fidelis ſermo.] Iſtud quidē ad ſuperiora refertur
nō ad ea que de epiſcopis protinus addit. Quia enī
hoc videbatur ambiguum: iccirco ait fidelis ſermo.
Neq; enim oībus paſſim perſuaderi poſſet parētes
filiorū virtute ſalutem promereri: ſi illos rite in fide
inſtituerint. Quid igit̄ ſi mater peſſima fuerit / atq;
innumeris ſceleribꝫ plena ex hac liberoꝝ educatiōe
lucrabit̄. Nēpe eos ſibi ſimiles neceſſario faciet. Ce
terum de ea que virtutibus polleat / iſta apoſtolus
dixit in gentē illi remunerationē / mercedēq; fore te-
ſtatus. Audite iſta parētes: ac prorſus aſpicite hu-
iuſmodi educationē / magiſtrorū premium cauſam
fore. Hoc deniq; etiā in cōſequentibꝫ ait: dum ma-
trem admonet teſtimoniū in bonis operibus habe-
re. Si enutriuit filios: id quippe ⁊ inter cetera po-
ſuit. Neq; enim parui meriti eſt: indultos nobis a
deo liberos: ad ipſius exercere militiā / eiq; ab ipis
infantie pannis dedicare. Nam ſi eiuſce educatiōis
fundamēta iecerint: maximis afficiēdi ſunt premijs
quemadmodū ſi neglexerint / grauiſſimis cruciati-
bus. Nēpe enī ⁊ heli ꝓpter filios perijt / illos quip-
pe cum acrius coercere debuiſſet / verbis tandē le-
nibus monuit. Quo circa dū illis moleſtus eſſe ſe-
uera increpatione recuſat: et illos et ſeipſum vna ꝑ-
didit. Audite hec patres / veſtroſq; filios in diſcipli-
na ⁊ correptione dn̄i erudite ſumma cum diligētia.
Eſt enim iuuentus fera / plurimiſq; indiget inſtitu-
toribus / magiſtris / pedagogis / aſſeclis / atq; nutri-
toribus. Uotiq; res eſt poſt adeo exactam diligen-
tiam / eam continere poſſe: non ſecus / q̄ equus qui-
dam indomitus: veluti fera belua. Huiuſmodi q̄p
pe iuuentꝰ eſt. Si igit̄ illi ab ipis ſtatim initijs atq;
a p̄ma etate leges optimas imponamꝰ minimū poſt
hac laborabimus. Uerum cōſuetudo ipſa virtutis

in legē tranſiet. Nihil eos agere permittamꝰ ex his que noxie iocunda ſunt: neq; illis / vt pueris indulgeamus / atq; ante oīa illos in pudore et ſobrietate ſeruemꝰ: quippe huic inimica libido oīum maxime hmōi turbat etatē. Ad hoc igiꝛ vitiū compeſcendū / magnis nobis ſudoribꝰ / magnaq; intentiōe opus eſt: mature illos matrimonio iungamus: vt mūda atq; integra illoꝝ corpora ſponſe admoueanꝛ. Huiuſmōdi quippe amores feruentiores ſunt. Atq; is qui ante nuptias pudicitie ſtuduit: lōge magis poſtea pudicus erit. Viro eni inquit fornicario oīs panis ſuauis eſt: iccirco quippe corone imponunꝛ capiti: vt victorie ſignū ſint / ꝙ ſcilicet antea libidini impenetrabiles: ita demū cubiculū ingrediāꝛ / q; ſcꝫ a voluptate ſupati nō ſunt. Qꝫ ſi libidine ſuperatus quiſpiā ſeipm ſcortis addixerit / cuius iā rei gr̄a coronatus incedat: qui tā fede libidini colla ſubdiderit? Admoneamus igiꝛ illos / corripiamus / terreamus / minaſq; intentemꝰ: ⁊ modo iſtud mō illud faciamus. Magnū habemꝰ p̄cioſumq; depoſitū filios: ingēti illos ſeruemus cura: atq; oīa faciamꝰ: ne fur id nobis aſtutus auferat. At vo nūc contra penitus facimus. Nā vt fundus quidē ſit optimꝰ / cūcta molimur / cūq; fideli viro magno cum ſtudio tradimus: ⁊ agaſonē atq; mulionē / ꝓcuratorēq; ac diſpenſatorē: qui nobis magna beniuolētia afficiatur inquirimꝰ: ceterū qꝺ nobis chariſſimū oīum eſt omnino negligimus neq; curamꝰ: quo pacto filiū nr̄m fideli cuipiā viro ꝓmittamꝰ: q ipſius tueri / ac ſeruare pudicitiam poſſit. Et certe nulla nobis poſſeſſio / nullus fundus eque nobis gratꝰ / atq; charus eſſe debet: quippe hec oīa filijs queruntur. Igiꝛ maior nobis poſſeſſionū cura eſt: q̄ eorū / quorū ille gratia cōparanꝛ: qꝺ ꝓfecto abſurdiſſimū / atq; ſtolidiſſimū eſt. Exerceamus igiꝛ ad virtutē / atq; pietatem molles filioꝝ aīos: cetera oīa ſecūdo loco queramꝰ. Nā ſi quidē illi improbi fuerint / nihil eis pecunie ꝓderunt: ſin autē ꝓbi nihil ex paupertate ledētur. Vis filiū relinq̄re diuitē? Bonū illū / ac benignū eſſe doce: ita ei etiā rē familiarē auctiorē facere poterit. Qꝫ ſi tenuis illi ſubſtantia fuerit: nihil deterior i in loco erit q̄ hi q plurima poſſidēt. Qꝫ ſi malus ille fuerit: etiā ſi infinitā illi ſubſtantiā relinquas: nō illi cuſtodem reliquiſti: ſed lōge deteriore cōditione feciſti: q̄ ſi ad extremā deueniſſet inopiā. Quippe filijs nō rite inſtitutis p̄ſtat pauperes eſſe / q̄ diuites. Paupertas enim vel inuitos cohercet: atq; intra virtutis limites cōtinet / opes vo ne volētes quidē pudice / tēperanterq; viuere ſinūt verū exorbitare faciūt: atq; peruertūt / maliſq; innumeris ſubigūt. Matres itē filiarū vobis curā aſſumite: eſt ea cura vobis ꝑfacilis. Curate ſollicite: vt domi iugiter ſint. Ante oīa pias eſſe / religioſaſq; docete: aſpernari pecunias / exterioriſq; ornatus cōtemtrices eſſe: atq; ita demum nuptijs tradite: eas ſi ita inſtitueritis: nō ipſas mō ſeruabitis: verū ⁊ viros qui illas ducturi ſunt: neq; viros tantū: ſed etiā filios atq; nepotes. Quippe ex radice optima ſurculi prodeūt firmiores / ac ſemper in meliora proficiūt: horūq; oīum merces vobis reddenda eſt. Non igiꝛ tanq̄ vnius anime cōmodis ꝓſpiciētes: ſed vt plurimis ꝑ vnā cōſulentes / magno cum ſtudio oīa faciamus. Itaq; nēpe paterna domo decet progredi virginē / ac matrimonio iungi: quēadmodū ex paleſtra luctatorē: vt oēm diligentiſſime rei familiaris peritiā habeat. Sitq; veluti fermentum: qꝺ maſſam omnē in ſuā transfert pulchritudinem. Filij quoq; adeo ferēdi ſunt p̄ morū honeſtate et ſingulari pudicicie laude: vt ab hoībus / et a deo laudes mereanꝛ. Diſcāt cōtinere ventrē: abſtineant a ſuperfluis ſumptibus: ⁊ omni magnificētia apparatus: diſpenſare ſua probe nouerint: pij in parētes ſint / ſubijci ⁊ dicto obtēperantes eſſe diſcāt: ita eni ⁊ parētibus ipſis ingētes p̄miorū adijciēt cumulos: atq; ita oīa in dei gloriā / ſalutēq; noſtrā fiēt: cuius nos oēs cōpotes eſſe contingat: gratia et miſericordia dn̄i nr̄i ieſu chriſti: cum quo eſt patri gloria ⁊ imperiū / ⁊ honor / vna cū ſctōſpū: nūc ⁊ ſemꝑ. ⁊c̄.

### Homelia X Ex capitulo III

**ſ I quis epiſcopatū deſiderat: bonū opus deſiderat. Oportet igitur epiſcopū irreprehenſibilem eſſe: vnius vxoris virum: ſobrium: pudicum: ornatum: hoſpitalitatis amatorē: docibilē: nō vinolentū: nō ꝑcuſſorē: ſed māſuetū nō litigātem: non auarum: domui ſue bene preſidentē: filios habentē ſubditos cum omni caſtitate.**

Dicturus de epiſcopatꝰ officio: cuiuſmodi eſſe epiſcopū deceat indicat. Neq; id quaſi timotheū admonens dicit: ſed vt oībus ſimpliciter loquēs ac per illum: quid conueniat oībus dictās. Quid aūt ait? Si quis inquit epiſcopatū deſiderat: nō culpo / nō improbo / opus quippe regiminis eſt. Si qs hūc iccirco appetit: non principatus / ac dn̄ationis faſtu: verū cura regiminis ⁊ charitatis affectu: nō improbo inquit / bonū quippe deſiderat opus. Quippe ⁊ moyſes eam rem appetiſſe cognoſcitꝛ. Verū ille huiuſmodi potentiā ambitūq; dn̄andi: nequaq̄ q̄ſiuit: ſed eam rē ita cupiuit: vt illi dicereꝛ: Quis te conſtituit principē et iudicē ſuꝑ nos? Si quis igiꝛ / ita deſiderat: deſiderat bene. Epiſcopatus enim ex eo dicitur: ꝙ oēs inſpiciat cūctaq; ſpeculetur. [ Oportet igiꝛ epiſcopū irreprehenſibilē eſſe: vnius vxoris virum. ] Non hoc veluti ſanciēs dicit: quaſi nō liceat abſq; vxore epiſcopū fieri: ſed eiꝰ rei modū cōſtituēs. Iudeis quippe licitū erat etiā ſecundo matrimonio iungi: ⁊ duas itidē habere ſimul vxores / honorabiles eni nuptie. Quidā vo hoc ita intelligunt: vt ſcꝫ ad epiſcopatū is aſſumaꝛ: q vnius fuerit vxoris vir. [ Irreprehēſibilē. [ Hoc vnico verbo genus omne virtutis expreſſit. Itaq; qui ſibi vel leuis culpe cōſcius eſt: male profecto facit eam rem appetēs: qua indignū ſe per opera fecit. Non eni decet huiuſmodi regere: ſed potius regi. Eum quippe / qui regendos alios ſuſcipit: tanta decet gloria virtutis excellere: vt inſtar ſolis: ceteros veluti ſtellaꝝ igniculos: in ſuo fulgore obſcuret: debet huiuſmodi vitā habere immaculatā / atq; cōpoſitā: vt oēs in illū et in eiꝰ vitā / veluti in exemplar aliqꝺ excellēs intueaꝛ. Facit autē hoc paulus nō abſq; ratione / qui huiuſmodi monitis vtiꝛ: verū q; et timotheo ipſi cura incu-



bebat epiſcopos ordinandi: ſicuti ⁊ tito: quē etiam de hmōi admonet. Et q; par erat: plurimos eiꝰ rei deſiderio allici: iccirco tāta illū diligentia pingit: vt qui ſe ad eā rē p̄parare vellent: ad quantā virtutis celſitudinē ſibi euadēdū eſſet / agnoſcerēt [ Sobriū inquit atq; vigilātē ] Hoc eſt clariſſima mētis acie preditū: innumeroſq; haberē / omni ex parte oculos quibus acutiſſime cūcta proſpiciat. Sunt q̄ppe plura que incidant: ⁊ mētis hebetēt aciē: puta cōcupiſcentie: quottidiane cure / rerūq; ꝑturbatio: ⁊ plurima id genus / vndiq; iminent. Vigilantē igiꝛ eē neceſſe eſt illū: qui nō tm̄ ſui curā habet: veꝝ etiā reliquoꝝ. Decet eſſe peruigilē eū / q eiuſmodi eſt: ac ſpiritu viuere / ⁊ affectus ſui flāmā operibꝫ ipſis oſtendere / ducēſq; omnes ſollicitudine / atq; induſtria ſuperare: vt die / noctuq; exercitū / ⁊ caſtra ꝑluſtret / laboret / ⁊ ſui officij munus diligētiſſime impleat / atq; omniū curā / ac ſollicitudinē gerat [ pudicū inq̄t ornatū / hoſpitalitatis amatorē ] Iſta ⁊ in ſubditis plerūq; videas. Verū quoniā oportet eū / ⁊ q̄ ſunt rectoris habere: iccirco ſubiūxit: aptū ad docendū: hoc quippe a ſubditis nequaq̄ exigiꝛ: ceteꝝ illi ante omnia adeſſe debet: q hmōi ſuſcepit officiū. [ Nō vinolentū ] hoc in loco nō ebrioſum: veꝝ ꝯtumelioſum / atq; elatū ſignificare voluit. [ Nū percuſſorē ] Neq; hic manibus violēter vtentē profecto ſignificat. Sed quid? Sunt nempe qui improbe nimium fratrū conſcientiā feriūt: quos mihi nūc ſignificaſſe videꝛ [ Sed manſuetū (inquit) ſine litibus / ſine auaritia: domui ſue bene preſidentē: filios habentē ſubditos cū omni caſtitate ] Si igiꝛ qui vxorem duxit: ſollicitus eſt / que ſunt mūdi: epiſcopū autē hmōi ſollicitudine tangi minime conuenit: quō ſuperius dixit: vnius vxoris viꝝ? Quidā vt dixi illū: qui poſt vxoris obitū cōſtitueꝛ ep̄s ſignificaſſe intelligunt. Alioquin licet eū qui vxorē habeat: quaſi nō habentē eſſe. Tunc nēpe iſtud rite cōceſſit ꝓ tempore: ac ꝓ rei natura: que tūc inerat. Licet em̄ eā rem honeſte ac licite cape ſi quis velit. Quemadmodū em̄ diuitie difficile in regnū celorū introducūt: ſepe tamē id diuites plurimi ingreſſi ſunt: ita ⁊ nuptie: licet difficultatis in ſe plurimū habeāt: ita tamē aſſumi poſſunt: vt perfectiori vite impedimento non ſint. Verum id plane perq̄raro atq; difficile. Verum dicet fortaſſe quiſpiam: Quid ſibi queſo vult: ꝙ de epiſcopo diſſerens: ipm oportere nō ebriū eſſe dixit: ſed hoſpitalem: cum longe excellētiora: pro celſitudine gradus exigere debuiſſe videatur. Cur em̄ nō ait: oportet autē epiſcopū angelū eſſe: nulle humane ꝑturbationi vitioue ſubiectū? Cur nō itē magna chriſti illa precepta ab epiſcopo requirit: que etiā ſubditis neceſſario ineſſe debent ſcilicet circūferre crucem ſuam: atq; in manibus habere animā ſemper ꝓ fratribus exponēdā? Paſtor enim inquit bonus / animam ſuā ponit pro ouibus ſuis: ⁊ rurſum: Niſi qs acceperit crucem ſuā: ⁊ ſecutus fuerit me: nō eſt me dignus. Ceteꝝ his omnibus omiſſis / oportere ait non eſſe vinolentū / preclara ſane ſpes: ſi de huiuſmodi epiſcopū oporteat admoneri. Cur enim non dixit: oportet aūt ipſum iā ex terra migrare / humaniſq; rebus euadere celſiorē? Veꝝ que ſecularibus iuſſit: ea epiſcopo implēda nō iubet. Quid em̄ illis ait? Mortificate membra veſtra que ſunt ſuꝑ terram: ⁊ iterū: Qui autē mortuus eſt: iuſtificatus eſt a peccato: ac rurſus: Qui autē ſunt chriſti: carnē ſuam crucifixerūt: ⁊ chriſtus itē: Niſi quis renūciauerit omnibꝫ: que poſſidet / nō poteſt meus eē diſcipulus. Cur igitur hec in epiſcopo requirēda nō dixit? Quia ꝑpaucos eiuſmodi inueniri fas erat: epiſcopis autē plurimis / tūc opus fuit: qui per ſingulas ciuitates magiſtri cōſtituerētur. Ne igiꝛ eccleſie negocia / fructuſue perirēt: iccirco moderatā virtutem ꝓpoſuit inquirendā: nō ſupremā illā / atq; celeſtem. Quippe ſobriū / ac pudicū ⁊ honeſtū eē: multoꝝ cōmune erat. Filios (inq̄t) haberē ſubditos cū omi caſtitate. Oportebat nēpe vt ex vicino / atq; re domeſtica / virtutis ſue preberet indicia. Quis em̄ crederet: illū alienos / quoſq; ſubiectos habiturū: qui filios nō ſubuertit ſubditos? [ Sue (inquit domui bene p̄poſitū ] Hoc ⁊ externe ſapientie auctores aiūt: vt q rem familiarē ſuā rite adminiſtrauerit: rei q̄q; publice cōuenienter poſſit cōtrectare negocia: eſt em̄ eccleſia veluti domus quedā: ac ſicuti in domo vxor eſt / ⁊ filij / ac ſerui / omniūq; cura / ac regimē incūbit viro / ita ferme ⁊ ī eccleſia videas: nihil ibi eſt aliud q̄ filij / ⁊ vxores / ⁊ ſerui. Qꝫ ſi adminiſtratōis habeat ſocios eccleſie rector: habet ⁊ domi vir vxorē conſortē curaꝝ ſuaꝝ: at vero in eccleſia viduaꝝ / ac virginū alendaꝝ ſollicitudo eſt: habet ⁊ domi vir ⁊ ſeruos / ⁊ filios. Eſt autem longe facilius domum / q̄ eccleſiā regere. Qui igiꝛ rem / vt dixi familiarē diſpenſare cōgrue neſcit: is quo pacto eccleſie p̄eſſe cōuenienter poſſe putandus eſt [ Si quis autē (inquit) domui ſue preeſſe nō nouit: quō eccleſie dei curā habiturus eſt? Nō neophitū inquit ] Hic tamē etatem adoleſcētie ſignificare noluit: ſed eū qui nouiter eēt inſtructus: veluti quedā nouella plātatio. Ego em̄ (inquit) plantaui Apollo rigauit: ſed deus incremētum dedit. Nā profecto ſi adoleſcentiā ſignare voluiſſet: nihil dicere prohibebat / nō adoleſcentē: ne ipſe quidē cum ad Timotheū ſcriberet etatē in epiſcopo ſūmopere inquirendā monuit / cū dicit: Nemo adoleſcentiā tuā cōtēnat. Quia em̄ ex gētilibus tūc pleriq; ad eccleſiā accedebāt / ac baptizabātur: cauēdū admonuit: ne cōtinuo nouiter imbutū eccleſie ſacracramētis: ad huiuſce principatus onera ferēda proueheret. Si enim anteq̄ diſcipulus eſſet / magiſter aſſumeretur / q̄ꝓrimū attolleretur in arrogantie faſtū. Si priuſq̄ ſubijci diſceret: in rectoꝝ ordine locaretur: cito intumeſceret. Iccirco ſubiūgit: [ Ne elatus in iudiciū incidat diaboli ]. Hoc eſt ne in candē incurrat dānationē / quā ille per arrogantiā ꝑtulit. Oportet autē ipſum / ⁊ teſtimoniū habere bonū ab his q foris ſunt: ne ī obprobriū īcidat / ⁊ laqueū diaboli. Quippe ab eis illi iminēt probra: ſi quid in ſe reprehēſibile notari poſſet. Iccirco ait vniꝰ vxoris virū: cum certe alio in loco dixerit: Volo omnes homines eſſe ſicuti ⁊ meipm / cōtinētie ſcilicet ratione. Igiꝛ ne in anguſtū nimis eā cōcluderet rem: ſi exactiſſimā virtutē expetiſſꝫ: iccirco moderatiore admonitiōe maluit vti: ne ex deſperatiōe ꝑfecte illius inueniēde virtutis: eccleſie ſine epiſcopis eēnt. Oportebat em̄ / vt antea dixi per ſingulas ciuitates conſtitui preſules. Audi deniq;: quid ipſe ad Titū ſcribat: vt cōſtitueres ꝑ ciuitates preſbyteros: quēadmodū ego tibi precepi. Quid igitur ſi teſtimoniū habeat bonū ⁊ ipſe hmōi nō ſit. At id quidem in p̄mis difficile eſt. Vix em̄ obtineri pōt: vt ⁊ qui boni ſunt

apud inimicos bonū habeāt teſtimoniū. Ceteꝝ hoc ipſe nūc quoqꝫ cauit. Neqꝫ eñ ait oportet autē ipm̄ teſtimoniū habere: ſed oportet autē ipſum ⁊ teſtimonium habere bonū: vt cū ceteris: que in illo requirūtur / ne iſtud quidē deſit. Neqꝫ eñ ſolū teſtimoniū ſufficit. Quid vero inquies: ſi illū fruſtra / ac per inuidiā maledictis / probriſqꝫ reſperſerint: cū maxime gentiles ſint? At id quidē fieri nō poteſt: quippe eū qui irreprehenſibilē duxerit vitā / ⁊ illi ipſi reuerētur. Quo nam inquies modo? Audi ipm̄ dicētē alibi Per infamiā / ⁊ bonā famā: neqꝫ eñ ꝓfecto iporum carpebant vitā: ſed predicationi derogabāt: iccirco ait per infamiā. Deniqꝫ predicatiōis cauſa: tā̄ ꝗ̄ ſeductores / ac magi calūnias ſuſtinebant. Ipſorum autē vitā nemo fere vnq̄ fuit: qui vituperare preſumeret. Quo circa nullus vnq̄ apoſtolis / aut fornicationis / aut impudicitie / aut auaritie crimē obiecit: ſed tātūmodo ſeductores appellati ſunt: qđ ſolū ad dogma refertur. Qui eñ fuerit vite fulgore cōſpicuus: ⁊ illis verēdus ſit / neceſſe eſt: quippe veritas ipſis quoqꝫ ora obſtruit inimicis. Quo autem facto in laqueū incidit? Dum ſcilicet in eadē ſcelera incurrit: quib; et ille implicitus eſt. Nā ſi eiuſmodi ſit: ꝓtinus ⁊ aliū illi laqueū diabolus parat. Qꝫ ſi ab hoſtib; habere teſtimoniū cōuenit / multo / magis ab amicis ipſis. Nēpe eñ / ꝙ eos maledictis ⁊ probris impeti fas nō ſit: qui irreprehēſibilit̄ viuūt audias licet dicētē chriſtū. Luceat lux vr̄a coram hominib; vt videāt opera veſtra bona: ⁊ glorificent patrē veſtrū / qui in celis eſt. Quid ergo inquies ſi caſu aliquo probro ille ⁊ calūnie pateat. Fieri quippe ⁊ hoc facile poteſt. Non is in mediū adducēdus eſt / neqꝫ epiſcopus eligēdus: qui eiuſmodi fuerit. Nocet eñ plurimū precedēs peſſima falſa licet opinio. Oportet ergo (inq̄t) ipm̄ habere / ⁊ bonū teſtimoniū. Luceāt eñ opera veſtra. Quemadmodū deniqꝫ nemo obſcuꝝ diceret ſolē / ne ſi cec⁹ quidem fuerit: erubeſcit quippe opinionib; omniū aduerſari: ita ⁊ eū / qui nimio fuerit decore cōſpicuus / atqꝫ moꝝ honeſtate illuſtris: nullus profecto culpare p̄ſumit. Ceteꝝ vt dixi dogmatū / quidē gratia detractionis / in eū ſepe gētiles ſpicula intorquēt: vite vero munditiā nulla ex parte libare audent. Veꝝ vna cū ceteris admirationi / ac ſtupori habent. Ita igit̄ viuamus: ne nomen dei blaſphemet̄ a gentib; neqꝫ vo humanā aucupemur gloriā / neqꝫ iterū vt peſſima opinione careamus / qđ bonū / ac rectū eſt faciamus: veꝝ in vtroqꝫ modū honoremus. In quibus lucetis inq̄t / quaſi luminaria in mūdo. Iccirco nēpe nos ille elegit / vt ſimus quaſi luminaria: vt veluti fermentū euadam⁹: vt magiſtri ceteroꝝ efficiamur: vt veluti angeli cū hominib; verſemur in terr; vt tanq̄ viri cum infantib; pueris / quaſi ſpiritales cum animalib;: vt ex cōtubernio noſtro ingētia illi lucra cōquirant: vt ſemina ſim⁹: vt fructū letiſſimū afferamus. Nihil opus eſſet verbis: ſi in hunc modū vita noſtra ſanctitatis luce fulgeret. Nihil magiſtris opus eſſet / ſi virtutis ꝓbos actus preferremus. Nemo profecto gētilis eſſet: ſi ipſi vt oportet chriſtiani eſſe curarem⁹: ſi dei monitis / ac ſcitis obtemperaremus: ſi iniurias perpeſſi / vicē nō referremus: ſi maledictis laceſſiti / benediceremus: ſi ꝓ malis bona redderem⁹. Nemo eſſet ita fera belua: vt nō ſtatim / ad cultū vere religionis accurreret: ſi videret hec ab omnib; fieri. Atqꝫ vt diſcas ita eſſe: vn⁹ profecto erat Paulus: ⁊ tam multos ad dei attraxit noticiā. Si omnes eſſem⁹ hmōi: quot terraꝝ orbes attrahere ⁊ ipſi poſſem⁹? Ecce eñ plures chriſtiani / ꝙ̄ gētiles ſunt. Nempe in reliquis artib; cētum ſimul pueros: vnus docere ſufficeret. Hic autē cum plurimi magiſtri ſint / atqꝫ ideo diſcipuli lōge plures eſſe deberēt: nullus tamē accedit: nullus attrahitur. Quippe diſcipuli ſemꝑ doctoꝝ vitā intuētur. At ſi quidē viderint nos quoqꝫ eadē ſecū appetere: eadē cōcupiſcere: honoris / atqꝫ primatus ambitū q̄rere: quādo illi chriſtianā religionē poterunt admirari? Vident ecce rep̄henſibilē chriſtianoꝝ vitam: terreſtres animos / atqꝫ in humū abiectos: pecunias nō ſecus ꝙ̄ ſe admirari / imo ⁊ longe ampli⁹ mortē ſilit̄ ꝑhorreſcere pauꝑtatē parit̄ metuere: morbos eadē impatiētia tolerare: claritatē / atqꝫ potentiā nō minus / ꝙ̄ ſe amare: auaritie gratia ſeipſos cōcidere tēpori obſequi. Vñ ergo credere illi poterāt? fortaſſe ex ſignis? At iſto modo nō fiūt. An modo ex ſanctitate vite? Sed illa plane perijt: nō vero charitatis cauſa? At nuſq̄ aliquod ipſius veſtigiū cernit̄. Quo circa nō mō pctoꝝ noſtroꝝ: verū ⁊ alieni incōmodi cuius ipſi cauſa ſum⁹ rationē profecto reddemus. Reſipiſcam⁹ tandē euigilemus queſo / celeſtē in terris cōuerſationē p̄feramus. Dicamus cū apoſtolo: Quia cōuerſatio noſtra in celis eſt: certamē in terris / atqꝫ pugnā ſubeam⁹. At fortaſſe inq̄es: Fuerunt magni apud nos viri: ſed occurret gentilis ⁊ dicet: Unde id credā / neqꝫ enim vos eadē gerere video: que illos feciſſe predicatis. Nam ſi hmōi narrationib; paſſim credere oportet: poſſumus / ⁊ ipſi philoſophos adducere in mediū: magnos atqꝫ mirabiles: vite ac moꝝ gratia. Ceteꝝ oſtēde mihi paulum / aliūqꝫ Ioannē. Nūc eñ vel pro obolo occidi / atqꝫ occidere parati ſinguli eſtis / pro terrena gleba innumeras excitatis lites / pro morte filij / miſcetis omnia / ⁊ cūcta cōfunditis. Alia q̄ppe referre omitto: lachrimis / ac gemitib; digna: auguria ſcilicꝫ / vaticinia / obſeruatiōes / geneſim / ſigna / ligaturas / diuinatiōes / atqꝫ incātatiōes ⁊ cetera hmōi: q̄ oīa magno ꝓfecto ſcelere p̄ſumūt̄ / deniqꝫ irā ꝓuocare ꝯſueuerūt: atqꝫ eo mag; : ꝗ poſt ingētis beniuolētie ⁊ inſignis miſeratōis indicia / poſtq̄ ille filiū ſuū ꝓ redimēdis hominib; miſit: hec nefario auſu admittimus. Quid ergo faciendū eſt? Ingemiſcendū ſcilicet. Vix eñ orbis minima pars ſeruat̄: omneſqꝫ fere ſunt eterne mortis periculo expoſiti. Ceteꝝ quid agunt hi q̄ ſenſum oīno doloris amiſerūt? Exultāt dū iſta audiūt: ꝙ nō ſoli pereāt: ſed ꝑditōis ſue plurimos habeāt ſocios. Veꝝ id gaudiū execrabile oīno eſt: ipſiuſqꝫ vna cū ſcelerib; ceter; perſoluēt penas. Neqꝫ eñ velim exiſtimes: quēadmodū hic fieri ſolet: ita ⁊ in futura vita contingere: vt ſcilicet ſolatiū aliquod ferat: ſocios habere miſerie. Unde id ꝯſtet? Ex ſubiecto ſcilicet exēplo: dic eñ queſo / ſi quis dānatus ignibus: filiū quoqꝫ ſuū / vna intueat̄ / nidoremqꝫ ex ipſius carne aſcendentē hauriat naribus nonne morietur? Nam ſi hi quoqꝫ qui ſani ſunt: dū hec fieri vidēt / pene reſoluūtur: multomagis id paſſuri ſunt / qui ea clade vexātur. At neqꝫ iſta mireris audi quid dicat ſapiēs quidā: Et tu captus es quēadmodū ⁊ nos: ⁊ in nobis cōputatus es. Eſt enim fere ad miſericordiā pronū humanū gen⁹ / alioꝝqꝫ calamitatibus facile cōmouemur. Nam quo pacto pater / filiū in eadē dānatione poſitū vidēs / ſolatiū capiat? Cōtra penitus: pena illi ex ea ſocietate auctior fiet. Eadē profecto ratiōe / ſi vir vxorē cōſortem dānationis aſpiciat: ⁊ homo itidem hominē: ſolatij nihil: ſed ſupplicij plurimū accipiet cumulū. Ac tūc longe magis iſta patiemur ꝙ̄ nūc: neqꝫ eñ ſimiles ſunt cruciatus vtriuſqꝫ tēporis: ſed tūc ꝓfecto erūt duriores. Erit quippe tunc gemitus / omni ꝯſolatione deſtitutus: cū omnes ſeinuicē in ſupplicijs videbūt: omneſqꝫ mugitū pariter dabunt. Quippe ⁊ hi qui fame tabeſcūt / nō ſolatiū capient / ſi calamitatis ſue ſocios habeāt: ⁊ ſi itē filij parentes: vel parētes itidem filios: vel vxorē vir: aut viꝝ vxor: eadē clade / ſecū affici viderint: nū cōſolari poterūt? neqꝫ ſi amicos quidē aſpiciamus nobiſcū vna pena torq̄ri: vllū capiem⁹ omnino ſolaciū: imo ex ea ſocietate cruciatus noſter auget̄. Preterea clades non nulle ſunt / que licet cōmunes cū plurimis ſint: pre acerbitate tamē / nihil ꝯſolatiōis admittūt. Nam exempli cauſa: Sit quiſpiā igni impoſitus: ⁊ alius vna vratur / quo pacto iſti ſe mutuo ſolari poterūt? Experti nempe id ſumus: ſi quādo vehementioris febris ardore terremur: tunc nempe nos omne ſolaciū deficit: ⁊ merito ſane. Ubi eñ ea inualuerit peſtis: difficile iā animus aliq̄d cōſolationis admittit. An non vides eas / que amiſerūt viros: licet plurimas enumerare mulieres poſſint idē ꝑpeſſas / nihilo tamen ſegnius / luctu / ac merore ſe cōficere. Non igitur ea: tā deteſtabili nutriamur ſpe: verum vnico vtamur ſolatio: vt ſcilicet eorū que peccauimus: penitentiā agamus / atqꝫ iter illud rectū arripiamus: qđ nos ferat ad celū: vt celeſti regno ꝑfrui mereamur: gratia ⁊ miſericordia domini noſtri Ieſu chriſti: cū quo eſt patri ⁊ ſpirituiſancto gloria / imperium / honor / nunc ⁊ ſemꝑ ⁊ in ſecula ſeculoꝝ Amē.

Homelia. XI. Ex capitulo. III.

## D Iaconos ſimiliter pudicos non bilingues: nō vino multo deditos: non turpis lucri appetitores: habētes myſteriū fidei in conſcientia munda. Et hi autem probētur primū: deinde miniſtrēt ſi abſqꝫ crimine ſunt.

Poſtq̄ de epiſcopis dixit: eoſqꝫ formauit / quid nam illos habere cōueniat: a quo itē abſtinere neceſſe ſit dictās: omiſſo interim p̄ſbyteroꝝ ordine / ad diaconos trāſijt. Cur id queſo? Quia ſcilicet inter epiſcopū / atqꝫ preſbyteꝝ intereſt ferme nihil. Quippe ⁊ p̄ſbyteris eccleſie cura ꝑmiſſa eſt: ⁊ que de epiſcopis dixit / ea etiā preſbyteris cōgruūt: ſola q̄ppe ordinatiōe ſuperiores illi ſunt: atqꝫ hoc tātū / plus ꝙ̄ preſbyteri habere videntur. Diaconos vero habere eadē monuit: vt ſcilicet irrep̄hēſibiles ſint / pudici / hoſpitates / modeſti / nō litigioſi / nō auari / non bilingues: hoc eſt nō ſimulatores / non doloſi. Nihil eñ ferme nos ita degenerare a ſpirituali nobilitate facit vt fraus / atqꝫ dolus: nihilqꝫ in eccleſia nocet magis / ꝙ̄ verſuta ſimulatio [Nō vino inquit multo deditos: nō turpis lucri appetitores: habentes myſteriū fidei in cōſcientia mūda] His profecto verbis irreprehēſibiles debere eſſe ſignificat. Iam vo intuere: quō ⁊ hinc neophitū arceat. Nā cum dicit ⁊ hi autē probētur primū: ſicuti ⁊ de epiſcopo dixerat: ita cōnexionē protin⁹ addidit. Nihil eñ mediū ineſt: atqꝫ ideo ⁊ illic dixit / nō neophitū. Perq̄ eñ ineptū ⁊ abſurdū eſt / ſi cum emptitiū ſuū introducimus domū / non prius illi aliquid domeſtice ſuppellectilis tradim⁹: ꝙ̄ longo experimēto ſentētie ſue atqꝫ volūtat; plurima inditia dederit / in eccl̄ia dei nō eadē vtamur diligētia: ceterū nouitiū / adhuc in primo ſtatim cōſtituim⁹ ordine / añq̄ fidei ſue / atqꝫ vite dederit documēta [Mulieres miniſtras ſimiliter inq̄t caſtas / non bilingues / ſobrias / fideles in omnib;] Pleriqꝫ volunt apoſtolū hoc de mulierib; ſimpliciter precepiſſe / veꝝ nō ita eſt. Quid eñ cōſequētie haberet inter ea / que de epiſcopis / atqꝫ diaconis monuit: mulierū vllā facere mentionē? Sed de his profecto ait: que miniſterij dignitate ſunt p̄dite [Diaconi ſint vnius vxoris viri] Eadē ⁊ miniſtris mulierib; ꝯgruūt: id eſt nimiū neceſſariū / atqꝫ vtile in eccleſia: diaconi inquit ſint vnius vxoris viri. Vides vt eadē / ⁊ ab his virtutē requirat? Et ſi eñ epiſcopi atqꝫ diaconi impar dignitas eſt: pari tñ ratiōe vtrūqꝫ eſſe irrep̄henſibilē decet: atqꝫ eadē ſanctimonia vite cōſpicuū [Filios (inq̄t) bene regētē / et ꝓprias domos: qui eñ bene miniſtrauerint: ḡdum bonū ſibi acq̄runt / ⁊ cōfidentiā magnā in fide / q̄ eſt in chriſto Ieſu] Ubiqꝫ filioꝝ curā diligētiſſimā ponit: ne ex hoc reliqui ſcandalū capiāt [Qui eñ inq̄t bene miniſtrauerint / gradū bonū ſibi acq̄runt] ꝓfectū. ſ. ⁊ cōfidentiā magnā in fide. Nēpe eñ / qui in his / q̄ inferiora ſunt / diligētiā ſuā / vigilātiāqꝫ mōſtrauerint: facile ⁊ ad ea / que ſunt ſuperiora / atqꝫ excellētiora peruenıēt. [Hec ſcribo tibi ſperās venire ad te celeriter. Si autē tardauero: vt ſcias: quomō oporteat in domo dei cōuerſari: que eſt eccleſia dei viuētis: colūna / firmamētūqꝫ veritatis] Ne ex eo qđ illi de hmōi ſcripſerat: diſcipulū forte merore cōficeret / ait nō iccirco hec ſcribo: q̄ſi nō iam ventur⁹ ſim: veniā eñ ꝓfecto: ceteꝝ ſi tardare cōtigerit / vti ne moleſte id feras. Huic quidē leuādi cauſa meroris hec ſcribit: veꝝ alijs / alia rōne: vt ſcꝫ eos vigilātiores / ſtudioſioreſqꝫ faciat. Nā ⁊ ipſi⁹ p̄ſentia multum poterat / vel ꝓmiſſa. Nihil eñ eſt cur admirer; ſi qui ſpiritu cūcta preuidebat: hoc ſe ignorare fateatur / dicēs: ſpero venire: ſi autē tardauero: hoc enim ignorātis eſt. Quia eñ ſpiritu / nō ꝓpria voluntate ducebat̄: ⁊ ſpirit⁹ ſententia gerebat oīa: idqꝫ merito ignoraſſe putat̄ [Ut ſcias (inq̄t) quō oporteat in domo dei cōuerſari / q̄ eſt eccleſia dei viuētis / colūna / ac firmamētū v̄itatis] Nō quēadmodū illud iudaicū tēplū: hoc eñ eſt / qđ fidē cōtinet / ac predicatōeꝫ: q̄ppe v̄itas eccleſie / ⁊ colūna / ⁊ firmamentū eſt [Et re vera inq̄t magnū eſt pietatis myſteriū: de⁹ manifeſtat⁹ eſt in carne / iuſtificat⁹ eſt in ſpiritu:] quib; ꝓfecto v̄bis diſpēſatio ꝓ nobis aſſumpte carnis exp̄mit̄. Nec velim mihi tintinabula illa obijcias: neqꝫ ſancta ſanctoꝝ / neqꝫ pontificē. Colūna eſt orbis eccleſia. Animaduerte myſteriū: ⁊ veneratiōis horrore moueberis. Myſteriū eſt / magnūqꝫ myſteriū / ⁊ pietatis ſacramētū: ⁊ re vera abſqꝫ vlla q̄ſtiōe / indubitatū q̄ppe eſt. Quia eñ de ſacerdotib; diſſerens / nihil eiuſmodi ſtatuit: cui⁹ in leuitico p̄ceperat lex:

ad altiora profecto nos ſubuehit: ꝙ. ſ. in carne manifeſtatus eſt cōditor [Apparuit (inquit) in carne/ iuſtificatus eſt in ſpiritu]. Siue hoc intelligi vult: ꝙ iuſtificata eſt ſapientia a filijs ſuis: ſiue quia dolū nō fecit: vt ꝓpheta teſtat̃ dicēs: qui peccatū nō fecit: nec inuētus eſt dolus in ore eius. Apparuit (inquit) angelis: ergo ⁊ angeli nobiſcū viderūt filiū dei quē antea nō videbāt. Re vera magnū myſterium eſt: vbiqꝫ terraꝝ auditū/ atqꝫ creditū eſt. Ne em̄ exiſtimes v̄ba eſſe ſimplicia: aſſumptꝰ eſt (inq̄t) in gl'ia. Nēpe em̄ huic: quē aſſumptū mortaliū deduxerūt: acceſſerūt angeli/ ⁊ miniſtrabant ei. In omnē terrā exiuit ſonꝰ eoꝝ. Aſſumptꝰ eſt (inq̄t) in gloria: dū ſcꝫ in nubib⁹ ferret̃ in celū. Intuere autē ſapiētiā Pauli: cū em̄ eos monere pergeret: qui huius miniſterij dignitatē accepiſſent: nō paſſim indulgere vino: nō ait nō ebrioſos: ſed neqꝫ vino multo deditos. Nā ſi illi qui in templo illo carnali miniſtrabāt: a vino penitus abſtinebāt; quāto magis hos eſſe decet abſtemios. Nam vini vſus īmodicꝰ in amentiā deijcit: ac niſi ebrietatē inducat: anime tñ robur exoluit: oim̄ neqꝫ illiꝰ virtutē/ ac ſubſtātiā debilitat/ ⁊ prorſus eneruat. Intuere autē quō omnib⁹ in locis diſpēſationis aſſumpte ꝓ nobis carnis/ myſterium vocat. Neqꝫ em̄ eſt oībus hoībus cognitū: imo ne angelis quidem ipſis manifeſtū fuit. Quo em̄ pacto cū ipſis per eccleſiā manifeſtatū ſit? Iccirco ait re vera magnū eſt: nā profecto veriſſime magnū p̄dicatur. Nō em̄ factus eſt deus: ⁊ deus homo: homo apparuit abſqꝫ peccato: homo aſſumptꝰ eſt: predicatꝰ eſt in mūdo: viderūt eū āgeli nobiſcū: myſteriū igit̃ eſt. Caueamꝰ ꝓpalare myſteriū: neqꝫ ip̄m vbiqꝫ ꝓferamus. Digni tāto myſterio viuere ſtudeamꝰ. Hi nēpe quib⁹ myſteria credūtur/ magni vtriqꝫ ſunt. Nā ſi rex nobis temporalis/ myſteriū crederet: nōne id ſingularꝭ amicitie/ ac familiaritatꝭ inditiū/ certūqꝫ argumentū haberemꝰ? At nūc deus nobis myſteriū credidit. Et quō inquies myſteriū dicit̃/ qđ eſt omnib⁹ notū? Sed id antea erat incognitū: nūc autē ſingularis gratie merito manifeſtatū eſt. Studeamꝰ igit̃ digni fieri: quib⁹ credit̃ tāti cuſtodia ſacramenti. Ipſe em̄ nobis myſteriū tāte excellētie credidit: nos illi neqꝫ pecunias credimꝰ. Ceterū cū ille hortet̃/ ac dicat/ mihi veſtra oīa ſeruāda ꝑmittite/ nemo ea diripiet: neqꝫ tinea demolietur: neqꝫ latro ſuffodiet: ac centuplū ſe daturū polliceat̃: ne ſic q̄dē obtemperamꝰ. Et certe cū apud aliquos quippiā deponimus: nihil accipimꝰ ampliꝰ/ gratiaſqꝫ agimus ſi vel totū: qđ depoſuimꝰ receperimus ⁊ ſi fur aliquid furet̃: noſtro cū detrimēto id faciet. At vero celeſtis ille depoſiti noſtri ſaluator dicturꝰ tibi non eſt: Latro accepit/ neqꝫ corroſit tinea: ſed ⁊ hic cētuplū reddit: ⁊ illis eternā adijcit vitā/ ⁊ nemo tamen apō illū deponere ſtudet. At inq̄es ſero mihi iſta reſtituit: ⁊ iſtud illius magnifici muneris: ſignū profecto maximū eſt: ꝙ hic iſta non reddit in hac . ſ. vita fluxa ⁊ mortali: Immo v̄o ⁊ hic centuplum reddit. Nam queſo Paulus nōne hic artis inſtrumēta reiecit? nōne petrꝰ calamū retheqꝫ dimiſit? nōne theloneū Matheꝰ reliquit? ⁊ tñ orbis totꝰ illis lōge magiſqꝫ regib⁹: maioriqꝫ cū ſecuritate patebat. Nōne ad pedes ipſoꝝ oēs pecunias deponebāt? nonne illos rerū ſuaꝝ diſpēſatores/ ac dños faciebant? nōne ⁊ animas ſuas in ipoꝝ manib⁹ deponebant? nōne toti ex illoꝝ cōſilio/ ac volūtate pendebāt? nōne ⁊ ſeipſos illoꝝ ſeruos magna animi libertate fatebant̃? Quid autē nōne nunc etiā hmōi plura fieri cernimꝰ? Nēpe em̄ cōplures ſepe obſcuro loco nati: ⁊ qui victū antea manuū ſuarū labore querebāt: nepharijſqꝫ alimētis egebāt: cū ſe ad monachorū vitā cōtuliſſent: illuſtriores oībus euaſere: atqꝫ a regib⁹ ipſis honorati ſunt. Nū parua iſta putabimꝰ? Sꝫ cōſidera iſta pro additamēto eſſe: ceteꝝ ſpei noſtre ſūma futuro tēpori reſeruari. Cōtēne pecunias: ſi pecunias habere vis. Si ditari cupis/ pauꝑ efficere. Hmōi q̄ppe diuina ſunt munera: omnēqꝫ tranſcendūt ſpem. Nō vult ille ꝓprio ſtudio: ſꝫ gratia ſua diuitē fieri. Mihi (inq̄t) iſta permitte: tu ſpiritualium tantū reꝝ curā habe: vt meā potentiā diſcas. Seruile pecuniaꝝ iugū fuge: quippe ſi illas tenere volueris/ inops eris. Sin autē eas aſpernatus fuerꝭ duabus ex partib⁹ diues euades. Tūc tibi omnia vndiqꝫ affluēt: ex eo maxime: ꝙ nihilo eorū indigeas: quib⁹ plurimi egēt. Neqꝫ ei poſſidere plurima: ſꝫ plurimis non indigere diuitē facit. Itaqꝫ q̄ꝫdiu rex aliquo indiget: nihil meliore in loco q̄ꝫ pauper eſt: q̄ppe indigere alijs ea tādem paupertas eſt. Itaqꝫ neqꝫ reges ipſi ea ratione paupertatis nomen effugiunt: quia ſubditis indigent. At non ita qui ſe crucifixerit mundo nihilo enim indiget: ſufficiuntqꝫ ei ad victum manus ſue. Mihi em̄ inquit/ ⁊ his qui mecū ſunt miniſtrauerūt manꝰ iſte. Iſta ille dicebat/ q̄ alio in loco: q̄ſi nihil habētes/ ⁊ oīa poſſidētes. Ille inquā iſta dicebat: q̄ deus ab his qui lyſtris morabant̃/ exiſtimatꝰ eſt. Si cupis his: q̄ in mūdo ſunt frui: celū quere: ſi vis etiā preſentia cōſequi: toto illa ſtudio deſpice. Querite em̄ (inq̄t) celoꝝ regnū: ⁊ hec oīa adijcient̃ vobis. Quid parua iſta miraris? Quid ad ea q̄ abiectiſſima ſunt/ inhias. Quādiu inops eris? q̄ꝫdiu pauꝑ eſſe perſiſtes? In celū intende aciē: celeſteſqꝫ diuitias aīo verſa: aurū irride. Diſce cuiuſmodi ſit illiꝰ vſus: q̄ꝫdiu nobiſcū duret: vſqꝫ ad preſentē tm̄ vitā fragilē/ atqꝫ mortalē illius vſus extendit̃. Quantū deniqꝫ arena: imo v̄o quantū ſtella abimenſo abyſſo diſtat: tantum vita preſens/ ab eternis: atqꝫ imortalib⁹ bonis. Nō eſt hec vera poſſeſſio: vſus eſt/ ne ipē quidē ſatis ꝓpriꝰ. Quo em̄ pacto? q̄n quidē te expirāte velis nolis/ alij tua omīa accipiūt: ⁊ ipſi rurſus alijs tradūt: ⁊ illi itidē alijs. Omnes em̄ peregrini: atqꝫ aduene ſumꝰ: atqꝫ dn̄s domus forte magis eſt mercenarius domus. Sepe em̄ illo defuncto/ hic permanet/ pluſqꝫ dn̄s fruitur domo. Et ſi iſte mercede cōducit domū: ⁊ prior ille mercede itē edificauit/ magnoqꝫ cū labore ⁊ erūna cōſtruxit: verbo tm̄ ea dominatio eſt: re autē vera omnes alienarū reꝝ dn̄i ſumus. Illa tm̄ noſtra ſunt: que illuc premittere caute ſtudemꝰ: que autē hic ſunt/ nō noſtra: ſed viuentiū ſunt: imo viuentes ſepe derelinquūt. Illa ſola noſtra ſunt: queqꝫ virtutis anime ꝓpria ſunt: elemoſyna . ſ. ac pia in pauperes miſeratio. Porro iſta exteriora dicunt̃ etiam apud ipſos externe ſapiētie auctores: q̄ppe que extra nos ſunt. Ea igit̃ iuris noſtri faciamus. Neqꝫ em̄ poſſibile eſt: hinc pecunia accepta migrare: ſed plane poſſibile elemoſyna data ꝓficiſci: imo v̄o ipſa etiā p̄mittamus: vt nobis in eternis manſionib⁹ tabernaculum p̄parēt. Pecunie em̄ a greco vocabulo/ ab vſu dicunt̃/ non ꝙ ꝓprie ſint: immo ⁊ poſſeſſiones ipſe



vſus nō dn̄atio ſunt. Dic em̄ queſo villa quelibet q̄t habuit dn̄os? quot itē habitura eſt? Dicit̃ quoddā vulgo prouerbiū: ⁊ ſapienter quidē: neqꝫ em̄ paſſim cōtemnenda ſunt: que vulgo dicunt̃: ſi quid in ſe recti habēt. Ager (inq̄t) q̄ꝫ multos habuiſti/ ⁊ q̄ꝫ multos habiturus es dn̄os: hoc ⁊ ad domos/ ⁊ ad pecunias rite dici poteſt. Sola igit̃ virtus nobiſcum migrare cōſueuit. Uirtus ſola ad eternā vitam pertranſit. Euigilemꝰ tādē: pecuniarūqꝫ extinguamꝰ appetitū: vt deſideriū noſtrū omne/ ad eterna tranſferre poſſimꝰ. Non poſſunt duo iſti amores ſimul habitare: vnūqꝫ poſſidere animū. Aut vnū (inquit) diliget/ ⁊ alterū odio habebit: aut vnū ſuſtinebit/ ⁊ alterū ꝯtemnet. Si videris virū clientū ſtipatum multitudine in foꝝ erumpe: ſericis amictū veſtib⁹/ atqꝫ equo vectū/ noli ſtupeſcere: ſed potius ride. Ac ſicuti cū pueros videris ꝯſtituto inter ſe principe ludere: riſum tenere nō potes: ita ⁊ hic facito. Nihil h̄ illo deterius eſt: imo hoc lōge gratius: quippe qđ a puerili etate: magna cū ſimplicitate/ ⁊ innocētia geritur. Hic nēpe riſus voluptati permixtus eſt: contra/ ille ridiculus/ ac turpitudine plenꝰ. Deo grãs age ꝙ te hmōi ſcena/ faſtuqꝫ turgido eripuit. Nam ſi quidē ipſe volueris/ humili tu loco natus: celſior eo euades/ qui vehiculo fertur. Quo pacto? Et ille . ſ. corpore quidē humo modico ſuperior eſt: ceteꝝ animo terre affixus eſt. Adheſit enī (inquit) virtus mea carni mee. Tu vero mente in celo verſaris. At cliētes ille plurimos habet ſe deducentes: at incertum eſt/ magis ille/ an equꝰ honoret̃. Quid autem hac ſtoliditate deterius? Sequunt̃ hoīes vt iumētum facilius tranſeat. At forte equo vehi inter appetēda ducat̃? Sed ſeruis iſtud quoqꝫ cōmune eſt. Quid autē dici irrationabiliꝰ poſſit/ q̄ꝫ velle ex equorum ac precioſe veſtis/ clientūqꝫ apparatu putare illuſtrē. Quid ea gloria dici vilius/ atqꝫ abiectius poteſt: que in equis ꝯſiſtit/ ac famulis? Uirtuti ſtudioſus es? nullo iſtoꝝ vtere: ꝓprias habeto diuitias/ ꝓpriūqꝫ ornatū. Hec enī ⁊ nequā hoīes/ ac ſcelerati: ⁊ ruſtici/ latroneſqꝫ omnes: qui diuites ſunt habere valent. Mimi item/ atqꝫ ſaltatores feruntur equis: famuloſqꝫ habēt/ qui ante ſe currāt. Mimi tñ atqꝫ ſaltatores ſūt: ⁊ ex equis/ ac famulis nihilo honeſtiores euaſerūt. Quotiēs em̄ eis qui huiuſmodi ſunt: nulla eſt animi virtus: fruſtra ⁊ incaſſum hec extrinſecus apponūtur: ⁊ quemadmodū caduco parieti: aut nimiū fragili corpori quelibet q̄ſqꝫ appoſuerit in ſua imbecillitate perdurat: ita ⁊ h̄ nullum anima emolumentū ab his que ſunt extrinſecꝰ ſumit: ſed eadē ꝑmanet quātalibet ei quiſqꝫ forinſecus ornamenta circūdet. Nō iſta miremur attoniti ceteꝝ animos a tēporalib⁹/ ac fluxis rebus/ ad eterna/ ac digniora transferamꝰ celeſtiū tangamur deſiderio: ſpiritalia tm̄ cōſectemur: que nos re vera honeſtos faciūt/ ac verendos/ vt etiā futuris perfruamur bonis: in chriſto Ieſu domino noſtro: cū quo eſt patri/ ⁊ ſpirituiſancto/ gloria/ imperiū/ ⁊ honor in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Homelia. XII. Ex capitulo. IIII.

**s Piritus autem manifeſte dicit ꝙ in nouiſſimis temporibus: recedent quidā a fide intēdētes ſpiritibus erroris ⁊ doctrinis demoniorum in hypocriſi falſa loquentiū: et cautheriatā habentiū conſcientiā: prohibentiū nubere: abſtinere a cibis: quos deus creauit: ad ſumendū cum gratiaꝝ actione fidelibus: et his qui cognouerunt veritatē: quia omnis creatura dei bona eſt: nihilqꝫ ei reijciēdū quod cum gratiarū actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei et orationem.**

Quemadmodū hi qui fide ſubnixi ſunt/ in tuto nauigāt: ita ⁊ qui illa exciderūt: nuſq̄ꝫ poſſunt cōſiſtere: ſed longo errore circūacti: poſtremo in ip̄a perditiōis prerupta ferunt̃. Qđ quidē etiā ante ſignauerat/ cū quoſdā diceret circa fidē feciſſe naufragiū. Et nunc itē [Spiritus manifeſte dicit: ꝙ in nouiſſimis tēporib⁹ recedent quidā a fide: intendētes ſpiribus erroris] De manicheis/ ⁊ encratiſtis/ ⁊ marcioniſtis: omniqꝫ illorū officina hic loquit̃: ꝙ . ſ. recedent quidā a fide. Uides vt maloꝝ omniū ſit cauſa a fide diſcedere. Quid ſibi vult manifeſte? plane apte indubitato. Ne inquit igit̃ mireris: ſi modo quidā a fide diſcedētes/ adhuc iudaica ſuꝑſtitiōe detinētur. Tēpus erit cū hi q̄ fidei participes ſunt: iſtud maiore cū execratiōe facient/ cū non modo ad cibos vſqꝫ ꝑnitioſum cōſiliū inferet: verū nuptias quoqꝫ ⁊ hmōi cūcta dānabunt: nō de iudeis hec dicit: quo enī pacto locū haberet/ qđ ſequit̃ in nouiſſimis temporib⁹: ⁊ illud itē recedēt quidā a fide? Uerū de manicheis/ ac de hmōi erroris ducib⁹ ea proſequitur. Spiritꝰ autē erroris/ merito ipſos appellauit: q̄ppe eiuſmodi ſpiritibus afflati iſta locuti ſunt. Quid eſt autē in hypocriſi falſa loquētiū? nempe ipſa que mentiunt̃/ nō per ignorantiā/ neqꝫ inſcij: ſed ſimulando loquūtur. Cū certe veritatē nō ignorēt: veꝝ cautheriata conſcientia hoc eſt/ vita flagitioſa ſint. Cur autē ſolos iſtos hereticos fore predixit? cū chriſtus de alijs q̄qꝫ p̄dixerat/ dicēs: Neceſſe eſt vt veniant ſcandala/ rurſumqꝫ futura zizania prenūciauit. Tu velim Pauli predictionē admireris: quippe ante tempora/ quib⁹ iſta futura erant/ ip̄m indicat tempus. Noli igit̃ mirari inquit: ſi modo/ quādo initiū accepit fides iſta: quidā clam inferre conātur perdita dogmata: quādo quidē longo poſt tempore firmiſſimis illa radicib⁹ innixa fuerit: pleriqꝫ a fide receſſuri ſunt: prohibentiū inq̄t nubere abſtinere a cibis. Quid oro? Num alias quoqꝫ hereſes tacuit? ⁊ ipſas profecto ſignauit/ dicēs [ſpiritib⁹ erroris/ ⁊ doctrinis demonioꝝ]. Neqꝫ enī iam tunc iſta voluit humanis inſerere animis: ſed id tm̄ aperuit qđ iā initiū ceperat abſtinere a cibis/ q̄s deꝰ (inquit) creauit/ ad ſumendū fidelib⁹ ⁊ agnoſcentib⁹ veritatē. Infidelib⁹ vero: necdū infideles erant: q̄n per leges ſibi hoꝝ vſus interdicebat̃. Quid ergo? Nonne delitie ꝓhibite ſunt? ⁊ nimis id quidē. Cur id ſi ad ſumendū cōdita ſunt? Quia ⁊ panē creauit:

deus: ⁊ tamē vſus ꝓhibetur īmodicus: ⁊ vinū cre-
auit itidē: atq; eo īmoderate vti ꝓhibuit. Nō itaq;
delitias tanq̄ īmundū aliquid cauētes iubet: ſ; vt
que ſi deſeratur modus vigorē animi ſoluāt. Quia
omnis creatura dei inq̄t bona eſt: nihilq; reijciēdū
qđ cū gratiarūactiōe percipit. Si creatura dei bo-
na eſt: omnia enim bona valde/ eo ꝙ creaturā dei di
xit: edulia cūcta ſignauit. Jamq; tūc hereſim iugu-
lauit eoꝝ: qui materiā ingenitā introducūt: atq; ex
illa facta eſſe hec dicūt. Si igit̄ bona eſt: quid eſt qđ
ait [ſanctificat̄ per verbū dei/ ⁊ oratiōnē] Nō quia
īmundū eſt/ ideo ſanctificat̄: Abſit: Uerū hoc in lo-
co illos alloq̄tur: q̄ cōmunia quedā ex ipſis eſſe ar-
bitrātur. Duo igit̄ capita ponit: vnū quidē ꝙ crea-
tura nulla cōmunis eſt: ſecūdo ꝙ ſi cōmunis ſit/ me
dicamentū in promptu eſt. Signū illi crucis impri
me: gratias age: deo gloriā refer: ⁊ protinus īmun
ditia om̄is abſceſſit. Num vō inquies: ⁊ qđ idolis
immola tū fuerit eadē poſſumꝰ ratiōe mūdare: Li-
cet ſi qnidē neſcias idoloticū eſſe. Sin vō ſciens/ ac
prudens illud percipias/ īmundus iā eris: nō ideo
q: idoloticū eſt: ſed ꝙ cū tibi imperatū ſit: nō cōmu-
nicare demonijs: per id cōmunicaſſe conuinceris.
Jtaq; neq; illō natura hmōi eſt: veꝝ ex ſentētia tua
atq; inobedientia īmundū fit. Num ſi vlla caro im
munda eſt: nō ſi cū gratiarūactiōe percipit̄/ crucíſq;
ſignaculo: ne aliud quicq̄ īmundū eſt. Sola quip-
pe volūtas erit īmūda: que gratias nō exhibet deo
[Jſta fratrib; dictās bonꝰ eris miniſter chriſti ieſu
innutritus verbis fidei/ boneq; doctrine: quā aſſe-
cutꝰ es] Que nā vō iſta ſunt: ꝙ. ſ. myſteriū magnū
eſt: ꝙ his abſtinere demonū eſt: ꝙ per verbū ⁊ ora-
tionē dei tibi mundant̄ [Jnnutritus (inquit) vbis
fidei/ ⁊ doctrine/ quā aſſecutus es: profanas autē
⁊ aniles fabulas deuita: exerce autē teipm̄ ad pieta
tem]. Jſta ſuggerēs inquit: Uides vt nuſq̄ hoc in
loco auctoritate imperātis: ſed ſola condeſcēſiōe vta-
tur. Suggerēs inquit: nō ait imperās: nō dixit ad-
monēs: ſed ſuggerēs: ac ſi dicat/ cōſulēs hec ſugge-
re: verbaq; de fide/ ac religione moue. Jnnutritus
inquit perpetuā intentionē: ⁊ quaſi diuinaꝝ rerum
habitū indicat. Nā quemadmodū carnales cibos/
diebus ſingulis/ ex neceſſitate requirimus: ita ⁊ fi
dei/ pietatiſq; doctrinā ſemꝑ accipimꝰ: eaq; iugiter
enutrimur. Jnnutritus inq̄t: hoc eſt diuina eloq̄a
ꝑpetuo ruminās: ⁊ infatigabiliter animo verſans:
eaq; intētiſſime quottidie meditās. Quippe iſta nō
minimū animoꝝ alimentū ſunt. [Profanas autē
⁊ aniles fabulas deuita]. Quas hoc loco fabulas
dicit: Judeoꝝ profecto ineptas obſeruatiōes: ⁊ ni-
miū id quidē cōgrue. Nā ſunt re vera fabulis etiā
deteriores. Siue iccirco fabulas appellat/ q: intē-
peſtiue fiūt. Qđ em̄ ſuo tēpore fit/ perutile eſt. Sin
vō intēpeſtiue fiat: nō modo inutile: veꝝ ⁊ noxiū eſt
Nam exēpli grā: Si quiſpiā poſt vigeſimū etatꝭ an
nū vberib; inhiet/ infantū more: q̄ ridiculus erit:
Uides vt hec īmunda/ et anilia dixerit: partim q:
antiq̄ta ſunt: partim q: impedimēto fidei fiūt. Nā
velle ſub metū legis inducere animā: que legalia cū
cta tranſcēderit: ⁊ ad celſitudinē vē grē/ ac libertatꝭ
euaſerit: ⁊ execrabile ſimul ⁊ īmundū eſt [Exerce au
tē teipm̄ ad pietatē] hoc eſt ad fidē purā/ vitāq; re-
ctā. Jd q̄ppe ſignificat pietatis nomē. Exercitatiōe
igit̄ nobis opꝰ eſt: ſed digna: ſed ſpiritali [Corpora
lis eī (inq̄t) exercitatio ad modicū vtilis eſt] Quidā
hoc apl'm de ieiunio aiūt dixiſſe: ſed ꝓfecto errant:
neq; enī eſt corporalis exercitatio ieiuniū/ ſed ſpiri-
tualis. Nā ſi corporalis eſſet: corpꝰ ꝓfecto nutriret
cū autē illud maceret/ ⁊ extenuet/ maciēq; cōficiat:
corporalis dici oīno nō pōt. Jgit̄ de corporis exer-
citatiōe ait: inutili illa: ⁊ q̄ nihil afferat lucri: ſoloq;
corpori accomodata ſit. Spiritalē igit̄ exercitatōēʒ
noīe pietatis inſinuat: que letiſſimos fructus in fu-
turo ſeculo reddit: ⁊ hic atq; illic recreat [Fidelis ſer
mo] hoc eſt verꝰ: qm̄ in hoc ſeculo/ ⁊ in futuro/ hu-
ius ſacre exercitatōis nobis p̄miū reddit̄. Uides vt
oībus in locis hoc inferat. Nullo indiget appara-
tu: nihil ꝑſuaſiōe opus habet: ſed abſolute ſententiā
fert: quippe ad Timotheū illi ſmo erat. Ergo ⁊ in
hoc ſeculo iam preſtantiſſima nutrimur ſpe. Nā is q̄
nihil ſibi mali cōſcius eſt: plurimiſq; virtutib; orna
tus incedit: ⁊ hic iā letus exultat: ac ſpei ſue fructib;
paſcit̄. Sicut ecōtra/ malus quiſq;/ ac reprob;: nō
in futuro tm̄: veꝝ ⁊ in preſenti ſeculo cruciat̄: dum
metu ꝑpetuo agitatur: ⁊ neminē aſpicere fidēter au-
det: dū tremit iugiter/ pallet/ atq; anxiꝰ eſt. An ve-
ro nō hmōi ſunt etiā cupidi quiq;/ ac fures: qui his
que habent fidere nequaq̄ poſſunt: Adulteri item
atq; homicide: nōne moleſtiſſimā viuūt vitā: q̄ ſolē
ipm̄ abſq; metu/ atq; ſuſpitōe nō hauriūt. Heccine
igit̄ vita dicēda eſt: Minime vero/ ſed acerbiſſima
mors [Jn hoc enī (inq̄t) laboramꝰ ⁊ exprobramur:
q: ſperamꝰ in deo viuēte: q̄ eſt ſaluator omniū/ ma
ximeq; fideliū] Cuius (inq̄t) rei gratia/ noſipſos af
fligimꝰ/ atq; cōcidimꝰ niſi futuroꝝ recreemur ſpe:
Cur omnes exprobrāt nobis: Nū fruſtra inq̄t iſta
ꝑperimur: q̄ iniurias/ cōtumelias/ maledicta ⁊ ma
la quottidie innumera ſuſtinemꝰ: Si in deo viuēte
minime ſperamꝰ: cuius rei gratia hec patimur: Ex
ſi infideles hic ſaluat: quāto magis illic fideles ſer-
uare p̄ſumit̄: Quā vō ſalutē dicit: eternā. ſ. Qui eſt
(inq̄t) ſaluator omniū hominū/ maximeq; fideliū: h
eſt longe plus ſtudij circa fideles oſtendit: interim ⁊
huius tēporis ſalutē dicit. Et quō inq̄es fideliū ſal-
uator eſt: ſi p̄ſentis tēporis ſalus accipiēda ſit: imo
⁊ hac in vita fideles ſuos ꝓtegere/ ac ſeruare nō de-
ſinit. Nā niſi ille ſaluator eſſet: quō fideles ſui obſi-
ſtere poſſent: cū impugnarent̄ ab oīb;: ⁊ non magis
in interitū deuenirēt. His vbis diſcipulū etiā aiat
ad ꝑferēda pericula: ne laſſeſcat/ neu ſoluat̄ metu/
cū ſaluatorē hmōi habeat deū/ alienaq; ꝓtectiōe nō
egeat: quib; ꝓfecto ad ferēda oīa fortit̄: atq; cōſtant̄
accendit̄. Nā ⁊ hi qui tēporalib; comodis inhiant:
ſpe q̄ſtus incitati negociatiōis labores/ atq; ꝑicula
cōſtātius ſubeūt. Jam igit̄ nouiſſimū iminet tēpꝰ.
[Jn nouiſſimis (inq̄t) tēporib;: recedēt quidā a fide:
intendētes ſpiritib; erroris: doctriniſq; demoniorū
in hypocriſi falſa loquentiū: ⁊ cautheriatā habētiū
cōſcientiā: ꝓhibentiū nubere] Quid igit̄: Nos in-
quies/ nubere nō prohibemꝰ. Abſit vt volētes ꝓ-
hibeamꝰ: ⁊ ſi nolētes ad virginitatꝭ celſitudinē cōſe
ctandā hortemur. Aliud quippe eſt ꝓhibere: ⁊ aliō
ſue volūtatis dn̄m relinquere. Nā aliꝰ quidē ꝓhib;
atq; id totis virib; nitit̄: alius vō ad virginitatē ve-
luti digniorē hortari pergit: neq; id nubere ꝓhibēs
facit: ſed celſioris virtutis merita ſectāda proponit.
Prohibentiū inq̄t nubere: abſtinere a cibis: q̄s deꝰ
creauit ad ſumēdū cū grāꝝactōe fidelib;: atq; agno



ſcentib; veritatē. Pulchre ait agnoſcentib; veritatē
q̄ppe vetera illa/ ac priora/ oīa figure erāt: nihil em̄
naturaliter īmundū eſt: verū ex cōſciētia ſumētis ef
ficit̄/ vt īmundū ſit. Cuius ergo rei gratia ciborū
plurima genera/ illis per legē interdixit: Ea. ſ. rōe
vt delitias amputaret īmodicas. Ceteꝝ ſi quidem
diceret apertius delitias fugite: atq; ideo ab his ci-
bis ideo abſtinete: nunq̄ ꝓfecto toleraſſent: neq; ob
tēperaſſent. At nūc illos neceſſitatis lege cōſtrinxit
vt maiori metu/ ab his ſumēdis arceret. Nā ꝙ ſuil
la carne piſcis īmundior ſit/ oībus profecto liquet:
⁊ tn̄ cū illa interdicta ſit: piſciū nō carniū interdicit̄
vſus. Ex vō ꝑnitioſe delitijs ſolui ppl's ille ſolitꝰ ſit
Moyſen audias dicentē: Comedit ⁊ impinguatꝰ
atq; incraſſatꝰ/ ac delicatus eſt/ ⁊ recalcitrauit di-
lectus. Eſt autē ⁊ alia cauſa. Ut em̄ anguſtati ꝑ le-
gem iam boues mactandos acciperēt/ oueſq; īmo-
larēt: merito ꝓpter apim ac vitulū a reliquis arcet:
q̄ppe ille īmundꝰ/ ingratꝰ/ ſceleſtꝰ ꝓphanꝰ impurꝰ
eſt. Jſta ſuggere: hec meditare. Hoc q̄ppe eſt qđ ait
innutritus verbis fidei: ea nō modo alijs meditāda
ꝓpone: veꝝ ⁊ ipſe in eis ꝑpetua exercitatiōe verſare.
[Jnnutritus (inq̄t) vbis fidei: ac bone doctrine quā
aſſecutus es/ profanas autē ⁊ aniles fabulas deui
ta] Cur queſo nō ait: ſuſtine: ſ; deuita: Ne. ſ. hmōi
ſibi exercitium ſumeret aduerſus eiuſmodi friuolas
obſuatiōes dimicādi. Neq; em̄ fieri pōt/ vt qui cō-
tra ꝑuerſe ſentētie hoīes pugnat aliq̄d lucret̄ vnq̄:
Ceteꝝ ſi qn̄ dānū aliqđ ex noſtra taciturnitate me-
tuimus: quaſi ꝓpter infirmitatē/ defectūq; ratiōis
metuentib; nobis aduerſus eos ſubire cōflictū: tūc
neceſſario retundēda illoꝝ improbitas eſt. [Exerce
autē teipm̄ ad pietatē [Pietas autē rectiſſima vite
norma eſt: ⁊ cōuerſatōis optime diſciplina. Porro
q̄ exercet̄: etiā ſi tēpus luctaminis deeſt: ipſe tamen
anxietate nō vacat: ⁊ q̄ſi ī procinctu certaminis po
ſitus/ oīa gerit/ ab oībus abſtinet/ totuſq; in certa-
mine eſt: ⁊ puluere ſemꝑ/ ſudoreq; reſꝑgitur [Exer-
ce autē (inq̄t) teipm̄ ad pietatē: corporalis (inq̄t) exer
citatio/ ad modicū vtilis eſt: pietas vō ad oīa vtilis
eſt: repromiſſionē habēs vite p̄ſentis/ ac future] Cu
ius inquies rei gratia/ corporalis exercitatōis mē-
tionē fecit: vt. ſ. ex collatiōe huius oſtēderet eminen
tiā. Jlla enī cū labores inferat plurimos/ nihil ha-
bet lucri: hec autē ꝑpetua/ atq; copioſiſſima emolu-
mēta largitur. Sicuti cū dicit/ mulieres ſeipſas or
nare/ nō in tortis crinib;: aut auro/ aut margaritꝭ/
aut veſte precioſa: ſed qđ mulierib; cōuenit/ profitē-
tibus pietatē ꝑ opera bona [Fidelis ſermo ⁊ omni
acceptione dignus: in hoc em̄ laboramꝰ/ ⁊ expro-
bramur] Paulus afficiebat̄ probris: ⁊ tu ea graui
ter/ atq; indignāter fers: Paulus laborat: ⁊ tu de
litias q̄ttidie meditaris. At profecto nunq̄ ille tam
excellēti laude: eterniſq; bonis potiret̄: ſi vitā in de-
litijs agere maluiſſet. Nā ſi ſecularia cōmoda/ cum
ſint mortalia/ ⁊ corruptibilia: hoīes nō abſq; labo-
ribus/ ac ſudorib; aſſequūtur: multo minus illi ſpi
ritalia/ ac digniora prouenient ocio/ deſidiaq; torpē
tibus. Sed inquies: At plurimis iſta ſepe heredi-
tario iure proueniūt. Et ſi ſic illa proueniāt: hoꝝ ta
men cuſtodia/ laborib; ꝑpetuis/ angoribuſq; nō va
cāt: veꝝ laborare illos: atq; in erūnis agere neceſſe
eſſe: ⁊ quidem nō minus/ q̄ qui illa initio q̄ſierunt.
Omitto eī interim referre: vt plurimi poſt labores
plurimos/ ⁊ erūnas/ ſpe ſua fruſtrati ſunt/ in ipſo
portꝰ ore vēto ꝯtrario/ aliqua ex parte irruēte: atq;
inter medias ſpes inferēte naufragia. Uerū enim
apud nos nihil hmōi eſt. Deus em̄ pollicet̄: ſpeſq;
nō ꝯfundit. An vero ignoratis ⁊ vos: qui negocijs
ſecularib; inuerſamini/ q̄ multi poſt labores innu-
meros: fructus oēs ſtudioꝝ ſuoꝝ amiſerūt: cū autē
morte prerepti ſunt: aut rerū mutatiōe delapſi: aut
morbo longiore vexati: aut calūnijs inuidoꝝ/ atq;
aduerſantiū preſſi: aut quoſlibet caſus alios perpeſ
ſi ſūt: cuiuſmodi ſepe mortalib; obuenire neceſſe eſt.
Ex quib; ꝓfecto oībus id fit: vt vacuis proficiſcant̄
manib;. Ceteꝝ tu mihi cōtra eos numerare perges
qui minimis laborib; m'lta bona queſiere. Que nā
iſta bona ſunt: pecunie. ſ. copia: magnificētia domꝰ
ſoli infinita iugera: mācipioꝝ greges: argenti atq;
auri pondus īmenſum: hec tu appellare bona non
erubeſcis: neq; ſuffunderis/ homo cū ſis/ cui de ce-
leſtibus philoſophari fas ſit: Nō inquā erubeſcis
terrenis ſolū rebus: ⁊ cōmodis inhiare mortalib;:
cui ad fruēdū patet ſi volueris celū: eaq; appellas
bona que indigniſſima/ ſimul atq; viliſſima ſunt.
Nempe enī ſi bona hec dicimus: ⁊ eos qui ea poſſi-
dent bonos itidē vocare debemꝰ: Nā qui bonū ali
quod habet: quō pōt ipſe eſſe nō bonꝰ: Quid ergo:
ſi qui iſta poſſidēt īmodica habēdi cupiditate aliena
diripiāt: nū eos dicemus bonos: Si enī bone di-
uitie ſunt: hec vero ex cupiditate iniquiſq; cōpēdijs
oriunt̄: quāto ille auctiores ſunt: tāto qui eas poſſi
det: melior fieri putandus eſt: atq; ea ratiōe ille erit
optimus: qui cupidiſſimꝰ fuerit. Si aūt diuitie bo-
ne ſunt: que ex cupiditate incremēta ſuſcipiūt: eo q̄ſq;
bonitate preſtabit/ q̄ plura poſſederit. Qđ q̄ ſit ab-
ſurdū/ quāq; a ratiōe diſſentiat/ omnib; perſpicuū
eſt niſi forte abſq; cupiditate opes congeri poſſent:
atq; innoxie poſſideri. Sed id profecto fieri nulla
ratiōe poteſt: vt pernitioſiſſima hec ꝑturbatio inno
xia ſit: atq; id chriſtus dicēs diffinit ſua ſentētia: Fa
cite vobis amicos de māmona iniquitatis. Quid
igitur inquies/ ſi patri heres quiſq; ſucceſſerit: Jn
iuſte profecto coactas accepit opes: neq; enī ex adā
maiores ſui traxere diuitias: fieriq; poteſt vt ⁊ alij
plures etate preceſſerint: atq; inter plurimos inuē-
tum eſſe quēpiā qui iniuſte aliena ſuſceperit. Quid
ergo dicemꝰ inquies de Abraā: nū iniquas ille poſ
ſedit opes: Quid item de Job: qui innocēs: qui iu-
ſtus: qui verax: qui dei cultor: qui a malis omnib;
abſtinēs predicat̄ Opes illis nō in auri argētiq; ta
lentis: non in preclaris edib;: ſed in pecorib; erant.
Que profecto diuitie: ⁊ innocue/ ⁊ diuinitus ꝑmiſ-
ſe ſunt. Nā ꝙ ex pecore ille cōſtarēt/ inde manifeſtū
eſt. Cū enī is q̄ illius geſta cōſcripſit: ea q̄ illi cōtige
rāt enumeraſſet: dixiſſetq; camelos/ ⁊ equas/ ⁊ aſi
nas mortuas eſſe: nō addidit auri quoq; talēta di-
repta fuiſſe. Preterea Abraā quoq; familiarū di-
ues fuiſſe memorat̄. Quid ergo inq̄es: has ille non
emit: Nequaq̄/ qđ ſcriptura ſignauit dicēs: verna
culos illi fuiſſe trecētos decē ⁊ octo/ ⁊ oues/ ac bo-
ues. Unde igit̄ auꝝ rebecce tranſmiſit: ex egypto id
dono perceperat: nemine violato/ aut iniuria affe-
cto. Dic em̄ queſo/ vnde tu diues es: vñ ille: ex aul
ta inq̄es hereditate: aliꝰ itidē ex hereditate paterna
potes ne lōgā generis ſeriē repetēs opes iſtas ꝓba
re crimine carere iniuſtitie: Nunq̄ profecto id pote-

ris: verū neceſſe eſt haꝝ initiū: ac radicem ex aliqua
iniquitate manaſſe. Unde id cōſtat? ex eo. ſ. ꝙ deꝰ ab
initio nō fecit / aliū quidē diuitē / aliū pauperē: neqꝫ
huic theſauros effodiendos oſtēdit / illū hac inueſti
gatiōe priuauit: ſed eandē omnibꝫ apperuit humū.
Quo igit̃ pacto / cū illa cōmunis ſit / tu illius per
multa iugera poſſides: proximuſqꝫ vero / ne vnius
glebe poſſeſſiōe letat̃? Pater inq̇s mihi iſta reliq̇t
ille autē a quo ea ſuſcepit? A maioribꝫ. ſ. Sed neceſ
ſe profecto eſt / ꝑ ſucceſſiōis lineā aſcēdēdo inuenire
principiū: id autē iniuſticia vacare non pōt. Diues
fuit Jacob: verū laboris ſui mercede ditatꝰ eſt. Sꝫ
mittamꝰ plane iſta: neqꝫ ea diligētiori ſcrutemur ex
amine. Sint iuſte diuitie: ⁊ omni rapine crimine li
bere. Neqꝫ enī tu eris obnoxius: que pater queſi
uit iniquo forte cōpēdio. Et ſi em̄ que habes / ex ra
pina collecta ſunt: nō tu tn̄ ea rapuiſti. Uerū vt cō
cedamꝰ: ne illū quidē rapuiſſe: ſꝫ effoſſum humo ha
buiſſe theſauꝝ / quid tādē? num iccirco ſunt bone di
uitie? Minime id q̇dē. Sed neqꝫ inquies male ſūt:
niſi fuerint ex auaritia / ⁊ cupiditate ꝯgeſte. Nō ma
le ſunt: ſi egenis fuerint diſtribute. Sin ṽo hmōi of
ficijs pietatis inſeruiant / ⁊ male / ⁊ pernitioſe ſunt.
Quādiu enim quiſqꝫ malū nō facit: malus non eſt.
Quid vero ſi bonū nō fecerit: bonus erit? An vero
id malū nō eſt: ſolū dominicas poſſidere diuitias?
ſolū frui his que cōmunia cōdita ſunt? nōne dn̄i eſt
terra ⁊ plenitudo eiꝰ? Si igit̃ cōmunis dn̄i ſunt no
ſtra oīa: noſtroꝝ quoqꝫ cōſeruoꝝ / nō minꝰ debent
eē q̄ꝫ noſtra. Que em̄ dn̄i ſunt / oīa cōia ſunt. An ṽo
nō videmꝰ / ⁊ in magnis domibꝫ: hec ita ꝯſtitui? pu
ta oībus equaliter eſca diuiditur: q̇ppe ex theſaurꝭ
dn̄icis promitur: cōmuniſqꝫ omnibꝫ eſt: ⁊ equa ra
tione patet dn̄i domus. Cōmunia ſunt omnibꝫ: iti
dem ⁊ regalia oīa: cōmunes vrbes: platee / porticꝰ
omnibꝫ ſunt: equūqꝫ ius in his omnibꝫ eſt: nec aliꝰ
plus alio poſſidet: que vſui publico patent. Tu ve
lim dei diſpoſitionē cōſideres oīno mirabilē: fecit q̄
dam eſſe cōmunia: vt vel ex ipſis genꝰ miſerat̃ hu
manū: puta aerem / ſolē / aquā / terrā / celū / mare / lu
cem / ſidera: hec oīa veluti fratribꝫ oībus ex eq̄ par
titur: eoſdē omnibꝫ / oculos cōdidit: corpꝰ idē: eādē
animā / ſimilē per oīa cunctis effigiem: ex humo ꝓ
duxit oīa: atqꝫ ex vno hoīe molitus eſt oēs. Ceterū
nos horum nihil al's induxit / incluſit / fecit / ⁊ alia
pleraqꝫ cōmunia vtputa lauacra / vrbes / plateas /
porticꝰ / ⁊ cetera hmōi. Et intuere q̄ſo / vti in his / q̄
cōia ſunt: nulle reſonāt lites: ſed pacata ſunt oīa: ex
quibꝫ ſi quis aliq̇d vſurpare conetur: ac ꝓpriū face
re / tunc iam ꝯtinuo excitantur lites: veluti natura
ipſa indigne ferente. Et cum deus nos vndiqꝫ col
ligat: nos ecōtra ipſos diuidere nitimur: ac diſcer
pere oīno cōtendimꝰ: dū nobis cōia vſurpare cona
mur / ac dicere: hoc tuū / hoc meū eſt. Ex hoc em̄ con
tentio omnis: atqꝫ oīs occaſio meroris orit̃: vbi au
tē hoc nō eſt: nulla lis / nulla cōtētio gignitur. Ma
gis igit̃ cōmunis reꝝ ⁊ aqua poſſeſſio: q̄ꝫ ꝓprietas
illa / hereditario iure prouenit / magiſqꝫ ſ̄m naturā
eſt. Ut quid enī nemo vnq̄ꝫ de fori ꝓprietate conten
dit? Quia cōmune omniū eſt. At vero de domꝰ poſ
ſeſſione omnes certare videmꝰ: ⁊ de pecunijs itidē:
Et ea quidē que neceſſaria ſunt / nobis cōia ꝓponū
tur: nos vero ne in his quidē que minima ſunt fedꝰ
ſeruamꝰ ſocietatis humane / dū ea cōmunicare ne
gligimus. Et certe illa iccirco cōmunia fecit / vt ex
his diſcamus / ⁊ iſta poſſidere cōmuniter. At nos
ne ſic quidem diſcere volumus: verū vt dixi bonꝰ
eſſe nō poteſt: qui diuitias poſſidet ſolus: ſed tūc bo
nus efficitur ſi eas alijs quoqꝫ cōmunicet. Si il
las nō habet bonus erit: ſi ⁊ alijs tribuat erit itidē
bonus: ceterū q̄ꝫdiu eas habuerit ſolus: bonꝰ profe
cto nō erit. Hoc igit̃ bonū dicēdū: qd̄ dū tenet̃ ma
los oſtendit: dū deponitur bonos? Nō igit̃ habere
pecunias bonū eſt: veꝝ nō habere videri bonū facit
Nō igitur ſunt bone diuitie: ceterū ſi eas dū licet ac
cipere rēnuas / bonus itidē eris. Si igit̃ eas habē
tes cōmunicamꝰ egētibus: ⁊ oblatas ſponte rēnui
mus: tūc boni ſumꝰ: ſin ṽo eas vel oblatas ſumpſe
rimꝰ: vl' ſoli poſſidere velimꝰ / boni nō ſumus: qua
ratione diuitie bone dicēde ſunt? Noli igit̃ eiuſmo
di appellatiōe falli: nec bonas dixeris: que bona nō
ſunt. Iccirco nempe bono / quod verū eſt / cares: q̄a
bonas diuitias putas: q̄ illas miraris attonitus.
Purgare animū ſtude: iudiciūqꝫ diligentius adhi
be: tunc profecto bonꝰ eris: cū iudicio minime ober
raueris. Diſce que vera ſint bona. Que nā vero iſta
ſunt? Uirtus. ſ. atqꝫ benignitas: eadē profecto nor
ma ſi miſericors fueris. Quāto ea re excellis magis
tāto melior eris / atqꝫ putaberis: nō ſic autē ſi fuerꝭ
diues. Ita igit̃ boni eſſe ſtudeamꝰ: vt boni veraci
ter ſimus: futuriſqꝫ perfruamur bonis in chriſto ie
ſu domino noſtro: cum quo eſt ⁊c̄.

Homelia. XIII. Ex capitulo. IIII.

p Recipe hec et doce. Nemo
adoleſcentiā tuam contēnat
ſed forma eſto fideliū: in ſermone:
in conuerſatiōe: in charitate: in fi
de: in caſtitate. Dum venio vaca
lectiōi: exhortatiōi: doctrine. No
li negligere gratiam / que in te eſt:
que data eſt tibi per prophetiā: cū
impoſitiōe manuū preſbyterij.

Sunt quedā in rebꝫ humanis: q̄ doctrina indi
geāt: ſunt itē q̄ imꝑio. Si igit̃ ꝑuerſo ordīe / vbi do
cere neceſſe ē imꝑare malueris: ridiculus ꝓfecto erꝭ
Eadē rōe / ſi docere ꝑgas: vbi imꝑio vti cōuenit hoc
ipm ſil'r patierꝭ. Uerbi gr̄a: Malū nō eē: docere mi
nime cōuenit: ſꝫ imꝑare: ⁊ magna vi auctoritatis ꝓ
hibere: iudaicis itē nō itēdere fabulis ſil'r imꝑandū
eſt. Ceteꝝ ſi q̇dē ſubſtātias pauꝑibꝫ diſtribuere: vir
ginitatēqꝫ ſuare opꝰ ſit: ac de fide diſſerere: hic iam
doctrina / ⁊ exhortatōe agēdū eſt. Iccirco vtrūqꝫ po
ſuit Paulus / p̄cipue inq̇ens / ac doce: Puta ſi q̇s
ligaturas inanes / aut aliud q̇ppe eiuſmodi / ſciēs ac
prudēs ſeq̇t̃: p̄cepto atqꝫ imꝑio tm̄ arcēdꝰ ē. Sin ṽo
ignarꝰ ī ea inciderit / docēdꝰ ē [Nemo inq̇t adoleſcē
tiā tuā ꝯtēnat] Uides vt īꝑare ſacerdotē neceſſe ſit:
ſūmaqꝫ cū auctate diſſerere: nō ſꝑ docere. Nēpe em̄
q̄m adoleſcētia ex p̄ſūpta opiniōe cōi ferme ꝯtēpti
bilis exiſtimat̃: iccirco ait: nemo adoleſcētiā tuā ꝯtē
nat. Oportet enī eū q̇ doctoris officiū ſuſcipit: ita ſe
agere vt deſpici ꝯtēniqꝫ n̄ poſſit Sꝫ fortaſſe dicturꝰ
es: Ubi modeſtia ac māſuetudo ſacerdotꝭ eluceatꝭ



ſemꝑ in honore ſit / neqꝫ ꝯtēptui pateat. In his q̇dē
q̄ ad ſe ꝑtinēt ſi ꝯtēnat̃ ſane: ꝯſtātiſſime ferat: ita em̄
per patientiā virtꝰ p̄dicatiōis oſtēdit̃. Uerū in his
que alioꝝ tangūt ſalutē: cōtemptui oīno nō pateat.
Id q̇ppe nō māſuetudinis ē ſꝫ ſtulticie. Nā ſiquidē
iniurias in ſe / ſi maledicta: ſi inſidias vlciſci velit /
rite oīno culpabit̃. Ueꝝ vbi aliene ſalutis negociū
agit̃: imperio vtat̃ / atqꝫ ex culmine autoritatꝭ: ne q̇d
noxiū imineat gregi ſumma cura ꝓuideat. Neqꝫ enī
hoc in loco māſuetudine: ſꝫ auctoritate opus eſt: vti
ne eccleſie vtilitas pereat. Aut forte hoc ſignificare
voluit / dicēs: Nemo te adoleſcētie cauſa cōtemnat.
Si em̄ etatis defectū: indolis magnitudine: morū
qꝫ maturitate ſuppleueris: nullus iā te adoleſcentie
cauſa cōtemnet: verū admirabit̃ magis. [Sed for
ma inq̇t / eſto fideliū / in ſermone / in cōuerſatione / in
charitate / in fide / in caſtitate: in om̄ibꝫ teipm̄ p̄bens
bonoꝝ operū formā:] hoc eſt exēplar vite / atqꝫ mo
rū ipſe eſto / tanq̄ꝫ imago ꝓpoſitꝰ: tanq̄ꝫ aīata lex: ve
luti regula / ac norma bene / recteqꝫ viuendi. Hmōi
quippe doctorē eſſe neceſſe eſt. In ſermone inq̇t / vt
facile inſtruere ꝑ doctrinā poſſit. In cōuerſatiōe: vt
eccleſie ſit ꝓpoſitus ad imitandū. In charitate / in fi
de in integerrima caſtitate: ī ſobrietate / ceteriſqꝫ vir
tutibꝫ: ex quibꝫ norma ſumitur bene / beateqꝫ viuen
di. [Dū venio inq̇t / lectiōi vaca: ⁊ exhortatiōi / atqꝫ
doctrine.] Timotheū ecce admonet lectiōi operam
dare. Audiamꝰ oēs intentiꝰ: atqꝫ diſcamꝰ diuina
rū meditationē ſcripturarū minime negligere. Dū
venio inq̇t / ꝓuidētiſſime oīno id poſuit / ſolat̃qꝫ diſci
pulū. Fieri em̄ neceſſario debuit: ne deſertū ſe: ac pa
rente deſtitutū / ille putaret: niſi ille ſuū polliceretur
aduētū. [Dū inq̇t venio / lectiōi vaca: diuiaꝝ ſcꝑtu
rarū: exhortatiōi mutue / doctrineqꝫ ad omēs. Noli
negligere gr̄am: q̄ in te eſt: q̄ data eſt tibi ꝑ ꝓphetā:]
doctrinā hic intelligi voluit: [cū impoſitiōe manuū
preſbyterij]. Nō de preſbyteris / hoc in loco: ſed de
epīs loquit̃. Neqꝫ em̄ ꝓfecto p̄ſbyteri / ipm̄ ordina
rant. [Iſta meditare / in his eſto.] Intuere queſo /
diligētius: vt illū eadē de re ſepiꝰ moneat. Id ꝓfe
cto oſtēdere volens / eū q̇ doctrine miniſteriū ſumit:
in his maxie oīm ſtudere neceſſe ſit. Attēde inq̇t tibi
ipſi / atqꝫ doctrine ⁊ ꝑmane in ip̄is: hoc ē attēde tibi
et reliq̄s doce: hoc enim faciēs / ⁊ teip̄m ſeruabis: ⁊
eos q̇ te audiūt. Nā q̇ doctrine innutrit̃ miniſterio:
prior ſibi inde alijs emolumēta cōq̇rit Dū em̄ alios
admonet: ſeip̄m q̄ꝫ cōpungit. Iſta ꝓfecto timotheo
dū loquit̃ omēs ſalubriter admonet. Et ſi ei q̇ mor
tuos excitabat / hec monita edidit: q̇d iam nos miſe
ri dicturi ſumus? Sꝫ ⁊ chriſtus eū q̇ ꝓferret de the
ſauro ſuo / et noua / et vetera homini patrifamilias
ſimilē dixit: Et Paulus iteꝝ alio in loco: vt ꝑ pati
entiā inquit / ⁊ conſolationē ſcripturaꝝ ſpem habea
mus. Id q̇ppe ip̄e maxie oīm egiſſe deprehendit̃: q̇
ad pedes Gamalielis paterna inſtructꝰ eſt lege: ac
poſtmodū lectiōi intētiſſime operā dedit: nam prior
ipſe fecit: qd̄ alios monuit. Deniqꝫ videas illū iugit̃
ꝓphetaꝝ / vti teſtimonijs: recōditoſqꝫ in illis eruere
ſenſus. At ṽo paulus lectiōi intendit ex qua emolu
mentū ſciebat: nō minimū elici poſſe. Nos cōtra ne
gligimus: ⁊ ſomno / deſidiaqꝫ torpemus. [Ut ꝓfe
ctus inq̇t / tuꝰ manifeſtus ſit omnibus] Uides vt
in hoc q̄ꝫ illū magnū fieri velit / atqꝫ mirabilē: ex q̄
ſcꝫ eccleſie comoda ꝓuenire ſciebat [Ut ꝓfectꝰ inq̇t /
tuꝰ manifeſtus omnibꝫ ſit] nō mō in vite rectitudi
ne / ac ſanctimonia: veꝝ in ſinceritate / atqꝫ vbertate
doctrine. [Seniorē (inq̇t) nō increpaueris.] Non
equidē reor hoc in loco illū de dignitate dixiſſe: ſed
de etate ſenili. Quid ḡ inquies: ſi ⁊ ille emēdatione
opus habet. Tanq̄ꝫ patrē inq̇t / ſuſcipe: ⁊ modeſte al
loq̄re / mixtaqꝫ q̄dā reuerētia admone. [Anꝰ inq̇t /
vt matres: iuuenes vt fratres: adoleſcētulas / vt ſo
rores / in oī caſtitate] Ea q̇ppe rei natura ē: q̄ue q̇d
dā / ac moleſtū inq̇t ē argui / idqꝫ tūc maxie / cū ſenex
arguit̃: atqꝫ ab adoleſcēte: triplex temeritatis notat̃
effigies: quā ꝓfecto ſolat̃ modo hac lenitate. Poſſu
mꝰ q̇ppe ita delinq̄ntes arguere: vt n̄ ḡuiter: nō mo
leſte audiamur: ſi nos in h̄ exercere velimꝰ. Eſt em̄
illud magne prudētie: neqꝫ paſſim oībꝫ ptꝫ. [Iu
uenes inq̇t / vt fratres.] Cuiꝰ rei gr̄a ⁊ hic illū leni
tatꝭ admonuit? Ut ſcꝫ eratꝭ frenaret audaciam: face
retqꝫ lenit̃ admonētē libentiꝰ ſuſcipi. Oportet em̄ ⁊
hic moleſtiā rei / māſuetudīs tēꝑamēto lenire. [Ado
leſcētulas inq̇t / vt ſorores] ⁊ addidit in om̄i caſtitā
te. Nō mō ait obſceni cōgreſſus vitiū caue: veꝝ oēm
ſuſpitiōis vel obſcure aditū claude. Quia em̄ adole
ſcentulaꝝ colloquia: turpi ſuſpitiōe difficile carent:
oportet aūt ep̄m / ⁊ illas alloqui: iccirco ait cū omni
caſtitate. Quid oro h̄ ſibi vult? Iſta ne timotheo im
peras? Ita ſane inq̇t: ꝑ ip̄m em̄ orbem alloquor vni
uerſū. Sin ṽo iſta timotheo p̄cipit: cōſideret iā q̇ſqꝫ
cuiuſmodi debeat eſſe: vt ſcꝫ nullū ſuſpitioni p̄beat
locū: ne vmbrā quidē occaſiōis calūniari volentibꝰ
det. [Uiduas honora: q̄ vere vidue ſunt.] Cur ob
ſecro / nihil de virginitate diſſeruit / neqꝫ ait virgi
nes honora. Ut equidē reor virgines tunc fortaſſe
nō erant: ſiue etiā ꝓpoſito virginitatis exciderāt. Iā
em̄ inq̇t quedā retro conuerſe ſunt poſt ſathanā. Ui
duas inq̇t honora: q̄ vere vidue ſunt. Ergo dat̃ in
telligi / fieri poſſe: vt aliq̄ ſit q̄ virū nō habeat: nec vi
dua tn̄ ſit. Queādmodū em̄ virginē nō hoc facit vi
ri ignorare cōcubitū: ſed ⁊ alijs virtutibꝫ plurimis
illi opus eſt / ad ꝓmerendā vere integritatis laudē:
vt ſcꝫ ſine querela ſit: ⁊ diuinis rebꝫ intēta dn̄o ſem
per aſſideat: ita ⁊ in viduitate magno honore neceſ
ſario indigent. Quia em̄ viros nō habēt: ea res pro
bro eſſe / pleriſqꝫ videt̃ / atqꝫ ideo illā a ſacerdote iu
bet maiori cum ſtudio honorari. Neqꝫ ob eam tātū
rem: verum q̄ etiā digna eſt. [Si qua aūt vidua fi
lios / aut nepotes habet: diſcat primū domibꝫ ſuis:
cū pietate p̄eſſe / ⁊ vices parētibꝫ reddere.] Intuere
prudētiā pauli / quō pleriſqꝫ ī locis ex hūanis rōni
bus admonet: ⁊ ex his q̄ plana / atqꝫ ꝑſpicua ſūt. Ne
qꝫ em̄ magnū aliq̇d / ac ſublime h̄ in loco ꝓponit: ſed
qd̄ vt dixi planū / aptūqꝫ ē: ⁊ vices inquit / parētibꝫ
reddere. Quonā mō? Educarūt te illi / atqꝫ ad incre
mēta ꝑduxerūt: magnoqꝫ honore ꝓſecuti ſunt. Mi
grarūt illi ex vita: nec vicem eis reddere potuiſti: nō
em̄ ⁊ ip̄a illos viciſſim genuiſti: neqꝫ enutriſti: hoc
ſaltem nepotibꝫ exhibe / viceſqꝫ redde. [Diſcāt inq̇t /
primū domibus ſuis cū pietate preeſſe.] Hoc ī loco
beneficētiā intelligi voluit. Hoc em̄ inquit / bonū et
acceptū eſt ī cōſpectu dei. Poſtq̄ꝫ aūt dixerat: q̄ vere
vidue ſunt: q̄ nā ſit veraciter vidua ſignāter expreſ
ſit / dicēs: [Que aūt vere vidua eſt / ⁊ deſolata ſpe
rat in deo / ⁊ ꝑſeuerat in obſecrationibꝫ / ⁊ orationi
bus nocte / ac die: q̄ aūt in delitijs eſt / viuens mor
tua eſt.] Ea inquit / que ſecularem penitꝰ abiecit vi

tam: atqꝫ in viduitate perſiſtit: vere vidua eſt: que in deum/ vt cõuenit ſperat: que obſecrationibꝰ/ ⁊ orationibus intenta/ ꝑmanet in eis nocte/ ac die. Hec nempe vidua eſt: atqꝫ ab illa longe diſcreta: que filiorum ſolatio nititur. Et illam quippe collaudat: q̄ filios nutrit/ vt decet. ceterum ea/ vt diximus/ veraciter vidua eſt: que liberis deſtituta ſola perſiſtit. Deinde eam ip̄am conſolatur/ carentẽ filijs/ dicẽs: Hoc eſſe/ qđ maxime viduam faciat: ſi non modo viri ſolatio: verum filiorũ quoqꝫ priuata ſit: habet enĩ illorum vice omniũ/ deum. Neqꝫ enim filijs orbata/ minus aliquid habet: cum ipſorũ abſentiam ſuppleat: vere vt diximus/ ſolatiũ viduitatis/ ac meritum. Noli inquit/ moleſte ferre: dum audis oportere filios educare: cum ipſa filijs careas: quaſi ex hoc minus dignitatis habitura ſis. Tunc enim veraciter vidua es: cũ eo ſolatio deſtituta/ ex deo ſolo pendes/ rebuſqꝫ diuinis. [Que aũt ĩ delitijs eſt viuẽs mortua ẽ.] Quia enim plurime iccirco viduitatem eligũt: nõ vt laxioris vite occaſiones amputẽt/ ſꝫ vt eas magis incendãt: vt ſcꝫ maiori cũ autoritate oĩa gerãt/ liberiuſqꝫ ſeipſas voluptatibus tradãt. ideo ait: Que aũt in delitijs eſt: viuẽs mortua eſt. Quid oro hoc ſibi vult? Etiam ne mulier vidua/ delitijs arcenda eſt? Et nimiũ quidem neceſſario. Si igitur vbi ⁊ etas: ⁊ ſexus infirmior eſt: delitie ita prohibẽtur: quippe que mortis auctores ſunt: ⁊ mortꝭ eterne: quid dicturi ſunt viri: qui ſe delitijs ſoluũt? Cõgrue profecto ait: que aũt in delitijs eſt/ viuẽs mortua eſt. Diſcamꝰ plane: qđ nam ſit viuentiũ opus: qđ etiam mortuorũ: vt ſcire poſſimꝰ: vbi hãc ſtatuere debeamꝰ. Viuentes ꝓfecto/ que ſunt future vite: que ſola vere vita eſt/ gerunt. Que nã ꝟo future vite opera ſunt: in quibꝫ nos iugiter oporteat exerceri: audi dicentẽ chriſtũ: Venite percipite preparatũ vobis regnũ/ a cõſtitutiõe mundi. Eſuriui enĩ ⁊ dediſtis mihi mãducare. Sitiui ⁊ dediſtis mihi bibere. Viuentes nõ eo ſolũ a mortuis differunt: ꝙ ſolẽ atqꝫ aerem cernũt: ſed eo ꝙ boni aliquid faciũt. Id quippe niſi aſſit viuentibꝫ: nihilo defunctis meliores erunt. Atqꝫ vt id manifeſtiꝰ noueris: audi quõ mortuos quoqꝫ idem ipſe redemptor noſter viuere predicet. Deus inquit/ nõ mortuorũ ſed viuẽtium eſt. Sed iſtud quoqꝫ inquies enigma eſt: igiť vtrũqꝫ ſoluamus. Mortuus eſt quiſqꝫ viuens: cũ in delitijs degit. Quonã modo? Ventri ſolũmodo viuit: ſenſibꝫ ceteris mortuꝰ. Neqꝫ enĩ aſpicit: q̄ aſpicienda ſunt: neqꝫ audit q̄ neceſſario audire cõuenit: neqꝫ ea loquiť: q̄ decet loqui: nihilqꝫ in ſe viuere ꝑter ſolam ventris illuuiem indicat. Ceterũ queadmodũ mortuꝰ quiſpiã ĩ lectulo iacẽs cõploſis palpebris/ clauſiſqꝫ luminibꝫ/ nullũ omino ſenſum habet. ita ⁊ hic ĩmo lõge hic deteriꝰ: ꝗ̄ ille affectus eſt. Ille enĩ bona eque/ ac mala eadẽ ratione nõ ſentit: hic aũt malorũ tñ non amittit ſenſũ ſed nihil boni penitꝰ ſentit Nihil illũ ex his que in futura vita ſeruanť/ mouet: ſed ad oĩa ꝑſtat ĩmobilis: atqꝫ ita mortuꝰ eſt: queadmodũ in cuniculũ quendam obſcurũ: ⁊ tenebroſum antrũ precipitatus: atqꝫ ĩmundicia oĩ plenꝰ: intimis ⁊ opacis vitiorũ ſinibꝫ cõditus: ſemper in tenebris/ inſtar mortuoꝝ degit. Nam cũ per omne tempus: partim prãdijs occupatꝰ/ ac cenis: ꝑtim ebriꝰ durat: nõne in tenebris eſt? nõne mortuus eſt? Netum quidẽ cum vigilare videť: niſi dormitare conuincitur: cũ nec dum p̄terite noctis digeſſerit vinũ: et future potationis imodica cupiditate teneať. Videaſqꝫ illũ ſero/ mane/ meridie: ſemꝑ cenas/ cõmeſatiõeſqꝫ verſare: nocteſqꝫ totas: ⁊ aurore plurimũ ꝑtem ꝓfundo ſopore detineri. Hunccine igiť/ inť viuos ſtatuere/ ac numerare quiſpiã audeat? Jam ꝟo quis poſſit digne tempeſtatẽ illam ingentẽ eloqui: que ex hmõi ꝑnitioſo delitiaꝝ vſu in animã ſimul/ et corpus irrũpit. Queadmodũ enĩ vaſta/ ac perpetua nubium denſitas: radios ſolis nunq̃ ſinit vim ſui fulgoris oſtendere: ita ⁊ vini/ ac delitiaꝝ euaporationes cerebrũ nõ ſecus/ ꝗ̄ ſcopulũ nacte/ illumqꝫ craſſa nube tegentes: nõ ꝑmittũt libere vſqꝫ ſe intẽdere: verum in tenebris perpetuis detinẽt eum qui ſic miſerabiliter iacet affectꝰ. Neqꝫ explicari poteſt oĩno/ quãta intus tempeſtate iacteť. Queadmodũ enĩ ſepe cũ ĩundatio vehemẽtior facta fuerit: aquaꝝ vis officinarũ aditũ occupauerit: turbari eos q̄ intꝰ ſunt cernimꝰ/ ⁊ diſcos/ atqꝫ amphoras: ⁊ ſpõgias: et alia plurima ad exhauriendũ aquã excogitata deferre: vti ne violatis fundamẽtis/ atqꝫ cõmotis oĩs poſt hac ſuppellex inutilis fiat: ita ⁊ aĩa quotiẽs nimis delitijs oppreſſa fuerit: ꝑturbať oĩs intrinſecꝰ ratio. ceterũ qđ iam coactũ eſt: cũ exhaurire difficilimũ ſit: qđ rurſum aliud e veſtigio ingrediať/ incredibile eſt: quãta ꝑturbatio/ quãtuſqꝫ fluctꝰ ĩmineat. Neqꝫ enĩ velim letam/ ſubridẽteqꝫ faciẽ cernas: verum ad interiora trãſgredere: eaqꝫ diligẽti examinatione ꝑpende. Aſpicies ea ingẽti meſticia plena. Ac ſi qdẽ liceret aĩam exutã corꝑe ſubijcere oculꝭ intuẽdã: videres ꝓfecto hmõi delitioſoꝝ aĩas deiectas/ meſtas/ triſtes/ fedas/ macieqꝫ ꝯfectas. Quãto enĩ corpꝰ pĩguedĩe craſſitudieqꝫ diſtẽdiť tãto illa extenuať magis: atqꝫ imbecillior fit: tanto itẽ magis obruiť: atqꝫ ſepeliť. Ac ſicuti in oculoꝝ pupilla ſi quidẽ exteriꝰ ĩpoſitas tuniculas craſſiores effeceris: cernendi vim emittere ex ſe neqt: ⁊ clariꝰ intueri: cũ radius ille oculorũ: ex ea pinguedĩe obtundať: ac tenebris plena ſint oĩa: ita ⁊ corpꝰ cũ fuerit obeſum: aĩam qꝫ obtuſiorẽ euadere neceſſe ẽ. At mortui inquies ĩ putredinẽ/ tabẽqꝫ vertunť/ ingenſqꝫ ab eis ſanies defluit. Id ꝓfecto ⁊ ĩ ea q̄ delitijs ſoluitur fieri videas qppe reuma/ pituita/ purgamẽta nariũ/ ructus: ac vomitꝰ ex ea ꝓfluũt: cetera enĩ omitto: q̄ dictu turpia ſũt. Tãtũ enĩ hñt delitie viriũ: vt q̄ ne eloq̄ qdẽ ipi poſſumꝰ: ea delitias ſibi ꝑferre ſuadeat. Quonã mõ? defluit vndiqꝫ corpꝰ: ⁊ ĩbecilliꝰ fit. At comedit ac bibit. Nõ ẽ id hũane vite argumẽtũ: qppe ⁊ muta aĩalia h̄ ipo fungunť munere. Cũ igiť mortua iaceat aĩa: qd ex eo cibo emolumẽti/ potuqꝫ ꝑcipiť? Neqꝫ enĩ ſi iaceat cadauer exanĩe pulchra veſte cõtectũ ex eo flore veſtꝭ ꝓficiet qppiã: ita neqꝫ aĩa mortua venuſtiori amicta corꝑe: aliq̄d ex eo decore lucrabitur. Nã cũ oĩs illi cura: omniſqꝫ ſermo: et de cocis ⁊ inſtructoribꝫ mẽſe: atqꝫ piſtoribꝫ ſit: nihilqꝫ piũm ſentiat/ aut loquať: nõne mortua eſt? Videamus certe qd homo ſit: diffiniũt illũ externe ſapiẽtie auctores: Animal eẽ rõnale/ mortale/ ratiõis ac diſcipline capax. Nos ab illis hoĩs diffinitionẽ nequaq̃ mutuabimur. Sꝫ vñ? ex diuinis ſcꝫ lr̃is. Vbi nã igiť: qd ſit homo ille diffiniunt? Hõ inquiũt fuit iuſtus: verax/ pius/ abſtinens ab omĩ opꝫ malo/ hoc nẽpe homo eſt: ⁊ alibi iterũ: Magnũ qddã eſt hõ/ ⁊ ꝑcioſum vir miſericors. Ceteros vero qui eiuſmodi nõ ſunt:



q̄tumlibet rationis ꝑticipes fuerint diſciplineqꝫ capaces: nõ nouit ſcꝑtura appellare hoĩes/ ſꝫ canes ⁊ equos/ ⁊ viꝑas/ ⁊ ſerpentes/ ⁊ vulpes/ ⁊ lupos: ⁊ ſi qd etiã hiſce feris ignobiliꝰ eſt? Si igiť hoc hõ eſt qd ſcriptura diffiniuit: q̄ in delitias ſoluiť hõ ꝓfecto nõ eſt. Quo enĩ pacto/ cũ nihil ex eis cure ſit/ q̄ hominẽ faciũt? Neqꝫ enim pñt delitie: atqꝫ ſobrietas in eodẽ habitare domicilio? Hec enĩ ſeinuicẽ perimũt: ſicuti etiã externe ſapiẽtie auctores dicũt. Nã venter pinguis nõ gignit ſenſum tenuem. Moris etiã ſcripture ẽ hoĩes inanimes dicere: cũ carnales eos ſignificare vult: ⁊ certe illis non deerat aĩa: ſed mortua illa erat. Queadmodũ enĩ de his: q̄ virtute clari ſunt: licet habeãt corpꝰ/ dicere tñ ſolemꝰ/ totus aĩa eſt: ita ⁊ de carnalibꝫ licet illis ꝑ vitã nõ deſit aĩa: dicimꝰ totus caro eſt. Sic ⁊ Paulus aiebat his q̄ carnis opa nõ ꝑficiebãt: Vos autẽ nõ eſtis in carne. Pari ꝓfecto rõne/ ⁊ q̄ in delitijs viuũt: nõ in aĩa/ neqꝫ ĩ ſpũ: ſꝫ in carne ſunt. [Que aũt inqt/ in delitijs viuit: viuẽs mortua ẽ] Audite vos iſta: q̄ tempus omẽ in cõmeſationibꝫ/ ⁊ ebrietatibꝰ teritis: q̄ paupes fame tabeſcere/ atqꝫ emori cernitis/ ⁊ negligitis: cũ ipſe iugiter delitijs intente moriamini. Gemine quippe mortis auctores eſtis: dũ ⁊ eos qui fame vexanť: mori ꝑmittitis: ⁊ vobiſipſis mortẽ ꝑ delitias ſpõte cõſciſcitis/ ſimulqꝫ ⁊ vos ⁊ illos occiditis: dũ modũ ſeruare cõtemnitis. Nã ſi abũdantiã veſtrã/ illoꝝ indigentie miſceretis: duplicem ꝓfecto vitã viueretis. Quid queſo ventrẽ ſatietate diſtendis? Quid inopẽ contẽnis inedia? Conſidera queſo diligentiꝰ q̄s nã ſit eſcaꝝ finis: q̄s ciborũ exitus: in qđ illi vertanť: qd fiãt? Nõne vel ad ſolũ indignarꝭ auditũ? Quid igiť vt ſtercora plura cõficias/ elaboras? Nihil ꝓfecto aliud eſt ciboꝝ illa ſuꝑflua cura: q̄ exaggeratio ſtercoris. Habet qppe natura modos ſuos: q̄s ſi q̄s excedat: ⁊ amplius/ q̄ illa velit vitiat: nõ iam cibꝫ ille alimentũ/ ſꝫ ꝑnicies fit. Enutri ſane corpꝰ nõ eneca. Jccirco enĩ alimẽta hec dicimus: nõ vt eis corpꝰ perimamꝰ: ſꝫ vt alamꝰ. Ideo vt reor/ eſca ipa fine tã abiecto cõcludiť: ne ſimꝰ delitiaꝝ amatores. Nã niſi illa h̄ fine deſineret: neqꝫ ĩ ꝑniciẽ corꝑis ĩmodicã verteretť: etiã inuicẽ vocaremus. Si enĩ totũ capere qđ immitteretť venter tuto poſſet: atqꝫ inde corpori ſubminiſtrare vires: q̄s eẽt belloꝝ/ pugnarũqꝫ finis? Nã ſi modo q̄ꝫ cũ partim in ſtercꝰ egeriť: partim in ſanguinẽ inutilẽ/ pituitãqꝫ cõuertiť: ſic q̄ꝫ delitijs inſiſtimꝰ: ⁊ ſepe ſubſtãtias integras vna mẽſa cõſumimꝰ: niſi hmõi delitiaꝝ finis eſſet: q̄ non erũperet nr̃a veſania? Maiore nos indies fetore implemꝰ: cũ delitijs magis inſtamꝰ: corpore noſtro inſtar vtre defluente: ⁊ dũ quiſpiam hmõi ſatietate diſtentꝰ/ crebris ructibꝫ etiã cerebrũ violat: vapores vndiqꝫ ex corꝑe tetri exalãt: veluti ex fornace q̄dã calore intrinſecꝰ ſeneſcẽte: vt ẽ ſapiẽtũ ſentẽtia. Qđ ſi ⁊ hi q̄ forinſecꝰ ſũt/ ita indignanť/ ⁊ grauiter ferũt: qd pati exiſtimas cerebrũ intrinſecus/ dũ iugiter eiuſmodi vaporibꝰ quatiť? Quid item feruẽtis ſanguinis riuos: nec euaporare valẽtis? qd lacunas illas: iecur ac lienẽ? qd ipſa receptacula ſtercoris? Et qđ deteriꝰ eſt: latrinas caute curamus/ vti ne obſtruanť: ſtercuſqꝫ ad ſuꝑiora exalet/ atqꝫ oĩa huiꝰ rei gr̃a facimꝰ/ impellentes contis/ ⁊ inſtrumentis reliquis/ ad id negocij accõmodatis: ventris aũt nr̃i latrinas nõ emũdare curamꝰ: verũ obſtruimꝰ/ atqꝫ opilamꝰ: ⁊ fumo ipſo ad ſuꝑna aſcendẽte: vbi rex ipſe ſedem habet: cerebrũ ſcꝫ deſidemus/ nullaqꝫ mouemur cura. Cur id queſo? Nẽpe q̄r ipm nõ vt regẽ honeſtũ ducimꝰ: ſꝫ veluti ĩmundum quempiã canẽ. Jccirco nãqꝫ deꝰ mẽbra illa lõge ſecreuit: ne qua ex eis ꝑnicies emanaret: ſꝫ minime ꝑmittimꝰ nos: q̄ oĩa modũ nõ ſeruãdo corrũpimus. Taceo enĩ incõmoda reliq̄. Nempe enĩ ſi latrinarũ meatꝰ obſtruas: peſtem videbis protinꝰ gigni. Qđ ſi extrinſecꝰ ĩminẽs feror peſtẽ gignit: is q̄ intrinſecus eſt/ ⁊ vndiqꝫ obſtructꝰ anguſtijs corporis nõ habet vnde euaporet: nõ innumeros/ ⁊ aĩe ⁊ corpori morbos inducet? Qđqꝫ acerbiſſimũ omniũ eſt/ nõ deſunt/ q̄ in deũ ꝯtumelias referãt/ dicẽtes: Quid nã hoc eſt? Stercoris nos receptacula fecit: cũ ipſi id potiꝰ augeãt. At ideo deus/ ita cõſtituit: vt vel ſic delitiaꝝ vſu arceret ĩmodico: vt vel ita ꝑſuaderet/ nõ affigi ſecularibꝫ rebꝫ. Ceteꝝ nos ne ſic qdẽ delitijs tẽperamꝰ: ſed ad fauces vſqꝫ: ⁊ vſqꝫ ad menſe tempus: ĩmo neqꝫ tãdiu voluptate ꝑſeuerante/ delitijs tñ deditiſumꝰ. An ꝟo nõ ſimul/ atqꝫ preterijt linguã/ atqꝫ fauces/ voluptas oĩs extincta ẽ? Senſus quippe oĩs in guſtu eſt. Ceterum poſt hec vbi voluptas illa ꝑtranſijt/ magna prorſus triſticia linquiť/ ſiue ſtomacho ꝑ cruditatem oppreſſo: ſiue q̄libet alia difficultate laceſcẽte. Merito igiť ait: q̄ in delitijs eſt/ viuẽs mortua eſt. Nihil enĩ vel loqui/ vel audire cõuenĩẽter poteſt/ delitijs obſeſſa aĩa: efficitur nãqꝫ mollis/ ignaua/ imbecilla/ illiberalis/ timida: interdum ꝟo audatie/ aſſentatiõis/ imperitie plena/ indignatiõis/ iracundie: malorumqꝫ oĩm receptaculũ: bonis/ virtutibuſqꝫ omnibꝫ deſtituta. [Que in delitijs (inqt) eſt/ viuẽs mortua ẽ. Et hec ꝑcipe vt irreprehẽſibiles ſint] Vides vti hoc legis iure cõſtituat: non ꝓprio ꝑmittat arbitrio. Precipe inquit/ nõ vacare delitijs/ quaſi ꝓ cõfeſſo malũ/ ꝑnitioſumqꝫ habeať/ quaſi nephas ſit/ eũ q̄ delitijs ſtudeat/ myſteriorũ eſſe participem. Et hec inqt ꝑcipe: vt irreprehenſibiles ſint. Vides vt pcĩ ea res ſit? Nam qđ in volũtate cõſiſtit: etiã ſi omittať: nihil ꝓhibet irreprehenſibile eſſe. Et nos itaqꝫ paulo obtẽperantes ꝑcipimꝰ/ delitijs viduas abſtinere. Nã ſi miles lauacris/ ac ſpectaculis vacans/ intentuſqꝫ negocijs: veluti deſertor militie iure damnať: multomagis vidue/ q̄ deſerto munere ſuo delitijs ſtudẽt. Nõ ergo queramꝰ hic requiẽ: vt in futuro ſeculo illã inuenire poſſimꝰ. Fugiamꝰ huiꝰ vite delitias: vt veras eterne vite delitias mereamur: delitias inq̃ eternas/ ignaras mali/ boniſqꝫ ĩmortalibus plenas: quibꝫ vtinã ſimul omnes ꝑfruamur in chriſto Jeſu domino noſtro: cui eſt cũ patre ⁊c̃.

Homelia. XIIII. Ex capitulo. V.

8 **Si quis aũt ſuoꝝ: ⁊ maxĩe domeſticoꝝ curã nõ habet: fidẽ abnegauit: ⁊ eſt infideli deterior.**

Pleriqꝫ virtutem ſuam/ ſibi ſatis eſſe ad ſalutẽ putant: ⁊ ſi vitam ſuã rite diſponant/ deeſſe ſibi nihil arbitranť: ſed hi ꝓfecto fallunť. Id apte ſatis indicat ſeruꝰ ille/ qui talentũ vnũ/ ſibi a domino creditum fodit in terrã. Neqꝫ enĩ ĩminutũ illud: ſed integrum/ et huiuſmodi quale acceperat/ retulit. Cui dẽter ⁊ beatꝰ paulus h̄ in loco/ id ipm aſſerit dicẽs:

ſi quis aũt ſuoꝝ curam nõ habet/ cure noĩe/ ꝓuidẽtiam anime/ corporiſq; ſignificat: ⁊ hec enĩ cura eſt. Qui ꝟo ſuoꝝ/ ⁊ maxime domeſticoꝝ/ hoc eſt genere ad ſe pertinentiũ curã nõ habet: infideli inq̇t/ deterior eſt. Idem ferme Eſaias q̃z ꝓphetarũ eximius admonet/ dicens: Domeſticos ſeminis tui ne deſpexeris. Nam ſi q̇s propinquos genere: atq; affinitate cõiunctos aſpernet̃: q̃ pacto erit in alios clemẽs? Nonne vanitati/ iudicio omniũ erit obnoxius: ſi alienos beneficijs fouẽs: ꝓpinquos ſumma immanitate deſpiciat? Quid itẽ ſi illos de fide inſtruat: hos in errore iacere ꝑmittat: quib⁊ benefacere iure ſuo facilius/ ⁊ comodius poſſit: quãte iſtud immanitat̃ erit? Quã late patet detractiõis locus/ dicentibus gentibus/ chriſtianos ſine affectione eſſe: qui deſpiciãt ſuos. [Et eſt inquit infideli deterior.] Cur idẽ? Quia ille/ ⁊ ſi alienos deſpicit: ꝓpinquos tamẽ nequaq̃ aſpernat̃. Diuinas plane leges violat/ ⁊ iura nature/ qui negligit ſuos. Porro ſi is: qui ſuorum nõ habet curã/ fidem abnegauit: ⁊ infideli deterior eſt: qui ſuos etiam violat vbi cõſtituet̃? Cum quib⁊ aſſiſtet? Quõ aũt fidem abnegauit? Deum inquit/ verbis ſe ſcire confitent̃: factis aũt negãt. Quid aũt precipit is: cui credidimus deus? Domeſticos ſeminis nõ deſpiciendos. Quomodo aũt hmõi credit: q̇ deum abnegauit? Cogitemꝰ iſta/ qui pecunijs parcimus propinquoſq; deſpicimꝰ. Deus nempe iccirco vincula ꝓpinquitatis inſtituit: vt multiplex ſubeſſet occaſio/ nos mutuo diligendi/ beneficijſq; confouendi. Quãdo igit̃ qõ infidelis facit/ tu facere negligis: nõne fidem abnegaſti? Non igit̃ in ſola cõfeſſione: ſed multomagis in effectu operis/ fides oſtenditur. Poſſunt ſinguli/ ꝑ oĩa ⁊ credere/ ⁊ fidẽ abnegare. Poſtea enĩ q̃z verba de delitijs fecit: nõ inquit in eo ſolũ perijt/ ꝙ delitijs vacat: verũ et ꝙ ꝓinq̃s deſpicere cogit̃. Merito q̇ ventri viuit/ ac per id perijt: fidẽ abnegaſſe dicit̃: ⁊ infideli eſſe deterior. Neq; enĩ idem eſt ꝓpriũ/ alienũq; aſpernari: ſ; lõge maioris eſt criminis: notũ/ q̃z ignotũ: amicum/ q̃z qui nõ ſit iunctus amicitia ſpernere. [Uidua eligat̃ nõ minus annorũ ſexaginta: q̇ fuerit vniꝰ viri vxor: in opib⁊ bonis teſtimoniũ habẽs.] Dixerat diſcãt primũ domũ ſuam bene regere: ⁊ vices parentib⁊ reddere. Dixerat: Que in delitijs eſt viuẽs/ mortua eſt. Addiderat infideli deteriorẽ eſſe: niſi domeſticoꝝ haberet curã. Que omĩa niſi haberet viduaꝝ cathalago indigna eſſet: iã q̇d habere oporteat/ dicit: Quid ergo? Num illam annoꝝ metimur numero? At id cuius meriti eſt? Neq; enĩ in ipa eſt: ſexageſimũ ĩpleſſe annũ. Nõ igit̃ ſola etas inſpiciẽda eſt: imo ſi ſexagenaria q̃z ſit maior: ⁊ bonis opib⁊ careat/ eligẽda nõ eſt. Quid igit̃ tãta diligẽtia deſignat etatẽ? Cauſa; poſtea ponit: nõ a ſeipſo/ ſ; a viduis ipis inuectam. Interim q̇d ſequat̃/ audiamꝰ. [In operib⁊ inq̇t bonis teſtimoniũ habẽs.] Quib⁊ operib⁊? [Si filios enutriuit] nõ parui profecto momẽti eſt enutrire filios. Id ꝟo nõ de alendis tantũ filijs dicit̃: ſ; ſicuti oportet alendis: ſicut ſuperiꝰ dixit: ſi ꝑmãſerint in fide: ⁊ dilectiõe/ ⁊ ſctĩficatiõe. Uides vt omĩb⁊ ĩ locis beneficentiã in ſuos p̄ferat: primũ enim ſi filios enutriuit ponit̃: ⁊ tũc ſi ſuſcepit hoſpitio: ſi ſctõꝝ pedes lauit: ſi tribulantibus neceſſaria miniſtrauit: ſi omẽ opus bonũ aſſecuta eſt. Quid oro ſi pauꝑ illa ſit? Ne ſic quidẽ hiſce munerib⁊ omnibꝰ fungi deſiſtat: neq; enĩ eſt illa pauperior: q̃ duos obolos ſacr̃ theſauris ingeſſit. Nam licet pauꝑ ſit/ habet tñ domũ: nõ enĩ ſub diuo manet. [Si ſanctoꝝ inquit/ pedes lauit.] cuiꝰ iſtud impenſe eſt? ſi omne opꝰ bonũ aſſecuta eſt: corporale miniſteriũ eſt omẽ/ qõ p̄cipit. Sunt enĩ mulieres hmõi obſequijs in primis idonee lectulũ ſternere: ac fouere miniſterio. O q̃ztũ diligẽtie requirit a vidua. Tantũ ꝓfecto/ vt ab epiſcopo plus fere nil exigat. Si inquit/ omne opꝰ bonũ aſſecuta eſt: ⁊ ſi enĩ id exequi ipſa nõ potuit/ ꝑticeps tamẽ acceſſit/ ⁊ miniſterij conſors. Deniq; vt delitias omnes abſcinderet: curã ſuoꝝ/ ac prouidentiã habere imperauit: ⁊ orationib⁊ ſemꝑ inſiſtere. Hmõi ⁊ antea illa de euãgelio fuit. Uides vt a viduis plus fere diligentie: q̃z a virginibus poſcat: licet ab illis eximiã exigat/ exactiſſimãq; virtutem. Nam qõ ait: ad id qõ honeſtũ ſit: ⁊ facit ſine diſtractione vlla domino ſemꝑ aſſiſtere/ ſummatim virtutẽ ferme cõprehendit omnẽ. Inſpice diligẽtiꝰ/ vt nõ ſecũdis abſtinere nuptijs/ viduã faciat: ſ; alijs quoq; plurimis/ illi opus ſit. Cur enim queſo ſcdõ matrimoniũ non queſiuit? An ꝙ reprehenſibile exiſtimaret? Abſit: id quippe hereticorũ eſt: ſed vt ſe iam ſpiritalibꝰ deuouerent rebus ⁊ virtuti inſtarẽt attentius. Neq; enĩ immunde ſunt nuptie: ſed occupationibus patent. Quippe ⁊ cũ dicit/ vt vacent: nõ ait/ vt purgentur. Ingentis enĩ plane occupatiõis occaſio matrimonium eſt. Si igit̃ iccirco nõ nubis: vt timori dei vaces: ⁊ vacare detrahis/ nihil tibi ea res ꝓfuit. Obſequium igitur omne ſuper hoſpites/ ⁊ ſanctos debes oſtendere: qõ ſi facere negligis/ matrimonio iccirco abſtinuiſſe cõuinceris: qõ reprehenſibile exiſtimaueris. Ita ferme ⁊ virgo: niſi ſumma diligentia crucifixa ſit mundo/ cõnubium ideo repudiaſſe videbitur: qõ velut immũdum/ impurumq; exhorruerit. Uides vt peregrinorũ ſuſceptionem/ non ſimplicem humanitatem: ſed precipuo ſtudio: et tota animi voluntate/ ſummaq; alacritate: ac deuotione: tamq̃ re vera ipſi chriſto exhibitam/ ſignet. Neq; enim permittit huiuſce in ſanctos obſequia/ ancillis imperari: ſed ipſas per ſe/ illis miniſterium ferre iubet. Si enim ego inquit/ laui diſcipulorum pedes/ multomagis vos debetis inuicẽ facere. Quãtumlibet deniq; fueris opulẽta/ et in ſumma dignitate cõſtituta/ ac p̄cipua generis gloria fulgeas/ nõ tanto haꝝ rerũ interuallo eos quib⁊ obſequeris ſuperas/ quãto diſcipulos chriſtus. Si illos vt chriſtũ ſuſcipis/ nihil eſt cur erubeſcere debeas/ imo ingens tibi gloria inde cõquirit̃. ſin vero nõ vt chriſtũ ſuſcipis: ne ſuſcipis quidem. Qui enĩ inquit ſuſcipit vos/ me ſuſcipit: ꝙ ſi nõ ita ſuſcipis/ mercede cares. Preter eũtes hoĩes viatores/ vt putabat Abraam ſuſcepit hoſpitio/ neq; tamẽ ꝑmittebat ſeruis oĩa: ſ; vxori miſceri farinã imperabat: ⁊ quidẽ cum trecentos haberet/ ⁊ decem/ ⁊ octo vernaculos: quorum vxores itidẽ habuiſſe famulas dubiũ non eſt. Sed ipſe cũ vxore mercedẽ ſibi cõparare feſtinat/ non impenſe tãtũ verũ miniſterij q̃z. Ad hãc regulã hoſpitalitatis iura ſeruanda ſunt. Noſipſos cuncta inferre oportet officia vt ipi ſanctificari mereamur: vt bñdicant̃ manꝰ nr̃e. Chriſto enĩ nõ paupi tribuis. Quis ꝟo ſit adeo ĩfelix: vt erubeſcat manũ xp̄o porrigere? Iſtud re vera hoſpitalitas ẽ. iſtud vere d amore dei ꝓficiſcitur: ceterũ ſi ſuperbe ceteris inferre miniſte-



rium imperes/ quãtalibet hoſpites humanitate foueant̃: nequaq̃ hoſpitalitas ea res eſt. Ingẽti nempe hoſpes eget obſequio: ⁊ ne ſic quidẽ ille fiduciam ſumit. Ea quippe rei natura eſt/ vt erubeſcat: cui infert̃ hoſpitalitatis officiũ/ nimioq; ad eam tollendã verecundiã eſt opus obſequio: vt ⁊ ſigno/ ⁊ verbo/ oſtendamꝰ inter iſta officia/ beneficiũ nos nõ inferre: ſed referre/ pluſq; longe recipere/ q̃z demus. In hunc modũ/ ex alacritate noſtra qõ agimꝰ/ incremẽta ſuſcipiet. Sicut enĩ qui detrimẽti nõie/ id officiũ cenſet/ omia ꝑdit/ et qui bñficium ſe putat inferre/ mercedis multũ amittit: ita ⁊ q̇ ſe accipe beneficium dum exhibet exiſtimat/ fecundiorib⁊ ſucceſſib⁊ gaudet. Hilarem enĩ datorẽ diligit deꝰ. Gratias mag̃ pauperi debet/ q: dignat̃ accipe. Niſi enĩ eẽnt pauperes/ pctõꝝ difficile ſarcinam poneres. Medici illi ſunt vulnerũ tuoꝝ: manꝰ eoꝝ tibi medicamẽta preſtãt. Nõ ita medicꝰ/ vt medicamẽta imponat/ extẽdens manũ curationẽ exhibet: vt pauꝑ abs te/ vt accipiat porrigẽs manũ. Dediſti pecuniã: ⁊ pctã ſimul exuiſti. Hmõi ⁊ ſacerdotes/ peccata enĩ populi comedunt. Maiora igit̃ recipis/ q̃z largiris: bñficiũq; potius accipere/ q̃z ferre ꝓbaris/ deoq; nõ hominibus feneraris: diuitiaſq; nõ minuis/ ſed auges. minuis aũt illas niſi eroges: niſi indigẽtib⁊ des. [Si inquit/ hoſpitio ſuſcepit: ſi ſctõꝝ pedes lauit] Quorum obſecro? eorum ſc;/ qui in tribulatiõe ſunt/ nõ ſanctorũ ſimpliciter: poſſunt enĩ eẽ ſancti/ ſummoq; obſequio ab omĩb⁊ foueri. Noli hos ꝓſequi copia rerum afluẽtes: ſed afflictos incognitos: ⁊ q̇ a mult̃ ignorant̃. Qui fecerit inquit/ vni ex his minimis/ mihi fecit. Noli preſuli eccleſie iſta tribuere partienda/ ipſe potiꝰ miniſtra: ne ſolitus impendij: verũ obſequij ꝑcipias premiũ/ ꝓprijs eroga manibꝰ: tu ſulcum ſere pietatis. Nõ hic figendũ eſt aratrũ: nõ iungendi boues: nõ expectandũ tempus: nõ ꝓſcindẽda humꝰ: nõ cũ algueris inclementiore celo luctandũ: omni hmõi cura ſemen iſtud liberũ eſt: quippe in celum ſeris: vbi neq; frigus/ neq; hyems/ neq; aliud quippiã eſt. In animas ſpargis: vbi nemo/ qõ ſerit̃ tollit: ſed tenaciſſime inheret/ magnaq; diligẽtia/ et ſummo ſtudio colit̃: tu ſere/ quid teipm̃ mercede priuas? Magna ꝓfecto merces eſt: poſſe etiam aliena diſponere: nõ ſolum dare merces eſt: ſed ⁊ que data ſunt/ bene/ prudẽterq; diſpenſare. Cur ipẽ hmõi nõ occupas premiũ: nam qõ huic quoq; operi merces dabatur/ attende. Conſtituerũt inquit/ apoſtoli Stephanũ ad miniſteriũ viduaꝝ. Eſto ipſe quoq; tuaꝝ diſpenſator rerum. Ipſa te humanitas/ dei quoq; te ordinat timor: iſtud ⁊ vanitate vacat/ iſtud aĩas recreat: iſtud ſanctificat manus: iſtud inflatos animos deprimit: iſtud philoſophiã docet: iſtud promptum/ atq; alacrem facit: iſtud te benedictionib⁊ replet: proficiſcit̃ caput tuũ plenũ benedictionibus viduarũ. Studioſior ad oratiõis opus accurre ſollicite/ ⁊ ſanctos viros inquire: qui re vera ſancti ſunt: qui in ſolitudinib⁊ ſedẽt: qui mendicare nõ valent: qui deo ſemꝑ/ ac iugiter vacant: longinquã abi ꝑegrinationẽ: ꝑ teipm̃ eroga. Multũ enĩ ſi dederis emolumenti cõſequeris. Uides tabernaculũ/ ac diuerſorium: cernis deſertũ: inſpicis ſolitudinẽ/ fitq; vt ſepe dum pecunias diſtribuere pergis/ animam deo integrã offeras/ capiatq; te amor quietis: et ſocius ſancti certaminis fias/ atq; cũ illo vna valefacias ſeculo. Multũ ꝯfert pauperũ ipẽ q̃z cõſpectus. Bonũ ẽ inq̇t ingredi domũ luctꝰ: q̃z domum riſus. Hic enĩ animꝰ intumeſcit. Nam dũ ꝓuocaris ad riſum/ ſimul delitiaꝝ lenocinio caperis. Ubi vero riſus abeſt/ triſtitie pates. At in domo luctus nihil eiuſmodi eſt. Uerũ ⁊ ſi deſunt delitie/ dolore non caperis: ſin vero adſint diſcipline/ rigore te cõtinces. Uere domus luctus monaſteria ſunt/ vbi cinis/ atq; ciliciũ: vbi ſolitudo/ vbi riſus nullus: nullus negociorũ ſeculariũ ſtrepitꝰ: vbi ieiunia/ vbi terrenorũ duricia lectuloꝝ/ ibi munda ſunt oĩa/ nullus ibi nidorib⁊ locus: abſunt ꝓcul ſanguinis riui/ ꝑturbationes/ cure/ tumultꝰ: trãquillo in portu nauigãt/ ac veluti luminaria ſunt/ ſublimi de loco nauigãtibus fulgore ſuo iter aperientes. In littore placido ſedent oẽs ad quietẽ ſuã inuitãtes/ ac ꝑtrahẽtes/ neq; naufragiũ pati ſinẽtes eos/ q̇ ſe inruent̃: nõ ꝑmittũt in tenebris degere eos/ q̇ ſuas aſpiciũt ſedes: ꝑge itaq; ad illos/ quere/ hoſpitio ſuſcipe/ accede/ tãge ſacros pedes. Longe enĩ honorabiliꝰ eſt illoꝝ pedes/ q̃z alioꝝ caput attingere. Nã queſo/ ſi ſtatuaꝝ pedes pleriq; tenẽt ꝙ effigiem habeãt regiã: tu illi/ qui chriſtũ ipm̃ in ſe habet/ pedes nõ tenebis vt ſaluus fias? Sancti ſũt pedes/ etiã ſi viles ſunt: at ꝟo ꝓphanorũ ne caput quidẽ honorabile. Sanctorum enĩ pedes/ virtut̃ eximie ſunt. Iccirco etiã cruciãt/ qñ pedũ excutiũt puluerẽ. Cũ ſanctꝰ apud nos fuerit: nihil illiꝰ verecũdie nobis eſſe putemꝰ. Sancti ꝟo oẽs ſunt q̇ fidẽ rectã ſanctitati vite ꝯiũctã habẽt/ ⁊ ſi ſigna illi nõ faciãt: neq; eijciãt demones/ ſcti ſũt. [Si ſctõꝝ pedes lauit inq̇t] quaſi enĩ de terra in celum: ita ad ſancti cuiuſlibet viri monaſteriũ de proprijs domib⁊ itur. Nõ ibi cõſpicis ea q̇ domi: mundus eſt locꝰ ille/ alta ibi quies/ atq; ſilentiũ eſt. meũ ⁊ tuũ inde ꝓrſus eliminatũ eſt. illic vel ſi diẽ vnum/ aut duos mãſeris: tũc ꝟo voluptatis maiore ſenſu ꝑfunderis. Luceſcit imo añ lucẽ gallus emittit vocem: nõ ibi velut in ſeculariũ domib⁊ ſtertit familia: clauſe ſunt ianue: oẽs alto ſopore ꝓſtrati/ mortuis ſil'es ſunt: mulio tintinabula quatit: nihil illic eiuſmodi eſt: verũ oẽs cũ reuerẽtia/ diſcuſſo ſopore conſurgũt/ a p̄ſule excitati ſuo/ aſtãtq; ſacro ĩſtituto choro/ ꝓtinuſq; expãſis mãib⁊/ ſanctos cõcinnũt hymnos. Neq; enĩ illi vt nos/ vt excutiũt ſomnũ horis plurimis indigẽt. Nos quippe ſimul/ atq; ſurreximus diutius occupamur: imus ad req̇ſita nature: deinde manꝰ lauamꝰ ⁊ faciẽ: poſtea calciamẽta ſumimus/ ac veſtes: multũq; in his tẽporis terimꝰ: ibi nihil hmõi videas. Nullus illic famulũ vocat/ q̇ſq; enĩ ſufficit ſibi: nõ eget veſtib⁊ plurimis: nihil opꝰ h; excutere ſomnũ: ſimul enĩ/ atq; oculos aperit/ diutiꝰ vigilaſſe videtur: qõ illi ſobrietat̃ ratiõe cõtingit. Niſi enĩ cor pregraue cibis infra mergat̃: leui/ ſalubriq; ſomno exꝑgiſcit̃ facile/ moxq; p̄cũ repetit vices: manꝰ pure tendunt̃: q: ſomnus p̄ceſſit honeſtꝰ/ atq; moderatꝰ. nemo ſtertẽtes audit hic/ aut hyantes ſomno: nullus iactari quẽpiã ꝑ ſoporẽ videt: neq; nudari: ſed dormiũt honeſtius vigilantib⁊ cõpoſiti. Hoc aũt totũ ex animi diſciplina/ ⁊ honeſtate ꝓficiſcit̃. Iſti ꝓfecto ſũt ſcti/ atq; int̃ hoĩes angeli. Sũmꝰ nãq; dei timor/ nõ ſinit hos ꝓfundo ſopore demergi: animũq; a ſuo vigore laxari: ſed ferme in ſuꝑficie eſt: ipoſq; reficit ſolum. Huiuſmodi illorũ quoq; ſunt ſomnia: nõ fantaſias: aut portẽtuo-

ſas imagines referūt: ſed vt dixi galli cantu ꝯtinuo aſſiſtit/ pulſatqꝫ modice pede iacentē/ ſicqꝫ oēs vna protinꝰ excitat/ neqꝫ ꝟo nudos ibi dormire fas eſt. Inde vbi ſurrexere diuinis laudibꝫ inſtāt/ hymnoſqꝫ ꝓpheticos canūt: magno: ſuauiqꝫ cōtentu: ⁊ canticis numeroſis. Non fiſtule/ nō cithara/ nō vllū aliud inſtrumētū muſicū tam dulces efficit modos: qꝫ ſancti illi ſummā ī ſolitudine/ ⁊ quite pſallētes. Ipa quoqꝫ illoꝝ cantica/ cōuenientiſſima ſunt: et amorē dei/ diuinarūqꝫ rerum ſtudiū ſpirant. In noctibus inquit/ extollite manus veſtras ad deū/ et rurſus: De nocte mane/ vigilat ſpiritꝰ meus ad te deus: qꝛ lux precepta tua ſunt in terra. Cantica item dauidica/ fōtes mouētia lachrymaꝝ. Cum enim pſallit/ dicens: Laboraui in gemitu meo: lauabo ꝑ ſinglas noctes lectū meū/ lachrymis meis ſtratū meū rigabo: ⁊ iteꝝ/ Quia cinerē tanqꝫ panē māducabā. Itē quid eſt homo/ ꝙ memor es eius: et homo vanitati ſimilis factꝰ eſt: ⁊ illud dies noſtri ſicut vmbra trāſeunt/ et ne timueris cū diues factus fuerit homo: et cum multiplicata fuerit gloria domꝰ eiꝰ/ ⁊ iteꝝ: Qui habitare facit vnius moris in domo. Et ſepties ī die laudē dixi tibi ſuꝑ iudicia iuſticie tue. Ac rurſus: Media nocte ſurgebā ad cōfitēdū tibi: ſuꝑ iudicia iuſticie tue. Et deꝰ libera aīam meā ꝺ manu inferi: ⁊ ſi ambulauero ī medio vmbre mortꝭ: nō timebo mala: quoniā tu mecū es Itēqꝫ/ nō timebo a timore nocturno: a ſagitta volāte in die: a negotio perambulante in tenebris: ab incurſu/ ⁊ demonio meridiano: ⁊ extimati ſumꝰ vt oues occiſiōis. Quādo cū angelis canūt: nam ⁊ angeli tūc etiam pſallūt. Laudate dnm de celis nobis oſcitantibꝫ/ prurientibꝫ/ atqꝫ ſtertentibꝫ: ſiue etiā ſupinis iacentibꝫ/ ⁊ fraudes innumeras cogitantibꝫ: quale eſt illos noctis totius ſpacium in dei laude conſumere. Ubi ꝟo lux diei iā vicina eſt: pauſant illi puſillū/ ⁊ cum opera nos aggredimur/ illi qetis ſibi vendicāt tempꝰ. Iā ꝟo vbi illuxit: quiſqꝫ noſtrū aliū vocat/ ſermonēqꝫ de impēdijs texit: inde irrūpit in forum/ magiſtratui aſtat/ tremit: ac ſupplicia metuit. Alius in ſcenā abit: aliꝰ ad opus ſuū proficiſcit̄. Illi cōtra/ matutinis precibus/ hymniſqꝫ peractis/ ad ſanctaꝝ ſcripturaꝝ ſtudia ſe conuertūt. Sunt ⁊ qui libros ſcribere didicerunt. Unuſquiſqꝫ ꝟo preſtitum habens domiciliū: ſilentio perpetuo ſtudet. Sicqꝫ nemine texente nugas: aut aliud aliquid loquente/ tertiam/ ſextā/ nonam/ veſpertināqꝫ cōſumāt ſinaxin: quippe qͣtuor in partes diem ſcindentes: impletis partibꝫ ſingulis: pſalmodijs/ atqꝫ laudibꝫ honorāt deū: ceteriſqꝫ prandētibus/ ridētibꝫ/ ludentibꝫ/ ciboqꝫ diſtentis immodico: hi laudibꝫ vacant. Minima his inſtruē de menſe cura: ⁊ omniū q̄ ſenſui ſubiacent: poſt cenā rurſus diuinis inſeruiūt laudibꝫ: ſicqꝫ ſobrij ſomnū capiunt. At ſeculares quidē et die dormiunt: hi noctu quoqꝫ peruigiles durāt: vt reuera lucis filij. Et illi vbi ſomno plus indulſere/ grauati ꝓdeunt: contra/ hi ſempꝫ ſobrij ſunt ſine cibo perſiſtētes: et hymnis intendentes. Ad veſperā rurſus inclinante die: illi ad lauacra/ ⁊ requiē properāt: hi ꝟo a ſeipſis laborē ſpiritalis exercitij laxantes/ cibū ſumunt: non famuloꝝ excitātes gregē: nō domū diſcurrentes/ turbaſqꝫ ⁊ tumultus cōmouētes/ neqꝫ ꝑcioſas dapes: ⁊ coquoꝝ arte laboratas apponētes: ſꝫ alij panē tantū ⁊ ſal: alij ⁊ oleū ſumūt: pleriqꝫ infirmiores olera/ atqꝫ legumina in cibū accipiūt. Inde vbi paululū ſederint tēpus oē hymnis cōcludētes/ ſinguli thoris requieſcūt: ad quietē ſolū non ad delitias factis. Nullus ibi principū terror: nulla arrogantia dnoꝝ: nō ſeruoꝝ timor: nō turba mulieꝝ: nō paruuloꝝ inquietus clamor: non ſcriniorū multitudo: nō veſtis ſuꝑflua: nō aurū: nō argentū: nulle cuſtodie: nō fiſcus: nō aliud hmōi quicqꝫ: ſed oīa oronibꝰ feruent: hymnis oīa reſonāt: oīa ſpiritali fragrātia redolēt. Nihil ibi carnale eſt: nō latronū illic timet̄ incurſus: neqꝫ eī habēt qđ eis poſſit auferri: pecunijs carēt: corpus tantū/ ⁊ animā poſſidēt. Ea q̄ tulerit nō modo leſerūt nihil: verū ⁊ plurimū profuerunt. Mihi eī inqt viuere chriſtꝰ eſt: ⁊ mori lucrū: abſoluerūt nexibꝫ corporis: ꝑfecto eī vox exultationis: ⁊ ſalutis in tabernaculis iuſtoꝝ: nō illic audit̄ vlulatus/ ⁊ gemitꝰ: vacāt his oībꝫ tecta illa felicia his triſtibꝫ/ his clamoribꝫ libera. Moriunt̄ qdē et in ipſis/ neqꝫ eī corpore ſunt īmortales: ceterū mortē illi/ nec ducūt/ nec extimāt mortē: cū hymnis ꝓſequunt̄ abeuntes: eāqꝫ rem nō elationē funeris: ſed pompā/ ⁊ ꝓmiſſionē vocant. Deniqꝫ vbi quiſqꝫ nunciatus fuerit mortuus: magna orit̄ exultatio/ ingenſqꝫ voluptas oīm. Immo ne mortuū quidem aliqs appellare preſumit: ſed cōſumatū. Inde graꝝ actio ſequit̄/ ⁊ gloria/ ingenſqꝫ leticia/ ſingulis orātibus ſe hoc fine donari: ſic exire certamine: ⁊ laboribus/ ſudoribuſqꝫ quieſcere/ chriſtūqꝫ videre. Et ſi qs infirmatꝰ fuerit: nō lamēta: nō lachryme: ſꝫ ꝑpetue fundunt̄ preces: nō ibi medicorū operat̄ manꝰ: ſed fides ſepe ſola ſanauit infirmū. Nempe et ſi opꝰ fuerit medicis: magna et hic oſtendit̄ philoſophia/ ingenſqꝫ oſtendit̄ tolerantia. Nō aſtat ſolutis crinibus vxor: nō parui pupillaris incōmodi: q̄ necdum cōtigere mala deflentes: nō familia expirantē/ importunis precibꝰ pulſans: vt ſe cuiqꝫ tuto cōmēdet: ſed his impedimētis oībꝫ exutus animus: vnum inſpicit ſolū: quo pacto maiore cū gratia: extremum deo ſpiritū fundat. Sed ⁊ ſi cōtigerit morbus: non ex gule prodijt vitio: nō ex vinolētia: ſed ipſe qꝫ morborū occaſiōes/ plene ſunt laudibꝫ: nō criminibꝫ vilis obnoxie. Aut eī ex vigilijs iugibus: aut ex continuato ieiunio: aut ex aliquibꝫ hmōi infirmitas naſcitur: quo circa etiā facile liberant̄. Satis eī illis eſt: ad euadēda languoris incōmoda: ſi vel modice de ꝑſtino rigore relaxēt. [Si ſanctoꝝ inqt lauit pedes:] et in eccleſijs eiuſmodi qđ inuenias. Neqꝫ eī qm̄ illorū expoſuimꝰ vitā: coꝝ q̄ intra eccleſiā ſunt/ inſtituta deſpicimꝰ. Plurimi ſepe hmōi/ ⁊ ī medijs eccleſijs ſunt: ſed deliteſcūt. Nō eī qꝛ circūeunt domos: qꝛ ſubeunt forū/ ideo deſpiciēdi ſunt. Et ħ eī imperauit. Iudicate inquit/ pupillo/ ⁊ iuſtificate viduā. Cōplures ſunt virtutis vie: queadmodū denique vnionū magna differētia eſt: licet oēs appellent̄ vniones: ſed vnꝰ quidē candēs eſt: atqꝫ oīi ex parte rotūdus: aliꝰ ꝟo hmōi ſpecie caret: ceteꝝ alio decore niteſcit. Nanqꝫ ad imitationē corallij veluti qdā arte effictam/ oblongā prefert lineā/ anguloſqꝫ tornatos: habetqꝫ quidam albo colore venuſtiꝰ praſinum: ſcꝫ omni virore iocundius: alius coloris amenitate ꝑfert ſanguinis ſpeciē: aliꝰ mare colore ceruleo ſuperat: alius purpurei fulgoris ē emulus: ſolis quoqꝫ colores inuenies: huiuſmodi ⁊ ſancti ſūt. Nam alij quidem ſeipos exercent: alij ⁊ eccleſias ſe-



cū. Si ſanctoꝝ inqt pedes lauit: ſi tribulantibꝫ ſubminiſtrauit: ꝑcurramꝰ hec opera: vt ibi gloriari poſſimus: ꝙ ſanctoꝝ lauimꝰ pedes. Certe ſi ſanctorum oportet lauare pedes: multo magis/ ⁊ pecunias illis porrigere manu. Neſciat inqt/ ſiniſtra tua qđ faciat dextera tua. Quid mille aduocas teſtes? ne ſeruus qdē ſi fieri pōt/ neqꝫ vxor aſpiciat. Multe ſunt artes hoſtis callidi. Sepe fit/ vt que nunqꝫ impedimento fuit: tunc impedire cōtendat: ſiue vanitatis: ſiue alteriꝰ cuiuſlibet ꝑturbatiōis inſtinctu. Quippe ⁊ Abraam mire licet fidei haberet vxorem/ cum tamē filiū offerre inſtitueret: celare eā maluit: ⁊ quidem cū ignoraret qđ futurū erat: putaretqꝫ illū ab ſe abſqꝫ contactione litandū? Quid putas dixiſſet/ quis ex vulgo cenſor accederet? nōne illū/ vt ſumme immanitatis/ ⁊ feritatis arguiſſet? Qđ ne videre quidem filiū vxor digna fuiſſet: neqꝫ extremā eiꝰ audire vocem/ nō aſpicere palpitantē: ſed veluti captum belli lege mactaſſet? At nihil hmōi iuſtus ille cogitauit/ diuini amoris affectu ebriꝰ. Nihil enim aliud: qꝫ qđ ſibi iuſſum fuerat/ intuebat̄: idqꝫ ſtudebat cōpendio exequi. Nō erat in illius animo filius/ non vxor: imo neqꝫ ipſe rei ſciebat euētū: ſed modis oībus hoſtiā purā deo curabat inferre: nō lachrymis illā: aut cōtradictiōe vlla inquinare. Deniqꝫ cū diceret ad illum iſaac: ecce ignis ⁊ ligna/ vbi eſt ouis? Ait pater: Deus ꝓuidebit ſibi ouē in holocauſtū fili. Dixit ⁊ hoc ꝓphetico ſpiritu: ꝙ filiū ſibi deus ꝓuideat fore holocauſtū: ſicut deniqꝫ: ⁊ tunc rei fuit euētꝰ. Cur obſecro/ ⁊ ipſum iugulandum quid velis facere celas? Uereor inqt/ ne laſſeſcat/ aut deficiat animo: timeo ne per id videat̄ indignus: vidiſti quāta cum diligentia geſſerit oīa/ vt ſcriptura ait: Neſciat inquit ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Hoc ē: qꝫtūlibet quēpiā habeamꝰ vt ꝓpriū mēbrū: non illi niſi ſumma neceſſitas ſit: apperiamꝰ qđ facere velimus: multa enim inde gignunt̄ incōmoda. Nā facile inaniter gloriamur: ⁊ aliquo impedimēto ꝓhibemur: niſi clam iſta fecerimus. Quo circa ⁊ noſipſos ſi fieri poteſt lateamus/ vt ꝓmiſſis bonis ꝑfrui mereamur/ in chriſto ieſu domino noſtro.

### Homelia. XV. Ex capitulo. V.

a **Adoleſcentulas autē viduas deuita. Cū eī fornicate fuerint: in chriſto nubere volūt: habētes damnationem: quia primā fidem irritam fecerunt. Simul autē et ocioſe addiſcūt: circūeuntes domos: nō ſolū aūt ocioſe: ſꝫ ⁊ nugaces: ⁊ curioſe loquētes q̄ nō oportet. Uolo igit̄ adoleſcētulas viduas nubere: filios ꝓcreare: matreſfamilias eſſe: nullā occaſionē dare aduerſario maledicti grā. Iā eī q̄dā ꝯuerſe ſunt retro poſt ſathanā.**

Poſtqꝫ de viduis multa diſputauit aplſ: ⁊ diffinita etate nō minorē ſexagenaria dixit eligendam: ⁊ cuiuſmodi eſſe oporteat viduas/ docuit/ dicēs: ſi filios enutriuit: ſi ſuſcepit hoſpitio: ſi ſctōꝝ lauit pedes: rurſus adiecit. [Adoleſcētulas aūt viduas deuita] De ꝟginibꝫ aūt lꝫ ea res maioris pōderis ſit: nihil tale ſignauit. Maximū quippe virginitas ē: ⁊ a maiori mente ꝑficiſcit̄. Nam ꝙ hic ait: Si hoſpitio ſuſcepit/ ſi ſanctoꝝ lauit pedes: ⁊ hmōi cetera: illi oppoſuit qđ dixerat: et faciat dno ſempꝫ aſſiſtere: ⁊ item: Que aūt innupta eſt/ cogitat que domini ſūt: ꝙ ſi de etate nihil diligentius diſputat: noli mirari: ⁊ illud eī ex hoc maxime patet: ꝙ ſuperius dixi virginitatē illas maiore mente elegiſſe. Preterea hoc in loco iam quidam contigerat lapſus: hiqꝫ occaſionem preſtiterant huiuſce ferende legis. Illic ꝟo nihil tale reperies. Nam ꝙ quedam ante corruerit/ ex eo liquet quod ſequitur: [Cum enim fornicate fuerint nubere volūt in chriſto] ⁊ paulopoſt [Iam eī quedam abierūt retro poſt ſathanam. Adoleſcentulas inquit/ viduas deuita.] Cur id? Quia cum fornicate fuerint: nubere volunt Quid eſt cum fornicate fuerint? Cum in laſciuiā fuerint/ delitiaſqꝫ reſolute. Ita ferme ⁊ viro cuilibet modeſto diceret̄: Dimitte illam alterius enim fuit. Oſtendit ergo illas et viduitatem ſimpliciter: ⁊ abſqꝫ iudicio vllo elegiſſe. Et vidua igitur chriſto in viduitatis profeſſione conſentit. Ego inquit preceptor eram viduarum: et pupilloꝝ pater. Inſinuat vt neqꝫ viduitatē rite elegerunt: ſed fornicant̄/ et tamen fert. Namqꝫ alio in loco ait: Optaui vos vni viro virginem caſtam exhibere chriſto [Cum inquit illi ſe deuouerīt nubere volunt/ habentes damnationē: qꝛ primā fidē irritam fecerūt:] fidem pactū dicit. Cōtra veritatē mētite ſunt inquit/ ipm irritauerunt/ ⁊ federa violauerūt. [Simul aūt ⁊ ocioſe addiſcūt.] Nō itaqꝫ ſolis/ vt operent̄ precipit viris: verum mulieribꝫ quoqꝫ. Omnē eī maliciā docuit ocioſitas: non huic dānationi tantū obnoxie ſunt: ſꝫ ⁊ criminibꝫ alijs. Si igitur circūire domos/ mulieri nō cōgruit: multo ſane minꝰ cōpetit virgini. Nō ſolū aūt inqt/ ocioſe addiſcunt: ſed ⁊ nugaces ⁊ curioſe/ loquentes que nō decet. [Uolo igit̄ iuniores nubere filios gignere matreſfamilias eē.] Quid ni loquaces ocioſe/ curioſeqꝫ fiant/ quando viri/ cura decedente/ dei/ diuinarumqꝫ rerum nō ſuccedit cura? Qui enim ſua nō curat: aliena non curabit oīno: ſicuti cui ſua cure ſunt alienorū nulla ratio ſubeſt: cura nulla alteriꝰ obſtrepit: [loquētes que nō decet.] Nihil minus cōuenit femine qꝫ alioꝝ facta curioſe diſquirere/ neqꝫ mulieri ſolum: ſed etiā viro quippe impudentie ſingularꝭ potiſſimū id argumentū eſt. Uolo igit̄: qꝛ ⁊ ipſe volūt/ volo ⁊ ego/ adoleſcētulas nubere: filios gignere: matreſfamilias fieri: domi reſidere. longe eī ꝑſtat hec facere/ qꝫ illa. Oportebat quippe ſollicite curare/ que dei ſunt/ fidēqꝫ ſeruare/ quoniā ꝟo illa nō fiunt melius eſt iſta fieri/ qꝫ illa. Neqꝫ eī deꝰ irritatur/ neqꝫ mala iſta diſcunt̄: quippe viduitas illa nihil pariet boni: ex nuptijs ꝟo plurima bona prodeunt. ⁊ illud ante oīa: ꝙ negligentie illarū: et animo reſupino conſulitur dum viris ſe ſubditas norunt. Cur ḡ nō dixit: qm̄ vidue exciderunt? Magna oportet illas prudentia/ diligētiaqꝫ tractari: ne illa q̄ dixi patiantur. An ꝟo matrimonū precipit abſit: ſꝫ ne ꝓhibet quidē. [Nullā inquit/ occaſionē dantes aduerſario maledicti gratia/ neqꝫ cauſam vllā. Quedā

em̄ inq̄t cõuerſe ſunt retro poſt ſathanã.] Prohibet
igit̄ ab hm̃oi viduas / atqꝫ deterret / nõ ꝙ adoleſcen-
tulas eſſe viduas nolit: ſꝫ ꝙ adulteras fieri vetet /
nolẽs otioſas eſſe / loquẽtes q̄ nõ decet / atqꝫ ocioſas
nolẽs diabolo occaſionẽ dari. Ea cauſa ſublata: nõ
ꝓhibet iuniores viduas eẽ. [Si q̇s aũt vir aut mu
lier fidelis hꝫ viduas ſubminiſtret illis ⁊ nõ graue
tur eccl'ia vt his q̄ vere ſũt vidue ſubminiſtret.] Ve-
ras iterꝝ viduas illas dicit q̄ deſolate ſunt / nullaqꝫ
ex parte ſolatiũ habẽt: hec nempe doctrina ſaluber-
rima eſt. ex qua duo maxia bona ꝓueniunt. Et ille
enim occaſionem beneficentie accipiunt: et iſte con-
grue nutriuntur: eccleſiaqꝫ nõ grauatur. Pulchre
aũt addidit: ſi q̇s vir fidelis: aut mulier. Infideliũ
enim viduas: ab illis nutriri minime decebat: ne il-
lis indigere viderent̄. Et vide q̄ꝫ ꝓuide nõ magni-
ficentiã vllam indixit: ſed ſuppetentiã ſolum. Sub-
miniſtret inquit illis: vt eccleſia veris viduis submi
niſtret. Mercedẽ ſibi ⁊ hac ex parte cõquirit dũ iu-
uat eccleſiã / neqꝫ illam ſolũ adiuuat: ſed viduas q̊ꝫ:
dum eas nutriri larga ope ꝑmittit. Volo adoleſcẽ-
tulas: quid? vacare delitijs? in laſciuiam ſolui: nihil
eiuſmodi: ſed nubere / generare filios / matres eſſe fa
milias. Quonam modo? ne putes ipm ad delitias
eas hortari: audi quid ſequitur [Nullã occaſionem
dãtes aduerſario / maledicti gratia.] Oportebat q̄-
dem ipſas ſecularibꝫ euadere celſiores / q2 v̓o humi
liorem locũ elegerũt: vel in ipſo ꝑmaneãt. [Preſby
teri qui bene preſunt duplici honore digni habean-
tur: maxime qui laborãt in verbo ⁊ doctrina. Dicit
em̄ ſcrptura. Boui trituranti os nõ infrenabis. Et
dignꝰ eſt operariꝰ mercede ſua:] honorẽ hoc in loco
obſequiũ dicit: ⁊ neceſſariaꝝ rerũ largitionẽ. Nam
q̇ꝺ ſequit̄: nõ infrenabis os boui trituranti: ⁊ dignꝰ
ẽ operariꝰ mercede ſua hoc ſignat. Itaqꝫ ⁊ cũ honore
viduas ali p̄cipit: ad neceſſariũ victũ referat̄: vt his
q̄ vere vidue ſunt / miniſtrare ſufficiat: ⁊ rurſus ho-
nora viduas veras / hoc eſt in pauꝑtate cõſtitutas:
quãto em̄ pauperior eſt: tanto magis eſt vidua: po-
nit teſtimoniũ legis: apponit et chriſti: amboqꝫ ſi-
bi omino cõſentiũt. Nam lex ait: Nõ infrenabis os
boui trituranti. Vides quõ vult laborare doctorẽ:
nõ ſane eſt labor aliꝰ illi conferẽdus: addit ⁊ chriſti
teſtimoniũ. Dignꝰ eſt em̄ inquit / mercẽnariꝰ merce
de ſua / nõ g̊ ſolã intueamur mercedẽ / verũ et modo
p̄ceptũ audiamꝰ. Dignꝰ inq̄t eſt mercẽnariꝰ / merce
de ſua. Itaqꝫ ſi q̇s delicatꝰ / aut remiſſus fuerit / di
gnus ꝓfecto nõ eſt. Niſi q̇s fuerit bos triturãs: et
contra gelu / ⁊ ſpinas iugũ ſuſtinẽs traxerit: neqꝫ an̄
diſceſſerit: dignꝰ nõ eſt. Oportet ergo doctoribꝫ / ne
ceſſariũ victum affatim miniſtrari: ne deficiãt: neqꝫ
ſoluant̄: neqꝫ minimis occupati / magnis ſeipos: at
qꝫ alios priuẽt / vt ſpiritualia operent̄: nullã ſecula-
riũ habẽtes rationẽ. Huiuſmodi leuite erãt: q̄ nullã
ſecularium rerũ habebãt curã / quẽadmodũ laici: ipis
quippe leuitaꝝ erat cura p̄miſſa: ⁊ lege illis cõſtitu
ti fuerãt redditus / decime / aurũ / primitie / vota / ⁊
alia plurima. Verũ illis lege / iſta merito ꝑmittebã
tur / p̄ſentia tm̄ / ⁊ terrena querẽtibꝫ. Ego eccleſie p̄-
ſules audẽter dixerim / nil p̄ter victũ ⁊ veſtitũ habe
re oportere / ne ad iſta trahant̄ deſiderio. Quid eſt
autẽ duplici honore? putamus dictũ duplici: ꝙ ad
viduas / ⁊ miniſtros extendit̄ / an duplici ꝓ eo poſi-
tum / q̇ꝺ eſt magno? Nõ g̊ id inſpiciamus tm̄ / ꝙ eos

duplici honore dignos dixit / ſed q̇ꝺ addidit multo
magis attendamꝰ: q̄ bene p̄ſunt. Quid eſt aũt bene
preeſſe? Audi dicentẽ chriſtũ: Paſtor bonꝰ / animã
ſuã ponit ꝓ ouibꝫ. Bene igit̄ preeſſe hoc ẽ / nulli par
cere illoꝝ regiminis gratia. [Maxime inq̄t / qui la
borãt in verbo ⁊ doctrina.] Ubi modo ſunt / qui di
cũt / ſermone / ac doctrina opus nõ eſſe: qñ quidẽ tã
to ſtudio Timotheũ paulus admonet / dicẽs: Iſta
meditare in his eſto: ⁊ iterꝝ vaca lectiõi / cõſolationi:
hoc em̄ faciẽs / ⁊ teipſum ſaluũ facies: ⁊ eos q̇ te au-
diũt. Et hos oĩm maxime iubet honorari: cauſamqꝫ
addit / dicens: Multũ em̄ laborẽ ſuſtinẽt. Quã v̓o
id iuſte. Cũ em̄ alius nõ vigilet: neqꝫ curis maceret̄
ſed paſſim ſecurꝰ / ⁊ quietꝰ in quotidianis fabulis /
⁊ cõſeſſibꝫ ſit / hic aũt cõcidat̄ ſolicitudine: ⁊ medita-
tioni ꝑpetuo inſiſtat: idqꝫ maxie ſi exterioris diſcipli
ne ſit rudis / q̇s nõ videat: quãto ſit ceteris ĩ honore
p̄ferẽdus? quippe q̄ ſeipm tot laboribꝫ / ⁊ erũnis ex-
poſuit. Eſt em̄ linguis innumeris ꝓpoſitus ad lace
randũ: aliꝰ culpat: alius laudat: aliꝰ detrahit: aliꝰ
memoriã: aliꝰ cõpoſitionẽ in ius trahit: magnaqꝫ il
li conſtãtia: ad iſta tolerãda opus eſt. Multũ enim
oĩno ad eccleſie edificationẽ confert / ſi p̄ſules doctri
ne gratia polleant / q̄ niſi adſit / plurima eccleſiaſtice
diſcipline peribũt. Icirco poſtq̄ꝫ dixerat / oportere
doctorẽ eſſe hoſpitalẽ / mãſuetũ / irrep̄hẽſibilẽ: iſtud
q̊ꝫ cõnumerat / additqꝫ doctorẽ. Ut q̇d enim doctor
appellat̄ / niſi vt doceat? Sed forte dices / vt philo
ſophiã vite doceat exemplo: friuola hec ſunt. Eſt eni
neceſſariũ verboꝝ q̊ꝫ magiſteriũ: ideo ⁊ paulus ait:
maxie qui laborãt in verbo ⁊ doctrina. Cum em̄ de
dogmatibꝫ diſſerit̄ / quẽ hic locũ vite ſanctitas ha-
bet? q̇d habet vitiũ: neqꝫ v̓o cũ ſermõe laudauerim:
qui faſtu tumidus / externe peritie iactantiã ſequit̄:
ſed q̄ virtutis / ac ſucci habeat plurimũ: q̄ ſenſibus
grauis ſit: ⁊ ſapientia plenus. Nõ ergo apparatu il
li opus eſt / ac pompa dicẽdi: ſed intelligentia ac vi-
ribus: ad id q̇ꝺ ſentit eloquendũ idoneis. [Contra
preſbyterũ inquit / accuſationẽ nõ ſuſcipias: niſi ſub
duobꝫ / aut tribus teſtibꝫ.] Num contra iuniorem:
aut quemlibet oĩno accuſatio eſt ſine teſtibꝰ admit-
tenda? Nonne cũ ſumma diligẽtia / ſemꝑ ſunt exercẽ
da iudicia? Quid eſt ergo q̇ꝺ dicit? Ne contra alios
quidẽ inq̄t: minime v̓o aduerſus preſbyterũ. Por-
ro preſbyterũ hic nõ ex dignitate / ſed ex etate vocat.
Quippe ꝙ facilius iuuenes delinquãt / q̄ꝫ ſeniores
liquet. Verũ q2 timotheo credita eccleſia fuerat: im
mo gens fere tota aſiatica / iccirco illum ⁊ de ſeniori-
bus admonet. [Peccantes inquit / coram omnibꝫ
argue / vt ⁊ ceteri metũ habeãt.] hoc eſt nõ cito deci-
de / ſed omĩa diligenti inquiras indagine: vbi v̓o a-
perte didiceris / vehemẽter inuehere / ita vt alij reſi-
piſcãt. Ut em̄ temere / ⁊ indiſcuſſe iudicare / ꝑnitio-
ſum eſt / ita manifeſta peccata nõ perſequi / viã ape-
rit ad audenda facinora. Argue inquit / nõ vtcũqꝫ:
ſed ſeuere / ita enim ⁊ alij metuent. Et quõ / chriſtus
ait: Vade ⁊ corripe eum inter te ⁊ ipm ſolum / ſi pec-
cauerit in te. Verũ illum quoqꝫ ꝑmittit ĩ eccleſia cor
ripi. Quid ergo? Nonne maius ſcandalũ facit corã
omnibꝫ arguere? Minime id quidẽ: magis eni ſcan
dalizant̄: ſi peccata nõ ignorantes / nullũ inferni vi
deant cruciatum. Sicut em̄ ſi impune peccet̄ / pluri
mi delinquũt / ita ſi peccata puniant̄ cõplures virtu
ti ſtudẽt. Ita ⁊ deꝰ feciſſe deprehendit̄. Nam pha-



raonẽ / ⁊ aſſyrioꝝ regẽ / ⁊ alios plures pena mulcta
uit. Sed ⁊ hoĩes ⁊ ciuitates penã dediſſe videmus
vult ergo epiſcopi oẽs habere metũ: ipmqꝫ omnibꝰ
preficit. Quia em̄ multa ſepe ex ſuſpitiõe fiũt: opor-
tet inq̄t adeſſe teſtes / qui ipm iuxta veterẽ arguant
legem. In duobꝫ em̄ / aut tribꝫ teſtibꝫ manet omne
verbũ. [Aduerſus preſbyterũ inq̄t / accuſationẽ ne
recipias.] Non ait noli condẽnare / ſed ne accuſatio-
nem inquit recipias: neqꝫ ad iudiciũ ſedeas. Quid
ergo inquies / ſi duo q̊ꝫ mentiant̄ / iſtud quidẽ raro
cõtingit: liquebit aũt ſi iudicioꝝ inſpiciatur forma.
Peccata nãqꝫ ſatis eſt / ſi vel duos habeãt teſtes: ꝙ
ea clam: ⁊ abſqꝫ arbitris fiãt: hoc g̊ profecto magne
ꝓbationis indiciũ eſt. Quid g̊ ſi peccata quidem in-
dubitata erunt: ſed teſtibꝫ careant / ſolaqꝫ inualeſcat
opinio? Dixi inquit ſuperiꝰ oportere illũ teſtimoni-
um / ⁊ ab his qui foris ſunt / habere bonũ. Cũ timo
re igit̄ deũ diligamꝰ: iuſto em̄ lex poſita non eſt. At
plures virtutẽ q̊ꝫ neceſſitate nõ volũtate eligẽtes:
magno ex timore ꝑcipiũt fructũ: dũ ſuas cõcupiſcẽ-
tias frenant: iccirco g̊ de gehenna texit̄ ſermo / vt ex
ea cõminatiõe / ac metu lucremur plurimũ. Si em̄
traditurus eternis ignibus peccatores ea incendia
nõ intentaſſet: plures ꝓfecto in illa incidiſſent. Nã
ſi modo q̊ꝫ qñ gehenne horror / noſtros cõcutit ani-
mos / nõ deſunt / q̄ tam facile delinquãt: ac ſi nulla
eius mentio fieret: ſi nihil hm̃oi p̄dictum eſſet: nulla
p̄ceſſiſſet cõminatio: q̄ nõ erupuiſſet noſtra effrenata
veſania? Nõ g̊ minꝰ / q̇ꝺ ſemꝑ dico dei ꝓuidẽtia ge-
hennã cõmẽdat / q̄ꝫ ꝓmiſſio regni. Quippe huic il-
la cooꝑat̄ / dũ metu ad id cõpellit hoĩes. Nec ẽ ſane
cur eã rẽ imanitatꝭ / aut atrocitatis eẽ putemꝰ: ſꝫ mi
ſericordie potiꝰ / ĩeffabiliſqꝫ clemẽtie / ꝓuidẽtie ⁊ ſin-
gularis ĩ nos beniuolẽtie ſignũ. Niſi em̄ ſub iona
cõminatio euerſiõis p̄ceſſiſſet / ꝓculdubio ſecuta eẽt
euerſio. Niſi dixiſſet ſbuertẽdã niniuen. Niniue ꝓ-
fecto nõ ſtaret. Niſi gehẽna intẽtata eſſet / oẽs in ge-
hennã laberemur. Niſi preiſſet ignis / nemo euaſiſ-
ſet incendiũ. Predicit cõtraria q̄ vult agere: vt q̄ cu
pit / efficiat: nõ vult mortẽ peccatoris: ⁊ eã fore p̄di-
cit / ne precipitemur in mortẽ. Non dixit verbo ſolũ
verũ ⁊ opus oſtendit / vt caueamꝰ. Porro ne quis
eam rem cõminationẽ eſſe arbitret̄ / ſꝫ re eam eſſe ve
raciter credat / et que hic contigerere admonendus
repromiſſio eſt: noli eā hic querere. Spes enim que videt̄ nō eſt ſpes [Timotheo chariſſimo filio] non modo filio / ſed chariſſimo filio. Poſſunt eīm eē filij nō cariſſimi. At tu nequaꝗꝫ talis es inquit: quo circa te non modo filiū: ſed ⁊ chariſſimū filium voco. Nempe enim galathas appellat filios: ꝓ quibus tamē adhuc meret. Filioli inquiens mei: quos iterū parturio. Magnū vero virtutis illi: ⁊ eximie indolis teſtimoniū: ita illū appellādo perhibuit. Nā cū ea charitas a natura nō proficiſcitur / ex virtute oīno materiā ſumit. Qui eīm ex nobis nati ſunt: non virtutis tm̄ gr̄ia: ſꝫ etiā ex nature neceſſitate chariſſimi ſunt. Porro qui ex fide ſunt geniti nullā aliam ob cauſā: ꝗꝫ ob virtutē ſolam chariſſimi ſunt. Idꝫ quū apud nos: tum apud Paulum in primis: qui nullo mortali tenebatur affectu. Oſtendit igitur ſe non ita tum diſcipulo: neꝫ illū aſpernatū / nō adueniſſe: cū dicit chariſſimo filio [Gratia miſericordia / ⁊ pax a deo patre / ⁊ chriſto Jeſu dn̄o noſtro] Que in priori epiſtola: hec eadē illi in ſecūda imprecatur: ⁊ vide vt protinus rationē reddat: cū non ad illum ierit: neꝫ viderit ipſum. Nam antea dicēdo dū venio / ⁊ feſtino ad te venire celeriter: vt mox affuturā illius preſentiā ſperare effecerat. Ad hoc ergo ante reſpondet: neꝫ tamē continuo cauſam / cur non venerit dicit: vti ne illū maiori dolore cōficeret. Erat autē illa: ꝙ vinctus detineretur a ceſare. Ceterū illā prope finem appoſuit: cum illū ad ſe accerſire / tūcꝫ quid erga ſe ageretur / apertius poſuit: ſed nō in initio ſtatim nihil triſte ꝓpoſuit: verū ſpem dedit: forte vt ab ipſo videretur / dicens: [Deſidero te videre: ⁊ iterū feſtina venire ad me celeriter] Mox igitur illum exordiens / in ſpem erigit / ac tum cetera cum laude proſequitur [Gratias (inquit) ago deo: cui ſeruio a progenitoribus in cōſcientia munda / ꝙ indeficientem memoriā tui habeo / in obſecrationibus meis / nocte ac die deſiderās te videre Memor lachrymarū tuarum vt gaudio implear] Gratias inquit ago deo / ꝙ memor tui ſum / ita te diligo: hoc enim excellētiſſime charitatis inditiū eſt: cum quis ex amicitia ornari ſe putat. Itaꝫ deo gratias ago (inquit) ꝙ te nimiū diligam: cui ſeruio: quomodo? In conſciētia mūda a progenitoribus. Nihil enim habebat noxium: nihil ſubdolum ipſius conſciētia. ⁊ aliter hoc in loco / de vite munditia dixiſſe intelligi poteſt. Ubiꝫ eīm ꝯſcientiā: vitā dicere illi moris eſt: ſiue hoc dicit: qđ nihil ex his / que concupiui bonis cauſa nulla humana impulſus / prodidi: ne tum quidem quando perſequebar eccleſiam. Iccirco eīm ait: Sed miſericordiā conſecutus ſum: quia ignorans feci / in incredulitate: ac ſi dicat: noli eā rē malitiam arbitrari. Per quā ſane rationabiliter ſuum cōmendat inſtitutū: vt fidē faciat excellētie charitatis: nihilꝫ ſibi mentiri perſuadeat: ꝗꝫ ſi aliud loq̄tur / aliud in corde habeat. Quippe vt in actibꝫ apoſtoloꝝ legitur: ⁊ ſepe ſeipm̄ laudare compulſus cū illum vt ſeditionis / nouarūꝫ rerum auctorem inſimularent dicens: Et ait Ananias ad me / deus patrū noſtrorū preordinauit te ſcire voluntatē ſuam: ⁊ videre iuſtū / ⁊ audire vocem ex ore eius: quoniā teſtis illi eris ad omnes homines eoꝝ / que vidiſti / ⁊ audiſti: ita ferme ⁊ hic: ne putaret̄ alienus ab amoris gratia: cōſcientieꝫ munditia oblituſꝫ diſcipuli merito ſeipm̄ laudat / ac dicit: Ꝙ indeficiētē tui memoriā habeo neꝫ id ſimpliciter: ſed in obſecratōibꝫ meis: hoc eſt per omne tēpus iugiter nocte / ac die. Quo circa orabā deū cupiens te videre. Uides immenſum feruoris affectum. Uidiſti dilectionis inſaniam: Uidiſti humilitatis magnitudinē: ꝑ quā ſe diſcipulo purgat: rationemꝫ cur non venerit affert: que ꝗꝫ ſit plena rationis / etiam ſupra monſtrauerat: ſed ⁊ in conſequētibus indicat / dicens [Memor lachrymarū tuarum] fieri enim potuit: vt gratus diſcipulus a magiſtro ſeparatus fleret: ac lamētaretur / non ſecus ꝗꝫ infans / diſtractus ab vberibꝫ matris: atꝫ lactis alimonia deſtitutus [vt inquit gaudeo implear: deſidero te videre] Nūꝗꝫ itaꝫ me ipſum tanta voluptate ſponte priuaſſem: etiam ſi vehementer abſꝫ ſenſu / crudeliſꝫ / ac immanis eſſem Lachryme ille tue cum redirent in memoriam: flectere eiuſmodi rigorem potuiſſent / atꝫ in manſuetudinem / lenitatēꝫ conuertere. At non huiuſmodi ſum: ſed ſeruio deo pure: atꝫ ideo multa me ad te neceſſaria pertrahūt. An vero adhuc perſiſtit in fletu? ⁊ aliam apponit cauſam / ipſamꝫ plenam conſolationis [Reminiſcens (inquit) fidei: que in te eſt] ſine ſimulatione. Deinde ⁊ aliam adiecit laudem: ꝙ ſcilicet non ex gentilibus: neꝫ infidelibus: ſed ex ca eſſet domo: que dudum chriſto ſeruiſſet. [Que (inquit) inhabitauit in auia tua loide: ⁊ matre tua eunice]. Erat enim ait / filiꝰ mulieris iudee fidelis: quo pacto? Ex iudeis illa fidelis erat: non ex gentilibꝫ. Nā de patre eius ꝙ gētilis fuerit ſcribit̄: ac ꝓpter iudeos: qui in illis locis erāt: aſſumēs circūcidit eū Uides vt iā tunc lex ceperit ſolui: cū hmōi cōtra illius vetitū cōmixtio fieret? Quā vero multū cōgeſſit Ego inq̄t ſeruio deo: bonāꝫ habeo conſcientiā: ⁊ tu lachrymas: nō autē te lachrymaꝝ cauſa diligo: ſꝫ ⁊ ꝓpter fidē: es enim amator verus / nihilꝫ doli in te eſt: cū igitur ⁊ tu te talē preſtes / qui diligi merear? atꝫ adeo ad pietatē pronus / tanꝗꝫ fidelis diſcipulus chriſti: cūꝫ ⁊ ipſe nō inclemens: ⁊ abſꝫ affectu ſim: ſed deo in veritate ſeruire ſtudeā: qđ me venire ad te ꝓhibere potuiſſet [Cōfido autē inq̄t: qđ ⁊ ī te] Habes inquit hereditariū / ⁊ a maioribꝫ fidei bonum accepiſti / ab eis pius heres fidem abſꝫ ſimulatiōe. Maioꝝ quippe merita: cum eorū ſtuduerimus eſſe participes: noſtra etiā ſunt. Sin vero ab illis aberrauerimꝰ: nō mō nihil ornamēti: ſed dedecoris / ac dānationis plurimū ex illis acquirimꝰ. Iccirco ſubiūxit: Cōfido autē ꝙ ⁊ in te. Nō inq̄t / ꝯijcio: ſed cōfido / certuſꝫ ſum. Si igit̄ te ad hoc humanū nihil adduxit: nihil te īmutare poterit. [Ob quā cauſam admoneo te: vt excites gratiā: que in te eſt: per impoſitionē manuū meaꝝ] Oſtendit ex his profecto: magna illum doloris / meroriſꝫ vi detineri. Non igitur inq̄t exiſtimes: ꝙ te deſpexerim: ceterū ſcias apertius / me tui obliuiſci / nequiuiſſe. Et ſi aliū neminē: at auiā / matrēꝫ cōſidera. Iccirco ꝗ̄niam fidem tuā integerrimā non ignoro / alacritate tibi opus: vt exſuſcites gratiā dei: quemadmodum ignis indiget lignis: ita ⁊ gratia alacritate nr̄a opꝰ habet: vt feruere perpetuo poſſit [Admoneo te vt excites gratiā dei: que eſt in te: per impoſitionē manuum meaꝝ] hoc eſt gratiā ſpiritus: quā accepiſti ad eccleſie inſtitutionem: ad perpetranda miracula: ad omne religionis obſequiū: quippe hanc / vel extinguere / vel excitare in nobis eſt. Iccirco ⁊ alibi ait:

Spiritũ nolite extinguere. Ja enim angore animi/ ⁊ negligentia extinguitur: vigilantia vero ⁊ intẽtione ſuſcitatur. Ineſt quidẽ intra te: ceterũ tu vehemẽtiorẽ illũ efficere ſtude: hoc eſt maiorẽ indies aſſume confidentiã/ amplioriqꝫ gaudio/ ⁊ exultatiõe perfunde re. Perſiſte viriliter. Neqꝫ em̃ dedit nobis deꝰ formidinis ſpiritũ: ſed fortitudinis: charitatiſ: ac ſobrietatis: id eſt iccirco accepimꝰ ſpiritũ: nõ vt pauidi ſimus: aut ꝯtrahamur metu: ſed vt celſiores/ per virtutẽ/ cõſcientiãqꝫ euadamꝰ. Plurimis quippe dat formidinis ſpiritũ: vt in regũ voluminibꝫ legimꝰ: Et cecidit ſuper eos inꝗt ſpiritꝰ formidinis: hoc eſt metũ illis incuſſit. Sed tibi cõtra penitus charitatis in ſe ſpiritũ dedit: ⁊ hoc gratie eſt: ſed cũ nos q̄qꝫ ſtudia voluntatis oſtendimꝰ. Qui eñ clamare nos facit: Abba pater ipſe quoqꝫ amoris ſui nobis largitur affectũ/ charitatẽqꝫ cum proximis inſerit. Ut diligamꝰ inuicẽ inquit. Quippe ex virtute/ abiectioneqꝫ formidinis/ charitas ꝓuenit. Nihil em̃ ferme ita charitatẽ ſoluere cõſueuit/ vt formido/ ⁊ proditionis opinio: neqꝫ em̃ inquit: dedit nobis deus ſpiritũ formidinis: ſed virtutis ⁊ charitatis ac ſobrietatis. Sobrietatẽ ſiue ſanitatẽ mentis/ atqꝫ anie dicit: ſiue per quã ipſi reſipiſcimꝰ: cũ quid aduerſi cõtingit qđ ⁊ caſtiget nos: ⁊ noſtra ſuꝑflua amputet. Non itaqꝫ in his que cõtingunt triſtia feramus g̃uiter: q̄ppe illa noſtra eruditio ſunt. Ne feſtines inquit in tẽpore inductionis. Cõplures em̃ domi habent que ferant triſtia. Accedamꝰ doloris socij/ miſerationis affectu. Nõ ſunt caſus omnes cõmunes omnibꝫ: ceterꝝ alius ex vxore: aliꝰ ex filio: ex ſeruo alius: alius ex amico: alius ex inimico: aliꝰ ex vicino: alius ex quouis detrimẽto: cauſam meroris ducit. Plurimeqꝫ ſunt doloris cauſe/ atqꝫ differẽtes: prorſuſqꝫ neminẽ inuenies meſtitie/ ac doloris expertem ⁊ ſi alius magis/ minuſqꝫ alius doleat. Non itaqꝫ feramus grauiter: neqꝫ nos tm̃modo triſtia pati arbitremur: neqꝫ eñ fas eſt: vt homo qui ſit/ mortalẽqꝫ hanc agat vitã doloris/ angoriſqꝫ ſit expers Sed niſi hodie/ cras ſe ingeret meſtitie cauſa. Quẽadmodũ deniqꝫ fieri nõ poteſt: vt q̄ nauigant abſqꝫ cura ſint: ita ⁊ qui vitã hanc fragilem viuũt/ abſqꝫ ſollicitudinis angore eẽ nõ poſſunt. Nã ſiue quiſpiã diues ſit: plurime illi meſtitie occaſiões: cauſeqꝫ nõ deſunt: ſiue rex curis deſtinatur innumeris. Neqꝫ em̃ vel illi oĩa ex ſentẽtia ꝓueniũt: ſed plurima q̄ minime velit/ perpeti cogitur. Ille vero in primis eſt: qui cõtra volũtatem ſuã gerit omnia: habetqꝫ q̄ accipere parati ſunt: queqꝫ illius ſunt. Cõſidera deniqꝫ quãta illi ſuppetat meroris cauſa: cũ velit quippiã: neqꝫ agere valeat: ſiue metus obſiſtat: ſiue ſuſpitio: ſiue hoſtes. Itẽ ſiue amici impedimẽto ſint: ſepe itẽ etiã cũ aliquid agere nititur/ ꝓ votoqꝫ ſuccedit: omnem tñ actus illius voluptatẽ/ obſcurat aduerſantiũ multitudo. At vel illos fortaſſe putas meroris exortes qui vitã curis/ ac negocijs vacuã elegerũt: Minꝰ quidẽ illi: q̄ reliqui ꝑturbãtur: nõ tñ hac penitꝰ vacare poſſunt: ſicuti imortalẽ eẽ hominẽ poſſibile nõ eſt. Quãtũ ꝟo moleſtiaꝝ: hi qui ſeculo addicti ſunt ꝑpeti cogantur: q̄s explicet: Soli ꝑfecto/ id nouerũt: qui patiuntur. Quã multi ſepe inter illas opes/ atqꝫ diuitias mori optauerunt: neqꝫ em̃ vel ipſe delitie merore penitus vacãt: imo ⁊ innumeras quotidie doloris/ morboꝝ ac meſtitie occaſiões gignũt. Nã cum animus in hmõi tranſierit habitũ: etiã ſi nulla cauſa obſiſtat: ꝯſueuit doloribꝫ affici. Aiunt deniqꝫ ⁊ medici/ ex diſpoſitiõe ſtomachi: dolores intempeſtiuos gigni. An vero id nõ apud nos quoqꝫ cõtingit: cũ dolemꝰ: neqꝫ vllã materiã doloris aſpicimꝰ Neminẽ itaqꝫ prorſus inuenies: dolore ac meſtitia vacantẽ. Ⱥ ſi qui minorem habere videntur doloris cauſam: q̄ nos/ ita eñ quiſqꝫ arbitratur/ magiſqꝫ incõmodis noſtris: q̄ alienis afficimur. Quẽadmodum em̃ hi: quibꝫ pars aliqua corporis dolet: putant ſe plus dolere: q̄ proximos: ⁊ qui oculũ dolet nullũ putat ſibi equari poſſe dolorẽ. Rurſum q̄ ſtomachi lãguore tenetur: illũ putat dolores omnes excedere. Singuliqꝫ quibꝫ detinẽtur incõmodis: oĩa vi ſue magnitudinis tranſcẽdere exiſtimãt. Ita ⁊ in angore animi: ac meſtitia cõtingit: vt quo q̄ſqꝫ ꝑmitur: cũ putat ceteros ſua acerbitate ſuperare: quippe qui hoc ſuo experimento dijudicat: ſicuti q̄ filios nõ habet: nihil ea in fecũditate putat eſſe moleſtius ⁊ qui inter paupertatis anguſtias filijs angitur: nihil eque atqꝫ eã liberoꝝ multitudinẽ execratur. Et q̄ itẽ vnũ habet filiũ: hoc plenũ doloris exiſtimat: cũ ille hinc ⁊ negligẽtior fiat: ⁊ patrẽ ſũmo in merore cõſtituat: quippe qui illi quia vnicꝰ chariſſimus ſit: neqꝫ patiatur conuerti/ ad meliorẽ frugẽ. Qui itẽ habet vxorẽ/ eximie pulchritudinis: nihil ea re putat eſſe deterius: cũ ea pulchritudo ſuſpitioni: atqꝫ inſidijs maxime prebeat locũ. Et qui deformi coniũgitur/ pari ratione vexatur/ putatqꝫ eam rem eſſe moleſtiſſimã. Sin rex quiſqꝫ: ac priuatꝰ/ nihil ea vita inutilius ſuſpicatur/ aut vilius. Miles nihil militia laborioſius: nihil periculoſius putat/ meliuſqꝫ arbitratur: pane tm̃/ ⁊ aqua in cibũ vti: q̄ tantas ꝑferre moleſtias. Qui in principatu eſt ꝯſtitutus: nihil eſſe durius autumat: q̄ alioꝝ neceſſitates curare. Qui vero ſubditus perſiſtit: nihil indignꝰ cenſet: nihil abiectius: q̄ aliene ditioni ſubijci. Qui vxorẽ duxit: nihil vxoria cura/ dicit eſſe moleſtiꝰ. Qui nõ duxit: nihil liberali viro ducit indignꝰ: q̄ vxoris carere ſolatio: familia/ q̄ereqꝫ deſtitui. Negociator agricolã: qđ in tuto res illius ſit/ beatũ ꝑdicat. Ille hũc econtra/ opũ gratia/ feliciſſimũ putat. Prorſus vero perdifficile hominũ genus: vbi acquieſcat inueniet: quũ ſemꝑ ad querimonias/ indignatõeſqꝫ ſit pronũ. Quãdo omnes homines ſimul reprehẽdit: quis tunc dicit nihil eſt homo/ in vtroqꝫ ſcilicet ſexu: niſi animal infelix: laboribus/ ⁊ erumnis expoſitum. Complures ſepe ſenectutem admirãtur: alij econtra/ iuuentutẽ laudibus efferunt: ita ne in ipſis quidem etatibus deeſt meroris occaſio. Nam cum etatis gratia: culmine nos videmus expoſitos ſenes tunc eſſe mallemus: cum vero iam canis caput aſpergitur: iuueniles ſuſpiramus annos/ innumereqꝫ ſe doloris cauſe vndiqꝫ ingerũt. Una igitur ⁊ ſola via eſt/ hanc inequalitatem euadendi: ea ſcilicet que ad virtutẽ ducit: quam q̄ ne ipſa quidẽ triſtitia vacat/ ſed que vtilis ſit: ⁊ lucra/ vtilitatemqꝫ parturiat. Nam ſi qui poſt peccatũ triſtitia/ ac dolore compunctus: ſcelerum diluit ſordes: ſalubriter profecto triſtatus eſt. Si quis itẽ lapſo fratri cõdoluit ingenti item mercede donatur. Quippe illorũ dolere vicem/ qui calamitatum premuntur anguſtijs: magnam nobis apud deũ fiduciã parit. Audi deniqꝫ quid Paulus dicat: Flere cũ flẽtibꝫ/ ⁊ humilibꝫ conſentientes. Solet eñ ſocietas eoꝝ: q̄ meroris noſtri participes ſunt/ doloris maximã partem auferre. Quemadmodũ em̃ cũ qui ferẽdo oneri accedit ſocius: eũ qui ſolus ferebat/ leuiaſſe dicitur Ita ⁊ in alijs omnibꝫ/ hmõi ſocietas: ex miſeratiõe profecta: vim maximã alleuiatiõis habet. At vero nũc peruerſo ordine: ſi quis ex propinquis noſtris defunctus fuerit: plurimi aſſident/ vt cõſolẽtur lugentes: lapſumqꝫ aſinũ ſepe erigimus: amicoꝝ vero noſtroꝝ lapſas animas pluſq̄ aſinũ ſpernimus atqꝫ negligimꝰ. Neqꝫ ſi quẽ ſede cauponã ingredi cernimus: rugamus frontẽ: neqꝫ ſi viderimus ebrietati ſtudentẽ/ prohibemꝰ. Neqꝫ ſi quid aliud turpiter agentẽ/ coercemus: ſed cooperamur in omnibꝫ Iccirco ſane Paulus ait: Nõ ſolũ qui iſta faciunt: ſed ⁊ qui cõſentiũt facientibꝫ. Societates itẽ potꝰ/ ⁊ ebrietatis ineũt plurimi. Cõuerte homo ad ꝑſtãtiora id ſtudiũ: ponẽdeqꝫ ebrietatis ini potius federa. Ad eos qui vincti ſunt: ⁊ qui varijs premuntur anguſtijs/ humanitatis ſtudia transfer. Eiuſmodi quiddã etiã corinthijs imperat Paulus. Ne cũ venero inꝗt tunc collecte fiãt. At nũc pro ebrietate laſciuia/ atqꝫ delitijs cũcta molimur: omnia agimus dũqꝫ his fruamur: ⁊ cõmunẽ lectũ: ⁊ mẽſã cõmunẽ cõe vinũ/ ſumptũqꝫ patimur habere cõmunẽ: vt autẽ elemoſynã faciamꝰ/ in cõmune iſta cõferre detrectamus. Hmõi nempe amica eſt: grataqꝫ cõmunio ſub apoſtolis erat: quãdo oẽs in mediũ facultates cõferebãt. Et quidem nõ omnia: ſed partẽ aliquã cõferri iubeo. Quodcũqꝫ em̃ cuiqꝫ placuerit/ ac diffinierit per vnã ſabbatorũ ꝑ ſeptẽ: omnibꝫ diebus in mediũ inferat ac deponat. Etiam ita elemoſynã det: ſiue parũ: ſiue multũ. Non apparebis em̃ inquit/ corã deo vacuus: iudeis iſta dicebantur: quãto magis nobis? Iccirco nempe pauperes ante fores aſtant: vt nemo vacuus ingrediatur: vt miſericordia comite ſecurus introeat. Intras vt miſericordiã cõſequaris: prior ipſe miſerere. Qui autẽ poſterior venit/ amplius debet. Nã cum cepimus nos/ ſecũdus amplius ponit. Fac tibi debitorẽ deũ: ⁊ ita demũ illũ exige. Fenerare primo/ tũc repete: vt cum vſura recipias. Uult ſane ita deus/ nec fenꝰ ſoluere rẽnuit. Si cũ elemoſyna poſtules/ gratias agit: ſi cũ elemoſyna repetas/ feneratur vſuras q̄ accipis Ita obſecro faciamus. Nõ ſola/ ac ſimplici extenſione manuum exaudimur. Expande manus tuas/ nõ in celũ modo: veꝝ ad pauperum manus. Si ad pauperꝝ manus extẽdas manũ: ipm celi cardinẽ attigiſti. Nã qui illic ſedet/ elemoſynam accipit. Ⱥ ſi ſteriles manꝰ intendas: nihil penitus proficis. Dic em̃ queſo/ ſi accedẽs ad te rex purpuratus aliq̄d peteret: nõne prompte: ⁊ alacriter oĩa dares? Non ergo in extenſione manuũ: neqꝫ in verborũ multitudine: ſed in operꝫ exhibitõe nos exaudiri meminerimus. Audi nãqꝫ quid ꝓpheta dicat: Si extẽderitis manus veſtras: auertam oculos meos a vobis: ⁊ ſi multiplicaueritis preces: nõ exaudiã. Tacere quippe illi cõuenit: neqꝫ in celũ aciẽ intẽdere: qui miſericordia indiget. Sed em̃ quid ait ſcriptura: Iudicate pupillo: ⁊ humili: ⁊ iuſtificate viduã: ⁊ diſcite bonũ facere. Ita exaudiri merebimur: quãtũlibet manus infra habeamus: ⁊ ſi nihil loquamur: nihilqꝫ poſtulemus. Iſta ergo imitari/ hec emulari ſtudeamus: vt promiſſis bonis frui mereamur: in chriſto ieſu dño noſtro: cũ q̄ eſt patri/ ⁊ ſpirituiſancto gl'ia/ imperiũ nũc/ ⁊ ſemꝑ/ ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amẽ.

Homelia. II. ad Timotheũ. II. Ex capitulo. I.

**NOli ergo erubeſcere teſtimoniũ domini noſtri: neqꝫ me vinctum ipſius: ſed collabora euangelio: ſm virtutẽ dei qui ſaluauit nos: et vocauit vocatõe ſua ſancta: nõ ſm opera noſtra: ſꝫ ſm propoſitũ ſuũ: et gratiã que data eſt nobis ĩ chriſto Jeſu: ante tẽpora ſecl'aria: manifeſtata ẽ aũt nũc ꝑ apparitionẽ dñi noſtri ieſu chriſti.**

Nihil eſſe deterius põt/ q̄ velle diuinas res/ humana ratiõe diſcernere/ atqꝫ metiri. Ita em̃ ex fidei fundamẽto quiſqꝫ decidit: ⁊ longo errore iactatur vagus: atqꝫ a luce deſeritur. Si em̃ qui ſolis radios corporeis cupit haurire luminibꝫ: nõ modo qđ querit nõ efficiet: neqꝫ qđ inſtituit/ peraget: veꝝ ipſo q̄qꝫ q̄ viget/ priuabitur lumine: innumeraqꝫ ſuſtinebit incõmoda: multo ſane magis: qui in eternã illã lucẽ defigere obtutus querit: eãqꝫ rationibꝫ cõſequi mortalibus/ hoc patietur. Deniqꝫ ſi Martionẽ/ ⁊ Manẽtem/ ⁊ Ualentinũ/ ⁊ ceteros: q̄ impias hereſes: ꝑnitioſaqꝫ dogmata eccleſie dei inuexerũt/ cõſideres: humanis rõnibꝫ diuina metitos: ita demũ diuine incarnationis/ diſpẽſationiſqꝫ myſteriũ erubuiſſe/ cõperies. Et certe illa in ſe nihil habet qđ erubeſcẽdum ſit. Nã vt de cruce chriſti loquar: quid eſt queſo qđ illius clemetiã cõmẽdare excellẽtiꝰ poſſit? Nẽpe em̃: neqꝫ celũ/ neqꝫ mare/ neqꝫ terra/ neqꝫ rerum omniũ creatio: neqꝫ aliud oĩno aliquid: ita vt crux illa venerabilis/ diuine bonitatis magnitudinẽ predicat. Quo circa Paulus quoqꝫ in ipſa gloriatur/ dicẽs: Mihi aũt abſit gloriari/ niſi in cruce dñi nr̃i ieſu chriſti. Sꝫ em̃ aĩales q̄qꝫ: ⁊ q̄ deo nihil amplꝰ q̄ hoĩbꝫ tribuũt decidũt ⁊ erubeſcũt. Iccirco iãdudũ admonet diſcipulũ/ ac per illũ omnes. Noli inquiens erubeſcere/ q̄ crucifixũ ꝑdicas: hoc em̃ teſtimoniũ eſt: mors .ſ. chriſti. Nã iſta quidẽ ſi per ſe cogitẽtur: mors/ carceres/ vincula: cõfuſione/ ac probro digna ſunt. Ceterũ ſi q̄s appoſita cauſa/ diſcuſſoqꝫ myſterio/ ſingula decẽter edoceat: pleniſſima gl'ie/ diuineqꝫ honeſtatꝫ cũcta cognoſcet. Mors em̃ illa pereuntẽ ſeruauit orbem: mors illa celeſtibꝫ terrena cõiũxit: mors illa diaboli ꝓfligauit tyrãnidẽ/ homineſqꝫ/ angelos/ ac dei filios fecit. Mors illa mortalitatis noſtre naturã/ ad ſoliũ celeſte/ ac regale ꝑuexit. Uincula iſta ſoluerũt plurimos: ⁊ ad fidei gratiã cõuerterũt [Noli igitur inꝗt/ erubeſcere teſtimonium dñi noſtri: neqꝫ me vinctũ eiꝰ: ſed collabora euãgelio] Hoc eſt ⁊ ſi ipe patiaris eadẽ: noli erubeſcere Nã q̄ hoc ſignificare voluerit: etiã ex ſuperioribꝫ cõſtat/ cũ dicit: Dedit nobis deꝰ/ ſpiritũ virtutꝫ/ ⁊ charitatis ⁊ ſobrietatis. Ex cõſeq̄ntibꝫ q̄ꝫ id liquet. Sꝫ collabora inꝗt: hẽ nõ mõ noli erubeſcere: ſꝫ ea ipa ꝑpeti nõ erubeſcas: neqꝫ ait noli metuere: neqꝫ formides: ſꝫ maiore illũ ꝟtute corroborãs: noli inꝗt erubeſcere. Nihil q̄ppe ꝑiculi ſuꝑeſt/ ſi ruborẽ q̄s/ cõfuſio

nemqꝫ calcauerit. Ea enī tm̄ oneroſa eſt. Noli ergo
erubeſcere/ſiquidē ego/qui mortuos ſuſcito: qui in
numeris ſignis illuſtris ſum: qui orbē totū excurro
nunc vinctus ſum. Neqꝫ em̄ quaſi male oꝑans vin
cior: ſꝫ crucifixi gratia/his vinculis aſtringor. Si
crucē nō erubuit dominus meus/ego hec vincula
erubeſcere debeo? Et cōgrue ſane: cū illū hortaret̄
nō erubeſcere/prius illū crucis admonuit/ac ſi di-
ceret: Si crucē: ſi vincula nō erubuit dn̄s/ac magi
ſter noſter/quātominus nos vincula debemꝰ eru-
beſcere? Qui enī que ille ſuſtinuit/erubeſcit: ipm̄ q̄ꝫ
erubeſcit/qui cruci ſuffixus eſt. Ego inq̇t ꝑ meipm̄
hec vincula fero. Nihil itaqꝫ patiaris humanū: ſed
eiſdē paſſionibꝫ ſocius accede/collabora euangelio
[Scd̄m virtutē dei/q̄ ſaluauit nos: ⁊ vocauit vo-
catione ſancta: nō ſm̄ opera noſtra: ſed ſm̄ ꝓpoſitū
ſuū/⁊ gratiā que data eſt nobis in chriſto Jeſu/an-
te tēpora ſecularia] Quia videbat̄ oneroſum qđ di
xerat collabora: rurſus ipſum ꝯſolatur. Nō em̄ vir
tute tua inquit/ſed virtute dei iſta toleras. Tuum
quippe eſt eligere: ⁊ ꝓpoſiti oſtendere alacritatē. De
inde etiā virtutis eius argumēta ſubiūgit. Quō ſal
uus factus es inq̇t? quō vocatꝰ es? Sicut ⁊ alio in
loco ait: Secūdū operationē eius/que operatur in
nobis/ideo maioris virtutis erat perſuadere orbē
totū/q̄ꝫ celū facere. Quomodo vocatus es inquit/
vocatiōe ſancta: hoc eſt ſanctos effecit/qui peccato-
res ⁊ inimici eramus: ⁊ hoc nō ex nobis: ſed ex diui
no munere eſt. Si igitur ille ⁊ potēs eſt vocādo/et
bonus: id per gratiā/nō ex debito faciēdo: nihil eſt
cur metuamꝰ. Qui em̄ nos cū perditi/inimiciqꝫ eſ
ſemus/ſaluos ꝑ gratiā fecit: multomagis cū oꝑan
tes viderit/cooperator accedet. [Nō ſm̄ opera no
ſtra inquit: ſed ſm̄ ꝓpoſitum ſuū] Nemine cogente
nemineqꝫ ꝯſulēte: ſꝫ ex ꝓpoſito ſuo: ſola vi ſue bonita
tis impulſus/ſaluos nos fecit [Scd̄m ꝓpoſitū ſu-
um inquit) ⁊ gratiā: que data eſt nobis in chriſto ie
ſu/ante tēpora ſecularia] Hoc eſt abſqꝫ vllo princi-
pio: ſempiterne in chriſto iſta prefixa erāt/vt fierēt.
Nō autē ⁊ hoc parū eſt/deū ſalutē noſtrā a ꝑncipio
voluiſſe. Nō igitur nulla ex penitētia: ⁊ ex hoc filiꝰ
quoqꝫ indicatur eternꝰ: ⁊ ipſe em̄ hec ſempiterne cū
patre diſpoſuit [Manifeſtatā vero nūc inq̇t/ꝑ ap-
paritionē ſaluatoris noſtri Jeſu chriſti: qui deſtru-
xit quidē mortē: illuminauit autē vitā/⁊ imortali-
tatem ꝑ euangeliū] Vidiſti potentie magnitudinē:
vidiſti muneris largitatē. Non per effectū operum
ſed per euāgeliū: ſpei autē hec ſunt. Nam in corpore
quidē ſuo hec vtraqꝫ cōtigere: in noſtro autē ꝑ euan
geliū fient [In quo poſitus ſum ego predicator/et
apoſtolus/⁊ doctor gentiū] Que nam vero ratio
eſt: cum ſeipm̄ iugiter magiſtrū vocet? Perſuadere
quippe vult: gentes quoqꝫ in hereditatē dei eſſe vo
catas: quaꝝ ſe magiſtrū aſſidue appellat: atqꝫ ideo
a conſortio fidei nō repellendas. Noli inq̇t in paſſi-
onibꝫ meis laſſeſcere animo: deiectū eſt om̄e robur
mortis: neruiqꝫ illius deciſi omnes ſunt. Nō quaſi
male operās iſta perpetior: ſed q̄r doctorē profite-
or gentiū. Simul ⁊ fidem ſmoni facit: ꝓpter quam
inquit cauſam/⁊ iſta patior: ſꝫ nō cōfundor [Scio
em̄ cui credidi: ⁊ certus ſum: q̄r potens eſt depoſitū
meū ſeruare/in illū diē] Sed nō cōfundor inquit:
Nā queſo/nū erubeſcēda ſunt vincula? Num paſſi-
ones ipſe cōfuſioni ſunt? noli ergo erubeſcere. Vide
vt ex oꝑibꝫ ipſis: magiſteriū doceat. Iſta patior (in-
quit) in carcerē iniicior/exagitor/affligor/expellor.
[Scio em̄ cui credidi: ⁊ certus ſum: q̄r potēs eſt de
poſitū meū ſeruare in illū diem] Qđ eſt oro/depoſi
tum? Fides/atqꝫ predicatio. Hoc ipm̄ qui depoſu-
it inquit integrū/inuiolatūqꝫ ſeruabit. Omnia pa-
tior/vti ne huiuſce theſaurus expiletur. Nullo ſuꝑ
his rubore ſuffundor/dū fides ſeruet̄ inuiolabilis
Siue fideles ipſos depoſitū dicit: qđ apud ſe deus
ipſe depoſuit: aut certe qđ ipē apud deū. Et nūc em̄
inquit: Ecce cōmendo vos dn̄o: hoc eſt nihil vobis
iſta nocebūt/ſꝫ cōferēt plurimū. Eius profecto de-
poſiti fructū Timotheus oſtendit. Vides vt mala/
preſſuraſqꝫ nō ſentiat: ob diſcipoloꝝ ſpem. Eiuſmo
di doctorē ēe cōuenit: atqꝫ ita diſcipuloꝝ ꝓfectū cau
te curare/eos arbitrari ſibi ēe omnia. Nunc inquit
viuimus: ſi vos ſtatis deo: ⁊ rurſus: Que eſt enim
ſpes noſtra: ⁊ gaudiū: ⁊ corona glorie? nōne vos an
te dn̄m noſtrū Jeſum? Intuere q̄ꝫ accurate circa iſta
ſollicitū nō minꝰ q̄ꝫ erga chariſſimos quoſqꝫ diſcipu
los. Oportet em̄ naturales patres affectu: ac dile-
ctione trāſcēdere: ſed ⁊ ſpiritales: filios nō ſegniꝰ af
ficit: q̄ꝫ illi ſibi neceſſe eſt. Obedite em̄ inquit ꝑpoſitꝭ
veſtris: ⁊ ſubditi eſtote illis: ſcientes quoniā ipſi vi-
gilant pro animabꝫ veſtris: quaſi rationē reddituri
Nam dic oro: ipſe tanto periculo tui gratia ſubditꝰ
eſt: tu illi obtēperare detrectes: in his que tibi vti-
lia ſunt. Et ſi enī ille ſua omnia rite diſponat: q̄ꝫdiu
tu minus recte vales: angoris vacuus eſſe nō pōt:
cum duplex ab eo ratio ſit exigēda. Jā vero cōſide-
ra/quantū periculi ſit: per ſingulos ſubditoꝝ diſcu
ti/rationēqꝫ pro omnibꝫ reddere. Quātūuis illi ho
noris impēdas: quātūlibet obſequii deferas: nihil
his periculis referre par poteris. Nā ⁊ ſi animā po
nas: ipſe hoc ꝓ te iugiter facit: ⁊ ſi id minus/hac in
vita facit/ꝙ perſecutiōis nō adſit tēpus: eā tamen
periculo eterne mortis exponit. Tu ꝯtra/neqꝫ ad v̄
ba vſqꝫ illi ſubiici vis. Hoc nēpe eſt malorū omniū
cauſa: ꝙ rectorū auctoritas periit: nulla illis reue-
rētia habet̄/nullus honor/nullus metus. Obe-
dire inquit prepoſitis veſtris/⁊ ſubditi eſtote illis.
At nūc peruerſa ⁊ cōfuſa ſunt om̄ia: neqꝫ iſtud ꝑpo
ſitoꝝ gratia. Quid enī illi de noſtro honore lucrant̄
niſi inquātū obtēperantes habebūt: idqꝫ pro vtilita
te noſtra? Hi enī licet honorētur: nihil ex eo honore
in futuꝝ lucrāt̄: maioremqꝫ dānationē inde ſuſcipiūt.
Et ſi patiāt̄ iniurias: nihil ex eis detrimēti/in futu
rum acq̇runt: imo ⁊ meritoꝝ illis accedit cumulus
atqꝫ defenſio. Noſtri deniqꝫ cauſa/cūcta illi faciūt.
Nā ſiue honorant̄ a ſubditis: ⁊ hoc illis fieri iubet
quemadmodū dicebat hely: Aſſumpſi te de domo
patris tui: ſiue iniuriis afficiāt̄: hoc in ſe deꝰ ipſe ꝑ-
perit̄: ſicut ad Samuelē ait: Nō te ſpreuerūt/ſꝫ me
Itaqꝫ illis cōtumelia/lucꝝ: honor vero onꝰ eſt: nō
ergo hec illoꝝ gratia: ſed veſtri cauſa dico: Qui ho-
norat ſacerdotē/deū quoqꝫ honorat. Qui vero ſa-
cerdotē ſpernit: ad id ſenſim ꝓlabitur: vt in deū ipm̄
aliqn̄ cōtumelioſus euadat. Qui vos inq̇t ſuſcipit:
me ſuſcipit. Et ſacerdotes ait eius in honore habe-
te. Hinc iudei deū aſpernere didicerunt: q̄a Moy
ſen contempſere: quia lapidibus illum impetebant.
Nam qui pie ſacerdoti afficitur/longe maiore pie-
tate deū reuerebitur. Et ſi enim malus fuerit ſacer
dos quiſpiā/attendit deus: ꝙ ſui gratia illū etiā/q



dignus honore nō eſt/obſequiis foues: ipſeqꝫ tibi
premia exoluet. Si em̄ qui ꝓpheta in nomine ꝓphe-
te ſuſcipit: mercedē ꝓphete accipiet: profecto ⁊ qui ce
dit ⁊ obtēperat ſacerdoti: mercede ſua nō deſtituet̄.
Nā ſi vbi de hoſpitalitate agitur tm̄: vbi quē ſuſci-
pis/ignoras: tm̄ premioꝝ accipis: ſi ei ſubiiciaris/
cui imperat deꝰ: nō multomagis mercede donabe-
ris? Suꝑ cathedrā (inquit) Moyſi ſederūt ſcribe: ⁊
phariſei: omnia ergo quecūqꝫ dixerint vobis facere
facite: ſm̄ autē opera eoꝝ ne faciat̄. An ignoras q̄d
ſit ſacerdos? Angelus vtiqꝫ domini eſt. Nō ex ſeipo
loquitur: ſi deſpicias/non illū deſpicis: ſed deū/qui
illū ordinauit. Sed vnde inquies cōſtat deū fuiſſe
illius ordinatiōis auctorē. Nempe niſi tu hanc ha-
beas opinionē/ſpes tua inanis facta eſt. Nam ſi ni
hil per illū operat̄ deus: neqꝫ lauacrū habes: neqꝫ
myſterioꝝ particeps es/neqꝫ benedictōibꝫ frueris.
Nō ergo chriſtianus es. Quid ergo? Deus omnes
ordinat/etiā indignos? Nō omnes quidē ille ordi-
nat: per omnes tm̄ ipſe operat̄/ſalutē populi moli-
ens: nō illorū intuēs merita. Nā ſi per aſine os: ſi ꝑ
balaā ſceleſtū hominē: populi cauſa locutus eſt: mul
tomagis loq̇tur per ſacerdotem plebis ſue gratia.
Quid enī nō agit deus/ſalutis noſtre cauſa? quid
nō loquitur? per quē non operat̄? Si enī per Judā
operatus eſt: ⁊ per prophetas: quibꝫ dicturus eſt:
Nō noui vos: diſcedite a me q̇ operamini iniquita-
tem. Perqꝫ illos qui demones in nomine ſuo eiece
runt: nō magis per ſacerdotes diuino miniſterio fa
mulantes/operabitur? Nāqꝫ ſi ꝑpoſitorū vitas diſ
cutere ꝑgimus/ipſi doctores noſtros ordinare con
tendimus: peruerſoqꝫ ordine naturali: que ſupra
ſunt/infra eſſe volumꝰ: vt ſuperius pedes/inferiꝰ
vero ſit caput. Audi quid Paulus dicat: Mihi au
tem pro minimo eſt/vt a vobis iudicer: aut ab hu-
mano die. Et iterū: Tu quid iudicas fratrem tuū?
Si fratrē iudicare nō expedit: quantominus magi
ſtrum? Nā ſi quidē hoc ſtatuit deus benefacis/pec
caſqꝫ ni facias. Sin v̄o cōtraria ꝑcipit/noli ꝑſume-
re: neqꝫ ea coneris/que ſuꝑ te ſunt. Inſurrexerūt ad
uerſus Aaron/poſt vituli formatā effigiē Core: Da
than/⁊ Abiron. Quid ergo? nōne illi periere? Qđ-
libet/que ad ſe pertinēt/ſollicite curet. Nā ſi quidē
fidei dogma peruertat: etiā ſi angelus ſit/obaudi-
re noli. Sin vero recta docet/noli vite: ſꝫ verbis in-
tendere. Habes Paulū v̄bis te/operibꝫqꝫ moderā
tem. Nō diſtribuit pauperibꝫ inq̇es: nō bene diſpē-
ſat eccleſie res. Unde tibi id ꝯſtat? Noli illū culpare
anteqꝫ diſcas. Reatū caue. Plurima q̇ppe ex ſim-
pli ſuſpitiōe iudicant̄. Imitare deū tuū. Audi ipm̄
dicentē: Deſcendens/videbo ſi ſm̄ clamorē ſuū con
ſumāt̄. Sin aūt vt ſciā. Et ⁊ ſi didiciſti ⁊ examinaſti
⁊ vidiſti iudicē ſuſtine. Noli preripere iudicis ordi-
nē: illius eſt munus/iſta diſcutere/nō tuū. Tu ſer-
uus vltimꝰ/nō dn̄s es. Quis ipſe es: paſtorē noli
curioſe diſcutere: ne eius quoqꝫ criminis reus tene-
aris: ꝙ illū accuſare preſumis. Et quō inquies/id
mihi dicit: qđ ipſe nō facit? Nō tibi ipē dicit: nam ſi
illi obtemperas/mercede priuaris. Chriſtꝰ hec ad-
monet. Plus aliquid dicā: ne Paulo quidē obedi
re oportet: ſi quid dixerit ꝓpriū/ſi quid humanū: ſꝫ
ap̄lo/chriſtū in ſe loquentē circūferenti. Nō igitur
aliena iudicemꝰ: ſua quiſqꝫ diſcutiat/vitāqꝫ diiudi-
cet ſuā. At debet ille inquies melior ēē/q̄ꝫ ego. Cur
obſecro? Quia ſacerdos eſt. Et quid habet ille am-
plius q̄ꝫ tu? Nō labores/nō angores/nō erūnas?
Debet eſſe te melior. Quid ergo? Niſi ſit melior te-
ipm̄ perdis/ac perimis? Sunt verba iſta plena ar-
rogantie. Unde enī noſti illū/te nō eſſe meliorē? Fu
ratur inquies/⁊ ſacrilegus eſt. Unde hoc noſti? cur
teipm̄ per precipitia impellis? Nempe ſi q̇s dixerit
ille purpurā habet: q̄ꝫuis id ſcias/aurē obruis: ⁊ ſi
arguere poſſis/protinꝰ reſilis: teqꝫ ſcire diſſimulas
nolēs gratis ſubire periculū. Quid ergo hoc in lo-
co/periculū minime neceſſariū ſuſcipis? Nō carent
reatu hec verba. Audi quid dixerit chriſtꝰ: Dico au
tem vobis ꝙ omne verbum ocioſum/qđcūqꝫ locuti
fuerint homīes: reddēt rationē de eo in die iudicii.
Cur teipm̄/quouis arbitraris ēē meliorē? Cur nō
ingemiſcis magis/ac pectus tundis: atqꝫ in humū
reſpicis/imitando felicē publicanū? Et ſi em̄ meli-
or ſis/hac feda exiſtimatiōe tua/cuncta perdidiſti.
Melior es/tace: vt perſiſtas eſſe melior: ꝙ ſi loqua
ris/omnia exinaniſti. Si te putas eſſe/deſiſti: ſi nō
putas/multū ſane ꝓfeciſti. Si em̄ qui peccator ad-
uenerat: vbi cōfeſſus eſt/iuſtificatus deſcēdere me
ruit. Qui peccator nō eſt/⁊ eſſe ſe putat/quid oro/
lucrabit̄? quantū ex ea humilitate/ſuis adiiciet co-
modis? Uitā tuā diligentius diſcute. Fur nō es: At
rapis/at violas/at īnumera hm̄ōi perpetras: neqꝫ
id vt furtū ꝓbem/dixerim: Abſit/imo illud valde
execror: ⁊ eū/qui eſt hm̄ōi defleo: nam dici nō pōt/
q̄ꝫ ſit ſacrilegiū malū. Sed vobis parco. Nolo em̄
virtutē veſtrā alios accuſando minuere. Quid oro
publicano deterius? At cū eſſet īnumeris peccatis
obnoxius: phariſeuſqꝫ id ſolū diceret: nō ſum ſicut
publicanus iſte ſacrilegus: ⁊ nō om̄ia prorſus amit
tes? Iſta neceſſario dicere/ac plurimis v̄bis proſe-
qui cogor: nō ſacerdotū tm̄ gratia/ſed veſtri. Nam
vereor ne hac elatiōe/virtus exhauriatur veſtra: in
iudiciūqꝫ decidatis. Audi deniqꝫ quid dicat admo
nens Paulus: Opus autē ſuū probet vnuſquiſqꝫ
⁊ tunc in ſemetipſo tm̄ habebit gloriā/⁊ nō in alte-
ro. Nam dic oro ſi ſaucius proficiſcaris ad medicū:
num/omiſſa cura vulneris tui/ſtudioſe medicū ꝑcū
ctaris/vulnꝰ ille habeat necne? An vero ⁊ ſi ille ſit
ſautius/vulnus tuū iccirco non curas: diciſqꝫ ſanū
illū eſſe oportuit/medicus cum ſit? Quādo v̄o ſanꝰ
medicꝰ nō eſt abſcedo/vulnus mecū inſanabile refe
rens? Nunq̇d enī ſi ſacerdos malus ſit: inde ſolaci-
um capiet ſubditus? Nihil minus. Ceterū dabit il
le quidē/ſceleꝝ ſuoꝝ debitas penas. Dabis autē ⁊
tu/tuoꝝ criminū penas. Etenī magiſter ſolū iā or-
dinē implet. Erant em̄ (inq̇t) omnes docibiles dei/
neqꝫ dicēt: Agnoſce dn̄m. Omnes em̄ agnoſcēt me
a minimo vſqꝫ ad maximū eoꝝ. Cuiꝰ ḡ rei ḡra inq̇-
es preſidet? Cur poſitꝰ eſt? Ne queſo doctores no-
ſtros/maledictis impetamꝰ/vti ne noſmet potius
ledamus. Noſtra vt dixi/omnia diſcutiamus: ⁊ ne
minē penitꝰ maledicemꝰ. Reuereamur diē illam/
qua illuminati ab illis ſumus. Patrē qui habet: ⁊
ſi mille patiat̄ incōmoda/omnis patris reuerentia
ꝯteget. Noli ei inq̇t gl̄iari in ignominia pr̄is tui: ne
qꝫ ei tibi tā gl̄ia/q̄ꝫ ꝓbrū ē. Et ſi ſenſū amiſerit veniā
habe. Lōge hec magꝭ ī pr̄e ſpiritali dicēda ſt̄. Reue
rere illū/ꝙ tibi diebꝫ ſingul'/diuiā miſtrat: ſcriptu-
ras relegi facit: tui gratia exornat domū. Propter
te vigilat: ꝓpter te vota perſoluit: pro te deū preca-

turus aſtat:tui cauſa preces exoluit: pro te apud il/
lum religio:cultuſqȝ/ ⁊ obſequiū eſt: pro te iſta oīa
Reuerere hec ergo:atqȝ cōſidera/accede ad ea ſum
ma cū reuerētia. At malus ille eſt:⁊ hoc ad te quid
Nūquid em̄ qui malus nō eſt:ipſe tibi magna iſta:
⁊ diuina largit̄ꝛ Abſit:Fides em̄ tua ad omnia va/
let:neqȝ tibi iuſtus quiſpiā proderit:niſi ipſe fidelis
ſis:neqȝ nocebit malus/ſi fueris ipſe fidelis. Per
vaccas in archa operatꝰ eſt deus:cū populū ſalua/
re vellet:num em̄ ſacerdotis vita:num virtꝰ tantū
cōferre potuiſſetꝛ Nō poſſunt que deus ipſe largit̄:
veluti ſacerdotali virtute perficia:oīa quippe diuine
ſunt gratie. Huius tantū munus eſt aperire os:ce/
terū deꝰ cūcta operat̄. Symbolū iſte tm̄modo im/
plet. Intuere quantū inter Joannē/ ⁊ Jeſum inter
eſt:⁊ audi dicētē Joannē: Ego opus habeo a te ba/
ptizari:⁊ nō ſum dignus ſoluere ipſius corrigiā cal
ciamēti:ſed tamē cū tantū intereſt deſcēdit ſpiritus:
quē nō habebat Joānes. De plenitudine em̄ (inqt)
ipſius nos omnes accepimus. Prius tamē q̄ȝ ba/
ptizaret̄/nō ille deſcēdit:neqȝ Johānes ipm̄ deſcē/
dere fecit. Cur ergo iſtud fitꝛ Ut ſcias ſacerdotē ſym
bolū implere tm̄modo:nemo homo tantū diſtat ab
homine:quātū a chriſto Joannes. Deſcendit tamē
ſpiritus: vt diſcas deum omnia operari:deū om̄ia
facere. Uolo quidē adijcere plane mirabile:⁊ nolite
mirari:neqȝ turbemini. Quid ꝟo iſtud eſtꝛ Sacra
ip̄a oblatio:ſiue illā Petrus:ſiue Paulus:ſiue cu
iuſuis meriti ſacerdos offerat:eadem eſt:quā dedit
chriſtus ipſe diſcipulis:quāqȝ ſacerdotes modo q̄qȝ
cōficiūt. Nihil habet iſta/ q̄ȝ illa minus. Cur idꝛ qꝛ
nō hanc ſanctificant homines:ſed chriſtus:qui illā
ante ſacrauerat. Quemadmodū em̄ verba: que lo/
cutus eſt chriſtus/eadē ſunt que ſacerdotes nūc q̄ȝ
pronūciāt:ita ⁊ oblatio eadē eſt:eadēqȝ baptiſmi ra
tio eſt:adeo omnia in fide cōſiſtūt. Corneliū ſpiritꝰ
repente repleuit:qꝛ prius ipſe alacritatē volūtatis
oſtenderat:fidemqȝ pleniſſime deuotōis obtulerat
Et hoc igit̄ chriſti corpꝰ:⁊ illud eſt:qui autē hoc il/
lo minus aliquid habere putat:ignorat chriſtū eſſe
qui nūc etiā adeſt:atqȝ operat̄. Iſta vobis nō abſqȝ
certa ratōe diximꝰ:ſed vt ſententiā veſtrā:ſenſumqȝ
corrigamus:cautioreſqȝ in poſterū faciamus. Veꝝ
vos ea ſeruate que diximꝰ. Nā ſi ſemꝑ audimꝰ:et
nunq̄ȝ audita perficimus:nihil ex his que dicūtur:
emolumēti percipimus. Attendamus ergo nobiſ/
ipſis queſo diligenter: ⁊ que dicta ſunt/magno ſtu
dio implere curemus. Deſcribamus ea mentis no/
ſtre tabulis:ꝯſcientieqȝ affixa teneamus:ac iugiter
gloriā referamus patri ⁊ filio ⁊ ſpirituiſancto: nunc
⁊ ſempꝑ/ ⁊ in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Homelia. III. ad Timotheū. II. Ex capitulo. I.

f **Ormā habe ſanorum verbo
rum:que a me audiſti in fide
et charitate:que eſt in chriſto Jeſu
Bonum depoſitū cuſtodi per ſpi/
ritumſanctum : qui inhabitat in
uobis. Noſti hoc:ꝙ auerſati ſunt
me omnes:qui ſunt in aſia:ex qui/
bus eſt Philetus et hermogenes
Det miſericordiā dominus oneſi
phori domui:quoniam ſepius me
recreauit:et cathenā meam nō eru
buit:ſed cum veniſſet romā:ſtudi/
oſius me requiſiuit et inuenit. De
dit illi dominꝰ inuenire miſericor/
diā apud deū in illa die:et que mi/
hi epheſi miſtrauit:ip̄e meliꝰ noſti.**

Nō modo ꝑ litteras:ſed etiā verbis diſcipulo:q̄
eſſent agenda/dictauit:Qd̄ plurimis ⁊ alijs in lo/
cis oſtendit/dicens:ſiue ꝑ verbū/ſiue ꝑ epiſtolam/
quaſi ꝑ nos miſſam. Hoc ⁊ hic multomagis fecit:
ne igit̄ minus aliquid/doctrinā habere putemus:
plurima illi abſqȝ ſcripto tradidit:q̄ illi modo ad me
moriā reuocās/dicit [Formā habe ſanoꝝ ꝟborū:q̄
a me audiſti] Quid autē hoc ſibi vultꝛ Pictoꝝ (in/
quit) more/imaginē tibi virtutis impreſſimꝰ:⁊ om
niū que deo grata ſunt: veluti normā/primitiuāqȝ
formā/tue indidimꝰ anime. Hec igit̄ habeto firmit̄
⁊ ſiue de fide/ſiue de charitate/ſiue ꝺ caſtitate/opꝰ
ſit aliquid loqui/ac diffinire:inde tibi exēplaria ac/
cipe. Nō tibi neceſſe erit ab alijs mutuari/virtutis
imaginē:cū intra te omnia poſita/ſerues. [Bonum
depoſitū cuſtodi] Quo nā mō [Per ſpiritūſanctū
qui habitat in nobis] Neqȝ eni humane anime:hu
maneqȝ virtutis eſt tam multa depoſita digne poſ
ſe ſeruare. Cur idꝛ Quia feruent cūcta latronibꝫ:dē
ſiſſime iminēt tenebre. Inſtat preterea diabolus/
atqȝ inſidiat̄: neſcimus qua hora:quo imineat tem
pore. Quō igit̄ inqt cuſtodire ſufficiamꝰꝛ Per ſpiri
tūſanctū:hoc eſt ſi ſpiritū habeamꝰ apud nos manē
tem. Aderit aūt/niſi gratiā repellamꝰ:niſi eni dn̄s
edificauerit domū in vanū laborauerunt/qui edifi
cant eā:⁊ niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatē/fruſtra vigi/
lant/qui cuſtodiūt eā. Hic nobis murꝰ eſt: hoc p̄ſi
diū/atqȝ refugiū. Si igit̄ inhabitat:⁊ ipſe profecto
cuſtodiet:q̄d ergo p̄cepto opusꝛ Ut ipm̄. ſ. teneamꝰ
vt ſeruemꝰ intra cordis noſtri hoſpiciū:ne illū ma/
lis actibꝫ effugemꝰ. Deinde tēptatiōes exponit/nō
diſcipuli animū deijcere intendēs/ſed magis erige
re: vt ſi qn̄ ⁊ ipſe in eaſdem inciderit/nō rei nouitate
turbetur/magiſtrū intuēs:⁊ que illi cōtigere/me/
moria repetēs. Quid ergo aitꝛ quoniā fieri poterat
vt eiſdē ⁊ ipſe cōprehenſus/deſereret̄: atqȝ nullius
humanitate/nulliꝰ ope/aut auxilio niteret̄:verum
ab ipſis quoqȝ fidelibꝫ/amiciſqȝ proderet̄/audi q̄ȝ
ſua ſignanter enumeret. [Noſti (inquit) ꝙ me auer/
ſati ſunt oēs/qui ſunt in Aſia] Erāt forte tūc rome
pleriqȝ aſiatici:ſed nemo ait/aſtitit mihi:nullus me
recognouit:omnes a me alieni effecti ſunt. Et vide/
as queſo/ipſius ſapiētiſſimū animū:dixit qd̄ factū
erat:illis quemadmodū imp̄catus eſt:atqȝ eū q̄dē/
qui rite erat operatus/laudat:bonaqȝ illi impreca/
tur oīa. Illis autē nequaq̄ȝ maledixit/ſed quid aitꝛ
[Ex quibꝫ eſt Philetus ⁊ Hermogenes. Det mi/
ſericordiā dominus oneſiphori domui:quia ſepius
me recreauit:⁊ cathenā meā non erubuit/ſed cū ve/
niſſet Romā ſtudioſius requiſiuit:⁊ inuenit]. In/
tuere quomodo vbiqȝ/confuſionis verbū/nō peri/
culum ponit:ne diſcipulus trepidet. Et certe ea res



erat plena periculis. Infenſum enim tunc habebat
neronem/ꝙ quendam ex familiaribꝫ eius fidei reli
gioniqȝ iunxiſſet. Sed cū veniſſet inquit Romā nō
modo nō refugit colloquiū meū/ſed etiā requiſiuit
me/atqȝ inuenit [Det illi dn̄s inuenire miſīcordiā
apud dn̄m in die illa:⁊ quanta epheſi miniſtrauit/
ipſe melius noſti] Tales eſſe fideles decet/ vt neqȝ
minis/neqȝ metu/neqȝ confuſione vlla ꝓhibiti/ſibi
inuicem cooperent̄/ſeqȝ mutuo foueāt: ac veluti in
bello ſibi aſſiſtāt inuicē ⁊ opē ferant. Neqȝ em̄ plus
periclitantibꝫ/q̄ȝ ſibimet proſunt:dū pietatis inſtin
ctu/illis accedūt ſocij/coronarūqȝ participes fiunt
Uerbi gratia in preſſura cōſtitutus eſt aliquis eoꝝ
qui deo ſe deuouerūt:aduerſiſqȝ plurimis quatit̄/
magnaqȝ tolerātia colluctat̄: tu nunq̄ȝ eiuſce certa/
minis experimēta cepiſti. Licet tibi/ſi velis/ ⁊ pret̄
ſtudiū coronarū:que illi debentur/participē eſſe/ſi
illi aſſiſtas:ſi iungas:ſi horteris:ſi aſſidue excites:
atqȝ vt hoc ita ſe habere diſcas:audi quid alio in lo/
co dicat ap̄l'us: Uerūtamē benefeciſtis cōmunican
tes tribulationi mee. Et iteꝝ: Theſalonicā quoqȝ
⁊ ſemel/ ⁊ bis in vſum mihi miſiſtis. Et quō qui nō
aderāt abſenti in preſſuris cōmunicarūtꝛ Quia mi
ſiſtis (inquit) mihi neceſſaria/ ⁊ ſemel/ ⁊ ſecūdo. Et
rurſum de epaphrodito:Quoniā inquit appropin
quauit vſqȝ ad mortē:nō parcens anime: vt ſupple
ret defectū miniſterij veſtri aduerſum me. Nā ſi in
regibꝫ fieri ſolet/ vt nō mō qui pugnāt:ſed ⁊ q̄ vaſa
cuſtodiūt/honoris participes ſint:ſepeqȝ ꝯtingit vt
paria bellatoribꝫ acciperēt p̄mia:q̄ȝuis nō fedaſſent
cruore manꝰ/neqȝ arma cepiſſent: imo ne prelium
quidē aſpexiſſent:multomagis id in tribulationibꝫ
fit. Qui em̄ athletā fame confectū cibo recreauerit:
qui illi aſtiterit/ ⁊ verbo fuerit hortatus: qui obſe/
quia reliqua intulerit/pari cū illo mercede donabi/
tur. Neqȝ enim velim Paulū aſpicias inuictū:atqȝ
inſuperabilē pugilē: ſed aliū quemuis ex multis:q̄
niſi magno ſolatio/ ⁊ magna cōſolatione frueretur
forte cōcideret:neqȝ vnq̄ȝ certaret oīno. Sepe igit̄
fit vt qui ex certamine ſunt:illi qui certare ingredit̄
ſunt cauſa victorie. Qui vero victorie fuerint cauſa
eos coronas quoqȝ/ victori preparatas/promere/
ri certū eſt:⁊ ſane nihil eſt cur admireris/ſi ſtantibꝫ
quiſqȝ cōmunicās:atqȝ certantibꝫ/eadē meret̄ pre/
mia:qn̄ quidē ⁊ vita functis victoribꝫ coronatis ni/
hilo egentibꝫ (licet velimꝰ) virtutū/atqȝ meritorū/
accedere ſocios. Audi deniqȝ quid dixerit Paulus
Memorijs ſanctoꝝ cōmunicātes. Quo nā inqes
modoꝛ Qn̄ cuiuſqȝ admireris virtutē:qn̄ illū imita
ris:⁊ ex eis aliquid ſtudens emulari:q̄ illū clarum
illuſtrēqȝ faciūt:premiorū profecto: atqȝ coronarū
accedis cōſors. [Det illi dn̄s inuenire miſericordiā
apud dominū in die illa terribili/ atqȝ metuenda]
quādo miſericordiā nimiū omnes egebimus. Det il
li (inquit) dominus inuenire apud dominū miſeri/
cordiā. Duo igitur dominiꝛ Abſit: Sed nobis vnꝰ
eſt dominus/ Jeſus chriſtus:⁊ vnus deus: hoc in
loco/qui marcionis laborāt morbo/ex hoc ꝟbo he/
reſim ſuā/ſe tueri putant:ſed diſcāt vſitatum eſſe in
ſcripturis/hoc dicēdi genus. Sepe eni:cū fuerit de
aliquo facta mentio ea locutione vtitur: vt cū dicit:
Et ait Abraā quoniā non ingredit̄ Abraā/ ⁊ cetera
in hunc modū:neqȝ vero ait: Det illi dominꝰ aliud
q̄cq̄ȝ:ſed miſericordiā. Enimuero ſi oneſiphorus:q̄
ſe ſe periculis obiecerat miſericordia ſaluꝰ fit:quāto
magis nobis miſīcordia neceſſaria eſtꝛ Terribiles
nēpe ille pene ſunt:⁊ nimiū illa metuēda ſupplicia:
magnaqȝ egemus diuine miſericordie largitate:ne
horroris plenā ſententiā audiamꝰ: Diſcedite:nō no
ui vos:qui operamini iniquitatē. Et diſcedite a me
maledicti in ignē eternū:qui paratus eſt diabolo ⁊
angelis eiꝰ. Et illud itē: Chaos magnū inter nos
⁊ vos ē:itēqȝ tollite illū:⁊ mittite in tenebras exteri
ores. Atqȝ illud:ſerue male ⁊ piger. Horrendū q̄ꝓ
pe eſt nimiſqȝ metuendū:extremi iudicij examē. Et
certe deus māſuetus eſt:lenis eſt:placidus eſt: deꝰ
eni miſericordiaꝝ dicit̄/ ⁊ pater totius cōſolatiōis:
⁊ bonus:⁊ benignus:⁊ mitis:⁊ multe miſericordie
⁊ nō vult mortē peccatoris:ſed vt cōuertat̄ ⁊ viuat.
Unde igit̄ queſo: vnde dies illa ſic anxia/ſic plena
terrorisꝛ Igneꝰ nēpe fluuiꝰ ante illius faciē ducit.
Aperiunt̄ opeꝝ noſtroꝝ libri: dies illa vt ardēs cli
banus eſt. Diſcurrūt angeli:fornaces ſuccēſe: ⁊ pa/
rate ſunt multe. Quō ergo clemēs: quō miſericors
quo pacto bonus eſt:ſic quoqȝ plenus clemētie/ac
bonitatis eſt. Immo ex hoc maxime diſcit̄ ipſiꝰ cle/
mētie magnitudo. Nā ex iſtis terrorē incutit nobis
vt vel ita coacti metu/ad eterni regni deſideriū ex/
citemur. Jam ꝟo inſpice/q̄ȝ locuples Oneſiphoro te
ſtimoniū preſtet/dum ait: Quoniā ſepius recreauit
me:ac ſi athletā inquit eſtu/preſſuriſqȝ fatigatū re/
creauit/atqȝ roborauit [Et quāta epheſi miniſtra/
uit:ipſe meliꝰ noſti]. Nō modo inquit epheſi: veꝝ
⁊ hic. Hmōi ei oporret/ vt ſit ſobrius quiſqȝ: vigil:
⁊ excitus nō ſemel/aut ſecūdo/aut tertio:ſed ꝑ oēm
vitam illi operandū eſt. Quēadmodū enim corpus
noſtrū/nō ſi ſemel nutriat̄:habet totiꝰ vite ſubſtan
tiā:ſed quotidiano indiget cibo:ita ⁊ in religione/
atqȝ pietate/diebus ſingulis opū egemus auxilio.
Magna nāqȝ nobis miſeratiōe opus eſt: propter
peccata eni noſtra deꝰ omnia illa fecit:cū ſit ſumme
bonus ac benignus:imo bonitas ip̄a/atqȝ benigni
tas:cūqȝ nihil hoꝝ ipſe velit:ſalutis noſtre cauſa cū
cta molit̄:ob h̄ eni cūcta nob expoſuit:oīa enūciauit
neqȝ enūciauit mō: veꝝ ⁊ opibꝫ ipſis aſſeruit: dignꝰ
plane cui fides habeat̄/etiā ſi diceret tantū. Ceterū
ne quis fortaſſe/ verba exiſtimaret tenēdi/aut com
municādi ſolū cauſa deſeruire/rebus ipſis:q̄ dixit/
aſſeuerat: dum priuatim/ac publice penas inducit:
atqȝ vt id apertius diſcas/rebus ipſis certis/pha/
raonē qn̄qȝ cruciauit:al's aquaꝝ generalē illā indu
xit illuuiē:per quam omnia perderet:al's vero ym/
brem igneū celitus demiſit:quo ſceleſtos extingue
ret. Modo item cernimus/pleroſqȝ malos crucia/
ri:⁊ penas exoluere:que profecto om̄ia gehēne no/
bis exempla expoſita ſunt. Ne eni obdormiamus:
ne deſidie lāguore teneamur:obliuiſcamurqȝ ꝟbo/
rū/ipſis nos rebus excitat/admonet:oſtēditqȝ ⁊ in
hac vita iudicia/ſupplicia/mulctas/ variaqȝ pena
rū genera:perterrēdis malis cōſtituta. Ꝙ ſi apud
homines tāte iuſtitie ſeruāde cura eſt deo: qui has
cōſtituit leges:nulla erit iuſtitie ratioꝛ Quis nō vi
deat:q̄ȝ id abſurdum:q̄ȝ impiū ſitꝛ Nempe eni ⁊ in
priuata domo:⁊ in foro:⁊ omnibus omnino in lo/
locis:leges /ac iudicia videas. In domo paterfa/
milias ſeruos quotidie iudicat:penaſqȝ peccanti/
bus infert:peccataqȝ partim punit:partim remittit
In villa rurſus agricola:⁊ vxor diebus ſingulis /

iudicia exercent. In naui/ gubernator de vectoribꝫ iudicat: In caſtris dux milites diſcutit: plurimaqꝫ in hunc modū iudicia inuenies. In artibꝫ magiſter iura diſcipulis dictat. Omnes deniqꝫ/ ⁊ ſeorſum/ ⁊ cōmuniter ſeinuicē iudicāt. Nuſqꝫ videas iurꝭ rationē nō haberi: ſed omnes vbiqꝫ penas ſcelerū dare Sin vero hic tāta cura ⁊ diligētia/ per ciuitates/ per domos/ per ſingulos deniqꝫ ius ita diſſeminatum eſt: vt eius tuendi gratia omnia fiant: illic vbi iuſticia plena eſt dextera dei: ⁊ iuſtitia eius ſicut mōtes dei: illic inquam nulla erit iuſtitie ratio? Et quomodo erit deus iudex iuſtus/ fortis/ ⁊ patiens/ id feratur? vt non peccatorū exigat penas? Habes hic cauſam/ ꝙ patiens eſt. Expectat patienter/ vt te ad penitentiā attrahat. Sin vero peccare perſiſtas/ ſm̄ duritiā tuā: ⁊ cor impenitens/ theſauriſas tibi irā. Si ergo iuſtus eſt/ ſm̄ merita reddit: neqꝫ patitur: vt qui hic aduerſa patiunt̄ ab impijs/ imunes ſint. Fortis autem eſt/ qui etiā poſt mortem iuſta retribuit/ id quippe virtutis eſt: ⁊ in reſurrectione item. Et patiēs inquit. Si igitur patiens eſt/ nō perturbemur: neqꝫ dicamus: cur hic nō ſupplicijs afficit? Quippe ſi hoc fieret/ iamdudū preceptū eſſet mortaliū genus. Si diebus ſingulis eorum que peccamus/ penas a nobis exigeret: vix vel paucis annis viuere permiſſi eſſemus: neqꝫ enim dies vlla omnino pertranſit/ noſtris ſceleribus vacua: ſed innumeris quottidie modis offendimus: vt nemo noſtrum etatis vigeſimū attigiſſet annū: niſi ingens eſſet patientia: ſūmaqꝫ benignitas/ que nobis penitētie ſpatium daret: vt peccata diluere valeamꝰ. Vnuſq̄ſqꝫ igitur ingrediatur conſcientie ſue cubiculū: ⁊ que a ſe geſta ſunt cuncta deſpiciat: vitamqꝫ ſuā omnē diſcutiens/ animaduertet innumeris ſe penis/ ac ſupplicijs dignū. Et cū illi cogitatio impia dixerit: cur nō ille mille ſceleribꝫ plenꝰ/ nō penas luit/ ex ſuorū conſidratione factorū/ deſiſtet indignari. Illa enim ideo videntur magna: quia palam ſunt. Ceterum ſi ſua illis conferat: plura/ ⁊ maiora fortaſſis inueniet. Quippe rapere ⁊ cupidū eſſe/ idem ferme eſt: ſiue aurum/ ſiue argentum quiſqꝫ diripiat: eodē em̄ ex animo vtrūqꝫ proficiſcitur: ⁊ is qui minora diripit: maiora quoqꝫ diripere nō detrectabit: / ſi ſe illi occaſio obtulerit: ꝙ ſi deſit occaſio: non tamen peſſimū inſtitutū/ etiā ſine effectu operis/ vacat a culpa Si pauperiorem ſe/ pauper iniurijs violat: diuitē quoqꝫ/ ſi poſſet/ violare non deſinet. Verū obſtat infirmitas: non deeſt malitia voluntatis. Ille inquies ꝑnceps eſt: ⁊ ſubiectorū fortunas diripit. Quid ergo ipſe non rapis? Neqꝫ enī velim dicas/ ille auri talēta diripit/ tu vel ſi decē obolos rapias/ eiuſdem eris criminis reus. Totum quippe in voluntate conſiſtit. Nam ⁊ in elemoſynis dandis/ alij aurum offerebant: paupercula vidua duo minuta in gazophilatiū miſit: nihilqꝫ minus diuitibus intulit. Cur id? quia voluntas propoſitūqꝫ diſcernitur non datum ipſum. Enimuero cum in elemoſynis erogādis/ deum vis ita iudicare: vt nil minus reddat tibi/ ſi duo minuta diſtribuas/ q̄ꝫ hi qui mille auri talenta diſtribuūt. In auaritia vero ⁊ rapina/ non idem cenſes? Nō ne omni ratione id caret? Quemadmodū deniqꝫ vidua illa/ que duo minuta miſerat/ pro alacritate volūtatꝭ nihil/ minus diuitibus intulit: ita ⁊ tu/ ſi vl' duo minuta diripias nihilo meliore in loco es/ q̄ꝫ hi/ qui multa diripiūt. Immo vt mirabilius aliquid loquar/ illos iniquitate tranſcendis. Sicut enim quiſqꝫ/ ſiue regis violaret vxorem/ ſiue pauperis/ ſiue ſerui/ pari ratiōe adulter eſt: cum peccatum/ nō perſonarū differētia/ verum ex voluntate improba id ſcelus admittētis iudicetur/ ita ⁊ hic. Immo equidē illū magis adulterum dixerim/ qui quamlibet ex vulgo: q̄ꝫ qui reginam ipſam violauerit. Illic enim plurima irritamenta ſunt/ puta opes/ elegantia forme/ ⁊ eiuſmodi cetera/ quorū hic nil inuenias. Eadem profecto ratione/ illum magis ebriū dixerim/ qui quodlibet vino/ q̄ꝫ qui optimo inebriatur. Ita ⁊ cupidū eum potiſſimū cenſeo: qui ne minima quidē rapere omittit. Nam qui maxima diripit/ minima fortaſſe contemnet: qui autem parua nō deſpicit/ quomodo is maiora deſpiciet? Fur igit̄ hic/ magis q̄ꝫ ille eſt. Nā qui non aſpernatur argentū/ nunq̄ꝫ profecto aurū aſpernabitur. Itaqꝫ cum principes inſimulamus/ noſtra nobiſcum reputemus/ inueniemꝰ noſipſos plus auaritie/ rapineqꝫ ſtudere/ q̄ꝫ illos/ ſi iſta non re/ ſed voluntate metiamur. Ita enim diſcernere/ ac iudicare debemus. Dic enim queſo/ ſi quis rē pauperis furto ſuſtuliſſe deprehenditur: alius vero diuitis ſubſtantiā expilat: nōne ſimili/ vterqꝫ plectit̄ pena. Quid itē homicida: nōne ꝑpetrati homicidij eque penas dabit/ ſiue ille debilem/ ac pauperem/ ſiue diuitem/ valentēqꝫ necarit? Cum igitur in mētem venerit: ꝙ ille huius prediū rapuit/ noſipſos/ noſtraqꝫ omnia diligentiꝰ inſpiciamus: atqꝫ ita alios damnare deſinemus: deiqꝫ longanimitatē admirabimur: neqꝫ indigne feremus: ꝙ iudiciū ſuper illos mittere differat: ipſiqꝫ ad male operādū/ ſegniores/ tardioreſqꝫ reddemur. Nam cum noſmet/ eiſdem obnoxios teneri animaduertimus: nō iam indignabimur: verū ipſi potius peccare deſiſtemꝰ: futuriſqꝫ perfruemur bonis: que vtinam nos omnes conſequi mereamur: in chriſto Ieſu dn̄o noſtro: cui eſt cū patre/ ⁊ ſpirituſancto/ gl'ia/ imperiū/ honor/ nūc ⁊ ſemꝑ/ ⁊ in ſecula ſeculorū Amē.

Homelia. II. Ex capitulo. II.

**TU ergo fili mi confortare in gratia que eſt in chriſto Ieſu ⁊ que audiſti a me per multos teſtes: ea cōmenda fidelibus hominibus: qui idonei erūt: et alios docere. Tu ergo collabora: vt bonꝰ miles ieſu chriſti. Nullus militās implicat ſe negocijs ſecularibus: vt ei placeat: qui ſe elegit. Sed ⁊ ſi certauerit q̄s nō coronabitur: niſi legitime decertet. Laborantē agricolā oportet primū de fructibꝰ ſumere. Intellige que dico. Dabit enim tibi dominus in omnibꝰ intellectum. Memor eſto dominum**



**ieſum chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine dauid ſcd̄m euangelium meum: in quo laboro vſqꝫ ad vincula quaſi male operās: ſed verbum dei non eſt alligatum. Ideo omnia ſuſtineo propter electos vt et ipſi ſalutem conſequantur: que eſt in chriſto ieſu cū gloria celeſti.**

Fert magnū diſcipulo in mari ſolatiū: magnāqꝫ eſſe fiduciā/ cū meminit magiſtrū fere naufragiū feciſſe ⁊ fuiſſe ſeruatū. Neqꝫ enī arbitrat̄ iā fluctus illos atqꝫ tempeſtates/ ex propria imperitia inſcitiaqꝫ: ſed ex ipſius rei natura cōtingere. At id ꝑmagnū eſt ratione ſolatij. Fert itē in bellis tribuno/ vel cuiuſuis agminis duci/ maxima incitamēta virtutis/ cū imperatorē viderit vulneratū primo/ tū demū euadere ex vulnere. Ita et fidelibꝫ q̄buſqꝫ multū affert ſolatij/ ꝙ ap'lm cernūt toleraſſe plurima. Quippe ille hac intentiōe: q̄ fuerit perpeſſus enūciat. Nam cōperto timotheo: ꝙ is qui potētiſſimꝰ fuerat: orbēqꝫ ſubegerat oēm/ haberet̄ in vinculis/ atqꝫ preſſuris: neqꝫ ferebat idigne aut grauiter/ ꝙ a ſuis fuiſſet deſertus: ꝓfecto ſi ⁊ ipſe eadē perpeſſus eſſet/ eam rem infirmitatis humane eſſe nunq̄ꝫ putauiſſet licet eſſet ille diſcipulus/ atqꝫ inferior paulo: quādo quidē: et magiſter eadem toleraſſet: verū ⁊ diuine diſpoſitioni/ ⁊ rei nature deſcriberet oīa. Et ipſe enim hoc fecit: atqꝫ ideo ita expoſuit: vt roboraret diſcipulum: atqꝫ recrearet: vt ſcilicet intelligens ille ſui gr̄a/ hoc eū facere: ſuaſqꝫ preſſuras ac tēptationes recenſere: meliori eſſet aīo. Atqꝫ ideo adiecit: [Tu ergo fili mi cōfortare in gratia: que eſt in chriſto ieſu.] Quid dicis: ita ne metu nos liberas? Dixeras te vinctū eſſe: preſſuraſqꝫ pati: atqꝫ ab oībus fuiſſe deſertū ⁊ quaſi nihil te paſſum dixiſſes mali: aut ab vllis eſſe derelictū: ita demū addis: [Tu ergo fili cōfortare.] Merito ſane ita facio: qm̄ ex his plus roboris accipis: q̄ꝫ ſi nihil paſſus fuiſſem. Nā ſi paulus ego iſta patior: multomagis ea pati tu debes: ſi magiſter/ longe diſcipulus magis. Summo vero affectu eā admonitionem infert: dum dicit fili neqꝫ id tm̄: ſed adijcit [fili mi] ſi filius es inquit patrem imitare: ſi filius es: ex his confortare/ que dixi: neqꝫ ex his tantū: ſed ex gratia chriſti. [Confortare inquit in gratia que eſt in chriſto ieſu.] hoc eſt per gratiam chriſti: ac ſi dicat: ꝑſiſte fortiter preliū nō ignoras: qđ alio in loco ſignificātius poſitū eſt ab eo/ cū diceret: Nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnē et ſanguinē. Neqꝫ tamē ob id deterruit auditores: verum excitauit magis. Et hoc itaqꝫ in loco: Sobrius eſto inquit et vigila/ habes adiuuantē gratiā dei: vnaqꝫ certantē. Magna ꝓpoſiti alacritate/ magna conſtātia volūtatis: tuū munus aggredere. [et que audiſti a me ꝑ multos teſtes: hec cōmenda fidelibus hoībus.] Fidelibꝫ inquit nō queſtiōes/ ratiocinationeſqꝫ ſequētibus: fidelibꝫ q̄ ꝑdicatiōis nō prodāt gratiā. Que audiſti nō q̄ diſcuſſiſti. Nā fides ex auditu: auditꝰ aūt ꝑ verbū xp̄i. Quid eſt aūt ꝑ multos teſtes? nō ea inq̄t clā audiſti: neqꝫ in ſecreto: ſꝫ palā aſtantibꝫ oībus. Neqꝫ ait/ dic ⁊ ipſe: ſed cōmenda veluti theſaurū regium: qui tuto loco deponit̄. Rurſus aūt ex ſuperioribꝰ/ et ex cōſequentibus diſcipulum terret. Non ſolum ait fidelibus cōmenda. Nam quenā eſſet vtilitas: ſi fidelis quiſpiā ſit: nec tamē poſſit docere alios? Si item ipſe non predicat fidē: neqꝫ tamē alios ſui ſimiles efficere poſſit. Duo itaqꝫ magiſtro neceſſario ineſſe debent: vt ⁊ fidelis ſit ⁊ docere alios poſſit: ideirco ait: Qui idonei erūt ⁊ alios docere. [Tu ergo labora/ vt bonꝰ miles chriſti ieſu.] Quāta vero dignitas eſt eſſe militē chriſti: cōſidera terrenos reges: vt magnū q̄ddā putent: q̄ ſub eis militāt. Si ergo laborare regij militis eſt: nō laborare militis nō eſt. Nō itaqꝫ grauiter aut moleſte ferre militem labores decet: ſed cōtra/ penitus grate/ ac libēter: ac tū magis dolere/ cum nō laborat. [Nemo militās deo implicat ſe negocijs ſecularibus. Nam ⁊ qui certat nō coronabit̄: niſi legittime decertet.] Dicta ſunt iſta q̄dē ad timotheū: dicunt̄ autē per illū quoqꝫ magiſtris oībus atqꝫ diſcipulis. Nullus ergo epiſcopatu ꝑditus/ hec audire dectrectet: ſed agere ea plane detrectet. Nam ⁊ qui certat/ nō coronat̄ niſi legittime decertet. Quid eſt legittime? Non ſufficit inq̄t ſi quis in certamen tantūmodo deſcēdat: ſi ſolū vngat̄ aut congrediat̄ tantū: ſed niſi per oīa/ certaminis ſeruauerit legē/ vt ſobrius/ grauis/ conſtanſqꝫ ſit: oīaqꝫ prorſus obſeruet/ que certantibus congruūt: nunq̄ꝫ profecto coronabit̄. Et intuere queſo ſapientiā pauli: certaminis ac militantiū mentionē facit: partim vt prōptos atqꝫ alacres ad cedes/ ſanguinē ac mortem ſuaderet fieri: partim vt conſtanter/ ac fortiter oīa perferre hortaret̄ ac ſemper in exercitatione eſſe. [Laborantē agricolā oportet primū de fructibꝰ ſumere. [Dixerat de ſe/ dixerat et de magiſtro. Dicit iam ⁊ de his: que cōmuniter accidūt/ de certantibꝰ atqꝫ militibus: apponitqꝫ rebus ſingulis premia: dum de altero loquit̄: vt ei placeat qui ſe elegit: de altero dicit vt coronet̄. Addit aūt ⁊ tertiū exemplar ſibi maxime congruū. Nam illud militis atqꝫ athlete/ ſubditis conuenit: agricole vero/ magiſtro ſolūmodo: vt non tantū ſicut miles et athleta: verum ⁊ vt agricola ſit. Quippe agricola nō ſuiipſius curā habet: ſꝫ fructuū/ ac terre: hoc eſt nō minimā laborū retributionē capiet agricola. Hoc in loco deū nihilo egentē: doctrineqꝫ premia oſtendit: dū rem cōmunē dicit. Quēadmodū inquit agricola/ nō abſqꝫ vtilitate laborat: verū prior ipſe antea omnes laborū ſuorum ꝑcipit fructū: Ita et doctorē frui laboribꝰ ſuis cōſentaneū eſt. Siue hꝫ fortaſſe de honorādis doctoribꝰ dicit: qđ tn̄ ratiōe nō caret. Cur enī nō ſimpliciter dicit agricolā: ſꝫ laborantē agricolā: neqꝫ vtrūqꝫ laborantē: ſꝫ acri intētiōe laborantē/ aduerſus eos: q̄ more impatiētes ſunt. Ac ne quis inq̄t moleſte ferat/ premiorū morā: iam hic ea recipere incipit: ſiue quia in ipſo labore retributio eſt: poſtea vero q̄ꝫ exempla propoſuit/ militū/ athletarū/ agricolarum: eaqꝫ oīa figurate: Nullus ait coronat̄: niſi legittime decertet. Cunqꝫ dixiſſet: [Laborantē agricolā premiū de fructibus capere: protinus intellige q̄ dico. Dabit enim dn̄s in oībus tibi intellectum.] Cuius rei gr̄a/ hec in prouerbijs ſimilitudinibuſqꝫ dicta ſunt. Deinde affectū ſuum indicans: nō deſinit bona illi imprecari: quippe veluti chariſſimo filio metuens ⁊ ait: [Memor eſto ieſum chriſtū a mortuis reſurrexiſſe/ ex ſemine dauid: ſcd̄m euangeliū meū: in quo

⁊ laboro vſqꝫ ad vincula/ quaſi male operās.] Cur
hoc in loco ſic admonet? Maxime quidē hereticos
iugulat: ſimul autē et diſcipulū recreat/ oſtendens
paſſionū lucra: quādo quidē ipſe quoqꝫ magiſter no
ſter chriſtus/ paſſione ſua proſtrauit mortē. Hoc in-
quit recole: vt ꝯſolationē cumulatiorē habeas. [Me
mor eſto inquit chriſtū ieſum reſurrexiſſe ex mortuis/
ex ſemine dauid.] Ita enī tunc ceperant quidā: my-
ſterium diuine diſpenſationis euertere/ magnitudi-
nem diuine bonitatis nō capientes. Talia quippe
in nos bñficia cōtulit deꝰ: vt ea hoīes deo applica-
re erubeſcerēt/ neqꝫ illū ad infirma nr̄a deſcendiſſe:
eaqꝫ ſuſcepiſſe crederēt [Scdm euāgeliū meū inquit]
Ubiqꝫ hoc per epiſtolas vtitur noīe dicēs: [Scdm
euangeliū meū.] cui ſcilicet obtemperare et credere
oportet. Erāt enī ⁊ qui alia euāgelizarēt: quos alio
in loco notat/ ac reprobat. [In quo laboro (inquit)
vſqꝫ ad vincula: quaſi male operās.] Rurſus ex ſe
ipſo ſolatiū infert: rurſus hortatur: dū nihil ex preſſu
ris detrimenti ꝓuenire ⁊ emolumēti plurimū indi-
cat. Multū enī ꝑfecto confert/ ad iritamēta virtu-
tis/ magiſtrū luctantē indeſinenter aſpicere/ nec ce-
dentē. [Sed verbū inquit dei nō eſt alligatū.] Nā
ſi quidem inquit ſeculi milites eſſemus: ſi bella car-
nalia bellaremus: haberent aliquid viriū vincula:
que manus obligaſſent noſtras. At nūc tales nos
fecit deus: vt nihil nos deijcere poſſit. Uinciuntur
manus: ſed manet lingua libera: quā nemo ligare
poſſit: niſi formido ſola: atqꝫ infidelitas. Quādiu ea
abeſt: quātalibet quis iniijciat vincula: predicationis
vox alligata nō eſt. Puta ſi quis agricolā vinciat:
ſementē profecto impedit: manu enim ille ſerit. Do-
ctorē vero ſi vinxeris: verbū dei cōpedire non vales:
lingua quippe non manu ſeritur: verbū quod nullis
ſubiacet vinculis. Nam et ſi vincti ipſi ſimus: illud
ſolutū eſt/ ⁊ libere currit. Ecce enī inquit et nos qui
vincti ſumus p̄dicamus: vt ⁊ qui ſoluti ſunt/ prom
ptiores ad id fiant. Nam ſi vincti ipſi p̄dicamꝰ quā-
to magis vos qui ſoluti eſtis: id facere oportet? Au
diſti ꝙ quaſi male operans/ hec patior: noli aīo de-
iectus eſſe. Eſt quippe miraculi pleniſſimum: ꝙ is
qui vinctus eſt ſolutorū exercet munus: vinctꝰ om-
nia vincit: vinctus eos/ qui ſe vinxerāt ſuperat. Uer-
bum quippe dei/ nō noſtrū eſt. Porro humani ne-
xus dei verbū ligare nō poſſunt: et hec patior ꝓpter
electos. [Idcirco enī inquit oīa tolero propter ele-
ctos: vt ⁊ ipſi ſalutē conſequantur: que eſt in chriſto ie
ſu cum gloria eterna.] Adijcit adhortationis cumu-
lum: dū nō pro ſe: ſed pro ſalute aliorū/ iſta pati ſe di
cit: Cū inquit liceret abſqꝫ periculis viuere: nihilqꝫ
huiuſmodi pati: ſi quidē mea eſſem contentus ſalute
alienis tamē comodis conſulo: vt alij eternā conſe-
quantur vitā. Quid polliceris? nō ait ſimpliciter ꝓ
pter hos aut illos: ſed propter electos. Si deus in-
quit illos elegit et nos oēs pro illis pati oportet: vt
et ipſi ſalutē conſequantur: quemadmodū et nos. Et
nos enī elegit deus: ſicut igitur ꝓpter nos paſſus eſt
deus: ita ⁊ nos ꝓ illis cōuenit pati. Eſt ergo ea res
nō gratia ſed retributio. In deo quidem gratia eſt:
nullis enī precedentibus bonis noſtris in eum: ſed
ſola gratia nos redemit. In nobis vero retributio eſt.
Preuenti enim diuinis beneficijs pro fratribꝰ pa-
timur: vt et ipſi ſalutē conſequantur. Quā oro ſalutē
dicis? An vero: qui tibi ipſi non ſalutis: ſed periculorū
auctor es: ſalutis cauſa/ ceteris eſſe potes? Nō huiꝰ
inquit ſalutis momētanee/ fluxe/ mundane: ſed eiꝰ
que in chriſto eſt vere ſalutis cum gl'ia eterna: idem
auctor illis ſum. Angunt vite huius aduerſa: at tē-
poralia ſunt: doloris afflictōiſqꝫ ſunt plena: ſed vix
vſqꝫ in craſtinū durant. Non ſunt talia vere ſalutis
munera/ ſed eterna/ ſed celeſtia. Illa plane glorioſa
ſunt: hec autē plena dedecoris. Et inſpice queſo: vt
non ſit illa gloria que de terra eſt: ſed vera gloria in
celis ſit. Porro ſi quis gloriā cupit: ignominiā que-
rat. Si quis requiē appetit/ ſeſe preſſuris exerceat.
Si quis probatus/ ac ſpectatus eſſe deſiderat: eter
niſqꝫ delitijs frui: reſpuat (tota intentiōe animi) tē-
poralia oīa. Nam ꝙ ignominia gloria ſit: et gloria
item ignominia/ age iam ꝓ viribus demōſtrare cu-
remus: vt quenā ſit vera gloria videamus. Fas nō
eſt in terra gloriā querere: ceterū ſi eius amore tene-
aris ea per ignominiā querenda eſt. Id autē in dua-
bus/ ſi placet perſonis inquiramꝰ. Nerone ſcilicet/
ac Paulo: ille mundi gloriā: hic ignominiā habu-
it. Quonā modo? Tyrānus ille erat: multa perege
rat/ hoſtes fuderat: opibus delitijſqꝫ circūfluebat.
Infinitus eum ſtipabat exercitus: maior illi orbis
pars obtēperabat: regia illi ciuitas/ ſenatuſqꝫ om-
nis procidebat ſupplex: ꝓcedebat regia/ exquiſitiſ-
ſimo cultu inſignis: ac ſi quidē armari opꝰ eſſet au-
ro/ lapidibuſqꝫ precioſis armatus incedebat. In pa
ce purpurā/ regni inſigne preferebat: aſtatorū illi/
ac purpuratorū/ magna ſemper multitudo aderat:
terre/ mariſqꝫ potiebatur. Imperator auguſtus ceſar
rexqꝫ dicebatur/ alijſqꝫ nominibus que aſſentatio/
blanditieqꝫ obſequiū adinuenerant/ appellabatur:
nihilqꝫ ad gloriā defuit. Illumqꝫ ⁊ ſapiētes ⁊ reges
et iudices tremebāt/ pauebantqꝫ virū. Preterea fe
rocis erat ingenij: atroxqꝫ ⁊ impudens eſſe diceba-
tur: et qui deū ſe putari vellet/ idolaqꝫ cōtemneret
oīa ipſumqꝫ oīum deū: atqꝫ vt deus ipſe colebatur.
Quid hac potius gloria? immo quid ea ignominia
peius? Uerū neſcio quomō/ vi veritatis impulſa/
p̄cucurrit lingua: et ante diligens iudiciū ſententiā
tulit. Interim ex opinione multitudinis diſcutiamꝰ
hanc rem: iuxta infideliū errorē/ aſſentatorūqꝫ mo-
rem. Quid maius: quid excellētius glorie romane
dici poteſt: qꝫ deum ipſum putari ſolū? At ſummū id
ꝑfecto dedecus eſt: homo cum ſis: in tantā inſaniā
rabiēqꝫ prorūpere. Ceterū vt dixi/ humano hoc di-
iudicamꝰ ingenio. Nihil igitur ei ad gloriā deerat:
ſed vt deus colebatur ab oībus. Eniuero ex aduer-
ſo ſi placet Paulū quoqꝫ diſcutiamus. Cilix homo
erat: quantū vero et cilicia a romana vrbe diſtet: et
vite ſpacio/ et glorie merito/ nouerūt oēs. Coriari-
us fuit inops/ imperitus/ externe peritie/ hebream
tantū nouerat linguā: que cum ceteris/ tū romanis
maxime deſpectui erat. Neqꝫ enī aut barbarā/ aut
grecā/ aut aliā quālibet: ita vt ſyram oderāt linguā
eſt aūt huic illa finitima. Si eī pleriqꝫ ex his/ grecā
adeo pulchrā/ adeo celebrē reſpuunt: quātomagis
hebream? Homo inquā erat: qui ſepe cū fame lucta
tus eſt/ dormiuitqꝫ incenatus: homo nudus: et cui
veſtitus ipſe/ ſepe neceſſarius deerat. In frigore in-
quit/ ⁊ nuditate. Neqꝫ hoc ſolū: ſꝫ in vinculis quoqꝫ
cum latronibꝰ/ cum magis/ cum ſepulchrorū effra-
ctoribus/ cū homicidis/ illo ipſo iubente/ cōiectus
eſt: cedebatur tanqꝫ maleficus: ſicut ⁊ ipſe ait: Quis



ergo videtur illuſtrior? Nonne illius nomē obſcu-
rum eſt: ⁊ apud pleroſqꝫ ignoratur. Hunc autē ⁊ gre-
ci et barbari ⁊ ſcythe ⁊ qui ipſos orbis incolūt fines
quottidie celebrant laudibus. Uerū nondū quid mo-
do ſit: ſed tunc quid fuerit/ inquiramꝰ. Quiſnā erat
clarior/ quis glorioſior/ qui cathenā circūferebat/
vinctuſqꝫ trahebatur ex carcere: an qui purpura ami-
ctus: ꝓcedebat ex regia? Uinctus profecto ille excel
lit gloria. Quonā modo? iam dicā: Rex nempe ille
purpuratus: tātoqꝫ ſeptus militū agmine: que vo-
lebat efficere/ nequibat. At vero vinctus iſte/ reorū
more/ humili/ abiectoqꝫ habitu/ ſumma cū auctori-
tate gerebat oīa. Quo pacto? Inhibebat ille ne do-
ctrinā pietatis diſſeminare p̄ſumeret: obſiſtebat hic
dicens: Non cedo: verbū enim dn̄i non eſt alligatū.
Reſpuebatqꝫ cilix pelliū ſutor/ vinctus/ pauper/ fa
meqꝫ confectus/ romane opulētie regem imperantē
oībus innumeris infinita preſtantē: et cum tanti ſi-
bi exercitus eſſent/ nihil oīno preualebat. Quis er-
go clarior: quis honeſtior erat? qui vinciebatur in vin
culis: an qui ſuperabatur in purpura? qui infra ſtās
intorquebat iacula: an qui celſius reſidēs/ vulneri-
bus impetebatur? qui cōtemnebatur imperans: an qui
iuſſus/ nihil curabat iubētis imperiū: qui ſolus cū
eſſet/ vicit? an qui innumero vallatus exercitu vi-
ctus eſt? Abijt imperator a vinculato ſuperatꝰ: atqꝫ
in fugā conuerſus. Dic age/ ſi cui optio detur: qua-
nam in parte eſſe malit: vt de preſenti rerū ſtatu in-
terim loquar. Cuius inquā ſortem quiſpiā cupiat
magis/ Neronis an Pauli? Nihil de fide: ⁊ religio
ne/ nūc agitur: quia ea res manifeſta eſt: ſed de glo-
ria/ honeſtate/ atqꝫ claritudine. Nempe qui ſanū ſa-
pit: ſortē preferret Pauli. Nam ſi vincere/ qꝫ vinci
clarius eſt: ille ꝑfecto lōge illuſtrior eſt. Neqꝫ id mo
do admiratione dignū eſt: ꝙ ille vicit: verū quia ſic
abiecto habitu/ tanta gloria ſuffultū vicit. Rurſus
enim eadē repetā/ nec ea dicere vnqꝫ deſiſtā. Uin-
ctus cathena/ diadematū proſtrauit regē. Huiuſmo
di quippe virtus xp̄i eſt: cathena illa regium diadema
deuicit lōgeqꝫ maiore luce ꝯſpicuus/ vilis ille habi
tus oſtēſus/ qꝫ regius eſt. Pannis obſitus ſqualē-
tibus/ quippe carcerē habitās/ in ſe magis oculos
omniū/ affectuſqꝫ rapiebat/ atqꝫ ad vincula ſua cō-
uertebat: qꝫ rex ille ſublimis. Stabat oculis in hu-
mū depreſſis/ omiſſoqꝫ illo: q̄ aureo inuehebatur cur-
ru: huic intendebāt oēs: ⁊ nimiū quidē conuenienter.
Solēne quippe erat/ cernere candidis equis inue-
ctum/ aſpicere imperatorē. Sed illud plane nouū/
atqꝫ mirabile/ intueri vinctū/ tanta licentia regē al
loquentē: quāta rex ipſe/ ne vile quidē mancipiū eſ-
ſet allocutus. Aſtabat ingens lictorū turba: ſeruiqꝫ
regis oēs. Admirabāturqꝫ nō dn̄m ſuū: ſed eū a quo
ille vincebatur: ⁊ quē contremiſcebāt oēs: hunc ille peſ
ſundabat ſolus. Uidiſti quāta vel inter ipſa vincu-
la claritas? Quis vero/ que poſtea contigerunt/ di-
gne explicet? Illius nempe neqꝫ habitus cuiqꝫ no-
tus. At contra hic regia in vrbe: in qua et certauit/
et vicit conditus eſt. Ille ſi quādo in memoriā venit:
probris/ ꝯtumelijſqꝫ exagitatur: impudiciſſimus enī
fuiſſe memoratur. Huiꝰ cum eximia laude oēs vbiqꝫ
meminerūt: non modo apud nos: verū apud ipſos
quoqꝫ inimicos. Nanqꝫ vbi ſeſe aperuerit veritas:
ne ipſi quidē inimici queūt impudēter obſiſtere: et ſi
enim illū/ nō fidei gratia admirantur: at ſumme con-
ſtantie/ fortitudiniſqꝫ merito extollunt. Hic per ora
omniū indies vbiqꝫ celebratur: coronatuſqꝫ predicatur:
ille contra cōuitijs maledictiſqꝫ laceſſitur innumeris.
Ubinā ergo fulgor elucet glorie? Sed leonē profe-
cto impudēs ex vngue deſcripſi. Illa/ illa celeſtia: il
la ſane diuina quis cōcipiat animo? Quis promat
eloquio? quando ille cū imperatore celeſti/ amictus
gloria/ comes aduenit? Aſtabit Nero tunc triſtis/
merēs/ demiſſus. Hec qui ridenda putat: eſt plane
ipſe ridiculus. Nempe enī ſi futuris denegas crede
re/ vel ex preteritis conſiliū fiat. Nec dum aduenit
coronarū tempus: ⁊ tanto iā honore fruitur athleta
diuinus: quāto putas fruetur: quū dn̄s ipſe/ qui cer-
tamen ꝓpoſuit venerit. In alieno dum eſſet hoſpes:
atqꝫ peregrinus tāte admiratiōi habitus eſt: in pa-
tria poſitus: quis digne cogitare ſufficiat: quibus
fruiturus eſt bonis? Nūc vita noſtra abſcondita eſt
cum chriſto in deo et tamē mortuus/ pluſqꝫ viuētes
omnes operatur/ atqꝫ honoratur: cum venerit vita ipſa
noſtra quā ille inſigni felicitate potiturus eſt? quis
nam erit illius glorie cumulus? ideo autē hoc cum
honore frui voluit deꝰ: nō ꝙ ille eo indigeret: ſi enī
in corpore cōſtitutus/ ſeculi omnē deſpexit gloriam:
quantomagis corporeis nexibus liber? Neqꝫ vt eo
tantū frueretur: ſed vt hi qui futuris nō credūt: vel ex
preſentibus admoneantur. Ueniet ergo paulus cum
rege celeſti/ quū aderit reſurrectionis dies: boniſqꝫ
fruetur eternis. Id ſi infidelis nō credit: vel ex pre/
ſentibus admonitꝰ diſcat. Lōge eſt imperatore cla-
rior ⁊ abſqꝫ vlla cōparatiōe honoratior pelliū ſutor.
Nullus vnqꝫ ex Romanis regibus/ tāto in honore
fuit: quāto hic eſt. Ceterū imperator iacet abiectus:
hic autē vrbis medium/ veluti viuēs/ ac regnās te-
net. Ex his futura cōijciēs/ crede. Si enim hic vbi
agitatus iniurijs/ perſecutiōeſqꝫ perpeſſus eſt: tan-
tis honoribus fruitur: quid putamus cū iudicis no-
ſtri comes/ iudex ⁊ ipſe futurus aduenerit? Si vbi
fuit pelliū ſutor/ tanto ſplendore collucet/ quid erit
quū ſolis quoqꝫ radios: vi ſui fulgoris obſcurans/
in gloria venerit? Si cū abiectione tanta/ potentiā
tantā proſtrauit/ ac vicit: quid faciet/ cum immor-
talitatis ſtola veſtitꝰ et gloria coronatus illuxerit?
Non queūt iſta negari: neqꝫ prudētie fuerit/ euiden
tiſſimis rebꝰ cōtradicere. Quē nō vis miraculi mo-
ueat: cum videt vilē opificem/ eū honore ſuperare:
qui fuerit ſumma potentia p̄ditus. Si hic res ſupra
naturā fiūt: quāto magis in futuro fient? Crede ho
mo preſentibus: ſi futuris fidē adhibere nō vis: cre
de his que videntur: ſi que nō videntur/ credere dedi-
gnaris. Immo viſibilibus crede: ita enī inuiſibili-
bus qꝫ crediturus es. Sin aūt credere penitus rē/
nuis/ oportune tibi illud apoſtoli dicemus: Mun-
di nos ſumus a ſanguine veſtro. Omnia enī conte-
ſtati vobis ſumus: nihilqꝫ omiſimus ex his/ q̄ opor
tuit dicere. Uos iam vobis imputate gehenne ſup-
plicium: nos aūt vt filij chariſſimi/ Paulum imita-
ri ſtudeamus: nō modo fide: verū et vite mundicia:
vt celeſtē gloriā conſequamur. Deſpiciamꝰ toto anī
mo preſentē gloriā: nihil nos mortale/ terrenūqꝫ ſe-
ducat. Uiſibilia contemnamꝰ oīa: vt celeſtia adipi-
ſci mereamur. Immo ſi fuerit his intēta mens: ⁊ om
ne ſtudiū noſtrū exemplo Pauli/ mortalem quoqꝫ
hanc gloriā conſequemur. Atqꝫ eo excellētius: quo
illam maiori ſtudio/ atqꝫ acriori intentione fugie-

rimus: ſolijſqꝫ celeſtib⁊ ⁊ eternis inhiauerimus. Ea nobis ſuperna pietas largiri dignet᷑: in chriſto ieſu dño noſtro: cui eſt cum patre et ſpirituſancto honor/ imperiũ ⁊ gloria in ſecula ſeculorũ Amen.

Homelia V ad timotheũ II Ex capitulo II

**f Idelis ſermo. Si enim conmortui ſumus: et conuiuemus. Si ſuſtinemus et conregnabimus: ſi negauerimꝰ: et ipſe negabit nos. Si non credimus: ille fidelis ꝑmanet. Negare enim ſeipſum nõ poteſt. Hec admone teſtificãs: coram deo. Noli verbis contendere: ad nihilum enim vtile eſt: niſi ad ſubuerſionem audientium.**

Pleriſqꝫ infirmiores fratres ad fidei robur nõ aſſurgunt: neqꝫ ſpei dilationẽ patiunt᷑: preſentiaqꝫ inquirunt tantũ ⁊ ex his futura conijciũt. Quoniam igitur: que hic ille tolerabat/ mors erat et ſupplicia et vincula: ipſe autẽ vitã pollicebatur eternã: fidem verbis eius difficile quis habuiſſet: diceretqꝫ in morem aĩalium morior ⁊ quũ fuero mortuus viuã. In terra nihil mihi polliceris ⁊ in celo dabis? Que ſũt parua nõ exhibes: et maiora ꝓſtabis? Ne quis igit᷑ ambigeret/ iſtaqꝫ ſecũ cogitaret: ſed ad id cõparat: vt omne tollat ambiguũ: atqꝫ hinc iam illos ꝓſtruit argumẽtaqꝫ colligit. Nam ꝙ ait: Memor eſto chriſtum ieſum reſurrexiſſe ex mortuis. Hoc eſt q: poſt mortẽ reſurrexit. Fidelis ergo ſermo eſt: ꝙ is qui vitam aſſecutus eſt celeſtẽ: eternã quoqꝫ conſequetur. Unde vero fidelis? [ Si enĩ cõmortui ſumus inqͭ/ et conuiuemus.] Si enĩ in his/ que triſtia ſunt: laboriſqꝫ pleniſſima/ cõmunicamus illi/ in his q̃ plena felicitatis ſunt/ nõ cõmunicabimus? At id ne homo quidẽ faceret: vt qui ſecũ mori/ affligiqꝫ delegiſſet: ſi quãdo quiete/ ac ſecũdis rebus frueret᷑: eũ nollet felicitatis habere conſortem. Ubi aũt cõmortui ſumus? Eam dicit profecto mortẽ: que per lauacrũ et que per paſſiones fit. Ait enĩ: Mortificationẽ domini ieſu in corpore circũferẽtes et conſepulti ſumꝰ ei per baptiſmũ. et vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt: ⁊ cõformes facti ſumꝰ ſimĩtudini mortis eiꝰ. Hic autẽ temptationũ dicit potius mortẽ: propter ipſum mortui ſumus: non viuemus eque ꝑ ipſum? nihil ambigi poteſt. [ Si ſuſtinemus inquit et conregnabimus.] Non ſatis eſt ſemel mori: diebꝰ ſingulis/ beatus iſte moriebat᷑: ſed tolerantia opus eſt magna: eaqꝫ in primis Timotheo erat neceſſaria/ deinceps oĩb⁊ ſemꝑ ac iugiter. Deinde alia ex parte ad tolerãtiã ꝓuocat: nõ ſcilicet ex bonis: verũ ex malis. Nam ſi eadẽ cum bonis cõſequerentur et mali: nulla eſſet conſolatio. Et ſi qui ſuſtinerẽt/ cõregnaturi eſſent: qui v͛o nõ ſuſtinerent: hoc ſolũ paſſuri dicerent᷑/ vt nõ conregnarent: graue quidẽ et hoc eſſet ſed plurimos tamẽ minime angeret: idcirco quod eſt terribilius addit: [ Si negauerimus eũ inquit: et ipſe negabit nos.] Bonis itaqꝫ et malis digna pro meritis viciſſitudo reddet᷑. Quẽ vero ille in regno ſuo negauerit: quid pati conſentaneũ ſit/ cõſiderate.

Qui me inquit negauerit: negabo ipſum ⁊ ego. Nõ tibi videt᷑ equa retributio? Deinde nihil ei nocemꝰ: ſi non credimus: fidelis quippe ille manet negare ſe ipſum non poteſt. Uerax ille eſt/ firmus eſt: ſiue ipſi hoc dicamus ſiue non. Si igitur nihil noceri a nobis poteſt: cum illum negamus: nullam aliam ob cauſam/ confeſſionem exigit noſtram: niſi vtilitatis noſtre gratia. Ille enim idem manet: ſiue ipſi negemus/ ſiue non: negare ſeipſum non poteſt. Et ſi res ita ſe habeat: cũ ſit illi per naturã eſſe: non poteſt ad id deuenire vt nõ ſit. Semꝑ manet: ſempiterna illius ſubſtantia eſt. Non itaqꝫ vt gratificantes illi/ ita affecti ſimꝰ: aut violare aliqua ex parte volẽtes: ſed vt veritati inherentes. Deinde ne putaret quiſpiam/ Timotheum his indigere monitis/ addidit: [ Admone teſtificans corã dño/ noli verbis contẽdere: ad nihilũ enĩ vtile eſt: niſi ad ſubuerſionẽ audiẽtium.] Plenũ profecto terroris eſt: hoc ſub deo teſte tunc dicere/ ac diſcipulo tradere. Nam ſi teſtimoniũ hoĩs dicimus pleniſſimã fidem: q̃ ex verbis fit: idqꝫ irritũ facere nemo preſumit: quãto magis dei? Uerbi gratia: Si quis fedus inierit: aut teſtamẽti tabulas ſcripſerit/ teſtes adhibet: quibus ſemꝑ habeatur fides: putaſne audebit quiſpiam id violare? aut alias prodere? Minime id quidẽ etiam ſi velit: argueretur enĩ teſtiũ fide. Teſtẽ igitur eorum que dicũtur aut gerunt᷑ deũ vocat:] Noli verbis cõtendere: ad nihilũ enĩ vtile eſt: niſi in ſubuerſionẽ audientiũ.] Non modo inqͭ lucri nihil eſt: verũ ⁊ detrimẽti plurimũ eſt: ⁊ ſi illi contempſerint: deus eos iudicabit. Eſt enĩ ea res illecebris plena: ſemperqꝫ geſtit humanus animꝰ rixari/ atqꝫ litigare. [ Feſtina teipſum probatũ exhibere deo: operariũ inconfuſum/ recte tractantẽ verbũ veritatis.] Oĩbꝰ in locis/ vt nõ erubeſcat hortatur. Quid oro tanta illi verecundie calcande cura eſt? Uidebat᷑ ferme metuendũ: ne plures erubeſcere inciperẽt: et Paulũ ipm/ vtpote ſurorẽ pelliũ et predicatiõis verbũ: cum predicatores periclitarent᷑/ ac perirent. Chriſtus cruci fuerat affixus. Paulus capite trũcãdus erat. Petrꝰ itidem agẽdus in crucẽ: idqꝫ ab hoĩbus improbis/ ſcelestis/ impuris. Quoniã igitur hi rerũ potiebãtur: noli inqͭ erubeſcere: nihil ex his que pertinẽt ad pietatẽ ac religionẽ agere verearis: ſiue fuire opus ſit ſiue quodlibet aliud pati. Quo aũt modo fit quiſqꝫ ꝓbatus operariꝰ? Si erubeſcere nõ nouerit. Operarius enĩ nihil erubeſcit operari: ita neqꝫ euangelij miniſter: oĩa nanqꝫ tolerare debet. [ Recte tractãtem verbũ veritatis.] Cõplures enĩ illud/ vndiqꝫ lacerant/ atqꝫ diſcerpũt/ plurimaqꝫ illi iminent noxia germina. Non ait dirigentẽ: ſed recte tractantẽ: acſi dicat: Amputa queqꝫ adulteria oriunt᷑ ⁊ cetera huiuſmodi ſumma cum vehementia incũbe: vt reſecẽtur. Atqꝫ veluti in loris/ atqꝫ corrigijs/ ſuꝑflua queqꝫ/ atqꝫ a predicatiõe aliena: gladio ſpiritus abſcide. [ Prophanas aũt vocum nouitates deuita.] Neqꝫ enĩ catenus ſubſiſtent. Nam cũ quid noui fuerit inuentũ: ſemper noua id parturit/ infinituſqꝫ fit error eius: qui tranquillã/ fidamqꝫ ſtationẽ littoris egreſſus: per deuia cepit vagari. [ Amplius enĩ ꝓficient impij: et ſermo eorũ/ vt cancer ſerpit.] Moribus vtiqꝫ horrendus: et qui medicina contineri nequit: ſed oĩa indies corrũpit/ ac perimit: ideo nullũ ei remediũ valet adhiberi. Oſtedit per hec eos cor



rigi emẽdariqꝫ nõ poſſe: qui ſponte a veritate aberrauerũt. [ Quorũ eſt inquit hymeneus ⁊ phyletus: qui circa veritatẽ aberrauerũt: dicentes reſurrectionem iam factã eſſe et peruertentes quorundã fidẽ.] Et recte ait amplius proficiẽt. Nam cũ hoc ſolũ incomodũ ſit/ vide q̃ꝫ multa naſcant᷑ incomoda. Nam ſi iã reſurrectio facta eſt: nõ modo hoc afficimur detrimento: ꝙ magna illa priuamur gloria: verũ ⁊ iudicij metus excluditur. Quippe ſi reſurrectio facta eſt: meritorũ quoqꝫ retributio tollitur. Gratis itaqꝫ iuſti/ preſſuras doloreſqꝫ tolerarũt. At id ita falſum eſt: vt contra penitus/ hac etiã in vita: ⁊ boni ſpe ſua nutriãtur ⁊ eterne felicitatis percipiãt guſtum: ſere nõ ſemper/ trãquilloqꝫ animo ꝑſeuerantes. Et mali cõſcientie ſue flagellis exagitati: qđ ſemper paſſuri ſunt: hic iã incipiant pati. Melius fuerat ꝓ erroris magnitudine/ dicere nõ eſſe reſurrectionem/ q̃ꝫ iam factã eſſe. [ Et ꝑuertũt inquit quorundã fidẽ.] Non omniũ: ſed quorundã. Nam ſi reſurrectio non eſt: fides noſtra oĩs euanuit. Si reſurrectio nõ eſt/ inanis eſt ꝑdicatio noſtra: ſi nõ eſt reſurrectio: neqꝫ reſurrexit chriſtus. Et ſi nõ reſurrexit/ neqꝫ natus eſt: neqꝫ in celũ aſcendit. Uides vt cum ſolã reſurrectionẽ videatur euertere: plurima fidei fundamẽta concutiat. Quid igit᷑? Nihil ne igitur cõtra moliendum eſt? Nempe chriſti ſtabile fundamentũ/ nutare nõ poteſt: qđ huiuſmodi eſt ſingnaculo preditum. Nouit dñs qui ſunt eius. [ Et recedit ab iniquitate oĩs/ qui inuocat nomẽ dñi.] Oſtendit᷑ ex his: eos qui ꝑuerſi ſunt/ antea ſtabiles nõ fuiſſe. Neqꝫ enim primo ſtatim ĩpulſu euerſi fuiſſent: ſicut neqꝫ adam ante mandatũ ſtabilis fuit. Qui enĩ firmi in fide/ et fixi ſunt: nõ modo nihil ab huiuſmodi ſeductoribus violabant᷑: verũ ipſa ſua ꝯſtãtia admiratiõi habent᷑ magis. [ Et ſtabile inquit ⁊ fundamentũ/ ita tenenda eſt fides: huiuſmodiqꝫ ſingnaculũ caute ſeruandum. Nouit dñs qui ſunt eiꝰ.] Ex deuteronomio huiuſmodi teſtimonium ſumpſit/ ac ſi dicat: Stant fixe atqꝫ immobiles/ conſtãtes anime. Unde vero ille noſcunt᷑? Ex eo ſcilicet ꝙ huiuſmodi teſtimoniũ in ſuis operibus preferunt ꝙ a deo noſcuntur: ꝙ nõ ſimul pereũt: ꝙ ab inquitate diſcedũt [ Et recedit inquit ab iniquitate oĩs/ qui inuocat nomẽ dñi] Hec indicia fundamẽti ſunt: que non ſecus/ q̃ꝫ fundamẽtum firma perdurant: atqꝫ veluti lapidi ſunt incidẽda: vt ſint nobis litterarũ vice. Porro he littere operibus oſtendunt᷑. [ Habẽs inquit ſingnaculũ iſtud affixum. Oĩs inquit qui inuocat nomẽ dñi recedit ab iniquitate.] Igitur cũ quis fuerit iniuſtus: alienus a fundamento eſt: cum ⁊ hoc ꝓpriũ ſignaculi ſit iniqua nõ agere. Caueamꝰ itaqꝫ ne ſignaculũ regiũ ꝑdamꝰ: ne ſalutis deponamꝰ indiciũ: ne nõ ſignati ſimus: neu ſtulticie ⁊ incõſtantie denotemur. Studeamus fundamẽta eſſe: ⁊ fundamenta firmiſſima: vti ne circũferamur omni vento doctrine. Hoc nempe eos/ qui dei ſunt indicat: ⁊ qui ab iniquitate diſcedũt. Nam quo pacto quis dei eſſe poteſt/ qui iuſtus eſt: cum ſit ipſe iniuſtus: et iniqua operet᷑/ atqꝫ aduerſus eum operibus pugnet: ipſumqꝫ per actus illicitos irritet? Sed ecce nos dum aduerſus iniuſtitiam loquimur: plurimos in nos ipſos cõcitamꝰ. Quippe hec peſtis cunctorũ animas/ tyrãni in morem occupauit: quodqꝫ grauius eſt: non id neceſſitate/ aut vi: ſed ſuadendo/ ac blandiendo effecit: vt illi

gratas habeant huiuſmodi ſeruitutes. Nam ſi quidem vi/ nõ amore tenerent᷑: q̃ꝫ primũ ab ea ſeruitute reſilirent: quo circa eis iocũda eſſe videt᷑ ea res: que amariſſima eſt ⁊ amara iuſtitia: que dulciſſima eſt: ſi intimo ſenſu hauriat᷑. Ea quippe ratiõe et mel amarum/ quidã eſſe putarũt: et aliud quodlibet noxiũ: cum voluptate perceperunt. Cauſa vero nõ ex rerũ natura: verũ ex peruerſitate ſententie ducit᷑. Laborat enim morbo noſtre rationis iudiciũ. Sicuti etiã ſtatera: ſi lancẽ loco motã habeat: pondera iuſte non iudicat. Ita ⁊ aĩa niſi habeat rationis lãcẽ ſtabilem ac firmiter vi diuini timoris affixam: res ſincere diiudicare nõ valet: ſed circũfertur iugiter atqꝫ deprimitur. Nam ſi quis diligẽter inquirat/ aſpiciet ingẽtem iniquitati amaritudinẽ ineſſe: eamqꝫ nõ modo patientibus/ verũ ⁊ agentibus: immo his maxime eſſe pernicioſiſſimã. Nihil modo de futuris: ſed de preſentibus interim loquimur. Nõne huius germina ſunt lites/ rixe/ iudicia/ reprehẽſiões/ accuſationes/ inuidie? Quid vero his oĩbus dici amariꝰ poteſt? Nonne hec inimicitias/ bella/ odia gignit? Nõne cõſcientiã: que nos iugiter flagellis cedat ac mordeat? Uellẽ ſi fieri poſſet iniqui animã/ corpore exutã/ cernendã oĩbus in conſpectum dare: videres eam profecto pallidã/ trementẽ/ rubore et confuſione plenã/ anxiã/ ſemetipſam cõdemnantẽ. Quamlibet enĩ quis ad ipſa vitiorũ profunda corruerit: animi iudiciũ nunq̃ꝫ corrumpit᷑: atqꝫ inuiolabile perſtat. Nulluſqꝫ eſt/ qui dum malũ operatur: bonũ id eſſe putet: ſed occaſiones fingit/ et oĩa facit. Ceterũ ille/ et ſi verbis crimẽ fortaſſis diluat: conſcientiam tamen ipſe ſuam effugere nequaq̃ꝫ poterit. Nam hic quidẽ/ ⁊ oratio arguta ⁊ callida ⁊ incõſtantia principum ⁊ aſſentatorũ greges: ius forte obnubere queant: intra vero conſcientiã: nil horũ admitti poteſt. Nõ adulatores adſunt/ nõ pecunie: que iudicia corrumpũt. Inſitũ quippe nobis eſt a deo naturale iudiciũ. Id vero cum a deo collatũ ſit: nihil eiuſmodi patitur: ſed ipſi quoqꝫ ſomni inquieti et tetre rerum imagines ⁊ iugiter animũ cedẽs mali memoria: quietem intercipit noſtrã. Puta domũ quiſpiam ab aliquo per nephas abſtulit: nõ is modo: cui ſublata eſt gemit: verũ et qui eam tulit: ſi quidẽ futurũ credit eſſe iudiciũ: immo is maxime ĩgemiſcit/ ac lamẽtat᷑. Sin v͛o futuris derogat fidẽ: ſicq̃ꝫ ꝯfuſus erubeſcit Sed plane nullus eſt: ſiue gentilis/ ſiue iudeus/ ſiue hereticus ſit: qui futurã retributionẽ nõ metuat et expaueſcat. Nõne q̃ꝫ ſepe cernimus in nos varijs modis ſupernã animaduerſionẽ deſeuire: ſiue cum ad extremã deuenimꝰ inopiã: ſiue cum filios ⁊ charos amittimus: ſiue cũ corpore aut animo ledimur. q̃ꝫ multa huiuſmodi ſepe infert deus. Quia enĩ reſurrectionis fides/ ac iudicij eterni metus/ omnes cohercere nõ poteſt: ⁊ hac in vita iuſti iudicij ſui/ plurima nobis argumẽta preſtat ⁊ in mediũ affert. Ille cum opes congeſſiſſet innumeras/ abſqꝫ liberis moritur: hic in bello moritur: alius corpore debilis fit. Alius amiſit vnicũ filiũ: iſta cogitat/ hec mente pertractat: perpetuoqꝫ motu agitatur. An v͛o ignorantis/ q̃ꝫ multa patiant᷑ iniq? An hec amaritudine plena non ſunt? Et ſi nihil illis huiuſmodi contingat: nonne iniquũ hominẽ oĩes carpũt: oĩes oderũt: deteſtantur oĩes/ ac beluis oĩbus ſtultiorẽ immaniorẽqꝫ arbitrant᷑: etiã iniqui ipſi? Nam ſi ipſos con

ſcẽtie impulſu damnãt: multomagis eiuſdẽ crimi-
nis reum/raptorẽ illũ ⁊ cupidiſſimũ/perditũqꝫ ap-
pellantes. Quid ergo habet ille amplius: nihil ꝓfe
cto aliud qꝫ ſollicitudinis cumulũ ⁊ moleſtiſſimã cu
ram: ad ea ſeruãda/que rapuit. Quanto eñ quis
pecuniarũ plus acquiſierit: tãto maiores ſibi vigili
as/acrioremqꝫ ſollicitudinẽ parat. Quid illorũ male-
dicta memorẽ: q̃ opprimunt͛ iniurijs. Quid angorũ
ꝑ ſingula cumulũ? Porro ſi morbꝰ ingruerit: quã-
to curarũ abſorbebit͛ baratro? Neqꝫ eñ poteſt quã-
uis impijſſimus: nõ ſollicite verſare animo futura:
quando iam nihil operari poteſt. Nam qꝫdiu q̇dem
hic ſumus anima voluptatũ illecebris delinita/tri-
ſtia agere admittit aĩo: cum vero migratura ex cor-
pore eſt: tunc iã maiore cõtinetur metu: quippe que
ad ipſa iudicij peruenerit limina. Ita ferme ⁊ latro-
nes qꝫdiu in carcere viuũt/abſqꝫ metu degunt: vbi
vero ad velũ ſiſti ceperint/ ſoluunt͛ metu. Cum eñ
pulſare animã metus mortis incipit/ignis inſtar ꝑ
ſentis vite oĩa ſuccidens/philoſophari eam cogit: ⁊
futura ſollicita mente verſare. Nullus iam pecunie
inceſſit amor: nullum vrget auaritie ſtudium: nulla
ſtimulat libido concubitus. Hec igit͛ vt dixi/ vbi ꝑ-
teriere: iudiciũ eſſe liberũ gratia ſinũt/ ſuccedẽte me
rore: duritiãqꝫ molliẽte. Nihil enim eque vt delitie/
philoſophie aduerſat͛. Sicut ecõtra preſſura ad phi
loſophiã accomodatiſſima eſt. Inſpice queſo quidnã
tunc auarus erit. Afflictiõis inquit tẽpus obliuio-
nem facit abundantis voluptatis. Quo animo fu-
turus eſt: cum eos cogitabit: quorũ diripuit bona:
quos affecit iniurijs: quos immodica cupiditate ꝑ-
datus eſt: quãdo alios cernet auaritia frui: ſeipſum
vero e vicino penas exigẽdum. Neqꝫ eñ fieri poteſt:
vt morbo quis detentus/non iſta conſpiceret͛. Sepe
nanqꝫ ipſa in ſemet vertitur aĩa: fit anxia/pauida/
tremens. Porro id qꝫ ſit meroris/ atqꝫ amaritudi-
nis plenũ/quis eloquat͛? Hec autem per ſingulos
morbos fieri neceſſe eſt: et iſta quidẽ hic. Que vero
futuri tẽporis ſunt: explicari oĩno nequeũt: pene il-
le/ſupplicia/cruciatus/tormẽta: q̃ cogitationẽ om
nem fugiunt. Iſta nos aſſidue dicimus: Qui habet
aures audiendi audiat: iccirco autẽ ea aſſidue dici-
mus quia cogimur. Nam gratiſſimũ eſſet: ſi nulla
nos hec vel ſemel dicere neceſſitas cogeret: quoniã
vero id datũ nõ eſt: cupimus vel hoc medicaminis
genere/ vos eripere morbo: ſanitatiqꝫ reſtituere. Qꝫ
ſi in morbo ꝑſtiteritis/diſſolute prorſus/atqꝫ obtu-
ſe: immo crudelis/ĩmaniſqꝫ aĩe erit vel medicine ar-
tẽ repellere. Si enim cũ medici corporũ/charos no-
ſtros deſperauerint: eos tamen oramus/ne curare
omittãt: ſed vſqꝫ ad extremã reſpirationẽ/omnẽ ar-
tis adhibeant diligentiã: nõ multomagis eadem in
nobiſipſis vtemur diligentia? Fortaſſis eñ poſtqꝫ
ad ipſas inferni ianuas/ipſaqꝫ nequitie peruenerit
limina/reſipiſcere quis poterit/ ⁊ recreari/ et cõua-
leſcere: atqꝫ capeſcere eternã vitam. Quã multi eñ
cum ſepius auditoriũ ſpiritale frequẽtarẽt/nullũqꝫ
eorum/que dicunt͛/perciperẽt ſenſum: repente vni-
co doctoris verbo cõuerſi ſunt. Immo nõ vnico illo
Et ſi eñ nullũ preteriti ſtudij perceperãt ſenſum: lu
crati tamen ſunt/ fructũqꝫ perſeuerãtie ſue repente
oſtenderũt. Nam ſicuti arbor: cũ plures ictus acce-
perit ⁊ vno poſtmodũ repente corruerit: non vni illi
tãtũ: ſed ceteris pariter imputatur: qđ ille animad-
uertit: qui radicẽ intuet͛: qui eñ ex alto conſpicit: ni-
hil tale valet cõſpicari: ita ⁊ hic. Et medici ſepe plu-
rimi: cũ plura medicamẽta egroto obtuliſſent: nihil
profecerũt cum demũ repente quiſpiã accedens/to-
tum perfecit: nõ eſt autẽ ea curatio/illius tantũ mu
nus: qui poſtremus acceſſit: verũ illorũ etiã: qui re-
media priores morbo adhibuerũt. Igitur ⁊ ſi modo
percepte doctrine/minime afferimus fructum: cum
poſtmodũ afferemus. Cuius profecto rei/certa om-
nino teneamus indicia. Neqꝫ eñ fieri poteſt: vt fla-
grãtiſſimũ hoc veſtrũ decidat ſtudiũ: quo ad audiẽ-
dum dei verbũ/ tanto affectu: atqꝫ amore ꝯcurritis.
Abſit id penitus: preſtet autẽ omnipotẽs deus/gra
tie ſue cumulũ: vt eius monitis obtẽperantes: eter-
ne felicitatis premia conſequi mereamur: in chriſto
ieſu domino noſtro Amen.

Homelia VI ad timotheũ II Ex capitulo II.

i **In magna autem domo: nõ ſunt tãtum vaſa aurea: ⁊ ar-gẽtea: ſed et lignea ⁊ fictilia: ⁊ alia q̇dẽ in honorẽ: alia vero ĩ cõtume liam. Si quis emundauerit ſeipm ab his: erit vas in honorem ſancti ficatum: et vtile domino in omne opus bonum preparatum.**

Pleroſqꝫ mortaliũ/ea cogitatio ſepe turbabat:
cur mali permaneant ⁊ non penitus pereant. Eius
autẽ rei/ ⁊ alie cauſe plurime afferri poſſunt: puta/
vt conuertant͛ ⁊ penitentiã agant. Ac niſi reſipiſcãt:
pena ſua poſtmodũ ceteros moneant. Hic autẽ ple-
nam ratiõis cauſam Paulus affert dum dicit: in
magna domo eſſe vaſa/nõ modo argentea ⁊ aurea:
ſed etiã lignea ⁊ fictilia/ac ſi dicat: Quẽadmodũ in
maiori domo: neceſſaria eſt magna differentia vaſo
rum: ita ⁊ in orbe toto. Non enim eã ſimilitudinem
ad eccleſiã refert: verũ ad mundũ vniuerſum. Quip
pe in eccleſia nullũ vult eſſe vas ligneũ/ aut fictile:
ſed argentea oĩa et aurea. Ibi eñ eſt corpus chriſti
virgo caſta: nõ habẽs maculã/neqꝫ rugã. Noli inq̇t
perturbari: ſi ſunt hoĩes nequam ⁊ ſcelerati. In ma
gna enim domo ſunt vaſa huiuſmodi. Sed nõ eodẽ
inquies honore fruunt͛: verum alia in honorẽ/ alia
in contumeliã ſunt. Ita ſane: ſed vaſa illa/ vilia licꝫ
miniſteriũ tamẽ aliqđ in domo implent: vſumqꝫ ſui
preſtant. In mundo vero/nõ his ipſis ad alia vtit͛
deus. Verbi gratia: Inanis glorie cupidus/pluri-
ma edificat: cupidus item negociator/caupo/prin-
ceps. Sunt quedam in mundo opera: que illis con
gruunt. Porro aureũ vas nihil huiuſmodi eſt: ſed
circa regiã verſat͛ menſam. Non itaqꝫ inter neceſſa-
rias res/ malitia eſt. Quo eñ pacto? Sed mali qꝫ
ipſi ſuũ implent munus. Nam ſi argẽtei ⁊ aurei fuiſ
ſent oẽs: nihil eis profecto opus eſſet. Deniqꝫ ſi oẽs
laborũ/erũnarũqꝫ patientes eſſent: nihil opus habe
remus edificijs: ſed delitias ſinguli aſpernaremur:
fruſtra varia ciborũ genera: preclaraſqꝫ edes inqui-
reremus/cũ earũ tantũ rerũ/ que eſſent ad victũ ne-
ceſſarie curã haberemus oẽs. [Si quis ergo inquit
ſeipſum his emundare ſtudeat: erit vas in honorem
ſanctificatũ.] Vides vt nature carnaliſue neceſſita-



tis ſit/aureũ eſſe vel fictilẽ: ſed nr̃e tantũmodo volũ
tatis. Ibi nempe neqꝫ fictile vas aureũ fieri poterit
neqꝫ hoc in illius naturã cõuerti. At vo hic magna
huius mutationis/ ⁊ emigratiõis facultas volenti
dat͛. Vas erat fictile paulus ſed euaſit in aureum.
Vas fuit aureum iudas: ſed in fictile cõuerſum eſt.
Sunt igitur fictilia immũda/ luxurioſus/ nepos/
auarꝰ/fictiles erũt. Et quomõ alio in loco ait: Ha
bentes theſaurũ ſuũ in vaſis fictilibus. Naturã hic
noſtrorũ corporũ ſignificauit: q̃ fictilia vocauit va-
ſa/ ac ſi dicat: Vas fictile corpus noſtrũ eſt. Sicut
eñ fictile vas nihil eſt aliud: qꝫ coctũ lutũ: ita ⁊ cor-
pus noſtrũ nihil aliud eſt: qꝫ lutũ aĩe calore ſolidatũ.
Hmõi deniqꝫ/ſi ſepius decidat/ defluit/ atqꝫ conte
rit͛. Quid eñ oſſa: q̃ adeo valida ⁊ arida ſunt: a teſta
figuli differũt? Quid a luto carnes? nonne eque ex
humore materiã trahũt? Ceterũ vt dixi illic de na-
tura: quã minime vituperat loquit͛: hic de volũtate
que in vitio eſt. Si q̇s ergo inq̇t emũdet ſeipm: non
ſimpliciter ait mũdet: ſed emũdet: hoc eſt penitꝰ pur
get: erit vas in honorẽ ſanctificatũ ⁊ vtile dño. Illa
ergo inutilia ſunt: et ſi vſum quendã ſui ꝑbeant: ſed
in omne opus bonum. Quod autẽ in honorẽ eſt: in
oẽ opus bonũ vtile dicit͛ preparatũ: ⁊ ſi nõ operet͛/
idoneũ tamen eſt ⁊ ꝑparatũ. Oportet igit͛ ad oĩa pa-
ratum eſſe: ſiue ad mortẽ ſiue ad martyriũ/ prõpto
animo ad oĩa eſſe/neceſſe eſt: ſiue ſit amplectẽda vir
ginitas: ſiue genus aliud quodlibet virtutis/ glori-
ſiqꝫ laboris ſubeundũ. [Iuuenilia vo deſideria de-
uita.] Iuuenilia deſideria: nõ ea modo q̃ ad libidi-
nem ꝑtinẽt: ſed queqꝫ caſtigari cõuenit dixit: Audi-
ant ſenes/qꝫ ſibi fugiẽda ſunt iuuenilia oĩa. Siue ei
q̇s iniurioſus ſit: ſiue potẽtie ſtudeat/ſiue pecuniarũ
aut corporũ amore teneat͛/iuuenile deſideriũ eſt/ac
ſtolidũ: cordiſqꝫ nedũ ſatis conſtãtis: ſenſuqꝫ parum
firmi: ⁊ q̇ nõ altis radicibꝰ fixus ſit/ſed ferat͛ leuis/
⁊ vagus certũ documentũ. [Hec ergo inquit fuge:
ꝑſequere aũt iuſticiã/fidẽ/charitatẽ/pacẽ cũ his qui
inuocãt dñm ex mũdo corde.] Hoc eſt illis ſolũ cum
fide/nõ q̇ temere/ſed abſqꝫ dolo ⁊ ſimulatiõe inuo-
cant: quibus nihil ineſt fraudis/q̇ cũ pace ad inuo-
candũ pergũt/qui nõ litigãt. Illis itaqꝫ tm̃ accede
ſocius: ⁊ cũ eis preces miſce/a ceteris abſtine. Mã-
ſuetũ eſſe oportet/atqꝫ pacificũ. Ceterũ ea mãſuetu-
do ita ſeruanda eſt/vt nõ ex ea pietas/fideſqꝫ ledat͛:
quã q̇ violare querũt/durĩꝰ corripiẽdi ſunt. [Stul
tas aũt ⁊ imperitas queſtiones deuita.] Vides/vt
vbiqꝫ illũ q̃ſtionibꝰ arceat: nõ ꝙ ille idoneus nõ fue
rit/eas euertere/alioquin dixiſſet: cura idoneus fie
ri/ad eas euertẽdas: ſicuti cũ dicit: Intẽde lectioni/
hoc eñ faciẽs: ⁊ teipſum ſaluũ facies ⁊ eos/q̇ te au-
diũt. Verũ nouerat eſſe prorſus inutile/hmõi ſubi-
re certamina: nullũqꝫ finẽ habitura: niſi rixas/odia
iniurias/maledicta: has ergo inquit q̃ſtiones deui
ta. Sũt autẽ alie ꝓutiles q̃ſtiones de ſcripturis/de
alijs neceſſarijs: a quibꝰ ille nos minime prohibet:
ſed ita vt in conquirendo ceſſent lites/iurgia/rixe.
Procul eñ iſta eſſe debẽt ab eo: q̇ dei pacis ſeruus
eſt. Seruũ inq̇t dñi nõ oportet litigare: ſed mitẽ eẽ
ad oẽs. Quomõ ergo dicit: Argue eos cũ oĩ impio?
Nemo adoleſcẽtiã tuã cõtemnat. Et rurſus: Argue
eos dure? qꝛ ⁊ hoc manſuetudinis eſt. Nã vehemẽs
reprehẽſio/quãdo ita fit: vt a mãſuetudine nõ diſce-
dat͛: ea maxime eſt: q̇ oꝑari cõſueuit egregie/qđ ſuũ
eſt. Licet eñ ꝓfecto acrius cũ mãſuetudine carpere:
qꝫ cũ audacia/et feritate cõfundere doctorẽ ad oẽs/
qui diſcere cupiũt. Hereticũ eñ inquit hoĩem poſt
vnã ⁊ ſecũdã correptionẽ deuita nõ patientẽ. Id q̇p
pe ꝓrſus neceſſariũ eſt: alioq̇n cetera incaſſum fiunt.
Si eñ piſcatores cũ ſepe die tota fruſtra iactauerit
rhetia: nõ tñ deſiſtunt neqꝫ deſperant: multomagis
nos id facere cõuenit. Et vide qꝫ id vtiliter fiat. Se-
pe fit vt dũ aſſidue doctrine fructus illabit͛ aĩo: vi-
tiũ/quo ille ꝑturbat͛ excidat. Prorſus eñ q̇ milies
audierit aliq̇d patiet͛. Nam fieri nõ poteſt: vt q̇ iugi-
ter celeſtis doctrine excipit verba/ nihil patiat͛. In-
terdũ igit͛ is: cui perſuadere perſiſtẽdo poteramus:
deſperatiõe nr̃a totũ perdit. Nõ ſecus/qꝫ ſi q̇s impe
ritus agricola: vbi plãtauit vitẽ: priore illã anno di
ligenter curet/ ⁊ fodiat: ſecũdo vo/ac tertio fructum
ſe percepturũ ſperet: idqꝫ niſi obuenerit/ deſperãs:
quarto iã anno quo laborũ ſuorũ ꝑmia ꝑcipere pote
rat/curã vitis obmittat. [In mãſuetudine inq̇t cor-
ripientẽ eos: q̇ cõtradicũt.] Hoc eñ in primis mã-
ſuete magiſtrũ facere oportet. Neqꝫ eñ poteſt aĩa q̇
opus habeat diſcere: ſi corrixãdo ⁊ altercãdo docea
tur/q̇ppiã vtile/ac neceſſariũ quantalibet intentio-
ne vtat͛ conſpicari/nihilqꝫ inde referet/ꝑter merorẽ
atqꝫ triſtitiã. Expedit hoc illi ante oĩa qui vtile ali-
quid addiſcere vult: vt grate magiſtro afficiat͛. Niſi
eñ hoc preſtet͛/nihil cõmode/nihil vtiliter fieri po-
terit. Grate vo illi affici: q̇ ſe iniurijs audaciter im-
petat: nemo ferme poteſt. Quõ igitur ait: [Hereti-
cũ hominẽ poſt vnã ⁊ ſecundã correptionẽ deuita?]
hoc de illo monet qui corrigi nõ vult quẽ inſanabi-
li morbo detineri videris. [Ne forte inquit det eis
dñs reſipiſcere a diaboli laqueo.] Ac ſi dicat: for-
taſſis aliqua ſequet͛ emendatio. Fortaſſis aũt in re-
bus dubijs ponit͛. Igit͛ ab illis ſolis diſcedẽdũ eſt:
de quibꝰ apertã poſſumꝰ ferre ſententiã: certiqꝫ ſu-
mus quãtalibet fiant: eos nunqꝫ ad veritatis viam
eſſe reuocãdos. [In mãſuetudine inquit corripien-
tes eos/q̇ contradicũt.] Vides vt hi q̇ addiſcere cu-
piunt: ita grate ⁊ intente accedere debeant: vt ante
demonſtrationem: minime a diſputatione reſiliant.
[A quo inquit captiui tenent͛ ꝓ illiꝰ volũtate.] bñ
ait captiui: interim eñ in errore natant. Intuere qꝫ
caute illũ de ſe humilia ſentire moneat. Non ait/ne
forte poſſis: ſed q̇d? Ne forte det illi deus reſipiſce-
re: vt ſi q̇d fiat: ad dñm cũcta referant͛. Tu plãtas/
tu rigas: ille ſeminat: ⁊ fructꝰ parere facit: atqꝫ ad in
crementũ ꝑducit. Nunqꝫ igit͛ ita ſimus affecti: ac ſi
ipſi cuiqꝫ perſuaſerimus: etiã ſi ille nobis obaudiat:
ſed ad deũ referamꝰ oĩa. [Et captiui inq̇t ab ipſo te-
nent͛/ad ipſiꝰ volũtatẽ.] Hoc aũt nõ mõ de dogma
tibus: ſed etiã de vita intelligit͛. Volũtas eius eſt re
cte viuere. Sunt aũt quidã in laqueo diaboli vite/
qꝫ gr̃a. Itaqꝫ ne in huiuſmodi quidẽ laſſeſcere debe-
mus aĩo: ne forte inq̇t reſipiſcãt capti ab eo ad ipſius
volũtatẽ. Qꝫ ait [ne forte] magne patiẽtie indiciũ ẽ.
Nã voluntatẽ dei nõ facere: laqueus ꝓfecto diabo
li eſt. Quẽadmodũ eñ auis et ſi nõ toto corpore: ſed
vno tantũ pede capta teneat͛: in poteſtate eius eſt/q̇
laqueũ tetẽdit: ita ⁊ nos/cũ ⁊ vite ⁊ fidei ꝑuerſitate
capi valeamꝰ: ſi vita ſolũ oberrauerimꝰ ĩ ius diabo
li labimur. Nõ eñ oĩs q̇ dicit mihi dñe dñe inq̇t in
trabit in regnũ celorũ: et rurſum: Neſcio vos: diſce-
dite a me oẽs q̇ oꝑamini iniquitatẽ. Vides vt nullũ

fit fidei lucrũ: qñquidẽ dñs nos ignorat. Uirginibꝫ
quoqꝫ hoc ait: neſcio vos. Quid ergo virginitas ꝓ-
fuit/ ceteriqꝫ ſcti certaminis labores/ qñ ignorant
a dño? Plurimis deniqꝫ ĩ locis reperies ſolo ex vi-
te reprobe/ nõ ex fidei merito/ pleroſqꝫ dãnari. Sic
alibi qꝫ ſola ex ꝑuerſitate dogmatũ/ abſqꝫ vlla vite
culpa alios plecti. Hec nempe ſibi inuicẽ coherent.
Itaqꝫ cũ volũtatẽ dei nõ facimꝰ: ſub laqueo diabo
li ſumꝰ. Neqꝫ modo ex vita tota: verũ ex vno tm̃ de
fectu ſolo/ in gehẽnã mittimur: niſi alia ſuppleãt bo
na. Quippe ⁊ virginibꝫ/ nõ inceſtus/ nõ adulterij/
nõ inuidie/ nõ liuoris/ nõ ebrietatis/ nõ infidelita-
tis: aut ꝑuerſe fidei crimẽ inurit: ſed olei tm̃ defectꝰ
qꝛ ſcꝫ miſericordiã nõ exercuerãt/ neqꝫ elemoſynas
fecerãt. Id qppe ſignificat oleũ. Et illi itẽ q ſupreme
dãnationis ſententiã luent: quibus dicit: Diſcedite
maledicti in ignẽ eternũ: ſolũ qꝛ chriſtũ nõ pauerint:
crimine exagitant/ nullaqꝫ cetero2ũ mentio fit. Ui-
des certe vt elemoſyna ſola neglecta/ gehẽne ignibꝫ
tradat. Ad qd enĩ eris vtilis: q nõ facis elemoſynã?
ieiunas quotidie: at virginibꝫ nihil ꝓfuit eiuſmo-
di ſtudiũ. Oras: At ſine elemoſyna infructuoſa erit
oratio. abſqꝫ illa imũda ſunt oĩa ⁊ inutilia: maiorqꝫ
pars virtutis excidit. Qui nõ diligit inquit fratrẽ
ſuũ ignorat deũ: illũ quomõ diligis: q ne minima q-
dẽ iſta ⁊ vilia pateris ei/ tecũ eſſe cõia? Sed caſte/ ac
tẽperãter viuis. Cuius rei grã id facis: nũ ſupplicij
metu? minime id quidẽ: ſed quadã bonitate nature.
Nam ſi id agis timore ſupplicij: tantãqꝫ incẽdij vim
ac libidinis tyrãnidẽ ſuperas: multo magis ſtude-
re elemoſynis debes: neqꝫ enĩ idẽ labor eſt/ frenare
libidinẽ: pecuniaſqꝫ cõtemnere: ſed lõge maior hic la
bor eſt. Cur id? Quia voluptas illa naturalis eſt:
nr̃iſqꝫ inſita ⁊ innata corporibꝫ: nõ ſic aũt cupido pe
cunie. Solũ deniqꝫ pietatis/ ac miſerationis eſt ſtu
diũ: quo deo eq̃les euadere poſſumus: quo ſi carea-
mus/ cũcta ſil' amiſimꝰ. Nõ enĩ ait/ ſi ieiunaueritis
aut ſi oraueritis: patri vr̃o ſimiles eritis: nihil enĩ
hmõi in deũ cadit: neqꝫ aliqd tale operat deꝰ. Sed
quid? Eſtote inqt miſericordes: ſicut pater veſter q
in celis eſt. Iſtud dei opus eſt: hoc ſi deſit qd habes?
Miſericordiã volo ⁊ nõ ſacrificiũ. Fecit deus celũ/
fecit terrã/ mare: magna ꝓfecto iſta ſunt: deiqꝫ ſapiẽ
tia digna: verũ nihil horum ita naturã attraxit hu-
manã: vt illius miſericordia ⁊ ſuprema benignitas.
Ea ꝓfecto cũ in ceteris elucet/ que ille potẽtiſſime/
optime/ clemẽtiſſime nr̃i grã fecit: tũ in eo maxime:
ꝙ ꝓpter nos ſeruus fieri dignatus eſt. Nihil itaqꝫ
deũ nobis ita ꝓpitiũ: vt miſericordie ſtudium facit.
Plurimaqꝫ de h̃ vltro/ citroqꝫ ꝓphete dixerũt. Mi
ſericordiã aũt nõ eã dico: que de rapina fit: neqꝫ enĩ
eſt ea miſericordia: neqꝫ ſpine radix/ aliqñ oleum gi-
gnit: ſed oliue tm̃. Ita neqꝫ auaritie radix/ neqꝫ iniu
ſtitie: neqꝫ rapine miſericordiã parit. Noli elemoſy-
nã ſua honeſtate nudare: noli eã oĩum probris expo
nere: nã ſi ideo rapis/ vt elemoſynã facias/ nihil eſt
ea miſeratiõe deteriꝰ. Quicqd ex rapina ꝓuenerit:
nõ eſt id miſericordia: immanitas illa eſt ⁊ contume
lia: atqꝫ crudelitas: neqꝫ ſimpliciter ſed in deũ. De-
niqꝫ ſi chayn: q deteriora ex ſuis obtulit/ ita offendit
q aliena offert/ quãto magis offendet? Oblatio ni-
hil aliud qꝫ ſacrificiũ eſt. Cumqꝫ ſordidis manibus
orare nõ audeas: ſordes ipſas atqꝫ imũdiciã offers/
manus ipſas/ nõ ſinis impleri immundicia: ſed eas

primũ abluẽs/ ita demũ offers: ⁊ certe cũ ille ſordes
crimine careãt: ſed ſola imũdicia animi in culpa eſt.
Nõ itaqꝫ inſpiciamꝰ/ qꝫ mũdis manibꝫ hoſtias/ pre
ceſqꝫ offeramus: ſed id potius curemꝰ: vt q offerimꝰ
mũda ſint ſemꝑ: alioquin ridiculã rẽ faciemꝰ. Uelu
ti ſi qs dilutã diligẽtius tabulã immũdis muneri-
bus impleat/ nõne hec feda eẽt irriſio? Sint mũde
manus/ nõ eas aqua ſola diluamꝰ: ſed iuſtitia priꝰ
emũdare ſtudeamꝰ: hec vera mũdatio manuũ eſt: ꝙ
ſi pleni iniuſticie ſimꝰ/ qꝫuis eas milies abluas: ni-
hil inde lucraberis. Lauamini enĩ inqt mũdi eſtote.
Nũ ait/ ꝑgite ad fõtes/ ad balnea/ ad ſtagna/ ad flu
mina? nihil horũ dixit. Sed qd? Auferte malitias
vr̃as ab aĩabus vr̃is: hoc eſt mundũ eſſe: hoc eſt ab
inquinatiõe euadere liberũ: hec vera mũdicia ẽ. Il-
la enĩ minimũ ꝓdeſt: hec aũt fiduciã nobis ad deũ/
cõfidentiãqꝫ largit. Illã ⁊ adulteri ⁊ fures ⁊ homi-
cide habere poſſunt: molleſqꝫ ac laſciui: nepoteſqꝫ ac
fornicarij/ hmõi mũdicie in primis ſtudioſe ſunt: qp
pe q ante oĩa corpus diligẽtiſſime curãt: vnguenta
ſpirãtes: corpuſqꝫ ꝑpetua cura tergẽtes. Eis qppe
corpus ſepulchrũ eſt: animam habens intrinſecus
mortuã. Hanc ergo mũdiciã ⁊ illos cõſeq fas eſt: ad
eã ṽo q intima ⁊ vera eſt aſpirare penitus nequeũt.
Nihil egiſti magnũ ſi corpꝰ abluas: iudeica illa pur
gatio eſt/ inanis/ ac ꝓrſus inutilis: interior ſi mũdi-
cia deſit. Sit qſpiã putredine plenꝰ/ abſqꝫ vulneri-
bus/ quantũlibet circũluat corpꝰ: nihil ꝓficiet: nul
luſqꝫ erit caſſi laboris finis. Ut ſi purulẽtũ corpus
nil iuuare põt/ cũ exterior cutis circũluit: aſſidueqꝫ
reſpergit: qñ fuerit putredo aĩe inſita: qd nobis ꝓde
rit mundicia corporis? Nihil ꝓfecto. Orõnibꝫ nobis
opus ẽ mũdis. Ille ṽo quo pacto mũde eſſe pñt: cũ
aĩa ex qua prodeunt/ ipſa immũda ſit? Porro nihil
aĩam ita immũdã facit/ vt auaritie ac rapine labes.
At ſunt q cũ ꝑ diẽ inumera admiſerit ſcelera: veſꝑe
lauãt: nimiũqꝫ fidẽter/ ac temere ĩgrediunt eccl'iam:
manuſqꝫ ad orõnẽ extendũt/ qſi ſordes animi aqua-
rũ diluerint lauacro: qđ ſi veꝝ eſſet/ q̃tidiano hoc la
uacro/ multũ profecto lucraremur: ne ipe qdẽ aliqñ
deſiſterẽ balnea frequẽs adire: ſi mũdos efficere/ ac
pctã diluere poſſẽt. Sed ridicula iſta/ ⁊ deliramẽta
atqꝫ ludibria: puerorũ ſunt ludus. Nõ execrat deꝰ
corpoꝝ ſordes: ſed ĩmundiciã aĩoꝝ. Audi deniqꝫ ipe
qd dicat: Bti mũdo corde: nõ ait ſimpliciter/ mũdi/
ſed addit corde/ qm̃ ipſi deum videbunt. Propheta
qnoqꝫ: Cor mundũ inqt crea in me deꝰ. Et rurſus:
Ablue a malitia cor tuũ. Multũ ꝓfecto confert bo-
nis aſſueſcere. Uide qꝫ ſint iſta modica: ⁊ inutilia: et
tñ cõſuetudine inducta aĩa: ea nõ deſerit: neqꝫ ad orã
dũ ꝑgere ſuſtinet: niſi ea prius impleuerit. Puta aſ
ſuefecimꝰ nos lauare ⁊ orare ⁊ qſi id nõ liceat illotis
manibꝫ facere/ nõ libẽter oramꝰ/ niſi añ lauerimꝰ:
ꝑinde ac deũ offenſuri: violaturiqꝫ ꝯſciẽtie bonũ/ ni
ſi ita faciamus. Si modicũ iſtud tm̃ habet viriũ/ vt
qſi neceſſario diebꝫ ſingulis ĩpleat: qs iã ambigat:
ſi dãdis elemoſynis itidẽ aſſuefacti eſſemꝰ: neqꝫ in-
gredi oratiõis domũ vacuis manibꝰ cõſtituiſſemꝰ/
id quoqꝫ effecturos. Multũ quippe et in bonis/ et
in malis valet cõſuetudinis vis. Non iã laborabi-
mus: ſi illa nos ceperit. Pleriqꝫ cõſuetudinẽ fecerũt/
ſeipſos aſſidue ſignãdi: neqꝫ admoneri opus hñt: ſed
aĩo qꝫ alibi ſepe occupato/ ipſa cõſuetudine/ veluti
quodã animato magiſtro impellẽte/ manus ſponte



formant ad ſalutaris impreſſionẽ ſigni. Aſſuefece-
runt ſe quidã nõ iurare/ nunqꝫ illi/ nec ſponte nec in
uiti hoc facient: aſſueſcamꝰ nos quoqꝫ elemoſynis
dandis: ⁊ id cito peragemꝰ. Quantis laboribꝫ no-
bis opꝰ eſſet: vt hic medicamentũ reperire poſſemꝰ
tã ſalubre/ tã potens? Nã queſo niſi eſſet elemoſyne
ſolatiũ: poſtea qꝫ innumeris ſceleribꝫ ſupplicio nos
feciſſemꝰ obnoxios: nonne multũ ingemiſceremus
multiſqꝫ ſuſpirijs optaremꝰ pecunijs poſſe peccata
redimere? Nõne illas omnes prompto exhauriſſe-
mus aĩo: cunctãqꝫ oĩno ſubſtantiã impendiſſemꝰ
vt ſuperni iudicis irã poſſemus effugere? Nã ſi hoc
in morbo facimꝰ: atqꝫ impendente morte dicimus:
Si mortẽ redimere fas eſſet: bona ille ſua dediſſet
oĩa: multomagis id in illa ineuitabili neceſſitate
fieret. Et vide queſo quanta ſit diuina clemẽtia: nõ
tibi dedit vt tẽporalẽ mortẽ: ſed eternã redimere poſ
ſes. Noli inquit breuẽ hanc redimere vitã: ſed eter-
nã tibi cõparare ſtude: illã tibi vendo/ nõ iſtã: nõ il-
ludo tibi: hãc ſi acceperꝭ nihil accepiſti: ego noui illã
quanti ſit precij. Non ita caupones: mortaliſqꝫ vi-
te negociatores faciũt: illi enĩ ſi quos vt fallere que
ant: vilia queqꝫ carius vendunt: at ego non ſic. Nã
dic obſecro ſi profectus ad negotiationẽ quẽpiam/
duobꝫ propoſitis gemmis/ vili vna/ alia precioſiſſi
ma preciũ pro vili poneres: precioſamqꝫ ſuſciperet:
nũ illũ rideres? Abſit: imo admirarerꝭ magis ⁊ gra
tias ageres: ita ⁊ nunc due vite propoſite ſunt: tem
poralis alia/ alia eterna: vendit illas deus: ceterũ
eternã nobis vili p̃cio dare mauult. Quid indigna
mur infantiũ more ſtultoꝝ/ ꝙ eã q p̃cioſior eſt/ ꝓ vi-
liſſimo accepimꝰ? Et põt inqes vita pecunijs emi?
Poteſt: ſi noſtra nõ aliena in preciũ demꝰ. At mea
inquies ſunt: nõ ſunt tua q diripis: ſed aliena quã-
tumlibet illoꝝ te dominũ dicas: neqꝫ enĩ ſi depoſitũ
accipias/ eo tempore quo abeſt: ſcꝫ qui depoſuit tua
illa eſſe dicis/ licet penes te ſint. Si igit que volen-
tibus ⁊ agentibꝫ gratias eis/ qui depoſuerunt/ no-
ſtra nõ ſunt: ne illo quidẽ tempore quo ea habemꝰ:
multo minꝰ iſta que inuitis ac nolentibꝰ rapimus:
ille nãqꝫ eoꝝ dñs ẽ/ cui direpta ſunt: quãuis penes
te ſint condita: illa enĩ vera noſtra ſunt/ que nobiſcũ
perpetuo durant/ eiuſmõi virtutes ſunt: nã pecunie
ne noſtre quidẽ noſtre ſunt: ne dũ aliene: ſꝫ hodie no
ſtre/ cras vero nõ noſtre. At vero virtꝰ ſemꝑ noſtra
eſt: neqꝫ enĩ hec illaꝝ more minuit: ſed cũ adſit/ oĩbꝰ
integra ꝑmanet: hanc ergo nobis cõparare ſtudea-
mus: pecuniaſqꝫ deſpiciamꝰ: vt veris eterniſqꝫ bo-
nis frui mercamur: gratia ⁊ miſericordia dñi noſtri
ieſu xp̃i: cui eſt gloria in ſecula ſeculoꝝ Amẽ.

Homelia. VII. ad timotheũ. II. Ex caplo. III.

**b Hoc aũt ſcito qꝛ ĩ nouiſſimis dieb9 inſtabũt tempora grauia: ⁊ erũt homĩes ſui amatores: cupidi: elati: ſuperbi: blaſphemi: parentibꝰ nõ obedientes: ingrati: ſceleſti: ſine affectiõe: ſine pace: criminatores: incõtinẽtes: immites: ſine benignitate: ꝓditores: proterui: tumidi: voluptatis amatores: magiſqꝫ dei: habẽtes ſpeciẽ pietatis: virtutẽ aũt eiꝰ abnegãtes: ⁊ hos deuita. Ex his enĩ ſunt qui penetrant domos: et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis: q ducuntur varijs deſiderijs ⁊ voluptatibꝰ: ſemꝑ diſcẽtes. ⁊c**

In priori epiſtola dixerat ſpiritũ manifeſte dice-
re/ ꝙ in nouiſſimis temporibꝫ recedent quidã a fidẽ
⁊ rurſus alibi in ip̃a epiſtola p̃dicit tale quiddã po-
ſtea futurũ/ atqꝫ hoc ipm hic facit dicẽs: [Hoc autẽ
ſcito ꝙ in nouiſſimis diebꝫ inſtabunt tempora gra-
uia.] Neqꝫ id ex futuris tm̃: verũ ex preteritis indi
cat/ dicẽs: Queadmodũ Iamnes ⁊ mambres reſti
terũt moyſi. Et ex ratiõibꝫ itẽ cũ dicit: In domo aũt
magna nõ ſunt tantũmodo vaſa aurea et argentea.
Hoc aũt cur facit? Ne ſcꝫ turbet timotheꝰ: nec quiſ
piã noſtrũ: ſi ſint homines mali: quãdoquidem ſub
moyſe illi fuerũt: ⁊ poſtea futuri ſunt. Nihil ergo mi
rũ ſi noſtra quoqꝫ etate ſunt. [In nouiſſimis diebꝰ
inquit inſtabunt tempora grauia:] hoc eſt peſſima
Quõ aũt erunt tempora grauia? Nõ dies profecto
neqꝫ tempora: ſed homines qui tunc futuri ſunt car
pit: quippe ⁊ nos ita loqui cõſueuimꝰ/ cũ tempora:
vel mala vel bona ex his que in illis cõtigere appel
lamꝰ: cauſam qꝫ maloꝝ oĩum/ atqꝫ radicẽ/ ac fontẽ
protinꝰ addidit: vñ alia gignunt oĩa: cũ nõ ea q ꝓri
mi: ſed q ſua ſunt ſinguli querũt: ex q fit vt vtrunqꝫ
pariter negligãt: ita enĩ ne ſua quidẽ aſpiciũt: ſicuti
enĩ q ea q ꝓrimi ſunt querit: ſua quoqꝫ rite diſponit
ita ⁊ ſi q illiꝰ ſunt negligit: ſua quoqꝫ deſpiciet. Nã
ſi ſumꝰ inuicẽ membra/ proximi ſalꝰ nõ illiꝰ tm̃ eſt:
ſed ⁊ corporis reliq: illiuſqꝫ detrimentũ nõ ad ipm per
tingit ſolũ: ſed ⁊ corpꝰ oẽ doloribꝫ occupat. Si edi-
ficatio ſumꝰ: ſi qua patit pars/ reliqua cõſtructio ti
tubat: ſin vero firma ⁊ inuiolabilis durat: ſtructu-
rã ferre reliquã põt: ita ⁊ in eccl'ia/ ſi fratrẽ deſpicis
teipm neglexiſti. Quo pacto? Mẽbrũ tuũ iacturã
haud exiguã ꝑtulit. Si q pecunias cõnumerare nõ
vult/ in gehennã mittit: q in rebꝫ neceſſarijs ꝑiclitã
tẽ videt/ manũqꝫ nõ porrigit: nõne multomagis qꝫ
ille hoc patit: atqꝫ eo ampliꝰ: q de maioribꝫ detrimẽ
tũ id fiet. [Erũt enĩ inqt hoĩes ſui amatores.] Qui
ſeipm amat: ille in primis ẽ: q ſe nõ amaſſe cõuincit:
Qui ṽo diligit fratrẽ: hic maxie ſeipm amat: ex hoc
auaritia naſcit: charitatẽ enĩ q ꝑ naturã lata ẽ: ⁊ vbi
qꝫ diffundit/ cõtrahit/ atqꝫ cõſtringit: hec peſtis me
diocres qꝫ ac tenues auaritie ſubigit: ex eo elatio gi-
gnit/ ex elatiõe ſuꝑbia/ cuiꝰ ꝓles blaſphemia eſt: ex
qua arrogãtia ꝓdit: q nõ obtẽperãdi ẽ. Qui eĩ cõtra
hoĩes ſe effert/ facile ĩ deũ ipm impiꝰ eſt: ita deniqꝫ
pctã naſcunt: vt ſepiꝰ ab inferioribꝫ ad ſuꝑna cõſcen
dãt. Qui fuerit ĩ hoĩes piꝰ: multomagis ĩ deũ erit:
qui in ſocios atqꝫ cõſeruos erit manſuetꝰ: quãtoma
gis in dominũ. Qui vero aſpernatur conſeruos: ad
hoc ſenſim pertinget: vt ipſum quoqꝫ deſpiciat do-
minũ. Non ergo deſpiciamus inuicem. Ea quippe
doctrina peſſima eſt/ que deum nos contempnere
docet: ſi inuicem contemnimus: cum ille iuſſerit in

alterutrũ nos eſſe ſtudioſos: aliter ꝗꝫ ſi vultis exẽplo ſcꝫ hoc perſpicuũ faciã. Cõtempſit fratrẽ chayn cõtempſit cõtinuo ⁊ deũ. Quo nã id mõ? Uide ꝗꝫ cõtumelioſe reſponderit deo; Nunquid cuſtos fratris mei ſum? Deſpexit itẽ eſau fratrẽ: deſpexit ⁊ deũ: idcirco dicit deus: Jacob dilexi: eſau aũt odio habui: ideo ⁊ paulus ait: Ne quis fornicator aut prophanus ſicut eſau. Spreuerũt ioſeph fratres eius: ſpreuerũt deũ quoqꝫ: iſraelite quoqꝫ moyſen aſpernati ſunt: atqꝫ ideo deũ offenderũt: ita ⁊ filij heli cũ negligerent: ⁊ peccare facerẽt populũ: in deũ impij fuere. Uis id ex aduerſo etiã inſpiciamꝰ. Abraã pepcit fratris filio: obediuit ⁊ deo: conſtatqꝫ id ex obedientia: quã oſtendit in filio et reliqua virtute eiꝰ. Rurſus abel manſuetꝰ erat in fratrẽ: pius itẽ erat in deum. Non ergo cõtemnamꝰ inuicẽ: ne deũ quoqꝫ cõtemnere diſcamꝰ: honoremꝰ nos mutuo: vt diſcamꝰ et deũ honorare: qui in homines temerariꝰ eſt: in deũ quoqꝫ erit temerariꝰ. Ubi vero auaritia ⁊ amor ꝓprius ⁊ arrogantia coeunt: quid iã deeſſe ad interitũ poteſt? Om̃ia ſimul periere: peccatorũqꝫ labes / ac cenũ plurimũ influit. [Ingrati inquit.] Quo pacto enĩ auarꝰ gratus eſſe iã poſſit? Cui habiturꝰ eſt gratiã? Profecto nemini. Oẽs arbitrat̃ inimicos: om̃ia querit accipere: ⁊ ſi omnẽ illi ſubſtantiã tribuas: nullas refert grãs: indignat̃ ꝙ nõ plus habueris: multorũqꝫ cũ feceris dominũ: ne ſi orbis qdẽ totiꝰ / te donãte potiat̃ / vllas tibi gratias aget: nihil enĩ ſe accepiſſe putat. Eſt quippe peſtis huius inexplebilis appetitꝰ: neqꝫ a morborũ cõcupiſcentia diſſimilis eſt: tales enĩ ſunt egrotoꝝ deſideria. Deniqꝫ is qui febris caloribꝫ vrit̃ / impleri nunq̃ꝫ poteſt: ſed ſemꝑ in deſiderijs eſt. Ebriꝰ itẽ nunq̃ꝫ mero ſatiat̃ / ſed ſiti ſemꝑ anhelat: ita ⁊ qui pecuniarũ inſano tenet̃ ſtudio / deſideriũ ſuũ exſatiare: nulla opũ poterit copia / quãtalibet illi preſtes: nullas vnq̃ꝫ tibi habebit gratias. Habebit aũt ei tantũ / qui ſibi quãta voluerit / dederit: id aũt facere poterit nemo: neqꝫ ei habet modũ cupiditas eiꝰ: eſtqꝫ immẽſa habẽdi voluntas: nulli igit̃ gratias aget. Nihil eque ingratũ vt auarus: nihil ita abſqꝫ vllo gratitudinis ſenſu ẽ vt pecunie cupidus: orbis ille totiꝰ inimicꝰ eſt: indignat̃ ꝙ vlli ſint homines. Cupit enĩ deſerta eſſe oĩa vt oĩum ipe potiat̃ ſolus: ⁊ multa ſecũ talia cogitat. Utinã vi terremotus cõcuſſa ⁊ euerſa ciuitate / cunctiſqꝫ oppreſſis / ſolus ipſe relinqueret̃: vt fortunas accipere omniũ poſſet: vtinã peſtis preter auꝝ abſumeret oĩa: vtinã terre hiatu aut inũdatiõe maris perirent om̃ia: ⁊ alia in hunc modũ innumera cogitat nihil boni verſat animo / ſolos terremotꝰ ⁊ flumina ⁊ bella atqꝫ peſtilentias reputat: ⁊ hmõi cetera contingere cupit / atqꝫ orat. Dic age infelix atqꝫ miſerrime ⁊ mancipijs omnibꝫ vilior: ſi cuncta aurũ eſſent nũ ſacrã ideo auri euaderes famẽ? Nonne vel peſte cõfectꝰ interires? Si terremotu agitatꝰ orbis funditꝰ euerteret̃ / nũ ideo pernicioſa hac cõcupiſcentia liber euades? Nã niſi hõ eſſet in terris: vnde tibi neceſſaria vite ſuppeterent? Ponamꝰ ſane oẽs repẽte orbe toto deletos eſſe mortales: aurũqꝫ illoꝝ ⁊ argẽtũ in tuũ ius migraſſe: quanq̃ꝫ fatua plane ⁊ inepta cõſector: opeſqꝫ illis aurũ ſcꝫ argentũ / precioſã ſericã: atqꝫ aureã veſtẽ / in tuas ſponte veniſſe manꝰ: qd inde lucraberis? Ita enĩ te maxime inuaderet mors: eis deſtitutũ / q̃ panẽ conficerent: amotis agricolis foris cũcta vaſtantibꝫ / demonibuſqꝫ metu cõcutiẽtibꝫ animã tuã: quã quidẽ nunc etiã poſſident: ⁊ plurimi quidẽ: tunc aũt te in ſtuporẽ quoqꝫ amentiãqꝫ perduxiſſent: ſiue etiã prorſus perdidiſſent. At vellem inquies ⁊ agricolas ⁊ piſtores eſſe ſuperſtites: enĩ vero illi ſi tecũ ſupereſſent / opes illas tecũ partiri vellent: ſed nõ id patienter admitteres: adeo inexplebilis eſt cupido huiuſcemodi. Quid vero his dici ridiculoſiꝰ poſſit? Uidiſti ſummã rerũ difficultatẽ. Uult quiſpiã miniſtros habere q̃ꝫ plurimos: nec patit̃ eos vel neceſſariũ habere victum: quaſi per id ipſiꝰ opes imminuãt. Nũ queſo lapideos vis eẽ homines? Quã ſunt irriſione iſta digniſſima: que fluctus ⁊ procellas ⁊ tempeſtates ac turbines: ingentemqꝫ ꝑturbationem animis excitant. An vero non iſtos miſerebimur: atqꝫ lachrymis gemitibuſqꝫ ꝓſequemur: qui ſemper eſuriũt / ſemperqꝫ ſitiunt? At qui corporibꝰ humanis acerrima hec lues eſt: que a medicꝭ ꝓ inſatiabili appetitu σβάλοι Κια greco vocabulo dicit̃ cũ quis ciboꝝ nimietate diſtentus: ne ſic quidẽ fame liberat̃: hmõi nempe lues in animabꝫ auaritia eſt: que quantalibet immittas / nunq̃ꝫ prorſus implet̃: ſed ſemꝑ cupiditati vaſtior laxat̃ ſinus nempe ſi eleboꝝ ſumere / aut quodlibet ⁊ grauiꝰ ꝑpeti opus fuiſſet ad eã euadẽdã peſtẽ: nõne ferre oĩa prompto animo oportuit? Nulla profecto multitudo pecuniaꝝ / inexplebilẽ vterũ implere poteſt: non pudet cũ pleriqꝫ adeo circa opes inſaniãt: nos ĩ deũ ne minimã quidẽ partẽ huiuſce dilectionis oſtendere: deũqꝫ apud nos viliorẽ eſſe pecunijs? Auri nãqꝫ gratia ⁊ vigilias ⁊ peregrinatões ⁊ altera pericula ⁊ odia atqꝫ inſidias: ⁊ oĩa deniqꝫ tolerant homĩes nos pro deo ne verbũ qdẽ vel tenue perferre odiaqꝫ ſubire. Ceterũ ſi cui oppreſſo opẽ ferre opus ſit potẽtiũ inimicitias vitamꝰ / atqꝫ pericula: prodimuſqꝫ miſerũ: cũqꝫ vim opitulandi a deo accepimꝰ: ipſam prorſus amittimꝰ: dũ odia ⁊ inimicitias ꝑferre nolumus. At id cõtinuo obijciũt plurimi: fruſtra odiũ querere cõſilij nõ fuerit. Fruſtra ne id queſo facis? Et qd hoc preſtantiꝰ odio? Quippe amicitiã ex deo federatã longe antecellit ipſiꝰ gratia ſuſceptũ odiũ: nã ſi propter deũ diligamur: honoris impenſi debitores illi ſumꝰ. Sin vero eiꝰ cauſa odio habemur / debitor ipe fit nobis. Quantũlibet nempe aurũ diligãt auari: nullũ eiꝰ dilectiõis recipiẽt modũ: nos ſi qd vel parũ egerimꝰ / oĩa ꝑfeciſſe arbitramur. Nõ ita nos deũ vt illi aurũ diligimꝰ: ne mĩma quidẽ ex parte: multũ illi rephenſioni patent: ꝙ circa aurũ ita vehementer inſaniunt / nos culpa vacabimus: qui in deum non eundem feruorẽ charitatis oſtendimus? Non quantũ illi terre: quippe aurũ / terra effoſſa eſt: tantũ nos omniũ domino honoris impẽdimus. Erubeſcamꝰ ſane / dum illorũ intuemur inſaniã. Quid enĩ eſt ſi nos auri nõ rapiat amor: neqꝫ tamẽ omni ſtudio precemur / atqꝫ ambiamus deũ? Hic etenĩ homines / vxorẽ: ac liberos ⁊ omne patrimoniũ: poſtremo ſalutẽ ipſam contemnunt: idqꝫ cũ neſciãt / an incrementa percepture ſint illorũ opes Sepe nanqꝫ inter medias ſpes animã quoqꝫ poſuerunt: fruſtraqꝫ laboraſſe dephenſi ſunt. Nos cũ nouerimꝰ eo quẽ amamꝰ ꝑfruituros: ſi qdẽ illũ vt oportet dilexerimꝰ: ne ſic qdẽ ad amorẽ exardeſcimꝰ atqꝫ ideo vtraqꝫ ĩ nobis charitas plane refrixit ꝓximi ſcilicet ac dei: dũ enĩ a proximi dilectione frigeſcimus



ad hoc ſenſim pertingimꝰ: vt diuine etiã dilectionis in nobis feruor extinguat̃: neqꝫ enĩ fieri poteſt / vt q̃ amare neſcit / quicq̃ꝫ illuſtre concipiat animo: viriliqꝫ mẽte ſit preditus: quippe bonoꝝ omniũ amicicia aptiſſimũ inſtrumentũ eſt. In hoc inquit pendẽt lex ⁊ prophete: ſicut enĩ ignis vbi ſiluã occupauerit omnia purgare conſueuit: ita ⁊ charitatis feruor / q̃cunqꝫ inciderit / om̃ia perimit / atqꝫ perrumpit: que diuinã ſegetẽ demoliunt̃: emundatqꝫ humũ ſuſcipiendis atqꝫ fouendis alte ſeminibꝫ. Ubi charitas eſt omnia ſublata ſunt mala: nõ eſt ibi auaritia / malorũ radix: nulla ibi elatio ẽ. Quid enĩ aduerſus amicũ ſe quiſpiam extollat? Nihil itaqꝫ ſic humilẽ facit vt charitas: per quã ſeruorũ miniſteria amicis impendere nõ erubeſcimus: immo et gratias illis pro huiuſmõi ſeruitute referimꝰ: per hanc pecunias large profundimꝰ: corporibuſqꝫ ipis poſtremo nõ parcimꝰ: per quã enĩ ſepe pro amico periculis ſe quiſqꝫ expoſuit. Nulla deniqꝫ inuidia: nullũ crimẽ locũ habet: vbi fuerit vera ⁊ germana dilectio: nõ mõ enim amicis nõ detrahimus: verũ ⁊ ſi qui detrahere velint: eis ſilentiũ imponimꝰ. Om̃ia in charitate ſunt leuia / ſuauia / mitia / litis / aut cõtentiõis: nullũ ibi veſtigiũ cernit̃ / paciſqꝫ plena ſunt omnia. Plenitudo enĩ legis eſt charitas: cuncta nempe ſcelera / que pacẽ perturbent: vt ſunt auaritia / rapina / inuidia / accuſatio / arrogantia / periurium / mendacium: vbi charitas fuerit ſoluuntur: periurat enim quiſqꝫ vt rapiat. Quis autẽ eum quẽ diligit diripere queat? cui contra ſua quoqꝫ largitur libens: gratiaſqꝫ illi magis / q̃ꝫ ſi ab eo accipiat refert? Noſtis iſta profecto quicunqꝫ amicos habetis: nõ ſolo nomine / neqꝫ ſimplici appellatione: ſed ſi qs ita dilexerit: ſicut diligere oportet. Si quis amoris vinculo connexus alicui eſt: hoc nouit: qui vero experti nõ ſunt: ab his qui experti diſcãt. Exponã vobis de ſcripturis amiciciã profecto mirabilẽ. Dilexit Jonathas ſaulis filius ſanctũ Dauid: ⁊ colligata eſt illi anima ipſius. qđ indicat illa eius lamentatio: qua defunctũ proſecutus eſt / dicẽs: Cecidit ſuper me dilectio tua: ſicut dilectio mulierũ. In mortem vulneratus es mihi. Quid ergo nũ illi inuidit? Minime: cũ certe inuidẽdi neceſſitas indicta videret̃: ex reꝝ euẽtu: cernebat enĩ regno illũ potiturũ: qđ ſibi per ſucceſſionũ ſeriẽ debebat̃: nihilqꝫ tale paſſus. Non ait hic eſt qui me primo priuabit regno: ſꝫ imperij quoqꝫ cooperator acceſſit: patriqꝫ amici gratia nõ pepercit: verũ enim nemo illũ paricidã arbitret̃. Non enĩ ille in aliquo patrẽ violauit: ſed inſidias tm̃ eiꝰ iniuſtitiamqꝫ cohibuit / ac per id peperciſſe / magiſqꝫ leſiſſe cenſet̃: dũ illũ nõ permiſit ad inuidiã prorumpere iniuſtã: voluit ſepius pro illo etiã mori. Non accuſauit: ſed patrẽ quoqꝫ prohibuit. Nõ inuidit immo (vt dixi) imperij quoqꝫ operator acceſſit: nõ mõ illi opus preſtitit: verũ ſalutẽ quoqꝫ ſeruauit: animãqꝫ pro illo poſuit ſuã. Nihil parentẽ reueritꝰ eſt amici gratia: ille enĩ iniqua moliebat̃: hic aũt nihil eiuſmõi ſibi conſcius erat. Ea fuit Jonathe cũ iuſto amicicia: taliſqꝫ cõiunctio. Uideamꝰ qualis fuerit dauid in referenda gratia: non licuit illi vicẽ reddere: quippe q̃ ante imperiũ quidẽ morte prereptꝰ ẽ: perijtqꝫ priuſq̃ꝫ ille perueniret ad regnũ quẽ beneficijs fouerat: in his q̃tũ facere potuit / libet inſpicere: cuiuſmõi ſe in amãdo preſtiterit. Bonꝰ inquit mihi ionathas / in mortẽ vulneratꝰ es mihi. Putas hoc ſolũ reperiemus eius amoris indiciũ: nõ iſtud quidẽ eſt minimũ: ſed alia quoqꝫ nõ deſunt: nã ⁊ filiũ eiꝰ et nepotẽ eripuit ſepe periculis / ob gratiã patris: ac iugiter veluti filij cuiuſdã natos ſeruare perſtitit. Hmõi ergo amiciciã om̃es habere cupio ⁊ in viuos ⁊ in defunctos. Audiant iſta mulieres / maxime que ſecũdas appetunt nuptias: ac defuncti viri maculãt thorũ queqꝫ priorẽ dilexerũt virũ. Nõ iſta nũc loquor ꝙ ſcđas prohibeã nuptias: aut immũdas eſſe putẽ: neqꝫ enĩ permittit paulꝰ / qui ori meo frenũ impoſuit / dicẽs: Si aũt ⁊ nupſerit / nõ peccauit: ceteꝝ beatior erit ſi ſic permanſerit: hoc eſt / multo iſtud excellentiꝰ ẽ / q̃ꝫ illud multis ex cauſis. Nã ſi nõ nubere / multo melius q̃ꝫ nubere eſt: pari ratiõe / meliꝰ eſt id ſemel tm̃ facere / q̃ꝫ ſepiꝰ. At nõ tulerũt inquies quedã viduitatis incõmoda: ſꝫ in varias calamitates inciderũt: nõ enĩ quid ſit viduitas nouerũt: que profecto ĩ eo nõ cõſtitit: ſi ſcđas nuptias nõ appetant: ſicuti neqꝫ virginitas / hoc tantũ eſt / viri experimẽta nõ noſce: ſed quid? Queadmodũ virginẽ facit honeſtã / habitus / orationiſqꝫ ꝑſeuerantia: ſic ⁊ viduã indicat deſolatã eſſe / perſeuerare in obſecrationibꝫ / abſtinere a delitijs. Que enĩ inquit in delitijs eſt / viuẽs mortua eſt: ſi vidua permanẽs eũdẽ apparatũ / eandẽqꝫ pompã habitura es quã viuẽte adhuc viro habuiſti meliꝰ eſt nubere: neqꝫ enĩ mala eſt cõiunctio illa cõnubij: ſed curioſitas habet̃ in crimine. At tu qđ malũ ẽ: nõ agis: qđ vero crimini tenet̃ obnoxiũ / id agere ſuſtines: iccirco quedã reuerſe ſunt retro poſt ſathanã: quia viduitatẽ rite ſeruare neſcierũt. Uis noſce que ſit viduitas: ⁊ qđ viduitatis inſigne? Audi apoſtolũ: Si filios inq̃t educauit: ſi ſuſcepit hoſpitio: ſi ſanctoꝝ pedes lauit: ſi his qui in tribulatione ſunt ſubminiſtrauit: ſi oẽ opꝰ bonũ ſecuta eſt. Nã ſi mortuo viro ingentẽ opũ ꝑferas faſtũ / viduitatẽ cõgrue nõ fers. Transfer in celũ diuitias tuas: ⁊ erit tibi tolerabile viduitatis onꝰ. Quid ergo inquies ſi liberos habeã paterne heredes ſubſtantie? Doce ⁊ illos aſpernari pecunias: illuc que tua ſunt trãſfer: eiſqꝫ quantũ ſit ſatis impartiens / erudi ⁊ illos / opibus ſuis ſuperiores eſſe. Quid circũfluũt mãcipiorũ greges: ſi negocioꝝ examẽ immineat: ſi argentũ: ſi aurũ: quo pacto ſufficere poſſum ad iſta ſeruãda / niſi adſit viri gubernatio? Simulas iſta / occaſiõeſqꝫ inquiris: qđ multis ex locis cõſtat. Si enĩ pecuniarũ nõ teneris affectu: neqꝫ opes tuas augere cupis: leuis tibi fit ſarcina. Eſt enĩ ꝓfecto multo grauiꝰ atqꝫ oneroſiꝰ oſtentare / q̃ꝫ cuſtodire diuitias: ſi igit̃ hmõi amputes oſtẽtatiões: ⁊ ex his que habes indigentibꝫ tribuas: deꝰ ſuã tibi porriget manum / atqꝫ te ꝓteget: ꝙ ſi veraciter pupilloꝝ ꝓſpiciẽs hereditati / hec loqueris: nõ occaſiõe cumulãde pecunie nouit q̃ ſcrutat̃ corda: in tuto illoꝝ ſeruare diuitias qui filios educare p̃cepit: neqꝫ enĩ fieri oĩno põt / vt ea domꝰ: que pauperũ miſeratiõe fundata ſit / mali quippiã patiat̃: imo ſi qd forte ꝑpeſſa fuerit / melior eã euentꝰ excipiet: idqꝫ erit familie / ac domui ꝓ clypeo ⁊ haſta. Audi qd de Job diabolꝰ ait: Nonne tu circũdediſti eũ interiꝰ et exteriꝰ? Cur id? Audi ⁊ ipm̃ iob dicentẽ: Oculꝰ ait erã cecoꝝ: pes claudoꝝ: ⁊ pupillorum pater. Quemadmodum is qui ſe ab alienis cladibus minime auertit / ne in ſuis quidẽ aliquid vnq̃ꝫ patiatur aduerſi: ita ⁊ qui aliene triſtitie

conſoꝛs fieri rẽnuit in ſuis caſibꝰ acrius afficietur:
ac ſicut in coꝛpoꝛe/ putreſcente pede/ manꝰ nihil cõ-
patiꝛ: expurgetq̃ vulnus: ⁊ imponat medicamen-
tũ: ac diluat ſaniẽ: hoc ipm in ſuis patieꝛ malis ⁊ q̄
miniſtrare alteri noluit: cũ eſſet moꝛbo libera/ moꝛ-
bo ipa quoq̃ erit obnoxia: quippe ſerpens inde ma-
lũ ad ipam quoq̃ perueniet: iamq̃ nõ de officio/ ac
miniſterio: ſed de cura ⁊ euaſione periculi erit illi ra
tio: ita ferme ⁊ hic qui condolere alijs negligit/ ipſe
dolebit. Circũuallaſti inquit eũ interiꝰ ⁊ exterius:
neq̃ audet irrumpere: ſed dura inquies ille perpeſ-
ſus eſt: nempe dura illa ⁊ grauia ingentiũ illi bono
rũ fuere cauſa. Duplicata ſubſtantia eſt: merces au
ctioꝛ/ iuſtitia cumulatioꝛ facta eſt. Clariſſimis co-
ronis ⁊ ampliſſimis premijs affici meruit: ſpiritua-
lia deniq̃ ⁊ coꝛpoꝛalia omnia largiſſimis incremẽ-
tis pꝛofecere. Filios perdidit/ recepit non eoſdẽ: ſed
alios illoꝝ vice illiſipis ſibi in reſurrectione ſerua-
tis: nã ſi eoſdẽ recepiſſet: numerus ille eſſet imminu
tus. Nũc aũt quia alios pꝛo illis ei dedit: ⁊ illos in
reſurrectione reſtituet: hec omnia iccirco illi cõtige-
re: quia ꝓmptꝰ ad elemoſynas fuit: qđ nos quoq̃
omni ſtudio implere curemus: vt eiſdẽ cumulatiſſi-
mis pꝛemijs affici mereamur: cũ gratia ⁊ miſericoꝛ-
dia domini noſtri Jeſu xpi Amen.

Homelia. VIII. ad timotheũ. II. Ex caplo. III.

b **Hoc ſcito q̄ in nouiſſimis die bus inſtabunt tempoꝛa gra uia: erũt enĩ hoĩes ſui amatoꝛes: cupidi: elati: ſuperbi: blaſphemi: parentibꝰ nõ obedientes: ingrati: ſceleſti: ſine affectiõe: ſine pace: cri minatoꝛes: incõtinẽtes: immites: ſine benignitate: ꝓditoꝛes: ꝓterui: tumidi: voluptatis amatoꝛes: ma giſq̃ dei: habẽtes foꝛmã pietatis: virtutẽ aũt eius abnegantes.**

Siquis nũc idignaꝛ q̄ heretici ſint ꝯſideret eos
a pꝛincipijs atq̃ pꝛimoꝛdijs fidei erupiſſe: diabolo
ſemꝑ veritati mendaciũ: clã inſerere moliente. Pꝛo
miſerat initio deus pꝛimis hoĩbꝫ bona: acceſſit dia-
bolus pꝛomittẽs itidẽ bona: plantauerat paradiſũ
deus: pollicitus eſt hic dicẽs: Eritis ſicut dij: ⁊ qui
rebꝫ nihil poterat: verbis pꝛomittit ingentia: hmõi
quippe ſeductoꝛes ſunt. Poſt hec fuerunt Chayn ⁊
abel: deĩde filij dei ⁊ filie hominũ: poſtea cham ⁊ ia-
phet: Abraã ⁊ pharao: Jacob ⁊ eſau: Moyſes ⁊ ma
gi: pꝛophete ⁊ pſeudo ꝓphete: apoſtoli ⁊ pſeudo apo-
ſtoli: xps ⁊ antixp̃s: ⁊ pꝛiꝰ igiꝛ: atq̃ ab ipis incuna
bulis mundi: ⁊ apoſtoli tempoꝛibꝫ iſta cõtigere: tũc
enĩ teudas ⁊ ſymon ⁊ apoſtoli ⁊ hermogenes ac phi
letus. Nunq̃ igiꝛ fuit: quin mẽdaciũ veritati ſe la-
tenter inſereret: non itaq̃ feramꝰ grauiter: iã dudũ
iſta ꝓdicta ſunt/ vnde hic dixit. [Scito q̄ in nouiſſi
mis diebꝫ inſtabũt tempoꝛa grauia: erũt enĩ hoĩes
ſui amatoꝛes: cupidi: elati: ſuꝑbi: blaſphemi: paren
tibꝫ inobediẽtes: ingrati: ſceleſti: ſine affectiõe.] In
gratꝰ ergo ſceleſtꝰ eſt ⁊ merito ſane. Qui ei ſibi ipſis
nihil boni conſcij ſunt: veluti ſolatij cuiuſdam vice/
alioꝝ opinionẽ violare nituꝛ: ac per id innumeris
ſe peccatis atq̃ ſcelerıbꝰ implicant. [Incõtinentes
omniũ:] ſcꝫ lingue/ ventris/ ceteroꝛũq̃ omniũ. [im
mites:] hinc ꝓfecto crudelitas: hinc ĩmanitas ſur-
git/ cũ quis auarꝰ ⁊ cupidꝰ: ſuiq̃ amatoꝛ ingratus
laſciuuſq̃ fuerit. [Abſq̃ benignitate/ pꝛoditoꝛes/
pꝛoterui:] pꝛoditoꝛes: cuiꝰ? Amicicie ſcꝫ. [ꝓterui.]
hoc eſt nihil habẽtes fixũ/ ac ſolidũ.] tumidi:] arro-
gãtia pleni. [Amatoꝛes voluptatis magiſq̃ dei: ha
bentes foꝛmã pietatis: virtutẽ aũt eiꝰ abnegãtes.]
In epiſtola quoq̃ ad romanos ita ferme ait: Habẽ
tes foꝛmã ſciẽtie ac veritatis in lege: qđ quidẽ illic in
laudis parte cõſtituit: hic autẽ peccatis oĩbꝫ grauiꝰ
id ſcelus oſtendit. Cur id? Quia hoc vtrobiq̃ nõ in
eodẽ ſenſu accepit ſicut imaginẽ interdũ per ſimili-
tudinem: interdum pꝛo re inanimata accipimus: ſi
cut ⁊ ipſe alio in loco ſcribit/ dicens: Uir non de-
bet velatum habere caput imago ⁊ gloꝛia dei cum
ſit. Et rurſum ꝓpheta: Uerũtamẽ in imagine ptrã-
ſit homo: leonẽ quoq̃ interdũ ꝓ regio accipimꝰ fa-
ſtu. Doꝛmiſti enĩ inqꝛ vt leo ⁊ catulus leonis: quis
excitabit eũ? Interdũ pꝛo rapina. Ut leo inqꝛ ⁊ ra-
piens ⁊ rugiens: ita ⁊ nos facimꝰ: quia enĩ negotia
ſunt cõpoſita ⁊ varia conueniẽter multiplices ima
gines/ atq̃ exempla ſumuꝛ: vtpote cum ſpecioſam
mulierẽ admirari volumꝰ: picturis illã cõparamꝰ
⁊ cũ itẽ pictã pꝛedicamꝰ/ dicimꝰ ſpirare ac loqui vi-
deꝛ. Non aũt vtrunq̃ pari ratione accipimꝰ: ſed al
terũ quidẽ: qꝛ pꝛope ſimilitudinẽ acceſſit: alterũ qꝛ
pulchꝛitudini quã dicimꝰ appꝛopinquauit: ita fere
⁊ in foꝛma dicimꝰ: illic quidẽ q̄ uia figura ⁊ imago ⁊
doctrĩa: pꝛimitiuũq̃ pietatis exemplar eſt: hic autẽ
quia rẽ inanimatã/ ac moꝛtuã figurã ⁊ ſimulationẽ
inſinuat. Fides ergo ſine operibꝰ: figura ſolũ abſq̃
virtute eſt: recte ergo pulchꝛo ⁊ venuſto coꝛpoꝛi vir
tute deſtituto pictureq̃ aſſimilari: fides recta abſq̃
operibꝫ cõparaꝛ. Eſto aũt quiſpiã his oĩbꝰ vitijs
ſit inquinatꝰ: recteq̃ credat/ ac ſentiat q̄d ex fide ve-
ra lucrabiꝛ: ſi nihil hẽt ex his q̄ debet habere xpia-
nus? Si nihil agat qđ expꝛimat pietatẽ: gentileſq̃
potius impietate tranſcendat? Si ad intuentiũ/ ſo-
cioꝛũq̃ pernitiẽ: ſi ad dei blaſphemiã viuat: ſi operi-
bus religiõis cõtaminet dogma. Quid ergo de hu-
iuſmõi facere opoꝛtet? Et hos inquit deuita. Si er-
go in nouiſſimis tempoꝛibꝰ homines hmõi futuri
ſunt: quõ ait ⁊ hos deuita? Intelligi pꝛofecto datur
⁊ tunc hmõi fuiſſe quoſdã: ⁊ ſi nõ tã multos fuiſſe tñ
ſed veriꝰ foꝛtaſſe dicimꝰ ꝑ illũ admoneri omnes: vt
hos deuitent. [Ex his enĩ inquit ſunt: qui penetrãt
domos: ⁊ captiuas ducunt mulierculas oneratas
peccatis: que ducuntur concupiſcentijs varijs: ſem
per diſcentes: ⁊ nunq̃ ad agnitionem veritatis ve-
nire valentes.] Uides vt antiqui ſeductoꝛis aſtu et
arte vtanꝛ armaq̃ arripiãt: quibꝫ ⁊ diabolus vſus
eſt aduerſus Adam. Qui inquit penetrant domos
q̃ſignaꝛ hoc ꝟbo ĩpudẽtiã expꝛeſſit/ ſingularẽ igno
miniã q̃ꝫ/ fallaciã/ atq̃ blãditias. [Et captiuas du
cẽtes mulierculas.] eiuſmõi ⁊ ĩ virili ſexu eſt: q̄ facile
falliꝛ: q̄ppe mulieꝝ ẽ falli: ñ ãt ait mulieres: ſed mu-
lierculas oneratas peccatis. Uides vnde ille quo-
q̃ facile ad fallẽdũ ſint? Ex eo ſcꝫ q̄ nihil boni ſibi ſũt
cõſcie. Et ſatis q̄dẽ pꝛopꝛie dixit oneratas: vt pecca
toꝝ cõmẽdaret multitudinẽ ⁊ ĩcõſtantiã/ atq̃ cõfu



ſionẽ: que ducuꝛ concupiſcentijs varijs. Nõ ac
cuſat hic ſexũ: neq̃ enĩ ſimpliciter ait mulieres: ſed
tales mulieres. Quid ſibi vult varijs? Pluria hoc
verbo ſignauit/ delitias/ turpitudinẽ/ atq̃ laſciuiã
[Uarijs inquit cõcupiſcentijs:] hoc eſt pecuniarũ/
gloꝛie/ iactantie/ honoꝛis/ delitiaꝝ: foꝛtaſſis ⁊ fedio
res alias cõcupiſcentias ſignat. [Semper diſcẽtes
⁊ nunq̃ ad agnitionẽ veritatis venire valentes.]
Non iſta illis parcens: ſed ea vehementer inſinu-
ans/ dicit: Quia enĩ ſeipas deſiderijs illis: peccato
rũ oppꝛeſſere molibꝫ: excecata eſt illoꝝ mens. [Quẽ
admodũ aũt inquit mãnes ⁊ mambꝛes reſtiterunt
Moyſi: ita ⁊ iſti veritati: homines mẽte coꝛrupti]
Qui nã iſti ſunt? Magi ſcꝫ ⁊ qui ſigna in egypto fe-
ciſſe leguꝛ. Quomõ aũt nuſq̃ alibi ipſoꝝ nomina
inueniuꝛ? Ea vel ex traditione/ vel ex ſpiritu pau-
lum didiciſſe fas fuit. [Ita inquit ⁊ iſti reſiſtent ve-
ritati: homines mente coꝛrupti: repꝛobi circa fidẽ: ſꝫ
nõ pꝛoficient amplius.] Quippe illoꝝ amentia cũ-
ctis perſpicua erit: ſicuti illoꝝ fuit. [Sed nõ pꝛofici
ent.] Et quomõ alibi dicit: Et pꝛoficiẽt amplius in
impietate? Illicita locutꝰ: quia hi q̄ nouitatibꝰ ſtu
dent: nuſq̃ erroꝛis finẽ inueniant: ſed noua ſemper
cõmenta ⁊ coꝛruptũ dogma pꝛoferent. Ea eſt enĩ er
roꝛis vis: vt ſiſti non queat. Hic aũt dicit nõ fallẽt:
neq̃ ſecũ rapient: licet initio quoſdã decepiſſe videã
tur: ſed facillime depꝛehendenꝛ: qđ ex conſequẽtibꝰ
patet. [Eoꝝ enĩ inquit amentia cunctis erit perſpi-
cua: ſicuti ⁊ illoꝝ fuit.] Quãuis enĩ omni ex parte/
videatur erroꝛ inualeſcere ad tempus: ad finẽ tamẽ
vſq̃ nõ permanet: huiuſmõi quipe ſunt: que per na
turã bona nõ ſunt: ſed bona eſſe videntur: ad tempꝰ
floꝛent: ſed cito depꝛehenduꝛ. At natura talia non
ſunt/ hoꝛũq̃ tu teſtis es. Abeſt ei a nobis erroꝛ oĩs
Quis enĩ velit pꝛo erroꝛe moꝛi? [Tu aũt aſſecutus
es meã doctrinã.] De verbo pꝛedicatiõis intellige.
[Inſtitutionẽ:] de vita loquitur. [Pꝛopoſitũ.] de
pꝛompta voluntate ⁊ alacritate animi dicit. Nõ ei
inquit iſta locutus ſum: ⁊ opere mĩme impleui: neq̃
verbis tantũmodo philoſophatus ſum. [Fidem.]
longanimitatẽ. Quo pacto? Nihil me inqꝛ pertur-
bauit. [Charitatẽ.] quam pꝛofecto iſta non habue-
runt [Patientiam.] nõ hoc ipm ſignificat qđ ſupꝛa
dũ longanimitatẽ dixit. Magna inquit aduerſus
hereticos longanimitate vſus ſum: patiẽtia aduer-
ſus perſecutiões/ paſſiones. Duo enĩ iſta in pꝛimis
doctoꝛis animũ perturbant: hereticoꝝ ſcꝫ multitu-
do: ⁊ impatientia paſſionũ: ſed de his multa iã dixi-
mus: q̄ dudũ fuerint ⁊ future poſtmodum ſint: nul
lũq̃ tempus his vacuũ eſt: ⁊ q̄ nobis nocere nil po
terunt: q̄q̃ in mundo vaſa aurea ⁊ argẽtea ſunt: iã
vero intuere illũ de pꝛeſſuris diſſerẽtẽ ſuis. [Qua-
lia mihi facta ſũt antiochie/ iconij/ liſtris.] Cur aũt
hec pauca ex plurimis dixit? Nota erãt diſcipulo re
liqua: ⁊ foꝛtaſſis iſta/ vt recentia omiſſis pꝛioꝛibus
memoꝛet: neq̃ iſta per ſpecies numerat: nõ enĩ glo-
rie/ honoꝛiſq̃ cupidus eſt: quippe ad cõſolationẽ di
ſcipuli: nõ ad iactantiã loquiꝛ: antiochiã piſidie di-
cit: lyſtrã/ ex qua Timotheus erat oꝛiundus: qua-
les perſecutiones ſuſtinui/ vtraq̃ cõſolationis ple
na ſunt: q̄ alacritatẽ eximiã pꝛeſtiti: neq̃ derelictus
ſum. Nec dici poteſt q̄ me pꝛoderit deꝰ: ſed coꝛonã
mihi texuerit claꝛioꝛẽ. Quales perſecutiões inquit
ſuſtinui ⁊ ex omnibꝫ eruit me dominꝰ. Et omnes q̄
pie viuere volunt: in xp̄o ieſu perſecutionẽ patienꝛ:
perſecutiones hic dicit pꝛeſſuras: doloꝛes. Neq̃ enĩ
fas eſt hominẽ pergentẽ virtutis viã/ triſtitia/ pꝛeſ-
ſuris/ doloꝛibꝰ/ temptationibꝰ immunẽ eſſe. Quo
enĩ pacto cũ artam pergat viam: audiatq̃ in mundo
pꝛeſſurã habebitis. Etate ſua dicebat iob Tempta
tio eſt vita hominis ſuper terrã: quanto magis tũc?
Mali aũt ⁊ ſeductoꝛes inquit homines in deterio-
ra pꝛoficient/ falſi atq̃ fallentes: nihil inquit hoꝛũ
te perturbet: ſi quidẽ illi in quiete/ tu in temptatio-
nibꝫ viuis. Ea q̄ppe rei natura eſt: ex me diſcere po-
tes/ non eſſe poſſibile: vt vir qui malis indixerit bel
lum pꝛeſſuris careat: nõ eſt ille ꝓfectus: nemo itaq̃
certãs requiẽ querat: nemo amplectaꝛ quietẽ. Ne-
phas eſt pugilẽ dei vacare delitijs: nõ licet epulari
luctantẽ. Luctamẽ quidẽ ſunt pꝛeſentia omnia/ cer-
tamẽ/ bellum/ pꝛeſſura/ anguſtia/ ſtadiũ. Aliud eſt
quietis tempus: hoc erũnis deputatũ eſt/ atq̃ ſudo
ribꝫ. Nullus vbi ad certamen exijt: vnctuſq̃ eſt/ re-
quiẽ querit. Si enĩ inquiris requiẽ: quid te exuiſti?
Cur iactaſti manũ? Qua enĩ ratione hic requiẽ ſpe-
res: cũ libidinibꝫ indixeris bellũ: atq̃ aduerſus na-
turã pugnare perrexeris? [Tu vero ĩ his permane
que didiciſti ⁊ que credita ſunt tibi: ſciens a quo di-
diceris: ⁊ quia ab infantia ſacras litteras noſti: que
poſſunt te inſtruere ad ſalutẽ per fidẽ: que eſt in xp̄o
ieſu.] Qđ ante pꝛopheta dauid admonuit: Noli in-
quiens emulari in malignantibꝫ: hoc ⁊ apoſtolꝰ ad
monens dicens: Tu aũt permane in his que didici
ſti: que credita ſunt tibi: nõ tm̃ ea didiciſti: ſed ⁊ cre-
dita ſunt tibi: hoc eſt crediſti hanc eſſe vitã. Si igi
tur in pꝛeſentiaꝝ cõtraria his que crediſti euenire
perſpexeris: noli turbari. Nã ⁊ abꝛaã cõtraria pꝛo-
miſſis euenire cernebat: neq̃ tamẽ aliquid patieba
tur. Audierat in iſaac vocabiꝛ tibi ſemẽ: ⁊ ipm iſaac
immolare iuſſus: nihil perturbatꝰ eſt: aut impedi-
tus quo minꝰ id tota deuotione patraret. Nullus
itaq̃ in malis ſcãdalũ patiaꝛ: hoc iãpꝛidẽ ſcriptura
pꝛemonuit. Quid ergo inquies erit: ſi ⁊ hic boni le-
tioꝛibꝫ in rebꝫ ſint: mali vero crucienꝛ? Alteꝝ ex his
fieri poteſt: alteꝝ nõ. Nã malos quidẽ cruciari poſſi
bile eſt: bonos vero ſemper letari nõ ſic. Nemo pau
lo equalis erat: qui omnẽ etatẽ in pꝛeſſuris vixit: in
lachꝛymis: in gemitibus/ nocte ac die. Trienniũ cũ
lachꝛymis coꝛripere die/ noctuq̃ nõ deſtitit. Inſtã
tia inquit mea quotidiana: non erat illi neceſſitudo
meroꝛis ⁊ gaudij: vt nunc iſtud/ nunc illud adeſſet:
ſed quotidie merens perſtitit. Quomõ ergo inquit
mali in deterius pꝛoficient? nõ ait fruenꝛ quiete: ſed
in deterius pꝛoficient: erit quippe pꝛofectꝰ ipe dete
rioꝛ: nõ ait in rerũ abundantia erunt: q̄ ſi illi crucien
tur: ideo hoc patiunꝛ: vti ne tu exiſtimes impunita
eſſe peccata: quia enĩ gehenne metus nõ ſufficit nos
a malo cohercere/ parcens nobis excitat/ et ſubrigit
nos. Si nullus malꝰ ſupplicio afficereꝛ: nemo pu-
taret deo humanaꝝ rerũ curã iminere: ſi oẽs puni-
rentur nullus reſurrectionẽ ſperaret futurã: q̄ qua
ſi merces hic omnibꝫ redderet: iccirco hic punit quoſ
dã/ pleroſq̃ non punit: ideo hic pꝛemunꝛ iuſti: quia
peregrini ⁊ aduene ſunt: atq̃ aliena in patria viuũt
Juſti ergo pꝛobatiõis cauſa hec tolerant. Audi de-
niq̃ dicentem ad Job deum: Putas me aliter tibi
reſpõdiſſe/ q̃ꝫ vt appareres iuſtus? Peccatoꝛes ꝟo
⁊ ſi quid aliquãdo patianꝛ hmõi peccatoꝝ penas ex

pendūt. In omnibus igitur gratias agamꝰ deo: ſiue ſic/ſiue ſic faciat. Utraq; eſſe pro noſtra vtilitate molitur: nihil odiens/aut auerſans nos: ſed curam noſtri ac prouidentiā gerēs. [Sciēs inquit ꝙ ab infantia ſacras litteras noſti:] hoc eſt a prima ſtati etate ſacras litteras didiciſti. Quid ſunt ſacre littere? Scripture diuine. In his inqͣt educatus es: vt per eas quoq; maior tibi fidei virtus acceſſerit/adeoq; inualuerit: vt nihil iacture poſſit incurrere: altiſſimis radicibus nixa longo tempore ſolidata. [Que poſſunt inquit te inſtruere ad ſalutē:] hoc eſt nō permittent in te illū ſtultitie locū: vt pleriſq; contingit. Qui enī ſcripturas ita ſcit: vt ſciri oportet: nullo rerū euentu vllū ſcandalū patitur: fert omīa cōſtanter ⁊ fortiter: partim fidei cōmittens: partim incōprehenſibili diſpenſationi dei aſcribens: quorundā vero ratiōes noſcens: ⁊ exempla in ſcripturis inueniens. Nā noli omnia ſcire: magnū preclare ſciētie argumentū eſt: placet exemplo vti: Sit flumē: immo ſint flumina: nō ſunt equalis omnia profunditatis ſed alia minus/alia maiꝰ habent profundū: ⁊ ꝙ ſuffocare ignaros poſſit. Hic vndarū vortices ſunt: ibi nō ſunt. Nolle oīa eque temptare/prudētie fuerit: profundaq; omīa ſcire nolle: ſciētie nō paruū argumentū eſt: ſicuti qui omēs fluuij partes eque trāſire vult: hic maxime fluminū proprietates ignorat ⁊ ſepe dū nimis preſumit ſecreta penetrare: omiſſis planioribꝰ locis perit temeritate ſua: ita ⁊ in deo: q̄ ſcire omnia vult: ⁊ cuncta improba temeritate rimari: hic qui ſit deꝰ ignorat: queadmodū igit̄ in fluminibus maior pars tuta eſt: pauciq; ſunt fluctꝰ/atq; profunda: ita in deo pars maior occulta eſt: neq; inueſtigari poſſunt opera ipſiꝰ. Quid ergo teipm̄ precipitare moliris? Hoc ſolū ſcito: ꝙ deus omnia prouidet: ꝙ liberi arbitrij cōditi ſimus: ꝙ alia quidem operat̄: alia vero permittit: ꝙ nihil mali vult fieri: ꝙ nō ex ſola ipſiꝰ voluntate fiūt omīa: ſed ex noſtra quoq;: mala omnia ex noſtra tantūmodo fiunt: bona omnia ex voluntate noſtra: ⁊ ipſiꝰ adiutorio: ꝙ nihil ipm̄ latet. Non tamē quia nihil ipm̄ latet: iccirco omnia operat̄ ipe: hec ſcies que nā ſint bona: que mala: que media/diſce: vtputa bonū virtus: nequitia malum: media vero/diuitie/paupertas/vita/mors. Cum iſta didiceris/adde ꝙ ideo premunt̄ iuſti: vt coronent̄: peccatores vero/vt penas exoluāt. Non aūt omēs peccatores hic penas dant: ne reſurrectioni/pleriq; nō credant. Nō omnes vexant̄ iuſti: ne malū putes eſſe laudabile: idq; loco virtutis accipias: hec tibi ſit norma: hec regula: ⁊ ſub ipa molire qꝺ vis/⁊ periclitari non poteris. Queadmodū enī ſub grāmaticis nūc etiā eſt ſex miliū numerus: vt ſub illū ducant̄ omnia/cunctaq; diuidi/ac multiplicari poſſunt: in ſex miliū regula: ⁊ per hunc numerū cuncta vertunt̄: qꝺ nō ignorant quicūq; litteras didicerunt: ita regulas iſtas/quas rurſus breuiter exponā: qui probe tenuerit: nunq̄ ſcandaliſari poterit. Que nā iſte ſunt? Ex bonū eſt virtꝰ: malūq; vitiū: ꝙ media ſunt morbus/inopia/inſidie/calumnie/⁊ cetera huiuſmodi: ꝙ iuſti hic premunt̄ anguſtijs: ſi qui vero nō patiant̄/ideo fit: ne odioſa videatur virtus: ꝙ mali letantur: vt illic puniant̄. Si q̄ vero ⁊ hic cruciant̄: ideo ne vitiū bonū eſſe videat̄: neu impunita quis exiſtimet ſcelera: ꝙ ſi nō omnes patiuntur: neq; exultant omnes: ideo ne reſurrectioni derogetur fides. Nā ſunt pleriq; boni: qui mali aliquid habēt admixtū: qꝺ hic deponūt: ⁊ mali itidē qui bonorū aliquid operū habeāt: quorū hic recipiāt vices: vt illic eterne puniant̄: ꝙ incomprehenſibilia ſunt pleraq; dei opera: ꝙ multū inter hos ⁊ illū intereſt: tantūq; quantū exprimi ſermōe nō poſſit. Si hec oīa nobiſcū reputauerimꝰ: nihil nos ledere poterit/aut p̄turbare. Si ſcripturas ſanctas aſſidue audierimꝰ: reperiemus huiuſmōi exempla permulta. [Que inqͣt īſtruere te poſſunt ad ſalutē.] Quippe ⁊ que agenda ſunt/docēt ſcripture. Audi deniq; quid alibi hic idē apoſtolus dicat: Cōfidis teipſum ducē eſſe cecorū: lumē corū qui in tenebris ſunt: eruditorē inſipientiū: doctorē infantiū. Uides vt lux in tenebris ſit: is qui litteras docet. Si lux littera eſt: que occidit: quid erit ſpiritus qui lucē facit? Si vetus teſtamentū lux eſt: quid putamꝰ nouū: vbi tāta reſerata ſunt? Uelut enī ſi quis nihil aliud ſcientibꝫ q̄ terrā: apperiret celū ⁊ que in eo ſunt: omnia cōſpicanda proponeret: tanta eſt vtriuſq; inſtrumēti differentia: de gehenna: de regno dicimus: de iudicio. Non itaq; credamus irrationabilibꝫ rebꝰ: fallacia ſunt illa omnia. Quid ergo inquies: ſi que illi predicunt eueniant: ideo eueniūt/quia tu credis: ſi tamē eueniunt. Captiuū te ille accepit: vite tue dominꝰ eſt: ipe diſpenſat vt vult. Nā dic oro ſi quis latronū princeps/regis filiū: ad ſe in ſolitudinē fugientē: illiuſq; ſocietatē cupientē: ſub iure ſuo/ac poteſtate accipiat: dicere illi nū poterit: vtrū victurꝰ: an moriturus ſit? Poterit ſane. Quid ergo? nū ideo quia futura preſciuit? Nihil minꝰ: ſed quia vtriuſq; rei conſtitutus eſt dominus: perdendi ſcꝫ puerū/atq; ſeruandi: illo ſibi hāc de ſe poteſtatē p̄mittente: vt vtrū facere poſſit: cū ſponte in illiꝰ iura conceſſerit. Siue illi dicat diues eris: aut pauper: vtriuſq; rei ipe dominus eſt: ita ⁊ maior mūdi portio diaboli manibꝰ ſe ſubiecit: preterea vbi conſueuerit homo his fidem adhibere: multū ipis ſeductoribꝫ confert. Nemo cū fallunt̄/attēdit: ſed ſolū ſi quid vere p̄dixerit/aſpicit: ceterū ſi quā habēt p̄noſcedi vim/eos ad me qui fidelis ſum/affer. Non magniloquentis iſta profiteor: quippe hiſce liberare nihil magnū eſt: ſed licet peccatis plenus ſim: cōſilij nō fuerit hac in re humiliari. Oēs hmōi p̄ſtigias/chriſti gratia irrideo: adduc ad me magū. Si quā habet preſciendi vīdicat quid mihi cras eueniet: quid erit: at id profecto non dicet. Sum enī ſub ditione regis: neq; habet ille in me vllū imperij ius: procul ab eiꝰ cuniculis/ac ſpeleis ſum. Regi milito chriſto: ille inquit furatus eſt ⁊ ille eū nūciauit/ac prodidit. At id quidē nō vbiq; verū eſt: ſed mendax irriſio: nihil enī norūt: nā ſi qꝺ noſcent: que ad ſe pertinēt ſcire ac predicere/magis debuerunt. Quomodo ſcilicet multa donaria ſimulachrorū furto ſublata ſunt: quomō auri plurimū liquatū eſt. Cur aūt iſta ſacerdotibꝫ ſuis non predixere? Nihil ergo nouerunt: neq; ſaltē ſeruandarū opū gratia predicere valent: quando incendio ſua cōflagratura ſūt fana: multiq; ex eis vna p̄ituri: vt ne illorū qdē parcant ſaluti: enīuero forte potius fit: ſi quid ex his que predixerūt emergat. Sunt ꝓphete apud nos: ſed illi nunq̄ fallunt̄: vt aliud p̄nunciēt: aliud eueniat: ſed per omnia veraces cōprobantur: iſtud vere p̄ſcientie indiciū eſt. Uerū deſiſtite queſo a tali inſania: ſi quidem creditis chriſto: ſi vero non



creditis quid vos fruſtra ſeducitis? Quādiu claudicabitis vtroq; poplite vr̄o? Cur q̄ſo accedis? cur interrogas? Simul atq; acceſſiſti/ſimul ac rogaſti: teipm̄ ſeruū cōſtituiſti: q̄ppe vt credens rogaſti. Nō inquies credens vera illos proſequi: ſed temptans an vera proſequerent̄ acceſſi. Non eſt hoc credentis certo eos fallere: ſed ambigētis. Cur enī/quid erit interrogas? Nā ſiquidē dicat: hoc erit: hoc age: ⁊ ef fugies: ne ſic quidē oportet ſimulachris credere: ſed ad vlteriora procedit amentia. Si enī quid futurū ſit/vere predicunt: nihil inde lucraris: niſi merorem ſuperfluū: cūq; nullus futurus euentꝰ ſit: rē tamē meroris ipe iā ſuſtines: teq; ipm̄ iani dolore cōcidis. Non nobis inuidet deꝰ: nullo liuore tangit̄: qui celeſtia nobis apperuit. Quecunq; enī audiui inquit a patre meo: nota feci vobis: et omnia que audiui a patre meo annūciaui vobis: et Nō dicā vos ſeruos ſed amicos: vos amici mei eſtis. Cur igitur iſta nobis nō dixit? Quia ex nobis cure eſſe nō vult: nam ꝙ non inuideat: antiquis iſta dicebant̄: ⁊ de aſina/⁊ de alijs quibuſdā: quia paruuli erant. Nobis aūt quia iſta cure eſſe prohibuit: ne tota quidē facienda putauit. Sed quid ipi diſcimꝰ: que illi addiſcere nō meruerunt? Minima profecto erant illa omīa: que vero nos diſcimus eximia ſunt. Ex reſurgimꝰ ⁊ immortales efficimur: ꝙ incorruptiōe veſtimur: ꝙ vita illa finē nullū habitura eſt: ꝙ tranſibūt omīa: ꝙ rapiemur in nubibꝫ: ꝙ mali penas exoluent: ⁊ p̄ter hec innumera alia: in quibꝫ nulla falſitatis ſpecies eſt. Nōne multo meliꝰ ē hec noſce q̄ ꝙ inuēte ſunt a ſine p̄dicte. Quid ei lucri īde referes? Nōne eas alio quoq; mō perditurꝰ es? Et ſi enī te ille mīme relinquant: tu eas tū in morte dimiſſurꝰ es: ceterū quas mō diximꝰ res: ſi tenere velimus nobiſcū perpetuo habebimꝰ. Illa ergo perſequamur: illa apprehēdere ſtudeamꝰ: que fixa ⁊ ſtabilia ſunt: nō vates: non diuinos: non oracula/aut reſponſa demonū queramus: ſed deo ſoli intendamꝰ: qui nouit oīa: qui habet ſcientiā omniū: atq; ita ſciemꝰ oīa: que ſcire oportet: boniſq; fruemur omnibꝫ in xp̄o Ieſu domīo noſtro: qui cū patre ⁊ ſpūſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum Amen.

## Homelia. IX. Ex capitulo. III. et. IIII

**o Omnis ſcriptura diuinitꝰ inſpirata: eſt vtilis ad docēdū ad arguendū: ad corrigendum: ad erudiendū in iuſtitia: vt perfectus ſit homo dei: ad omne opus bonū inſtructꝰ. Teſtificor corā deo ⁊ Ieſu xp̄o: qui iudicaturꝰ eſt viuos et mortuos: ⁊ per aduentū ipſiꝰ ⁊ regnū eiꝰ: predica verbū: inſta oportune importune: argue: obſecra: increpa in omī patientia ⁊ doctrina. Erit enī tempus cū ſanā doctrinā nō ſuſtinebūt: ſed ad ſua deſideria coaceruabūt ſibi magiſtros prurientes auribꝰ: ⁊ a veritate quidem auditū auertēt: ad fabulas aūt cōuertent̄. Tu vero vigila: in oībꝰ labora: opus fac euāgeliſte: miniſteriū tuū imple: ſobriꝰ eſto. Ego enī iam delibor: ⁊ tempꝰ reſolutiōis mee inſtat. Bonū certamē certaui curſum cōſumaui: fidē ſeruaui. In reliquo repoſita ē mihi corona iuſtitie: quā reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Nō ſolū aūt mihi: ſed ⁊ his qui diligunt aduentum eius.**

Poſtq̄ illū vndiq; exhortatus/conſolatuſq; eſt: infert ⁊ ex ſcripturis ſolatia omnibꝫ perfectiora: iuſte aūt omnino tanta illi eiꝰ exhortandi ⁊ cōſolandi cura eſt: quia magnū quidem ac triſte dicturus eſt. Nam ſi heliſeus ad extremū vſq; magiſtro coniunctus: illūq; intuens nouo ac peregrino modo/mundo excedentē: ſcidit veſtimenta ſua: quid hunc paſſurū putas: cū audiret quem ita diligebat: et a quo ſic ambatur magiſtrū/ex vita migraturū: ⁊ ꝙ ipſo ne vicino quidē mortis tempore frui meruiſſet: qꝺ oīm maxime vel meſtiſſimū eſt? Non enī ita preterito tēpori: gratificamur contubernijs: ſicut grauiter ferimus: cū defunctis propinqua mortis hora deſtituimur: iccirco vbi affatim illū conſolatus eſt: tunc de morte proxima loquitur: neq; id facit temere: ſed eis vocabulis vtitur: que illū maxime ſolari poſſint: et gaudio implere: dū ſacrificiū eā rē potiꝰ arbitratur eſſe/q̄ mortē/peregrinationēq;/⁊ ad meliora tranſitū. [Ego enī inquit iā delibor.] Ideo ſcribit/dicens: [Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata: ē vtilis ad docendū: ad arguendū: ad corrigendū: ad erudiendū.] Omnis ſcriptura ſacra ſcilicet de qua dixerat: ꝙ ab infantia ſacras litteras noſti. Omīs ergo huiuſmodi ſcriptura/diuinitus inſpirata eſt: nihil ergo dubites. [Et vtilis inquit ad docendū: ad arguendū: ad corrigendū: vt ſit perfectus homo dei ad omne opus bonū inſtructus.] Ad docendū ſi qꝺ vel diſcere/vel ignorare opus ſit: illic addiſcemus: ſi arguerit faſitatē: inde hauriemus: ſi corrigi: ſi caſtigari: ad exhortationē: ad ſolatium: ſi quid deſit: ⁊ oporteat adipiſci: ex ea nihilominus diſcimꝰ. [Ut perfectꝰ ſit homo dei.] Non ergo ſine illa perfici poteſt. Per me inquit ſcripturas habes: ſi quid addiſcere cupis: hinc poteris. Si autem Timotheo iſta ſcribit/ſancto ſpiritu pleno: quanto magis nobis dicta putare debemus? [Ad omne opus bonū inſtructus.] Non ſimpliciter particeps: ſed diligenter inſtructꝰ. [Teſtificor ḡ corā deo ⁊ dn̄o nr̄o ieſu xp̄o: q̄ iudicaturꝰ ē viuos ⁊ mortuos] ſiue pctōres dic̄ ⁊ iuſtos ſiue mortuos atq; ſupſtites: ſiue ꝙ m̄lti viui reliq̄ndi ſūt: terruerat illū ī p̄ori ep̄la dicēs: Precipio tibi corā deo/q̄ viuificat oīa: hic aūt etiā terrori addidit dicēs: [Qui iudicaturꝰ ē viuos ⁊ mortuos] h

eſt/qui rationē exactur⁹ eſt:⁊ aduentū ipſi⁹ in glo-
ria ⁊ regnū eius. Nō ita veniet vt antea venit in hu
militate:ſed i gloria ⁊ regno. Siue teſtificor tibi ad
uentū ipſi⁹ ⁊ regnū:teſtē illū voco:ꝙ ⁊ hoꝝ te admo
nui. [Predica verbū:inſta oportune importūe:ar-
gue:obſecra:increpa in omni patientia ⁊ doctrina]
Quid eſt oportune importune:tempeſtiue intempe
ſtiue? Hoc eſt nullū habeas diffinitū tempus:ſem-
per tibi tempus ſit:nō ſolū in pace et quiete:neq; in
eccleſia tm̄ ſedēs:verū ⁊ inter ipa pericula:ſiue car-
ceri incluſus:ſiue cathena cōſtrict⁹:ſiue mortis la-
ta ſententia ad mortē properes:ipo etiā tempore ar-
gue:neq; increpare diſſimules. Tunc eni increpa-
tioni temp⁹ ē:cū arguendo profeceris:cū op⁹ oſten
ſum fuerit. [Obſecra inquit.] Ita ferme i medicis
dicim⁹:Uuln⁹ inflixit ⁊ ſecuit:medicamētūq; intu
lit:nā ꝗdlibet horū deſit/alterū iutile fit:nā ſi abſq;
argumentis increpes:temerari⁹ eſſe videberis:nul
luſq; te perferet. Ubi vero preceſſit probatio:tunc ⁊
increpationē facili⁹ ſuſcipit:alioquin impudēs fiet.
Ex ſi arguas vehemēter ⁊ icrepes:obſecrationēq;
ſubducas:rurſus omnia perdis. Quippe reprehen
ſio per ſe intolerabilis eſt:niſi habeat admixtā obſe-
crationē:ſicut ⁊ ſectio ſalutaris licet ſit:niſi plurima
dolorem conſolentur:non eam ſuſtinet languidus:
ita ferme ⁊ hic. [In omni inquit patientia ⁊ doctri
na.] Itaq; ⁊ qui arguit patientia et longanimitate
op⁹ habet:ne temere/⁊ paſſim credat. Et icrepatio
⁊ obſecratio ⁊ doctrina inquit cū patiētia ſunt exer-
cenda:ne quaſi iraſcens:neq; vt aduerſans:neq; vt
in modico feruens impetu:aut inimicū reputās/id
facias. Uerū his omnib; omiſſis/quaſi amās ⁊ do-
lens:magiſq; ille ipe lugens:atq; in illi⁹ caſibus ta
beſcens:cūcta exequaris. [In omni inquit patien-
tia]:nō in qualibet:ſed in omi:vt nihil patiētie de-
ſit. [Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non
ſuſtinebunt.] Priuſq; nudent ⁊ pateant/oēs ipos
anticipa:iccirco oportune importune dixit:hoc eſt/
omnia age:vt habeas obtemperantes/atq; diſcen-
tes. [Sed iuxta ſua deſideria coaceruabūt ſibi ma-
giſtros.] Nihil dici ſignificanti⁹ potuit:quippe dū
coaceruabunt ait:indiſcretā/confuſamq; doctoꝝ ſi-
gnificauit multitudinē:ex eo itē:ꝙ a diſcipulis ad
magiſtroꝝ ordinē promouēdos apperuit. [Coacer
uabunt inquit ſibi magiſtros prurientes aurib;:et
a veritate quidē auditū auertent:ad fabulas aūt cō
uertent.] Hec iccirco ꝓdixit:nō vt in merorē ꝑcipi-
tet audientes:ſed vt paratiores ad perferenda con-
ſtanter omnia:cū cōtigerit faciat:ſicut et xp̄s feciſſe
cognoſcit/cū ait:Tradent eni vos ⁊ flagellabunt ⁊
ad ſynagogas ducent/propter nomē meū. Et alibi
aūt beat⁹ idē apoſtol⁹ ait:Ego eī ſcio:quia poſt re-
ceſſum meū intrabunt in vos lupi graues:nō par-
centes gregi:iſta illis dicebat:vt vigilantiores red
deret et eos excitaret:vt preſenti tempore prouide
vterent. [Tu vero vigila in omnibus.] Uides vt
huius rei gratia iſta predicat:nāq; et xp̄s ait:In fi-
ne erunt pſeudo xp̄i:⁊ pſeudo prophete:ita ⁊ hic qn̄
erat migratur⁹ iſta dicebat:[Tu vero vigila in oī-
bus:⁊ labora:]hoc eſt preuenire luē illā ſtude:atq;
in tuto oues conſtitue:quādiu lupi vbiq; adſunt la
bora. [Opus fac euāgeliſte:miniſteriū tuū imple.]
Ecce ⁊ alia laborādi neceſſitas. [Ego eni iā delibor
inquit ⁊ tempus mee reſolutionis inſtat.] Non ait
mei ſacrificij:ſed qđ maius ac dignius eſt. Nam ho
ſtia quidē nō tota deo offert:libamē vo totū. [Bo
nū certamē certaui:curſum conſumaui.] Sepe ego
cū apoſtolū in manibus ſumerē:⁊ locū iſtū inſpice-
rē:herebā ambigēs:cui⁹ rei gratia ſic magnifice lo
quit Paulus:vt dicat:[Bonū certamen certaui]
Nunc dei gratia cauſam mihi inueniſſe videor:per
quā tūc loqui ſic maluit. Merorē profecto diſcipu-
li ſolari cupit:bono illū eſſe animo iubēs:quaſi ipſe
ad coronā pergat:omnibuſq; rite peractis/preclarū
reperit finē. Gaudēdū inquit ē q; dolendū eſt. Cur:
[Bonū eni certamē certaui.] Ueluti ſi quis indul-
gentiſſimus pater/paruulū ſibi aſſiſtentē:erorbita
tē nō ferentē conſolet/ac dicat:Noli flere fili:bene
eni vixim⁹:peruenim⁹ ad ſenectutē:atq; in ea eta-
te relinquim⁹ te. Fuit irreprehenſibilis vita noſtra
cū gloria hinc proficiſcimur:eris ⁊ ipſe minutul⁹ ꝑ
his que geſta ſunt a nobis. Sepe rex ipe nobis gra
tias egit:ac ſi diceret:trophea ſepe retulimus/ho-
ſteſq; ſuperauimus:nō iſta magniloquentie ſtudio
ſed vt erigeret puerū:laudibuſq; erudiret orbitatis
ſue caſum leui⁹ ferre/melioreq; eſſe iā ſpe proſeque-
retur:ne putaret eā rē moleſtā eſſe/atq; grauē. Eſt
eni re vera:perq; dura ea ſeparatio. Audi deniq; qđ
idē apoſtol⁹ dicat:Nos aūt deſtituti a vobis ad tē-
pus hore/facie/nō corde. Si igit ipe cum a diſcipu
lis ſepararet:ita affectus erat animo:qđ putas Ti
motheū paſſum eſſe? Si viuente illo ad temp⁹ ſepa
ratus:ita lachrymabat/vt diceret:Memor lachry
maꝝ tuaꝝ:vt gaudio implear:quanto magis vita
functo:hec itaq; conſolandi cū gratia ſcribit:totaq;
epiſtola cōſolatione plena eſt:quā ſibi ille teſtamenti
cuiuſdā vice ſeruaret. [Bonū certamē certaui:cur-
ſum conſumaui:fidē ſeruaui.] Certamē inquit bo-
nū:⁊ tu ergo ipm apprehende. Itane? Ubi cathena
vbi vincula:vbi mors:deniq; vbi certamē bonū ē:
Ita ſane:pro xp̄o eni fiunt omia:coronas habēt eī
mias. [Certamē bonū.] Nihil hoc certamīe meli⁹:
nihil illuſtri⁹:nullo corona hec fine cōcludit:nō ea
ex oleſtri florib; texit:nō habet editorē munerū ho-
minē:neq; homines ſpectatores. Ex angelis confla
tū eſt theatrū. In certaminib⁹ ſeculi laborant dies
plurimos:⁊ in erumnis degūt/vni⁹ hore momēto
accepta corona:protin⁹ voluptas omnis emarcuit
Hic aūt nō ſic:ſed ſemꝑ claritas/ſemꝑ gloria/ſemꝑ
honor auget:iā gaudere oportet:quia ad requiē pro
pero:ad ſtadiū exeo. Audiſti quia diſſolui:et cū chri
ſto eſſe ſit melius. [Curſum cōſumaui.] Et certare
eni oportet ⁊ currere:illud tribulationes ꝑferendo:
hoc nō abſq; ratione:ſed ad vtile aliquid faciendo.
Bonū profecto certamē qđ nō mō voluptatē:verū
vtilitatē quoq; ſpectantib⁹ preſtat. Curſus ille nō
in nihilū deſinit:neq; roboris oſtentatio:vel aucu-
patio glorie eſt:ſed omnes ad celū ſubuehit. Curſus
hic ſole purior eſt:quem paulus currebat in terra:
pluſq; illuſtrat orbē:q; ſolis igneū iubar. Quomō
aūt curſum cōſumauit? Orbē totū peruagat⁹ eſt:i
cipiens a galilea ⁊ arabia:⁊ vſq; ad fines terre pro-
grediens:vt a hieruſalem inquit ⁊ in circuitu vſq;
illyricū impleuerim euāgeliū xp̄i:omnēq; orbē ꝑuo
lans volucris cuiuſdā inſtar:immo volucre oī per-
niti⁹:atq; vehemēti⁹. Nā ſi qdē auis fuiſſet:ſimpli
citer peruolaſſet:nō ſic aūt ille egit:ſed pēnis ſpirit⁹
preditus innumera impedimenta tranſilijt:mortes
calamitates/inſidias:fuitq; oī (vt dixim⁹) aue per-
nitior:ſi fuiſſet auis:quādoq; delapſa caperet:quia
vbi in ſublime ferebat a ſpū:veluti auis igneis ſuf
fulta alis/rhetia oīa ⁊ impedimēta trāſcendit. [Fi-
dē inqt ſeruaui.] Plurima illū violare cupiebāt:nō
mō amicitie hominū:verū ⁊ cōminatiōes ⁊ mortes
⁊ alia innumera:verū his omnib; reſtitit. Quo pa
cto? Sobri⁹ ſcȝ ac peruigil durans:ſufficere quidē
⁊ iſta poterant diſcipulis cōſolādis:ſed ipſe premia
quoq; ſubiecit. Que nā vero illa ſunt? [De reliquo
repoſita eſt inqt mihi iuſtitie corona.] Iuſtitiam hic
totā ſimul virtutē dixit. Non ergo dolendū inqt eſt
ꝙ proficiſcor ꝑceptur⁹ coronā:quā imponet capiti
meo dn̄s ieſus xp̄s:quaſi excidere ac perirē dolen-
dū profecto ⁊ ingemiſcēdū eēt:[quā reddet mihi iu-
ſtus iudex. Nō ſolū aūt mihi:ſed ⁊ omnib; q̄ diligūt
aduētū ei⁹:]ex his itē illū erigit verbis:nā ſi omib;
multomagis timotheo. Nō ait ⁊ tibi:ſed omnibus
multomagis ⁊ tibi. Quo nā aūt mō/q̄s diligat ad-
uentū xp̄i? Si de ei⁹ ꝑſentia gaudet:qui vero in ei⁹
gaudet preſentia:digna gaudio facit. Opes omnes
ſi opus ſit:atq; ipſam animā ponet:vt bonis fruat
eternis:vt ſcō ipſi⁹ aduentū congruo habitu me-
reatur aſpicere cū fiducia/cū gl'a/cū claritate:hoc ē
diligere aduentū ei⁹. Qui illi⁹ aduentū diligit:oīa
faciet:vt ante vniuerſalē illū ſingularis fiat ad eū q̄
dam ſaluatoris aduentus. Quis vero iſte eſt? Au-
di dicentē ipm dominū noſtrū:Qui diligit me/mā-
data mea ſeruabit:⁊ veniem⁹ ego ⁊ pater ⁊ manſio-
nē apud eū faciem⁹. Conſidera q̄; magnū/q̄; ſingu-
lare ſit eū qui cōmuniter oīb⁹ aduētet:ſingulariter
nobis aduentū ſuū polliceri. Ueniemus eni inqt/⁊
manſionē apud eū faciem⁹. Si quis diligit aduētū
ei⁹/omnia aget:vt ipm ad ſe inuitet ⁊ habeat:vt illi
perpetuū luceat lumē:nihil in nobis reſideat/ꝑſen
tia tante maieſtatis indignū:⁊ cōtinuo ad nos ve-
niet:nobiſcūq; morabit. Dicit aūt aduent⁹ iſte gre-
co vocabulo epiphania:ꝙ ſcȝ appareat deſuꝑ:ac ſu-
perne oriat. Inquiramus ergo q̄ ſurſum ſunt:⁊ ra-
dios illos celeriter ad nos attrahamus:nullus qui
ad inferiora defigat obtut⁹:ac ſeipm in humū ſuffo
diat:ſolis lucē aſpicere poterit. Nemo q̄ ſeipm ſecu-
li negocijs inquinet:intendere aciē valebit/in liqui
diſſimū iuſtitie ſolē:nulli ex his lucis ſue largit gra
tiā:qui in hiſce verſat. Reſipiſce parumꝑ ⁊ ex hmōi
profundo/atq; ex ſeculi turbine ⁊ tempeſtate te reci
pe:ſi ſolē intuere cupis:ſi ſuperni aduent⁹ gratiā ap
petis:ſi hoc interim ſuauiſſimo fruaris aduētu/ma
gna poſtmodū fiducia illū aſpicies. Nūc itaq; philo
ſophare/atq; cōtende:ne ſit apud te arrogantie ſpi-
rit⁹:ne te vehementer colaphis cedat/atq; deijciat.
Nō ſit tibi lapideū cor/atq; tenebroſum:ne illic alli
des plenā mercib; nauē:nō aliquis in te lateat do-
lus:quippe ⁊ ſcopuli ⁊ ceca ſaxa/naufragia grauiſſi
ma operant. Caue nutrire feras/beluas/vitia ſcȝ/
ac ꝑturbatiōes:q̄ feris oīb; immaniores ſunt. Noli
fluxis reb; cōfidere:vt poſſis firmiter ſubſiſtere:nul
lus in aqua ſtet:ſed in ſaxo omēs ſecure ac firmiter
ſtent. Aqua eni ſecularia negocia indicat fluxa mor
talia. Uenerūt eni inqt aque vſq; ad animā meā/q̄
ſi torrēs ꝑterfluēs. Petra ſpiritalia ſunt. In petra
eni inqt exaltaſti pedes meos. Cenū ac luctū ſunt ſe
cularia oīa:euellamur ab iſtis:ita eni frui poterim⁹
aduentu xp̄i:feram⁹ qđcunq; ſuꝑuenerit fortiter/
atq; cōſtanter:ſumma in oīb; cōſolatio eſt/hoc ipm
ꝙ propter xp̄m patimur:hmōi carmē voluam⁹ iugi
ter/omniſq; vulneris ceſſabit dolor. Et quō inqui-
es ꝓpter xp̄m? Iniuria te quiſpiā laceſſiuit:non pro
pter xp̄m:ſi fortiter:ſi grate perferas:ſi ꝓ illo ores:
hec oīa propter xp̄m facis:ſi maledicas:ſi feras gra
uiter:ſi iniuriā coneris vlciſci:non mō propter xp̄m
iſta nō pateris:veꝝ ⁊ detrimentū pateris:fructuq;
te per impatientiā priuas. In nobis eni eſt ex aduer
ſis lucrari/iacturāq; ꝑferre:nō hoc facit triſtiū euē-
tuū natura:ſȝ noſtra voluntas. Exēpli cauſa:Quā
multa ꝑtulit Iob:grate ſuſtinuit oīa:iuſtificat⁹ eſt:
nō quia paſſus eſt:ſed quia cōſtanter tulit. Ali⁹ ea-
dē paſſus:immo nō eadē:nemo eni talia paſſus eſt:
ſed multo minora:blaſphemauit/indigne tulit/ma
ledixit in mundū omnē:atq; aduerſus deū cōmot⁹
eſt:iſte iudicat⁹/atq; damnat⁹ eſt:nō quia paſſus ē
ſed quia blaſphemias ꝓtulit:blaſphemauit aūt nō
vlla vi neceſſitatis impulſus. Nā ſi id aduerſoꝝ ca
ſuū neceſſitas faceret:iob quoq; neceſſario blaſphe-
maſſet. Ex ſi ille diriora paſſus:nihil tale patrauit:
nō neceſſitate vlla:ſȝ voluntatis infirmitate iſta cō-
tigere. Forti igit ac robuſto animo opus eſt:⁊ nihil
graue nobis/durūue videbit:ſicut ecōtra:ſi ille in-
firm⁹ ſit:nihil erit qđ nō gratiſſimū videat. Ex no-
ſtro itaq; propoſito ⁊ voluntate ⁊ tolerabilia ⁊ into-
lerabilia vident:hanc itaq; muniam⁹:⁊ cūcta ferē-
mus cōſtanter/ac fortiter. Nā ⁊ arbor cū in altū ra-
dices miſerit:ne vehemēs quidē illā procella agita-
re poterit. Si vero ſuperficieten⁹ fibras porrexerit
neq; ad profunda deſcenderit:paru⁹ licet venti fla-
tus irruat/eā a radicib; vulſit:ita ⁊ in nob. Si affi
xerim⁹ diuino timore carnes noſtras:nihil moue-
re nos poterit:ſi aūt verbo tm̄ diuine religionis ſa-
cramenta percepimus/exigua impulſio totū ꝑimit
ac perdit. Quocirca moneo magna cū alacritate cū-
cta feram⁹:prophetāq; imitemur/dicentē:Adheſit
anima mea poſt te. Nō tm̄ appropinquauit:ſed etiā
adheſit/ac ſitiuit te:nō deſiderauit ſolū. Et confige
inqt timore tuo carnes meas. Si ita deo appropin-
quauerim⁹:ſi illi affigamus nos:ſi ipſius ſitiam⁹
deſiderio/omnia fient nobis quecunq; volum⁹:fu
turiſq; fruemur bonis/in xp̄o ieſu dn̄o nr̄o:cū quo ē
pr̄i ⁊ ſpūiſctō/gloria/imperiū/⁊ honor nunc ⁊ ſemꝑ
⁊ in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia. X. Ad timotheū. II. Ex ca. IIII.

f **Feſtina venire ad me celeriter. Demas eni me reliquit dili-
gens hoc ſeculū ⁊ abijt theſſaloni-
cā:creſcens in galatiā:titus in dal-
matiā:lucas eſt mecū ſolus. Mar-
cū aſſume ⁊ adduc tecū:eſt eni mi-
hi vtilis i miniſterio. Tychicū aūt
miſi epheſum. Penulā quā reliq̄
troade apud carpū:veniēs affer:⁊
libros maxime membranas.**

Queri merito pōt:quō timotheū ad ſe vocet:cui ec
cleſie/gentiſq; toti⁹ crediderat gubernacula. Nihil

hic arrogantie eſt: ipſe enī ad illū ire paratꝰ erat. Au
di deniqꝫ quid ipſe dicat: Si autē tardauero: vt ſci
as quō oportcat te ī domo dei cōuerſari. Cuiꝰ autē
rei grā id fecit? Neceſſitate cōſtringebaꝛ ingenti: ꝓ
gendi huc atqꝫ illuc facultas illi nō erat: habitabat
carcerē: a nerone ſcʒ īcluſus: iccirco ipm vocat ad ſe:
cupiens anteqꝫ excederet vita plurima fortaſſis illi
cōmendare: iccirco ait feſtina ante hyemē venire ad
me. [Demas me deſeruit diligens hoc ſeculū] Nō
dicit vt te videā priuſqꝫ de hac vita migro: quod cer
te maximo illi merori erat: ſed quia ſolus ſum inqͭ
neminem habeo adiutorem in euangelio. [Demas
me deſeruit diligens hoc ſeculum: ⁊ iuit theſſaloni
cam:] hoc eſt quietem ⁊ requiem amans: ⁊ eſſe in tu
to abſqꝫ periculo: maluit domi delitijs frui/ qꝫ me
cū erumnas pati preſentiaqꝫ perferre pericula: huic
ſoli detrahit: nō derogādi illi: ſed cōfirmādi nos ſtu
dio: ne inter pericula laboreſqꝫ molleſcamus: hoc eſt
enī qđ ait: [diligens hoc ſeculū.] Simul aūt ⁊ di
ſcipulū attrahere volens. [Creſcens inqͭ abijt ī ga
latiā: titꝰ in dalmatiā.] His iā nihil derogat: nāqꝫ
⁊ titus erat virtute mirabilis: adeo vt inſulā ꝑgrā
dē ei crediderit/ totā cretā ſcʒ. [Lucas eſt ſolꝰ mecū]
Is quippe diſtrahi ab illo/ auelliqꝫ nō poterat: qui
⁊ euangeliū ſcripſit: ⁊ apoſtolorū actus: ſumme vir
induſtrie: diſcendi ſtudioſus: patientiſſimuſqꝫ labo
ris. De quo alio ī loco ait: Cuiꝰ laus eſt in euāgelio
per oēs eccleſias. [Marcū aſſumēs adduc tecū]
Cur id? [Eſt enī mihi vtilis in miſterio.] Nō in ſuā
dicit requiē: ſed in euangelij miniſteriū: nanqꝫ ⁊ in
ter vincula predicare nunqꝫ euangeliū deſtitit: itaqꝫ
⁊ timotheū nō ſui cauſa: ſed euāgelij vocat: vt nullā
in ipſiꝰ morte fideles perturbationē paterenꝛ: cum
adeſſent pleriqꝫ ex diſcipulis eiꝰ: turbaſqꝫ prohibe
rent: eoſqꝫ cōſolarenꝛ: qui illiꝰ necē equanimiter fer
re nō poterant: quippe eos qui rome crediderāt: ſin
gulares eſſe memorabileſqꝫ crediderim. [Penulā
quā reliqui troade/ apud carpū/ veniens affer: ⁊ li
bros maximeqꝫ membranas.] Paliū hic penulam
dicit: alij loculos putant: in quibꝰ libri cōdebanꝛ.
Quid aūt illi libris opus erat: cū eſſet migraturus
ad dominū? At tunc eis maxime egebat: vt eos fide
lib' cōmendaret/ habendos: atqꝫ ſeruandos ab his
doctrine illiꝰ vice: nanqꝫ fideles quidē oēs maximū
in illiꝰ morte vulnꝰ accepiſſe fas eſt: ſʒ eos in ꝑmis
qui aderant: tuncqꝫ ipſo fruebanꝛ. Penulā querit:
ne hanc ab alijs accipere ſit opus. Uides enī eū ma
gno id ſtudio curātē/ cū alibi dicit/ epheſijs loquēs
Scitis quia neceſſitatib' meis: ⁊ his qui mecū erāt
ſubminiſtrauerūt manus iſte. Et rurſus: Beatū ē
dare magis/ qꝫ accipere. [Alexander erarius mul
ta mihi mala oſtendit: reddet illi dominꝰ ſcđm ope
ra ipſiꝰ.] Hic rurſus temptationē meminit: nō vt
illū culpet ſolū/ aut accuſet: verū vt diſcipulū ad cer
tamina vngat ferenda cōſtanter: qꝫlibet humilis cō
ditionis ſint/ qui temptationes admouent: qꝫlibet
viles atqꝫ inhonorij. [Multa mihi mala oſtendit]
Afflixit me inquit varijs modis. Qui enī a magno
aliquo premiꝛ: nō nihil ſolatij videꝛ admittere: ꝙ ꝑ
ſona ſit eminens: a qua id patiꝛ. Qui aūt a vili atqꝫ
abiecto maiore afficitur meſtitia: ſed hec illi impune
minime inquit ſuccedent. Sicut enī ſcribens pau
lo ſuperius dixit: Quales ꝑſecutiones ſuſtinui: ⁊ ex
omnib' me eruit dominus: ita ⁊ hic dupliciter diſci
pulū cōſolaꝛ: ⁊ quia male ⁊ iniuſte patiꝛ: ⁊ quia ille
recipiet vicē. Nō qꝛ ſancti penis delinquentiū gau
deant: ſed ꝙ ꝑdicationi opus ſit: vt infirmiores qꝫ
etiā ex hac parte ſolatiū capiāt. [Quē ⁊ tu īquit de
uita. Ualde ei reſtitit ſermonib' noſtris:] hoc eſt ad
uerſaꝛ ⁊ bella excitat: neqꝫ vero ait: puni/ crucia/ af
flige/ exagita/ cū certe poſſet licito per gratiā facere
ſed his omnibꝰ omiſſis cedere eum humiliter iubet
deoqꝫ permittere cruciatū: ⁊ ad infirmiorꝝ cōſolatio
nē iſtud valet: ꝙ prophetia eſt/ dū dicit: Reddet ei
deus ſcđm opera ſua: porro ꝙ cōfortandi diſcipuli
gratia hec dicat: etiā ex cōſequentib' liquet. Iā vero
aſpice: vt alias quoqꝫ ſuas temptationes enumeret
In priore inquit defenſione mea omnes me reliquc
runt: nō eis imputeꝛ: vides quō familiarib' parcit
dure licet in ipm peccauerint: neqꝫ enī idē eſt ab his
qui extra ſunt: ⁊ a domeſticis deſpici. Intuere incre
dibilē meſtitie vim: dicere nō pōt: licet ab extrancis
oppugner: habeo tñ ſolatiū ⁊ obſequiū atqꝫ auxiliū
meorꝝ: ⁊ illi enī me prodiderant. Oēs me reliquerūt
inqͭ. Nō igiꝛ paruū iſtud crimē eſt: nā ſi is ꝗ in bello
periclitantē deſerit: ⁊ ſeipm hoſtili ſubducit manui
a ſuis digna increpatiōe ⁊ mulcta plectiꝛ: quaſi oīa
corruperit/ atqꝫ perdiderit: multomagis in predica
tione id fit. Quā vero dicit primā defenſionē? Ne
roni iā aſtiterat: ⁊ illeſus effugerat: vbi vero pincer
nā eius inſtituit: ac fidei ſacramentis inſtruxit: tūc
iā ipm capite truncauit. Rurſus aūt diſcipulū ex cō
ſequētib' cōſolaꝛ/ dicens: [Sed dñs mihi aſtitit ⁊
cōfortauit me:] quippe eū qui ab hominib' reliquiꝛ
durū aliquid pati nō ſinit deꝰ. Et cōfortauit me in
quit: hoc eſt fiduciā dedit: neqꝫ cōcidere oīno permi
ſit: vt per me impleaꝛ predicatio. Et inſpice illiꝰ al
tiſſimā humilitatē: nō tanqꝫ dignū ipſiꝰ munere cō
fortauit me inquit: ſed vt predicatio impleaꝛ: ꝗ mi
hi credita eſt: ac ſi quis purpurā ⁊ diadema regis ī
ſigne ferens: per ipm ſerueꝛ. [Et audiāt inquit oēs
gētes:] vt omnibꝰ manifeſta ſit gentibꝰ predicatio
nis eximia lux/ prouidenticqꝫ ipſiꝰ in me diſpoſitio.
[Et eripuit me de ore leonis: ⁊ liberauit me dñs ab
omni opere malo.] Ecce quaſi fuit ipſi proximꝰ mor
ti: ⁊ in ipſas pene leonis decidit fauces. Leonē Ne
ronē ait/ pro feritate ⁊ imperij robore/ ſummaqꝫ po
tentia. [Et eruit me ait dñs ⁊ eruet.] Si eruet rur
ſus: quō ait: ego enī iā delibor? Sed attēde quid di
xerit: [Eripuit me inquit de ore leonis:] ⁊ rurſum
eripiet: nō iā ex ore: ſed quid? Ex omni opere malo:
tunc enī me periculis eruit. Quādo vero ſatis euā
gelio factū eſt: eripiet me iterū ab omni peccato: hoc
eſt nō permittet vlla cū reprehenſione ꝑficiſci. Nam
poſſe vſqꝫ ad ſanguinē ſtare aduerſū peccatū: nec ce
dere: ab alio leone videlicet diabolo erui eſt: maior
itaqꝫ iſta ſalus ⁊ prior eſt: quādo videꝛ exponi/ atqꝫ
ad mortē dari. [Et ſaluabit in regnū ſuū celeſte: cui
gloria in ſecula ſeculorꝝ amē.] Hec eſt igiꝛ ſalus qñ
ibi fulgebimus. Eripiet me inqͭ ab oī pctō: ibiqꝫ cu
ſtodiet: hoc ē eī ſaluū fieri in regnū: ſi hic illiꝰ gratia
moriamur. Qui enī inquit odit animā ſuā ī hoc mū
do: in vitā eternā cuſtodiet eā: ecce hoc ad gloriā per
tinet filij. [Saluta priſcillā ⁊ aquilam ⁊ oneſiphori
domū.] Ipſe enī rome tūc erat: ſicut alibi dicit: Det
ei dñs inuenire gratiā a dño in die illa: hac aūt ſalu
tatione promptiores eiꝰ domeſticos facit ad patriſ
familias virtutes imitandas. [Saluta inquit pri



ſcillā ⁊ aquilā.] Hi ſunt quorum aſſidue meminit:
apđ quos hoſpitatꝰ ē vna cū apollo. Premittit aūt
vxorē: vt mihi quidē videꝛ: ꝙ feruentior fuerit/ atqꝫ
fidelior: ⁊ ipſa quippe: tunc apollo ipm aſſumpſerat
ſiue hoc indifferenter facit. Non modica aūt ex his
erat cōſolatio ex iſta ſalutatione: verū honoris atqꝫ
charitatis inditia magnāqꝫ gratie cōmunionē pre
ferebat: ſufficit enī vel ſola tanti viri ſalutatio/ ma
gna grā implere: qui ita ſalutaꝛ. [Eraſtus māſit co
rinthi: trophimū aūt reliqͥ myleti infirmū.] Uidea
mus in actib' apoſtolorꝝ: qui nā cū illo ex iudea na
uigauerint: aliquid fortaſſis operantes. [Trophi
mū aūt inquit reliqui myleti infirmū.] Cur obſecro
nō illū ſanaſti? Cur reliquiſti? Nōne omnia apoſto
li poterant? Nōne per gratiā omnia diſpenſabant?
Ne quis exiſtimaret ſupra id qđ videreꝛ: hoc in ve
teribus iuſtis cōtigiſſe videmus: ſicut ī moyſe: erat
gracili voce. Cur nō in vocis tranſijt firmitatē? Se
pe dolore/ meſtitiaqꝫ cōtabuit: ꝙ in terrā promiſſio
nis minime ingreſſurꝰ eſſet. Plurima enī permitte
bat deus hmōi fieri: vt infirmitatē nature mortalis
oſtenderet: nā ſi his quoqꝫ cōtingentibꝰ dicebāt iu
dei: Ubi eſt moyſes: qui eduxit nos de terra egypti?
quid nō putaſſent: ſi illos in terrā quoqꝫ promiſſio
nis induceret? Niſi permiſiſſet illū pharaonis me
tu cōſtrīgi: nōne ipm deū exiſtimaſſent? Ita de pau
lo ⁊ barnaba eos qui ī lyſtris morabanꝛ: ſenſiſſe vi
demꝰ: deoſqꝫ putaſſe illos: quādo illi ſciſſis veſtibꝰ
exilientes: in turbis clamabāt dicentes: Uiri quid
iſta facitis? Nos homines ſimiles vobis paſſibiles
ſumꝰ. Ei petrus itē quando claudū a natiuitate cu
rauit: ſtupentibꝰ omnibus in eo qđ factū fuerat: re
ſpōdit dicēs: Uiri iſraelite quid admiramini in hoc
aut quid nobis intenditis: quaſi ꝓpria virtute/ aut
ꝑtāte eū ambulare fecerimus? Audi itē dicentē bea
tiſſimū paulū: Et datus eſt mihi ſtimulus carnis/
vt nō extollar. Nō ita eſt: nō eī iccirco datꝰ eſt ſtimu
lus: hoc enī humilia ſentiēs dixit: ſʒ multas ob cau
ſas. Deniqꝫ vide vt nō hoc illi dixerit deꝰ: ne extol
laris: ſed quid? Uirtus enī inqͭ in infirmitate perfi
ciꝛ: duo igiꝛ vna fiebāt: ⁊ aperta enī que fiebāt oſtē
debanꝛ: ⁊ totū deo aſcribebaꝛ: iccirco ⁊ alibi dixit:
Habemꝰ theſaurū iſtū in vaſis fictilibꝰ: hoc eſt ī cor
poribꝰ infirmis: ⁊ paſſionibus ſubditis. Cur hoc?
Ut excellens magnitudo virtutis ſit dei ⁊ nō ex no
bis: nempe niſi eſſent ſubiecta paſſionib' corpora: il
lis omnia aſcriberenꝛ: ⁊ alio itē in loco videmus in
aliena infirmitate merentē. Nā de epaphrodito ait:
Et eī infirmatꝰ ē vſqꝫ ad mortē: ſed deꝰ miſertus eſt
eiꝰ: ⁊ alia pleraqꝫ ignoraſſe vtiliter pro ſua diſcipu
lorūqꝫ ſalute cōſpicimꝰ. [Trophinū inquit reliqui
myleti infirmātē.] Myletus epheſo vicina eſt: aut
igiꝛ in iudeā nauigans reliquit illū: aut cum fuiſſet
rome: rurſus in hiſpaniā profectus eſt. An aūt inde
iterum ad has partes venerit ignoramꝰ. Uides vt
vndiqꝫ deſolatꝰ ſit. [Demas enī inquit me deſeruit
creſcens abijt in galatiā: titus in dalmatiā: eraſtus
māſit corīthi: trophimū aūt inquit reliqui myleti ī
firmantē. Feſtina (inqͭ) ante hyemē venire: ſalutat
te eubolus ⁊ pudens ⁊ linus ⁊ claudia.] Hunc li
nū aiunt quidā ſcđm poſt petrū romane eccleſie epi
ſcopū fuiſſe. [Et linus inqͭ ⁊ claudia.] Adeo mulie
res quoqꝫ feruebant circa fidē: ardenteſqꝫ erant: Ut
fuit priſcilla: vt hec claudia iā crucifixe mundo: iāqꝫ
ad omnia ſubeunda eſſent parate. Quid aūt hoc ſi
bi vult ꝙ cū tā multi fideles eſſent: horꝝ tm̄ meminit:
quia iā mundana oīa exceſſerant animo: maioriſqꝫ
virtutis luce fulgebant: neqꝫ enī a fidei virture in
firmior ſexus excludiꝛ: immo id quoqꝫ diuini mune
ris eſt: ꝙ hic etiā ſexus ſeculi curis minime a virtu
tis propoſito impediaꝛ: neqꝫ eī mīmā in rebꝰ huma
nis adminiſtratiōis partē mulier ſuſcipit: domi ſe
dule reſidēs: cū abſqꝫ illa nulle res publice cōſtare
poſſint: nā ſi res familiaris turbis tumultibuſqꝫ mi
ſceaꝛ: quiſqꝫ ciuiū domi ſe continebit: atqꝫ ita reſpu
blica peſſime habebit: itaqꝫ nihil minꝰ habet hono
ris/ ac rationis: neqꝫ in ſeculi curis: neqꝫ in ſpiritua
lib' reb': ne ab ipſa quidē martyrij gloria hic ſexus
prohibeꝛ. Plurime nāqꝫ pro fidei cōfeſſione glorio
ſiſſime coronate ſunt: pudicitiam quoqꝫ ſeruare ma
gis etiā qꝫ viri poſſunt: quippe quas nō eque/ vt vi
ros libidinis flamma ſollicitat. Modeſtiā itē ac ſo
brietatē ꝑferre: ac ſanctificationē: ſine qua nemo vi
debit deū. Pecunias aūt ſi velint eque cōtemnere.
[Feſtina inquit ante hyemē venire.] Urget illū val
de: neqꝫ tamē rē triſtitie ſubijcit: vt dicat anteqꝫ mo
riar: ſed ante hyemē: ne te illa impediat. [Salutat
te inquit eubolus ⁊ pudens ⁊ linus ⁊ claudia ⁊ fra
tres oēs.] Nominatim illos memorat: quos no
uerat magis in fide feruere. [Dñs ieſus xps cū ſpi
ritu tuo.] Nihil hac oratione preſtantiꝰ. Noli me
rere inquit quia diſcedo: dñs tecū eſt: neqꝫ ſimplici
ter tecū: ſed cū ſpū tuo. Duplex auxiliū gratie cōmē
daꝛ: cui ſpūs opitulaꝛ ac deꝰ: preterea nobiſcū deꝰ
eſſe nō poteſt: niſi adſit gratia ſpiritalis. Nam ſi ab
illa deſeramur: quō nobiſcū erit? [Gratia vobiſcū/
amē.] Iā ſibimet quoqꝫ imprecaꝛ: hoc eſt vt ſemper
grati illi ſimꝰ: vt gratiā cū dono habeamꝰ: hec enī
ſi adſit/ triſtia cūcta diſſilient: ſicut eī is ꝗ regi aſtat:
gratiāqꝫ apđ illū habet/ nihil triſte ſentire pōt: ita ⁊
ſi nos amici deſerant: ⁊ ſi in aduerſa queqꝫ īcidamꝰ:
nihil ſentiemus ingratū/ gratia illa ſua nos preſen
te muniēte. Eniuero gratiā hanc promereri quomō
poſſumꝰ? Si que ſunt deo grata faciamus: eiqꝫ in
omnib' obtemperemꝰ. An vero nō in maiore domo
cernimꝰ: vt illi famuli gratiā adipiſcanꝛ: qui nō ea
que ſibi: ſed que dominis placent: tota animi alacri
tate ſectanꝛ: neqꝫ dura imperij neceſſitate: ſed libera
ingenuitate: atqꝫ affectione precipua in domo omīa
rite diſponūt? Cū ſemper alacres aduolant: cū ſem
per adſunt illorꝝ obtutib': cū verſanꝛ domi: cū nihil
propriū querūt: cū dominorꝝ cōmoda propria depu
tant. Qui enī ſua omnia dñi ſui eſſe conſtituit: non
ſua illiꝰ: ſed illiꝰ plane oīa ſui iuris effecit: ⁊ eque
vt dñs illius potiꝛ: atqꝫ illiꝰ omīb' imperat: ſeruo
rū etiā plurimi hunc maxime timēt: quodqꝫ ille di
xerit: ab eo nō iſte diſſentit: omneſqꝫ iā inimici in mē
tu cōſiſtunt: ꝙ ſi in reb' mūdanis is qui cōtemptis
cōmodis proprijs dñi cōmoda querit: nō ſua deſpi
cit: ſed maiora cōſequiꝛ: multomagis in ſpiritualib'
rebꝰ. Contemne tua: ſi que dei ſunt/ aſſequi cupis:
vult ipſe hoc. Deſpice terras: vt celeſte diripias re
gnū: in celis ſit cōuerſatio tua: nō hic: inde non hinc
poteris eſſe terribilis: inde ſi terribilis fueris: non
hominib' mō: verū ⁊ demonibꝰ/ ipſiqꝫ diabolo me
tuendus eris: ꝙ ſi ex terrenis opibꝰ metui velis: et
illis eris deſpectui: ⁊ hominibꝰ itē ſepe cōtemptui.
Quecūqꝫ in terris acquiſieris ſeruilia ſunt: ſin illa

deſpicias in regia eris illuſtris. Hmōi apoſtoli fuere: qui ſpreta ſeruili domo: calcatiſqꝫ diuitijs domini ſui imperio potiti ſunt: ille (aiebant) morbo liber euadat: ille demonibꝫ: illū liga: hunc ſolue: in terris fiebant iſta: ſed in celis proficiſcebanᷓ. [Quecunqꝫ enī ligaueritis ſuper terrā / erunt ligata ⁊ in celo.] Maioremqꝫ illis dedit poteſtatē: qđqꝫ mētiꝰ nō ſit ipm audias dicentē: Qui credit in me / maiora his faciet: que ego facio. Cur id queſo? Quia ſic quoqꝫ honor omnis redundat in dominū: quia in noſtris quoqꝫ rebꝰ quo fuerit potentior famulus: eo maiori admirationi dn̄s eſt. Si enī tanta ſeruus poteſt: quāta ſerui dominꝰ poterit? Et ſi neglecto ſeruitio domini vxoris ſue ac filij: ⁊ ſerui curā habeat: velitqꝫ ditari: ⁊ vel furto / vel fraude: que domini ſunt / cōſciſcere: cito ſeipm vna ⁊ pecunias perdet: his igitur exemplis inſtructi: ne queſo que ſunt noſtra curemꝰ: vt ſic maiorē illoꝝ curā habeamus: deſpiciamus ea / vt maiori illa quiete poſſideamꝰ. Si ea ipi deſpiciamꝰ / deus illa curabit: ſi ea nos curare velimus: ipe illa cōtemnet. In his que dei ſunt / non in noſtris: immo in noſtris laſſeſcimꝰ / atqꝫ deficimꝰ: quippe illiꝰ omnia noſtra ſunt: nō celū dico: nō terrā: nō ea que in mūdo ſunt: hec enī indigna illo ſunt hec nobis fidelibꝰ atqꝫ infidelibꝰ communia ſunt. Sed quid gloriā illā regnūqꝫ celeſte hec ipſiꝰ ⁊ noſtra per ipm ſunt. Quomō? Si ꝯmortui ſumꝰ inq̄t ⁊ viuemꝰ: ſi ſuſtinebimꝰ / cōregnabimꝰ: coheredes facti ſumꝰ / ⁊ fratres dicimur. Quid nos ipos ad inferiora deijcimꝰ: cū nos ipſe ad ſuperna ⁊ ad ſeipm pertrahat? Quādiu pauperes / q̄ꝫdiu inopes ſumꝰ? Celum nobis proponiᷓ: ⁊ circa terrena verſamur: patet celoꝝ regnū ad diripiēdū: nos terrenā malumꝰ paupertatē. Immortalis aperiᷓ vita: ⁊ nos circa ligna ⁊ lapides vilaqꝫ conſumimur. Eſto diues: hoc enī ⁊ ipe volo: poſſide: affatim diripe: nulla hic culpa eſt: hic nō abundare crimē eſt: hic nō diripere culpa eſt. Quid ergo iſtud eſt? [Regnū celoꝝ inq̄t vim patiᷓ: ⁊ violenti diripiunt illud.] Eſto illic violentus: eſto rapax: nō minuiᷓ qđ rapiᷓ: neqꝫ enī ſcinditur virtꝰ: nō minuiᷓ neqꝫ pietas: neqꝫ celoꝝ regnū tunc virtꝰ augeᷓ / dū rapis: tunc minuunᷓ temporalia / dū diripis: qđ ide cōſtabit: Sint ī ciuitate decē milia viri: hi ſiquidē virtutē omnes iuſtitiāqꝫ rapiant: vberiorē illā fecere: quippe in decē milibꝰ fit ⁊ decē milia viri fiunt iuſti: enī uero niſi rapiāt / minuūt: nuſq̄ꝫ enī apparet. Uides vt bona dū rapiūtur / abundant magis: terrena vero dū fuerint direpta / minuunᷓ. Nō itaqꝫ cōſeneſcamꝰ inopia: ſed diuitias ambiamus. Diuitie dei ſunt: ſi plures ſint: q̄ celeſti regno fruanᷓ. Diues inquit in omnes qui inuocant eū. Augere illiꝰ opes cōtende: augebis aūt ſi abundes: ſi inferas vim. Ui enī re vera opus eſt. Cur id? Quia plurima ſunt impedimenta: vxores liberi / cure / mundana negocia: atqꝫ vna demones ⁊ diabolus ipſe demonū princeps. Ui ergo opꝰ eſt ⁊ tolerantia: qui viribꝫ agit / in laboribꝫ eſt: quippe omnia ſuſtinet: atqꝫ aduerſus neceſſitatē ſtat. Quo pacto? Ferme impoſſibilia conaᷓ: hmōi ergo ſunt veri / feliceſqꝫ violenti: nos ne poſſibilia quidem conamur. Quō itaqꝫ conatus nr̄i potiemur effectu? Qn̄ ea que cupimꝰ cōſequemur? Uiolenti inquit rapiunt celū. Uiolentia ⁊ rapina opus: neqꝫ enī in ꝓmptu: atqꝫ ad manꝰ eſt celoꝝ regnū. Raptor hmōi ſobriꝰ vigilqꝫ perdurat: ⁊ in cura cogitationibuſqꝫ verſaᷓ: vt rapere oportune poſſit. Nonne aſpicitis: vt qui in bello rapere aliquid cupit: noctē totā peruigil duret in armis. Si igiᷓ qui ſecularia rapiunt noctē in armis ⁊ vigilijs ducunt: quanto ſtudio egemus nos: qui molimur ſpiritualia: que ſunt digniſſima rapere. At cōtra quibꝫ celeſtia cōſequi propoſitū eſt: etiā die media dormimꝰ: ac ſtertimus: ſempqꝫ nudi ⁊ inermes ſumꝰ. Qui enī peccatis inuerſatur: inermis ⁊ nudus eſt: ſicuti qui iuſtitiā fouet armatus. Nō elemoſynis munimur / nō nobis accenſas lampades preparamꝰ: non vndiqꝫ tegimur armis: nō iter quo illuc pergaᷓ addiſcimꝰ: nō ſobrij vigilāteſqꝫ perſiſtimꝰ: atqꝫ ideo nil rapere poſſumus. Si quis inuadere nitiᷓ: nōne innumeras ante ſibi mortes proponit? nonne cū ſeſe inſtruxerit armis: cū rei bellice peritꝰ euaſerit: cū omnia huiꝰ rei gratia compararit: ita demū inuadere pergit? Nō ita nos agimus: ſed dormitantes rapere volumꝰ: atqꝫ ideo vacuis manibꝫ abimꝰ. Non vides raptores quō fugiunt: quomō currunt: quō omnia impedimenta dirumpant? Curſu opus eſt: nam protinꝰ aduerſum te diabolus currit: ⁊ his qui preceſſerit tenere te iubet: ſed ſi fortis / ſi excitꝰ fueris: oīa abiecisti: omnes auis inſtar euaſiſti: ac licet hinc iā proficiſcaris: ſiue forū / forenſeſqꝫ tranſcendas tumultus / ſeculū ſcꝫ p̄ſens: etiā ad ea que ſuperiora ſunt pertingens: qđ ē futurū ſeculū. Nā veluti in ſolitudine nullus ibi tumultus: nemo q̄ perturbet / nemo qui teneat cōquieſces. Cū rapueris minimū laborabis: ne tibi parta tollantur. Si ita curramus: vt nil coꝝ que noſtris ſunt obiecta luminibꝫ inſpiciamꝰ: ſi nil curemꝰ aliđ q̄ꝫ impedientiū conatꝰ euadere: poterimꝰ que diripuimus tuto poſſidere. Rapuiſti pudicitiā. Ne ſiſtas gradū / fuge / longe poſt te diabolū relinque: ſi viderit ꝙ te deijcere nequeat: ne perſequeᷓ quidem: ita fere ⁊ nos facimꝰ / qui cū raptores noſtris ſe ſubduxerunt oculis quaſi deſperantes: neqꝫ ipi inſequimur: neqꝫ alios ad eos tenendos hortamur: ſed abire permittimꝰ: ſic tu quoqꝫ initio vehementi vtere curſu / cū longe a diabolo diſceſſeris: nihil iā contra conabiᷓ: ſed in tuto eris / boniſqꝫ frueris eternis: q̄bus nos om̄es vtinā potiri cōtingat in xp̄o ieſu domino noſtro: cū quo eſt patri ⁊ ſp̄ūiſctō gloria / imperiū ⁊ honor nūc ⁊ ſemp ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Explicit homelia. X. et vltima ſcti Joānis chriſoſtomi cōſtātinopolitani ſuper epiſtolam Pauli ad Timotheū. II





Hieronymus Bonatus. d. Andree Anſelmino Brixienſi / ſancti Georgij in alga p̄ſbytero / patri optimo. S.

q Uū multa mihi non minus preclare / q̄ꝫ amāter anno ſuperiori diſſereres ex particula prioris ad Corinthios epiſtole: q̄ legitur in cena domini: memini me tibi in vicē ex Joanne chriſoſtomo viro ſanctiſſimo ⁊ eloquentiſſimo (vt ſeſe mihi grecus liber obtulerat) nō nulla ſtilo expoſito / ac ſimplici: velut ad preſens cōparata vertiſſe: que tu ſubinde quaſi tuo iure queſita ſepius poſtulaſti: ea vti fuerant interlegendū tumultuarie interp̄tata: ita etiā recognita nitorē ⁊ repumicationē aliquā expectabant: ſed quādo tibi vł ea ſimplicitas viſa eſt ſacris litteris cōuenire: minori iam impendio eo me tecū ere alieno liberare inſtitui: quanq̄ꝫ vltra articulū temporis ⁊ poſt morā lōgiorem: ſed tardior ſolutio a liberali creditore accuſari nō ſolet: preſertim quū nulla proteruitas / ſꝫ legittima occupatio fecerit moram: ⁊ quū ea que bone mentis ſunt ſera eſſe nō poſſint: vale: in tuis ad deū precibꝫ memor mei.

Ex priori epiſtola diui Pauli ad Corinthios. XI

b Hoc aūt precipio nō laudās ꝙ nō in meliꝰ: ſed ī deteriꝰ cōuenitis. Primū q̄dē cōuenietibꝰ vobis in eccłam: audio ſciſſuras eſſe inter vos: ⁊ ex p̄te credo: nā oportet ⁊ hereſes eē: vt ⁊ q̄ ꝓbati ſunt: manifeſti fiāt ī vob: cōuenietibꝰ ergo vob in vnū iā nō eſt dn̄icā cenā māducare. Unuſq̄ſqꝫ enī ſuā cenā p̄ſumit ad māducandū: ⁊ aliꝰ q̄dē eſurit: aliꝰ aūt ebriꝰ ē. Nunq̄d domos nō habet̃ ad māducādū ⁊ bibendū? An eccłam dei cōtēnitis: ⁊ cōfundit̃ eos q̄ n̄ habēt? Quid dicā vob? Laudo vos: in hoc nō laudo. Ego eī accepi a dn̄o qđ ⁊ tradidi vob: qm̄ dn̄s ih̄s ī q̄ nocte tradebaᷓ: accepit panē ⁊ gr̄as agens fregit ⁊ dixit: Accipite ⁊ māducate: hoc ē corpꝰ meū qđ ꝓ vobis tradeᷓ: hoc facite ī meā cōmemoratione. Silr̄ ⁊ calicē poſtq̄ꝫ cenauit dicēs: Hic calix nouū teſtamentū eſt in meo ſanguie. Hoc facite quotienſcūqꝫ bibetis ī meā cōmemorationē. Quotienſcūqꝫ enī māducabitis panē hūc: et calicem bibetis: mortē dn̄i annūciabitis: donec veniat: itaqꝫ quicūqꝫ manducauerit panē ⁊ biberit calicē dn̄i indigne: reꝰ erit corporis ⁊ ſanguinis dn̄i.

Neceſſariū eſt huiꝰ criminis cauſam afferre: quo deinceps facilior: magiſqꝫ perſpicua ſit omnis oratio. At vero qđ nā hoc crimē ē? Sꝫ nos nō ignorare oportet: ꝙ quēadmodū primi illi tres mille credentes ſimul omnes veſcebanᷓ: et ſimul om̄ia poſſidebant: ita eodē tempore / quo hec edidit apoſtolus: fieri cōſueuerat. Minꝰ tn̄ exacte ⁊ indulgentiꝰ id obſeruabaᷓ: nā veluti quedā cōmunis illiꝰ victus reliquie ſuperarent: ⁊ ad poſteros vſqꝫ deuenerāt: verū ibi euenit: vt ex his alij diuitias poſſiderent: alij ad inopiā deducerenᷓ nō iā vlteriꝰ bona ſua omnia ex veteri cōſuetudine in mediū proponebāt: ſed certe: vt equum erat diebꝰ legittimis: ac ſolemnibus menſas cōmunes ⁊ publicas preparabāt: ⁊ poſt miſterioꝝ cōmunionē: egregio cōuentu om̄es ſimul in cōmunia cōuiuia deſcendebant: ⁊ qui diuites cenſebanᷓ epulas atqꝫ obſonia in mediū afferebāt: ⁊ pauperes ac nihil habentes ad publica ⁊ in cōmune propoſita prandia cōuocabanᷓ: atqꝫ vna eodē cōuiuio veſcebanᷓ: verū morē hunc etiā in poſterū aboleuerunt: huiꝰ rei nō aliā cauſam afferre eſt: q̄ꝫ ꝙ in diuiſas veluti factiones inciderant: ⁊ alij ſeſe alijs addixerant: atqꝫ alij alioꝝ ſe eſſe profitebanᷓ: qđ in principio epiſtole corrigēs: Significatū eſt inq̄t mihi de vobis fratres mei ab his qui ſunt chloes: quia contentiones inter vos ſunt. Hoc aūt dico vobis: quia vnuſquiſqꝫ veſtrū dicit: ego q̄dē ſum pauli: ego aūt apollo: ego vero cephe: non ꝙ ſeſe paulo ab eccleſia diuiſi q̄ſpiā addixiſſent: neqꝫ enī id paſſus eſſet paulus: ſed malos mores ex diuitū opulentia radicatꝰ extirpare cupiēs: ſeipm quoqꝫ immiſcuit: id in primis oñdere cupiēs: ꝙ ſi q̄s ēt ipi paulo ſubſcripſiſſet a cōmuni eccleſie corpore diuulſus rē abſurdā: ⁊ maxime legi cōtrariā ſe aggreſſum eſſe cognoſceret: ꝙ ſi quis ſeſe paulo addicere ſine legis tranſgreſſiōe nō pōt: quāto minꝰ his qui longe paulo inferiores eſſe noſcunᷓ. Poſtq̄ꝫ igiᷓ mos hic antiquior in deſuetudinē abijt / atqꝫ oīno diuulſus eſt. Mos inq̄ꝫ elegātiſſimꝰ ⁊ ſaluberrimꝰ: quippe q̄ egregiū amoris / et beniuolentie argumentū / atqꝫ occaſionē p̄bebat: et paupertatis cōſolationē: diuitiaꝝ modeſtiā: maxie philoſophie occaſionē: humilitatis doctrinā p̄ ſe ferebat: poſtq̄ꝫ ſublata eſſe tot bona aniaduertit apoſtolus: merito in hoc acerbiꝰ inuehiᷓ / dicēs: hoc aūt precipio nō laudans. In priore enī crimine q̄ſi multis p̄cepta ſeruantibꝫ cū loqui cepiſſet dixit: Laudo aūt vos: ꝙ ſp mei memores eſtis: hoc aūt loco cōtrario vtiᷓ ſermone: hoc aūt p̄cipiēs nō laudo. Quapropter neqꝫ ſubinde poſt rep̄heſionē illā / q̄ idolis imolata cōmedentes inſequiᷓ: in hoc crimē inuectꝰ eſt: ſed qm̄ aſperiꝰ id fuerat de coma et capillo ſermonē interpoſuit: ne poſt magnoꝝ criminū rep̄henſionem rurſum in aliud graue crimē tranſgreſſionē faciens accerbior appareat: iā igiᷓ vehementiꝰ inuehiᷓ / dicēs: Hoc aūt p̄cipiēs nō laudo: hoc inq̄ꝫ qđ dicturꝰ

ſum: quid ſibi volūt hec verba? [Hoc aūt p̄cipio nō
laudans.] Nō recipio vos inquit: quia me in neceſ-
ſitatē cōſilij cōſtituiſtis: non laudo quia ad eā rē do-
ctrina indigetis: quia a me eſtis cōmonendi atq; in
ſtruendi. Videſne quō ꝯfeſtim ex p̄fatione maximā
facti abſurditatē / atq; incōuenientiā oſtendit. Eni-
uero quotiens is qui peccat admonitiones in ſua ex
rata nō admittit: merito crimē nulla venia dignū i-
currit. Quare nō laudas? Quia inq̄t nō meliꝰ: ſed
in deterius conuenitis: hoc eſt quia nihil in virtute
proficitis. Quū enī adiuuāda ſit liberalitas: vt in-
crementa ampliora ⁊ maiora recipiat / vos liberali-
tatis morē: qui diu preualuerat: minuere nō dubi-
taſtis / atq; ita minuere: vt meis vobis opꝰ ſit prece
ptis: vt ad priſtina īſtituta redeatis. Poſt hec ne ꝓ-
pter pauperes ſolū iſta dixiſſe videat̃: nō cōfeſtī mē
ſaꝝ ſermonē aggredit̃: ne apud auditores cōtempti
bilē reprehēſionē efficiat: ſed plenā ſtimulis ⁊ terro-
ribꝫ increpationē inquirit. Primū inq̄t: [Cōueniē
tibus vobis in eccleſiā dei audio ſciſſuras in vobis
eſſe.] Nec dicit audio vos nō ampliꝰ cōmunibꝫ fer-
culis veſci. Audio vos priuatim: ⁊ nō vna cū paupe
ribꝫ edere: ſed id qđ potiſſimū viſum ē poſſe coꝝ ani-
mos ſenſuſq; cōcutere: ſciſſure ⁊ ſciſmatis nomē īdu
xit: que res fuerat eiꝰ criminis cauſa atq; id reducit
in mentē: qđ in principio epiſtole ſe ab his / qui ſunt
chloes audiſſe meminerat. [Et ex parte inquit cre-
do.] Ne a corinthijs dici poſſit: quid igit̃ ſi mentiūt̃
qui nos criminant̃. Nō igit̃ dixit prorſus credo: ne
impudentiores auditores redderet: nō dixit nō cre
do: ne in vanū rep̄hendere videret̃: ſed [ex parte in-
quit credo.] hoc eſt ex parte parua credo: vt eos an-
xios in prouentum honeſtatis ⁊ virtutis inſtituat:
[oportet eī hereſes eſſe: vt qui probati ſunt māifeſti
fiāt in vobis.] Hereſes inq̄t nō dogmatū aut opi-
nionū: ſed eiuſmodi ſciſſurarū: ꝙ ſi etiā hereſes opi-
nionū dixit: nō ideo cauſā aut occaſionē p̄ſtitit. Eni-
uero xp̄s inq̄t neceſſe eſt vt veniāt ſcandala: nō ideo
arbitrij libertatē corrumpens: aut vite vim ⁊ neceſ
ſitatē imponēs: ſed predicēs id qđ ex mala hominū
voluntate oīno futurū eſt: qđ ſane futurū eſt: nō q̄a
id deus p̄uiderit: ſed quia hominū voluntas imme-
dicabilis fuerit: nō enī quia predixit deꝰ: hec facta
ſunt: ſed quia oīno ex mala hominū voluntate ven-
tura erant ip̄a p̄dixit. Etenī ſi neceſſitatis dūtaxat
fuit fieri ſcandala ⁊ nō volūtatis coꝝ: qui illa indu-
xiſſent: fruſtra ꝓfecto ſubdidiſſet: ve homini illi per
quē ſcandala veniūt: ſed hec latiꝰ ſuis locis diſpu-
tanda relinquamꝰ. Nunc ad rē ꝓpoſitā reuertendū
eſt. Nā ꝙ hereſes hoc loco nō alias / q̄; ad hmōi mē-
ſarū cōtentiones / ſeparationeſq; intellexerit: vel ip̄a
ſequentis orationis ſeries oſtendit: ſimul enī dixit:
[Audio ſciſſuras in vobis eſſe] Nō hic ſubſtitit: ſed
quales ſciſſuras reprehēderit: cōfeſtim apperuit ꝙ
vnuſquiſq; inq̄t ꝓpriā cenā aſſumit: ⁊ rurſum: [Nū
quid domos nō habetis ad manducandū ⁊ biben-
dū. An eccleſiā dei cōtemnitis?] Verū ꝙ ſciſmatis /
ſiue ſciſſure noīe ſit vſus: mirari nō cōuenit. Quem
admodū enī diximꝰ: eiuſmōi vocabulo īſidere vult
ꝙ ſi opinionū ſciſmata intellexiſſet: nō vtiq; tā tran
quilla rep̄hēſiōe vteret̃. Audi igit̃ quū ſciſmata opi
nionū reprehendit: quantū ſit vehemens: qua ſecu-
ritate: qua increpatōe loquat̃: ſecuritate quidē quū
inq̄t ⁊ ſi angelus p̄cepit: preter id qđ accepiſtis ana

thema ſit: increpatiōe vero: quū ait: Qui in lege iu-
ſtificati eſtis: a gratia decidiſtis: ⁊ mō canes appel-
lat: mō cauteriſantes cōſcientiā: mō angelos diabo
li nominat. At qui hoc loco nil hoꝝ attulit: ſed quie
te ac remiſſiori oratōe vſus eſt. At vero quid nā ſibi
vult apoſtolus: quū inq̄t: [Ut qui probati ſunt: ma
nifeſti fiāt in vobis] vt magis eluceſcāt. i. vt hoc icō
cuſſis ⁊ fortibꝫ: nō ſolū nil officiat: ſed eos longe con
ſpicuos atq; illuſtriores oſtēdat: hec enī dictio vt nō
ſemꝑ cauſam: ſed rerū euentū plerūq; deſignat. Eo
dē pacto xp̄s ea dictione vtit̃: quū inquit in iudiciū:
Ego veni in hunc mundū: vt nō videntes videāt: et
videntes ceci fiant. Eodē pacto paulus ipſe quū de
lege diſputans: ait: Lex aūt introducta eſt / vt abun
daret delictū: ſed neq; lex data eſt: vt iudeoꝝ pecca-
ta concreſcerent: ſed data lege euenit: vt iniquiores
euaderent: neq; xp̄s ꝓpter hoc venit in mūdū: vt vi-
dentes ceci fierent: ſed id xp̄o in mundū veniēte acci
dit: ita hic locus ſana ratiōe intelligendꝰ eſt: vt qui
probati ſunt: manifeſti fiant in vobis. Neq; enī pro
pter hoc facte ſunt hereſes: vt qui ꝓbati eſſent: ma-
nifeſti fierent: ſed euenit factis hereſibꝫ ꝓbatos fieri
manifeſtiores: hoc aūt dixit pauperibꝫ ſolatiū affer
re cupiēs / vt ſeſe a diuitibꝫ cōtemni: forti animo pa-
terent̃: iccirco nō dixit vt probati fiant: ſed vt q̄ pro-
bati ſunt / manifeſti fiāt: ſignificās ꝙ tā ⁊ ſi tales an
tea fuerāt / tn̄ immixti ceteris / atq; a diuitibꝫ ſolatia /
ac beneficia ꝑcipientes / nōdū altiꝰ eminebāt. Nūc
vero ſeditio iſta atq; cōtentio eos cōſpicuos ac cla-
ros reddidit: nō ſecꝰ ac gubernatorē fluctꝰ: atq; ad-
uerſa tempeſtas oſtēdit: neq; itē dixit vt vos proba-
ti appareatis: ſed vt q̄ ꝓbati ſunt: manifeſti fiāt: illi
inq̄; q̄ in vobis eiuſmōi ſunt. Neq; enī rep̄hendens
manifeſtos efficit: ne in impudentiā ꝓlabant̃: neq;
tamē eos extollit laudibꝫ: ne molliores reddat: ſed ī
ſuſpenſo verbo dimittit: vt ea ſue quiſq; cōſciētie ac-
cōmodare valeat. Neq; vero mihi hoc loco paulus
tā paupes cōſolari videt̃ q̄; eos diuites / qui cōſue-
tudinē nō corrupere. Enimuero credibile eſt in his
nō defuiſſe aliquos / qui cōſuetudinē veterē nō reli-
quiſſent: ideo dixit ex parte credo. Jure igit̃ illos ꝓ-
batos vocauit: nō ſolū qui cū ceteris cōſuetudinem
obſeruaſſent: verū etiā q̄ ſine his legē hanc pulcher-
rimā iuiolatā cuſtodiſſent: ⁊ hos atq; illos: hoc lau
dis ſtimulo ad exercenda opera ſtudioſiores redde-
re conat̃. Deinceps reliquā huiꝰ criminis ſpeciē at-
tingit: que nā hec eſt? [Cōuenientibꝫ inq̄t vobis in
vnū iā non eſt dn̄icā cenā mādUcare.] Vides ne iā
quātis conatibꝰ / quo narratiōis ordine cōgreſſum
hunc apperuerit. Ip̄a inq̄t huiꝰ forma ſpecieſq; cō-
uentꝰ longe ab amore ⁊ fraterna charitate diuerſa
eſt: vnꝰ ſane vos excepit locꝰ in vnū oēs cōuenitis:
menſa vero conuentui facta diſſimilis eſt: neq; di-
xit cōueniētibꝫ vobis in vnū nō vna comeditis: nō
in cōmune veſcimini: veꝝ longe aliter ⁊ eorū men-
tes maiore quadā terroris incuſſione momordit / di
cens: [Nō ē dn̄icā cenā mādUcare] Hinc eos ad
eā veſperā remittit / q̄ plena illa verēdi horroris mi
ſteria tradidit xp̄s atq; ea de cā cōuiuiū illō cene vo
cabulo cōprehēdit. Ea enī cena ſimul oīs habuiti
medio diſcūbentes: nō tā diuites ⁊ paupes / q̄; id ꝙ
infinita rōne diſtabat: diſcipulos ⁊ p̄ceptorē. Cōſi-
dera p̄ceptorē ⁊ ꝓditorē: ꝓditor inq̄; cū xp̄o ⁊ ceteris
diſcipulis diſcubuit: xp̄s ꝓditorē a cena nō depulit



quin illi cibos obtulit: ⁊ diuinoꝝ munerū partici-
pē effecit. Deinceps declarat Paulus cur nō cōtin
gat eos dn̄icā cenā māducare. [Unuſquiſq; enī in-
quit ſuā cenā aſſumit ad māducandū: ⁊ alius quidē
eſurit: aliꝰ aūt ebriꝰ ē.] Aīaduerte q̄ſo quō eos ſe-
metip̄os cōfundere oſtēdit: nāq; qđ dn̄icū eſt: priua
tū efficiūt. Quo fit vt ipſi in p̄mis hi ſint q̄ iniuria a
ſeip̄is afficiant̃: quū menſam ſuā tanta dignitate de
fraudēt. Sed quo nā pacto dicet quiſpiā quia cenā
dn̄icā: hoc eſt herilē: cōmunē cōſeruis eſſe debere cer
tiſſimū eſt eſt? Que enī ſunt dn̄i nō huiꝰ illiuſue ſer
ui ſunt: nō priuatim ſinguloꝝ: ſed in cōmune cūcto-
rū: qđ igit̃ dn̄icū eſt: cōmune eſt: ſi enī dn̄i tui ē: quē-
admodū certe eſt: nō debes id diuellere ⁊ velut ī pri
uata cōferre: ſed tanq̄; rē dn̄i cōſeruis tuis in cōmu
ne ꝓponere: id enī vere dn̄icū eſt. At q̄ dū ſolus come
dis: id nō ſinis eſſe dn̄icū: nō ſinis eſſe cōmune: atq;
ideo ſubdit dicens: [Unuſquiſq; ſuā cenā aſſumit]
Et nō dixit ſcindit / aut ſeparat: ſed aſſumit ⁊ quie-
te / ac ſenſim velut helluones / atq; impudētiſſimos
crapulatores criminat̃: qđ ex ſequenti oratione faci
liꝰ apparet: ſubdit enī: [Et aliꝰ quidē eſurit: alius
aūt ebriꝰ ē] Utrūq; eī ad īmodeſtiā pertinet: ⁊ ī dul
gentiam exceſſus. En alterū crimē eoſdē arguit ⁊ ꝙ
propriā mēſam honore defraudent: et ꝙ in crapulā
ebrietatēq; labant̃. Et q̄d infenſius ⁊ moleſtius eſt:
aſtante famelica ⁊ eſuriente caterua pauperū. Enī-
uero q̄ oībꝫ in cōmune cōſtituenda eſſe oportuit / ſoli
epulant̃ ⁊ nō ſatiati ſimul ⁊ temulēti ꝓdeūt: ⁊ ideo
nō inq̄t: aliꝰ quidē eſurit: aliꝰ autē ſatur eſt: ſ; ebriꝰ
eſt: vtrunq; ꝓfecto crimē ꝑ ſe accuſatione dignū eſt.
Nāq; ebriari etiā nō deſpectis pauperibꝫ culpa eſt:
⁊ rurſum deſpicere pauperes etiā citra ebrietatē re-
prehenſione dignū eſt. At q̄ vbi vtrunq; adiunctū ē
quanta criminis acceſſio: ⁊ exceſſus fit: facile potes
exiſtimare. Oſtenſa igit̃ delicti indecētia: maiore de
inceps iracundia: atq; increpatiōe inuehit̃ / dicens
[Nunq̄d domos nō habetis ad māducandū ⁊ bibē
dū? an eccleſiā dei cōtemnitis: ⁊ cōfunditis eos qui
nō habēt?] Aduerte queſo quēadmodū a deſpectu
pauperū ī deſpectū eccleſie crimē eduxit: vt eos gra
uiori oratiōe preſſos redderet. Ecce iā quarta accu-
ſatio / ꝙ nō pauꝑtas ſolū: ſed eccleſia cōtemnit̃ ⁊ cō-
tumelijs affecta eſt: enīuero ſicut dn̄icā cenā priua-
tā efficis: ſic ꝓfecto ⁊ locū. Nā eccleſia velut priuata
domo abuteris. Eccleſia enī facta eſt: nō vt in ea di
uiſi cōueniatis: ſed vt q̄ diuiſi ſunt / in ea copulent̃ /
atq; ī vnū rediganT: ⁊ ſi id ſynodꝰ ſignificat. [Et cō
funditis eos q̄ nō habēt:] nō dixit fame premi ſinitiſ
eos q̄ nō habēt: ſed qđ vehementius eſt cōfunditis:
vt oſtendat nō tā ſibi cibos ſurripi curare pauperes
q̄; affici cōtumelia. Ecce iā quātū crimē nō ſolū eſu-
rientes deſpectui habere: ſed cōfundere: hoc autē di
xit vt ſimul honeſtaret paupes: ſimul oſtēderet eos
nō ventris: ſed pudoris habere rōnē: ſimul vt ad cō
miſerationē auditores induceret. Poſtq̄; igit̃ tot ge
nera criminū ⁊ tranſgreſſionū apperuit: cōtumeliā
in cenā dn̄icā: cōtumeliā in eccleſiā: cōtumeliā ī pau
peres: ebrietatē / deſpectū: deinde remiſſiori tono ī-
crepatiōis vtit̃ dicēs: [Laudo vos: ī hoc nō laudo]
Quo loco maxime mirari cōuenit: ꝙ quū explicata
criminis indecētia vehemētiori increpatiōe ⁊ ꝑtina-
tiori morſu opꝰ eſſe videat̃: contrariū fecit apoſtolꝰ
ſed remiſſione potiꝰ ⁊ reſpiratiōe quadā vtit̃. Que

nā huiꝰ rei cā ē: quū eos grauiꝰ momordiſſet / ac ac-
cuſationē exaggeraſſet: velut medicꝰ optimꝰ: nō ſiꝰ
ſed mutuo ⁊ ꝑ intercapedines vulneribꝫ ferrū adhi-
bet: neq; tn̄ ea q̄ ꝓfundiori ſectōe indigēt: in ſuꝑficie
exſecat. Audiſti eī quū ī fornicatores inueheret̃ quā
tū ſecare ⁊ amputare nō dubitauerit: neq; rurſū q̄ le
uioribꝫ vnguētis indigēt ferro cōmittit. Qua ꝓpter
hoc loco māſuetiorē orationē adhibuit: ⁊ eos pariter
erga paupes ꝓmptiores reddere conatꝰ eſt: iccirco
māſuetiꝰ ⁊ leniꝰ loquit̃. Mox volens eos aliunde
magis incutere ⁊ mouere ab magis ꝓprijs: ſermonē
interixit dicēs: [Ego eī accepi a dn̄o qđ ⁊ tradidi vo-
bis: qm̄ dn̄s ih̄s q̄ nocte tradebat̃ accepit panē ⁊ be
nedicēs / fregit / ⁊ dixit: Accipite ⁊ māducate: hoc eſt
corpꝰ meū qđ ꝓ vobis tradet̃: hoc facite ī meā cōme
morationē.] Quā ob cām hec miſteria cōmemorat?
Nō ob aliō ꝓfecto niſi q̄a ī p̄ſens negociū ſermo iſte
ſūmopeꝑe neceſſariꝰ eſſe videt̃. Enīuero inq̄t dn̄s tuꝰ
oēs eadē mēſa dignatꝰ eſt: q̄ cū plena horrēde cuiuſ
dā venerationis erat: tū vero mēſaꝝ oīm: q̄ dici exco-
gitariue poſſunt / dignitatē longe antecellebat. Tu
vero paupes tua mēſa tā tenui / ac ſimplici īdignos
putas: ⁊ quū ī ſpiritali grā de tuo ſibi nihil vſurpēt
corꝑalibꝫ epulis: q̄ neq; tua ſunt: eos defraudas / ⁊
expillas: veꝝ hoc nō dicit apl̃us: ne oratiōe videat̃
aſperior: ſed q̄ete ac ſenſim ait: [Qm̄ dn̄s ih̄s: ī qua
nocte tradebat̃ accepit panē.] Age vero q̄; ob rē nos
in eiꝰ tēporis ⁊ noctis illiꝰ: ac ꝓditiōis memoriā ex
citat? Nō īmerito neq; ab re: ſed nos ſupra modū: vl̃
ex ea occaſiōe cōpungat: veꝝ enīuero ſi q̄s etiā adſit
q̄ ſit natura lapideꝰ: mō animū ad noctē illā adhibe
at: mō attēdat ⁊ videat: q̄ in merore quaq; in anxie-
tate animi xp̄s vna cū diſcipulis verſatꝰ ſit: quō ꝓ-
ditꝰ: quō ligatꝰ: quō accuſatꝰ: quō iudicatꝰ: ⁊ reli-
qua ſubinde oīa: q̄ paſſus eſt ꝓfecto fiet oī cera tene
rior: ⁊ aīum ac cogitationē oēm a terrenis cupidita
tibꝫ amouebit: icirco nos in eaꝝ reꝝ memoriam ex
hortat̃ ⁊ mēſe: ac ꝓditiōis digreſſionē facit et dicit:
dn̄m tuū ſeip̄m tradidiſſe ꝓ te. Tu autē fratri tuo ꝓ
teipſo cibos denegas. At vero q̄ nā pacto ſe ait a dn̄o
accepiſſe? Neq; eī aderat paulꝰ quū hec doceret do
minꝰ: ſed eccl̃am ꝑſequebat̃: ſed id dictū eſt: vt ītel-
ligas: nihil plus menſam illā dn̄i habuiſſe: q̄; eas q̄
poſtea facte ſint. Enīuero pariter hodie dn̄s idē eſt:
q̄ operat̃ ⁊ p̄bet oīa: quēadmodū eo tēpore p̄buit / ⁊
operatꝰ eſt: neq; vero ſolū ob hāc cām noctis illiꝰ mē-
tionē fecit: ſ; vt nos etiā alia rōne cōpūgeret. Nāq;
ſicut memorie nr̄e ea potiſſimū verba mādamꝰ: que
nos audire ꝯtingit ab his q̄ in huius vite diſceſſus
articulo cōſtituti ſunt: atq; defunctoꝝ heredes: ſi q̄d
preter eorū mādata temere cōmittere audēt / impēſe
excitare ſolemꝰ ⁊ dicere: Reuocate ī memoriā: atq;
aduertite: vobis hāc a p̄re vltimā vocē emiſſam hec
ab eo: illa nocte qua emiſſurꝰ erat ſp̄m vobis fuiſſe
mādata: ita hoc loco paulꝰ oratiōi ſue plenos cuiuſ
dā horroris ſtimulos addere cupiēs. Recordamī in
q̄t q̄ſo hāc vltimā vobis ſacroꝝ diſciplinā a xp̄o tra
ditā: hec ea nocte q̄ ꝓ nobis immolari debuit ab ip̄o
eſſe inſtituta / atq; mādata: quū eā vobis cenā dedit
poſtq̄; nō erat alterā apparaturꝰ: ita q̄ deīceps acta
ſunt narrat dicēs: [Accepit panē ⁊ bn̄dicēs / fregit /
⁊ dixit: Accipite / comedite: hoc eſt corpus meū qđ ꝓ
vobis tradet̃.] Si igit̃ ad eucariſtiā accedis: que
gratitudo ⁊ gratiarūactio eſt? Nihil indignū eucha

triſtia facias: fratrē nō ꝯfundas: eſurientē deſpectui nō habeas: nō ſis temulentꝰ ⁊ ebriꝰ: eccleſiā ne contemnas: accedis enī pro his q̄ accepiſti gratias acturus: quin ergo mutuā potiꝰ vicē reddis: nec te a ꝓximo tuo diuellas ⁊ ſepares. Enīuero xp̄s mēſam omnibꝫ ex equo diſtribuit dicēs: [Accipite ⁊ comedite] ille corpꝰ ꝓpriū ex equo tradidit. Tu cōmunē panē diſtribuere non vis: ꝑfecto ꝓ oībꝫ pariter traditꝰ eſt: ꝓ oībꝫ ex equo corpꝰ effectū eſt. [Similiter ⁊ calicē poſtq̄ꝫ cenauit / dicens: Hic eſt calix noui teſtamēti / in meo ſanguine hoc facite / quotiēſcūqꝫ bibetis: in meā cōmemorationē] Quid ais: cōmemorationē xp̄i facis ⁊ pauperē deſpicis: ⁊ nullo mētis horrore cōcuteris? At vero ſi filij aut fratris q̄ vita functi ſunt / cōmemorationē feceris / te cōſciētia ꝑcutit: niſi ſeruato more paupes cōuoces. Nūc vbi dn̄i tui cōmemorationē facis: neqꝫ mēſam ſimplicē illis prebes: ſed q̄d illud eſt qđ dicit? [Hic calix nouū teſtamentū eſt.] Erat ſane veteris teſtamenti calix ſacrificioꝝ libamina / ⁊ animaliū ſanguis rōne carentiū. Poſtq̄ꝫ eī ſacrificauerāt / calice ⁊ phiala ſanguinē accipiebāt ⁊ ſimul bibere cōſueuerāt: verū vbi loco ſanguinis animaliū rōne carentiū / ſanguinē ꝓpriū xp̄s induxit: ne quis hec audiēs tumultuaret aīo ⁊ fluctuoſa quadā mētis agitatōe vexaret: teſtamenti illiꝰ veteris mentionē egit. Poſt hec de cena illa differēs: apoſtolus aptat p̄ſentia p̄teritis: vt nō aliter p̄parati ſint: ac ſi eodē veſpere ⁊ in eadē mēſa diſcūberēt: ⁊ ab eodē xp̄o idem ſacrificiū exciperent: ideo dixit: [Quotiēſcūqꝫ eī mādūcabitis panē hūc: ⁊ calicē bibetis: mortē dn̄i annūciabitis: donec veniat] Queadmodū enī xp̄s in pane ⁊ calice / hoc dixit: [Facite in meā cōmemorationē:] ⁊ nobis cauſā miſterij non expreſſit: id preter cetera ſufficere exiſtimās ad aſſequēda fundumenta pietatis. Si enī cōſideraueris quid ꝓ te dn̄s paſſus ſit: fies proculdubio ſapiētior: ita ⁊ hic rurſum inq̄t paulus: [Quotiēſcūqꝫ comeditis: mortem dn̄i annūciabitis.] Et hec illa ip̄a cena eſt: mox oſtēdere volens ꝙ hec cena vſqꝫ ad cōſumationē ꝑmanet: dixit: [donec veniat] Quare? [Quicūqꝫ comederit panē hūc: ⁊ biberit calicē dn̄i indigne: reꝰ erit corporis ⁊ ſanguinis dn̄i] Quā ob rē quia effundit ſanguinē ⁊ nō ſacrificiū: ſꝫ iugulationē p̄ ſe fert: queadmodū enī hi qui eo tēpore xp̄m punxere: nō vt biberēt eiꝰ ſanguinē: ſed vt effunderēt: idē ſane facit q̄ xp̄i ſanguinē bibit indigne ⁊ nullū ex eiꝰ potione fructū recipit. Vides inquātū terroris orationē extulit: ⁊ rep̄henſionē ſupra modū exaggerauit: oſtendēs cū q̄ indigne bibiturꝰ eſt: tanti ſe criminis participē eſſe facturū. At q̄ quō nō bibit indigne: q̄ deſpicit eſurientē: neqꝫ tm̄ deſpicit: ſed cōfundit? Si enī nō dare pauperibꝫ eijcit regno quēpiā: etiā ſi virgo ſit: imo nō abūde ac largiter dare. Nā virgines ille oleū ſane habuerūt: ſed nō abūde habuerūt. Cōſidera quale crimē ſit tot iā ſilꝫ delicta ꝑpetrare: q̄ delicta dicet quiſpiā? quid ais: q̄ delicta? Menſe huiꝰ particeps effectꝰ es: in qua quū eſſe te oporteat manſuetū ⁊ facilē: ⁊ angelis natura parē: cōtra crudelior ⁊ imꝓbior factꝰ es. Sanguinē guſtaſti dn̄icū: ⁊ fratrē tuū nō agnoſcis? Qua venia dignꝰ es? ꝙ ſi ante nō agnouiſſes: ex huiꝰ mēſe occaſiōe agnoſcere debueras. At vero mēſe honorē detrahis: quū eū q̄ dignꝰ eſt: vt tāte mēſe ſit particeps tu etiā epulis tuis īdignū putas. Nō audiſti quanta paſſus ſit is q̄ centū denarios a conſeruo repetijt quō mille talentoꝝ ſibi facta a dn̄o largitione ſubinde priuatꝰ eſt. Nō aduertis q̄ ſis: nec vn̄ ſis genitus: q̄s factꝰ ſis: neqꝫ teip̄m recognoſcis: q̄ virtute atqꝫ officio longe paup̄ior es his q̄ pecunia paupes ſunt: infinitis p̄ſſus onuſtuſqꝫ delictis: hec tn̄ omia abs te deꝰ expulit: ⁊ mēſa eiuſmōi dignū fecit. Tu vero in fratrē tuū exuta ꝓrſus humanitate nihil flecteris. Quid ergo aliud ſup̄eſt? niſi vt tortoribꝫ iure tradaris? Hec verba intēti audiamꝰ oēs q̄ nunc vna cū pauperibꝰ ad hāc mēſam accedimꝰ. Et mox exeūtes paupes nō aſpicimꝰ: ſed eos eſurientes: ſaturi atqꝫ ebrij p̄terimꝰ: quo crimine eo tempore potiſſimū corinthij culpabant. Et qn̄ dicet quiſpiā hoc euenit? Sane quidē ſp: ſed in diebꝰ feſtis ac ſolēnibus maxime: tunc quū maxime id fieri nō deberet. Enīuero tunc poſt cōmunionē cōfeſtim ebrietas: et paupeꝝ deſpectꝰ excipit: ⁊ quū ſumpto xp̄i ſanguine: tempꝰ ſit ſobrietatis atqꝫ ieiunij: in petulantiā / laſciuiā / debachationēqꝫ ꝓlaberis: ꝙ ſi bonū quēpiā cibū ſumpſeris: teip̄m oportune obſeruas: ne alterū cibū q̄ malꝰ ſit accipias: ⁊ priorē poſteriore corrumpas. At vo ſpiritalibus cibis aſſumptis ſathanicas delitias ſup̄inducere nō dubitas. Cōſidera quid poſt cenā illā egerint apoſtoli: nōne ad orationes ⁊ diuinas laudes reuerſi ſunt? nonne in ſacras illas excubias addicti? nōne in longā illā / ⁊ multa philoſophia refertā diſciplinā deſcenderūt: magna enī illa ſubinde atqꝫ admirāda xp̄s p̄cepta diſſeruit dū aduocādos illos qui cū crucifixuri erāt iudas ꝑrexiſſet. Nonne audiſti quo pacto illi tres mille credentes: cōmunione ſuſcepta: ſemꝑ erant oratiōi deſeruiētes ⁊ diſcipline: nō ebrietati aut impudicitie. Tu aūt anteq̄ꝫ ſuſcipias ieiunio ⁊ abſtinētia vteris vt cōmunione dignus prodeas: quū aūt ſuſceperis vbi potiſſime omnis modeſtia ſeruāda eſt / ſoluis / et precipitas oīa: alioquin nō cōuenit ante cōmunionē ſeruare ſobrietatē. Sumpta vero cōmunione nō idē facere? Decet enī in vtroqꝫ tempore ſeruare modeſtiā: maxime vero vbi ſponſus exceptus eſt: ante enī q̄ꝫ exceperis: vt dignus ſis / eo ꝙ excepturus es ⁊ poſtea q̄ꝫ excepiſti: ne indignꝰ videaris eius qđ exceperis. Quid ergo inquies ſumpta cōmunione ieiunādū eſt: nō hoc dico: nō te ad hanc neceſſitatē impello: quanq̄ꝫ id honeſtū eſt: vt id facias nō cogo: ſꝫ ne in delitijs ſiue ſatietate verſeris admoneo. Si q̄ id nullo tp̄e fieri cōuenit: ⁊ id paulꝰ oſtendit dicēs Mulierē q̄ in delitijs verſat / viuentē eſſe mortuā: multomagis tūc morietur. Si eī mulieri delitie mors eſt: multomagis viro. Q; ſi hoc crimē alio vllo tp̄e nos īterimit: multomagis id poſt ſacroꝝ miſterioꝝ cōmunionē eueniet. Tu ꝯ̄ vite panē accipiēs: opus mortis efficis: ⁊ nō horres: neſcis quāta ex delitijs mala ꝓueniūt: riſus ītēpeſtiui: īordinata colloq̄a: indecētes ⁊ ꝑniciei plene facetie: nuge inutiles. Poſtremo alia cōplura: q̄ vel referre turpiſſimū ē: ⁊ hec facſ mēſe xp̄i cōuiua futurꝰ. Ea p̄ſertim die: q̄ carnē eiꝰ lingua cōtingere dignꝰ effectꝰ es: igit vt hec tibi nō accidāt inſtrue dexterā linguā et labia: que in te ad ingreſſum chriſti: veluti veſtibula facta ſunt: cōſidera tempus quo accedis: ⁊ a ſenſuali menſa cōparationē faciēs ad diuinā illam cenā mentis oculos intende: ad cenā dico domini: ad vigiliam diſcipuloꝝ, ad noctē illā ſacrā: quinimo ſi q̄s diligentius inqui



rat in preſentiarū vera vox eſt. Vigilemus igit cum dn̄o / cū diſcipulis cōpungamur: tp̄s oratōis eſt: nō ebrietatis: ſemꝑ id quidem: ſed in diebus ſolēnibꝰ potiſſime. Nanqꝫ ſolennitates ⁊ feſta ideo inſtituta ſunt: nō vt turpitudini ſeruiamꝰ: nō vt delicta congregemus: ſed vt illa prorſus abijciamus. Et q̄ꝫq̄ꝫ fortaſſe hec fruſtra dico: nō ceſſabo dicere: licet enim non omnes dicto obedientes eſtis: non tamen oēs obauditis: ꝙ ſi etiam omnes obaudientes vos mihi preſtiteritis: maior mihi merces eſt ⁊ vobis iudiciū maiꝰ. Ne igit malū hoc vltra ſerpat: rurſum nō ceſſabo dicere: fortaſſe enī fortaſſe vos vi aſſiduitatſ accēdā: iccirco vos ſuadeo: ne in noſtrū iudiciū hec faciamus. Nutriamus chriſtū / potū demꝰ chriſto: induamus chriſtū: hec menſa illa celeſti digna ſunt opa: audiſti ſacras laudes: vidiſti ſpiritales nuptias: conuiua factus es menſe regalis: ſpirituſctō repletus es. Egiſti vna cum ſeraphin leta tripudia: cū ſupnis poteſtatibꝫ ſocietatē inijſti / tantā leticiā non ꝓijcias. Tantū theſaurū non effundas: ne ſupinducas ebrietatē: q̄ oīs triſticie mater eſt: ⁊ diaboli leticia: que infinitoꝝ maloꝝ cauſa eſt: hinc ſopor morti ſimillimus: hinc capitū grauedines: hinc egritudines: hinc obliuio et imago cadaueris: ꝓculdubio ſi ſe tibi amicus quiſpiā obuius facturus eſt: vinolentus eſſe nō velis. Dic mihi cū chriſtū intus habeas: audes in ebrietatē ꝓlabi? At q̄ dices: amo delitias / Nū igit ceſſare potes temulētia? ego quoqꝫ in delitijs volo vſari: ſꝫ ī veris delitijs ⁊ q̄ nullis vnq̄ꝫ tp̄ibus emarceſcēt? Que ſūt vere delitie? Que ſp in floreſūt. In cōuiuiū xp̄m cōuoca: da illi: q̄ tua: imo ſua ſūt. Hoc ſempiterne / ſempqꝫ floride voluptatis eſt. At nō ſunt iſta ſenſibilia / que ſimul / cū apparēt euaneſcunt: vnde ⁊ qui delicate vixit: nihil melius: immo aliq̄d peius cōſecutus eſt eo: qui in delitijs non vixerit: hic enim tanq̄ꝫ in portu ſedet: ille in torrente quodā: ⁊ obſidione egritudinū receptus: tempeſtatē hanc ferre nō poteſt. Ne igit hec nobis accidāt: modum et temperantiā ꝓſequamur. Sic enī futurum eſt corpus rite diſpoſitū: et aīa in tuto collocabit: et preſentibus / futuriſqꝫ malis abſoluemur: quibus liberati: regnū celeſte cōſequi valemus: gratia ⁊ clementia domini noſtri ieſu chriſti: cui ſit gloria in ſecula ſeculoꝝ Amen.

## Prefatio fratris ambroſij florētini

ordinis camalduleñ. in beatū Joannē chriſoſtomū epiſcopū conſtantinopolitanū: aduerſus vituperatores vite monaſtice: Domino amantiſſimo ac merito venerabili patri Mattheo.

Exegiſti a me iure tuo ſenex optime / atqꝫ ſuauiſſime: vt exercitij cā: aliq̄d ſacrarū lr̄arū ex greco ꝯuerterē. Aiebas enī fore optimi auſpicij ſi huiuſce monumētis p̄mitias ſtudioꝝ meoꝝ ꝯſecrarē facturūqꝫ rē cōuenietiſſimā: voto / ⁊ īſtituto meo: ſi nō minꝰ ſtudij: ope ⁊ diligētie in transferēdis noſtratis philoſophie magiſtris oſtēderem: q̄ꝫ feciſſent etate noſtra / hodieqꝫ facerēt / nonnulli clariſſimi atqꝫ doctiſſimi viri familiares nr̄i in conuertēdis / externe ſapiētie auctoribꝫ. Ego itaqꝫ ⁊ ſi viris illis / ingenio / doctrina / ſtudio: lōge inferior ſim / nullaqꝫ his ratiōe cōferendus: nihil tamē mihi minus integrū exiſtimaui / q̄ꝫ votis tuis tueqꝫ adeo rationabili deeſſe poſtulationi / negotiūqꝫ iſtud trāſferendi / fretus iuſſione / atqꝫ auctoritate tua: vtinā tam fauſte ⁊ feliciter / q̄ꝫ prompte ⁊ obtēperāter aggreſſus ſum. Sed cū aliquid trāſferre cuperē: qđ ꝓpoſito nr̄o ⁊ vite inſtituto maxime cōduceret / opus egregiū offendi beatiſſimi Joannis conſtantinopolitani epiſcopi: cui chriſoſtomi cognomē oratio aurata dedit: tres in libros diſtinctū. Quo in opere ſummus ille vir philoſophiā noſtrā contra vituperatores ⁊ derogatores / oēs ita magnifice / tātaqꝫ vel orationis dignitate / vel argumentoꝝ vi / vel ſentētiarum vbertate tuetur: vt oībus poſt hac maledicis ora perpetuo ſilentio obſtruxiſſe videat. Id igit eo libētius cōuertere inſtitui / quo noſtris ſumme ſpei adoleſcētibus / atqꝫ oībus vbiqꝫ monachis ſummo et ſolatio et vſui fore arbitratus ſum: cū illi cauſam ſuam animaduerterint a p̄ſtantiſſimo viro ante mille annos / tanta vel cura ſuſceptā / vel elegantia / et vbertate defenſam. Preterea plurimorū qui vite p̄ſentis cōmodis ⁊ voluptatibus addicti: monaſtice vite inſtituta carpere nō deſinūt / hoc ſtudio ⁊ labore noſtro vel reprimendā audaciā / vel inſtruendam ignorantiā putauimus. Eſt enī incredibile quantū negocij / quid moleſtiarū ab eiuſmodi hoībus perpeti cogamur: quantūqꝫ illi nobis obſtrepāt / ſi quando illoꝝ liberos / aut propinquos / aut alia aliqua ex parte neceſſarios: chriſti ſe milites ꝓfiteri / atqꝫ in eius ſacramēta iurare cupientes / in noſtrū cetū admiſerimus. Quod itē fere monaſterijs oībus et religioſis cōgregatiōibꝫ ꝯtingit. Quoꝝ in manꝰ libri iſti ſi inciderint / nō nihil de irrationabili furore ⁊ incōſultiſſima indignatiōe remittēt / ⁊ niſi fuerint penitus excordes / manus etiā fortaſſis dabunt: cū viderint ſe tot ⁊ tam varijs doctiſſimi viri rationibus concluſos et circūſcriptos. Tu itaqꝫ mi ſenior optime atqꝫ iocundiſſime / hos libros ita leges: vt ab ingenio parū exercitato traductos memineris. In q̄bus ſi quid incōcinnius dictū offenderis: offendes aūt plurima: imperitie interpretis imputes velim. Neqꝫ enī tantū mihi arrogo / vt putē me eloquētiſſimū virū pari orationis luce transferre potuiſſe. Immo vo non ambigo: quin illū ſeſe longe inferiorē / in lingua nr̄a videri fecerim / cū in ſua: hoc eſt in greca incredibili facilitate ⁊ vbertate fluat. Quibꝰ ego in rebus illū / ſi vt erat optimi officiū interpretis imitari nō potui / tibi in primis pater optime imputare debebis: q̄ immemor viriū noſtrarū: eaſqꝫ amore potius q̄ꝫ ratione metiēs / rem doctiſſimoꝝ hoīum ab imperito requiſiſti. Ego enī cum tuā iſtā iuſſionem mihi minime ſpernendā / ſeu detrectandam arbitrarer / malui in me eloquētiā deſiderari / q̄ꝫ fidē. Eſſet enī profecto parū grati ⁊ minime officioſi animi / huiuſmodi abs te iniunctū munus recuſare: cum grecas ipſas / latinaſqꝫ litteras: tuo potiſſimū beneficio et auxilio ſim conſecutus. Cordi vo eſt: ſi hoc exercitatiōis genꝰ gratū tibi eſſe cognouero: ſiqꝫ tua fuero auctoritate ꝯfirmatꝰ: gratiuſqꝫ otio nr̄o cōſulueris nōnulla etiā eiuſdē viri monumēta: ſunt aūt fere innumerabilia ſilꝫ ſtudio ac labore cōuertere: tuoqꝫ dicare noī vt hoc vel minimo officio incredibili in me amori tuo ſatiſfaciā. Ita tamen vt pro iſto qualicūqꝫ labore meo: ampliſſimū ſemꝑ orationū tuarū munus abs te repoſci intelligas.

## Beati Joannis chriſoſtomi epi⸗ ſcopi conſtantinopolitani: aduerſus vituperatores vite monaſtice Liber primus.

c Um templũ illud peruetuſtum ⁊ percele⸗
bre/ qđ hieroſolymis fuerat/ multis an⸗
nis euerſum/ atq; ſolo adequatũ/ longiſ⸗
ſima captiuitate redeuntes erigere/ atq;
inſtaurare hebrei cuperent: tum ꝟo feri quidam/ ac
barbari/ immaneſq; hoĩes: quos neq; tante virorũ
cladis miſericordia vlla ſubierat: ex qua ſero ſe tan⸗
dem/ vireſq; receperant/ neq; diuine aĩaduerſionis
metus admonuerat/ que ſolet eiuſmodi audaces ac
facinoroſos e veſtigio ſubſequi. Primũ quidem per
ſeipſos nitebant̃ cepte eos edificationis ſtudijs ar⸗
cere. Cũ ꝟo nihil proficerẽt/ datis ad regẽ ſuũ litte⸗
ris/ in quibus ciuitatẽ illã defectionis/ nouarũq;
rerũ ſtudioſam: ac bellicis rebus aſſuetã appellabãt
perſuaſerũt tandẽ/ vt ſibi eiuſce impediẽdi edificij fa
cultas oĩs permitteret̃. Hac igitur accepta poteſta
te/ cũ ingenti equitũ manu viros adorſi/ interrupe⸗
runt opus interim ⁊ elati inquit ea victoria gloria⸗
bant̃ iniqua: ſi quid ſibi cordis fuiſſet/ ingemiſcere/
ac lugere debuerãt: nihilq; poſthac eiuſmodi moli⸗
turos arbitrabant̃: verũ id erat profecto exordium
quoddã/ atq; principiũ eoꝝ q̃ ſepe ꝓtinus apprehẽ⸗
ſura erant maloꝝ. Opus enĩ illud ꝑficiebat in dies
egregioq; ſucceſſu ⁊ p̃claro fine claudebat̃. Tũ inte⸗
rim illi didicerũt: ac ꝑ illos vniuerſi: ꝙ nõ hoĩes ꝑfe
cto oppugnare prexerãt: neq; mitridates mõ tunc/
aut ali⁹ q̃ſpiã: ſed quiſq̃s oĩno eis hoĩbꝫ aduerſus/
infeſtuſq; eſſe maluerit: q̃ boni aliq̃d agere inſtituũt
ipm potiſſimũ q̃ per illos honorat̃: deũ oppugnare
cõtendũt. Is aũt q̃ aduerſus deũ bellare inſtituit:
clemẽtiori fine deſinere nunq̃ penitus valebit: aut
is q̃ eiuſmodi eſt: initio q̃dẽ facinoris/ nihil fortaſſe
patiet̃ mali: deo illũ ad penitẽtiã vocãte/ atq; admo
nẽte/ veluti ex quadã ebrietate reſipiſcere. Sin ꝟo
in hac amẽtie ſue temeritate ꝑſtiterit: nihilq; ex tãta
clemẽtia diuine patiẽtie fuerit lucrat⁹: certe vł alijs
ſũma cõferet emolumẽta/ pena ſua erudiẽs/ atq; ad
monẽs: nunq̃ prorſus vlla ex ratiõe aduerſus deũ
pugnare inſtituere: ꝙ ĩpoſſibile ſit/ excelſam illã in⸗
uictãq; effugere manũ: deniq; eiuſmodi ſtatim illos
apphẽſos inuoluerũt clades: q̃ magnitudine ſua tra
gedias oẽs vincerent. Poſt enĩ ingentẽ illã ſtragẽ:
atq; inumeras cedes: q̃s in illos eorũ/ q̃ tũc ꝓhibe⸗
bant̃ exercuere man⁹ madeſcebat altiſſime ceſoꝝ ſã⸗
guine infecta hum⁹: lutiq; plurimũ ex eo cruore gi⸗
gnebat̃. Corporibꝫ aũt equoꝝ/ atq; hoĩum ſimł mi⸗
xtis/ eorũq; vulneribꝫ inuicẽ ſe tãgentibꝫ/ atq; cõpri
mẽtibus/ tãta vermiũ: tãq; incredibilis multitudo
gignebat̃: vt cũ terra multitudine cadauerũ opiret̃:
hec eadẽ rurſus vermibꝫ abſcõderent̃. Diceret ꝑfe⸗
cto qui tũc locũ illũ vidiſſet/ nõ inferi⁹ ſubiecta mor
tuorũ corpora: verũ fontes eſſe q̃plures/ plurimis
ex locis emanãtes/ gen⁹ illud animantiũ: adeo omi
inundatione vehemẽtius ex putredine illa exunda⸗
bat ingens vermiũ vis. Atq; id nõ ꝑ dies decẽ/ aut
viginti factũ eſt: ſed per plurimũ tpis. Et ea quidẽ q̃
hic ꝑpeſſi ſunt: eiuſmodi fuere: que ꝟo illos in futu⸗
rũ manẽt longe his acerbiora ſunt/ et diriora. Neq;
enim mille annis/ aut decẽ milibus: non bis/ terq;
totidẽ: ſed infinitis ſeculis: animata tũc corpora tor
mẽta illa cruciatuſq; ſempiternos ſuſtinebũt. Que
quidẽ vtraq;: tum eſaias beatiſſimus/ tum admira
biliũ viſionũ ſpeculator ezechiel nouit. Qui eiuſmo
di hominũ inter ſe diſtribuẽtes cruciatũ: alter qui⸗
dem p̃ſentis tẽporis: alter ꝟo futuri ſupplicia pro⸗
ſecuti ſunt. Atq; ego horũ non fruſtra nec ſine certa
ratiõe modo mẽtionẽ feci. Nam ꝑfectus ad me qui⸗
dã mihi admodũ familiaris: nunciũ attulit plenum
amaritudinis/ anxietatis: meroris: atq; ingẽtis ad
uerſus deũ cõtumelie. Quoſdã enĩ eſſe hoĩes quiho
dieq; fere eadẽ/ ac prorſus ſimilima barbaris illis
facinora auderẽt: quin multo quoq; ĩmaniora. Eos
enĩ q̃ ad philoſophiã hortari pergũt: vndiq; exagita
re/ expellere/ exterminare: eiſq; ſub ingentibus mi⸗
nis interdicere: neq̃d oĩno tale vnq̃/ aut loqui/ aut
docere aliquẽ p̃ſumant. Hec ego cũ audiſſem/ vehe
menter cõmotus exclamaui ꝓtinus: cũq; qui iſta ꝑ⸗
ſecutus fuerat ſollicite/ ac ingi interrogatione cõpel
labam: ludo ne (vt ſepe fit) an ſerio iſta loqueretur:
Minime ꝟo inquit ille. Nunq̃ enĩ ioco iſta confin
gerẽ/ aut loquerer que plurimi redemiſſem: votiſq;
oĩbus exoptauiſſem: ne nũc quidẽ quãdo facta ſunt
vel ſola aure percipere. Tum ꝟo ſummo dolore affe
ctus: atq; acrius ingemiſcens iſta inq̃ profecto tan
to ſceleratiora eis ſunt q̃ mithridates: illiq; omnes
peccauerunt: quãto templũ hoc noſtrũ illo eſt puri⁹
honeſtius/ ſanctius. Sed qui nam iſti queſo te aut
vnde ſunt: qui talia preſumũt: Ut q̃d quaue ex cau
ſa: vel ad quẽ finẽ reſpiciẽtes: lapides in ſublime ia⸗
ciunt: telaq; in celũ iaculant̃: atq; aduerſus deũ pa⸗
cis pugnare cõtendũt: Sameas enĩ et pharathei et
aſſiriorum principes/ oẽſq; reliqui ⁊ barbari erant:
quod ex ipſis nominibus manifeſtũ eſt: ⁊ lõge alijs
q̃ iudei moribus degebant/ nolebãtq; vicinos/ ad⸗
iunctoſq; ſibi hoĩes multiplicari q̃ illorũ vires fore
vt ſuam potentiã obſcurarẽt/ atq; deijcerẽt arbitra
rentur. At ꝟo iſti quanã ſibi adempta/ ſeu ĩminuta
libertate: quanã ſublata quiete/ ac tranquillitate/
quibuſue principibꝫ nixi tale facinus admittere au
ſi ſunt: Illi enĩ perſarũ reges habuere: quorum au⸗
ctoritate/ atq; cõſilio iſta gerebãt: at ꝟo noſtri cõtra
ria his penitus: vt mihi quidẽ ipſi perſuadeo: ⁊ cu⸗
piunt et optãt. Itaq; vehemẽs me tenet heſitatio:
ꝙ regibus ſub pietate degẽtib⁹: hec tu tã nepharia
ſcelera medijs in ciuitatibꝫ fieri aſſeris. Quid ꝟo in⸗
q̃t ille/ ſi his quoq; mirabiliora didiceris: Ipſi enĩ
illi q̃ iſta pagũt ⁊ pios ſe videri volũt/ et chriſtianos
appellari. Plurimi aũt ex his iã etiã initiati ſunt.
Audiui ego ex eis quendã diabolico ſpiritu vehemẽ
ter inſtitutũ: qui lingua ſua illa inquinatiſſima atq;
nepharia ſe a fide receſſurũ ⁊ idolis immolaturũ di⸗
cere auderet: dirũpi enim ſe/ ac pene ſuffocari iracũ⸗
dia intuentẽ hoĩes liberos/ nobiles/ copijs oĩb⁹ lo⸗
cupletes/ vitãq; delitijs plenã degere valentes: ad
hãc ſeueritatẽ vite/ duritiãq; ꝓpoſiti abduci atq; no
lentes pertrahi. Tũ ego his auditis: acerbiori atq;
diriori vulnere ꝑcuſſus ſum: et ex hoc vno/ mala iã
oĩa conijciens: orbem ſimul flebã vniuerſum/ atq;
ad deum ipſum conuerſus dicebã: Tolle aĩam meã
a me: ⁊ de neceſſitatibus meis erue me: et ex hac vi⸗
ta morti obnoxia libera me: atq; ad illũ locũ trãſfer:
vbi nec ali⁹ alijs quicq̃ eiuſmodi loquet̃: neq; ipſe
loquentẽ audiã. Noui equidẽ/ ꝙ hinc excedentẽ ex⸗
teriores excipient tenebre: vbi fletus ingens erit/



ac ſtridor dentiũ. Uerũ mihi longe iocũdius et gra⸗
tius eſt/ dẽtes audire ſtridẽtes: q̃ iſta verba reſonã
tes. Uidẽs aũt me ille vehemẽtiſſime lugẽtẽ: ac aĩo
merore cõfectũ nõ inq̃t hec mõ tps poſcit: neq; enim
his lachrymis eos q̃ iã perierũt/ ⁊ quottidie pereũt
recuꝑare/ vnq̃ poteris: nec enĩ reor pernitiẽ iſtam fi
nem habiturã. Magis ꝟo qđ nr̃e partis mun⁹ eſt
ꝓuideamus diligẽter/ quatenus rogũ iſtum extin⸗
guamus: finẽq; peſti tam immani ſtatuamus. Ex ſi
mihi morẽ gerere volueris: his fletibus omiſſis: lit⸗
teris tuis eos oẽs admonebis: q̃ eiuſmodi ſũt: quiq;
contra ſuã/ cunctorũq; ſimul hoĩum ſalutẽ ſeditiõis
turbines excitãt. Atq; ego hoc aſſumpto libro medi
caminis cuiuſdã vice eiuſmodi hoĩbꝫ legendũ tradã.
Sũt enĩ mihi ex his/ pleriq; cõiuncti in amicitijs: q̃
patiẽter ⁊ ſemel ⁊ bis ⁊ ſepius ꝑlegẽt/ atq; celeriter
vt certus ſum/ hac liberabunt̃ peſte. Tu quidẽ inq̃
charitate tua vires etiã metiris nr̃as: mihi ꝟo nulla
fere vis dicẽdi ineſt/ ⁊ ea que ineſſe videt̃: in hac p̃ſer
tim materia vti vehemẽter piget. Uereor enĩ cũ cete
ros: tũ maxime gẽtiles oẽs: quiq; mõ ſunt: et q̃ poſt
hac futuri ſunt: quoꝝ ego nõ ſegnius vite/ morũq;
negligentiam/ q̃ doctrine ꝑuerſitatẽ ſemꝑ arguere:
⁊ carpere ſolitus: timeo ne ipſi noſtra ꝑ me modo do
ceant̃ mala. Nam ſi qui ex illis forte ꝑſenſerint eſſe
apud chriſtianos quoq; genus hoĩum adeo virtuti
ac philoſophie inimicũ: vt nõ modo eius grã labora
re negligãt: verũ ne vllũ quidẽ verbũ de his fieri ſi⸗
nant: nec iſto ſaltem inſanie furore contenti: ſiq̃s hec
cõſulere vel loqui ꝑrexerit: hũc exagitẽt: hũc vndiq;
exturbẽt. Hec inq̃ illi ſi cõpererint: vereor ne tan⸗
dem hoĩes quidem nos eſſe exiſtimẽt: ſed feras/ bel⸗
uas/ ac portẽta horrẽda/ humane forme lineamẽtis
adũbrata: demoneſq; iniquiſſimos: atq; nature cõ⸗
munis inimicos: nec de his modo qui rei ſunt: verũ
de vniuerſa gente nr̃a hanc ꝑfecto ſententiã ferent.
At ille ridẽs ludis ipſe plane inquit iſta dicẽs. Ego
enim tibi nũc oportunius lõge narrabo: atq; como
dius/ teq; iſta cura leuabo: quãdoquidẽ tu vereris/
ne ex verbis tuis id addiſcãt: qđ dudũ ex operibus
ipſis vniuerſi didicerũt. Nam veluti nequiſſimus
aliquis ſpũs oĩum ſimul aĩos occuparit atq; reple⸗
uerit: per cunctorum ora hec fabule ſermoneſq; ver⸗
tunt̃. Siue enĩ in forũ irrupis/ eam contionẽ offen⸗
des aſpicieſq; vel in tabernis medicorũ/ vel in qua⸗
libet vrbis parte/ vbi ſedẽ habere ſolẽt hi/ qui nihil
operari volũt/ ingentẽ riſum ab oĩbus moueri: ri⸗
ſus aũt huius ⁊ comedie ratio/ ac materia oĩs eſt eo
rum q̃ aduerſus ſctõs viros geſta ſunt: iocũda/ ac fe
ſtiua narratio. Ut enĩ generoſi quidã atq; inſignes
bellatores: qui multas pugnas cõfecerint: hoſteſq;
ſepius fuderint: geſta ſua fortia narrare gaudẽt: ita
et iſti in ſuis facinoribus geſtiũt: hiſq; ornari ſe pu⸗
tant. Deniq; audies hunc dicentẽ: Primus ego ma
nus in illũ monachũ inieci: eumq; verberib⁹ affeci.
Alius ꝟo refert: at ego ante alios illius cellulã in⸗
ueni. Econtra alius: ego ꝟo oĩbus magis iudicem
aduerſus illũ cõcitaui. Alius carcerẽ/ carceriſq; ſup
plicia ꝓſequit̃: quodq; per forũ ſanctos dei traxerit:
laudis in parte cõſtituit. Alius itẽ aliud. Deinde ſil'
oẽs cachino ſublato ſuꝑ his gaudent/ exultãt/ triũ
phant. Atq; hec quidẽ in cõſeſſibus chriſtianorũ fi⸗
unt. Gentiles ꝟo ⁊ hos irridẽt: ⁊ qui ab his irriden
tur. Hos quidẽ ꝙ inique egerint: illos aũt ꝙ male
affecti ſunt: cunctaq; prorſus quaſi inteſtino quodã
bello cõpleta ſunt: quin multo quoq; iſtud atrocius
bellũ q̃ illud eſt. Nam q̃ bellum illud bellauerint:
quotiens eius poſtmodũ illis in mentẽ venerit: eos
qui id mouerũt: auctoreſq; fuerũt ciuilis diſcordie/
maledictis omnibus inſectãtur/ malaq; illis impre
cantur: oĩa demoni cuidam iniquiſſimo cũcta/ que
in illo geſta fuerint/ accepta referunt. Et ibi quidẽ
tanto ampliore quiſq; ſuffunditur pudore: quanto
maius/ q̃ ceteri facinus aliquod admiſerit. Iſti au
tem ſuo ſcelere atq; audacia ſe ornatos exiſtimant.
Neq; iccirco tantũ hoc bellũ illo ſceleratius: atq; fu
neſtius eſt: ꝙ aduerſus ſanctos ⁊ innocẽtes viros:
⁊ qui neminẽ penitus iniuria laceſſierint fit: verum
qđ aduerſus eos fit/ qui nulli nocere/ aut male face
re nouerũt: pati ꝟo tantũmodo parati ſunt. Tũ ego
cohibe inq̃ te queſo cohibe: ſatis enim eiuſmodi nar
rationes: atq; nimiũ etiam hauſimus. Efficiã profe
cto/ que iuſſiſti: ſi nõ oĩno expirandũ fuerit: ſiq; vel
parum/ virib⁹ reſumptis/ hinc abire licuerit: tu tã⸗
tum nihil nobis amplius eiuſmodi enarres: ſed abi
ens precare/ vt diſiecta atq; diſſipata meroris nebu
la momenti aliquid/ atq; adminiculi accipiã ab illo
qui oppugnatur deo/ in eorũ qui ſe oppugnant me⸗
dicinã atq; ſanitatẽ. Dabit autẽ id penitus quippe
clementiſſimus cum ſit: maliteq; cõuerti peccatores:
ac viuere/ q̃ emori. Sic itaq; illo a me dimiſſo: ſcri
bẽdi negotiũ hoc protinus arripui. Nempe enim ſi
hoc tantũ malũ eſſet: atq; in eo totius rei cardo ver⸗
ſaretur: ꝙ ſancti illi/ atq; admirabiles viri trahe⸗
rentur/ affligerent̃/ excruciarent̃/ necarent̃: deniq;
abducti ad iudicia atq; ceſi/ ceteraq; id genus ꝑpeſ⸗
ſi: que modo enarraui/ nullũq; ex his detrimentũ
in eorũ conuerteretur caput/ qui eiuſmodi facinoro
ſi ſunt: in tantũ abeſſet: vt in his dolore aliquo: aut
merore cõmouerer: vt etiã iocundiſſime/ atq; vber⸗
tim riderẽ. Nam et infantes pueri quotiẽs quidem
ſine ſuo periculo feriũt matres: riſum illis vel copio
ſiſſimũ mouent: quãtoq; vehemẽtiore cum iracũdia
percuſſerint: tanto maiore illas voluptate afficiũt:
ita vt effundant̃ ſepius/ atq; incuruent̃ et pene di⸗
rumpant̃ riſu. Sin ꝟo dũ id iugiter infans/ ac va⸗
lidius facit: vulneretur aliquando ſiue acu circa zo⸗
nam tunice matris affixa/ ſiue gladio maternis pe⸗
ctoribus appenſo/ feriẽtis manũ excipiente: tũc ꝟo
tunc omiſſo riſu mater maiore/ q̃ is qui vulnerat⁹
fuerat atq; acriore dolore conſtringitur: et interim
quidẽ curat/ fouet/ atq; alligat vulnus: ex hinc ꝟo
maximis minis/ neq̃d iã tale agat: interdicit: ne rur
ſus patiat̃ eadẽ. Itaq; ⁊ nos ⁊ id ipſum feciſſemus:
ſi puerorũ hanc eſſe iracundiã conſpicerem⁹: aut eſſe
hanc infantiũ plagam: nec ſummã illis perniciẽ in⸗
ferentem. Quoniã vero poſt modicũ/ et ſi ipſi modo
non ſentiant furore ſcilicet/ atq; amentia precipites
ingemiſcent/ flebũt ⁊ lamentabuntur: nec eiuſmodi
fletum flebũt/ cuius infantes pueri: ſed eum qui in
exterioribus tenebris/ igniq; inexti guibili agitur/
paria item matribus faciam⁹: hoc tantũ ab eis dif⸗
ferentes: ꝙ nos non cum interminatione/ aut iniu
ria/ vel cõtumelia/ vt ille faciunt: verũ blandiſſime
ſummaq; cũ lenitate ac manſuetudine pueros iſtos
alloquemur. Nẽpe ꝙ ſancti illi viri nihil ex huiuſ⸗
modi ledantur: nihilq; omnino detrimenti patian
tur quinimmo/ et merces illis copioſior et fiducia

maioꝛ augeatur: ſi quidē futura bona adduxerimꝰ
in mediū atqȝ ex his trahere argumēta voluerimꝰ:
affatim foꝛtaſſe ridebitis: q̄ppe qui eiuſmodi riſum
ſemꝑ ex inſtituto veſtro ridere ſoleatis: his tamē/ q̄
ante oculos ſunt/ que tenent̃/ pꝛofecto creditis: etiā
ſi milies ridiculoſi eſſe ꝓſtiteritis: neqȝ enī his fidē
nō habere poteritis/ ne ſi volueritis quidē reb⁹ ipis
ita eſſe clamantibus. Neronē pꝛoꝛſus ex fama noui
ſtis: vir enī impudicitia/ ſceleribuſqȝ omnibus inſi-
gnis fuit: pꝛimuſqȝ ac ſolus in tāto imperij culmi-
ne: nouos quoſdā laſciuie/ flagitij/ atqȝ turpitudi-
nis modos excogitauit/ exq̄ſiuit inuenit. Hic itaqȝ
Paulo beatiſſimo (vno enī/ eodēqȝ tēpoꝛe vitā iſtā
angebant) eiuſmodi ac pꝛoꝛſus ſimillima crimina
obijciens his q̄ vos modo ſctīs viris obijcitis. Pel
licē enī eius: quā ille deperibat atqȝ in delitijs habe
bat: cū induxiſſet fidei ac religionis ſacramēta ſuſci
pere: ꝑſuaſerat vna inceſtū illū impurūqȝ cōgreſſum
declinare: hec inq̄ȝ ille crimina obiectans: coꝛrupto-
rēqȝ nequā/ flagitioſum atqȝ nebulonē ⁊ his ſimilia
q̄ vos modo perſtrepitis/ Paulū vocitans/ pꝛimū
quidē cōiecit in vincula: cum ꝟo vt puelle eiuſce mo
nita/ atqȝ ꝯſilia dare deſineret/ illi ꝑſuadere nō poſ-
ſet/ necauit tandē. Quid igit̃ ex hoc vel detrimenti
ei contigit/ qui paſſus eſt moꝛtē: vel emolumēti ei q̄
intulit moꝛtē? Immo vero quid nō emolumēti fuit
tunc necato Paulo: quid nō detrimēti necanti nero
ni? Nōne vt ꝑſentia tantū interim loquar: alter ex
his vbiqȝ per oꝛbē terrarū canit̃/ atqȝ laudat̃: alte-
rius ꝟo/ tanq̄ȝ re vera coꝛruptoꝛis/ perditiſſimiqȝ/
ganeonis/ demoniſqȝ cuiuſdā ferociſſimi nomē car-
pitur/ pꝛobꝛiſqȝ oībus apud omnes afficitur: ea ꝟo
que in futurū contingent: ⁊ ſi vos minime credatis:
ꝓpter eos tamen/ qui credunt/ neceſſe eſt me dicere
q̄ȝ ex his que coꝛā ſunt/ que vident̃/ illis etiā cre-
dere debueratis. Verū vos quoq̄ aio iſta acceperi-
tis/ dicent̃ a nobis/ nec occultabunt̃. Quenā ergo
illa erūt? Infelix quidē ille et miſerrimꝰ/ ſqualoꝛe/
ac ſoꝛdibus obſitus/ cōfuſioniſqȝ caligine repletus
merēs/ triſtis/ demiſſus/ anxius: eo abducet̃/ vbi
vermis imoꝛtalis ē igniſqȝ inextinguibilis. Paulꝰ
ꝟo btiſſimꝰ ingēti cū glīa/ atqȝ cōfidētia: ad ipm aſta
bit imperatoꝛis ſoliū/ clariſſimo fulgoꝛe radiās: tā-
taqȝ amictus/ ac tā inſigni claritate/ vt angelis ipis
atqȝ archāgelis in nullo inferioꝛ ſit: tātāqȝ recipiet
mercedē: quantā recipe par eſt hoīem: q̄ ꝓ deo deiqȝ
legibus/ ac ſcitis: ſeipm atqȝ aīam ſuā deuouerit/ ex
poſuerit/ dederit. Itaqȝ enī ſe res hēt. Parata q̄dē
eſt his/ q̄ ſe in recte factis exercent: ingēs p̄mioꝝ re
tributio: maioꝛ tn̄ ea fit/ atqȝ auctioꝛ quotiēs hi qui
bona iſta opant̃ etiā ꝑicula ſubierit: neqȝ fuerint vl-
la ignominia/ vlloqȝ dedecoꝛe q̄ minꝰ id qd̄ recte in
ſtituerāt/ ꝓſequant̃ ipediti. Nā et ſi recte quodlibet
factū equale ſit/ eiqȝ q̄ ſine laboꝛe ꝑfecerit: honoꝛes
tn̄ atqȝ coꝛone pares ꝓfecto nō erūt. Nā ⁊ in bello co
ronat̃ quidē q̄ ſigna cōtulerit: hoſtēqȝ fuderit: lōge
tū ille glorioſius/ q̄ ⁊ vulnera p̄ ſe fert: ꝑ que fuſi ho-
ſtes/ victoꝛiaqȝ parta eſt. Quid aūt hoc de viuētib⁹
dico quādo quidē ⁊ hi qui hoc tantū dederint virtu
tis indiciū: vt i bello p̄clare occūberēt: nihilqȝ como
di/ vel emolumēti ciuibꝰ ſuis/ aut patrie moꝛte ſua
pepererūt/ tanq̄ȝ rectoꝛes ⁊ cōſeruatoꝛes ciuitatum
p̄dicant̃ vbiqȝ ꝑ oēm greciā? Quāq̄ȝ vos iſta quoqȝ
ignoꝛatis riſui ⁊ delitijs dediti ſemꝑ ⁊ voluptatibꝰ
addicti. Sin aūt gētiles hoīes/ nihilqȝ fere ſanum
ſentientes iſtud cōſpicari potuerūt: ſūmiſqȝ honoꝛi-
bus eos ꝓſecuti ſunt: q̄ ꝓ ſe/ ꝓ patria/ ꝓ liberis ſuis
moꝛtē obierūt: nihilqȝ pꝛeſtiterūt amplius p̄ter in-
dicia beniuolētie: egregieqȝ in patriā ſuā volūtatis:
quāto magis chꝛiſtus hoc faciet: eoſqȝ vbiqȝ: q̄ ꝓpter
ſe periclitant̃ largiſſimis/ effuſiſſimiſqȝ munerū pꝛe
mijs inaltabit? Non enim ille perſecutionū tantū/
aut verberum/ carceriſue/ vel necis/ aut cedis mer-
cedem ſtatuit: verū nude quoqȝ cōtumelie/ verbiſqȝ
iniurioſis pꝛemia perſoluit ingentia. Beati enī in-
quit eritis cum vos oderint hoīes: ⁊ cum ſeperaue-
rint vos/ ⁊ expꝛobꝛauerint/ ⁊ eiecerint nomē veſtrū
tanq̄ȝ malū ꝓpter filiū hominis: gaudete in illa die
et exultate: ecce enim merces veſtra copioſa eſt in ce-
lis. Si igitur ⁊ pati et audire/ male patientibꝰ atqȝ
audientibus pꝛemioꝝ incrementa/ cumuloſqȝ lar-
gitur: nō iſtis ſanc: ſed eis qui male ⁊ faciūt ⁊ dicūt/
verbis ſuis dei filius conſultū voluit: his enī fere
etiā nocuit/ mercedis illis partē maximam abſcin-
dēs/ cauſamqȝ ac materiā gaudioꝝ/ clariſſimarūqȝ
coꝛonarū auferens. Quo circa hec etiā omittere ſa-
tius foꝛtaſſe fuerat: ne quid inſtituti celeſtis emu-
lis detrimēti auferemus: ex quibus pꝛofecto incre-
dibile eſt quātas/ ⁊ q̄ȝingentes bonoꝝ copias/ quā-
tumqȝ confidentie cōſequant̃. Verū quia ſumus in
uicem membꝛa: et ſi iſti etiā oblatā gratiā ſuſcipere
abnuant: minime conuenit/ ita affectis/ vt nos ſu-
mus: vnius membꝛi curam habere/ alterum negli-
gere. Namqȝ ſanctis illis/ ⁊ ſi modo minus affligā-
tur: alia pꝛobitatis occaſio ſuppetat: qua ⁊ eoꝝ vir-
tus eluceat/ ⁊ eternis pꝛemijs afficiant̃: iſtis ꝟo niſi
hac pugna deſtiterint: nulla iam ſalutis ſpes relin
quit̃. Itaqȝ nr̄is illis omiſſis/ ad vos redeo: oꝛoqȝ ⁊
obſecro pꝛecibus noſtris obtēperetis: nec vltra cō-
tra voſmetipſos/ atqȝ in veſtrā pernitiē ferrū impel
latis: neu calcitretis aduerſus ſtimulos: ne dū pu-
tatis meroꝛe hoīes afficere: ſpiritūſctm̄ contriſtetis.
Scio eq̄dē ⁊ plane ꝑſuaſum habeo: q2 ſentētiā hanc
noſtrā/ atqȝ cōſiliū: ⁊ ſi non modo certe paulopoſt ꝓ
babitis atqȝ laudabitis. Ceterū iſtud nūc malo vos
facere: ne poſtmodū id fruſtra faciatis. Nam diues
ille quidē cum hanc vitam degeret: pꝛophetas ⁊ le-
ges/ legiſqȝ monita fabulas eſſe et delirāmēta que-
dam exiſtimabat: cum vero vita exceſſiſſet/ adeo in
admiratione/ atqȝ honoꝛe ea habuit/ que antea ve-
lut inania et friuola irriſerat/ vt cum plane intelli-
geret nihil ſe comodi ex eiꝰ laudibus conſequi poſſe
patriarcham oꝛauit/ vt aliquē ab inferis mitteret:
qui ea que ibi gererent̃/ in terris annūciaret: id ſcili
cet veritus/ ne et ipſi paterentur eadē: atqȝ ſcriptu-
ras interim ſacras irridentes/ tunc eas admirari
inciperēt/ cum ex ea admiratiōe ⁊ honoꝛe nihil emo
lumēti cōſequi valerent. Et certe nihil ille tale egit
quale vos. Ipſe enim ⁊ ſi nihil ex ſuis cōmunicauit
lazaro: nō tamen eos: qui id agere vellēt ꝓhibuit:
aut afflixit/ aut repulit: vt modo vos facitis. Neqȝ
hinc modo illū crudelitate atqȝ immanitate ſupera
tis: verum aliunde quoqȝ. Sicut enim par ac ſimi-
le facinus non eſt/ nihil quempiam boni facere/ et
alios facere volentes. pꝛohibere: Ita pꝛofecto ſimi-
le non eſt cibū carni moꝛiture denegare: et cum qui
philoſophie vehementiſſimā patiat̃ eſuriem: ne ab
alijs quidē paſci/ ac recreari ꝑmittere. Itaqȝ duab⁹



ex partibus ſcuū illū: atqȝ immanē diuitē crudelita
te viciſtis: q2 et alios ꝓhibeatis famem reſtringere:
quodqȝ cū aīam ſuffocari videatis/ tanta oſtenditis
immanitatis indicia: vt ne alijs quidē opē ferre vo-
lentibus/ libere id per vos fieri liceat. Eiuſmodi ſce
lus aliquādo iudei quoqȝ admittere auſi ſunt: cum
apl̄os ne viā ſalutis hoīes docerēt/ vehementer per
terrere vellēt: quos tamē ⁊ ipſos inquitate trāſcen-
ditis. Illi enī cū ſe palā ꝓfiterent̃ inimicos/ vniuer-
ſa illa gerebāt: vos amicoꝝ ꝑſonā quandā/ atqȝ ad-
umbꝛatā aſſumentes imaginē: inimicis oībus dete
rioꝛa molimini. Verberibus illi/ atqȝ contumelijs
tunc ſctōs illos viros afflixerūt: infamiaqȝ ⁊ ꝓbꝛis
affecerūt: magos eos atqȝ ſeductoꝛes appellantes.
Verū illos eiuſmodi cōtinuo coꝛripuere clades: vt
nulla iam penitus calamitas ſit/ que poſſit eoꝝ ca-
ſibus vlla ratione cōparari. Itaqȝ pꝛimi et ſoli ex oī
hoīum memoꝛia ea paſſi ſunt. q̄ mō memoꝛabimus.
Atqȝ hoꝝ certiſſimus p̄nunciatoꝛ ipſe chꝛiſtus eſt/
ſic dicens: Erit vexatio magna q̄lis ab initio ſeculi
nō fuit: neqȝ poſt erit. Igit̃ ea quidē oīa que illi paſ-
ſi ſunt pꝛoſequi/ nō huius eſt tēpoꝛis: pauca tamen
ex multis ſtrictim bꝛeuiterqȝ neceſſario dicēda ſunt.
Verbis aūt vtar non meis/ ſed ioſephi hyſtoꝛiogra-
phi iudei hoīs/ qui eā hyſtoꝛiā cōſcripſit diligenter.
Quid ergo ait ille? Cum enarraſſet incenſum tem-
plum: cōmuneſqȝ illos caſus enūciaſſet: ita intulit:
Et templū quidē hoc in ſtatu erat: eoꝛum ꝟo qui per
ciuitatē fame occūbebāt: infinita pene cadebat mul-
titudo: atqȝ inenarrabiles cōtinebat clades. Nam
per vnāquāqȝ domū/ ſicubi ciboꝝ veſtigiū vllū foꝛ
te appareret: bellū inerat: atqȝ aduerſum ſe inuicem
manus cōſerebāt: qui hactenus erant amiciſſimi ac
infelix aīe viaticū eripiebāt: ne moꝛientibus quidē/
q2 cibo indigerēt fides habebat̃: ſed eos quoqȝ q̄ ani
mā efflabant/ latrones perſcrutabant̃/ ne quis foꝛ
te ſimulata moꝛte cibū ſinibus occuluiſſet. Alij ꝟo fa-
me inhiantes/ canū inſtar rabie furentiū: ſpe oī de-
ſtituti ferebant̃/ amentia p̄cipites: atqȝ oſtijs impin
gebāt vt ebꝛij. Pꝛe deſperatiōe aūt ⁊ q2 aliq̄d ſꝑ in-
uenire ſe poſſe exiſtimarēt: in eandē domū vna hoꝛa
bis terqȝ irrūpebant. Cuncta ꝟo ſubigebat dentib⁹
ſeua neceſſitas: ⁊ ea que ne ſoꝛdidiſſimis quidem/ ⁊
bꝛutis animantib⁹ vſui fuiſſent: legentes manduca
re ſuſtinebant. Ne cingulis quidē ipſis/ atqȝ calcia-
mentis poſtremo abſtinuerūt: ſcutiſqȝ detracta co-
ria mandebāt. Eſca aūt inquit erat feni laceri quod
reliquū inueniri poterat. Purgamēta item cuiuſqȝ
rei nōnulli colligētes: minimū eoꝝ pondus atticis
quatuoꝛ vēdebāt. Et q̄d me neceſſe eſt famis impꝛo-
bitatē in rebꝰ inanimis ꝑſequi? Opus vnū eiꝰ enar
rare ꝑgo/ qd̄ neqȝ apud grecos/ neqȝ apd̄ barbaros
contigiſſe vnq̄ȝ memoꝛat̃/ dictu hoꝛrendū/ atqȝ in-
credibile auditu. Atqȝ ego ne viderer poꝛtēta cōfin-
gere: calamitoſiſſimū hūc caſū libēter miſſum facerē
niſi plurimos eiꝰ haberē teſtes. Pꝛetereaqȝ patrie
friuolā ⁊ plane leuē gratiā referrē: ſi q̄ reb⁹ illa paſſa
eſt/ ea verbis ſuppꝛimere atqȝ ſubducere hyſtoꝛie co
narer. Mulier quedā fuit ex his: qui ſupꝛa ioꝛdanē
incolebāt/ maria noīe: patre eleazaro: caſtello bithe
zo/ qd̄ ſignificat interpꝛetatū domū iſopi: genere et
diuitijs inſignis. Hec vna cū reliqua multitudine
hieroſolymā cōfugerat/ ac ſimul obſidebat̃: cuius
oēm ſubſtantiā tyrāni diripuerant/ quā ſecū domo
aſpoꝛtauerat/ atqȝ in oppidū intulerat. Ceterū reli
quias reconditoꝝ oēs/ et ſi q̄d eſculentū p̄paraſſet:
ingreſſi quottidie ſatellites diripiebāt. Dira autem
atqȝ acerba indignatio ſubibat mulierē: ac frequen
ter conuitijs/ et maledictis oībus/ raptoꝛes pꝛoſe-
quens/ cōtra ſeipſam magis irritabat. Cum ꝟo nul
lus eā neqȝ miſerans/ neqȝ ira cōcitatus occideret:
ciboſqȝ alios inuenire laboꝛaret: eſſetqȝ iam penitus
difficile quicq̄ȝ reperire: fameſqȝ p̄terea per viſcera ⁊
medullas ſerperet: ac fame ipſa vehemētius ardēs
incitaret indignatio/ iracūdia ſimul ⁊ neceſſitate di
ctāte conſiliū/ naturā ipſam violare ꝓficiſcit̃: filiūqȝ
arripiēs: erat aūt illi paruulus ⁊ ſugēs vbera: infe-
lix inquit puer/ cui nā te in bello ⁊ fame et ſeditione
ſeruaboꝛ? Nempe enī a romanis (⁊ ſi vixerimus) ſer
uitus nos manet: anticipat aūt ſeruitutē fames: in-
ſtāt ſeuioꝛes vtriſqȝ graſſatoꝛes. Perge igit̃ mihi ci
bus eſto: graſſatoꝛibus furiarū theda: omniqȝ moꝛ-
taliū generi fabula: qd̄ ſolū iudeoꝝ calamitatibus
deeſt. Atqȝ hec dicēs/ necat filiū: indeqȝ illū coquēs
ipſa dimidiū comedit: partēqȝ reliquā operiēs ſerua
bat. Adſunt continue graſſatoꝛes/ nephario nidoꝛe
attracti: cōminanturqȝ/ niſi qd̄ parauerat/ in cōſpe
ctum daret/ eam ſe ſtatim necaturos. At illa cū par
tem illis bonā ſeruaſſe ſe diceret: nati reliquias ape
ruit: tū illos ꝓtinus hoꝛroꝛ ingens ceperat/ ac men
tium ſtupoꝛ: atqȝ ad aſpectū ipſum diriguerāt: ⁊ ve-
lut enei defixi ſtabant. Tum illa meus inquit eſt na
tus: iſqȝ chariſſimus: meūqȝ iſtud opus eſt. Edite/
quid cūctamini? nāqȝ ⁊ ipa comedi: nolite fieri neqȝ
muliere mollioꝛes/ neqȝ matre miſericoꝛdioꝛes. Ꝙ
ſi vos reuerimini: hoſtiamqȝ meam auerſamini/ ſiue
opus execramini: ego quidē manducaui: quodqȝ re
liquū eſt mihi manebit. Poſt hec illi quidē tremen-
tes exierūt: hac vna tantū in re timidioꝛes eāqȝ ſolā
eſcā matri cōcedētes. Tanti ſtatim ſceleris fama ci-
uitas tota repleta eſt: eāqȝ cladē/ adeoqȝ miſerandū
facinus ſibi quiſqȝ ante oculos ponebat: idqȝ nō ſe-
cus/ ac ſi ipſe admiſiſſet/ abhoꝛreſcebat. His aūt q̄
fame cruciabant̃: moꝛs votis oīb⁹ expetebat̃: eāqȝ
ſibi nōnulli conſciſcebāt/ beatiqȝ cunctoꝝ voce di-
cebant̃/ hi qui priuſq̄ȝ eiuſmodi facinus audiſſent/
aut vidiſſent/ vita exceſſerant. Nec moꝛa romanis
quoqȝ ea calamitas annunciata eſt. Ex his aūt par
tim nō credebāt: nōnulli rē miſerabant̃: plurimi ꝟo
in odiū ipſius gētis etiā vehemētius animati ſunt.
Hec autē atqȝ his multo quoqȝ atrocioꝛa illi paſſi
ſunt: nō modo q2 chꝛiſtū cruci ſuffixerūt: ſed q2 poſt-
modū apoſtolos ea loqui ꝓhibebāt/ que ad ſalutem
noſtrā pertinerēt. Quod ꝓfecto beatus Paulus il
lis crimini dans/ hec eis p̄nunciauit euētura mala
dicēs: Peruenit enī ſuꝑ eos ira in finē. Et q̄d hec/
inq̄t ad nos? neqȝ enī illos a fide abducimus/ neqȝ
a p̄dicatiōe. Quid enī queſo fides cōferet emolumē
ti: ſi vita ſincera nō fuerit et pura? Verū enī vos/ et
iſta foꝛtaſſis neſcitis: q̄bus nr̄a fere oīa ⁊ ignota ſūt
et inaudita. Itaqȝ vobis neceſſario chꝛiſti ſentētias
ſummatim numerabo: vos aūt caute ⁊ diligēter ob
ſeruate: vtrū ne ſemꝑ de fide ac dogmatibꝰ diſputet
pꝛoqȝ his tm̄ ſupplicia decernat: niſi itegra ſeruent̃
an ꝟo vitā ipſam quoqȝ/ ac moꝛes repꝛobos caſti-
get aliquādo. Cū enī in montē cōſcendiſſet/ videns
innumerā circumfluentem/ ac ſe circumſtantē mul-
titudinem: talia monita edebat: Non oīs qui dicit

mihi dñe dñe intrabit in regnũ celorũ: ſed qui facit
voluntatẽ patris mei. Itẽ: Multi dicẽt mihi in il/
la die: dñe nõne in noĩe tuo ꝓphetauimus/ ⁊ in noĩe
tuo demonia eiecimꝰ: ⁊ ĩ tuo noĩe virtutes multas
fecimus? Et tũc cõfitebor illis: recedite a me q̃ ope/
ramini iniquitatẽ: nõ noui vos. Cũ ṽo q̃ audit ſer/
mones meos et nõ facit ſimilẽ eſſe dixit hoĩ fatuo/ q̃
domũ ſuã ſup arenã cõſtruit: eam vẽtis ⁊ fluminibꝫ
⁊ pluuijs labefactandã/ ac diruẽdã parat. Itẽ cum
alio in loco cõcionaref: ſicut inq̃t piſcatores cũ ſage/
nã traxerint: malos piſces abijciũt: ita erit ĩ illa die
an gelis eos oẽs/ q̃ peccauerint in fornacẽ iactãtibꝰ.
De flagitioſis quoqꝫ ⁊ impuris hoĩbus cũ loqueref
aiebat: Et illuc abibũt/ vbi nec vermis eorũ morif
nec ignis extinguif. Et rurſum. Rex inq̃t/ fecit nu/
ptias filio ſuo: et cum vidiſſet hoĩem indutũ veſtibꝰ
ſordidis: ait ad eum: Amice quomõ huc intraſti/ nõ
habẽs veſtẽ nuptialẽ? At ille obmutuit. Tũc dicit
miniſtris ſuis: ligatis eius manibꝰ ⁊ pedibꝫ eijcite
illũ in tenebras exteriores. Impudicis iſta vt dictũ
eſt: ⁊ flagitioſis atqꝫ ĩpuris cõminaf. Virgines q̃ꝫ
que excluſe a ſponſi thalamo fuerũt: ꝓpter crudelita
tem/ atqꝫ immanitatem id paſſe ſunt. Alijqꝫ rurſus
eadẽ ex cauſa eunt in ignẽ eternũ/ qui ꝑparatus eſt
diabolo ⁊ angelis eius. Et hi quoqꝫ q̃ fruſtra ⁊ ſine
cauſa loquunf punienf: ex verbis eni inq̃t tuis iu/
ſtificaberis ⁊ ex verbis tuis condemnaberis. Ergo
ne tibi videmur inaniter/ ac ſine ratiõe vite nr̃e cau/
te/ timideqꝫ rationẽ habere: ei q̃ philoſophie parti/
q̃ mores inſtruit ꝓpenſius ſtudere? Minime equi/
dẽ id puto: niſi forte chriſtũ hec ſuꝑuacue dixiſſe ve/
lis aſſerere/ atqꝫ his plura etiã/ neqꝫ eni hic oĩa inſe/
rere viſum eſt. Qđ niſi vererer librũ ꝓlixius extẽde
rẽ: et ex ꝓphetis ipſis/ atqꝫ ex beato Paulo/ alijſqꝫ
apl'is oſtẽderẽ ꝑfecto quantũ ſtudij in hac parte emẽ
dande vite/ morũqꝫ cõponendorũ nos deus ponere
voluit. Sed eni hec arbitror poſſe ſufficere: nec iſta
modo oĩa: ſed eorũ vel minimã partẽ. Cũ eni deus
aliq̃d dicit: ⁊ ſi nõ id amplius/ q̃ꝫ ſemel dicat ea fide
ac deuotiõe ſuſcipiendum eſt/ ac ſi ſepiſſime dixerit.
Quid igif inquit aliq̃s hi qui domi reſidẽt: reiqꝫ ſue
curã gerũt: nõ ea poterũt ꝑficere: q̃ neglecta/ tantos
cruciatus pariũt? Vellẽ equidẽ et ipſe/ neqꝫ ſegniꝰ
q̃ꝫ vos: immo ṽo multo etiã ardẽtius et frequenter
optaui: ac deꝑcatus ſum tantũ leges/ ac iura opti/
ma in ciuitatibus valere: vt nihil iã opus eſſet/ mo/
naſterijs: neqꝫ ad eremũ confugere/ cuiq̃ꝫ neceſſitas
inſtaret. Quoniã ṽo q̃ ſupra fuerũt infra iam facta
ſunt/ ipſeqꝫ ciuitates in q̃bꝰ ⁊ iudicia ⁊ leges erãt oĩ
iniq̃tate ⁊ ſcelere ĩplete ſunt: ſolitudo ṽo philoſophie
fructus vberrimos germinat: ꝑfecto nõ illi in cul/
pa ſunt/ qui hac ꝓcella ⁊ turbine ſe eximere/ atqꝫ ſer
uare cupiẽtes educũt: eiſqꝫ ad quietis/ ac trãquilli/
tatis portũ duces fiunt: nõ inq̃ꝫ iſti merito a vobis
culpari debẽt: verũ hi qui ciuitates ſingulas/ adeo
virtuti inuias/ ⁊ inacceſſas fecerũt: atqꝫ ad philoſo
phiã penitus inutiles: vt q̃ ſalui eſſe cupiũt: nõ ali/
ter id poſſint aſſequi: q̃ꝫ ſi ſolitudines ⁊ deſerta pſe/
quanf. Dic eni queſo te? Si q̃s noctis medio aſſum
pta face domũ incẽdiſſet magnã/ ac multitudine ho
minũ refertã: eos qui intus obdormirẽt inſidijs ap
petens: vtrũ eſſe diceremꝰ malũ/ atqꝫ ſupplicijs oĩ/
bus afficiendũ/ eũ ne q̃ excitaret dormiẽtes/ et illis
edibus educeret: an eũ q̃ initio ignẽ illũ ſuccendiſſet

adeoqꝫ durã neceſſitatẽ/ ⁊ eis ĩpis ⁊ illi q̃ eos educe
ret ĩpoſuiſſet? Quid autem illud? Si q̃s vl' tyrãno
violẽter opp̃ſſam ciuitatẽ/ ſiue alias inteſtino bello/
ciuilibuſqꝫ diſcordijs/ ac ſeditiõibꝫ lãguentẽ intuẽs
hortaref quos poſſet atqꝫ perſuaderet/ vt relicta ci/
uitate/ reciperẽt ſe ad montiũ vertices: nec perſuade
ret ſolũ: verũ ad eam fugã ipſe etiã/ que poſſet adiu/
mẽta cõferret: quẽ ex his inſimulares quẽ male de
oĩbus mereri diceres? eũ ne qui ab his turbinibus
et tẽpeſtatibus ad sereniſſimũ ac trãquilliſſimũ por
tũ eos hoĩes/ qui in medio eſtu iactarentur/ abduce
ret: an eos qui naufragia iſta/ ac ꝑicula paraſſent?
Non itaqꝫ velim arbitreris meliore in ſtatu mõ res
humanas eſſe: q̃ꝫ ciuitatẽ tyrãno incubatã: verũ lõ/
ge in deteriori. Neqꝫ eni homo aliquis/ ſed demon
quidã iniquiſſimus: tanq̃ꝫ tyrãnns immanis: atqꝫ
atrox/ cũ vniuerſis ſuis copijs/ ac phalange tota/
vniuerſum ſimul orbẽ occupans/ in humanas aĩas
graſſaf. Demũ inde veluti ex arce quadã: impia ⁊ ſce
lerata quottidie edicta oĩbus ꝓponit: nõ modo ma/
trimonia dirimẽs/ ſiue pecunias/ aut mittens/ aut
ferẽs/ aut iniquas tm̃ exercẽs cedes: verũ lõge his
quoqꝫ grauiora: atqꝫ diriora indicia tyrãnidis p̃ ſe
ferens. Coniunctã eni ſemel deo humanã aĩam: eiꝰ
familiari cõtubernio ſubducẽs atqꝫ flagitioſis/ im/
mundiſqꝫ ſatellitibꝰ ſuis illudendã tradens: impu/
ris illorũ cõgreſſibꝫ ſubſterni cogit: qui poſtq̃ꝫ eã ſe/
mel aſſũpſerint: adeo illi turpiter cõgrediunf: tãqꝫ
cõtumelioſe: quantũ credere par eſt nequiſſimos de
mones vehemẽter atqꝫ immaniſſime ꝑditionẽ nr̃am
atqꝫ turpitudinẽ deſiderãtes. Exutã eni oĩbus vir/
tutũ indumẽtis: vitiorũ qꝫ pannis obſitã: eiſqꝫ ſordi/
dis cõſciſſis/ ac putridis: quibꝫ ꝑfecto fedior appa/
ret/ q̃ꝫ ſi nuda eſſet: familiariqꝫ ſibi impudicitia: et oĩ
flagitio reſpergentes/ ac penitus inficiẽtes: illi fediſ
ſime omni cõtumelia illudere nõ deſinũt: neqꝫ enim
vllã ſacietatẽ nouerũt inceſti huius: ſceleratiqꝫ cõcu
cubitus. Ceterũ vt ebrij faciũt: qui cũ ſe multo mero
ingurgitauerint: tũc maxime exardeſcũt/ ac ferunf
per vitia p̃cipites: ita ⁊ hi quoqꝫ tunc maxime inſa/
niũt: eiqꝫ ⁊ vehemẽtius inſtãt ⁊ ferocius inſultãt: cũ
illa ad oẽm turpitudinẽ abuti ceperint: cõpungẽtes
vndiqꝫ atqꝫ mordẽtes/ venenaqꝫ nequitie ſue in illã
refundentes: nec prius deſinẽtes/ q̃ꝫ in ſuũ illã ha/
bitũ/ formãqꝫ trãſtulerint: vel corpore abſolutã vi/
derint. Que nam ergo violẽta dñatio: que captiui/
tas: que vaſtitas: q̃ ſeruitus: que nã in ſeruitutẽ ab/
ductio/ qđ bellũ: qđ naufragiũ: q̃ fames/ aut peſtis
quid hoꝝ deniqꝫ his vlla ratione ꝯferri poſſit: quin
videaf eſſe leuiſſimũ? Quis adeo dirus? quis tam
ferus/ ac ferreus: q̃s ita brutus/ atqꝫ inhumanus/
adeoqꝫ ſine vllo miſericordie/ ac doloris ſenſu: quin
malit eiuſmodi aĩam ſic affectam cõtumelijs: ſic vn/
diqꝫ ꝓbris laceſſitã/ ꝓ virili parte flagitioſa illa in/
iuria/ inſanaqꝫ cõtumelia abducere/ liberare/ cõſer/
uare: q̃ꝫ ſic deſtitutã negligere/ p̃terire/ relinquere?
Et ſi id eſſet/ vt eſt ꝑfecto immanis aĩ/ atqꝫ lapidei:
vbi nã q̃ſo/ illos ſtatuemus/ q̃ p̃ter id/ ꝙ eiuſmodi
negligũt/ aliud etiã ⁊ q̃dẽ lõge deteriꝰ ſcelus admit
tũt. Eos eni q̃ parati ſunt medijs ſe ꝑiculis cõſtãter
obijcere: nec renuũt in ipm̃ fere belue guttur manꝰ
demittere: quinimo ⁊ feторẽ oẽm atqꝫ ꝑicula ſubire:
vt abſorptas iã/ ac deuoratas aĩas ex ip̃s demonũ
faucibus educãt/ atqꝫ violẽter extrahant: nõ tantũ



nõ laudant: neqꝫ amplectunf: ſed impellũt q̃ꝫ/ atqꝫ
perturbãt vndiqꝫ. Quid ergo inq̃t aliquis: cũcti ne
perierẽ qui vrbes habitãt: ac vite huius ꝑiculis ia/
ctanf: ipſiſqꝫ iam vrbibꝰ dimiſſis/ atqꝫ deſolatis/
ad ſolitudines ꝯfugiendũ erit: atqꝫ in ipſis montiũ
verticibus ſedes noue collocande. Tuqꝫ iſta iubes/
ac te legiſlatorẽ ꝓfiteris. Minime id quidẽ/ ſed cõ/
tra penitus. Ut eni ſuꝑius dixi ⁊ vellẽ ⁊ vehemen/
ter optarẽ/ eo nos in ſtatu rerũ/ eaqꝫ in pace degere:
adeoqꝫ tyrãnidẽ malorũ horũ omniũ deſtrui/ ac diſ/
ſipari: vt modo eis q̃ in ciuitatibꝰ degunt/ nulla ne/
ceſſitas incũberet occupandoꝝ/ atqꝫ inhabitandoꝝ
montiũ: verũ hi quoqꝫ q̃ ſolitudines incolũt/ veluti
fugitiui quidã lõgo poſtliminio ſecuri ac tuti/ paca/
tis rebꝰ ad ciuitates ſuas remeare poſſent. Sed q̃d
ago? Vereor nimiũ/ ne dũ illos patrie/ ac parẽtibꝰ
reddere ſtudeo: nequiſſimorũ demonũ manibꝰ tra/
dam: dũqꝫ ſolitudine ⁊ fuga abducere/ ac reuocare
cupio: ꝑ me illi philoſophia omni: quietiſqꝫ trãquil/
litate excidant. Et ſi tu mihi ciuitatũ multitudines
in mediũ adducas: hiſqꝫ me putes exoratũ iri: atqꝫ
in eam ſententiã traducendũ/ vt putẽ deũ parcitu/
rum multitudini: nec paſſurũ in orbem vniuerſum
dãnationis ferre ſententiã: ſũptis chriſti verbis/ ad
uerſus obiectionẽ tuã ſtabo. Neqꝫ eni tam audax fa
ctũ/ tã nefariũ facinꝰ admittes: vt etiã aduerſus eiꝰ
ſententiã: q̃ nos tunc iudicaturus eſt aſſiſtas. Quid
ergo ille inquit? Anguſta eſt ianua atqꝫ ardua via q̃
ducit ad vitã: et pauci ſunt q̃ inueniũt eã. Sin vero
pauci ſunt q̃ inueniũt: ꝑfecto longe pauciores erunt
qui ad ſummũ eius ꝑuenire poſſunt. Neqꝫ enim oẽs
q̃qꝫ illã initio app̃henderũt: ad finẽ etiã ꝑuecti ſunt:
ſed alij quidẽ in ipſis ſtatim initijs: nõnulli itineris
medio: plurimi ṽo in ipm̃ iã fere portũ inuecti nau/
fragiũ fecerũt. Rurſus aũt multos eſſe ait/ q̃ voca/
ti eſſent: paucos q̃ electi. Cũ itaqꝫ chriſtus ampliorẽ
quidẽ pereuntiũ partẽ eſſe aſſeueret: atqꝫ in paucis
ſalutẽ prefinitã dicat: q̃d tu pugnas aduerſum me?
Prorſus eni idẽ facis: ac ſi de noe ⁊ diluuio verba
nobis faciẽtibus admirare ⁊ an id fieri potuerit: vt
oẽs perierint/ duoqꝫ tm̃/ vel tres hoĩes effugerint:
interrogares: his tu rationibus ora nr̃a obſtruere
poſſe te putas: perinde ac iſtis ꝑſuaſi: nõ auſuri ſimꝰ
aduerſus multitudinẽ ferre ſententiam? Sed eni id
nunq̃ꝫ penitus efficies: nec ꝑſuadebis/ vt multitudi
nẽ veritati in honore p̃feramus. Neqꝫ eni his que tũ
contigiſſe memoranf: inferiora iſta ſunt: verũ mul/
to funeſtiora etiã/ atqꝫ ſceleratiora. Atqꝫ eo magis q̃
gehẽne iſtis intentaf ignis: ⁊ ne ſic q̃dẽ vitia arcenf/
neqꝫ excidunf. Quis enim oro te nõ fatuũ appellat
fratrẽ: leue id videf? At igni ſempiterno facit obno/
xiũ. Quis nõ intẽdit impudicis oculis in mulierẽ?
hoc autẽ cõſumatũ adulteriũ/ pleniſſimũqꝫ flagitiũ
deputaf. Is ṽo qui adulter eſt: ꝙ ĩ gehẽnã ignis ꝓ/
ijciendus ſit: oĩbus ꝑfecto cõſtat. Quis nõ deiera/
uit? At quin iſtud penitus ex malo eſt: qđ aũt a ma/
lo eſt: id a deo eternum parit cruciatum. Quis vnq̃ꝫ
oĩno amicis inuidit? Hoc ṽo publicanis ipſis/ et
gentilibus deteriores facit. Et autẽ eiuſmodi effu/
gere ſupplicia eterna nõ poſſint ita oĩbus liquet: vt
nõ poſſit clarius. Quis furorẽ oẽm atqꝫ iracundiã
ex corde depulit atqꝫ abiecit: p̃ctãqꝫ oĩum in ſe delin
quentiũ remiſit? At is qui non dimiſerit: ꝙ eternis
ſupplicijs adijciẽdus ſit: nemo q̃ chriſtũ audierit/ re/

fragabif. Quis nõ ſeruiuit mãmone? Sed qui eiuſ/
modi ſeruiuit: chriſti ſeruitutẽ penitus abiecit: q̃ ṽo
chriſto ſeruire abnuit ſalutẽ ſuã prorſus abnegauit.
Quis occulte nulla in aliquem maledicta coniecit?
Eos ſane q̃ ſunt eiuſmodi: vetus quoqꝫ lex concidi/
atqꝫ interfici iubet. Sed eni in tãtis malis/ tãtiſqꝫ
periculis: q̃ nos cõſolatio: qđ ſolatiũ ſuſtẽtat/ ac re/
creat? Et oẽs veluti ex ſigno quodã ⁊ ꝯdicto ꝑ vitio
rũ/ ac flagicioꝝ oĩum abrupta ferunf. Miſera pla/
ne cõſolatio: et eiꝰ q̃ nũc obtinet peſtis ſingl'are docu
mentũ/ argumẽtũqꝫ p̃cipuũ: quãdoquidẽ: id nobis
maliſqꝫ nr̃is ſolatiũ affert: ꝙ ip̃m maioris meroris:
⁊ cõploratiõis materia eſſe debuerat. Neqꝫ eni mul
titudo in peccãdo ſocioꝝ criminibꝫ nos aut penis li
berabit. Sin aũt aliq̃s ex his/ que modo diximus:
adducif/ vt ſibi diffidat/ ac pene deſperet: is pauliſ/
per expectet dũ ea dicamꝰ: q̃ his multo diriora ſunt
et tunc id longe patief amplius. Nam ſi iurare dia/
bolicum eſſe comprobatur: qui iuramenta etiã con/
culcant: nec periurare metuunt: qua tandem anim/
aduerſione puniẽdi erũt? Si fatuum appellare fra/
trẽ gehẽne flãmas attrahit/ q̃d hi patienf: q̃ eũ pro/
bris et cõtumelijs innumeris/ etiã innocentẽ/ nul/
laſqꝫ iniurias irrogantẽ affligere nõ metuunt. Si
meminiſſe tantũmodo iniurias oĩ punitione dignũ
iudicaf/ etiã vlciſci ꝑgere quãtos cruciatꝰ ꝓmeref?
Verũ hec ſuo tp̃e ⁊ loco reſeruabimꝰ. Ut eni alia in
terim obmittã: hoc ip̃m qđ nos/ hec ſcribere ĩpulit/
nõne vel ſolũ ſufficit p̃ſentis/ iãqꝫ obtinentis morbi
peſtẽ indicare? Si eni p̃ctã ꝓpria negligere/ q̃n etiã
ſine doloris ſenſu quottidie peccare extremus mali
cie terminus eſſe ꝓ cõfeſſo habef/ vbi tandẽ iſtos no
uos: noue huiꝰ/ atqꝫ iniq̃ſſime ferẽde legis auctores
ſtatuemꝰ: q̃ maiori cõſtantia/ atqꝫ fiducia fugãt/ ac
ꝓpulſant virtutũ magiſtros: q̃ꝫ faciunt malitie: ac
vitioꝝ alteri/ eoſqꝫ multo ampliꝰ ⁊ violẽtius oppu
gnãt/ q̃ p̃ctã emẽdare ꝑgũt: q̃ꝫ q̃ ipſi peccauerũt. Im
mo ṽo cũ illis nõ niſi iocunde ac libẽter vtanf/ neqꝫ
criminenf aliq̃n: iſtos vix vnq̃ꝫ letiꝰ intueri poſſũt/
quodãmodo ⁊ verbis ipſis ⁊ opibus clamãtes: atqꝫ
ſuadentes inherendum eſſe vitijs acerrime: atqꝫ ad
virtutẽ nunq̃ꝫ accedendũ: quandoquidẽ nõ modo q̃
ꝓpenſius ei operã dãt: verũ ſi qui vel liberiori eã vo
ce tueri audeãt/ eos oĩbꝫ ĩcomodis afficiẽdos cẽſent.

Incipit ſecũdus ad gẽtilẽ atqꝫ infidelẽ patrẽ.

ſ Atis quidẽ ⁊ iſta eſſe poterãt/ q̃bus incute
ref ſtupor ingẽs atqꝫ horror. Et ſi q̃ ſuper
his ꝓpha illud nũc loquaf: Obſtupuit celũ
ſuꝑ hoc: ⁊ exhorruit terra vehemẽter: itẽqꝫ
Stupor atqꝫ horrẽda facta ſunt in terra: oportune
et hec ⁊ hmõi cũcta ꝓſequef. Verũ id lõge grauius/
atqꝫ acerbius eſt: ꝙ nõ modo alieni q̃dã: ⁊ nullo his
q̃bus cõſulif ꝓpinquitatis: nullo familiaritatis iu/
re cõiuncti: ita indignanf ⁊ fremũt: verũ ipſi q̃ꝫ ꝓ/
pinq̃ ac parẽtes ſuꝑ his iraſci didicerũt. Tã et ſi nõ
ſum ignarꝰ cõplures eſſe: q̃ patribꝫ q̃dẽ ita affectis
facile ignoſcẽdũ putãt: nec ꝓpterea valde admirari
dicũt: ſuffocari aũt ſe/ ac pene diſrũpi iracũdia cũ vi
deãt eos/ q̃ neqꝫ p̃rẽs ſunt/ neqꝫ amici: neqꝫ ꝓpinq̃:
neqꝫ vlla penitꝰ alia ex parte neceſſarij q̃n ⁊ freq̃nter
ignoti: aduerſus eos q̃ philoſophari inſtituũt h ip̃m
pati: atqꝫ ipſis p̃ribus magis angi et dolere: eoſqꝫ
q̃ illos hortati ſunt ⁊ ad eius vite amorẽ traduxerũt

oppugnare/ inſimulare/ ac maledictis oībus ꝑſeq̄. Mihi vero longe alia mens eſt. Eos enī q̄ nullū paterni affectꝰ priuilegiū: nullū ius amicitie: ac familiaritatis hn̄t: alienis in bonis angi: nihil profecto nouū aut mirū videri debet: partim īuidie ſtimulis cōcitatos: partim malitie ſue/ atqꝫ vitijs aliorū ꝑditionē ſolatio/ ⁊ excuſatiōi eſſe arbitrātes. Miſere id quidē/ ⁊ infeliciter arbitrātes tn̄. At vero q̄ genuerūt q̄ educauerūt: q̄ diebꝫ ſingulis natos ſuos ꝓficere: ſibiqꝫ ipſis ⁊ ad virtutē ⁊ ad gloriā ꝑcellere: ⁊ cupiunt ⁊ optāt: q̄ ꝓpterea cūcta et patiunt̄ et faciūt: eos quadā veluti ebrietate correptos repēte mutari: angiqꝫ/ ac dolere vehemētius: cū ab ſe liberi ad philoſophiā abducunt̄: hoc ꝓfecto ē qđ vnū oīum ego maxime admiror: quodqꝫ oīa iā corrupta ſint et ꝑdita: ſatis firmū et validū argumentū eſſe duco. Hoc enī prioribus tꝑibus vnq̄ʒ cōtigiſſe: nemo q̄ poſſit dicere: ne tū quidē cū late dn̄aret̄ error: ac tum quidē ſemel memorat̄ in gētili ⁊ greca ciuitate: ſed quā tyrāni incubabāt. Neqꝫ tn̄ tū parentū aliq̄s vt nunc: ſed hi qui arcē occupauerāt: ne hi quidē oēs: ſed qui horū erat flagitioſiſſimꝰ ſocratē irridēs: iubebat philoſophiā tueri: atqꝫ ad eam hortari deſineret: verū ille tyrānus ꝑfidus/ ſeuus/ atrox: et q̄ ad euertendā rē publicā cūcta moliebat̄: alieniſqꝫ ī malis acquieſcebat ⁊ gloriebat̄: cū ſciret nihil eque/ atqꝫ talē iuſſionē optimū reipublice ſtatū poſſe ꝑuertere/ id auſus eſt: qđ ante illū nemo. At hi ⁊ fideles ⁊ in bn̄ inſtitutis ciuitatibꝫ/ ac ſub optimis legibus degētes/ liberiſqꝫ ſuis cōſultū cupiētes ea de ſcīs viris loqui audent: q̄ ne tyrānus q̄dē de his quibꝫ dn̄aretur auderet: nec erubeſcūt. Itaqꝫ horū gratia magis indignandum/ ac ferendū moleſte erat: q̄ʒ aliorū admirandū. Iccirco ⁊ ego illos miſſos faciēs: iſtos qui in primis curā filiorū gerūt: loquar verius: q̄ curā gerere debuerāt: nō aūt gerūt: leniter ⁊ ſumma cū moderatione alloquar: hoc ab illis primū bona venia imperratum cupiēs: vti ne moleſte ferāt: neu īdignent̄: ſi q̄d vtile ſit: quidue magis expediat illorū liberis/ nos melius ſcire dixerimꝰ: q̄ʒ illos ipſos. Neqꝫ enī quiſqꝫ qui ꝓcrearit filiū: q̄d etiā illi cōducat docere eū poterit: ⁊ ſi eiuſce īſtruēdi volūtas honeſta nō deſit: quā elicit a natura inſitus parentū ſingularis ad filios affectus. Ad id enī edocendū diligēter q̄d vtile ſit/ neqꝫ procreando pater/ neqꝫ amādo vnq̄ʒ ſufficeret. Nam ſi iſtud cōcederet̄: nemo hoīum certe patre melius noſſe atqꝫ ꝯſpicari poſſet: q̄dnā eſſet filio vtilꝰ: ſicuti ne in amādo quidē filio nemo eſt/ qui patrē ſuperet vel etiā exequet. Quinimo ipſi quoqꝫ patres ex his q̄ ſtudioſe agunt: hoc ipm̄ ſe ignorare cōfitent̄ cū ad magiſtros ducūt: cū pedagogis inſtruendos tradūt: cū plurimos cōſiliarios aſſumūt: qui quodnā vite ꝓpoſitū filio arripiendū ſit: quiue delectus habendus ⁊ amice et fideliter cōſulāt. Id aūt eſt itē mirabilius/ ꝙ dum de filijs conſultāt: dū familiari colloquio q̄d ſentit quiſqꝫ in medium adducit: illi nō vnq̄ʒ ſuā irritātes: aliorū ſententiā ratā eſſe/ atqꝫ obtinere voluerūt. Itaqꝫ ne nobis quidē ſuccenſeāt neqꝫ īdignent̄: ſi qđ eorū liberis vtile futurū ſit/ nos illis meliꝰ noſſe dixerimꝰ: verū niſi illi certa ratiōe cōſtiterit: tunc accuſent: tunc affligant: tūc probris appetāt veluti reuera perditos ⁊ flagitioſos: ac nature totius inimicos. Quonā ergo modo iſtud manifeſtū erit: aut qua ratione ſcire certius poterimus quis nam ſit: qui qđ vtile ſit plane proſpiciat: q̄ue q̄ ꝓſpicere quidē ſibi videat̄ nequaq̄ʒ vero ꝓſpiciat. Si vtrorūqꝫ ratiōes pugnantiū in morē ad examē iudicij deſcendere: atqꝫ congredi cominꝰ cogamus: permiſſa omni de hiſce iudicandi facultate incorruptis/ integerrimiſqꝫ iudicibus. Itaqꝫ lex q̄dē certaminis nr̄i chriſtianū exui ad pugnā iubet/ atqꝫ cum illo ſolūmodo certare qui ſit eiuſdē religiōis cultor/ nihilqꝫ amplius requiri a nobis. Quid enī ad me attinet eos etiā qui foris ſunt iudicare/ ait beatus Paulus. Verū q̄r ſepe cōtingit/ vt plurimi ex his qui ad celū pertrahunt̄ filij gentilibꝫ atqꝫ infidelibꝫ patribus ſint/ q̄ʒq̄ʒ lex certaminis nos cōtra huiuſmodi dimicare nō iubeat: ſpōte tamē ipſi/ ſummaqꝫ alacritate aduerſus iſtos primū pugnare aggrediemur. Atqꝫ vtinā/ aduerſus iſtos tm̄ nobis certamē indiceret̄ q̄ʒq̄ʒ ipſum quidē ꝑdifficile eſt/ plurimaqꝫ habet capita. Aīalis enī homo nō percipit ea q̄ ſunt ſpiritus dei/ ſtulticia quippe illi eſt/ prorſuſqꝫ idem facimus ac ſi aliquē hortari vellemus/ vt celeſte regnū appeteret/ que antea credere an id eſſet/ aut q̄d nā eſſet/ rēnuiſſet. Sed tamē cum tantis anguſtijs coartatus ſim/ ſic quoqꝫ aduerſus iſtos tantū/ hoc mihi certamen indici vehemēter optarē. Nam ſi ad infidelē aliquē hic mihi ſermo inſtituat̄: erunt mihi iura cōplura/ bonitaſqꝫ cauſe adiuuabit plurimū: ⁊ ſi eam victorie mee voluptatē obſcurat ⁊ obruit magnitudo verecūdie. Suffundor enī vehemēter ſi aduerſus illum quoqꝫ me pugnare neceſſe ſit: vereorqꝫ ne hoc crimē tantūmodo gentilis mihi poſſit obijcere: nam in reliquis illum ⁊ quidem facile ſuffragāte gratia diuina capiemus: atqꝫ ſi voluerit eſſe non ingratus/ cito illum non modo ad amorē huius vite traducemus: verū ad ipſius q̄ʒ doctrine/ ac religionis deſideriū/ a qua vita illa initiū ⁊ materiā ſumpſit. Tantū vero abeſt vt certamē aduerſus illū ſubire metuā: vt eū id primū durius/ atqꝫ difficilꝰ mea oratione cōſtituero/ tum demū pugnare aggredi inſtituā. Fingamus nempe patrē iſtiuſmodi nō modo eſſe gentilē: ſed nobilē quoqꝫ et vltra oēs hoīes locupletē: inſignem: ſingulari potentia preditū: habeat agros plurimos: edes ꝑmultas/ auriqꝫ innumera talenta. Sit preterea clariſſima patria ⁊ regia: illuſtriſſimo genere/ neqꝫ habeat alios liberos/ neqꝫ habiturū ſperet: ſed huic ſoli innitat̄ ⁊ ex hoc ſolo pendeat. Qui ⁊ ipſe ſit ſumme ſpei/ eoqꝫ ingenio: natura induſtra: vt ad impꝑia et ad magiſtratus mature aſcēſurus expectet̄/ patrēqꝫ ipſum ⁊ ſplendore ⁊ gloria breui ſuperaturus: oībuſqꝫ vite comodis longiꝰ ante iturus. Tum vero in medio tante ſpei ⁊ expectationis accedat aliquis ad illū/ atqꝫ de hac ei philoſophia verba faciēs: perſuadeat ſpretis vt illis omnibus veſtē ſe ruſticā induat: ⁊ relicta vrbe ad montem ꝯfugiat: ibiqꝫ plantet/ inſerat/ riget/ aquas ferat/ ceteraqꝫ monachorū faciat opera: que ⁊ vilia/ ⁊ indigna eſſe videant̄. Incedat p̄terea diſcalciatus/ et humi iacēs quieſcat/ efficiaturqꝫ pallidus: gracilis: ac macie cōfectus: decorus ille adoleſcēs: qui tantis in antea delitijs/ ⁊ honoribus degebat: tanteqꝫ ſpei ſigna pre ſe ferebat: viliuſqꝫ etiā q̄ʒ ſerui ſui veſtiatur. Nū ſatis multas accuſatori occaſiōes dedimus: ſatiſue aduerſariū armauimꝰ? Prebeamus illi alias quoqꝫ: ſi ſatis adhuc inſtructus nō eſt: preter iſta enī que dicta ſunt oīa/ moueat pater cūctaqꝫ



moliatur: vt diſſuadeat filio/ atqꝫ ab arrepto illum inſtituto reuocet: ſed incaſſum ſuadet/ vt pote cum ille ſupra petrā collocatꝰ ſit: ⁊ fluminibꝫ/ ⁊ pluuijs ⁊ ventis cedere nō norit. Lamentet̄/ ⁊ lugeat/ atqꝫ lachrymas emittat: vt indignationē omniū aduerſum nos magis incēdat. Circūeat iugiter merens/ afflictus/ ſordidatus/ omneſqꝫ prenſans: ꝯtra nos hmōi accuſationē cōmoueat. Filiū ego genui ⁊ enutriui: etatēqꝫ omnē in erūnis cōtriui/ cūcta ea/ ⁊ gerens/ ⁊ patiēs: que ex hac educatione liberorū ſolēt accidere. Spem de illo optimā habui: pedagogos arceſſiui: magiſtros obſecraui: pecunias impēdi: vigilaui ſepiſſime: curā gerens ingentē: vt q̄ʒ ornatiſſimus/ atqꝫ eruditiſſimus euaderet: vt in nullo maioribꝫ ſuis eſſet deterior: vt omnibꝫ appareret illuſtrior/ ⁊ clarior. Expectabā hūc ſenectuti mee ſolatio/ ⁊ adiumento fore: proceſſuqꝫ temporis de vxore ſplendidiſſimoqꝫ matrimonio tractabam/ de imperio/ de magiſtratibꝫ/ ⁊ inſigni poteſtate cogitare ceperā. Cum repente tanq̄ʒ fulmē/ aut procella ingens: neſcio qua parte irruēs precioſiſſimā nauem/ multiſqꝫ oneribꝫ refertam: que plurima pelagi ſpatia cōfecerat: ac ſecūdis ventis nauigabat/ cū iā ad portū ꝓpinquaret: parum ante ipm̄ hoſtiū ſubmerſit: metūqꝫ nō modo extreme paupertatis: verū acerbiſſime mortis/ ac perditiōis eiꝰ capiti/ qui iſta pararat tēpeſtas illa ſeua circūdedit. Sic ſic ꝓfecto mihi nūc cōtigit. Nāqꝫ execrabiles illi flagitioſi/ ꝑditi/ nebulones. Dicat enī hec atqꝫ hmōi cetera: nihil illi ſuccenſebimus: tante ſpei filiū ſenectutis mee cuſtodē ⁊ nutritorē: veluti latrones quidā īmaniſſimi mihi repēte ſubductū in ſpeluncas ſuas abduxerunt: adeoqꝫ illū ſuis carminibꝫ excantauerunt: vt eligat magis aduerſus ferrū/ ignē/ beſtias: aduerſus omnia deniqꝫ fortiter/ ac ſūma cōſtātia perſiſtere: q̄ʒ ad priorem ꝓſperitatē/ prioreſqꝫ copias remeare. Qđqꝫ his durius ⁊ grauius eſt: illi ipſi q̄ hec perſuaſerūt: melius ſe quid ſit vtile ſcire/ atqꝫ intueri profitētur/ q̄ʒ nos. Deſerte iam domus/ deſolati agri: ipſiqꝫ agricole/ ac ſerui luctu/ ac merore pleni ſunt. Exultāt in malis meis inimici: pudoreqꝫ opꝑiuntur amici. Apud me autē nulla ſentētia obtinet: niſi vt iniecto igne cuncta ſimul exurā/ edes/ agros armēta boū/ greges pecorū. Quo enī mihi iam hec vtilia ſunt: cum ille nō adſit/ cuius vſibꝫ parata erāt captiuus. ſ. abductus/ atqꝫ apud barbaros crudeliſſimos ſeruitutē ſeruiēs omī morte duriorē/ atqꝫ acerbiorē? Amictu nigro ſeruos omnes operui: cūctāqꝫ familiā. Aſperſi cinere capita mulierū/ choros inſtitui: iuſſiqꝫ dirius/ atqꝫ amarius plangere: q̄ʒ ſi mortuū vidiſſem. Date veniā hec faciēti mihi: hic mihi luctus longe illo maior/ diuturnior/ grauior. Iam mihi fere lux ipſa moleſta eſt: ipſoſqꝫ ſolis radios ingrate ſuſpitio. Quotiēs enī in mentē venerit infelicis illius habitus: quotiēs viliſſimis illis ruſticis inhoneſtius illū amictū video/ atqꝫ ad opera viliora cōuerſum: quotiēs inflexū eius/ īmobileqꝫ ꝓpoſitum: vtqꝫ nulli cedat cōſidero/ vror/ diſrūpor diſtrahor. Hec atqꝫ eiuſmodi dicēs/ prouoluatur etiā audientiū pedibꝫ/ aſpergat cinere caput: deturpetqꝫ puluere faciem: canitiē vellat: omneſqꝫ prehēdēs oret ſe vt adiuuēt/ ac porrigāt manū: ſatis puto/ diligenter accuſatorē expreſſimus: atqꝫ inſtruximus ad cōmouendā auditoribꝫ omnibꝫ vehementē iracundiā: ⁊ ad perſuadendū: vt eos qui horū cauſa ſunt: per p̄cipitia deiectos exterminēt: at qui nos iccirco ad has ſupremas anguſtias oratiōe noſtra ꝓuecti ſumus: vt cum is q̄ ita venerit paratus/ diuina gratia ſuperatus fuerit: iam nemo nobis obſtrepat. Cum enī is qui iſta omnia/ que predixi/ ſimul habet: cū victus fuerit: atqꝫ obmutuerit: ⁊ is quoqꝫ qui omnia nō ſimul habet: neqꝫ enim facile cūcta ea conuenire poſſunt: nobis iā de victoria cōcedet. Hic itaqꝫ ⁊ iſta ⁊ his plura etiā loquat̄. Ego in p̄mis iudices orabo/ atqꝫ obſecro: ne modo miſereantur ſenis huius: ſed hāc miſericordiā differāt in extremū cum illū oſtenderimus lugentē filiū: in nullo quidē violatū: nihilqꝫ penitꝰ perpeſſum mali: verū ꝯtra etiā maximis potitū bonis: eiſqꝫ tā inſignibꝫ/ vt excellentiora nō poſſint reperiri. Tūc enī ꝓfecto miſeratione/ ⁊ lachrymis dignus iudicādus eſt: cū nati felicitatē/ ſecūdoſqꝫ ſucceſſus ne cōſpicari quidem poſſit: tantūqꝫ abeſt/ vt ea intueatur: vt ſic in maximis ꝓfectibꝫ: tanq̄ʒ in ſummis eius malis lamētet̄. Qđ nā ḡ erit noſtre oratiōis exordiū: aut vnde potiſſimū inchoabimus? ab ipſis plane opibꝫ atqꝫ pecunijs. Nam ⁊ ipſe maxime omniū hoc vnū lamentis omnibꝫ/ omniqꝫ cōploratōe proſecutus eſt: idqꝫ ſibi videt̄ eē acerbiſſimū/ ſi diuites filij pertrahant̄ ad hanc duritiā vite atqꝫ propoſiti. Dic ergo queſo te vtrū omnes beatū dicimus/ atqꝫ inuidioſum/ ⁊ plane feliciſſimū: eū ne qui ſiti ſemper eſtuat: quiqꝫ anteq̄ʒ priorem calicē ſorbuerit: rurſus alio indiget: atqꝫ ſemꝑ in hoc perſeuerat ſtatu: an eū qui ſuperior ea neceſſitate cōſtitutus/ ſine ſiti ſemper durat: nunq̄ʒ penitus vlla potatiōis neceſſitate cōſtringitur? Nōne alius quidē: his qui graui febriū ardore cruciantur/ ſimillimus videt̄/ atqꝫ violentiſſime neceſſitati addictus: etiā ſi ex fontibꝫ haurire puriſſimos/ atqꝫ vberrimos latices poſſit: alius vero vera ꝓfecto libertate liber eſt: veraqꝫ ſanitate ſanus: ipſamqꝫ naturā excedit humanā. Quid illud? Si quis adamaret mulierē: eiqꝫ cōgrederet̄ iugiter: verum maiore poſt cōcubitū illū flagraret ardore. Alius vero perſiſteret/ hac inſania liber: ⁊ ne in ſomnijs quidē vnq̄ʒ hoc malo caperet̄: q̄s rurſus felix ⁊ beatiſſimus videretur? Nōne iſte? Quis cōtra infelix ⁊ miſerrimꝰ? Nōne is qui nouo hoc amore languet: qui nunq̄ʒ poſſit prorſus extingui: quinīmo excogitatis quoqꝫ remedijs magis/ magiſqꝫ ſuccēditur. Sin aūt preter iſta: q̄ dicta ſunt: etiā ex ipſo morbo ſuo ſe beatū dicat: nec curet ipē: nec velit ea neceſſitate liberari: quin eos quoqꝫ lamētetur/ ⁊ lugeat: qui iā ea peſte liberati ſunt/ vt iſte nunc facit: nōne hinc quoqꝫ miſerabilior erit/ atqꝫ infelicior: nō tantū ꝙ morbo illo/ ⁊ peſte detinetur: verū ꝙ ne id ipſum q̄dem ꝙ lāgueat nouit: ꝓpterea qꝫ nec ipſe liberari valet: ⁊ eos qui iā liberati ſunt/ luget? Reducamꝰ igitur hanc orationē noſtrā ad pecuniarū poſſeſſionē: inſpiciamuſqꝫ quis re vera miſer/ q̄s infelix ſit. Illis nempe amoribꝫ iſte/ ⁊ vehemētior ⁊ inſanie propior eſt: nō iccirco tantū ꝙ moleſtiores habet faces verum ꝙ ad excogitata queqꝫ ſolatia inflexus ꝑdurat: duriorqꝫ ex illis/ atqꝫ acerbior efficitur. Citiꝰ quippe hi qui et potū/ ⁊ corpora amāt: poſtq̄ʒ his potiti fuerint/ ſacietatē ſument: q̄ʒ qui diuitiarū inſanis amoribꝫ flagrant. Quo circa illos noſtra oratione effingere neceſſe fuit: ꝙ nō facile ſit/ neqꝫ in pro

ptu illorū documētū:huius autē peſtis multa poſſumus exempla afferre. Num queſo te iccirco lamētar᷑/ ⁊ luges filiū tuū:ꝙ hac tanta veſania:tāqꝫ deſperato morbo liber euaſit:ꝙ hoc irremediabile inſanoqꝫ amore caruit:ꝙ bello hoc ⁊ pugna māſit immunis? At id nūꝙ paſſus ille fuiſſꝫ inq̄es:neqꝫ plura ꝯcupiſſet: verū his que haberet contentus:nihil inquiſiſſet amplius. Rem quidē dicis impoſſibilē: ipſiqꝫ vt ita dixerim/ nature cōtrariā: verū ſit iſtud quoqꝫ. Cōcedamus fieri potuiſſe/ vt ea eſſet moderatione animi: vt his que haberet nihil vellet adijcere:nec vllo vnꝙ eiuſmodi merore caperet᷑. Ego ſic quoqꝫ illū maiori modo in quiete/ ac voluptate cōmorari docebo. Quid eñ leuius/ aut tranquilliꝰ eſſe cenſebimus:tantiſue/ tantarūqꝫ rerū curis implicari:eiuſmodiqꝫ cuſtodie/ ac ſeruituti obnoxium ⁊ obſtrictū fieri:quottidieqꝫ ſollicite metuere/ ne q̄d rei familiaris pereat:an vero his curis/ atqꝫ vinculis oīno expediri? Nam ⁊ ſi ſarcinas alias nō appetat: vt interim id cōcedamus:nōne multo melius multoqꝫ preſtantius eſt:iam impoſitas abijcere:q̄ꝫ ab eis ipſis opprimi? Deniqꝫ ſi vt cōceſſum eſt/ maximū bonū elicit᷑/ plurimis nō indigere/ minimiſqꝫ contentū eſſe:neceſſitate omni celſiorē euadere:maioris profecto felicitatis erit. Is eñ qui neqꝫ ſitit vnꝙ/ neqꝫ amat:nihil eñ me ꝓhibet rurſus ad eadem exempla redire:multo profecto beatior/ multoqꝫ glorioſior eſſe mōſtratus eſt:nō modo eis qui ſemper ſitiunt/ ac ſemꝑ amant:ſed eis quoqꝫ q̇ quātulibet paꝝ id paſſi ſunt:ſueqꝫ cōcupiſcentie ſatiſfecerunt:cum ipſe nunꝙ eiuſmodi neceſſitati ſe ſubdiderit:percōtabor autē te rurſus: Si diuitijs vltra omnes eminere/ cunctiſqꝫ eis malis eximi:que ſolent ille parere liceret:ergo ne nō incredibiliter optares ea pace/ ac tranquillitate frui: vt non inuidiā/ non calūnias/ nō inſidias/ nō curas:nō quicꝙ aliud eiuſmodi ab vllo prorſus hominū paterer᷑/ aut pati formidares? Et ſi filiū tuū hec oīa habere mōſtrauero/ atqꝫ longe etiā eſſe ditiorem:quieſceſne tādem te lamentis/ ac ſuſpirijs adeo amaris conficere:tamqꝫ diris gemitibꝫ abſtinebis? Nempe abſolutū eū cur᷑ illis/ ac malis reliquis que ſolēt opes eueſtigio ſubſequi:ne tu quidem ipē negabis. Iccirco nec nos ad te de ea re v̄ba facere neceſſe eſt. Studes autē id magis addiſcere: quo nam modo ille diues ſit:ac te ipſo qui tam multa poſſides lōge opulentior:hoc ego modo te docebo:oſtendāqꝫ te ſi illi compareris id pati qꝺ illū pati arbitraris:atqꝫ extrema in paupertate degere. Nec modo me celeſtia bona perſecutuꝝ putes:que nobis poſt huiꝰ exceſſum vite reddenda ſunt. Ex his que ſunt in manibꝫ que tenētur:te interim docebo. Nempe eñ tu eorū tantū que poſſides dominus es:ille vero omniū q̄ ſunt in toto orbe terrarū. Sin vero tu minꝰ credis age te ad illū adducamus/ ac ꝑſuadeamus/ vt de monte deſcendens:magis autē illic reſidens:alicui ex his qui ⁊ diuites valde/ ⁊ religioſi ſunt mandet: ſibi mittant auri pondus quantū ipſe vis:ſiue quia iſtud non pateret᷑:illi vel illi indigenti dare iubeat: videbis diuitē illū ſibi deuotius/ alacrius/ prōptius obaudientē:q̄ꝫ faceret nutu tuo quiuis ex diſpēſatoribus tuis. Nam hic quidē cum aliquid iubet᷑ impendere:merens/ triſtis/ demiſſus id facit. Cōtra ille cū non impēderit:tunc demū maxime trepidat/ atqꝫ anxius eſt:ne forte in aliquo offenderit:ꝙ ſibi eiuſmodi nihil imperet᷑. Atqꝫ ergo plurimos tibi poſſem oſtēdere nō modo ex eis qui excellētiores ſunt: verū ex humilioribꝫ quoqꝫ qui tanta hac poteſtate ſunt prediti. At qui tu ſi quidem villici tui ſibi credita male abſumpſerint. Aliū non habes a q̄ petas: verū illoꝝ peruerſitate ex diuite cōtinuo pauꝑ efficeris:at filius tuus nil eiuſmodi metuit. Siue eñ ille cui prius imperauerat diuitijs excidat:imperabit alteri/ ſiue is quoqꝫ aliquid tale paſſus fuerit:ad alteꝝ ſe cōuertet. Prius deniqꝫ deficiēt fontiū latices/ atqꝫ ſiccabunt᷑:q̄ꝫ q̇ nato tuo nō obtēperet imperāti. Et ſi nobiſcū in religione cōcordares: enarraſſem tibi ꝓfecto/ multas/ ac lōgas/ nouaſqꝫ ⁊ veteres eiuſmodi hyſtorias. Veꝝ quia te gentilē profiteris:gentiliūqꝫ doctrinis acquieſcis:ne hic quidē exempla deerūt. Audi deniqꝫ apud Platonē quid ad ſocratē loquat᷑ Crito: Tibi quidē ſunt mee pecunie (vt equidē reor) ſatis mlte. Sin vero tu ꝙ mei curam geras:iccirco re mea tibi abſtinendū cēſes:at hi qui aſtant/ ſuā quiſqꝫ impēdere parati ſūt. Intulit q̇ppe in hoc ipm̄ pecuniā ingentem Simias:paratus ē. Cebes quoqꝫ:alij itē permulti:itaqꝫ vt antea dicebā:noli vllo hoꝝ metu laſſeſcere:tuāqꝫ ſalutē quin tuearis/ negligere. Neqꝫ vero id quod pauloante in iudicio dicebas:moleſtiā tibi vllam/ aut curā pareat:ꝙ.ſ.profectus a nobis nō haberes quatenus teipſo vtereris:quibuſue vſui eſſe poſſes. Multis eñ ⁊ alijs in locis:quocūqꝫ tu tandē proficiſcare/ amabūt te/ atqꝫ obſeruabūt plurimi. Sin autē volueris ⁊ in theſſaliā pergere:ſunt mihi pleriqꝫ illic hoſpites:qui ⁊ te plurimi facient: ⁊ tutum eſſe ab omni iniuria preſtabūt. Quid hac ſuppeditatione iocūdius dici poſſit/ aut gratius? Verum iſta quidem/ vt ad hominem ſeculo obnoxiū ſunt dicta. Et ſi ſubtilius/ atqꝫ diligentius nati tui opes diſcutere velimꝰ:tu quidē fortaſſe nō aſſequeris intellectu que dicimus. Ea tamē ad iudices neceſſario dicenda ſunt. Tāte eñ ſunt virtutis opes/ atqꝫ copie adeoqꝫ q̄ꝫ veſtre dulciores/ atqꝫ ameniores: vt qui has habuerint:nunꝙ eas velle poſſint cū vniuerſa terra cōmutare:ne ſi illa quidē auꝝ fiat cum mari/ ⁊ fluminibꝫ/ ⁊ montibꝫ/ atqꝫ ſi fieri id poſſet:didiciſſes profecto ex ipſo experimēto ꝙ nō iactantie/ ⁊ leuitatis verba loquimur:ſed maiores quoqꝫ illi copioſioreſqꝫ diuitias negligerent/ ac ſpernerent vt eas poſſent adipiſci:nūquāqꝫ prorſus iſtis illas cōmutarent. Et quid ego dico cōmutarēt? Ne cum illis quidē has habere vellēt. Et certe ſi qui vob̄ vna cū pecunijs/ virtutis cōferret opes:obuijs eas ſupiniſqꝫ manibꝫ ſuſciperetis. Adeo ipſi quoqꝫ eas diuitias/ ⁊ magnas/ ⁊ admirabiles eſſe confitemini. Cōtra iſti ne cū ſuis quidē opes veſtras habere dignabūtur:adeo rē eſſe cōtemptibilē/ ac penitus abiectā norūt:atqꝫ hoc ipm̄ rurſus exemplis veſtris ꝑſpicuū faciā. Quantā eñ pecuniaꝝ Alexandrū diogeni datuꝝ putas:ſi quidem ille voluiſſet accipere? Sed noluit: At ille nixibꝫ totis ꝯtendebat:cūctaqꝫ moliebat᷑: vt huiꝰ virtutibꝫ ꝓpius accederet. Vis ne aliūde quoqꝫ/ ⁊ tuā inopiā/ ⁊ nati tui copias cognoſcere? ꝓficiſcere ad illū:eiuſqꝫ palliū qꝺ ſolū habet/ illi aufer. Educ itē ex cellula:atqꝫ ipm̄ eiꝰ tuguriū deſtrue:ne ſic quidē illū indignantē/ aut dolore aliquo cōmotū penitus videbis: veꝝ aget tibi ḡtias:



idqꝫ tanto magis/ quāto illū ad philoſophiā amplius impellis. Abs te vero ſi quis vel decē dragmas tulerit/ ingemiſcere/ flere/ lamētariqꝫ non deſinis. Quis ergo diues exiſtimandus eſt: quis beatus: iſne qui vl' minimis mordet᷑/ an qui mortalia cūcta ſimul deſpicit? Neqꝫ id tantum facias qꝺ dixi: veꝝ omni quoqꝫ illū prouincia deturba: videbis letum hilarē/ atqꝫ ita ridentē/ ac ſe ludens pugio feriret. Te ſi quis vel ſola patria ⁊ genitali ſolo exturbet: acerbiſſima perpeſſum cōq̄reris:neqꝫ eā calamitatem ferre poteris. Enimuero ille quippe terre/ mariſqꝫ dn̄s/ ita facile:ſicqꝫ ſine merore ⁊ gemitu migrabit ad alia vt facis tu cum per agros tuos incedis:quin longe etiā facilius. Nam tibi/ ⁊ ſi per tua licenter incedis/ tm̄ per aliena q̊ꝫ neceſſario incedēdum eſt. At vero terrā ille omnē: vt ꝓpriā obambulat:eiqꝫ potū vndiqꝫ largiſſimū ſuppetūt/ ſtagna/ fontes/ amnes:cibū vero ⁊ olera/ ⁊ virentes herbe multiſqꝫ ex locis panes aduecti ſuppeditant. Nundum eni id dico:ꝙ terrā ipſam omnē aſpnatur:habens in celo ciuitatē. Sin autē ſibi moriendū fuerit:letius/ atqꝫ iocundius feret occubitū/ q̄ꝫ vos delitias veſtras:atqꝫ ita mori magis optabit peregre/ q̄ꝫ vos ī patria ⁊ lecto. Sicqꝫ ille erit plane vagus/ fugitiuus/ palabūdus:qui vrbē incolit: ⁊ domū habet:nō qui his omnibꝫ liber euaſit. Neqꝫ eñ illū vnꝙ de patria poteris educere:niſi ex terra prius vniuerſa ꝓpuleris. Ita eñ interim loquamur. Nā vt veriſſima ratiōe cōſtat:tunc eū maxime ī patriā reduces:cū terra penitus deduxeris: verum id nūdum ad te loquemur:neqꝫ ſic agemus tecū: qui nihil eis que vidētur/ amplius noſti. Neqꝫ v̄o nundum eū poteris oſtendere: donec amictꝰ fuerit virtutis indumētis:neqꝫ fame vnꝙ perimes: q̄ꝫdiu q̇ ſit verus cibus/ agnouerit. Ceteꝝ his omnibꝫ diuites capiunt᷑ facile/ atqꝫ ꝑturbāt᷑:itaqꝫ iſta q̊ꝫ ratione nō peccabit:qui hos quidē pauperes/ ac prorſus inopes dixerit:illos vero etiā ad omnē copiā locupletes. Nā cui cibꝫ/ ⁊ potus/ ⁊ domꝰ ⁊ requies vbiqꝫ ſuppetit:nec modo in eiuſmodi nō ingemiſcit aut meret: veꝝ etiā q̄ꝫ vos in veſtris iocundius degit:liquet prorſus eū vobis omnibꝫ diuitibꝫ eſſe ditiorem:qui iſta in edibꝫ veſtris tantū inuenire poteſtis. Quo circa nec inopiā ille vnꝙ lugebit:neqꝫ autē iſta victus facilitate ⁊ copia ⁊ voluptate tātū diuitie iſte preſtantiores ſunt: veꝝ ob hoc ipm̄ q̊ꝫ ꝙ neqꝫ capi aduerſis vllis poſſunt neqꝫ in paupertatem aliq̄n decidere:neqꝫ ſubiecte ſunt incertis vllis caſibus/ neqꝫ curis angūt᷑:neqꝫ liuore capiūtur:ſꝫ admirationē omnē/ ⁊ laudes/ ac famā preſtantiſſimā merent᷑. At q̇ in vobis cōtraria his penitꝰ aſpicimus. Nō modo eñ vos nō laudāt diuitiarū ḡra veꝝ hac maxime ex cauſa/ ⁊ oderūt: ⁊ execrant᷑: ⁊ inuident vobis:atqꝫ inſidiantur plurimi:hic vero ꝙ veris diuitijs beatus ſit:iccirco ſūme admirationi omnibꝫ eſt:nec ꝓpterea inuidia vel inſidijs vllis appetit᷑: verū eñ q̇s ad ſanitatē: ⁊ ſalubritatē aptior? Nōne q̇ virtuti ſtudet:eiſqꝫ diuitijs beatꝰ eſt agreſtiū inſtar animātiū: ⁊ viuit/ ⁊ viget:ac vegeto corpuſculo ēſt:q̇ppe q̇/ ⁊ puriſſimo fruitur aere: ⁊ ſaluberrimis vndis: ⁊ pratis: ⁊ floribꝫ: ⁊ odore integerrimo:atqꝫ gratiſſimo? Hic v̄o veluti in ceno iacēs: ⁊ mollior eſt ⁊ imbecillior: ⁊ morbis omnibꝫ magꝭ obnoxius? Sin autem in ſanitate primas iſte partes tenet:liquet profecto ꝙ ⁊ in voluptate: vtꝝ eñ tu magis exiſtimas in delitijs degere:eū ne q̇ ſuper viridi accūbit:atqꝫ altiſſimo feno pone fontē lucidiſſimū ſub vmbra denſaꝝ comantiūqꝫ arborum:oculoſqꝫ paſcit obtutu:puriorē ipſo celo nitidioremqꝫ animū poſſidēs/ omniūqꝫ rerū perturbatōe/ ac tumultu longiſſime remotus:an vero eū qui in edicula incluſus manet? Profecto eñ nec nitenti aere puriora ſunt marmora:nec vmbra tecti frōdeis vmbris eſt gratior:nec lapilli vlli/ vel lateres pauimēto varijs veſtiti floribꝫ ameniores:atqꝫ hoꝝ omniū vos diuites teſtes eſtis:q̇ ſi fieri poſſet in ipſis tectis habere arbores cupitis/ ⁊ prata/ ⁊ penſiles hortos: horūqꝫ ſolatia profecto malletis q̄ꝫ aurea tecta/ parieteſqꝫ mirabiles. Deniqꝫ quotiēs ex laboribꝫ in requiē relaxare animos cupitis:his omībꝫ obmiſſis ad illa ꝓperatis: veꝝ tu fortaſſe pro gloria quereris ingenti illa/ atqꝫ ſingulari quaſi nuſqꝫ hic locū habere videat᷑. Regiā eñ ſolitudini ꝯferēs:atqꝫ ſpem rei vtriuſqꝫ cōponēs:e celo ipſo filiū tuū decidiſſe arbitraris. Id igitur in primis oſtendendū/ ac docendum/ vt neqꝫ ſolitudo faciat ignobilē:neqꝫ regia clarum ⁊ illuſtrē:atqꝫ anteqꝫ ad rationes veniamus: exemplis iſtis/ hac te ſuſpitione liberabo:exēpliſqꝫ potiſſimū veſtris Dionyſiū fortaſſis accepiſti ſicilie tyrānū. Audiſti ⁊ Platonē Ariſtonis filiū. Quis horū igitur inſignior fuit/ aut clarior: quiſue vbiqꝫ canitur/ ac ꝑ cunctoꝝ ora celebratur? Nōne philoſophus tyrāno ampliꝰ? at q̇ ille q̇dē inſule totiꝰ potiebatur:atqꝫ in delitijs degebat ingentibꝫ copijs:lictoꝝ agminibꝫ ſtipatus:reliquo quoqꝫ cū apparatu regio diuitꝰ vixit:hic aūt academie in hortꝭ morabatur:plantās/ inſerēs/ aquas irriguas ducēs/ oleaſqꝫ comedēs:ac viliſſimā apponēs mēſam:omniqꝫ ſplendore regij illius apparatus īmunis. Qꝺ cum ſit ꝓfecto mirabile id oīno mirabiliꝰ eſt:ꝙ ſeruus effectus:atqꝫ ad tyrāni ſententiā venditus: in tātū abfuit: vt illo ꝓpterea/ aut abiectior appareret aut vilior: vt ipſi quoqꝫ tyrāno ex hoc ⁊ famā/ ⁊ claritudinē tradiderit. Adeo virtus nō ex his modo q̄ geſſerit:ſed ex eis q̊ꝫ q̄ ꝑpeſſa fuerit:nō ſeipſam:non eos deniqꝫ qui ſe affligūt ꝑmittit occultari/ ac eē incelebres. Quid v̄o p̄ceptor eiꝰ ſocrates? Quāto is archelao fuit illuſtrior ⁊ gl'ioſior? at ille pl'imis opibus ingētiqꝫ gl'ia/ ⁊ ſplēdore degebat:hic autē morabatur in lycio:nihilqꝫ preter vnū palliū habebat quo ⁊ hiberno ⁊ eſtiuo tēpore/ oībuſqꝫ horis anni vtebat᷑:nudis ſemper pedibꝫ incedens:ac ſine cibo toto die perſeuerās:panēqꝫ tm̄modo in cibū ſumēs atqꝫ is erat ei ⁊ pulmentū/ ⁊ eſculentū:ne iſtā quidē menſam ex rebꝫ ſuis/ ſuaqꝫ ex domo apponebat:ſed ab alijs accipiebat. Sicqꝫ cū ſūma paupertate vitā degens/ adeo rege ipo fuit illuſtrior/ vt cum eū ille freq̄nter ad ſe inuitaret:noluerit lycio dimiſſo ad illius opes proficiſci. Ex ea quoqꝫ q̇ nūc obtinet exiſtimatiōe quid potius/ quid excellentius ſit/ ſatis apparet. Nāqꝫ horū quidē nomina/ ⁊ celeberrima ſunt/ ⁊ plurimis nota:illoꝝ vero obſcura/ ⁊ fere oībus ignota. Diogenes vero rurſus hic alius phus tanto/ ⁊ his/ ⁊ eiuſmodi alijs īnumerꝭ regibꝫ opulētior fuit:ſemicincijs amictus/ vt cū Alexander philippi filius exercitū in ꝑſas duceret: omnibꝫ dimiſſis ad illū pergeret viſendū: rogaretqꝫ cominus ꝑ ſeipm̄ vlla ne re indigeret: ⁊ an aliquid iuberet. Cui

ille nihilo ſe egere reſpōdit. Num adhuc exemploꝝ ſatis habes: an vis alia quoqꝫ memoremus? Nempe iſti nō modo his qui ī regia inſignes ſunt: ſꝫ ipis quoqꝫ regibꝫ fuere clarioꝛes: ꝙ ſimplicē ꝙ priuatā: ꝙ quietā vitā delegere: atqꝫ nunꝗ ad rempublicā ſe conferre voluerūt. Sed em̄ in ipſa quoqꝫ reipublice adminiſtratione: ſi diligēter inſpicias: non illi eminent aut excellūt: ꝗ diuitijs / ac delitijs / rerūqꝫ omniū copia ſtipati degūt: verum qui in paupertate ⁊ vilitate vitā omni faſtu alienā ducūt. Namqꝫ apud athenienſes Ariſtides ille: quē etiā moꝛtuū ſepeliuit ciuitas alcibiadē cum is opibꝫ / delitijs: generis nobilitate: oꝛatōis vi ⁊ copia: coꝛpoꝛis ſpecie ⁊ roboꝛe: ceteriſqꝫ eiuſmodi vinceret: tanto fuit inſignioꝛ quāto vili aliquo puſiōe philoſophus mirabilis. Apud thebanos vero epaminundas / cum in contionē vocaretur: ac ꝓpterea proficiſci nō valeret ꝙ veſtem lauiſſet: nec aliā haberet: qua operiri poſſet: cūctis qui eo conuenerāt ducibꝫ / inſignioꝛ ac ſpectatioꝛ fuit. Non ergo mihi ſolitudinē in mediū adducas / aut regiā. Neqꝫ em̄ in locis claritudo / ſplēdoꝛ / ⁊ gloria non in veſtibꝫ: nō in dignitate / non in potētia: ſed in virtute tm̄ animi / ⁊ philoſophie ſtudijs conſiſtit. Uerū quia exempla foꝛtaſſis apud te non vſqꝫ adeo vim / atqꝫ auctoꝛitatē habent: age iā ex ipſo filio tuo: rem iſtā diſcutiamus diligēter. Inuenimus illū ſane nō modo clarioꝛem eē nūc / ꝙ fuiſſet domi: veꝝ ex illis ipſis rebꝫ eā claritatem aſſecutū: quibꝫ illū tu ⁊ vilem eē / ⁊ ignobilē exiſtimas. Nam ſi vis perſuadebimus illi de monte deſcendere / atqꝫ in foꝛū irrumpere. Aſpicies pꝛotinus totiꝰ ciuitatis in illū oꝛa conuerti / cūctoſqꝫ inuicē ſibi eū demonſtrātes: ſūma admiratiōe / ac ſtupoꝛe / ⁊ gaudio repletos: velut angelus aliquis de celo deſcenderit. An parū tibi gloꝛie videtur aſſecutus? Certe non eis modo qui in regia verſantur: ſed ipſo quoqꝫ cui diadema circūligatū eſt / pꝛofecto erit illuſtrioꝛ: idqꝫ aſſequet̄ ob indumēta illa viliſſima / atqꝫ conſciſſa. Nunꝗ eni ita miraculo / ac ſtupoꝛi omnibus fuiſſet: ſi veſtibꝫ operiret̄ auratis: ſi ipſam purpurā deniqꝫ / ipſamqꝫ geſtaret capiti impoſitā coꝛonā / ſi ſtratis inſideret ſericis: aureoqꝫ curru muloꝝ officio inueheretur: aurata lictoꝝ turba comitatus: vt modo eſt ſqualoꝛe / ac ſoꝛdibꝫ obſitus: craſſoqꝫ amictus indumento: nullo a latere comitatꝰ aſſecla / nudiſqꝫ pedibꝫ incedens. Regij nāqꝫ illi apparatus / ⁊ ſolēnes ſūt: ⁊ cōſtituti legibꝫ ac diffiniti: atqꝫ adeo nemo regē admirat̄ ꝙ veſtem induat auratā. Non mō em̄ nō miramur: verū ſi ꝗs id admirās dixerit / ridemus quippe qui nihil nouū nihil mirabile locutus ſit. At ſi quis de filio tuo verba faciat: vtqꝫ irriſerit paternas opes: omnēqꝫ ſeculi gloꝛiam dederit peſſum: omniqꝫ mūdana ſpe celſioꝛ euaſerit: atqꝫ ad ſolitudines cōmigrās: tunica vili ꝯſciſſa ac putri ſe induerit: ſi hec inquā ille de filio tuo ꝓſequat̄: pꝛoꝛſus cōtinuo cōcurrent omnes: applaudentqꝫ / atqꝫ laudabūt eius magnitudinē animi tantā / ⁊ tam illuſtrem. Contra cū reges innumeris quottidie maledictis impetātur: nihil aurate veſtes quo minꝰ id fiat terroꝛi ſunt: tantū abeſt: vt ille eos venerabiles reddāt. Hic autē ex ipſis quoqꝫ indumētis plimas occaſiōes habet āmiratōis / ⁊ laudis. Iſte igit̄ amictus multo melius ipſum / ⁊ ſpectatū / ⁊ illuſtrē facit / ꝙ faceret regius. Si quidē ex illo nemo regem ammiratur: ex hoc ita indutū omnes / ⁊ veneratōi / ⁊ ſtupoꝛi habent. Uerū em̄ tu quid mihi (inquies) emolumenti confert opinio multoꝝ: quid tandē he laudes omniū pꝛeſtant? Nempe gloꝛia nihil aliud eſt: ſed huius inꝗes amoꝛe nō teneoꝛ: honoꝛes magis / ⁊ potentiā cupio. At hi qui laudāt pꝛoꝛſus / honoꝛabunt quoqꝫ. Sin vero tu / ⁊ potentiā / ⁊ regimen deſideras: ea nihilominꝰ: vt pꝛioꝛa oīa apud iſtos reperiemus eſſe pꝛeſtātius / ꝙ apud vos: atqꝫ cum eā rem exemplis confirmare facile poſſemꝰ: ad eum pꝛobationis modū / qui te maxime ſolari poſſit venire malumꝰ: huiuſqꝫ ratiōis documēta: ex ipſo potiſſimū filio tuo inquiremus. Qd̄ em̄ tu ſūme poteſtatis argumentū eſſe aſſeris? Nōne vt poſſit ꝗs ⁊ hoſtes / ⁊ omnes penitus / qui ſibi infeſti ſint vlciſci: cūctoſqꝫ qui ſe beneficijs affecerint remunerari? at qui hanc omnē / ne apud regē quidē inuenire poteris. Nāqꝫ ⁊ plurimos habet infeſtātes inimicos: quibꝫ vicem reddere nō poteſt: habetqꝫ plurimos beneficos / quos facile nō poſſit munerari. Plerūqꝫ em̄ / ⁊ hoſtes qui ſe bello laceſſierint maliſqꝫ innumeris affecerint: vlciſci cum vehementer cuperet / non potuit. Amiciſqꝫ item qui magna in bello oſtēderūt foꝛtitudinis / ac pꝛobitatis indicia: nō potuit paria rependere cū vellet ꝙ illi pꝛerepti fuiſſent: atqꝫ in bello ipſo occubuiſſent. Quid ſi hac potētia qua vt apta ratione demonſtratū eſt: ne reges quidē ipſi frui poſſunt: aliā quoqꝫ longe maioꝛem / atqꝫ excellētioꝛem filiū tuū habere monſtrauero? At qui nemo me bona celeſtia modo dictuꝝ putet / quibꝫ tu non credis. Non adeo / quid receperim / oblitus ſum: verū ex his que hac in vita fiunt / documenta afferā. Si em̄ vlciſci poſſe inimicos: ea demū ſupꝛema potentia cenſetur: multo plane erit excellētius: eiuſmodi vite ſtatū reperire: in quo nemo ſit / qui ⁊ ſi velit / nocere poſſit. Nam ꝙ hoc illo maius ſit ⁊ excellentiꝰ / tunc magis conſtabit: ſi ad exemplū aliud oꝛationē reducamus. Dic em̄ queſo quid nā eſſe cōmodiꝰ cēſes: quid ve pꝛeſtantius: rei ne bellice ita quēpiā ꝑitum eſſe / vt nemo qui ſe vulneret / inuulneratꝰ effugiat: an eiuſmodi eſſe coꝛpoꝛe: ꝙ quantalibet quiſqꝫ machinetur: vulnerare potius non poſſit? Omnibꝫ pꝛofecto conſtat hoc illo / ⁊ penitus eſſe / ⁊ longe diuinius. Illud quoqꝫ pꝛeterea adijciendū: qd̄ pꝛimo illo potētie genere ſuperius: ⁊ extremo inferius: ac mediū inter vtrūqꝫ eſt. Qd̄ nā vero iſtud eſt? Etiam medicamenta noſſe / per ꝗ vulnera deleātur omnia. Tribꝫ ergo iſtis potētie modis cōſtitutis. Pꝛimo quidē vt poſſit quis iniurias vlciſci. Alio vero qui ⁊ ſuperioꝛ / ⁊ dignioꝛ eſt vt vulnera ꝓpꝛia curare norit. Tertio / vt a nullo pꝛoꝛſus hominū ledi poſſit: qd̄ naturā penitus excedit humanā: extremū hoc filium tuū habere monſtrabimus. Atqꝫ ne hec ꝟba ſtrepitus inanis eſſe videātur: hac ipſa ſūma potentia rurſus aliā maioꝛem interquerendū inuenimꝰ. Non modo em̄ nō reperiet̄ qui nocere poſſit: ſed ne qui velit quidē. Ita duabꝫ ex partibꝫ ille tutus erit. Quid igit̄ h̄ vite ſtatu ſingulariꝰ: ꝗd diuinius dici aut fingi poſſit: ī ꝗ nemo nocere velit: nec ſi velit poſſit. Cū potiſſimū nolle nocere nō ex impotētia veniat / vt in pleriſqꝫ contingit: ſed ex eo ꝙ nocēdi nulla cauſa rationabilis exiſtat. Nam ſi nocere non poſſe id tandē per ſe ſolū ſit: nihil erit cur ita admiremur. Poterunt em̄ etiā vehemētius odiſſe: hi qui cū vo



luerint nocere nō poſſunt. Itaqꝫ nō parū beatꝰ iſte quoqꝫ potentie modus eſt. Ipſum ergo pꝛimū ſi videtur / intueamur diligenter. Quis nā eū rogo ledere: atqꝫ iniurijs afficere velit: qui nihil habet cōmune cū hominibꝫ nō tabularū / aut cirographoꝛū gratia: nō pꝛedioꝝ: nō pecuniarū: nō negocioꝛū: nō alterius deniqꝫ rei alicuius? Pꝛo quibꝫ aduerſus eū villis coꝛrixabitur / pꝛo ꝗbus ſeruis / pꝛo ꝗ gloria? Quid nam metuēs quid inuidens? Aut em̄ inuidia / aut timoꝛe / aut ira cōmouemur: vt aliquē ledamus. At iſte illuſtriſſimꝰ ⁊ plane regius: his omnibꝫ ſuperioꝛ euaſit. Quis em̄ illi inuideat: qui cūcta ea irrideat: que alij vehemēter amāt / ⁊ plurimi exiſtimāt? Quis illi iraſcat̄ a quo nulla fuerit laceſſitꝰ iniuria? Quis eū metuat: quē nihil ſuſpectum habet? Cōſtat igitur ex his neminē eē qui nocere velit. Ꝙ autē nō poſſit: ne ſi velit quidē: ⁊ hoc ſimilit̄ manifeſtū erit. Nulle em̄ ſunt occaſiōes / aut cauſe: ꝗbus eū aliquis impedire poſſit. Sed vt aquila ſublime volans / minutarū auiū laqueis non capit̄: ita ⁊ hic. Unde em̄ vel ex qua cauſa nocere ei poſſit aliquis? Pecunias ille nō habet / vt damnū metuat. Patriā nō habet: vt exiliū ſibi aliꝗs intentet. Gloriam nō optat / vt dedecus timeat. Unū reliquum eſt / moꝛs. ſ. ſed eā qui ſibi intulerit: nō modo nō illum ledet: aut aliquo afficiet meroꝛe: verū ſūma ꝗꝗ illi cōferet emolumēta. Nāqꝫ eū ad aliā tranſmittit vitā: quā ille ſūmis ambit deſiderijs: cuius gratia cuncta / ⁊ agit / ⁊ molit̄. Itaqꝫ laboꝛū illa ſibi finis erit / nō pena: ſudoꝛumqꝫ abſolutio / ⁊ requies. An cupis genus aliud ſue potētie / ac virtutis addiſcere: longe iſto excellentius / ac philoſophia dignius? Siue quis em̄ innumeris iniurijs afficiat: ſiue verberibꝫ atterat: ſiue in vincula cōijciat: coꝛpus quidē natura infirmū / violatur: ceteꝝ animus ꝙ philoſophie intētus ſit / inuiolabilis durat: neqꝫ em̄ iracūdia capitur: nō odio peruius eſt: nō inimicitias exercet. Que cū ſint mirabilia / id pꝛofecto mirabiliꝰ ſit neceſſe eſt: ꝙ eos ꝗ ſe ita vexant ſic diligit / ſic amat / vt beneficos: ⁊ ſuoꝝ pꝛofectuū magiſtros: bonaqꝫ illis cuncta impꝛecatur: at ꝗ tu quid ei vnꝗ tale ꝑſtare potuiſſes: etiā ſi milies regem ipſum / ac totiꝰ oꝛbis terrarū dn̄m cōſtituiſſes / ⁊ decem milibꝫ annis imperiū ei pꝛoꝛogaſſes? Que nam purpure vis que claritudo: que glīa ſic affecto animo cōparata: nō vileſcat / atqꝫ euaneſcat? Quid nam aliquis nō libēter impenderet: vt eiuſmodi animum acciperet? Ego puto eos etiā qui coꝛpoꝛi vehemēter ſtudent: huiꝰ vite deſiderio nō ſegniter moueri. Uiſne aliū / de quoqꝫ viri huius potentiā addiſcere / ⁊ mirabilē ⁊ iocūdiſſimā: humilioꝛi quidem ex parte petitam ſed tamē tibi ſūme gratā / atqꝫ ſuauiſſimā. Cūcta ſane ea ꝗ dicta ſunt: nec capi illū / nec violari poſſe oſtēdūt. Uerū tu foꝛtaſſe quo nā ille modo / alios ꝗꝗ moderabitur / ⁊ reget: atqꝫ tutiſſimos perſtabit / ꝗris addiſcere. Pꝛincipio quidē ipſiꝰ in eo apparet magiſteriū / ꝙ alios ꝗꝗ imitatione ſui ad idē ꝓpoſitū adducit / ſimiliqꝫ foꝛtitudine ꝑditos facit. Sin vero illi noluerint / eamqꝫ vitā / que ⁊ fragilioꝛ eſt / ⁊ terre ꝓpioꝛ hominibuſqꝫ cōmunioꝛ viuere maluerint: in eo quoqꝫ delectu vite: maioꝛe illū eſſe potētia ꝗ nihil habet / ꝙ te / qui diues es: idqꝫ iccirco maxime quia nihil habet / docebo. Quis em̄ maioꝛe cū fiducia / ac libertate regem alloquet̄: ⁊ ſi neceſſe ſit increpabit: tu ne qui tanta poſſides: ⁊ ꝓpterea ſuis quoqꝫ illius obnoxius / ⁊ obſtrictus es: pꝛoqꝫ oībꝫ tremis: ac trepidas: occaſiōeſqꝫ illi īnumeras ꝑſtas quibꝫ te quottidie capiat iratꝰ: an iſte qui illiꝰ iras potentiāqꝫ nō metuit? Hmōi em̄ potiſſimū ingenti cum libertate regibꝫ collocuti ſunt: quiqꝫ ſe mundi negocijs / penitus alienos reddiderūt. Cui ꝟo facilius cedet / pꝛomptiuſqꝫ obtēperabit: is qui eſt ī poteſtate cōſtitutus / atqꝫ in regia verſatur? tibi ne qui diues es: quē ille pecuniarū cauſa / crebꝛo plurima ſuſpicatur facere: an ei qui vnā tātūmodo habet intētionē / cauſamqꝫ iuſſionū / humanitatē. ſ. in oēs atqꝫ clemētiā? Quē inquā ille amplius amabit / obſeruabit / admirabitur / eū de quo nihil humile / nihil abiectū ſuſpicari poteſt: ante te quē ſeruis quoqꝫ ſuis humilioꝛē arbitratur / atqꝫ vilioꝛē? Sicut em̄ in re pecuniaria / quotiens aliquid impendendū fuerit: illis obaudiūt magis: ita impendijs quoqꝫ ꝑeſſe iubent. Sin autē ita vis / nihil ille ꝑ alios trāſigat: ſed per ſemetipſum omnia. Aliā eius viri potētiam intueamur. Adducatur afflictus aliꝗs / ⁊ inſigni calamitate meſtus: ⁊ ad illū: ⁊ ad te: quin magꝭ nō ad te: ſed ad regem ipm̄. Cum videamus vter illum refouere / ⁊ recreare magis ſua pꝛouidētia poſſit. Pꝛimuſqꝫ ⁊ ante alios ducatur: qui acerbiſſima omniū perpeſſus ſit. Fingamus em̄ interim aliquē habere filiū vnicū: quē in ipſo floꝛe etatis amittat: hūc neqꝫ pꝛinceps vllus / neqꝫ rex / neqꝫ alius quiſpiam ſolari merentē poterit: ne tu quidē: nihil enim eiuſmodi ſibi dare quale amiſit / valebis. At ſi ad filiū tuū ille adducat̄: ſtatim ex aſpectu ipſo / atqꝫ habitu: itēqꝫ ex ipſo habitaculo demiſſum oꝛa eriget / ac perſuadebit facile nihil extimare res humanas. Cum oꝛatione ſua meroꝛis omnē nebulā fugabit / ⁊ exterget. Tua ꝟo ex domo luctū ille / ⁊ quidē acerbioꝛem referet. Cum em̄ eā viderit īmunē / exoꝛtēqꝫ maloꝝ / omnibuſqꝫ ſecūdis ſucceſſibꝫ repletā / ⁊ eū ꝗ hereditate potiturus ſit pꝛe ſe ferentē: tum ꝟo magis aduret̄ / atqꝫ ad luctū acrius inflāmabitur. At vero inde manſuetioꝛ / ⁊ quietioꝛ redibit / philoſophieqꝫ vicinioꝛ. Nā cū viderit filiū tuū tātas opes tantas copias ſpꝛeuiſſe / tantāqꝫ claritudinē / ⁊ gloriam: minus dolebit ſibi filiū obiſſe. Qui em̄ moꝛderi / aut angi poterit: nullo ſibi ex liberis herede ſuperſtite: cū hūc ꝑſpexerit illa omnia ingenti magnitudine anime ſpꝛeuiſſe? Audiet illū pꝛeterea faciliꝰ ⁊ gratius de philoſophia verba facientē: ꝙ opibus ille fidē verbis faciat / dictiſqꝫ res ipe aſtipulentur. Tu ſi vel aperire os / atqꝫ hiſcere auſus fueris: eū meroꝛe incredibili replebis: quippe qui alienis in malis philoſophari pergis. At ille rebus ipſis erudiens perſuadebit facile nihil aliud ꝙ ſopoꝛē moꝛtē eſſe. Neqꝫ em̄ plurimos enumerabit patres ꝑpeſſos eadem: ſed ſeipm̄ oſtēdet: diebꝫ ſingulis in coꝛpoꝛe moꝛtē meditantē / ac ſe ad eā obeundā ſemꝑ ꝑparantē. Atqꝫ illum reſurrectionis admonēs / magna perſuadēdi vi: ita ab ſe dimittet maxima parte meroꝛis amputata: multoqꝫ amplius valebūt huius verba rebꝫ ipſis aſſerta ad leuandū animi doloꝛem ꝙ cōtubernaliū / ſodaliū / ac ſequeſtriū. Et iſtū ꝗdē ita foꝛſitan ſanabit. Adducatur ad illū rurſus aliꝰ: qui iugi ex moꝛbo oculos amiſerit. Quis illius doloꝛi medebit̄: quiſue meliꝰ curare eū poterit? Nempe eni iſte certa ratiōe monſtrabit nihil mali illū eſſe

paſſum: breui cellula incluſus: atq; ad lucē aliā pro-
perans: preſentēq; ſi illi cōparetur/ ⁊ breuē ⁊ obru-
ſam eſſe arbitrans: ſicq; admonebit/ eū caſum ⁊ cō-
ſtanter/ ⁊ fortiter perferre. Sed num tu male aliq̄-
bus affectis: vt philoſophari velint perſuadere po-
teris? Minime vero: quin etiam magis irritabis/
atq; perturbabis. Nanq; triſtia noſtra in proximo-
rum ſecūdis rebꝫ melius/ atq; diligentius cōſueui-
mus inſpicere. Tuus porro filius hos quoq; faci-
lius recreabit/ ⁊ refouebit. Omitto precū ſuffragia
longe his omnibꝫ/ ⁊ grauiora et maiora. Nec autē
ideo omitto: quoniā ad te mihi nunc ſermo eſt. Sin
autē honorari cupis ex filio: nec vllis eē cōtemptui:
par eñ eſt his quoq; te moueri/ atq; ea cupere: ne-
ſcio quo pacto id vberius cōſequi poſſis: q̄ꝫ vt eum
habeas filiū/ qui naturā excedat humanā: quiq; in
toto terraꝝ orbe illuſtris/ ⁊ clariſſimꝰ habeaꝛ: cuiq;
ſit tanta virtute/ ⁊ poteſtate: neminē habet inimicū.
Nam ſi veſtra hac potentia preditus fuiſſet: habu-
iſſet quidē plurimos: qui vererenꝛ: verū nec paucio-
res/ qui odiſſent: at hic illū omnes/ ⁊ iocunde/ ⁊ cū
voluptate honorāt. Si eñ nōnulli humili loco na-
ti: agreſtiūq;/ atq; operariorū filij: cum ad hanc ſe
philoſophiā cōtuliſſent: adeo cūctis fuere venerabi-
les: vt ne hi quidē qui in ſūmis dignitatibꝫ agebāt:
erubeſcerent proficiſci ad illorū tuguria: ⁊ cū eis cō-
loqui/ menſeq; participes fieri: quin ita fuere affe-
cti: tanq̄ꝫ bonis maximis: id qđ erat veriſſimū/ po-
titi fuiſſent: multo ſane magis id faciēt: cū viderint
hūc illuſtriſſimo ex genere/ clariſſimiſq; diuitijs: ſū-
ma illa et ſpe ad eam ſe virtutē cōtuliſſe. Itaq; ꝙ tu
maxime quereris ex his eū ad illa tranſiſſe: id in pri-
mis eſt qđ illū maxime omniū/ ⁊ probatū/ ⁊ ſpecta-
tum facit: omneſq; vt in illū intueanꝛ/ inducit: non
plane quaſi hominē: ſed iam penitus vt angelum:
Neq; eñ que de alijs opinari ſolent: ea de filio q̊q;
ſuſpicabuntur tuo: ꝙ ille ſcilicet/ vl' honoris ambiti-
one captus/ vl' pecunias deſiderās/ vl' inſignis ex
humili fieri cupiens: hāc elegit viā/ huic quoq; ꝓpo-
ſito ſe addixit. Que profecto verba/ ⁊ ſi cū de alijs
dicūtur mendatia ſimul/ ⁊ iniqua ſunt: in ipō tamē
tuo nato: ne obſcure quidem ſuſpitioni locū dare po-
terunt. Et ne tu putes iſta tantū contingere regibꝫ
pietatem colentibus: etiā ſi imperiū transferatur/
⁊ imperatores infideles fiant: tū quoq; nati tui vir-
tus illuſtrius clareſcet. Neq; vt apud gentiles: ita
fit apud nos: neq; principū edictis/ ⁊ ſententijs in-
iuſtis acquieſcimus: neq; eas ſequimur: verū ſua/
cuiq; virtus imota/ inuiolabiliſq; perdurat: tūcq;
apparet maxime: cū maxime oppugnatur. Nam ⁊
is miles: qui in pace probatus fuerit: lōge erit ſpe-
ctatior ſi belli terror increpuerit. Itaq; vt regibus
gentilibus erit tibi equus honor: imo vero maior
quoq;: atq; auctior. Nam qui filiū tuū in pace ve-
rentur: multo amplius id facient: cum preliantem
viderint: ſummaq; cōfidentia: ⁊ conſtantia vtentē:
⁊ plurima probitatis inſignia pre ſe ferētē. Vis ne
illa etiā que pertinēt ad te diligenter inquiramus?
An id quoq; ſuperfluū videtur? Is eñ qui ceteris
ita blandus/ ⁊ mitis eſt: vt querele occaſionē nul-
li prebeat: mltomagis patrem reuerebitur: atq; in
ſūmo habebit honore: longeq; amplius fouebit: ac
tuebitur obſequio: q̄ꝫ nunc: at qui ſi in ſūmo fuiſſet
magiſtratu: incertum eſt an ipſum quoq; patrē con-
temptui habiturus eſſet: nunc vero eam elegit vi-
tam/ per quam cum rege ipſo ſit illuſtrior/ ⁊ clarior
cunctorū tamen vite humilitatem ⁊ officio ſupera-
re perſeueret: q̄ppe eiuſmodi apud nos obtinet phi-
loſophia: que ea que videntur contraria celſitudinē
⁊ humilitatem in vnam animā cogat. Et tum qui-
dem quippe pecuniaꝝ cupidus: tuū etiam fortaſſis
optaſſet occubitū: nunc vero vt q̄ꝫ lōgiſſima tibi vi-
ta prorogetur orat: vt ex hoc etiā coronis clarioribꝫ
donetur. Non eñ exigua merces eis propoſita eſt:
qui parentes honorauerint: cum eos ex legis inſti-
tuto vereri iubeamur/ vt dominos: verboq; ſi-
mul: ⁊ operibus colere: dum tamē in nullo pietas:
ac religio ledatur. Quid eñ tale (inq̄t) illis reddes:
quale ipſe tibi? Conſidera deniq;/ q̄ꝫ ſit rationi con-
ſentaneum/ cū qui in ceteris ad ſummū virtutis ꝟ-
ticem prouectus ſit: id officiū quoq; ſūma intentio-
ne ſeruare. Nā ⁊ ſi moriendū ſibi fuerit pro tuo ca-
pite: non abnuet: non recuſabit: quippe qui non tā-
tū naturali te lege colit/ obſeruat/ honorat: verum
multomagis/ vt dei iuſſis obtemperet: per quē cū-
cta ſimul penitꝰ deſperit/ ⁊ reliq̄t. Cū igiꝛ ille nunc
ꝓbatior ſit/ ⁊ opulētior/ potētior/ ⁊ liberalior: cūq;
hac tanta magnitudine animi ſeruus tuus ſit lōge
amplius/ q̄ꝫ fuerit prius: cuius rei gratia quereris?
quid ingemiſcis? An quia quottidie nō metuis/ ne
forte in bello moriatur: ꝙ nunq̄ꝫ offenſurus eſt regi
animū: quia cōmilitonum inuidie non patet? Nō-
ne ⁊ hec/ ⁊ his plura etiā probatis filijs metuūt pa-
tres? Vt enim qui infantem puerum in ſublimi ali-
quo loco ſtatuerint: ne tandem is decidat/ metuere
coguntur: ita ⁊ hi qui filios ad excelſum aliquē di-
gnitatis gradum prouehendos curāt: illis omnia
timere ſolēt. At habet aliquā voluptatem balteus:
⁊ paludamentū: ⁊ preconis vox. Et iſta tandē quot
dierum ſpatio tenduntur? Num triginta/ aut cen-
tum/ aut his etiam totidem? Quid poſtea? Nonne
tranſierūt illa omnia vt fumus/ vt ſomniū/ vt vm-
bra/ vt fabula? At nūc illi vſq; in finē honor iſte ꝑ-
manet: imo vero poſt mortem quoq;/ ⁊ quidē tunc
multo cumulatior: atq; hunc honorem: hoc imperi-
um nemo vnq̄ꝫ ab illo poterit auferre: quippe cum
iſta non ille ab homine acceperit: verum a virtute
ipſa. Sed enim tu illū malles precioſa amictum ve-
ſte procedentem/ inſigniq; vectum equo: clientum
ſtipatū multitudine: paraſitos/ aſſentatoreſq; nu-
trientem videre. Cuius tādem rei gratia id velles?
num vt illi voluptatem aliquā ex his omnibus pa-
rares? At quin audies illum dicentē: ne nobis for-
taſſe minus fidem habeas/ tanto ſe vitam iſtam ea
quā degūt/ qui in delitijs viuūt: qui formoſis me-
retricibus vtuntur: qui ſe muſice/ paraſitis/ aſſen-
tatoribus/ omniq; id genus laſciuie addixerūt: io-
cundiorem/ ac dulciorem exiſtimare: vt malit mili-
es emori/ q̄ꝫ eis obtemperare/ quin iubent hac illū
omiſſa voluptate ad illā ſe cōferre. Quid ad hec di-
cturꝰ es? Nū ignoras quātū voluptatis/ q̄d iocū-
ditatis ea vita pariat: que a ſtrepitu negociorū re-
mota penitus/ quietē agit? Fortaſſe ne vllus id ho-
minū nouit: quippe qui eā vitā nunq̄ꝫ perfecte gu-
ſtauit. Cum itaq; nec claritudo deſit/ atq; hec q̄ ſibi
miſceri vix poſſunt/ ſecuritas/ ⁊ gloria in vnū coeāt
quid hac vita preſtabiliꝰ dici/ aut fingi poteſt? Ve-
rū quid tu (inq̄es) iſta mihi ingeris: q̄ ſum a philoſo-



phia remotiſſimus. Cur ergo natū tuū quoq; ad eā
ꝓpius accedere nō ſinis? Satis ſit iſto te incōmodo
affectū eſſe. Nonne ſummū eſſe detrimentū arbitra-
ris: quādo ad extremā ꝓuecti ſenectutē: vt q̄ in prio-
ri etate nihil boni/ nihil emolumēti fueritis lucrati
moleſtiſſime eam etatē fertis? At ideo inquit eā mo-
leſte ferimus: ꝙ magna nobis cōtulit iuuentus co-
moda. Que nam magna? Da ſenem/ qui magna il-
la cōmoda habeat. Si enī illa habuiſſet: perſeueraſ-
ſent vtiq; cum illo: nec modo vt his orbatꝰ: atq; de-
ſtitutus ita lamentareꝛ: ſin ꝟo illa abuolauerūt: et
marcida euanuerūt: quo nam modo fuerūt magna:
que ſic cito extincta ſunt? At qui filius tuus nunq̄ꝫ
prorſus id patieꝛ: ſed ſi ad longiſſimā quoq; ſenectu-
tem ſibi ꝓtendanꝛ anni: nō illū videbis indignantē
aut iniquo aīo ferentē/ vt vos facitis: verū gauden-
tem/ geſtientē/ exultantē/ triūphantē. Tunc enim
bona ſua vigēt amplius ⁊ florēt. Veſtre aūt diuitie
et ſi bona habeāt innumera: in primo ſtatim etatis
flore: faciēt illa cōtractiora. Non aūt iſta ita faciūt:
ſed vſq; ad ſenectutē durāt: excedēteſq; e vita comi-
tanꝛ: iccirco vos cū tantā diuitiarū copiā ꝑprepara-
tā in ſenectutē habeatis: plurimeq; vobis/ ⁊ delitia-
rū ⁊ glīe occaſiōes ſuppetāt/ iraſcimini et īdigne fer-
tis/ ꝙ etas non ſufficiat vt eis frui valeatis: iccirco
mortē quoq; phorreſcitis/ voſq; tūc potiſſimū miſe-
rabiliores oībꝫ eſſe cōfitemini/ cū maxime floretis.
Contra ille tūc inſigni requie frueꝛ: cum ſenuerit:
quippe qui ad portū venire ꝓperat: habetq; eam iu-
uentutē/ que viget ſemꝑ/ ac viret: nullūq; metuit ſe-
nectutis occaſum. Verū enī tu filium tuum eis deli-
tijs eiūq; hauriēdis voluptatibus inſtare voluiſſes
quarū illū milies penituiſſet cū ad ſenectutē ꝑueniſ-
ſet. Sed ab eiuſmodi delitijs ipſos quoq; inimicos
nr̄os liberet deus: verū ego quid ſenectutē memoro
quādoquidē die vno voluptas illa oīs extinguitur
immo ne die quidē integra illa ꝑdurat: ſed breuiſſi-
mo tp̄is momēto. Quid enī eſt voluptas? Nōne vē-
tri ſe dedere: ciboſq; delicatos parare: ⁊ ſpecioſis mu-
lieribꝫ cōgredi: porcoꝝ inſtar ſe in ceno volutantiū?
Sed iſta poſt videbimꝰ. Interim voluptatē ipſam
que ſit indagemus: atq; videamus: ſi nō plane leuiſ-
ſima ſimul ⁊ viliſſima ſit: atq; illā ſi placet primū in-
ſpiciamus/ que delitias oēs videꝛ ſua dulcedine lō-
ge antecedere. Dico oro illius tēpus/ quantūq; nos
illa cōtinere poſſit: profecto partē tēporis adeo bre-
uem: vt ne plene quidē qualis ſit videri poſſit. Nā
ſimul ac quiſq; impletus fuerit/ voluptatē etiā om-
nem extinxit. Atq; anteq̄ꝫ illa impleaꝛ: fluēti vnda
citius pertranſiēs ad ipſas fauces deficit et euane-
ſcit: nec tam diu durare poteſt: dū cibus ad interio-
ra deſcendat: ſimul enim: atq; linguam pertranſijt:
vim etiā omnē amiſit. Omitto mala illa: et incōmo-
da/ que ſolēt ex eiuſmodi delitijs gigni: quantū ille
rixarū/ quantūq; tumultuū excitēt. Non modo aūt
iocundior ⁊ letior eſt/ qui eas delitias ſpernit/ q̄ꝫ is
qui ſaturitate diſtendiꝛ: verū leuior quoq;/ facilior:
gratior. Somnꝰ enī ſanitatis in viſcere moderato
inquit. Quid me dicere neceſſe ē: morbos/ merores
clades/ inaneſq; ſumptus? que controuerſie: que li-
tes: que inſidie: q̄ ex hiſce cōmertijs odia/ rixeq; pul-
lulant? At habet quidem dulcedinis/ ac ſuauitatis
meretricibꝰ mulieribus congredi. Et que poteſt eſſe
voluptas in tāta turpitudine? Sed hec interim in-
dagare omittamus: nec amatorū pugnas ꝑ ſequa-
mur/ nec bella inter ſe riualiū: nec accuſatiōes: ⁊ cri-
mina: verū ſit aliquis qui licenter/ ſummaq; cum li-
bertate: obſcena illa libidine fruaꝛ: neq; riualē vllū
habeat: nec a ſpecioſa illa muliere contemnaꝛ: pecu-
niarū preterea tāta illi ſit copia: vt eas veluti ex ma-
nantibus fontibus hauriat: ⁊ largiſſime impēdat:
q̄ꝫ q̄ꝫ impoſſibile eſt hec oīa ſimul conuenire. Ceterū
ei qui riualē habiturus eſt: oīe patrimoniū exhau-
riendū erit: vt alios oēs largitate munerū ſuperet.
Rurſumq; qui noluerit ad extremā inopiā deduci/
is demū a meretrice ſpernetur/ abijcietur/ reſpueꝛ.
Ceterū vt concedamus nihil horum fore impedimē-
to: quo minus ſibi oīa ſuperfluant/ atq; ex ſentētia
proueniāt: quā tu tandē nobis voluptatē hic potes
oſtēdere? Num in ipſo cōgreſſus tempore apparet?
At quiſq; ſimul/ ac impleuit coitus rem: voluptatē
etiam extinxit omnē: qui autē adhuc in cōgreſſu eſt:
non ſane in voluptate agit: verū in tumultu/ ⁊ per-
turbatione ingenti: in ardētibus aculeis: in inſania:
in concuſſione ⁊ feruore vehementi. At qui nō eiuſ-
modi noſtra voluptas eſt? Abſit id penitus: verum
et quietū ſemper animū/ ab omni perturbatiōe ſer-
uat: ⁊ metū nullū: aut cōcuſſionē inducit: ſed puriſſi-
mā quandam preſtat/ integerrimāq; leticiā/ eamq;
glorioſiſſimā/ et que fine nullo concludi poſſit: lon-
geq; illa vehementior q̄ꝫ veſtra ⁊ potentior eſt. Atq;
id oſtendere quatenus noſtra ſit/ q̄ꝫ veſtra iocūdior:
ſecurior: gratior: difficile nō eſt: veſtrā enī volupta-
tem metus cōprimere/ ac fugare poteſt. Nam ſi rex
mittat/ qui minetur mortē/ cōplures ita affectos ea
voluptas deſeret. Eis ꝟo qui noſtra iſta voluptate
potiunꝛ: ſi qui milies mortē inferat: nō modo nō ꝑ-
ſuadebit/ vt eam negligant: verū irridebiꝛ magis:
adeo noſtra gratior ⁊ dulcior et violentior q̄ꝫ veſtra
eſt: prorſuſq; nulla eſt vtriuſq; comparatio. Ne igiꝛ
inuideas filio/ cum ſe a fluxis bonis: et que ne ſunt
quidē: ad ea que ⁊ ſunt et in eternū ꝑſeuerāt/ cōfert:
neq; lugeas eum qui beatiſſimus mereꝛ dici/ ſed eū
luge qui nō eiuſmodi eſt: quiq; in preſenti vita tanq̄ꝫ
inconcitatiſſimo circūfertur eurypo: atq; vt iam ad
ſummā veniamus: tu enim et ſi gētilis/ atq; infide-
lis es noſtrā tamen hanc perorationē ſuſcipies. Au-
diſti profecto cocytos ⁊ pyriphlegethōtas fluuios:
⁊ ſtygis vndā ⁊ tartarū tanto inferiorē terra: quan-
tum hec ipā diſtat a celo: plurimoſq; ſuppliciorū mo-
dos. Et ſi enī hec illi explicare prout erant nō potue-
runt: quippe gentiles ⁊ cogitationibus proprijs in-
ſtincti/ noſtraq; longius odorati: futuri tamen iudi-
cij vmbrā quandā atq; imaginē expreſſerūt. Deniq;
inuenies et poetas et philoſophos et oratores atq;
omne ſcriptorū genus de dogmatibus huiuſmodi
philoſophātes. Audis enim ⁊ eliſium campū ⁊ bea-
torum inſulas ⁊ prata virentia et myrtos et auram
tenuem/ odoremq; ſuauiſſimū cuncta replentem/ et
choros ibi cōmorantes: amictos ſtola cādida tripu-
diantes: atq; hymnos quoſdā cōcinnētes: prorſuſq;
poſt vite exceſſum/ ⁊ malis ⁊ bonis repoſitā pro me-
ritis mercedē. Quonā ergo tu tandē in ſtatu animi
eos/ ſiue bonos/ ſiue malos viuere exiſtimas: qui
iugiter eiuſmodi ſecū cogitationes verſant? Nonne
alij quidē: ⁊ ſi preſens eis vita per cuncta blandiaꝛ:
degatq; alias ſine merore/ ſummaq; cū voluptate/
quaſi quodā conſcientie flagello ſemper impelluntur

et exagitantur atq; perterrentur furiarū tedis ardētibꝰ: futurorūq; malorū expectatiōe cruciantur: boni ꝟo et ſi malis innumeris verentur: iuxta pindarū ſpē habent/ qua recreentur: que mala preſentia ſe nec ſentire ſinit. Itaq; in hoc quoq; maior voluptas noſtra/ q̄ veſtra eſt. Multo enī profecto melius/ multoq; ꝑſtantius eā: a tēporalibus ac momentaneis laboribus incipere: atq; ī infinitā requiē deſinere: q̄ his que videntur eſſe iocundiſſima breuiter guſtatis: in ſumma ⁊ grauiſſima incōmoda decidere. Cum igitur id cōceſſum ſit/ hic etiā vitam illā virtuti deditā eſſe iocundiſſimā: nōne id qđ initio dixi faciundum eſt: atq; eos miſerandū: qui in talibus tantiſq; bonis illachrymantur et gemunt. Non enī lamentationibus dignus eſt filius tuus: verum plauſibus: coroniſq; clariſſimis: qui ex tantis mundanorū fluctuū motibus/ ad tranquilliſſimā vitā: portūq; sereniſſimū ſe recepit. At exprobrāt tibi patres plurimi filios habentes ſeculo addictos: teq; digito denotant/ ac ſibi inuicem oſtēdunt: alij cum vidēt/ atq; irrident alij. Cur nō tu eos magis et irrideas ⁊ miſereris? Neq; enī id intuendū eſt an irrideāt et obiurgent nos: ſed an recte ⁊ iuſte id faciāt. Ex ſi digni fuerimus qui irrideamur: etiā ſi nō illi rideāt: nos tamē lugere merito debebimus. Sin ꝟo id iniuſte ⁊ inique faciant: etiam ſi oēs rideant: nos tamē beatos eſſe ſentiamꝰ: illorū vicem doleamus: quippe qui cunctis infeliciores ſunt/ ⁊ nihilo inſanis meliores. Inſanorum enim eſt ⁊ eiuſmodi morbo laborantiū: cum qui plurimis ⁊ coronis ⁊ laudibus ſit dignus irridere. Dic enim oro: ſi ꝙ filius tuus/ vel ſaltatorū inſanie: vel aurigarū ſe oīno addixiſſet: inde te laudarēt atq; admirarentur vniuerſi/ beatiſſimūq; eſſe faterentur: nōne irriſionē hanc/ ⁊ quidem mordacē eſſe exiſtimares? Quid illud? Si qđ ſtrenuū aliqđ/ ac forte: dignūq; laudibus egiſſet: ꝓpterea te oēs irriderēt/ ꝓbriſq; reſpergerēt: nōne illos amentes/ inſanos/ furioſoſq; proclamares? At quin hoc nunc quoq; faciemus: neq; opinioni multitudinis acquieſcamus: verū diligētiſſimo ratiōis examini de filio tuo ferendā ſententiā permittamꝰ: videbis ꝓfecto ridiculoſos iſtos hoīes viliſſimorū potius mancipiorū q̄ liberorum parentes eſſe filioꝝ: ſi filio tuo illi cōparati fuerint. Verū enīuero tu necdū iſta cōſpicari aut perpēdere valebis. Cum ꝟo te modicū collegeris/ atq; requieueris/ filiuſq; tuus plurima de ſe virtutis documēta dederit nō iā tibi verbis opus erit: et ipſe enī hec atq; his plura etiam ad alios loqueris. Que ſane ego oīa: nō tibi ſine certa ratiōe ꝓnuncio: ſed loquor que expertus ſum. Amico enī quodā et ſodali vſus ſum: qui patrē habebat infidelē/ diuitē/ ſpectatū: et vndecunq; clariſſimū. Is primū quidē ⁊ concitauit principes ⁊ intētauit carcerē et pauit vincla: ipſumq; oībus exutū et neceſſarijs etiā alimētis indigentē: in alienū dimiſit ſolū: hac illū arte ſibi acqſiturū putans: atq; ad ſeculi latiores vias redditurū. Poſtq̄ ꝟo illum in nullo ſibi cedere peruidit: neq; penitus moueri loco: victus tandē manus dedit et palynodiam cecinit: nuncq; in honore habet filium: illūq; amplius q̄ ſi pater eſſet colit/ obſeruat/ reueretur. Cūq; plures alios habeat liberos ſpectatos in ſeculo viros: eos ne dignos quidē: qui ſerui eius ſint/ arbitratur: atq; ipſe ex eo filio longe clariſſimus eſt. Hec eadem in tuo nato etiā perſpiciemꝰ: atq; me vera ꝓſecutū ex rebus ipſis addiſces diligēter: icciro ipſe quoq; iā loquendi finē faciā/ id tantū orās atq; obſecrans/ vt annū vnū expectes/ aut minus etiā. Neq; enī ea q̄ apud nos in ſtudio eſt virtus multis diebus: vt perficiatur opus habet: quippe q̄ diuina gratia germinat: et mature ad frugē peruenit. Inſpicieſq; iſta omnia que dicta ſunt rebꝰ ipſis impleta. Nec modo facta laudabis: verum ipſe quoq; ſi te parum colligere volueris: citiꝰ ipſius emulus atq; imitator eris/ ducem ⁊ magiſtrum habēs virtutis atq; probitatis filium.

## Incipit liber tertius ad patrē fidelē.

a Se iam fidelē quoq; patrē doceamus: q̄ illi nō expediat: vtq; integrū nō ſit eos oppugnare qui filiū ſuū/ vt dei monita ⁊ cōſilia implere pergat hortantur. Quanq̄ periculum ē: ne iſte quoq; ſermo ſuperfluo a nobis inſtituatur: contraq; ac ſuperiori libro dixeramus contingat. Tunc enī diximus per legē certaminis noſtri nos aduerſus gentilē dimicare nō cogi/ coſq; tantū qui interius ſunt iudicare apoſtolū iubere: omniq; aduerſus eos/ qui foris ſunt/ pugna immunes eſſe/ ac liberos ſinere. Nunc aūt vt mihi quidē videtur: ne iſtis quidē dimicatiōibus ſumus obnoxij. Nam ſi priore libro chriſtiano de his verba facere oporteret: turpe eſſe videbatur: multo id magis nūc. Qui enī non erubeſcet is qui fidelis eſt/ ſi de his admoneri opus habeat: in quibus ne infidelis quidem quicq̄ nobis cōtradicere/ aut reluctari poſſit? Quid igitur? Tacebimus ne propterea/ nihilq; loquemur? Minime ꝟo. Nam ſi quidē eſſet aliquis qui in futurum ſponſor et fideiuſſor accederet: nobiſq; perſpicuum/ et plane manifeſtum faceret: fore poſt hac neminem qui eiuſmodi facinora auderet: nos quoq; ipſi quietem ageremus: eiſq; qui preteriſſent ſilentio noſtro vt latere poſſent/ concederemus. Quoniā vero neminem eiuſmodi tenemus idoneū fideiuſſorē neceſſaria penitus videtur verborum admonitio. Si enī aliquos inuenerit hoc morbo laborantes: operabitur profecto quod ſuum eſt: ſin vero nemo in hāc malam valitudinē incidit: actum eſt vt volumus ⁊ vehementer optamus. Quippe ⁊ medici etiam poſtea q̄ infirmis medicamenta parauerint: maxime cupiunt nihil eis opus eſſe languenti. Itaq; ⁊ nos optamus quidem votis omnibus neminē eſſe ex fratribus noſtris: cui iſta admonitione opus ſit. Sin vero: quod tamen abſit: fuerint aliqui eiuſmodi: vel ſecundū/ iuxta prouerbiū/ nauigationis remediū nō illos effugiet. Fingamus ergo iam fidelē quoq; eiuſmodi eſſe cuius infidelis fuerat/ eiq; per cuncta ſimillimum preterq̄ in cultu dei/ et religione. Lamētetur et lugeat ſimiliter: prouoluatur omniū pedibus: pretendat canos/ et ſenecturem/ et ſolitudinē/ cunctaq; illa proſequatur/ que gentilis dixerat/ et quantum vult iracundie iudicibus moueat. Quanq̄ in hoc aduerſus iſtum certamine iudiciū iam hominibus permittendū nō eſt. Audiuit enī profecto queq; ſumi apud nos viri: diuino ſpiritu repleti de terribili/ horrēdoq; iudicio: qđ poſt huius exceſſum vite ſequitur/ philoſophati ſunt. Atq; ante oīa admonēdus ē diei illius/ ac pniciosiſſimi fluminis in morē decurrētis ignis: eiuſq; flāme q̄ nunq̄ extinguitur cum ſolis tollentur radij/ luneq; ſplendor occulta-



bitur: cū ſtellis decidentibꝰ/ celiſq; conuolutis virtutes cōmouebuntur: quū vndiq; concuſſa ⁊ liqueſcente humo: terribilis/ alternuſq; ſonitus tubaꝝ concrepabit: quū percurrentibꝰ orbē vniuerſum angelis/ aſſiſtentibuſq; regi milibꝰ/ ⁊ milibꝰ miliū miniſtrantibꝰ/ aduenientibuſq; cū ipſo iudice ad eiꝰ obſequiū paratis exercitibus ante caſtra ipā celeſte ſignū elucebit/ quū ſoliū parabitur ⁊ aperientur libri maieſtaſq; illa reuelabitur inacceſſa: atq; ineffabilis: quū vox illa iudicantis audietur horribilis ⁊ metuēda: alios quidē in ignē paratū diabolo ⁊ angelis eius ire precipientis: alios vero poſt ingentē illā exercitationē virginitatiſq; labores ipſis thalami ianuis arcētis miniſtrorūq; alijs zizania colligere: atq; in fornacē immittere iubentis. Alijs itē alios nōnullos compeditos/ vinctoſq; poſt terga manꝰ in exteriores tenebras abducere: atq; horrifico dentiū ſtridori addicere: cū hunc quidē ꝙ impudice tm̄ aſpexerit: illum ꝙ intempeſtiuo ſe riſui dederit: alium ꝙ maledixerit dūtaxat vehementiſſima/ atq; grauiſſima animaduerſione plectet. Nam ꝙ iſtos quoq; pena acerbiſſima maneat: ipm̄ iudicē audias licet: qui ⁊ hec ⁊ eiuſmodi ſupplicia intentat. Ad hunc nobis iudicē hunc prorſus abeundū eſt: atq; diē illū metuēdū: in quo nuda ⁊ patefacta erunt omnia: non tm̄ opera ⁊ verba: verū ipē quoq; cogitationes ⁊ intentōes animi. Nā coꝝ quoq; delictoꝝ/ que videntur eſſe leuia ⁊ nulla: terribiles tunc penas expendemus. Adeo iudex ipē pari ⁊ eadē fere diligentia: ⁊ noſtrā ⁊ proximorū noſtroꝝ ſalutē requirit a nobis: icirco Paulus quoq; ſemper ⁊ vbiq; monet ſingulos: non que ſua ſunt querere: ſed que proximoꝝ: adeo in corinthios vehementer inuehitur: ꝙ nullā prouidentiā nullamq; curā habuerāt eius: qui in grauiſſimū crimē fornicationis inciderat: ſed eius magis vulnus tumidū obduratūq; cōtempſerāt: Galathis quoq; eadem ſcribens aiebat: Fratres ⁊ ſi preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpiritales eſtis eiuſmodi corrigite. Theſſalonicenſibus item eadē monita edebat dicens: Itaq; exhortamini inuicē: ſicut ⁊ facitis: itemq; Corripite indiſciplinatos: cōſolamini puſillanimes: ſuſtinete infirmos. Ne quis enī diceret: quid mea intereſt etiam alioꝝ curare ſalutē? Qui perit pereat: ⁊ qui ſeruatur ſeruetur: nihil hoꝝ pertinet ad me: mei tm̄ ipſiꝰ curā habere mihi imperatū eſt. Ne quis inq̄ iſta diceret immanem hanc ⁊ prorſus inhumanā cogitationē iugulans: legibus iſtis illā ſepſit ⁊ circūcluſit: quibꝰ plurima iuberet noſtroꝝ cōmodoꝝ negligere: vt proximoꝝ ſaluti cōſuleremus: atq; omnibꝰ in locis vite eandem diligentiā habendā diffiniuit. Romanis quoq; cū ſcriberet: ingentē illis curā huiuſmodi procurationis impoſuit: multumq; in ea parte voluit eſſe ſollicitos/ fortes imbecillibus/ patrum loco eſſe iubens eorumq; ſalutem cure illis eſſe admonēs: ſed iſta in eo loco hortantis atq; conſulentis voce magiſq̄ imperātis auctoritate mādauit: alio vero in loco ſumma cum vehementia auditorū animos perterruit/ eos qui fratrū ſalutem negligerent in ipſum chriſtū peccare aſſeuerans/ deiq; edificiū diruere. Que quidem omnia non vt a ſe inuenta aſſerebat: verū a magiſtro didicerat. Namq; vnigenitus dei filius docere nos cupiens: q̄ iſtud debitum neceſſarium ſit: vtq; hi qui illud reddere negligunt/ ſummis afficiantur incōmodis/ aiebat: Quicūq; ſcandaliſauerit vnum ex puſillis iſtis: expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria circa collum eius ⁊ demergatur in profundū maris: atq; is qui talentū attulerat/ non ꝙ aliquid ex ſuis cōtempſiſſet: ſed ꝙ proximi ſalutem neglexiſſet: ⁊ increpitꝰ ⁊ ſupplicio affectus eſt: itaq; ⁊ ſi vitam omnē noſtram diligentiſſime compoſitā/ ⁊ inſtructam egerimus: hac non euitata negligētia nihil conſequemur emolumenti: cum ea talis ac tāta ſit: que ſola in gehenne profunda poſſit immergere. Si enim is qui proximū in eis rebus que ad corpus pertinent/ adiuuare noluerit: nulla ratione excuſari poterit: verum ⁊ ſi virginitatem ille ſeruauerit/ extra ſponſi thalamū proijcietur is qui qđ multo maius eſt obmiſerit: quippe longe maximum eſt animarū gubernatio ⁊ regimen: cur non mala omnia perpeti merito digniſſimꝰ exiſtimetur? Hominem enim non vt ſibijpſi tm̄ prodeſſet creauit deus: ſed vt multis: icirco Paulus quoq; fideles homines luminaria appellat: ex ipā appellatione manifeſtans oportere fideles ceteris quoq; vſui eſſe: luminare quippe q̄diu ſeipſum tantūmodo illumīat: lumiare profecto nō eſt. Quocirca gentilibꝰ quoq; ipſis deteriores eſſe ait: qui proximorū ſalutem negligerent: ſic dicens: Si quis autem ſuorum ⁊ maxime domeſticorū prouidentiam nō gerit fidem abnegauit: ⁊ eſt infideli deterior. Quid enim hoc loco prouidentie nomine ſignificari putas? An fortaſſe neceſſariorū largitionem? Equidem reor ipſum hoc nomine curam anime ſignificare voluiſſe. Sin vero tu contentioſe ſenſum tuum aſſerere malueris: ſic quoq; ſentētia mea firmior ac validior manebit. Nā ſi de corpore hec dixit/ eumq; qui vilem hunc ⁊ quotidianū cibum non prebet/ tantis cruciatibus addixit/ gentilibuſq; deteriorem eſſe ait: quo nam tandem in loco ſtatuemus eum qui id quod longe maiꝰ ⁊ dignius eſt magiſq; neceſſarium contemnit? Age itaq; colligamus peccati noſtri magnitudinem: ac paulatim aſcendentes oſtendamus quantū peccata omnia exuperat proximorū contemptus ⁊ neglectio/ vtq; ad ſummū malignitatis verticem euadit. Eſt igitur primus malitie ⁊ iniquitatis gradꝰ amicos aſpernari: quin vt ad inferiora ſermonē reducamus: neſcio eī quo pacto id me pene effugerat. Prior illa lex iudeis tradita ne iumenta quidem inimicorū deſpici permittit: ſed ſiue illa deciderint ſimul erigere: ſiue oberrauerint reducere iubet. Eſt itaq; primus malitie et crudelitatis gradus ab infimis aſcendendo: iumenta ⁊ pecora inimicorū: vel errantia: vel lapſa negligere. Secūdus illo ſuperiori inimicos ipos negligentius curare. Quanto enim homo mutis animantibꝰ ad honorē preſtat: tanto peccatū iſtud maius q̄ illud eſt. Tertius deinceps fratres aſpernari ſi fuerint ignoti. Quartꝰ familiares quoq; deſpicere. Quintꝰ cū non ſolū corpore: verū aīa quoq; fratrū pereunte deſidemꝰ. Sextꝰ ſi nō familiaribus modo: verum ipſis quoq; liberis noſtris pereuntibꝰ negligimꝰ. Septimꝰ cū nec alios quibus illi cure eſſe poſſint prouidemus. Octauꝰ cum ⁊ eos qui id a ſeipſis facere inſtituunt: arcemꝰ atq; probibemus. Nonus cum non tm̄ illos prohibemus: verum oppugnamus quoq;. Itaq; ſi pr

mus ⁊ ſecundus ⁊ tertius eiuſce facinoris gradus tanto ſupplicio afficiendus eſt: quãtos ille meretur ignes: qui cunctos eos gradus aſcendit? Quod profecto modo vos facitis qui nonũ illũ a primo gradum tranſcendiſtis: quinimo ſi quis eũ nõ tm̄ nonũ: verum ⁊ decimũ ⁊ vndecimũ dixerit: profecto nõ peccabit. Cur id? Quia non natura ſolũ id peccatum multo maius eſt: verũ ex ipa quoqꝫ ratione temporum duriꝰ multo ⁊ grauius fit. Quid ita? Quia eadem modo peccantibꝫ nobis que vetus lex damnat: nõ eadem ſupplicia debenť: verum tanto acerbiora ⁊ diriora quanto maiori gratia potiti: excellentioriſqꝫ doctrine participes effecti: maioribꝫ itẽ honoribꝫ affecti ſumus. Cũ igitur ⁊ natura ⁊ tempore ſcelus hoc adeo immane ſit ⁊ vehemens: cõſidera iã quãtas flãmas quantoſqꝫ cruciatꝰ in eorũ capita qui id perpetrare nõ metuũt exaggerabit: verũ ne ſine certa ratiõe cõputando hec dixiſſe videar: ex re ipa documenta afferam: vt ſciatis: quia ⁊ ſi vitã noſtrã omnẽ ſumma cũ diligentia ⁊ cura diſponamꝰ: extrema aĩaduerſione puniemur: ſi liberorũ ſalutẽ neglexerimꝰ. Rẽ aũt vobis enarrabo nõ a meipo inuentã: ſed in diuinis litteris traditã. Sacerdos quidã apud iudeos fuit: vir in primis moderatꝰ/ atqꝫ manſuetus: heli nomine/ huic duo cũ eſſent liberi/ videretqꝫ illos vitijs deditos: nõ corripuit/ aut coercuit: ſiue (vt verius loquar) corripuit illos qdẽ ⁊ cohibuit: verũ non omni cũ ſtudio ⁊ vehementia id fecit: horum hec autem fuere crimina: ventris ingluuies: ⁊ fornicatio. Edebant eñi inquit anteqꝫ ſanctificarenť ſacre carnes: priuſqꝫ offerreť deo ſacrificiũ. Quibus cõpertis pater nõ illos pena affecit: ceterũ verbis tm̄ caſtigare: leniqꝫ admonitione ab hac eos peruerſitate reuocare conatꝰ eſt: atqꝫ huiuſce verba iugiter ad illos loquebať: Nolite filij nolite ſic facere: nõ eñi bona fama eſt quã ego audio de vobis: vt faciatis populũ nõ ſeruire domio. Si delinquens peccauerit vir in virũ orabunt pro illo dominũ: ſin aũt domino peccauerit vir: quis pro illo orabit? Et certe plena ſunt grauitatis/ reuerẽtie/ ac ponderis hec verba: ⁊ que recuperare atqꝫ ad ſtatũ vite melioris reuocare poſſent: eũ qui penitus excors ⁊ amens nõ eſſet. Quippe ſceleris immanitatẽ indicant: ⁊ qꝫ ſit metuendũ ⁊ cauendũ admonẽt: ⁊ que illud pena ſubſequať oſtẽdunt: grauiſſima ſcꝫ ⁊ intolerabilis: verũ quia non omnia queqꝫ fuerant agenda: vt ea reſecarentur vitia molitus eſt: ⁊ ipe cum illis vna perijt. Namqꝫ ⁊ minas ille addere debuerat: et a ſuo eos conſpectu amouere: atqꝫ abdicare: etiã ⁊ verberibus afficere: multoqꝫ illis grauius ⁊ durius inſtare. Quia igiť nihil horũ egit: verborũqꝫ tantũ monitis cõtentus fuit: ⁊ illis ⁊ ſibijpi deũ aduerſum infeſtumqꝫ cõſtituit. Cũqꝫ improbe ⁊ intempeſtiue filijs parceret: et ſuã ſimul ⁊ illorũ ſalutẽ perdidit. Audi deniqꝫ quid ad diſcipulũ illius de magiſtro locutꝰ ſit deus: qppe ⁊ diſcipulo ⁊ prophete alteri ⁊ cunctis penitꝰ eiꝰ clades reuelare ⁊ loqui/ qꝫ illi maluit: adeo illũ aduerſabať atqꝫ oderat. Quid ergo inqt ſamuel? Nouerat ꝙ maledicerent filij eius deo: ⁊ non corripiebat eos: certe corripuerat: ſed hanc deus pro correptiõe nõ ſuſcipit: adeo illã ꝙ vehementia ⁊ inuectione caruiſſet/ reprehẽdit: itaqꝫ ⁊ ſi prouidentiã habeamus filiorũ: nõ aũt quantũ neceſſe ſit id faciamus:

profecto nõ ea prouidentia dicenda eſt: ſicut nec fuit illa correctio heli. Cũ vero crimẽ proſecutus fuiſſet tum demũ ingenti cum iracundia cruciatũ adiecit. Iuraui eñi inquit domui heli: ſi peccatum iſtud de domo Heli expiabitur: ſiue incenſio/ ſiue ſacrificijs vſqꝫ in eternũ: vidiſtine ingentẽ indignationẽ/ cruciatumqꝫ vehementiſſimũ ⁊ omnino ſpe venie excluſum? Prorſus inquit illũ perire neceſſe eſſe: nec ipm modo vel eius filios: verum cum illo domũ quoqꝫ vniuerſam/ nullumqꝫ medicamentũ erit: quo vulnus iſtud curari poſſit: quanqꝫ ſeni illi preter filiorum neglectionem: nihil qd crimini daret/ habuit deus. Erat eñi admirandus in ceteris: eiuſqꝫ philoſophiã omnem: cum ex alijs locis intueri licet: tum ex ipſa quoqꝫ calamitate caſuũ ſuorũ. Primũ eñi cum iſta omnia audiſſet: ſeqꝫ ad ſupremũ cruciatũ perueniſſe conſpiceret: non acerbe: nõ grauiter: nõ indignanter tulit. Non dixit quid nam iſtud eſt? vt feciſſent plurimi: nũ eñi ego dominus ſum aliorũ voluntatis? peccatorũ meorũ penas perſoluere habeo. Filij etatẽ habent ipſiqꝫ ſoli merentur cruciari. Nihil omnino horũ dixit/ ne cogitauit qdẽ: ceterũ vt ſeruꝰ fidelis ⁊ gratus ⁊ qui vnũ tm̄ ſibi obſeruandũ nouit vt queqꝫ dominus ſuus ei intulerit/ equanimiter ⁊ faciliter ferat: quantũlibet illa triſtia ⁊ acerba ſint: ita pleniſſima philoſophie verba edidit: Dominus inquit ipe qd gratum eſt in conſpectu ſuo faciat. Nõ ſolum aũt ex loco iſto: verũ ex alio quoqꝫ virtꝰ eius animaduerti poteſt: nam cũ bello finitimorũ laceſſerẽtur iudei: profectuſqꝫ ad illum quidã belli clades enunciaſſet: vtqꝫ turpiter et miſerabiliter illius liberi in ea dimicatione corruiſſent: hactenus quidẽ agebat quietẽ: verũ cum ille tante huic cladi archã dei direptam ab hoſtibus fuiſſe adieciſſet: tum vero pre meroris magnitudine obtenebratus ſenior: cecidit de ſella retro/ iuxta ianuam: ⁊ contritum eſt dorſum eius. Senex enim erat ⁊ grandeuus: ⁊ honorabilis: ⁊ ipe iudicauit iſrael viginti annis: q ſine querela genus hebreorum rexerat: qui eius temporibꝰ conuerſatus eſt: que nõ magnam vite diligentiam requirebãt: nihil excuſare potuit: quo minus quia illi cura non fuerat ⁊ diligentiſſima ⁊ vehemens ſalutis liberorum: ⁊ miſere ⁊ infeliciter periret cõtemtuſqꝫ illius ſcelus inſtar fluctus terri et ingentis: virtutes eius cunctas tranſiliuit: vniuerſaqꝫ recte facta ſua magnitudĩe operuit: qua tandẽ nos animaduerſiõe puniemur: qui ⁊ eo tempore nati ſumus quo longe maior a nobis philoſophie fructꝰ poſtulatur: ⁊ ſenis huius virtute non parum inferiores ſumus: quippe qui non tm̄ ipſi liberos noſtros nõ moderamur: neqꝫ ad virtutem dirigimus: verum eos quoqꝫ qui id facere voluerint: ⁊ inſidijs appetimus: ⁊ hoſtium vice oppugnamus/ barbariſqꝫ omnibus immaniores erga natos noſtros ſumus? Illorum eñi atrocitas ⁊ feritas vſqꝫ ad ſeruitiũ duntaxat: ⁊ captiuitatem ⁊ vaſtitatem patrie corporiſqꝫ incõmoda ⁊ mala ſeuit: vos aũt ipm animũ in ſeruitutẽ abducitis ⁊ veluti captiuũ quendã vincientes ita demũ nequiſſimis ⁊ ferociſſimis demonibꝰ traditis eorumqꝫ libidinibꝰ et ludibrijs exponitis: cũ eñi neqꝫ ipi alicuius qd ad ſpiritũ pertineat monetis: neqꝫ alios id facere pmittitis: nihil pfecto agitis: nec ita mihi mõ aliquis obijciat: ꝙ pleriqꝫ circa



filiorũ curam longe/ qꝫ heli negligẽtiores/ nihil tale perpeſſi ſunt quale heli. Multi em̄ ſepenumero multa ob id facinus acerbiora paſſi ſunt/ et diriora. Nam vnde ergo acerbe/ et intẽpeſtiue mortes: vnde morbi ppetui/ atqꝫ grauiſſimi/ plerũqꝫ nobis/ liberiſqꝫ noſtris inferuntur? Unde damnis/ ⁊ incõmodis afficimur? Unde caſus varios: vnde calumnias: vnde mala ĩnumera quotidie ppetimur? Nõne ꝙ filios noſtros malos aſpicimus/ ⁊ eos emendare negligimus? Atqꝫ ꝙ iſta inanis coniectura nõ ſit: ſatis quidẽ ſenis huius caſus/ ⁊ euentus confirmare nos poterat: ceterũ ego dictũ ex noſtris cuiuſdam ſapiẽtis viri de hac re loquar. Cum em̄ is de filijs diſſereret: ita fere inquit: Ne leteris in filijs impijs: ⁊ niſi fuerit ĩ illis dei timor: ne ꝯfidas illorum vite: ingemiſces enim ĩtempeſtiuo luctu: ⁊ cõfeſtim illorum ſcies cõſumationẽ. Plurimi igiť (vt dixi) eiuſmodi multa perpeſſi ſunt. Sin vero aliq effugere fortaſſe viſi ſunt: iſti non in finẽ penitus/ ſed in capitis ſui malũ effugerunt: acerbiores em̄/ ac longe diriores cũ exceſſerint e vita penas luent. Cur aũt inquies nõ hic potiſſimũ omẽs/ qui ſunt eiuſmodi ſupplicijs afficiunť? Quia pfecto deus diem ſtatuit/ in q iudicaturus eſt orbem vniuerſum: hec aũt dies/ nõdum adeſt. Preterea ſi iſtud fieret: iam diu abſumptum defeciſſet/ ac prereptũ fuiſſet omne mortaliũ genus. Ceterum vti ne iſtud cõtingat/ neu plurimi ex dilatione/ ac tarditate iudicij pigriores fiant: aſſumit quoſdã interim deus peccatis obnoxios: eoſqꝫ hic penis excrucians/ p illos ãmonet reliquos: que nã ipſos/ quãtaqꝫ ſupplicia maneãt/ vtqꝫ addiſcant ꝙ ⁊ ſi hac in vita nulla aĩaduerſiõe plectãtur: poſt eius tamẽ exceſſum puniencť/ ⁊ quidẽ lõge grauius/ ac durius. Neqꝫ em̄ ꝙ pphetas nũc non mittit deus/ p quos penã peccantibꝫ denũciet: iccirco deſides eſſe/ ⁊ ſtolidi debemus. Nõ em̄ pphetarum hoc tempus eſt: ĩmo vero eos/ nũc quoqꝫ mittere nõ deſinit. Unde aũt id nobis cõſtat? Habẽt (inqt) moyſen/ ⁊ pphetas. Ea quippe que ad illiꝰ temporis viros dicta ſunt: ad nos qꝫ dici ſimiliter manifeſtum eſt: nec modo heli: ſed omibꝫ prorſus eadẽ peccantibꝫ p illum/ perqꝫ illius clades intentãs loquiť deus. Nec em̄ pſonas accipit: vt qui minora peccãtẽ cũ domo tota funditꝰ euertit/ ⁊ deleuit: his eos q lõge maiora/ ⁊ grauiora deliquerint: impunes eſſe pmittat. Ne id quidem dicere poſſumꝰ: ꝙ non illi ſumma ſit huiꝰ rei ratio/ ⁊ cura: ſummũ em̄ optime educandorum liberorũ ſtudiũ indicit. Adeoqꝫ ingens eius rei deſideriũ/ nature p̃terea inſeruit: vt veluti neceſſitatẽ quãdã ineuitabilẽ pudentie/ ⁊ cure habende filiorũ/ parentibꝫ conſtituiſſe videať. Leges item poſtmodũ intulit/ de cura p liberis gerenda. Nã cũ dies feſtos agi ſtatueret: filijs ſuis eiuſce celebratiõis ratiões/ ⁊ cauſas/ vt apperirẽt/ imperauit. Deniqꝫ cum de paſcha loquereť/ adiecit: Et annunciabis filio tuo ĩ die illa/ dicẽs: Iccirco fecit deus mihi hec/ cũ exirem de egypto: qd itidem facit in eis legibus/ quas de ſacrificijs tulit. Cum enim de primogenitis precepta edidiſſet: rurſus adiecit: Si poſt hec interrogauerit te filius tuꝰ/ dicens: Quid hoc eſt? dices ad eum: Quia in manu valida eduxit nos dñs d egypto ex iugo ſeruitutis. Cũ vero obdurareť pharao/ nec dimitteret nos: occidit omne pmogenitũ in terra egypti/ a pmogenitis hoĩm/ vſqꝫ ad

primogenita iumentorum. Iccirco ego ĩmolo domio omne maſculinũ adaperiens vuluã. Atqꝫ p omnia vt illos ad dei noticiam adducant/ monet/ ⁊ iubet. Sed ⁊ ipſis quoqꝫ filijs plurima de his/ q ſe genuerunt officioſiſſime tractandis imperat: eos quidem qui parentes fouerint: atqꝫ omnibꝫ beniuolẽtie officijs pſecuti fuerint honorãs: reliquos vero quiqꝫ fuerint ingrati ſupplicijs afficiẽs. Hac aũt rurſus ratione chariores illos/ ac iocũdiores parentibꝫ facit. Nam ſi qui cuiuſqꝫ nos cõſtitueret dominos: honore iſto ſummã nobis neceſſitatẽ videreť imponere: ne illũ negligeremꝰ: ⁊ ſi em̄ nihil aliud/ certe vel id nos exorare poſſet/ ꝙ illius oĩa noſtris in manibꝰ cõſtituta eſſent: nec ita nobis crediti/ ſalutẽ facile pdere ſuſtineremus. Cum vero preterea deus vna iraſcať/ ampliuſqꝫ/ qꝫ hi qui iniurijs/ ⁊ cõtumelijs fuerint affecti indigneť/ grauiſſimoſqꝫ cruciatꝰ addat: hinc qꝫ vberiorẽ parentũ ad filios amorẽ elicit. Tertiũ vero deinceps a natura ipa neceſſitudinis/ ⁊ charitatis vinculũ adiunxit: ſin autẽ ita mauis primũ: nam ne illius de educandis liberis monita patres aſpernerenť: naturalẽ addidit neceſſitatem. Ne aũt illa ipſa nature neceſſitudo filiorum tandẽ iniurijs offenſa imbecillior fieret: aut deflueret/ aut rumperetur: inobediẽtes liberos/ ⁊ ipe p ſeipſum punit: ⁊ patribus coercẽdos/ puniẽdoſqꝫ pmiſit: ſicqꝫ eos ſumma cura parentũ ditioni ſubijciẽs: prorſus ne ab illis negligerenť/ effecit. Non autẽ hinc ſolũ: verum alia quoqꝫ ex ratione ſumma nos illis cura/ diligẽtiaqꝫ coniũxit. Nõ modo em̄ malos/ atqꝫ ingratos erga parentes liberos/ pena afficit/ bonoſqꝫ/ ac beniuolos ſuſcipit: verum in ipſis qꝫ parentibꝫ idẽtidem facit: liberorũ quidẽ negligentes diriſſime puniẽs: eos vero/ qui ſtudioſius illorũ curã gerunt collaudans/ ſummiſqꝫ honoribus afficiẽs. Nãqꝫ ſenẽ iſtũ tam/ ⁊ ſi alias illuſtrem/ ac virtute ſingulari preditum: ex hmõi tamen negligentia puniuit. Patriarcham vero cum ex virtutibꝰ reliquis/ tum ex hac in primis diligentia/ ⁊ cura laudauit/ atqꝫ honorauit. Cum em̄ dona illa plurima/ ⁊ maxima pſequereť: que ſe illi daturũ pollicebať: cauſam qꝫ adiecit/ ⁊ dixit: Noui em̄ (inquit) ꝙ ꝯſtituet abraam filijs ſuis et domui ſue poſt eũ: ⁊ obſeruabũt vias dñi dei/ vt faciant iuſticiam/ ⁊ iudiciũ. Iſta nunc a me ideo cõmemorata ſunt: vt oſtẽderem/ qꝫ non ſit equanimiter laturus deus/ ſi eos negligentius tractemus/ qui tãte ſibi cure ſunt. Neqꝫ enim eiuſdem eſt/ vt liberi ſalui fiant/ tanta moliri/ atqꝫ ſi illi negligãť/ ira nõ cõmoueri. Nõ itaqꝫ filios negligi impune pmittet: verũ vt ex rebꝫ ipis declaratũ eſt/ indignabitur/ ⁊ vehemẽtiſſimo furore concitabiť. Quo circa beatꝰ paulus iugiter admonet/ dicẽs: Patres educate filios veſtros ĩ diſciplina/ ⁊ correctiõe dñi. Si em̄ noſipſi qꝫ vigilare iubemur/ tanqꝫ p animabꝰ illorũ rationem reddituri: id profecto multo magis pater qui genuit: qui educauit: qui cũ illo domi ſemper cõuerſatur. Ut em̄ in ſuis proprijs delictis nõ valet quiſqꝫ ſe ad excuſatiõis remedia cõferre: ita ne in his quidem/ que filij deliquerint: Idqꝫ rurſus beati pauli probatur teſtimonio. Cum em̄ ille ſanciret cuiuſmodi eſſe deberent: qui ad aliorum magiſteriũ/ ⁊ regimen aſſumerentur: inter cetera: que illis ineſſe neceſſario debere teſtatus eſt: etiam filiorũ curam/ ⁊ diligentiam annumerat: quaſi nulla iam reliqua

ſit venie ſpes: ſi ꝑuerſi illi fuerint. Et nimiū id quidē
cōueniēter. Nā ſi a natura ipa/ vitia homīes hauri-
rēt/ ⁊ acciperēt: poſſet aliqs excuſatiōis ſe velamine
obtegere: qm̄ ṽo ſpōte/ atqꝫ ex ꝓpoſito/ ⁊ ꝓbi/ ⁊ im-
ꝓbi efficimur: quā tandē ille probabilē excuſatio-
nem poterit obtēdere: qui quē omniū maxie diligit/
⁊ charū habet/ ꝑuerti nequiſſimū/ ac ꝑditiſſimū fie-
ri ꝑmittit: dum liceat ſi velit optimū/ ac ꝓbatiſſimū
facere: atqꝫ hoc cū ex naturali affectu iugiter ad ꝑfe-
ctum liberoꝝ auidiſſime expetendū excitet̃? An vero
nō poteſt? Nihil eſt qđ illi minꝰ cōceſſerim. Nam ꝙ
eum tenerū acceperit/ primuſqꝫ/ ac ſolus oēm eiuſce
inſtruendi facultatē nactus ſit: ſempqꝫ domi ſecum
continuerit: ⁊ belliſſime illū/ ⁊ facilime imbuere/ ac
moderari potuit. Itaqꝫ nulla alia ex ratione peruer-
ſi/ vt fiant liberi contingit: niſi ꝙ eorū patres circa
vite preſentis cōmoda/ equo amplius incūbunt/ et
fere dixerim inſaniunt. Cum enim illa ſolūmodo in-
quirunt: nihilqꝫ illis preferendū cenſent: ⁊ ſuam pa
riter/ ⁊ liberoꝝ animā negligere cogūtur. Vos ego
patres: qđ nemo tamē me cōmotius dicere/ q̃ꝫ veri
us exiſtimet: paricidis ipis immaniores/ ſceleratio
reſqꝫ dixerim. Illi em̄ corpus ab aīa diſſeparāt: iſti
⁊ aīam/ ⁊ corpus eternis ignibꝫ tradūt. Atqꝫ is q̇-
dem qui corpore occiditur: neceſſario naturali lege
etiā ſi necatus nō fuiſſet/ moreretur. Hic ṽo ſempi-
ternam mortem vitare potuiſſet: niſi hanc illi conſci
uiſſet paterna negligentia. Preterea corporis mor
tem ſuperueniēs/ protinus reſurrectiōis gloria de-
lere poterit facilime: anime ṽo interitū nihil ſolari
poterit: cū ſibi nulla iam ſit reliqua ſalutis ſpes: ve-
rum immortales cruciatus luere cogatur. Itaqꝫ nō
iniuria parentes eiuſmodi deteriores paricidis eſſe
diximus. Non enī ita crudele facinus videtur/ gla
dium acuere/ ⁊ armare dexterā: atqꝫ in ipm̄ filij gut-
tur immergere/ vt animā perimere: atqꝫ corrumpe-
re: nihil enim huic ad honorē/ ⁊ ad dignitatem ſimi
le habemus. Quid igitur/ is qui ciuitatē habitat/
qui domū habet/ ⁊ vxorem/ ſaluus eſſe nō poterit?
Primū quidem nō vna ſalutis via: nec vnus mo-
dus eſt/ verum permulti/ ac differentes. Qđ qui-
dem chriſtꝰ indiffinite dicit: cum multas eſſe apud
patrem manſiones aſſerit. Paulus vero ſub diffini
tione quadam idem loquitur ſic ſcribens: Alia cla-
ritas ſolis/ alia lune/ ⁊ alia ſtellarum: ſtellaqꝫ item
a ſtella differt in claritate. Qđ autem dicit eiuſmo-
di eſt: Alij quidem fulgebunt ſicut ſol/ alij vt luna: ⁊
alij vt ſtelle. Nec iſta differentia cōtentus maiorem
longe varietatem intulit: tantāqꝫ/ quātam in tanto
ſtellarū numero cōtingere par eſt. Stella enim (in-
quit) a ſtella differt in claritate. Diligenter igit̃ per-
pende/ per quot dignitatū/ ac meritorū gradus de
ſcendes: ſi a ſolis magnitudine ad vltimam/ ⁊ mini
mā ſtellarum deuoluaris. Perquā igit̃ iniquum/
⁊ indignum eſt: ſi filium tuū ad regiam/ ⁊ ad regem
introducens: vt ipſum familiariſſimū regi/ chariſſi-
mūqꝫ conſtituas: omnia ⁊ facis/ et pateris: cūctaqꝫ
moliris: nihil penitus dū id aſſequaris/ obmittēs:
aut ſubterfugiens: nō ſumptus/ nō pericula/ nō vl-
la incōmoda/ nō mortem ipam deniqꝫ: celeſtis vero
militie/ celeſtiūqꝫ munerū optione propoſita: nō do-
leas/ neqꝫ lamēteris: ſi extremū ſortiatur locū: ſitqꝫ
omniū nouiſſimꝰ? Uerū hoc ipm̄ altiꝰ inſpiciamꝰ/
fieri ne poſſit/ vt qui in medijs ſeculi curis/ ac nego
cijs verſatur/ vel extremus electoꝝ eſſe dignus ha
beatur. Paulus quidē de hmōi breuem ſententiā
tulit: eoſqꝫ qui habent vxores: non aliter ſaluos eſſe
poſſe declarauit: q̃ꝫ ſi eas ita haberent: tanq̃ꝫ nō ha-
bentes/ mundoqꝫ iſto nō abuterent̃. nos autē ſi pla
cet/ id quoqꝫ paulo altius/ ac diligētiꝰ intueamur.
Poteſne ipſe gloriari/ filiū tuū vel te admonente di
diciſſe: vel a ſeipſo fuiſſe conſpicatū: ꝙ is q̇ iurat: ⁊ ſi
nō ſine rōne iuret/ in deū peccare ꝯuincit̃? Quid ve
ro? Num illud didicit abs te/ ꝙ is q̇ memoriā iniu
riarum retinet: ſaluus eſſe nō poteſt? Ue em̄ (inq̇t)
illorū qui nō obliuiſcunt̃ iniurias in mortē. An for-
te id abs te audiuit: ꝙ maledicum ita dehoneſtauit
deus: vt ipa q̄ꝫ ſcp̄ture ſacre lectiōe ꝓhiberet? Quid
vero? Nunq̇d hoc illi ꝓteſtatus es: ꝙ ſuperbū: ⁊ in-
iurioſum de celis deiecit/ ac gehenne tradidit igni-
bus. Num illud tandē eū docuiſti: ꝙ q̇ impudic̃ tā-
tū oculis aſpicit: tanq̃ꝫ q̇ ꝯſumarit adulteriū/ ſit pu-
niēdus? An ṽo leue iſtud vt videt̃ ꝓmptūqꝫ delictū
iudicare primos/ grauiſſimis cruciatibꝫ afficiēdū/
vt fugeret eū aliq̃n monuiſti: chriſtiqꝫ de hmōi cōſti
tutas leges illi vnq̃ꝫ legiſti? Fortaſſe ne tu quidem:
q̄ nam iſta ſint noſti. Quo nā ḡ mō poterit ea filius
ꝑficere: quoꝝ nec pater ipe/ q̇ illū erudire debuerat
leges nouit? Atqꝫ vtinā h̄ tantū in culpa eſſet: nihil
vtile parētes liberis ꝯſulere: poſſet id ⁊ ſi ſit grauiſ-
ſimū aliq̄ fortaſſe rōne tolerari: nūc ṽo illos ad ea q̄
ſaluti ſue ſunt aduerſiſſima om̄i ſtudio impellit̃: de-
niqꝫ audias patres: cū liberos ſuos ad ſtudia lr̃arū
hortant̃: hmōi verba illis iugiter inſuſurrare. Ille
(inq̇t) humilis/ humiliqꝫ loco natꝰ: q̄ꝛ dicendi facul
tatē cōſecutꝰ eſt: ſummos magiſtratꝰ: maxia impe-
ria adminiſtrauit: opes acq̇ſiuit ingentes: vxorē ac-
cepit diuitē/ cōſtruxit p̄claras edes/ omnibꝫ terrori
eſt: ſummaqꝫ in gloria verſat̃. Aliꝰ rurſus: Ille (in-
quit) latina lingua eruditꝰ in regia clariſſimꝰ ē. cun
ctaqꝫ intꝰ ipe adminiſtrat. Aliꝰ itē aliū in mediū ad
ducēs/ ꝓponit ad imitandū cūctiqꝫ penitꝰ inſignes
et claros in ſeculo viros memorāt: celeſtis ṽo ꝯuer-
ſatiōis celeſtiūqꝫ bonoꝝ: nulla oīno fit mētio. Cete-
rū ſi qs aliq̇d eiuſmodi memorare voluerit: vt q̇ cū-
cta ꝑuertat: ita reijcit̃/ exagitat̃/ affligit̃. Cum ergo
hac doctrina teneros illoꝝ animos imbuitis: atqꝫ
hiſce verbis rudes adhuc aures excātatis: ꝑfecto ni
hil eos aliud q̃ꝫ materiā maloꝝ oīm docetis: duos
iſtos illis violētiſſimos amores inſerētes/ pecunia-
rum ſcꝫ ⁊ q̇ lōge ꝑnicioſior ē: leuiſſime/ atqꝫ inaniſſi
me glie: hoꝝ ṽo cū ſeorſum q̇libet cūcta ꝑuertere vi
ſua ſufficiat: q̇d tandē ambo facturi exiſtimant̃/ ſi ſi-
mul coeant: ſicqꝫ in iuuenis animū irruant molliſſi
mū atqꝫ tenerrimū? Nonne veluti torrentes quidā
coniūcti/ bona ſimul oīa corrūpunt/ ⁊ perimūt/ tm̄
ſpinarū/ tm̄ arene numerū: tātāqꝫ materie vim intꝰ
cōgerētes: vt animū illū ſterilē/ bonorūqꝫ oīm infe-
racem faciant? Qua in re/ ipſi quoqꝫ externe philo-
ſophie auctores nobis teſtimonio ſunt. Alterū em̄
horū vitiorū nō cōiunctū: ſed ſeparatū/ ac ſolū/ vnꝰ
quidem arcem: alius ṽo caput malorū appellauit.
Sin ṽo ſeparatum arx malorum/ ⁊ caput eſt: quid
tandē erit ſi alterum quoqꝫ ſibi acceſſerit īmaniꝰ lō-
ge/ atqꝫ potentius: glorie ſcilicet inſanus amor/ at-
qꝫ cum illo violenter irruēs firmiſſimis radicibꝫ ni-
tatur/ iuueniſqꝫ occupet animū? Quis iā eiuſmodi
impetum poterit obtundere: quis eam ꝑniciē re-



ſtringere: cum precipue parentes cūcta ea/ ⁊ faciāt/
et moliantur: non quibus hec iniquiſſima germina
velant̃. Uerum quibus firmiora/ et ſolidiora fiāt?
Quis adeo ſtultus: atqꝫ amens ſit/ quin ita imbu-
ti/ et inſtructi deſperet ſalutem? Optādū in primis
fuerat ei animo/ qui huiuſce verbis in dies incita-
retur/ eam peſtem euadere poſſe. Cum ṽo preterea
vndiqꝫ illiciāt pecuniarum premia: vbiqꝫ ſcelerati
homīes ad imitandū proponant̃: que nam iam ſa-
lutis ſpes relinquitur? Qui em̄ pecunie amore ra-
piuntur: inuidi quoqꝫ neq̃ꝫ/ detractores/ periuri/
temerarij/ audaces/ maledici/ fures/ inuerecundi/
impudētes/ ingrati/ mala deniqꝫ oīa ſint/ neceſſe ē.
Atqꝫ horū omniū teſtis fideliſſimus eſt beatus pau
lus: qui radicem omniū vite malorū pecunie immo
dicam cupiditatē eſſe ait. Qđ idipſum chriſtꝰ antea
manifeſtauerat: cū impoſſibile eſſe aſſereret/ cū ſer-
uire deo: q̇ illi vitio eſſet obnoxiꝰ. Cū igit̃ initio iu-
uenis ad hāc ſtatim adducat̃ ſeruitutē: qn̄ iam liber
eſſe: qn̄ vndarū moles poterit euadere: cunctis im-
pellentibꝫ/ atqꝫ mergentibꝫ: extremoqꝫ in ſubmerſio
nis periculo illū ſtatuentibꝫ? Nam ſi nullo ꝑturbā-
te/ ſi plurimis porrigentibꝫ manū/ exurgere ille at-
qꝫ emergere potuerit: cunctāqꝫ ꝑturbationū/ ac vi-
tiorū amaritudinē diluere: nonne gratulandū/ atqꝫ
congaudendū illi erit? Si inquā longo tēpore diui
nis excantatꝰ carminibꝰ: inolitas paſſiōes abijcere
valuerit: nōne ⁊ laudandus milies/ ⁊ coronandus
erit? Dura em̄ dura/ ac penitꝰ acuta/ ⁊ violenta res
cōſuetudo eſt: ad vincendā/ capiendāqꝫ animā cū in
ꝑmis iſta voluptatē adiutricē habeat: ea ṽo virtꝰ/
ad quā feſtinamꝰ: ⁊ ad quā tranſferri/ atqꝫ applica-
re ſtudeamꝰ: ingētes nobis prebeat labores. Quo
circa deus ipſe q̄ꝫ cū hebreis/ eoꝝ q̄ in egypto didi-
cerāt: maloꝝ vetꝰ ꝯſuetudo deponēda eſſet: ſeorſum
illos in ſolitudinē adduxit: atqꝫ ita illorū formabat
animos: viā omnē medicine/ et curatiōis temptās:
aſperiorē/ atqꝫ leniorem: nihilqꝫ penitꝰ omittēs: ex
his que viderent̃/ eoꝝ ſalubritati profutura. Et ne
ſic quidē vitia illi effugerūt: ſed cum māna celeſti ci-
bo alerent̃: cepas tamē/ ⁊ allia/ ⁊ cetera egypti ma-
la preferebāt/ atqꝫ requirebāt. Adeo cōſuetudo va-
let/ tantūqꝫ habet roboris. Si aūt iudei cū tāta di
uine diligentie cura fruerent̃/ ducēqꝫ preſtātiſſimū:
et oratorē adeo egregiū/ cui niterent̃ haberent: me-
tuqꝫ preterea/ ⁊ cōminatione/ ⁊ beneficijs/ ⁊ crucia
tibus: modis deniqꝫ omnibꝫ erudirent̃: tātaqꝫ et tā
illuſtria miracula viderent: in nullo meliores eua-
ſerūt. Tu filiū tuū iuuenē/ ī egypto media/ ſiue ma-
gis ī media dimicatiōe ṽſantē: nullūqꝫ q̇ qđ ſibi vti-
le eſſe poſſit/ ꝯſulat audientē: cūctos ṽo ad ea q̄ ꝯtra
ria ſaluti ſunt ſe exhortari inſpicientē: atqꝫ eos oīm
maxime qui ſe genuerūt/ ⁊ educauerunt/ diaboli la-
queos euadere poſſe arbitrar̃? Unde queſo? Num
ex his/ que tu illum doces? At qui tu ad ea/ q̄ oīno
contraria ſaluti ſunt/ hortaris: cum philoſophie ne
per ſomniū quidē permittis illū meminiſſe: cūctaqꝫ
ſeculi iſtius/ infra/ ſupraqꝫ voluens cōmoda/ maxi
mis fluctibꝫ iactari: ſummiſqꝫ in ꝑiculis vite verſa-
ri/ tuis adhortationibꝫ inducis. Num forte a ſemet
ipſo? Maxie quidē iuuenis ſibijpſi nō ſufficiet ad vir
tutē cōquirendā/ atqꝫ exercendam: ſed ⁊ ſi quid ex ſe
ipſo ſtrenuum/ atqꝫ illuſtre cōceperit: priuſq̃ꝫ id ger
minet verboꝝ tuorum ꝑpetuo imbre ſuffocabit̃. Ut
em̄ corpus ſi ſalubribꝰ cibis nō fruat̃: inſalubribuſ-
qꝫ nutriat̃: longo tēpore ſubſiſtere/ ⁊ durare nō po-
teſt: ita et anima q̄ eiuſmodi doctrinis fuerit imbu-
ta: nihil vnq̃ꝫ altum: nihil magnū cogitare poterit:
ſed eiuſmodi neceſſe eſt languidā: ⁊ mollem/ vitijſqꝫ
velut peſte quadā iugiter infectā: ita demū in eter-
nos ignes: atqꝫ ī immortales cruciatꝰ proijci. Sin
vero tu iſta nō ita ſe habere contenderis: eſſeqꝫ poſſi
bile medijs in rerum ꝑturbationibꝫ virtutē omnem
aſſequi/ affirmare perrexeris: ne (queſo) pigeat no-
uam hanc/ atqꝫ inauditā nos docere diſciplinā. No
lo enim ſine cauſa/ ſi fieri poſſit/ tantū mihi negocij
aſſumere: nec fruſtra ſeculi leta reſpuere. Sꝫ em̄ hoc
addiſcere nō poſſum: neqꝫ enim ꝑmittitis vos: huic
ſententie/ ⁊ verbis/ ⁊ operibus contradicētes: atqꝫ
omnia contraria docentes: veluti em̄ dedita opera
liberos veſtros om̄i ſtudio perdere curetis: ita vni-
uerſa illos facere iubetis: que qui faciunt/ ſalui eſſe
nō poſſunt. Id ſi placet aliquāto altiꝰ cōſideremꝰ:
Celeſtibus euangelij vocibus intonās: ve (inquit)
ridentibus: vos illis quottidie īnumeras riſus oc-
caſiones prebetis: ve diuitibꝫ: vos contra vt illi pe
cunioſiſſimi fiant: vniuerſa molimini: ve cum vobis
benedixerint homīes: vos autē/ ⁊ quidē ſepe vt lau
des/ fauoreſqꝫ populares cōſequamini: om̄e patri-
monium effunditis. Rurſuſqꝫ qui fratrem cōtume-
lijs affecerit/ ſempiternis ignibꝫ obnoxius ſit/ vos
autem ⁊ imbecilles eſſe putatis/ ⁊ timidos: qui ta-
cite ſibi illatas contumelias ferunt. Imperat chri-
ſtus pugna/ ⁊ vltiōe abſtinere vite celeſtis emulos:
at vos in eiuſmodi peſtibus illos ſemper enutritis.
Oculum ille ſi noceat crebro eruendum iubet: vos
eis maxie amicis vtimini: quiqꝫ pecunias dare am
pliſſimas potuerint: etiam ſi ſupremū vitiorū oīm
doceant. Dimittere ille vxorem nō permittit: preter
q̃ꝫ in ſola cauſa adulterij: vos autem modo pecuni-
as accipere ampliores liceat. Hoc etiam p̄ceptum
vt illi aſpernent̃ imperatis. Iuſiurandum ille peni-
tus prohibuit: vos ſi quem id ſeruare videritis/ eti-
am ridetis. Qui amat (inquit) animā ſuam perdet
eam. Uos ad huiuſmodi amorem ſemper illos hor-
tamini. Si non remiſeritis (inquit) hominibꝰ pec-
cata illorum: nec pater veſter celeſt̃ remittet vobis:
nos quotiens eos/ qui nos iniurijs laceſſunt/ vlci
ſci noluerimꝰ/ ignauiā nobis exprobratis: vtqꝫ filij
noſtri mature ſe vlciſci poſſint: curam oēm adhibe-
tis. Rurſus glorie inanis cupidos: cūcta ſine mer-
cedis fructu gerere: ſentētia ſua chriſtꝰ docuit/ ſiue
illi ieiunauerint/ ſiue orauerint/ ſiue miſerti fuerīt:
vos ꝯtra: vt hac frui valeatis: nihil omittit̃. Et q̇d
me neceſſe ē vniuerſa ꝑſequi: cū iſta q̄ꝫ q̄ dicta ſūt ge
hennas innumeras inferre idonea ſint: nō mō ſi cū-
cta ſimul coeant: verū ⁊ ſeorſum ſingula? Ceterum
vos ſimul vniuerſa cōgeritis/ ⁊ imponētes pctōꝝ
onus importabile: ita demū in fluuiū igneū imitti-
tis. Qn̄ itaqꝫ ſeruari poterūt: q̇ tāta ferunt igni nutri
mēta? Neqꝫ iſtud ſolum iniquū/ ⁊ indignum eſt ꝙ
chriſti preceptis contraria docetis: veꝝ ꝙ fauorabi
libus appellationibꝫ vitia obducitis. Quippe circē
ſibus ludis/ et reliqs ſpectaculis intereſſe iugiter/
vrbanitatē/ ⁊ facetias vocatis: diuitijs affluere/ li-
beralitatē: gloriā amare/ magnanimitatē: arrogan
tiam/ confidentiam: prodigalitatē/ clementiam: in
iuſtitiam/ fortitudinē eſſe aſſerētes. Tum ṽo qua-

ſi nō hec ſufficiat decipula: virtutē q̄ꝫ contrarijs no
minibꝫ obnubitis: ruſticitatē quidē pudicitiā vocā-
tes: formidinē/ modeſtiā: imbecillitatēq̄ꝫ iuſticiam:
contemptūq̄ꝫ faſtus/ ⁊ glorie ſeruilis eſſe animi exi-
ſtimantes: malorūq̄ꝫ tolerantiā ignauiā/ ⁊ infirmi-
tatem. Tanq̄ꝫ profecto metuētes: ne ſi tandē verā/
et propriā harū rerum appellationē ab alijs audie-
rint/ effugiant eiuſmodi perniciem filij. Neq̄ꝫ enim
parum confert ad euitationem mali: nudas ipſas/ ⁊
ꝓprias vitiorū proferre appellationes: verū tāti ha
bet momēti/ ⁊ roboris/ ad eos qui peccāt feriendos
vt plurimi nōnunq̄ꝫ turpiſſimis flagitijs inſignes:
cū id qđ ſunt ſe vocari audiūt/ modeſte ferre nō poſ-
ſint: ſed vt q̄ acerbiſſima ſint ꝑpeſſi ita ſeuiunt/ atqꝫ
efferant̄. Deniqꝫ ſi qͥs/ vel mulierē adulterā/ vel ſtu
pratū puerū ex actu ip̄o fediſſimo vocauerit/ vt qui
maximis iniurijs affecerit/ irrecōciliabilis efficit̄ re
pente inimicꝰ. Nec iſtos ſolū: ſꝫ ⁊ cupidum quēq̄ꝫ/ ⁊
ebriū/ ⁊ elatū/ ac tumidū: oēſq̄ꝫ penitꝰ qui graue ali
quid peccauerint: videas nō tam ope ip̄o nephario/
multitudiniſq̄ꝫ opiniōe morderi ac dolere: vt appel
lationibꝫ ꝓprijs operū ſuoꝝ. Atqꝫ ego cōplures iſto
correptiōis genere emēdatos noui: factoſq̄ꝫ ipis ex-
probrationibꝫ moderatiores/ ac meliores. Ueꝝ em̄
vos iſtud q̄ꝫ ſolatiū/ ac remediū ſuſtuliſtis: qđq̄ꝫ gra
uius eſt: nō verbis ſolū: ſed operibꝰ ipis q̄ꝫ hec illis
monita datis: dū edes preclaras inſtruitis: dū emi
tis p̄cioſiſſimas villas: dū apparatꝰ alios magnifi
cos querit̄: ꝓfuſq̄ꝫ veluti atra quadā nebula illoꝝ
animos obnubitis. Un̄ igit̄ mihi ꝑſuaderi poterit/
eiuſmodi poſſe ſaluos fieri: cū eos om̄i ſtudio ad illa
impelli cōſpiciā/ q̄ qui faciunt: xp̄s perire oēs aptis
vocibꝫ docuit: cū videā vos illoꝝ aīas/ vt vile ali-
q̄d/ ac ſuꝑfluū negligere: eoꝝ aūt/ q̄ ⁊ ſuꝑflua re ve-
ra/ ⁊ indigna ſunt: veluti ea neceſſaria ſint/ ⁊ princi-
palia curā gerere ingentē: Nempe em̄ vt ſeruꝰ/ vt
equꝰ optimꝰ/ veſtiſq̄ꝫ p̄cioſiſſima filio ſit: oīa facitis
vt aūt ipſe bonꝰ/ ⁊ ꝓbus fiat ne cogitare quidē vn-
q̄ꝫ vultis. Ceterū ad ligna vſq̄ꝫ/ et lapides h̄ ſtudiū
ꝑducitis: aīam ꝟo nec minima quidē huiꝰ diligen-
tie parte dignā iudicatis. Cunqꝫ vt in domo ſtatua
antiquo ope admirāda ꝯſiſtat: ⁊ tecta aurea rutilēt/
cūcta moliamini: p̄cioſiſſimā oīm ſtatuā aīam: q̄tenꝰ
aureā efficiatis/ nullā curā gerere vultis. At q̄ non
dum ſupremū verticē/ ⁊ culmē maloꝝ oīm dixi: nec
dum ſummā totiꝰ calamitatis reuelaui. Quā cū ſe-
pe dicere inſtituerē: verecūdie/ ac ruboris magnitu
dine ſuꝑatus deſtiti. Quid ꝟo iſtud eſt? Audiēdum
em̄ iam ac dicendū eſt. Nā eſſet ꝓfecto incredibilis
ignauie/ ⁊ imperitie: ſi peſtē aliquā reſecare cupien-
tes: ne mutire quidē aduerſus illā auderemꝰ: ſilen-
tioq̄ꝫ nr̄o morbū illū accuſare/ ⁊ grauiorē cōſtituere
vellemꝰ. Nō itaqꝫ ſilebo ampliꝰ: etiā ſi milies/ ⁊ pu
dendū mihi/ ⁊ erubeſcendū fuerit. Neqꝫ em̄ medicꝰ
cū putredinē exprimere/ ⁊ extergere parat ex vulne-
re: ferrū manibꝫ arripere deuitat: atqꝫ in ip̄m (vt ita
dixerim) vulneꝝ fundū digitos demittere. Et nos
itaqꝫ ⁊ ſi ſit iſta longe grauior/ ⁊ moleſtior putredo:
nō tn̄ de hiſce loqui recuſabimus. Qđ ḡ tandē iſtud
malū eſt? Amor quidā nouus/ ⁊ nequiſſimꝰ nr̄a eta
te: atqꝫ in noſtrū genꝰ irrupit: ⁊ late dominat̄. Mor
bus irruit acerbus/ atqꝫ inſanabilis. Peſtis teter-
rima/ atqꝫ om̄i pernicie immanior/ ⁊ grauior inue-
cta eſt. Scelus quoddam nouū/ ⁊ intolerabile ex-
cogitatū eſt. Non em̄ ſcripte ⁊ cōſtitute modo: verū
ipſeq̄ꝫ q̄ꝫ nature peruertunt̄ leges. Nihil iā fere ad
impudicicie rationē fornicatio eſſe exiſtimat̄. Ceterū
vt in partus doloribꝫ/ cum paſſio incumbit violen-
tior: prioris doloris ſenſum omnē ſua magnitudine
intercipit: ſic huiꝰ quoqꝫ magnitudo flagitij facit/
vt qđ ſuapte natura tolerabile nō eſt: nō iam videat̄
eſſe intolerabile: obſcena ſcilicꝫ cum mulieribꝫ libido
Optandū em̄ iam votis omnibꝫ videt̄: poſſe hmōi
rhetia effugere: periclitaturq̄ꝫ iam ſuꝑfluo effectus
eſſe ſexus muliebris: adoleſcentibus vices eiꝰ omnes
implentibꝫ. Qđ cum ꝑ ſe eſt acerbiſſimū: facit id ꝓfe
cto/ vt deterius/ ⁊ terrius ſit: ꝙ tm̄ ſcelus/ tam ne-
phariū facinꝰ/ incredibili audacia/ ſummaq̄ꝫ iā cū
libertate admittit̄/ flagitiūq̄ꝫ lex factū eſt. Nemo iā
metuit/ nemo ꝑhorreſcit/ nullus cōtinet̄ verecūdia/
nullus rubore ſuffundit̄. Ceterū iſta impudentia ſe
ornari putant: ⁊ faceti videri ex ſcelere volunt. Inſa
nire iam vident̄/ ꝙ pudicitie ſtudent/ ⁊ eſſe demen-
tiſſimi: qui leges cōtra ferre audent. Qui ſiquidem
imbecilliores fuerint: verberibꝫ q̄ꝫ concidunturꝫ: ſin
vero potentiores ſpernunt̄/ irridēt̄: ⁊ probris re-
ſpergunt̄ innumeris. Nihil iā leges/ nihil iudicia
valent. Non pedagogi/ nō parētes/ non magiſtri/
non aſſecle obſiſtere iam valent: alios em̄ pecunijs
voluere corrumpere: eos ſcꝫ qui ſolam ad mercedē
ſpectant. Porro ſi qui fuerint modeſtiores: eorūq̄ꝫ
qui ſibi crediti ſunt/ ſalutē curare ꝑſtiterint. Alij q̄dē
circūueniunt̄ facile: reliqui ꝟo flagitioſoꝝ potentia/
et metu ꝑterriti ſuccūbūt: faciliꝰ em̄ is q̄ tyrannidē
ſibi parare moliat̄/ ſuſpectꝰ fuerit/ ſeruabit̄: q̄ꝫ ſcele
ſtorū illoꝝ/ nequiſſimorūq̄ꝫ hoīm manꝰ poſſit effu-
gere: q̄ illis fuerit infenſus: adeo medijs in ciuitati-
bus veluti ī ſolitudine ingenti maſculi in maſculos
turpiter deſeuiūt: horrendūq̄ꝫ flagitiū in alterutrū
cōmittunt. Si qui tamē hos laqueos effugere po-
tuerint: opinionē ſaltē ꝙ ſint eiuſmodi difficile vita-
būt. Primū quidē/ ꝙ ſint ipſi admodū pauci: ſicq̄ꝫ
facilime operiunt̄ improboꝝ multitudine. Secun
do ꝙ flagitioſi illi/ atqꝫ nequiſſimi demones: cum
eos q̄ ſe ſpernūt/ ⁊ execrant̄/ non poſſint alit̄ vlciſci:
vel hac in parte illos violare ſtudēt. Quia em̄ leta-
le illis vulnꝰ infligere nō valēt: ip̄amq̄ꝫ animā/ vl̄
penetrare/ vel polluere: exteriorē ſaltē ornatū: quo
illi amicti ſūt/ maculare nitunt̄: oēmq̄ꝫ illis honeſta
tis gloriā eripe. Quo circa cōplures audiui: cū ſemi
rari dicerēt/ ꝙ nōdū hodieqꝫ imber aliꝰ ignēꝰ cru-
perit/ ꝙ nō ſil'ia ſodomis vrbs v̄ra paſſa ſit: tāto ſa-
ne ḡuiore digna cruciatu: q̄nto ne alioꝝ q̄dē cladibꝫ
emēdata corrigit̄: veꝝ q̄ꝫq̄ꝫ ip̄a q̄ꝫ regiōe: iā pꝰ duo
annoꝝ milia: ip̄a ſua facie clariꝰ clamāte/ q̄ꝫ ſi voce
loq̄ret̄: atqꝫ orbē vniuerſū admonēre: ne q̄d eiuſmo
di ꝑſumat: nō mō timidiores/ aut ſegniores: ad hoc
audēdū facinꝰ facti nō ſūt: veꝝ longe ip̄udētiores:
tāq̄ꝫ ꝓfecto aduerſus deū ꝯtēdētes/ atqꝫ opibꝫ ipis
oſtēdere ſtudētes: tāto ſe cumulatiꝰ his malis adie-
cturos: q̄nto maiora ille intētauerit ſupplicia. Cur
ḡ nihil factū ē eiuſmodi: ſꝫ cū admittant̄ ſodomorū
ſcelera: nō tn̄ cōtingūt ſodomoꝝ clades? Quia ma-
net iſtos ignis aliꝰ lōge iſto ḡuior/ cruciatuſq̄ꝫ finē
nullū hn̄s. Nā cū multo ḡuiora ſcelera/ q̄ꝫ hi q̄ dilu
uij aquis ꝑiere/ plurimi poſtea admiſerīt: nullus tn̄
imber eiuſmodi poſtmodū factus eſt. Atqꝫ in hoc ſꝑe
cto eadem rurſus controuerſia eſt. Cur em̄ hi quidē



qui initio ſeculi fuere: cū neq̄ꝫ iudicia eſſent/ nec prin
cipum metus immineret: non legis cōminatio ter-
reret: non prophetarū adeſſet chorus: qui modera-
retur:/ ⁊ regeret: nō expectatio gehenne: nō celeſtis
regni ſpes: nō miracula ipſa/ deniqꝫ lapides ipſos
quoqꝫ excitare valentia. Cur in q̄ꝫ iſti qui nullo ho-
rum potiti ſunt/ ꝓ his que peccauerūt: tanta aniad-
uerſiōe puniti ſunt: qui aūt hoꝝ oīm participes fue
re: atqꝫ inter metū diuinorū/ hūanorūq̄ꝫ iudiciorū
degūt: hodieqꝫ nō eadē que illi patiunt̄: cū ſint lon-
ge grauiori ſupplicio digniſſimi? Nonne puero cui
vis conſtabit: ꝙ acerbiori/ ac vehemētiori pene re-
ſeruant̄? Nā ſi noſipſi quoq̄ꝫ ſuꝑ his/ ⁊ iraſcimur/ ⁊
indignamur: deus cui oīm maxime totius morta-
lium generis cura incūbit: qui vitia vehementer/ ⁊
auerſat̄/ ⁊ odit: quando iſta impune admitti ſcelera
paſſurus eſt? Sed profecto nō ita ſe res habet: non
adeo nos decipiamus. Immittet in illos penitus:
manū illā validiſſimā/ ⁊ plagā nō ferendā: dolorēq̄ꝫ
cruciatuū ſempiternorum adeo grauiſſimū: vt ſi ſo-
domorū clades illi conferat̄: ludus pueroꝝ eſſe exi-
ſtimet̄. Quā enim barbarorū feritatē iſti nō ſua im-
probitate tranſcenderunt? Qđ beluarū genus con-
greſſu ſuo impuriſſimo nō ſuperauerūt? Eſt in qui-
buſdam mutarū animantiū a natura inſitus libidi-
nis ardor incredibilis/ cupidoq̄ꝫ ītolerabilis/ ⁊ nul
lo ab inſania differens: que tamen amorē hunc ne-
phariū nō norunt: ſed intra leges a natura preſtitas
permanſerūt/ neq̄ꝫ ſi milies libidine vtant̄/ nature
vnq̄ꝫ preterlabunt̄ legē. At iſti ⁊ rationales cōditi/
diuinoq̄ꝫ magiſterio potiti: quidue agendū ſit/ vel
nō/ alijs q̄ꝫ annūciare iuſſi: nō ita licentioſe/ ac ſine
metu meretricibꝫ: aut adoleſcētibꝫ cōgrediūt̄. Et q̄ſi
hoīes nō ſint: nō ꝓuidentia vlla res humanas agat
aut moderet̄: ⁊ ea que fiunt iudicet/ ac tenebre cūcta
occupauerint/ nulluſq̄ꝫ ſit/ q̄ iſta videat/ vel audiat:
ita cūcta flagitia admittunt/ inſania ac furore incre-
dibili. Liberorū ꝟo qui eiuſce cōtumelijs afficiunt̄:
patres hec taciti ferūt: nec ſecū vna filios terra obru
unt/ neq̄ꝫ tante cladi vllū remediū/ aut ſolatiū inq̄-
runt. Nam ſi ad externas gētes: ſi ad mare: ſi ad ex-
tremas inſulas: ſi ad inacceſſam terrā: ſi ad eū q̄ ci-
tra nos eſt orbem: filij vt hac peſte liberi euaderent
adducendi/ atq̄ꝫ pertrahēdi eſſent: nonne omīa ⁊ fa-
cere/ ⁊ pati debuerant/ ne fierent eiuſmodi flagitia?
Certe ſi quidē inſalubris eſſet locus aliquis/ ac pe-
ſtilēs nunq̄ꝫ eo filios adduceremꝰ: etiā ſi lucra ingē-
tia inde ꝯſecuturi videremur: etiā ſi ſani illi/ viribuſ-
q̄ꝫ eſſent validiſſimi. Nūc ꝟo cū tam imanis peſtis
cūcta cōpleuerit: nō ſolū ipi liberos nr̄os ad hec pre
rupta ꝑtrahimus: veꝝ ſi qui illos eripe/ ac liberare
voluerint: eos tanq̄ꝫ perditos/ ⁊ corruptores vndi-
q̄ꝫ exagitamꝰ. Quā iſta igit̄ ingēti iracūdia: quanto
furore: quātiſq̄ꝫ fulminibꝫ digna ſunt: q̄nquidē vt il
li lingue acumē/ ac nitorē habeāt ꝑ exteriorē ſapien-
tiā om̄i ſtudio curamꝰ: aīam ꝟo ī ip̄o ceno ſpurcitie
iacentē/ atqꝫ indies putreſcentē/ non mō deſpiciamꝰ:
verū exurgere quoq̄ꝫ cupientē ꝓhibemꝰ. Et q̄ſq̄ꝫ iā
aſſerere audebit poſſibile eſſe tantis malis inuerſan
tes ſaluos fieri? Quanā tandem ratione? Nempe q̄
impudicorū effugere inſaniā potuerint/ pauci oīno
ſunt/ illiq̄ꝫ ipſi nō effugiēt amores illos violētos/ q̄
[illegible]ta ꝑdiderūt/ pecuniarū ſcꝫ ⁊ glorie. Complures
[illegible] his ipſis ⁊ vna impudicis amoribꝫ vehemen-
tius oppreſſi detinent̄. Deinde diſſertos illos et li-
beralibus ſtudijs excultos fieri cū volumus nō ea
ſolum/ que huic eruditiōi impedimēto eſſe poſſunt/
reſecamꝰ: verū cūcta/ que ad eam aſſequendā cōfer-
re poſſunt ſollicite paramus/ pedagogos/ ac magi-
ſtros illis ꝓcurantes: ſumptuſq̄ꝫ ſuppeditātes: at-
q̄ꝫ a rebꝫ ceteris ociū p̄ſtantes: eiſq̄ꝫ intētiꝰ acclamā-
tes/ atqꝫ ſtudioſiꝰ q̄ꝫ in olympicis certaminibꝰ pe-
dotribe faciūt: inopiā quā imperitia/ copiaſq̄ꝫ quas
parit eruditio cōmemorātes: cūctaq̄ꝫ per noſipſos/
et per alios agentes/ ac dicētes: quibus illos ad fi-
nem deſtinati ſtudij ꝑduci poſſe arbitramur. Et ne
ſic quidem crebro voti cōpotes efficimur. Mores
ꝟo optimos ⁊ moderatos: cōuerſationiſq̄ꝫ preclare
diligentiā: vltro illis prouenire arbitrabimur: cum
tot/ ac tanta ſint que illa impediant/ et intercipiāt?
Et quid hac abſurditate dici deteriꝰ poſſit: ſi id q̄dē
qđ leuiſſimū eſt: maximo ⁊ honore/ ⁊ ſtudio digne-
mur: quaſi poſſibile nō ſit aliter illud adipiſci: qđ ꝟo
longe difficilimū ⁊ grauiſſimū eſt: id dormiētibꝰ cō-
tingere exiſtimemus: vt vnum aliquid minimū/ ac
nulliꝰ extimatiōis ⁊ precij? Philoſophia nāq̄ꝫ ani-
mi litteraꝝ eruditiōe/ ſtudijſq̄ꝫ liberalibus tāto dif-
ficilior eſt ⁊ operoſior: quāto facere/ q̄ꝫ dicere diffici
lius: operaq̄ꝫ q̄ꝫ verba laborioſiora ſunt. Et q̄d (in-
quit) liberis noſtris philoſophia diligētiori opꝰ eſt?
Iſtud/ iſtud oīno eſt qđ vniuerſos perdidit: qđ rem
adeo neceſſariā: qua vita omnis noſtra continet̄: ſu-
perfluam eſſe/ et ocioſam iudicamꝰ. Certe enim ſi q̄
corporis incōmodo laborare filium viderit: nunq̄ꝫ
dicturus eſt: quid illi integra/ ⁊ diligentiori ſanita
te opus eſt: verum cuncta moliet̄/ et geret: quibꝰ tā
inſignem ille/ tanq̄ꝫ excellentē habitū acquirat: vt
iam ad eum vltra morbus ille redire nō poſſit. Ani
me ꝟo morbo cum illi grauiſſime laborēt: nihil eis
aiunt curatione opus eſſe. Poſtqꝫ iſta omīa patres
ſe vocare audēt. Quid igit̄? Philoſophabimur ne
omnes/ inquit aliq̄s: ſeculiq̄ꝫ huiꝰ oīa peribūt? Nō
ita prorſus viroꝝ optime. Non em̄ philoſophie da
re operā: id tādē eſt/ qđ vniuerſa corrupit/ ⁊ ꝑdidit:
verū id nō agere. Qui nā em̄ queſo te preſenti hoc in
rerū ſtatu ꝑ ſcelera/ ⁊ flagitia ferunt̄? Illi ne q̄ mode
rate/ ⁊ quiete viuunt: an qui nouos ⁊ iniquos exco
gitant delitiarū modos? Qui res oīm diripere ſibi
q̄ꝫ ꝯſciſcere/ ſummo ſtudio nitunt̄: an qui frugalita
ti ſtudētes: ſuis ⁊ quidē modicis cōtenti ſunt? Qui
ſeruorū cuneos/ ⁊ aſſentatorū greges: exoletorūq̄ꝫ
examina circūducunt. An qui ſeruum vnum ſibi ſa
tis eſſe arbitrant̄? Nondum em̄ ſumma de philoſo-
phia loquor: ſed de ea que ⁊ plana eſt/ ⁊ ꝑuia/ ⁊ plu
rimis acceſſa. Ille ne qui clementes et moderati/ ac
manſueti ſunt: an hi q̄ nihil eque/ ac ſummos a cōtri
bulibus honores querunt: maximiſq̄ꝫ calamitati-
bus afficiunt: ſi non ille ſibi aſſurgat: ſi non ſalutet
prior: ſi nō ſuppliciter inclinet: cunctaq̄ꝫ ſeruorum
obſequia pre ſe ferat? Qui alieno imperio regi/ alijſ-
q̄ꝫ obtēperare meditantur: an qui poteſtates/ ⁊ ma-
giſtratus auent: cunctaq̄ꝫ dum his potiant̄/ ⁊ face-
re/ et tolerare ſuſtinent? Qui ꝙ ſe cunctis meliores
eſſe arbitrentur/ licere ſibi/ et loqui/ et agere omnia
exiſtimāt: an qui ſeipſos cum vltimis et vilioribus
annumerant: iſtamq̄ꝫ irrationabilem potentiā/ vt
vitium caſtigāt/ ⁊ fugiūt? Qui preclara edificia con
ſtruunt: ⁊ magnifice inſtructas apponūt mēſas: an

qui parco cibo/ habitaculoqꝫ qđ neceſſitati ſatis ſit
contenti/nihil amplius requirunt? Qui innumera
ſoli ſulcant iugera:an qui ne glebe quidē vnius poſ
ſeſſionem ſibi neceſſariam exiſtimant? Qui fenus fe
nori adijciunt:omniqꝫ mercature viam iniuſtam li-
cet aperiunt/ et mouent: an qui huiuſce conuentio-
num/et chyrographoꝝ iniquitatem penitus ode-
runt:atqꝫ ex his que poſſident/egentibus ſubueni-
unt? Qui mortalis conditiōis imbecillitatē/ vilita-
temqꝫ cōſiderant: an q̄ ne hāc quidem cōſiderationē
admittunt:ac fere homies ſe pre iactantie/ ac tumo-
ris magnitudine exiſtimare deſierunt? Qui ſcorta
nutriunt:alieniſqꝫ matrimonijs ſe inquināt: an qui
vxore quoqꝫ legitima abſtinent? Nonne illi quidē
veluti tumores corpori/ ventriqꝫ ſeui/ac furētes ma
ri:ita totius orbis terrarum euertēde reipublice ex-
orti:eos quoqꝫ q̄ ſeruari poſſent/ per ſuam intempe
rantiā/ ⁊ improbitatē immergere/ ac prorſus extin
guere conanť:iſti vo tanq̄ȝ lumina clariſſima ī tene
bris micantia:eos qui in eſtu medio iactantur ad ſu
am inuitātes quietem/ ⁊ ſecuritatē/ ac philoſophie
faces de ſublimi quodā ⁊ longinquo faro accenſas
preferentes:ita demum eos qui monitis ſuis obtē-
perare non rēnuunt:ad quietum/ ac tutiſſimū por-
tum perducunt? Nōne per illos quidem ſeditiōes/
bella/pugne/euerſiones vrbium:in ſeruitutem ab-
ductiones/ſeruitutes/captiuitates/cedes/malaqꝫ
alia innumera q̄ in ſeculo fiunt: nec ea ſolū que infe-
runť ab hominibꝫ:verū ⁊ que de celo omnia/ puta
ſiccitates/imbres/terremotꝰ/fames/peſtes/ alia-
qꝫ omīa que celitꝰ nobis īmittunť? Nōne ğ iſti qui
et mores totiꝰ humanitatis ꝑuertūt:q̄ reſpublicas
corrumpūt? Hi alijs quoqꝫ innumerabiliū calami-
tatū cauſa fiūt:q̄ vite quietiori ſtudētes: eāqꝫ dege-
re volentes:ꝑturbāt vndiqꝫ ⁊ ꝑtrahūt: varijſqꝫ ſup-
plicijs affligunt? Horū gratia ꝓfecto/ ⁊ iudicia/ ⁊ le
ges/ et mulcte: variaqꝫ tormentorū genera ſunt in-
ſtituta. Ut enim ī ea domo/in q̄ plurimi morbis va
rijs laborant:pauciqꝫ ſanitate gaudēt: videas plu-
rima/ ⁊ medicamentorū genera/ et medicos q̄ȝ plu-
res:ita ī orbe toto nulla gens eſt:nulla ciuitas: vbi
non leges plurime/non multi magiſtratus: nō in-
numeri penarum modi/ ad perterrēdos improbos
ſunt conſtituti. Neqꝫ enim ſufficiunt medicamenta
ipſa ſola/ languidos eripere:niſi adſint qui illa vul-
neribus imponant:hi profecto iudices/ ⁊ magiſtra-
tus ſunt:qui illos velint nolint medicinā admittere
compellunt. Atqꝫ ita etiam morbus obtinuit: adeo
vt ipſam fere medicorum artem ſuperauerit: ipſoſqꝫ
iudices infecerit. Prorſuſqꝫ idem contingit/ac ſi q̄s
et febre/ ⁊ morbo intercutis:alijſqꝫ item egritudini-
bus innumeris/et grauioribꝫ oppreſſus:mala qui
dem propria curare negligeret:alios vero qui eiſdē
incōmodis laborarēt/eripere ſtuderet. Nempe em̄
vitiorū inundatio ⁊ vis/ quaſi torrens quidā: vni-
uerſis obicibus ruptis vehemēti impetu ī animos
mortaliū effuſa eſt. Et q̄d me dicere neceſſe eſt morū
optimoꝝ oīm ꝑuerſionē? periculū iā ingens metuſ-
qꝫ ſubijt:ne peſtꝭ iſta que a neqꝫ iſtis improbiſſimiſ-
qꝫ hominibꝫ inuecta eſt:ea etiā que de prouidentia a
pluribus in libris diſputata ſunt:refellat omnia:a-
deo in dies procedit/augetur/inſanit/omīaqꝫ occu
pare feſtinat. Adeo que ſupra fuerant/infra iā fecit:
atqꝫ aduerſus celum bellare inſtituit: mortaliū lin-
guas nō iam aduerſus hoīes conſertos: ſed plane
iam aduerſus omīpotentē dn̄m armās. Unde em̄
(queſo) fati nomen multū ꝑ ora oīm vbiqꝫ vertitur:
Unde ſyderū irrōnabilibꝫ motibꝫ cūcta q̄ accidunt/
pleriqꝫ imputāt? Ut q̄d fortunā/ vt quid caſum q̄dā
ꝓfitenť/ ⁊ predicant? Unde ſine ratione/ ſine proui
dentia/ac temere ferri cūcta arbitranť? Propť eos
ne qui iuſte/ ⁊ quiete/ ⁊ moderate viuūt:an propter
illos quos tu quidē continere/ ⁊ cōſeruare reſpubli
cas dicebas:ego vo cōmunē totius humani gene-
ris peſtem eſſe mōſtraui? Atqꝫ iſtud ita manifeſtum
eſt/ vt nemo inde dubitare poſſit. Nullus enim in-
dignať ꝙ ille/aut ille philoſophari pergit/ ꝙ mitis
eſt/ ꝙ moderatus/ ꝙ pudicus/ ꝙ negligit humana
omīa/ ⁊ ſpernit: verū ꝙ ille delicate viuit/ ꝙ cupit/
ꝙ rapit/ ꝙ nequiſſimꝰ cū ſit/ vitijſqꝫ omnibꝰ reple-
tus clariſſimus eſt:ſummaqꝫ in rerū copia/et ꝓſpe-
ritate verſať. Iſta queruli annūciant: hec obijciūt/
hec accuſant/ qui nō credunt deo/ his offenduntur
plurimi:adeo illorū gratia qui iuſte et moderate vi-
uūt:nō mō nihil hoꝝ verborū loquerenť:ſed illa q̄ȝ
reprehenderent:quibus vt dei accuſarent prouidē-
tiam fuiſſent inducti: atqꝫ vtinam vt om̄es/aut cer
te pars maior viuere ita voluiſſent. Nunq̄ȝ profe-
cto verba iſta aliquis excogitaſſet: nec ſummus ma
lorū omniū vertex irrepſiſſet: vt quereretť vnde ma-
la eſſent. Cū enim illa nō eſſent:neqꝫ apparerēt: q̄s
inquirere pergeret malorum cauſam? Ne innumere
quidem ab iſta queſtione ſecte pullulaſſent. Manēs
em̄ ⁊ martio/ ⁊ valens/et gentiliū plurimi:hinc po
tiſſimū habuere principiū. Si uero om̄es philoſo
pharenť:queſtio ſane iſta locū nullū inueniſſet:ſed ſi
nullis alijs ex locis: vel ex iſto certe viuendi optimo
atqꝫ letiſſimo genere: dudum vniuerſi didiciſſent/
ſub deo nos rege degere: reſqꝫ humanas ab illo/ et
adminiſtrari/ ⁊ regi:ſm ſuam inextimabilem/incō-
prehenſibileqꝫ ſapientiam. Qđ quidē fit/nunc quo-
qꝫ/et ſi non facile perſpiciť:ob ingentem illam ⁊ craſ
ſam nebulam:quā iſti toto terrarū orbe effuderunt:
Que ſi auferetur/profecto veluti ī meridiana luce/
et ſereno cādidiſſimo celo cunctis mortalibꝫ diuīa ꝑ-
ſpiceretur prouidentia. Deniqꝫ ſi non eſſent iudicia/
nō accuſatores/nō calumniatores/non tormenta/
nō mulcte/non carceres/non cruciatus/non bono
rum publicationes ⁊ damna/nō timores ⁊ pericu-
la/non inſidie ⁊ inimicitie/non iurgia/ non maledi
cta/non odia/non peſtilentie/non deniqꝫ aliud ali-
quid eiuſmodi:ſi qđ a nobis in hac enumeratione ꝑ-
termiſſum eſt:ſꝫ oēs digna ⁊ cōuenientiſſima cū mo-
deratione viuerent:quis vnq̄ȝ mortalium de proui-
dentia diuina dubitaſſet? profecto nullus. Nūc vo
fere idem contingit/ac ſi hyeme ingenti/ac procella
imminente gubernator quidem faciat:qđ ſui mune-
ris eſt diligentiſſime/ ſeruetqꝫ inter vndarum mo-
les nauem:non autem appareat eiuſce peritie et ar-
tis diligentia vectoribus: ꝙ hanc illis conſideratio
nem/ ⁊ perturbatio/ ⁊ metus/ ⁊ ſollicitudo p̄ſentiū
iam iāqꝫ impudentium maloꝝ eripiat. Deus enim
nunc quoqꝫ gubernat omnē hanc machinā: ⁊ ſi non
id a plurimis aniadnertitur:ob rerum turbines/ ⁊
perturbationē vite. Quā quidē perturbationem iſti
maxime omniū excitant. Itaqꝫ nō tm̄ morū rectitu-
dinē peruertunt. verū ipſam quoqꝫ pietatem religi-
onis contaminānt. Nec ſane peccabit qui iſtos natu-



re totius inimicos appellauerit: qui in alioꝝ perni
ciem cōiurāt/ ⁊ doctrinis ſceleratꝭ/ac impuris mo-
ribus/eos qui ſecū hoc in vite ſalo nauigāt/ demer-
gunt:at qui nihil hoꝝ penitꝰ in monaſterijs inue-
nies. Uerū quāq̄ȝ ꝓcella tāta tātiqꝫ fluctus deſeui-
unt:ſoli in tranquillo/ ⁊ portu/ ⁊ ſecuritate ſumma
reſidentes: veluti ex celo ipſo ceterorū naufragia ꝓ-
ſpectant. Nāqꝫ cōuerſationem plane celeſtem elege-
rūt:nihiloqꝫ deterius angelis affecti ſunt. Ut em̄ il-
lis nulla ineſt inequalitas:nec alij ſucceſſibus/ſecū-
diſqꝫ rebus elati gloriānť:alij extremis malis/ ⁊ in
cōmodis oppreſſi gemunt:ſed om̄es pariter in gau
dio/ ⁊ quiete:ſummaqꝫ illa ⁊ celeſti gloria exultant:
ita fieri quoqꝫ perſpicias ī monaſterijs. Nullus ibi
pauꝑtatē exprobrat:nullus diuitijs honeſtior ē. In
de id qđ oīa ꝑuertit/ ⁊ ꝑturbat:meū ⁊ tuū penitꝰ eli
minatū eſt. Cūcta quippe illis cōmunia ſunt/men-
ſa/domus/ indumētū/ ⁊ qđ ſane mirabilꝰ eſt: vnꝰ
etiam idemqꝫ animꝰ om̄ibꝫ eſt. Oēs eadē ſunt nobi
litate nobiles/oēs eadē ſeruitute ſerui/eadem liber
tate liberi: vne illic om̄ibꝫ diuitie/q̄ vere diuitie ſūt:
vna gloria/que vere gloria eſt. Non em̄ in appella-
tionibus/ſed in ipſis rebꝫ bona coꝝ cōſiſtunt. Una
ibi voluptas/ vna iocunditas/ vne delitie/ vnum
deſideriū/ vna ſpes omnibꝫ ineſt. Ibi veluti quadā
ex regula/ ⁊ libra cuncta diligētiſſime ſunt ordina-
ta. Nulla ibi ineq̄litas:ceterū ordo ſummus/ ⁊ mo
deratio/ ⁊ cōuenientia/ ⁊ ineffabilis concordie ſer-
uande diligentia: iugiſqꝫ ac ꝑpetua leticie materia.
Quo circa om̄es omīa/ ⁊ patiuntur/et faciunt/ vt
vna letenť/ ⁊ gaudeāt. Illic enim ſolum videas id
perfecte cōtingere:nuſq̄ȝ alibi non modo ꝙ preſentia
omīa cōtemnāt:omnēqꝫ ab ſe rixe/ ⁊ diſcordie/ ⁊ pu
gne materiā abſciderint/ clariſſimaqꝫ celeſtium bo-
norum ſpe beati ſint:ſꝫ ꝙ ea quoqꝫ que ſingulis cō-
tingunt/ ⁊ triſtia/ ⁊ leta/communia eſſe omniū exi-
ſtiment. Quippe ⁊ meror facilius fugať:cū ꝓ virili
ſua om̄es ſinguloꝝ comportēt onera:letitieqꝫ occa-
ſiones habeant innumeras:nō in ſuis mō letis: ſed
in alioꝝ quoqꝫ ⁊ quidē nō minꝰ q̄ȝ in ſuis quiqꝫ ge-
ſtientes. Quonā ergo mō res humane quo minus
pereant/ conſeruabunť? Si iſtos om̄es imitemur.
Nunc em̄ ille plane ꝓpter eos perierūt/ et corrupte
ſunt/ qui longe ab his moribꝫ/atqꝫ ab iſto vite inſti
tuto exercenť. Tu vo dum his contraria decernis:
idem prorſus facis/ac ſi q̄s eam lyram que diligen
tiſſime aptata eſſet:muſice diceret inutilē: eam vo q̄
⁊ diſſona/ ⁊ diſſciſſa eſſet:nimiaqꝫ vel intētione/ vel
remiſſione diſſipata/ ⁊ corrupta. Hāc ⁊ ad pulſus/
et ad voluptatē ſpectatoꝝ eſſe diceret aptiſſimā : at
qui nullū vel hec dicentiū abſurditatis argumentū
certius: vel inuidie ⁊ immanitatis/ ita decernentiū
documentū clarius inuenire poſſemus. Que nam
vero eſt modeſtioꝝ ⁊ clementioꝝ patrum ratio? Di-
ſcant primū (inquiūt) lr̄as:atqꝫ ita cum vim dicen-
di aſſecuti fuerint:tum demū ad philoſophiā iſtā ad
ducanť. Tūc nemo qui ꝓhibeat: nemo retrahat fu-
turus. Et vnde ſcire certius poterimꝰ ꝙ ad viros il
li euaſuri ſint? Pleriqꝫ em̄ abierunt īmatura prere-
pti morte: verum cōcedamus id quoqꝫ manifeſtum
eſſe:fingamuſqꝫ illos interim ad viriles annos pro-
uehēdos. Quis illud nobis pollicebiť:priorē oēm
in medio etatem illos bene acturos? Adeo em̄ nihil
cōtendendi ſtudio loquor: vt ſi quid de his certiꝰ cō
fidere ⁊ ſperare poſſit optime:eos ego ne tum quidē
vrbe educturus ſim/cum hāc dicēdi facultatē cōſe-
cuti fuerint: verū tūc maxīe manere videbo: quiqꝫ il-
los fugare voluerint:nō mō nō laudabo: veꝝ vt cō-
munes hoſtes noſtre reipublice reijciā/ ⁊ execrabor:
ꝙ lucernas occultētes: ⁊ lumina clariſſima ex vrbe
ad ſolitudinē ducētes:ciuitatem noſtram maximis
incōmodis afficiāt:ingentiqꝫ gloria ⁊ honeſtate nu-
dent. Sin vero nemo eſt qui iſta polliceri poſſit: q̄d
tandē cōmodi illi conſecuturi ſunt ſi mittanť ad ma-
giſtros: vbi vitia prius omīa q̄ȝ eloquētiā addiſcēt:
dūqꝫ qđ minimū eſt accipere/ ⁊ aſſequi ſtudēt/ amit
tent id qđ longe maximū eſt: vires animi ſcꝫ:oēmqꝫ
ꝓbitatis indolem. Quid ergo? Scholas ne om̄es
diruemus inquiūt? Minime id quidem dico:ſed vt
ne virtutis deſtruamus edificiū/ viuentēqꝫ dirua-
mus animā/om̄i ſtudio ⁊ prouidendū/ et cauendū
cenſeo. Que ſi quidem pudica fuerit ⁊ ſobria: nullo
ex loquēdi imperitia afficieť detrimēto:ſin [illegible] fue
rit corrupta: damna cōſequeť ingētia:etiā ſi lingua
vehemēter ⁊ acuta fuerit ⁊ expolita: tantoqꝫ maio-
ra/quāto illi vis ea dicēdi maior acceſſerit. Nequi-
tia em̄ ſi cum dicendi facultate fuerit cōiuncta:mul-
to deteriora q̄ȝ imꝑitia/multoqꝫ funeſtiora ſolet ope
rari. Quid ſi aūt illuc abeūtes/ inq̄es/ ꝓterq̄ȝ ꝙ lin-
guā rudē habeāt ⁊ imperitā/ etiā vtute illa excidāt?
Reſpondebo tibi tuis verbis. Quid vo ſi domi ma
nētes:preterq̄ȝ ꝙ animū noxijs fomitibꝫ corrūpāt/
ne ad eloquentiā quidē conſequendā vnq̄ȝ aſpirent:
ſiue ꝙ nō ocij q̄ȝtum ſatis eſt ſuppeditet:ſiue ꝙ ad ea
ſtudia minꝰ idonei nati videanť? Mihi q̄ppe mihi
ꝓrſus iſta dicere cōpetit q̄ȝ illa tibi. Cur id? Quia ⁊
ſi vtriuſqꝫ incertus euentus eſt: longe tamē tuꝰ in-
certior. Quo nam id modo/ et vt q̄d? Quia eloquē-
tiam ⁊ eruditionē/ vt aſſequamur:morū etiā orna-
tu ⁊ modeſtia opus eſt:mores aūt probi nō etiā elo-
quentie adiectione opus habēt. Quippe ſobrietatē/
pudicitiā/ iuſticiā/ virtuteſqꝫ reliquas:etiā ſine iſta
eruditione licet acquirere:eruditionē vero/ac dicē-
di vim:ſine probitate morū nemo fere vnq̄ȝ fuit/ q̄
aſſequereť:cum tempus ꝑ flagitia ꝯſumeret. Quid
ergo illa verebare:hic quoqꝫ neceſſario eſt metuen-
dum ⁊ quidē tanto hic amplius : quāto et crebrius
qui voti nō potirenť/inuēti ſunt: ⁊ de maioribꝰ re-
bus periculum īminet. Atqꝫ illic quidem vnius tm̄
rei exercitatio neceſſaria eſt:hic autem duarū rerum
cōpotes fieri ꝓpoſitum eſt: ꝙ alterā ſine altera conſe
qui poſſibile nō ſit. Sin autē tu ita vis: impoſſibile
etiam iſtud concedamus eſſe poſſibile:quid tandem
boni/ quid emolumēti/nobis eiuſmodi eruditio cō-
feret:adeo letalem circa ipſa vitalia accipientibꝫ pla
gam? Quid autem mali/ quid incōmodi paritura ē
locutionis imperitia/ſi que ſunt maxima fuerimus
adepti? At qui iſta nō ſolum apud nos qui externā
ſapientiā ridemus: eamqꝫ ſtulticiā eſſe arbitramur:
ſed apud ipſos philoſophos q̄ȝ ita eſſe pro confeſſo
habetur. Iccirco ex illis plurimi/nō valde ediſcen-
dis litteris operam dederūt:alij vero prorſus con-
tempſerūt: ⁊ eſſe perſtiterūt imperiti/oēmqꝫ etatē in
ea philoſophie parte/ q̄ mores componit cōterētes:
clariſſimi atqꝫ celeberrimi fuerūt. Anacharſis em̄/
et crates/ ⁊ diogenes:huiꝰ aſſequēde peritie nullū
ſtudiū/nullā oīno curā habuerunt. Aiunt quidam
ꝙ ne Socrates q̄dē/atqꝫ id atteſtari videť:q̄ in ea re

longe ceteris excelluit:quiqꝫ illiꝰ omnia diligētius
q̄ꝫ ceteri cognouit. Cū em̄ illū aliqñ in iudiciū intro
duxiſſet/rōnē ꝓ ſe reddituꝝ/in ea oratōe quā ad iu
dices habuit:ita illū fecit loq̄ntē: vos aūt ex me au-
dituri eſtis oēm ꝟitatē:nō tñ ꝑ deos īmortales o vi
ri athenienſes orōnē cōpoſitā electisꝫ ꝟbis ⁊ noibꝫ:
vt faciūt q̄ hoꝝ ſtudioſi ſunt:neqꝫ aliq̄ ornamēto fu
catā:ſed audictis vulgaribꝫ/ vilibuſqꝫ ꝟbis loq̄ntē.
Credo em̄ iuſta eſſe q̄ dico/nulluſqꝫ veſtꝝ aliter ex-
pectet. Neqꝫ em̄ ꝓfecto iudices huic etati cōuenire
videt̄/ veluti adoleſcētulo/fict̄ ad vos ingredi ver/
bis. Hoc autē cū dicit:oſtēdit ſe nō ob negligētiam
quādā (vt fieri ſolet) ſed ꝙ eā rem nō magnifaceret/
nec didiciſſe/nec vlla vnq̄ꝫ vſum fuiſſe. Itaqꝫ phi-
loſophis q̄dē eloq̄ntia indigna eſt/ ⁊ viris ꝓrſus:lu
dētiū ꝟo adoleſcētuloꝝ certamē ⁊ glīa:qđ ipſis q̄ꝫ
philoſophis videt̄/nec phis q̄buſlibet:ſed illi q̄ oēs
facile in ea arte ſuꝑauit. Deniqꝫ magiſtrū ea re orna
ri nō permittit:eiuſmodi ornatū ⁊ turpē eē ⁊ indignū
philoſopho exiſtimās. Uerū hec ad infidelē quēpiā
merito quis dixerit:imo ꝟo ad fidelē q̄ꝫ. Perq̄ꝫ em̄
ineptū ⁊ iniquū eſt/ſi quidē hi q̄ gloriā a multis au
cupāt̄/nec alio ex loco q̄ꝫ externa ſapiētia clari/ ⁊ il/
luſtres eſſe poſſint:eā rē nihilo exiſtimēt:nos eā ita
admiremur:tātiqꝫ extimemꝰ: vt ꝓpter illā aſſeq̄ndā
ea cōtēnamus q̄ neceſſaria in primis ſunt/ atqꝫ vti-
lia. Sed hec quidē ad infidelē dixiſſe ſatis ſit. Ad fi
delē ꝟo p̄ter iſta etiā ex noſtris documēta afferenda
ſunt. Que nā vero illa erūt: Magni illi ⁊ ſanctiſſi-
mi viri q̄ initio ſeculi fuerūt/cū littere nō erāt/quiqꝫ
poſt illos fuerūt/cū erāt q̄dē littere/ dicēdi vero ars
nōdū erat inſtituta:⁊ qui poſt eos ipſos fuere cum
eloquētia iā apud oēs obtineret/maximoqꝫ in ho-
nore eſſet. Hoꝝ tum ꝓfecto ſinguli ſuo quiqꝫ tēpo/
re erāt iperiti:nō ſolū art̄ oratorie: veꝝ ipaꝝ q̄ꝫ lit-
teraꝝ. Qui tñ oēs in eis ipſis rebꝫ:in q̄bꝫ dicēdi vis
videt̄ in primis eſſe neceſſaria/tāta facilitate eos q̄
in ea re ſunt eminētiſſimi/ſuperauerūt vt ſi illis iſti
cōparētur:ſtultis pueris deteriores eſſe videātur.
Cum em̄ perſuadēdi vis in facultate oratoria maxi
me cōſiſtat:philoſophiqꝫ nullos hac arte tyrannos
ſuꝑauerint:hi ꝟo imperiti ⁊ ſine litteris/orbē vni-
uerſum incredibili facilitate cōuerterint. Cōſtat ꝓ-
fecto palmā ſapiētie apud iſtos litteraꝝ rudes:⁊ im
peritos eſſe/q̄ꝫ apud illos qui ⁊ litteras ⁊ oratoriā
aſſecuti ſunt diligentiſſime:adeo vera ſapiētia:⁊ ꝟa
eruditio nihil aliud ē:q̄ꝫ dei timor. Porro nemo me
modo hāc legē ſtatuere exiſtimet: vt pueri eſſe perſi/
ſtāt imperiti. Nunq̄ꝫ em̄ ꝓhibere pergerē:q̄n iſtud
etiā ex abūdāti fieret:ſi de his q̄ ſunt neceſſaria q̄ſq̄ꝫ
me ſecurum faceret. Ueluti em̄ ſi domꝰ fundamen
ta quaſſa nutarēt:omniſqꝫ fabrica ruinā minaretur
extreme demētie:atqꝫ ſecordie eſſet:nō ad cementa-
rios ⁊ fabros: veꝝ ad tectorij operis ꝑitos recurre
re:ita rurſus importune ſimul ⁊ improbe cōtētōis
eſſet parietibꝫ incōcuſſe ⁊ firmiter ſtātibꝫ:eū q̄ tecto-
riū addere ornādi cauſa vellet ꝓhibere. Atqꝫ vt iſta
me ex animo loqui ſciatis:q̄ ꝓfecto ſi poſſem rebus
ipſis oſtēderē: ꝑoportune hyſtoriā quandā referre
inſtitui. Adoleſcēs q̄dā admodū locuples aliqñ in
vrbe noſtra demoratꝰ eſt vtriuſqꝫ eruditōis acqui
rēde grā:latine.ſ. ⁊ grece. Huic pedagogus ſequeba
tur ſemꝑ:cui ea vna ⁊ ſola cura erat: vt ipſiꝰ forma-
ret animū. Cū igit̄ ego aliqñ cōueniens:erat em̄ ex

his qui montes ⁊ ſolitudines habitant vnus:cau/
ſam addiſcere ſtudebā:cur omiſſa tam inſigni philo
ſophia in pedagogi ordinē ſeipm̄ deieciſſꝫ. Ille vero
cū ſe parū continuiſſet:cunctū iam rei ordinē nobis
enarrauit. Puer inquit iſte/patrē habet/ duꝝ/ini
tē/aſpeꝝ/mūdiqꝫ negocijs vehemēter intentū:ma-
trē ecōtra pudicā/moderatā/piā/celeſtiaqꝫ ſolū ſu-
ſpirantē. Pat̄ itaqꝫ vt q̄ in bellicis rebꝫ plurima de
ſe fortitudinis:ac ꝓbitat̄ indicia dederit/inſignēqꝫ
ex militia gloriā fuerit adeptus:filiū quoqꝫ in ordi-
nem ſuū transferre cupit. Id vero mater oīno abhor
ret/ ⁊ vehemēter execrat̄:optat em̄ illū clariſſimū in
monachoꝝ cōuerſatiōe perſpicere: veꝝ id quidē pa-
tri apertius dicere auſa nō fuit:metuebat quippe/
ne ſi id ille vl' leuit̄ ſuſpicaret̄:itēpeſtiue iā ſeculi vin
culis illū obligaret: ⁊ hoc ſtudio abducēs ad balteū
adduceret:atqꝫ ad omnē/ que ex illo ſolet cōſequi vi
te negligentiā:ac poſtmodū huiꝰ ꝓpoſiti ⁊ vite adi-
tum omnē intercluderet. Igit̄ hmōi artē excogitat.
Domū me accerſit ex eremo:mecūqꝫ cōſilia ſua cun/
cta cōicans:apꝑhenſam pueri dexterā/inſeruit ma
nibus meis. Cū vero illā percōtarer q̄d ſibi hoc vel
let: vna inquit hec nobis reliqua eſt ſpes obtinende
filio ſalutis:ſi volueris tu/ ⁊ paſſus fueris in peda
gogi ordinē deſcēdere/ſumptoqꝫ puero a nobis ꝓfi
ciſci. Meū erit ꝑſuaderi patri:ꝙ ſi militarem quoqꝫ
vitā ille voluerit eligere:perutilis erit dicēdi vis ⁊
copia per ſtudia liberalia queſita. Hec ego (inquā)
ſi efficere potuero/iā illū tu deorſum: atqꝫ in alieno
ſolo tecū habēs/ vbi nec pater/nec ꝓpinquoꝝ aliq̄s
impedire/ac ꝑturbare poſſit:ſūma illū cū facilitate
formare poteris/moreſqꝫ illius ad id cōponere/ vt
veluti in monaſterio/ita tecū viuat. Ceterū tu mi-
hi hac in parte ꝯſenti/mecūqꝫ ſalubrē iſtā fictionē ſi
mulatuꝝ pollicere:nō parua res agit̄:nō pro mini
mis deprecor:de filij mei aīa certamē eſt/atqꝫ ꝑicu
lū:nō ergo ſpernas cūctoꝝ amātiſſimū/mihiqꝫ lu-
ce ipā chariorē ꝑiclitantē:eripe illū laqueis/ vndiqꝫ
iam paratis ⁊ poſitis:educ ex ꝓcella/ ⁊ tēpeſtate/ ⁊
turbine. Sin ꝟo tu gratiā p̄ſtare nolueris: deū iam
mediū noſtrū appello/ ⁊ teſtē voco/me quidē nihil
coꝝ omiſiſſe:q̄ ad huiꝰ pueri ſalutē pertinere videbā
tur/mundāqꝫ eſſe a ſanguine pueri iſtiꝰ. Ex ſi quid
illū eiuſmodi cōtigerit pati:q̄le vt patiat̄ fieri vehe-
mēter p̄t:q̄ppe iuuenis:⁊ in tāt̄ delitijs degēs tāqꝫ
vite negligentia:abs te ⁊ de tuis manibꝫ req̄ret de
us animā pueri iſtiꝰ/his plura etiā adijciēs: miſe-
rabiliterqꝫ ⁊ vehemēter illachrymās:ꝑſuaſit tandē
vt hoc negociū ſuſciperē:atqꝫ cū his mādat̄ a ſe di-
miſit. Nec ſane inanis fuit iſta machinatio:nec reli
gioſo matris voto diuina pietas defuit. Ita em̄ pu
erū illū:breui egregiꝰ ille pedagogus exercuit:tan/
tāqꝫ in eo flāmā deſiderij celeſtis accēdit: vt cūcta ſi/
mul repente abijceret/atqꝫ ad ſolitudinē cōuolaret:
alioqꝫ rurſus indigeret freno:qđ illū ab intēpeſtiua
illa/ ⁊ vehemēti exercitatōe/ad moderatiorē poſſet
cōmodiorēqꝫ cōuertere/ Nāqꝫ metuēdū valde vide
batur:ne repentino hoc ⁊ imaturo ſtudio/rē ipſam
totā reuelaret:matriqꝫ ⁊ pedagogo:⁊ omnibꝫ vbiqꝫ
monachis ꝑuiſſimū bellū excitaret. Si ei fugā iſtā
ſubitāqꝫ mutationē ꝑſenſiſſet pater:nūq̄ꝫ ꝓfecto de-
ſtitiſſet omnia moliri ⁊ facere vt ſanctos illos fuga
ret/atqꝫ affligeret:nec eos modo q̄ illū recepiſſent/
ſed alios quoqꝫ vniuerſos:hūc ergo pueꝝ inſignis



ille īſtitutor aſſumēs:hecqꝫ ⁊ his plura illi allegās:
celeſtis quidē philoſophie deſideriū in eo durare ꝑ-
miſit: ⁊ preterea vt cautius fieret curauit: vrbē tñ vt
habitaret:ſtudiaqꝫ liberalia vti ceꝑat perſequeret̄
induxit:ita eū coeuis quoqꝫ maximo emolumento
futuꝝ perſuadēs. Qđ quidē operepciū eē videbat̄:
nō modo ſanctoꝝ illoꝝ/aut matris/aut pedagogi
grā:ſed pueri ipſiꝰ quoqꝫ. Si em̄ initio ſtatim in il-
lum irruiſſet p̄r:timēdū ſatis erat/ne phie plantas
cōmoueret/ vel etiā penitꝰ cōuelleret:q̄ppe teneras
⁊ recenter poſitas. Sin ꝟo ꝓceſſu tp̄is optimis il-
le firmiſſimiſqꝫ radicibꝫ niteret̄/ vehementer ꝯfide-
bat:quātalibet pater ageret/ nūq̄ꝫ illū mouendū lo
co:neqꝫ vlla oīno ratiōe ceſſuꝝ. Qđ ⁊ factū eſt/nec
illū fefellit ſpes. Pater em̄ lōgo poſt tp̄e illū ador-
ſus: vehemētiqꝫ cū impetu irruēs:nō ſolū in nōnul
lo edificiū inclinauit/aut leſit: verū firmiꝰ quoqꝫ va
lidiuſqꝫ mōſtrauit. Cōdiſcipuloꝝ vero plīmi:tm̄ ex
illius cōtubernio familiari profecerunt: vt eiuſdem
inſtituti fierēt emuli:habebat q̄ppe ille domi qui ſe
ꝑpetuo moderaret̄/ac veluti ſtatua iugiter ſub arti
ficis manu ꝯſtituta:ornatior indies euadebat: in
gētēqꝫ animo decorē aſſidue adijciebat. Et qđ eſt ꝓ
fecto mirabiliꝰ ex exteriori quidē cultu nihil a ceter̄
differre videbat̄. Nō em̄ agreſtibꝫ/ vel incōpt̄ erat
moribꝫ: non come negligentia/nō amictus vilitate
nobilis:ſed erat cōis habitu/ voce/aſpectu/ ⁊ ceter̄
omnibꝫ. Quibꝫ ex rebꝫ factū eſt: vt facilius plīmos
contubernaliū/inter rhetia ſua includeret:cum ha
beret intrinſecus incredibilē latentē ſapientiā. De-
niqꝫ ſi q̄s illū domi vidiſſet: vnū ex eis eē putauiſſet
qui montes ⁊ deſerta incolūt. Domꝰ em̄ ita illi diſ-
poſita ⁊ parata erat: vt in nullo monaſterij diligen
tiam deſideraret:nihilqꝫ neceſſarijs amplius habe-
bat. Tēpus autē omne in diuinoꝝ libroꝝ lectione
cōterebat. Erat em̄ ingenio celeri/ atqꝫ ad ꝑcipien-
das diſciplinas acutiſſimo. Itaqꝫ externe illi erudi
tioni breuiſſimā diſtribuēs diei partē: reliquū tp̄s
omne/ꝑpetuis orōnibꝫ/ diuiniſqꝫ litteris inſtabat/
ac ſine cibo tota ꝑſeuerabat die. Immo ꝟo non vnū
aut duos tm̄:ſꝫ plurimos interdū dies ſine cibo vl-
lo trāſigebat. Noctes preterea totas in eiuſmodi cō
ſumebat ſtudijs/lachrymis/orationibꝫ/ſacriſqꝫ le
ctionibꝫ vacans. Hec aūt oīa pedagogus ille nobis
clam annūciabat. Indignabatur em̄ puer ille vehe
menter/ferreqꝫ vix poterat:ſi quid eiuſmodi efferri
cognouiſſet. Dicebat ergo veſtē illū ſibi ex cilicio pa
raſſe:eaqꝫ noctibꝫ veſtiri ſolitū:eo.ſ.cōſilio vt celeri-
us euigilās ſurgeret:aliaqꝫ ꝓrſus omnia ad imita/
tionē monachorū illi diligētiſſime parata erāt: atqꝫ
egregius ille inſtitutor deū iugiter ingenti cū leticia
benedicebat:ꝙ adeo leues huiꝰ philoſophie pēnas
puero largitus eēt. Itaqꝫ ſi q̄s mihi nūc q̄ꝫ eiuſmo-
di animū/ac pedagogū daret:aliaqꝫ ſimilit̄ ſe polli-
ceret̄ curaturū:incredibile eſt q̄ꝫ id fieri optarē:etiā
ampliꝰ longe q̄ꝫ parentes ipſi. Sic em̄ profecto co-
pioſiori ex lucro magis gauderemꝰ/cū poſſem eiuſ
modi ⁊ per vitā/ ⁊ per etatē/ ⁊ per iuge cōtuberniū
coeuos etiā lucrari: veꝝ em̄ nullus eſt q̄ hec ſe ſpō/
deat exhibituꝝ. Cum ꝟo nullus ſit:incredibilis ſa-
ne imanitatis eſſet/cū q̄ nec ſibijpſi auxiliari poſſet:
⁊ iacēs vulneribꝫ inumeris cōfoderet̄:alioſqꝫ impe-
ditiores faceret:in medio concidi permittere:cū de-
beret ex media dimicatione ſubmoueri. Nāqꝫ meri-

to ſil'r in eū ducē aīaduertēdū eſſet: q̄ alacres/ ⁊ pu-
gnare valētes milites:ex p̄lio abduceret: ⁊ qui eos
q̄ ſaucij iacerēt:alijſqꝫ ꝑturbatōi ⁊ impedimēto eēnt
ſic ſemꝑ iacere in medio iuberet. Ueꝝ qr plurimi pa
rentū inſtāt vehementius: liberoſqꝫ ſuos/ ⁊ erudi-
tos/ ⁊ diſertos ſinguli videre cupiunt/ veluti certū
⁊ plane exploratū habeāt/ad ſūmū illos eloquētie
culmē ꝓuehendos:aduerſus iſtos nolo equidē con-
tendere:nec dicā illos ſpe ſua deſtituēdos:idqꝫ inte
rim cōcedā ⁊ eminentiſſimos illos in ea re fore ⁊ ad
ſūmū ꝓuehēdos:ſit autē nobis duaꝝ reꝝ optio ꝓpo
ſita: vt vel ad magiſtros proficiſcentes eruditionē
aſſequi cōtēdāt/ vl' abeūtes ad ſolitudines/ virtu-
tes animi ſalutēqꝫ ꝑpetuā conq̄rere decertent: vtro
igit̄ in ſtudio obtinere p̄ſtat: Nā ſi quidē in vtroqꝫ
valeamus: ⁊ ego id volo:ſin vero alteꝝ ſit eligendū
ſatius erit qđ ſit p̄ſtabiliꝰ eligere. Ita ſane inquiūt
ſed hoc ipm̄ vnde nobis cōſtare poterit:ꝙ ſtabit ille
ꝑſeuerabit:neqꝫ ꝓpoſito decidet oīno: Multi em̄ ex-
ciderūt. Et ego tibi reſpondebo. Unde vero tibi cō-
ſtat/ꝙ nō perſiſtet/neqꝫ ꝑſeuerabit: Multi ei ſunt
qui perſeuerauerūt/ ⁊ quidē longe plures q̄ꝫ q̄ exci-
derūt. Itaqꝫ iſtoꝝ grā magis cōfidēdū eſt/q̄ꝫ illoꝝ
metuendū. Cur autē in ipſis liberalibꝫ ſtudijs hoc
ipm̄ nō metuis: vbi maxime timēdū eſt: Nāqꝫ apđ
monachos quidē ex ingenti multitudine vix pauci
lapſi ſunt:in ſchola ꝟo liberaliū diſciplinarū:ex plu
rimis vix pauci ad ſūmā ꝑitiā ꝓuecti ſunt. Nec ſo-
lū iſtis rōibꝫ: veꝝ alijs q̄ꝫ plurimis/merito id ma-
gis metuendū videat̄. Quippe ⁊ pueri obtuſum in
geniū/ ⁊ magiſtroꝝ imꝑitia/ ⁊ pedagogi negligen-
tia/ ⁊ patris occupatio/ ⁊ ſumptuū/mercedūqꝫ de-
fectio/ ⁊ diſſimilitudo morū:cōtubernaliūqꝫ/atqꝫ
in diſcēdo ſocioꝝ neq̄tia/ ⁊ inuidia/ ⁊ liuor/aliaqꝫ
plurima: q̄minꝰ ad finē deſtinati ſtudij pertingat/
nōnunq̄ꝫ impedimēto ſunt. Neqꝫ iſta ſolū que dixi-
mus: veꝝ poſt ipſoꝝ q̄ꝫ ſtudioꝝ finē:alia etiā q̄ im-
pediāt/iminēt. Cū em̄ illa oīa impedimēta p̄terue-
ctus:ad ipm̄ eruditiōis culmē euaſerit:nec vllo eoꝝ
retardatꝰ fuerit:alie rurſus illic inſidie ſunt poſite.
Nāqꝫ ⁊ ꝓncipis ignauia/ ⁊ inuidia eiuſdē artis ſo/
cioꝝ ⁊ cōſortū/ ⁊ difficultates tēpoꝝ/ ⁊ amicoꝝ ſo/
litudo/ ⁊ ipſa ſepenumero reifamiliaris inopia:ab
ipſo fine nōnunq̄ꝫ excluſerūt/atqꝫ abiecerunt: at q̄
in monachoꝝ inſtitutis/nihil hoꝝ videas. Illic em̄
vna tm̄ re opus eſt nobili:ſcꝫ atqꝫ eximia alacritate
animi:hec ſi adſit:nihil quo minꝰ quiſqꝫ ad ſummā
virtutē ꝑueniat impedire poterit. Quā igit̄ iniquū
ſimul ⁊ indignū eſt: vbi quidē ſunt ſpei optime ple-
raqꝫ inditia manifeſta/ ⁊ viciniora/ibi deſperare ⁊
tremere: vbi ꝟo ſpes ipſa:⁊ longinquior eſt/ ⁊ tātis
impedimētis intercipit̄/illic nō deſperare: imo ꝟo
rei difficilime ſpes ſibi maximas ꝓponere. Qđ ſane
faciunt qui in ipſis eloquētie ſtudijs nō ea q̄ ſepius
contingunt triſtia:ſed que perraro leta conſiderant.
Cūqꝫ in monachoꝝ vita ⁊ inſtituto: vbi ſpes opti-
ma ⁊ certiſſima eſt:ad ea ſolū/ que triſtiora ſunt/in-
clinētur:in ipſis liberalibꝫ ſtudijs: vbi maxime dif-
ficultates ſunt meliorū tm̄ ſpem in animo verſant.
Quāq̄ꝫ illic nōnunq̄ꝫ cū ea ſil' oīa ꝯuenerit:q̄ debēt
neceſſario cōcurrere: ad ipm̄ iā finē imatura mors
irruēs:poſt inumeros labores illos:ſudoreſqꝫ fre-
quētiſſimos athletā ipſum ſine coronis abripuit:q̄
ſi in medio monaſtici certaminis cōtingat:tum ꝟo

bellatoꝛ ipſe hinc maxime illuſtris / ⁊ coꝛonatꝰ pro-
ficiſcit̄. Itaqꝫ ſi futuri vererꝭ incertū: id in ꝑmis in
ſtudijs humanitatis faciēdū eſt: vbi ne ad extremū
perueniat̄ / plurima ſunt impedimēto. Tu vero il-
lic quidē reſides / ⁊ tēpoꝛa expectas longioꝛa: nihil
eoꝝ q̄ in medio ſunt cogitās: nō ſūptꝰ / nō erūnas /
nō incertū euētū: ſꝫ ad finē tm̄mō reſpiciēs. Hic ꝟo
cū necdū veſtibulū ip̄m filiꝰ ingreſſus ſit: necdū de
coꝛā iſtā honeſtiſſimāqꝫ phiam attigerit / iā metuis
iā trepidas / iā cogitādo deſpas: at q̄n ipſe pauloan̄
dicebas: Quid em̄? Is ne q̄ vꝛbē habitat q̄ domū
habet ⁊ vxoꝛē: ſꝉuari nō p̄t? An ꝟo ſi cū vꝛbe / ⁊ vxo
re / ⁊ familia / ⁊ domo ſꝉuari q̄s p̄ōt: nū lōge id faci-
lius / aptiꝰ / melius poterit: ſi fuerit is liber? Neqꝫ
em̄ eiuſdē eſt: nūc q̄dē ſaluti cuiuſpiā cōfidere quāli-
bet ille ſeculo obſtrictꝰ fuerit / q̄ſi ſic etiā acq̄ri ſalus
poſſit. Nunc ꝟo quātūcūqꝫ liber oībꝫ euaſerit / vere
ri ⁊ metuere: q̄ſi ne ſic q̄dē ad virtutē ⁊ ꝓbitatē aſpi
rare poſſit. Nā ſi is q̄ vꝛbē habitat: ſic indubie ſꝉua-
ri p̄ōt / vt tu mō dicebas: multo ſane magis poterit
ſi ſe ad ſolitudines cōtulerit. Quid eſt ḡ cur ibi ſalu
tē deſperes / vbi minime debueras: ibiqꝫ nō metu-
as: vbi maxime pauere debuiſti? At inq̄es eiuſdem
criminis nō eſt: eū q̄ ſeculo addictꝰ ſit peccare: ⁊ cū q̄
ſemel ſe / ac penitꝰ deo deuouerit: religiōis ꝓpoſito
excidere. Neqꝫ em̄ ambo eadē ex altitudine decidūt
ita nec eadē q̄dē vulnera ſuſcipiunt. Fallis teipſum
pꝛoꝛſus / ac decipis: ſi putas aliud a ſecularibꝫ virꝭ
aliud a monachis requiri. Hec enim fere ſola eſt / in
vtroqꝫ genere vite differētia: ꝙ illi q̄dē mr̄imonij ſe
vinculis cōſtringūt: hi ꝟo his liberi ꝑdurāt. In re-
liq̄s ꝟo cōis / atqꝫ eadē ab vtriſqꝫ vite totiꝰ ratio re
quirit̄: eiſdēqꝫ pꝛo culpis pena vna oībꝫ debet̄. Nā
q̄ fratri ſuo iraſcit̄ ſine cauſa / ſiue ille ſecularis / ſiue
monachus fuerit / deū ſil'r offendit. Atqꝫ is q̄ muli-
eꝛē reſpicit / ⁊ cōcupiſcat eā: q̄lıbet in vite ſtatu fue-
rit: eadē adulterij plectet̄ pena. Immo ꝟo vt aliq̄d
ex nobis addere / q̄ð rōni cōſentaneū videat̄ audea-
mus: magis ſine vlla ſpe venie peccabit: qui ex ſecu
lo id ſcelus admiſerit. Neqꝫ em̄ par facinꝰ admit-
tere videt̄ q̄ vxoꝛis ſolatio ſubnixꝰ / decoꝛe mulierꝭ
irretit̄: atqꝫ is q̄ eiuſmodi auxilio ⁊ infirmitatis re-
medio deſtitutus / hac interdū peſte coꝛripit̄. Rur-
ſus q̄ iurat / ſiue h̄ / ſiue illud fuerit / pari oīno pene
ſubiacebit. Neqꝫ em̄ chꝛiſtꝰ / cū de his monita ede-
ret / legeſqꝫ ſtatueret / ita diſtinxit / vt diceret: ſi q̄dē
is q̄ iurat monachus ſit / a malo iuſiurādū eſt: ſin ꝟo
monachꝰ nō fuerit: nō iā a malo eſt: ſed abſolute oī-
no dixit: Ego autem dico vobis ne iuretis penitꝰ.
Ruꝛſuſqꝫ cū diceret: ve ridētibꝫ: nō addidit mona-
chis: ſed abſolutiſſimā ſententiā de oībꝫ tulit. Atqꝫ
idē in ceteris mādatis ſuis maximis ⁊ admirandis
facit. Cū em̄ dicit: beati paupes ſpū / beati q̄ lugēt /
beati mites / beati q̄ eſuriūt / ⁊ ſitiunt iuſtitiā / beati
miſicoꝛdes / beati pacifici / beati q̄ ꝑſecutionē patiū
tur ꝓpter iuſtitiā / beati q̄ ⁊ fanda ⁊ infanda ꝓpt̄ me
⁊ meū nomē ab his q̄ ſunt foꝛis patiūt̄: nec monachi
nec ſecularis nomē adiecit. Ceteꝝ iſta diſtinctio / ex
hominū extimatōe introducta eſt. Sacre ꝟo lr̄e ni-
hil hoꝝ penitus nouerūt: ſed oēs monachoꝛum vi-
ta ⁊ inſtituto viuere volūt / etiā ſi vxoꝛibꝫ fuerīt ad-
iūcti. Audi deniqꝫ quid Paulus moneat / quē cum
nomino: ruꝛſus chꝛiſtū ꝑdico. Hic itaqꝫ cū ſcriberet
vxoꝛatis hoībꝫ / filioſqꝫ nutriētibꝫ / oēm ab illis mo
naſtice vite diligētia req̄rit. Nāqꝫ delitias oēs peni
tus abſcidēs: ſiue q̄ ad cultū veſtiū: ſiue q̄ ad cibos ꝑ
tinēt: his ꝟbis admonet: Mulieres ī habitu oꝛna-
to: cū pudoꝛe / ⁊ caſtitate ſemetipſas oꝛnare: nō ī toꝛ
tis crinibꝫ / aut auro / aut margaritis / aut veſte p̄ci
oſa. Et ruꝛſus: Que autē in delitijs degit / viuens
moꝛtua ē. Et ruꝛſus: Hn̄tes cibos ⁊ tegum̄ta his
ꝯtēti ſimꝰ. Quid ampliꝰ poſſet aliq̄s a monachis
exigere? Ruꝛſus ꝟo cū alios linguā cōtinere admo
neret: ſeueriſſimas leges ꝯſtituit: ⁊ tales leges q̄les
monachis ip̄is īplere negocij nō minimi eſt. Nō em̄
turpitudinē tm̄ / ac ſtultiloquiū damnat: veꝝ ipſam
q̄ꝫ ſcurrilitatē ſeueriſſime caſtigat / ⁊ iugulat. Neqꝫ
iracūdiā ſolū / ⁊ furoꝛē / ⁊ amaritudinē: ſed ip̄m etiā
clamoꝛē ab oꝛe fideliū arcet ⁊ reſecat. Ois ei ait ira-
cūdia / ⁊ furoꝛ / ⁊ cōuitiū tollat̄ a vob̄ cū oī malitia.
Nū tibi iſta parua vident̄? Ergo paululū expecta:
dū his lōge maioꝛa referamꝰ: q̄ de tolerātia maloꝝ
oībꝫ ꝑcipit. Sol inq̄t nō occidat ſuꝑ iracūdiā veſtrā
videte ne q̄s malū ꝓ malo cuiqꝫ reddat: ſed ſemꝑ q̄ð
bonū eſt ꝑſeq̄mini / ⁊ in inuicē / ⁊ in oēs. Ruꝛſumqꝫ
Noli vinci a malo: ſed vince in bono malū: vidiſti ne
phie / ⁊ lōganimitatis magnitudinē ad ip̄m ſup̄mū
culmē aſcēdētē. Audi q̄d de charitate etiā loq̄tur: q̄
caput bonoꝝ omniū / ⁊ ſūma eſt. Cū em̄ illā vehemē
ter extolleret: eiuſqꝫ merita inſignia ꝓſeq̄ret̄: eādē ſe
a ſeculi hoībꝫ exigere oñdit / quā a diſcipul' chꝛiſtꝰ vt
em̄ ſaluatoꝛ: hūc tandē extremū ait eē charitatꝭ finē
ſi q̄s animā ſuā ꝓ amicis ponat: ita Paulus q̄ꝫ id-
ip̄m ſignificauit / cū diceret: Charitas nō q̄rit q̄ ſua
ſūt: atqꝫ eiuſmodi charitatē ſeq̄ nos iubet. Quid igi
tur hac phia maiꝰ / aut digniꝰ inq̄rere poſſemꝰ? Cū
em̄ ⁊ furoꝛe: ⁊ iracūdia: ⁊ clamoꝛe: ⁊ pecuniaꝝ cupi
ditate: ⁊ vētris ingluuie: ⁊ magnificētia veſtiū: ⁊ in-
ani glīa: ⁊ alijs ſeculi rebꝫ ſuꝑioꝛes eē nos iubeat:
nihilqꝫ cōe hꝛe cū terra: cūqꝫ moꝛtificare mēbꝛa nr̄a
ꝑcipiat: cōſtat ꝓfecto ip̄m nō minoꝛē a nob̄ vite dili
gētiā req̄rere / q̄ꝫ requirat a diſcipulis chꝛiſtꝰ: vſqꝫ a
deo ꝟo petis eſſe moꝛtuos iubet: ac ſi iā / ⁊ moꝛtui /
⁊ ſepulti ſimꝰ. Icirco ei ait: Qui autē moꝛtuꝰ eſt /
iā iuſtificatꝰ eſt a p̄ctō. Nōnunq̄ꝫ ꝟo ad ipſiꝰ q̄ꝫ chꝛi
ſti imitationē ſūma vi exhoꝛtatiōis inducit. Cū em̄
nos diligere admonet: inde potiſſimū ſumit exēpla
ita cū ad maloꝝ q̄ꝫ tolerātiā atqꝫ ad humilitatē hoꝛ
tatur. Cū itaqꝫ nō monachos tm̄ / vl' ap̄l'os: ſꝫ ip̄m
etiā chꝛiſtū imitari nos iubeat: eiſqꝫ q̄ nō imitāt̄ ſup
plicia maxīa intētet: q̄ tu tādē rōe illā dicꝭ eē maioꝛē
altitudinē? Eādē ei oībꝫ aſcēdere ꝓpoſitū / ⁊ imꝑatū
eſt. Sed h̄ plane eſt q̄ð euertit oꝛbē vniuerſum: ꝙ ſū
ma vite bene agēde diligētia monachis opꝰ eē arbi
tramur ceteris negligēter viuere licere. Nō ita ſane
nō ita eſt: ſꝫ eadē ab oībꝫ phie rō requirit̄: atqꝫ id eq̄-
dē vehemēter affirmauerim: imo ꝟo nō ego: ſꝫ ipſe
iudex omniū chꝛiſtꝰ. Sin ꝟo tu adhuc heres / ⁊ ti-
tubas: age ruꝛſus tibi eiſdē verbis aures repleamꝰ
vt oīs abs te / ⁊ malitia / ⁊ infidelitas fuget̄. Faciā
autē huiꝰ rei documētū ab ipſis cruciatibꝫ dici illiꝰ
hoꝛribilis / nimiūqꝫ metuēde. Diues ꝓfecto ille non
ꝙ monachꝰ crudelis fuerat: iccirco vehemētiꝰ cruci-
abat̄: ſꝫ ſi q̄d loqui ex nob̄ audeamꝰ: q̄ð tn̄ ꝟitati cō-
trariū nō ſit: iō exurebat̄ maxīe ꝙ ſeculo deditꝰ cum
eēt / ⁊ in diuitijs / ac delitijs degeret / ⁊ purpura op-
retur Lazaꝝ ſuꝑma inopia vexatū aſꝑnatꝰ eſt: vir-
gines itē q̄ꝛ clemētia / ⁊ humanitate caruerūt: iō ce



leſti thalamo excluſe ſunt: ⁊ vt ipſe aliq̄d adijciā / q̄ð
veriſil'e exiſtimo: nō ſolū cruciatꝰ illis additi nō ſūt
virginitatis grā: ſꝫ ob eādem ipſam mitioꝛes q̄ꝫ pe
nas exceperunt. Neqꝫ em̄ illis dictū eſt: Ite in ignē
eternū: diabolo ⁊ angelis eiꝰ ꝑparatū: ſꝫ ſolū: Non
noui vos. Sin ꝟo dicat aliq̄s: h̄ idē eē q̄ð illud eſt:
neqꝫ ego cōtēdā: q̄ð ei mihi nūc maxīe incūbit: id ꝓ
fecto eſt / vt oñdā monachoꝝ vitā ḡuioꝛa nō attrahe
here ſupplicia: veꝝ eiſdē q̄ꝫ peccātes ſeculi hoīes ob
noxios fieri. Is etiā q̄ ſoꝛdidis veſtibꝫ amictꝰ fuit:
q̄qꝫ cētū nūmos ſūma ip̄ꝛobitate req̄ſiuit: nō ꝙ mo-
nachi fuerūt: ea paſſi ſunt q̄ paſſi referunt̄. Sed alt̄
ob foꝛnicationē: alt̄ ꝙ nō donaſſet iniurias / ꝑierūt
Sed ⁊ alios q̄ꝫ q̄ tū punirēt̄: ſi q̄s inq̄rat diligētiꝰ
ꝓ p̄ctōꝝ tm̄ meritis eos cruciatꝰ ꝑpeti aīaduertet.
Neqꝫ ꝟo in inferēdis ſolū cruciatibus: ſꝫ etiā in ſan
ciēdis legibꝫ id chꝛiſtū feciſſe reꝑies. Etem̄ cū dicit:
venite ad me oēs qui laboꝛatꝭ: ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego
reficiā vos: tollite iugū meū ſuꝑ vos: ⁊ diſcite a me
q̄ꝛ mitis ſum: ⁊ humilis coꝛde / ⁊ inuenietis requiē
aīabꝫ vr̄is: nō monachos tm̄ alloquit̄: ſꝫ ⁊ oē ꝓꝛſus
hominū genꝰ. Itēqꝫ cū iubet ꝑ anguſtā viā ingredi
nō iſtos mō: ſꝫ oēs oīo hoīes h̄ imꝑio ꝯuenit. Cūqꝫ
odiſſe aīam ſuā in h̄ mūdo: atqꝫ cetera eiuſmodi iu-
beret: nullū hominū genꝰ excepit. Cū ꝟo nō oēs al-
loquit̄: neqꝫ iura ⁊ leges oībꝫ cōſtituit: h̄ ipſe nob̄ in-
ſinuat aptius. Deniqꝫ cū de virginitate loq̄ret̄ ad-
iunxit: qui p̄t cape capiat: neqꝫ oīs adijciēs: neqꝫ id
in ꝑcepti oꝛdine ſtatuēs. Ita Paulus q̄ꝫ: nā oībus
locis magiſtꝝ imitari deꝑhēdit̄: cū in hāc incidiſſet
materiā agebat: De virginibꝫ autē ꝑceptū dn̄i non
habeo. Itqꝫ ꝙ ad eandē vite diligētiā: ſuꝑmūqꝫ ꝑfe
ctiōis faſtigiū ꝑ diuinas leges: parit̄ / ⁊ ſecularis ⁊
monachꝰ cogant̄: ꝙqꝫ ambo ſi ceciderint eq̄lia ſint
excepturi vulnera: neminē iā quātūlibet ille ſit con
tētioſus: ⁊ ip̄udēs ꝯdictuꝝ exiſtimo. Hoc aūt aꝑtiſ
ſime oñſo: age illud q̄ꝫ iq̄uiramꝰ: ſi tn̄ inq̄ſitōe opꝰ
eſt in re taꝫ manifeſta: vtrius ſit pꝛonioꝛ / ac felicioꝛ
lapſus. Pudicitiā quidē is q̄ vxoꝛē habꝫ: facile ſꝉua
re poſſe videt̄: quippe ſolatio nō minimo ſuffultꝰ:
ceteꝝ in reliq̄s nulla cōparatio eſt: veꝝ ſic q̄ꝫ pl'es
lōge videas lapſos ex cōiugatoꝝ q̄ꝫ ex monachoꝛū
oꝛdine. Neqꝫ em̄ tā multi ex monaſterijs ad mr̄imo
nia accedūt / q̄ꝫ ex iugali thoꝛo ſe ad ſcoꝛta recipiunt.
Et ſi ī eis certaminibꝫ q̄ facillima illis toleratu ſūt
q̄ppe thoꝛo legittimo ſbnixis: ita ſe ſuꝑari facile ꝑ-
mittūt: q̄d tādē in alijs ꝑturbationibꝫ acturi exiſti-
mant̄: q̄bꝫ lōge ampliꝰ / q̄ꝫ monachi pulſant̄? Nā cō
cupiſcētia q̄dē / ardoꝛqꝫ cōgreſſus ml'iebꝛis his ve-
hemētiꝰ iminet / q̄ppe vxoꝝ cōtubernio / ⁊ ſolatio ca
rentibꝫ: reliq̄ ꝟo ꝑturbatōes: cū his viciniꝰ ꝓpinq̄re
vix poſſint: illos ꝑ vim ſbijciūt: atqꝫ in ſuū caput im
pellūt. Sin ꝟo in eis ipſis in q̄bꝫ bello vehemētioꝛe
ꝑturbāt̄: iſti magꝭ obtinēt / victoꝛeſqꝫ fiūt: q̄ꝫ hi q̄bꝫ
id ineſt leuiſſimū: ⁊ fere nullū: ꝯſtat ꝓfecto lōge eos
faciliꝰ ea q̄ꝫ vitia ſuꝑaturos: a q̄bꝫ nihil fere ꝑturba
tionis patiunt̄. Nā ⁊ pecunie amoꝛ: ⁊ delitiaꝝ / ac
potētie: ceterarūqꝫ reꝝ deſideriū faciliꝰ ab his / q̄ꝫ a
ſecularibꝫ vinci / ſubigiqꝫ conſueuit: vt igit̄ in p̄lio /
⁊ pugna eā belli partē leuioꝛē eē dicimꝰ: nō ex q̄ al-
terni / ac iuges moꝛtui ſuꝑ inuicē cadūt: ſꝫ ex q̄ pau-
ciſſimi / ⁊ rari: ita de his quoqꝫ ſtatuere ⁊ decernere
debemꝰ. Quippe habēdi imodicā cupiditatē: is lō
ge faciliꝰ vincet: qui in mōtiū verticibꝫ moꝛat̄: q̄ꝫ q̄
medijs in reꝝ ꝑturbatiōibꝫ verſat̄. Nā iſte quidē fa-
cillime capit̄. Cū ꝟo qui captꝰ cupiditate iſta fuerit:
in eoꝝ numero qui venerāt̄ ſimulachꝛa / ⁊ colūt: nu-
merari certū eſt / ⁊ diffinitū: atqꝫ is q̄dē ſi pecunias
habuerit: nūq̄ꝫ ꝓfecto ꝓximos cōtēnet: ſꝫ ipſas oēs
in illoꝝ vſus facillime impēdet: hic autē nō mō eos
aſꝑnabit̄: veꝝ nō ſecꝰ eos / atqꝫ alienos tractabit / in
iurijſqꝫ / ⁊ incōmodis oībꝫ afficiet. Q̄ð ꝓfecto genꝰ
aliud eſt ſꝉuiēdi idolis / ⁊ quidē ꝑoꝛe illo deterius ⁊
ḡuius / Et quid me neceſſe eſt ꝓſequi reliq̄: q̄ mona
chis q̄dē facillima ad ſuꝑandū ſūt: ſeculi aūt hoīes
nullo negocio / ingētiqꝫ facilitate deijciūt? Cur ḡ nō
pauidꝰ trepidas / cū ad eā vitā filiū adducis / in q̄ vi
tijs oībꝫ capi facillime poſſit? An paꝝ tibi videt̄ ſer
uire idolis: ipſiſqꝫ infidelibꝫ deterioꝛē eſſe / deiqꝫ ſer
uitiū opibꝫ ipſis abnegare? Que q̄dē oīa multo faci
lius hi q̄ ſeculo addicti ſunt patient̄ / q̄ꝫ monachi: vi
deſne vt callida tergiuerſatio metꝰ iſte ſit? Nā ſi me
tuendū fuiſſet: nō vtiqꝫ eſſet illis metuendū: qui flu
ctus / ⁊ ꝓcellas fugerēt: atqꝫ oī ſtudio ad poꝛtū feſti
narēt: ſꝫ eis qui hyeme ingenti / ⁊ turbine inuoluti
iactarent̄. In vita em̄ ſeculari / ⁊ plura ſunt / ⁊ pa-
ratioꝛa naufragia / ꝙ ⁊ plura ſint / q̄ꝫ ꝑturbēt / ⁊ qui
eā vitā degūt: negligētioꝛes / atqꝫ adeo inualidio-
res ſint / q̄ꝫ vt aduerſus ea ſtare poſſint. In mona-
choꝝ autē vita ꝓfecto / ⁊ fluctꝰ tāti nō ſunt: ſꝫ cōtra
penitꝰ ſerenitas ſūma ⁊ trāquillitas / ⁊ ſtudiū lōge
excellentiꝰ aduerſus eā fluctuū rabiē pugnaturoꝝ.
Quo circa nos eiuſmodi ad deſerta ꝑtrahimꝰ nō vt
cilicio induant̄ / toꝛqueſue ferreos ſibi circūdēt: aut
cinerē ſubſternāt ſolū: ſꝫ vt in pꝛimis vitia effugiāt /
eligātqꝫ virtutes. Quid igit̄? Oēs ne qui mr̄imonij
vinculis aſtricti ſunt ꝑibunt? Nō equidē id dico: ſed
maioꝛibꝫ / vt ſꝉuari poſſint laboꝛibꝫ eis opꝰ eē cōfir
mo: ob iminentē neceſſitatē. Nā eo qui ligatꝰ fuerit
is qui ſolutꝰ ē et faciliꝰ lōge ⁊ expeditiꝰ curret. Nū
ḡ maioꝛe ille iccirco mercede donabit̄ / illuſtrioꝛi-
buſqꝫ coꝛonis? Minime ꝟo. Sibi em̄ ille hāc neceſ
ſitatē cōſciuit: cum liceret / effugere ſi vellet. Quo-
niā igit̄ vt aꝑtis documētis declaratū eſt / eiſdē ſu-
mus obnoxij / quibꝫ ⁊ monachi: facilioꝛē ꝑcurramꝰ
viā: liberoſqꝫ nr̄os ad eā ꝑtrahamꝰ: nō illos demer
gamus / neqꝫ ad vicioꝝ ꝑꝛupta hoſtiū / immaniūqꝫ
barbaroꝝ vice ꝑcipitemꝰ. Hec em̄ ſi quis aliꝰ face-
re tētaret: nō eſſet adeo hoꝛrēdū / ⁊ execrandū. At ve
ro cū parētes ipſi qui ſeculariū reꝝ omniū ꝑiculum
fecerūt qui rebꝫ ipſis q̄ꝫ ſit friuola / ⁊ nulla vite moꝛ
talis voluptas didicerūt: adeo inſaniāt: vt alios q̄ꝫ
ad eā ipſam trahere nitant̄: q̄ ipſi iā frui ꝑ etatē ꝓhi
bent̄: cūqꝫ ſeip̄os ex his q̄ ante peccauerint infelices
⁊ miſeros agnoſcere / ⁊ dicere deberēt: alios in eaſ-
dē miſerias ꝑcipitāt. Atqꝫ iſta cū iā moꝛs vicina eſt
⁊ iudiciū / hoꝛrendiqꝫ illi cruciatꝰ: que nā excuſatio
relinquit̄ / q̄ venia / que miſericoꝛdia? Neqꝫ em̄ ſuo-
rū tm̄ p̄ctōꝝ penas dabūt: ſꝫ eoꝝ q̄ꝫ q̄ filij peccarūt:
ſiue fallere illi filios potuerint: ſiue nō potuerit. At
foꝛtaſſe filioꝝ filios videre cupitis. Quō id tandē?
cū ipſi tam impꝛobi parentes ſitis? Neqꝫ em̄ patrē
facit generatio. Q̄ð ipſi q̄ꝫ pr̄es teſtari ſolēt / qui fi-
lios cū viderint / ad ſūmū vitioꝛū culmē ꝑueniſſe q̄ſi
nō ſint illi ſui: ſic eos a ſe abijciunt / ⁊ abdicant: neqꝫ
generatio ipſa: neqꝫ affectꝰ naturalis: neqꝫ aliud ali
quid eiuſmodi ipſos q̄ minꝰ id faciāt cōtinere poteſt.
Itaqꝫ ne ipſi q̄dē pr̄es hoꝝ digni eē iudicent̄: quibꝫ

philoſophie rõne lõge inferiores / ꝛ deteriores ſunt Sed cũ ipſos nõ minꝰ ſpũ / q̃ȝ carne genuerint: tunc etiã nepotes q̃rãt. Nã tũc ſolũ etiã videre eos poterũt. Sũt em̃ ſunt profecto illis filij: nõ ex ſanguinibꝫ / neqȝ ex volũtate carnis / neqȝ ex volũtate viri: ſȝ ex deo ipſo generati: atqȝ hi filij nõ pecuniaꝝ grã luctũ parẽtibꝫ: aut meſtitiã indicunt: nõ mr̃imonij: nõ alteriꝰ cuiuſqȝ rei: ſȝ oĩ illos hac cura liberos: immuneſqȝ dimittẽte: ſ maioribꝫ lõge illos honeſtioribuſqȝ voluptatibꝫ afficiũt / q̃ȝ ſi eſſent illi naturales p̃res. Neqȝ em̃ eſt eadẽ vtriuſqȝ generatõis rõ: neqȝ vt carnales filij: ita ſpirituales q̃ȝ nutriunt̃: ſed lõge iſti excellẽtiꝰ / ꝛ digniꝰ: iccirco parẽtes q̃ȝ copioſiore leticia afficiũt. Illud p̃terea adijciendũ: ꝙ hi qui reſurrectiõis fidẽ nõ ſuſcipiũt: mirũ nõ eſt: ſi in eiuſmodi lugeãt ꝛ lamentent̃: quippe quibꝫ ſola hec poſteritatis ſpes / ꝛ cõſolatio reliqua eſſe videatur. Nos vero qui celitus edocti / mortẽ ſoporem eſſe exiſtimamus: quibꝫ p̃cipitur preſentia oĩa deſpicere: tãq̃ tandẽ venia digni erimꝰ: ſi in eiuſmodi lugeamꝰ / filioſqȝ videre cupiamꝰ / atqȝ hic relinquere: vñ ipſi trãſire feſtinamꝰ: ꝛ vbi cũ ſumꝰ ingemiſcimꝰ? Verũ iſta ad eos qui capaciores rõnis ſunt dixerimꝰ. Si qui vero fuerint ſtudioſi corporis / atqȝ huic ſeculo penitꝰ affixi / illud in p̃mis dicemꝰ / ꝙ incertũ eſt: an ex matrimonio liberi ſint ſecuturi: ſed ꝛ ſi nati illi fuerint maioris inde meroris occaſio ſequet̃. Neqȝ em̃ tm̃ ex iſta liberoꝝ ꝓcreatõe leticie: quantũ ex aſſidua cura / ꝛ anxietate / ꝛ metu: meroris acquirimꝰ: dũ illis omnia quottidie timere cogimur. Et cui inq̃s: villas / edes / mancipia: aurũqȝ relinquemꝰ? Nam ꝛ iſto illos cõquerentes audio. Ei profecto qui hec antea hereditario iure poſſeſſurꝰ erat: nũcqȝ tanto magiſ quãto heres ipſe / ꝛ ſecurior / ꝛ tutior eſt. Hac em̃ in vita plurima ſunt: que illa corrumpãt / ꝛ demoliant̃. Nã ꝛ tinee / ꝛ lõgitudo tp̄is / ꝛ latrones / ꝛ calũniatores / ꝛ inuidi / ꝛ futuri incertũ / humanarũqȝ reꝝ varietas / ꝛ mors tandẽ ipſa / ꝛ pecunijs / ꝛ predijs / ꝛ villis: filiũ ꝓfecto tuum ſpolient. Nũc vero editiori / atqȝ tutiori in loco diuitias repoſuit locũ inuiolabilẽ reperiẽs: ad quẽ nulli ex his q̃ dicta ſunt aſpirare fas eſt. Is vero locꝰ celũ eſt: nullũ imperũ metuens: nulliſqȝ inſidijs peruiũ oĩqȝ ſoli fecunditate feratiꝰ: atqȝ ingẽti cum fenore depoſitoꝝ fructꝰ letiſſimos: his qui ea depoſuerint decerpendos p̄bẽs. Nõ igit̃ nunc ea ṽba dicẽda ſunt: ſed ſi ſeculo ſe dedere mallet filius tuus / tunc ingemiſcendũ: ꝛ lamẽtandũ eſſet: atqȝ talia dicẽdũ. Cui modo villas relinquemꝰ: cui auꝝ: cui pecunias reliq̃s. Nũc em̃ tãta ꝓprietatis: ꝛ dñatiõis eſt copia: vt ne tum q̃dẽ cum vita exceſſerint / eo dñio fruſtrãdi ſint: ſȝ tunc maxime reꝝ ſuaꝝ lucris potituri. Ꝙ ſi tu hac etiã in vita cupis illũ dñm videre / demulceatqȝ te blanda dñatiõis appellatio: id quoqȝ monacho: q̃ȝ ſeculari videas excellentius contingere. Quis em̃ (oro te) dñs dicẽdus eſt: ille ne qui ſũma cum facilitate pecunias impẽdit: ꝛ erogat: an is q̃ p̄ parcitate ꝛ auaritia eas cõtingere nõ audet: ſed effodit: atqȝ humo abdit: ſuiſqȝ ita abſtinet tañ ꝓfecto illa nõ ſint ſua? Qui inaniter: ꝛ abſqȝ rõne ĩpendit rẽ ſuã: an q̃ ſũma cum moderatione id facit? Qui in terra ſeminat: an qui in celo? Ꝙ nõ ſua oĩa quibꝫ voluerit erogare ꝑmittit̃: an q̃ oĩbus eiuſmodi tributa exigentibꝫ liber euaſit? Ei quippe q̃ p̄dia ſulcat plurima / q̃qȝ mũdi ſe negocijs addicit: cum plures plurimis ex locis ĩminebũt: vectigalia perſoluere cogẽtes / ſuaſqȝ partes quiqȝ repetẽtes. Ei ṽo qui clemẽter in pauperes erogat: nemo prorſus erit: qui obſtrepat: nemo qui minas vllas intẽtet. Et hoc igit̃ ex loco inſigniori iſte / potioriqȝ dñatione beatꝰ eſt. An vero tu illũ dñm dices reꝝ ſuaꝝ: q̃ meretricibꝫ ꝛ gule illecebris / ꝛ aſſentatoribꝫ / ꝛ paraſitis p̄rimonium effundit: ꝛ glorie ſue maculã acquirit: ſalutẽqȝ ſuam prodit: atqȝ ab omnibꝫ ridet̃: qui autẽ ad conquirendã verã ſempiternãqȝ gloriã / atqȝ ad ĩmortalia cõſeq̃nda cõmoda / vtqȝ diuinis monitis obtemperet: illud ſapientiſſime diſpenſat: eũ nõ iam eẽ rei ſue dñm quereris? Nõne ergo idẽ facis / ac ſi perſpiciens quẽpiã in ſubterraneos aliquos meatus / vl' cuniculos rẽ ſuã ꝓijcientẽ: diceres eũ vere reifamiliaris ſue dñm: ſin ṽo neceſſarijs vſibus diſpenſantẽ intueereris: vt qui reꝝ ſuaꝝ nõ haberet p̄tãtẽ / ita illũ lamẽtarere? Immo vero nõ eis q̃ irrationabiliter p̄rimonia cõſumũt: ſed eis q̃ in pernitiẽ ſui capitis id faciũt: iſti cõferendi ſunt. Deniqȝ preclaꝝ hoc impẽdendi genꝰ / ꝛ illuſtriorẽ eũ / ꝛ ditiorẽ / ꝛ potentiorẽ faciet: illud vero ꝑlaſciuũ / ꝛ luxurioſum: non modo odioſum / ꝛ execrabilẽ: ſed extreme quoqȝ dãnationi obnoxiũ / ꝛ obſtrictũ reddet. Quid ḡ? Poſt matrimoniũ (inquies) ꝛ liberos nõ licebit hãc philoſophiã apprehendere: cum ad ſenectutẽ filius peruenerit? Et quis tandẽ ille erit q̃ polliceat̃ ad extremã nos ꝑuehendos eſſe ſenectutẽ: ꝙqȝ cum ad illã peruenerimꝰ: hac in voluntate / ꝛ ſentẽtia perſeuerabimꝰ? Neqȝ em̃ ſumꝰ dñi p̄ſtituti / ac definiti vite noſtre tp̄is: atqȝ hoc Paulus non docuit cũ diceret: Dies dñi ſic fur ĩ nocte ita veniet. Neqȝ rurſus in eadẽ ſemꝑ alacritate ꝓpoſiti cogitatiões noſtre ꝑſeuerant. Quo circa ſapiens quidã admonet dicẽs: Ne moreris cõuerti ad dñm: neqȝ differas de die in diẽ: ne forte cum tu morã trahis: cõteraris: atqȝ in tẽpore vltõis pereas. Nempe ſi nihil hoꝝ quoqȝ incertũ eſſet: ne ſic q̃dẽ liberos noſtros differre deberemus: ne tanta detrimẽta quãta mox apiemus ex dilatione iſta pateremur. Eſſet em̃ profecto incredibilis amentie ꝛ fatuitatis: imo vero ſũme ĩmanitatis: ſi cum iuueni opus eſſet adiutorio / aduerſariuſqȝ vehemẽter ĩmineret: tunc illũ iuberemus quietem agere / mũdaniſqȝ ĩmiſceri negocijs / ne capi facilius poſſet: cũ vero vulneribꝫ innumeris cõfoſſus iaceret: nullaqȝ ex parte eẽt integer: tũc illũ / vt ſe cingeret: atqȝ armaret hortaremur: iacentẽ iã ꝛ ſauciũ atqȝ oĩno debilẽ? Ita ſane inquies. Tũc em̃ ꝛ lucta leuior: ꝛ dimicatio facilior futura eſt / iam extinctis voluptatibꝫ. Que nã tunc dimicatio: q̃ pugna erit / cũ nullus ſit cõpar qui nos ꝓuocet: nullus q̃ prelio laceſſat? Ita profecto / ne coronis quidẽ illuſtrioribus donabit̃. Beatus em̃ (inquit) qui tulit iugum graue ab adoleſcẽtia ſua. Sedebit ſolitariꝰ / ꝛ tacebit: hic plane: hic miraculis innumeris eſt dignus: hic ꝛ laudari / ꝛ beatiſſimꝰ meret̃ dici / q̃ rebelles / inſanoſqȝ naturales motus ratione frenare preterit: atqȝ in ipſo ĩpetu tẽpeſtatis / ꝛ turbinis illeſam ſeruarit nauẽ: veꝝ nihil inde q̃ȝ cõtendamus. Sit etiã iſta dimicatio ſi placet. Nẽpe ſi eẽt in p̄tãte nr̃a certaminis tp̄s: recte forſitã ſenectutẽ expectare poſſemus. Sin ṽo ꝑ oẽm vitã nob̄ dimicandũ eſt: atqȝ a p̄ma ſtatim etate incohoandũ: cum decẽ annorũ eſ



ſe ceperimus: ex ea quippe etate eoꝝ oĩm / q̃ peccauimus rationẽ reddituri / penaſqȝ daturi ſumꝰ: quod inſinuãt pueri illi: q̃ ꝙ heliſeũ irridere auſi ſunt: verſis deuorãdi ꝑmiſſi memorant̃: ꝛ nunc ex eadẽ etate iam nobis ĩ acie eſt ſtandũ: q̃ñ bellũ aduerſum nos acerbiꝰ / ꝛ grauiꝰ ĩminet: q̃ȝ tu ratione tp̄s illud certaminibꝫ ſtatuis. Si em̃ ipi diabolo poteſtatis iure imperare poſſes: vt atrociꝰ ĩminere / et pugnare deſineret: videret̃ eſſe nõ irrõnabilis hec tua admonitio. Nunc ṽo dũ tu illũ / vt pugnare / et ictibꝰ me grauioribus pulſare ꝑmittas: ſi mihi cõtra quieſcẽdum ſtatuas / ĩmo ſponte ſuccũbendũ: q̃d hac iniq̃tate / ꝛ abſurditate poſſit eſſe deteriꝰ? Quis / oro / niſi inimicus belli rabie dirius inſtãte: pugnantẽ armis exuit / atqȝ ita hoſtiũ manibꝫ tradit? Iuuenis ẽ et imbecillus. Nõne iccirco maiore / ꝛ cautiõe / ꝛ ſecuritate illi opus eſt? Quã quidẽ vt poſſit cõſequi / ſumma cura / ꝛ diligẽtia illi opus erit / atqȝ is q̃ eiuſmodi eſt: in trãquillitate ſemꝑ / et quiete ſumma degere: nõ mũdanis negocijs incumbere / neqȝ medijs fluctibꝫ inuerſari debebit: vbi tumultꝰ ingens / ꝛ ꝑturbatio eſt. Tu ṽo cõtra penitus quibꝰ bellũ acriꝰ imminet / ꝛ per etatem: ꝛ ꝑ imbecillitatẽ / ꝛ ꝑ imperitiam / reiqȝ nouitatem: eos quaſi iam ꝑfecti bellatores ſint / reiqȝ militaris peritiſſimi / firmiſſimiſqȝ viribus ſubnixi: ĩ mediũ certaminis ꝑtrahis: nec permittis / vt p̄riꝰ ad ſolitudinẽ ꝓfecti vires ſibi ꝑ exercitationẽ cõparẽt: veluti ſi quis fortiſſimũ virũ / ꝛ q̃ milies hoſtẽ fundere poſſit: iubeat quietẽ agere: belliciſqȝ rebus ꝑ meditationẽ aſſueſcere: eum ṽo qui ꝛ rudis ſit / ꝛ imperitꝰ: nec pugnam vnq̃ȝ aſpicere potuerit / ob hoc ip̄m ĩ media pugna verſari debere ſtatuat / difficillimeqȝ rei maiora impedimẽta ꝓponat: ad hec ſciẽdũ illud quoqȝ: nõ licere poſt nuptias cuiq̃ȝ ſui ipſiꝰ eſſe dñm: ſed e duobꝫ alteꝝ neceſſario cõtingere: aut vxori ſemꝑ ſi ita voluerit coniũgi: vel ſi cõtinenter viuere voluerit / ea dimiſſa / adulterij flagitio capi. Quid me proſequi neceſſe eſt educandoꝝ liberorũ ſummas neceſſitates: curaſqȝ reliquas rei familiaris: que ꝓfecto tante ſunt / vt oẽm alacritatẽ ꝓpoſiti obtundere / ſummãqȝ ſegnitiẽ / ac ſtuporẽ animis effundere ſufficiãt? Quo circa ſatius omino / ac melius cenſeo: eum / dũ adhuc liber / ac ſui dñs eſt / ab ipſo ſtatim etatis initio armare: nõ coꝝ tm̃ grã q̃ dicta ſunt: verũ eiꝰ q̃ȝ in primis q̃d dicẽdũ eſt. Qui em̃ ad finẽ vite philoſophie huic dare operã aggreditur: vt in hoc tẽpus om̄e cõteret: vt poſſit ea / q̃ in priori etate admiſit / p̄ctã diluere / cunctũqȝ illi ſtudiũ in hac dũtaxat parte ꝯſumit̃: ꝛ ne ſic quidẽ ſepe numero illi q̃ȝtum ſatis eſt tp̄is ſuppetit: ſȝ ex hac vita ꝓficiſcit̃: vulneꝝ reliquias ſecũ ferens. At ṽo qui a prima ſtatim etate ſe exercuit / vireſqȝ ſibi ad certãdum cõparare ſtuduit: nõ in hoc tp̄s cõſumit: nec ſedet curãs vulnera: ſed ab ip̄is iam tyrocinij ſui rudimẽtis meret̃: atqȝ accipit palmas. Et illi quidẽ ſatiſ optandũ videt̃: eas pugnas oẽs: in quibꝫ victꝰ fuerat repetita dimicatiõe ſuꝑare: hic ṽo ab ipſo fere dixerim pueritie aditu / ꝛ limine tañ e carceribꝫ emiſſus / atqȝ ad calcẽ curſu ꝑpetuo ꝓperãs fundit hoſtẽ: victoriaſqȝ victorijs iungit / ꝛ veluti olympici certaminis victor: a prime etatis flore ꝑ buccinationes ad ſenectutẽ ꝓficiſcit̃ / ĩnumeris coronis inſignitus caput. Quoꝝ igit̃ in ordĩe cõſtituere mauis filiũ tuũ? Eoꝝ ne q̃ ob ingentẽ fiduciã / ſũmeqȝ ṽtutis ꝯſciam: in ip̄os etiã archangelos defigere obtutꝰ valẽt: an eoꝝ q̃ cũ oĩbꝫ ſtant / extremũqȝ ordinẽ obſeruãt? Extremũ em̃ ſortient̃ penitꝰ: cũqȝ ip̄m tum demũ: cũ potuerint / cũcta ea ĩpedimẽta ꝑcurrere: q̃ mõ me moraui: cũ ſcȝ neqȝ mors ĩmatura preripuerit: neqȝ poſtea fuerint vxore ĩpediti: neqȝ tãta negocia ſubierint / vt nõ poſſit ad curã prioꝝ vulnerũ ſufficere ſenectutiſ tp̄s / eãqȝ ſentẽtiã firmã ſemꝑ / ĩmobilẽqȝ ſeruauerint. Cũ em̃ ſimul hec oĩa ꝯuenerint: tũc q̃ȝ vix inter extremã ſortem ſtatuent̃. Hoꝝ igit̃ ex numero vis eẽ filiũ tuũ: an eoꝝ q̃ in phalãgis fronte eximia virtute emicãt? Et q̃s (inq̃s) adeo miſer / ꝛ infelix ẽ: q̃n hec magis optet filijs ſuis? Veꝝ cõſuetudinẽ (inquiũt) req̃rimꝰ / nobiſcũqȝ eos eẽ cupimꝰ. Hoc ip̄m ego q̃ȝ / ꝛ cupio / ꝛ opto: nec minꝰ ſane q̃ȝ vos ipi: vt illi ad paternã domũ redeãt / educatiõiſqȝ / ꝛ alimentorũ vices parẽtibꝫ referãt: quibꝫ ꝓfecto illi dulciores reꝑire nõ poſſent: veꝝ hoc nõ mõ ab illis exigamus. Quã em̃ iniquũ eſt: ſi vt aſſequant̃ ſtudia liberalia: lõgo illos tꝑe patria arcemꝰ: vtqȝ artẽ aliquã vulgarẽ / ac mechanicam addiſcãt: domũ q̃ȝ ne accedãt interdicimꝰ / ĩ magiſtri domo / et prãdere illos / ꝛ dormire iubẽtes: cũ ṽo nõ ad humanã diſciplinã: ſed ad philoſophiã celeſtẽ ꝓficiſci parãt: anteqȝ id fiat q̃d optamꝰ / cõfeſtim retrahere illos inſtituimꝰ: atqȝ is quidẽ qui ꝑ extenſum funẽ currere docet̃ / vt eiꝰ rei peritꝰ fiat nõ paruo tꝑe / ꝛ domo / et patria ſe abdicabit: nos aũt eos q̃ ad celũ euolare diſcũt: domi cum parentibꝫ claudemꝰ? Et q̃d hac abſurditate poſſit eſſe deteriꝰ? Nõne agricolas videtis: vt etiã cum ſatis properant laborum fructus carpere / acerbos tamẽ eos nunq̃ȝ metere ſuſtineãt? Ergo ne nos quidem intempeſtiue liberos noſtros ab deſerti cõmoratiõe reuocemus: verum ſtudij celeſtis diſciplinam in eis ſolidari permittamus / altiſqȝ radicibus arbuſta firmari: ꝛ ſiue decem annos ſiue etiã viginti nutriendi illi ſint in monaſterio: nõ perturbemur: non merore vllo afficiamur. Quanto enim ampliꝰ fuerint in ſchola virtutis exercitati: tãto ampliores vires adipiſcentur. Sin autem tu mauis / atqȝ ita videtur: tempus nullũ certum ſtatuamus: ſed ille terminus ſit ſolus / qui ad maturã frugẽ perducat ſatos in illis boni operis fructus / tuncqȝ ſolũ ex deſerto redeãt. Prius autẽ nullo modo. Nihil em̃ ex hac celeritate nr̃a cõſequi aliud poterimꝰ: niſi vt illi nunq̃ȝ ad maturitatẽ ꝑtingãt. Qui em̃ añ tp̄s radicis nutrimẽto deſtitutus fuerit: is ꝓfecto nec tꝑe aduenientè iam vtilis vlla rõne erit. Q̃d vt ne fiat: tolleremꝰ interim bono animo ſeparationẽ: nec ſolum illos nõ vrgeamus ad reditũ: veꝝ ꝓhibeamꝰ quoqȝ ſi voluerint / ante tẽpus / atqȝ ĩmature remeare. Nam ſi ad ſummã virtutẽ ꝓfecerit filiꝰ tuꝰ: cõmune lucrũ erit ꝛ patri / matri / ꝛ familie / ꝛ ciuitati / ꝛ gẽtibꝫ oĩno oĩbꝫ. Sin ṽo minꝰ ꝑfectꝰ fuerit / ridiculus erit / cõtemptꝰ / abiectus / ſibiqȝ ipſi / ꝛ alijs noxius. Nõ igit̃ tãti illis incõmodi / tantiqȝ detrimenti cauſa ſimus. Nam quotiẽs peregre a nobis liberos dimittimꝰ: tũc demũ illos videre volumꝰ: cum ea ꝯſecuti fuerint: quoꝝ grã peregrinati ſunt. Ꝙ ſi antea redierint / nõ tm̃ ex ꝑegrinatiõe ipſa voluptatis capimus: q̃ȝtum / ꝙ fruſtra ꝛ intẽpeſtiue aduenerint / meroris. An nõ extreme demẽtie / ꝛ iniquitatiſ eſt: non tm̃ ſtudij / ac ſollicitudinis in rebus ſpiritualibus ponere: q̃ȝtũ circa tẽporalia / ꝛ fluxa mõſtra

mus? Cū eñ illic adeo philoſophice feramꝰ ſeparationē a nobis filioꝝ: vt eā extēdi cupiamꝰ / et ꝓlixiorē fieri: dū aliq̄ ex ea gigni cōmoda ꝯſtanter teneamꝰ. Hic in tñ animi mollitie frangimur: vt ex hac puſillanimitate nr̄a ſumma corrūpamꝰ bona. Atqꝫ id cū plurima habeamꝰ ſolatia: nō tñ ꝙ illi ſe ad maiora / ac digniora ꝯtulerit / ⁊ optato fine potituri ſint: nihilqꝫ ſit penitꝰ: qđ eam ſpem infirmet aut frangat: verūqꝫ ipſe q̄ꝫ ſeparationis modus / ⁊ ꝑiocūdus ſit / ⁊ facile poſſit tolerari. Nam cū illi lōginquiꝰ peregrinati fuerint: non eis cōgredi facile poſſumꝰ / idqꝫ cū ſemꝑ cōtingit / tum ī primis qñ ſenuerimꝰ. Hic vo aſſidue ad illos ꝓficiſci poſſumꝰ / atqꝫ ex eoꝝ cōgreſſione: fructꝰ vberrimos cōſequi. Ita ḡ faciamꝰ: cūqꝫ illi nōdū ad nos ꝓficiſci pñt: ipi illos adeamꝰ: illis ꝯgrediamur: cū eis familiariter loquamur. Maximū eñ emolumentū ex hoc coꝝ cōtubernio: ſummāqꝫ voluptatē cōſequemur. Nō eñ ex aſpectu ſolū amātiſſimoꝝ filioꝝ exultabimꝰ: veꝝ inſigni ꝓfectu meliores facti / ita domū remeabimꝰ. Nōnunq̄ꝫ vo cum illis etiā vna ꝑmanebimꝰ eiuſdem philoſophie amore capti. Tunc ḡ ſolum ipſos ad nos vocemus: cū vires ſummas fuerit adepti: atqꝫ aliis etiā ꝓdeſſe potuerint: tūc eos reuocemꝰ tñ / ⁊ nō aliter: vt clariſſima lux illa omnibꝫ cōmunis fiat: vt lucerna ſuꝑ cādelabrū cōſtituat̃. Tunc demū: tunc aptiꝰ inſpicietis: quoꝝ liberoꝝ vos parētes eſtis: quorū vehi quos mō maxime beatos dicitis. Tunc philoſophie lucra cognoſcetis: cū illi eos hoīes curarint / qui morbis grauiſſimis laborāt: cū veluti bñfici cōmunes: ⁊ cōſeruatores / et rectores ꝑdicati fuerint: cum veluti celeſtes angeli cū hominibꝫ in terra conuerſati fuerint: cum illos intuebunt̃ oēs: cū ī illos / atqꝫ in illoꝝ nomē ſe cūctoꝝ ora cōuertēt. Immo vero q̄cūqꝫ dixerimꝰ: nihil tale ꝓfecto dicturi ſumus: quale in ipſo experimento / ⁊ in rebꝫ ipſis cognoſcetis. Iſta nobis vt dei leges faciēda erāt: ſi officiis hūanitatis ſatiſfacere vł aliqua ex parte curaremꝰ. Nō tum liberis nr̄is timores intētandi erāt: cū ad viriles annos ꝑueniſſent: ſꝫ cū pueritie etatē agerēt moderādi illi / ⁊ inſtituēdi / formādiqꝫ fuerant: nec poſt hac vnq̄ꝫ opus habuiſſent / minis ⁊ terroribꝫ. Nūc vo idē facimus / ac ſi medicꝰ aliquis languēti egroto nihil dicat: nihilqꝫ per qđ curari poſſit egritudine oſtendat: cum vo corruptus fuerit / ⁊ perditus: atqꝫ inſanabili morbo comprehenſus: tunc iam innumeras remedioꝝ leges conſtituat. Nā reliqui ſane legiſlatores: tunc nos inſtituunt / ⁊ monent: cum fuerimus ꝑuerſi: ſed nō ita paulus facit: verū ab initio ſtatim / atqꝫ a ꝑma etate: virtutis magiſtras ſtatuit leges: vitiis oīe penitꝰ aditū adimēs. Hec eſt eñ optimi atqꝫ rectiſſimi magiſterii norma: nō priꝰ vitiis dominari ſinere: poſtqꝫ vt illa effugent̃ inquirere: verū cuncta facere / ⁊ vniuerſa moliri: vt natura noſtra vitiis inuiolabilis fiat / atqꝫ inacceſſa. Quocirca hortor / ⁊ moneo: nō mō alios q̄ hoc volūt facere nō ꝓhibeamꝰ: ſed ipſi q̄ꝫ adiutores accedamus: atqꝫ vna ſeruantes inter vndarū moles nauē: nihil omittamus: vt felici illa curſu: auris ſecūdis impulſa nauiget. Nempe eñ ſi hāc ſententiā oēs amplecteremur: aliiſqꝫ omibꝫ poſthabitiſ natos nr̄os ad virtutē ꝑducere inſtitueremꝰ / atqꝫ hoc ſolū operepciū reliq̄ oīa / ⁊ ſuꝑflua / ⁊ ocioſa eſſe arbitraremur: tāta nobis inde bona / tāta ꝓuenirēt cōmoda: quāta ſi dicere voluero: vereor ne iuueniliter gloriari videar. Porro ſi q̄s id certiꝰ addiſcere voluerit: ex rebꝫ ipis celeriꝰ agnoſcet / ingētesqꝫ nobis gr̄as habebit: deoqꝫ lōge vberiores: cū viderit celeſtē in terris cōuerſationē / germine leto pululantē / atqꝫ inde ī ꝑmiis bonorū futuroꝝ ſpem: ⁊ reſurrectionis fidē: iam apud ipſos infideles quoqꝫ obtinentē. Eniuero ꝙ iſta iactantie verba nō ſint: hinc ꝑſpicuū eſt. Quotiens illis coꝝ q̄ ad ſolitudines ſe receperunt vitā exponere incipimꝰ: nihil hñt / qđ refragari poſſint: aut cōtra obiicere. Ceterū huic tñ rōni niti vident̃ / atqꝫ inde cōtentiōis occaſionē ſumere: ꝙ pauci ad culmē perfectiōis euadūt. Si vo ī ciuitatibꝫ ṽtutū fructꝰ ſereremus / legēqꝫ aliquā ⁊ initiū diſciplina celeſt̃ acciperet: liberoſqꝫ nr̄os añ oīa admoneremꝰ / deo amicos / et familiariſſimos fieri / ſpiritaleſqꝫ diſciplinas aliarū vice / atqꝫ alias añ oēs illos doceremꝰ: iādudū triſtia cūcta deſiliſſent / innumeriſqꝫ malis vita nr̄a caruiſſet / idqꝫ qđ de beatitudine future vite dr̄: ꝙ inde aufugit dolor oīs / ⁊ triſticia / ⁊ gemitus: hic q̄ꝫ oēs cōſecuti fuiſſemꝰ. Nā ſi nec pecuniaꝝ amor: nec inanis glorie cupido vlla inceſſerit: non mortē timeremus: nō paupꝑtatē: nō iniuriis affici / leſionē vllā aut damnū arbitraremur: ſꝫ maximū lucrū: ſi nō hoſtiliter ꝑſequi / non odiſſe nouiſſemꝰ: nunq̄ꝫ ꝓfecto ꝑturbatiōibꝫ ꝓpriis: nunq̄ꝫ alienis iniuriis victi ceſſiſſemus: ſed angelis ipſis ꝓximū / ac ſimillimū eſſet hominū genus. Et q̄s (inquies) mortaliū iſta īpleuit? Minime vo mirū eſt: ſi tu nō credis: quippe q̄ ciuitatē inhabitas: diuinorūqꝫ libroꝝ ꝯſuetudinē / ⁊ familiaritatē nullā habes. Qꝫ ſi eos q̄ ſolitudīes habitāt q̄qꝫ diuīs lr̄is olim aſſueti ſūt nouiſſes / agnoſceres ꝓfecto / ꝙ ⁊ monachi: et añ hos apl̄i / atqꝫ añ illos ipos veteres iuſti diligētiſſime philoſophie huius documenta dederunt. Uerum eñ vt cōtentiōe interim omī abſtineamꝰ / ꝯcedamus ſane ſecundū / aut tertiū a ſummis illis viris fore filiū tuū. Num ideo paruis / aut negligendis bonis potiet̃? Nū ad petri / vel pauli merita cōſcēdit? Num igit̃ iccirco illū ꝓximo etiā honore ꝑuabimꝰ? Idē eñ facis / ac ſi ita loq̄reris: Quādoq̄dē ipe ꝑcioſus lapis fieri non poteſt: ferrū eſſe ꝑſeueret: neqꝫ argentū fiat: neqꝫ aurū. Cur ḡ in reliq̄s rebꝫ nō eandē habes rōnē: ſꝫ penitus cōtrariā? Nā cū filiū tuū ad eloquētie aſſequendam diſciplinā abs te dimittis: nō ſummis illū oratoribꝰ excellentē te viſurū ſperas: nec tñ iccirco eiuſmodi illum ſtudiis deducis: ſat̃ cum tibi exiſtimās facturum: ſi quintū etiā vel decimū ab his q̄ in oratoria ꝑncipes fuerūt / fieri cōtingat. Qꝫ ad regiā militiā filios vr̄os aſcribēdos curatis: nō ad ipa penitus perfectorū tribunalia cōſenſuros expectatis: nec tñ ideo baltheū illos ſoluere iubetis: aut ne initio quidē regiā conſcendere: ſed oīa molimini: vt ne illi vnq̄ꝫ regie commoratiōi decidāt / ſufficere exiſtimantes: ſi vel inter mediocres illos numerari ꝓſpexeritis. Cuius ergo rei gratia: illic quidem: ⁊ ſi maiora cōſequi nō liceat: ne ſic quidē deſiſtitis: veꝝ vt minora ꝯſequamini elaboratis: erumnaſqꝫ ſubitis: atqꝫ iſta facitis: cum tamē ſpes nulla certa ſit. Hic aūt deſidetis / atqꝫ torpore laſſeſſitis. Cur? niſi ꝙ illa quidē vehementer cupitis: horum vo nec breui deſiderio tangimini? Cumqꝫ iſtud confiteri erubeſcatis: figmenta / ⁊ occaſiones excogitatis. Itaqꝫ ſi quidē plane / ac penitꝰ velletis: nihil vobis ad hec



aſſequēda impedimēto eſſe potuiſſet. Ita eñ ſe res habet. Si q̄s aliq̄d ardēter amet: ⁊ ſi nō illo / aut ꝑmus fruat̃ / aut ſolus: vel medio ī loco ſtare patiet̃: atqꝫ etiā aliq̄nto inferiore: dū eo qđ amat frui tandē vlla rōne poſſit. Quippe ⁊ is q̄ vino / potatiōiqꝫ addictꝰ fuerit: ⁊ ſi vinū ſuauiſſimū / accipe nō poſſit: ne id quidē qđ deteriꝰ fuerit / vnq̄ꝫ cōtemnet. Rurſus q̄ pecunie veſano amore flagrauerit: nō ſolū ſi q̄s ei ꝑcioſos lapides: vel aurū dederit: veꝝ ſi argentū q̄ꝫ maxias illi gr̄as habebit. Tāti nēpe eſt cōcupiſcētia violētiſſima quidē res: ⁊ q̄ eū / que ſemel cepit: omia ſuſtinere / ⁊ perpeti q̄libet ex re vi ſua poſſit abigere. Itaqꝫ niſi eſſet hec ṽboꝝ callida tergiuerſatio: cooperandū illis fuerat / ⁊ collaborandū. Neqꝫ eñ eiꝰ eſt / q̄ aliq̄d fieri deſideret: id vti ne fiat īpedimēto eē: ſꝫ vt fiat oīa moliri. Nā ⁊ hi q̄ ad olympica certamina deſcēderit: cū ꝓbe norint: vnū ex tāta multitudīe victorē fore: laborāt tñ / atqꝫ fatigant̃: ⁊ in ſudoribꝰ ⁊ erūnis agūt. Et ſi nihil fere hic atqꝫ illic ſil'e eſſe videat̃: nō ſolū ob certaminū diſſimillimū finē: ſꝫ ꝙ cū ſit neceſſe ibi vnū ſolūmodo corona donari: hic non ea ꝑmiorū eſt rō / vt aliꝰ ſine coronis: aliꝰ coronatꝰ abſcedat: ſed ꝙ cū aliꝰ maiore gloria / clarioreqꝫ laudatiōe potiat̃: aliꝰ minore: oēs tñ beati / et illuſtres ſunt. Prorſus vo ſi vellemꝰ in ipis ſtatim initiis effingere / ac formare liberos nr̄os: atqꝫ eis erudiendos tradere / q̄ illos regere / ⁊ moderari ſcirēt: fieri ſatis poſſet: vt ī ꝑmo caſtroꝝ ſtarēt ordine. Nūq̄ꝫ eñ ꝓfecto ſꝑneret deꝰ tātā deuotionē / et alacritatē animi / tātūqꝫ ſtudiū: ſꝫ ad hāc formādā: ꝑficiendāqꝫ ſtatuā: manū q̄ꝫ ſuā adieciſſet: q̄ operante / poſſibile nō eſſet / q̄cq̄ꝫ ex his q̄ fierent cadere: īmo cōtra eſſet īpoſſibile illā nō ad ſūmū ſplēdoris ⁊ glorie culmē ꝑuenire: ſi mō qđ nr̄e partis munꝰ eſt / nō negligeremus. Nā ſi mulieres impetrare a deo valuerūt / vt ad curā liberoꝝ adiutor ſibi / ⁊ fautor accederet: longe id magis nos ſi voluerimꝰ / cōſequi poterimꝰ. Et alias quidē cōſulto omitto: ſunt aūt ꝑmulte: ne liber / q̄ iam claudēdus eſt / ꝓlixior fiat: vnā tñ memorabo Anna quedā fuit hebrea mulier: hec vnū filiū cum partu ediſiſſet / nec alium iam ſe ſperaret parituram. Hūc eñ vix tandē poſt multas lachrymas acceperat / erat eñ ſterilis / videretqꝫ ꝓpterea emulā ſuā ſibi crebro inſultantē: ne ſic q̄dē q̄cq̄ꝫ tale paſſa eſt / q̄le vos: verū cū filiū illū genuiſſet: id ſolū tꝑs ea apud ſe morari ꝑmiſit: q̄ lacte nutriri opꝰ habuit. Cū vo nō iā eiuſmodi indigeret alimēto: ſumptū ſtatī obtulit deo nec iā vt paternā domū reuiſeret / orauit / ſꝫ ſemꝑ in dei tēplo ille morabat̃: cūqꝫ ſi qñ illa videre cupiuiſſet q̄ppe mr̄ / nō ad ſe cōuocabat filiū: ſꝫ ad illū vna cum pr̄e aſcēdebat: illo tanq̄ꝫ reuera donario deo iā ꝯſecrato abſtinēs. Adeo vo magnꝰ ⁊ ſtrēnuꝰ adoleſcēs ipe factꝰ eſt: vt deū cū illā hebreoꝝ gentē: ob effuſam late maliciā execraret̃: nec iā illis vteret̃ nec viſionē vllā eis reuelaret: rurſus eximie ṽtutis merit̃ attraxerit / ꝑſuaſeritqꝫ ea oīa q̄ antea ſolebat exhiberet: ꝓphetiā q̄ꝫ que diu abuolarat / reſtituere. Nec iſta tunc mō valuit / cū ad maturā etatē ꝑueniſſet: ſꝫ etiā cū puer adhuc eſſet. Non eñ erat inq̄t / viſio cōprimēs: ⁊ verbū ꝑcioſum nō erat. Cūqꝫ iſta talia ac tāta eſſent: illū deꝰ iugiter alloquio familiari dignabat̃ / ac ꝑ illū frequēs oracula edebat: tātū cōfert emolumēti deo ſemꝑ: q̄ poſſiderimus cōcedere / cūctiſqꝫ vt illi placeamꝰ nos exn̄eos facere / non tñ pecuniis ⁊ poſſeſſionibꝫ: ſꝫ ipis q̄ꝫ liberis nr̄is: nā ſi hoc in nr̄a aīa facere iubemur: multomagis ī omībꝫ ceteris. Hoc eñ ⁊ patriarcha fecit abraā: īmo vero multo maiꝰ aliq̄d: iccirco lōge etiā maiore cū gl̄ia filiū recepit. Tūc eñ maxime ⁊ veriſſime filios habemus nr̄os: cū deo nr̄o illos tradiderimꝰ. Lōge q̄ppe ille eos meliꝰ ⁊ excellentiꝰ / q̄ꝫ nos moderabit̃ et reget / maiorēqꝫ illoꝝ curā geret. Nōne id vides in diuitū q̄ꝫ domibꝫ fieri. Nēpe eñ ibi eos q̄ domi cū parētibus morant̃ / nō vſqꝫ adeo illuſtres / inſigniqꝫ potētia ꝑditos videas: q̄s aūt a parētibus ꝑncipes abduxerint / ſuoqꝫ ſeruitio / ac miniſterio accōmodauerit / erariiqꝫ cuſtodie ꝑfecerint / eos videas: ⁊ ſumma dñoꝝ beniuolētia / ⁊ lōge maxia fiducia potiri / tantūqꝫ cōſeruis eſſe clariores: q̄ꝫtū ſeruis dñi excellūt. Sin aūt hoīes miniſteriis / ⁊ officiis ſuis deditos: tāta beniuolētia ⁊ benignitate ꝓſequunt̃: lōge id profecto digniꝰ ⁊ excellentiꝰ infinita illa bonitas que deꝰ eſt / faciet. Permittamꝰ ḡ illos miniſterio celeſti famulari / nō in templū eos introducentes / vt Anna Samuelē: ſed in ipm celū cū angelis diuino miniſterio dicādos. Qꝫ eñ cū angelis illi miniſtraturi ſint q̄ hāc philoſophiā apprehēderint / omibus ꝓfecto liquet. Tunc ſane illi nō tñ ſue: ſed nr̄e q̄ꝫ maiore cū fiducia glorie / felicitateqꝫ ꝓſpiciēt. Nā ſi quidā parentū gr̄a nōnulla cōſolatiōe potiti ſunt: multo id magis filioꝝ cauſa parētes cōſequētur. Illic eñ nature tñ ꝑrogatiua erat: hic ius etiā educatiōis accedit: qđ natura longe maius et potētiꝰ eſt. Atqꝫ ego vobis vtrūqꝫ ſcripture diuine exēplis affirmabo. Ezechiā certe inſigni virtute ⁊ pietate virum: minꝰ tñ ex virtutū ſuaꝝ cōſciētia fiducie habētem: q̄ꝫ vt poſſet aduerſus īminēs periculū ꝯſiſtere: paterne virtutis gr̄a ſe deꝰ ſeruare teſtatꝰ eſt. Protegā eñ (inq̄t) ciuitatē iſtā / vt ſeruē eam ꝓpter me / ⁊ ꝓpter dauid pueꝝ meū. Paulus item cū ad Timotheū de parentibꝫ ſcriberet / aiebat: Quoniā ſalui fient ꝑ filioꝝ generationē / ſi ꝑmāſerint in fide / ⁊ dilectione / ⁊ ſanctificatione cū caſtitate. Iob q̄ꝫ ſanctiſſimū virū / cū ex virtutibꝫ reliq̄s ſcꝑtura collaudet / ꝙ fuerit iuſtꝰ / ꝙ verax / ꝙ religioſus / ꝙ pius: tū ex eo maxime / ꝙ filioꝝ optime nutriēdoꝝ habuerit ſummā diligentiā. Nō eñ ea cura vrebat̃ / vt aurum illis copioſiſſimū acq̄reret: nō vt humana gl̄ia verendos / ⁊ illuſtres cerneret: ſed q̄d ille tādē requirebat? Audi q̄d ſcriptura dicat: Cū cōſumati (inq̄t) eſſent dies cōuiuii: mittebat iob ⁊ purificabat eos / cōſurgenſqꝫ diluculo offerebat ꝓ eis ſacrificia ad numeꝝ ipſoꝝ / vitulūqꝫ vnū ꝓ peccatis / ꝓ aīabꝫ eoꝝ. Dicebat eñ iob in corde ſuo: Ne forte filii mei in mente ſua mala cogitauerit aduerſus deum. Ulla ne iam nobis erit excuſatio: eiuſmodi ſcelus admittere audentibus: quando is qui ante gratiam: ante legem fuit: qui nullo ſacrarum litterarū magiſterio inſtructus erat: tantam filiorum oſtendit / geſſitqꝫ prouidentiam: vt de incertis quoqꝫ eorum: ⁊ occultis: tremeret / paueretqꝫ delictis. Que nam nos iam excuſabit ratio: q̄ cū ſimꝰ ſub gr̄a: cū tātis ⁊ tā inſignibꝰ magiſtris potiamur: cū eiuſmodi exēplis abūdemꝰ: totqꝫ monitis erudiamur: nō mō ꝓ occult̃ / īcertiſqꝫ filioꝝ pctis nō metuimꝰ: verum apta q̄ꝫ / ⁊ manifeſta cōtemnimꝰ. Nec iſta ſaltem ꝑnicie cōtenti: ſi q̄ eos emēdare voluerint: eos vndiqꝫ reiicimꝰ / exagitamus / affligimꝰ. Abraā q̄ꝫ ſimul: vt dictū eſt / cū

cetera recte facta cõmendãt: tum iſtud quoqꝫ clariſ-
ſimum facit. Igitur cũ tanta ſummoꝝ viroꝝ tenea-
mus exẽpla: paremꝰ deo miſtros idoneos / ⁊ ꝓba-
tiſſimos famulos. Nam ſi is ꝗ vel athletas ciuita-
tibꝫ nũtrit: vel exercet ad regꝫ obſequiũ milites: ma
ximis honoribꝫ fruitᷣ: q̃nta nos mũera: q̃t coronas
accepturi ſumꝰ / ꝗ tam magnos / et eximios viros:
dicã verius angelos: deo educamꝰ. Omĩa ḡ facia-
mus / cunctaqꝫ moliamur: vt eis inſignes pietatis
opes relinquamꝰ / q̄ ſole ꝑmanẽt nobiſcũ / excedẽteſ-
qꝫ ex vita comitantᷣ: neqꝫ hac in vita ſolũ: ſꝫ ĩ illa etiã
maximo nobis vſui erũt: ſummaqꝫ cõferẽt emolumẽ
ta. Nam ſecl'i quidẽ diuitie: neqꝫ excedẽtes e vita co
mitantᷣ: ⁊ hic nõnunꝗ̃ nos deſerũt / poſſeſſoreſqꝫ ſu
os crebro perdiderunt. Iſte aũt diuitie / ⁊ in vita / et
pôſt mortẽ firme / ſtabileſqꝫ ꝑdurant / coſqꝫ ꝗ ſe poſſe
derũt tutos / inuiolatoſqꝫ ſeruabũt. Ita enim ſe res
habet: vt is q̇dẽ ꝗ terrena ſpiritalibꝫ p̄fert: ⁊ illis de
cidit / ⁊ iſtis: ꝗ autẽ celeſtiũ deſiderio tenetᷣ: terrenis
etiã oĩno potiatᷣ. Nec iſta mea ratio ẽ: ſꝫ eiꝰ ꝗ cuncta
prebiturꝰ eſt dñi. Querite eñ (inq̇t) regnũ celoꝝ / ⁊
hec oĩa apponentᷣ vobis. Quid huic honori par vl-
la rõne eſſe poſſit? Curã (inq̇t) gere ſpũaliũ rerũ: mi-
hi ꝟo tua omĩa ꝑmitte. Ac ſi pater aliq̇s indulgẽtiſ-
ſimus / ⁊ domꝰ curã / ⁊ familie regimẽ / aliarũqꝫ re-
rum oĩm adminiſtrationẽ ipe ſibi aſſumeret / filiũqꝫ
ſuũ: vt philoſophie ſolũ operam daret / admoneret.
Ita ꝓfecto deus quoqꝫ. Pareamꝰ illi igitᷣ / inqui-
ramuſqꝫ celoꝝ regnũ / ſicqꝫ ⁊ filios noſtros ꝓbatiſſi
mos videbimꝰ / ⁊ ipi vna ex illoꝝ preclaris actibus
illuſtriores erimꝰ / boniſqꝫ etiã preſentibꝫ fruemur:
ſi futura tm̃ celeſtia diligamus. Iſta vobis ſi quidẽ
obtẽperare volueritis / maxima p̄mia cõferent / ſum
mãqꝫ mercedẽ: ſin aũt reluctari: atqꝫ eis minime pa-
rere ꝑſtiteritis: grauiores cruciatꝰ. Neqꝫ eñ vllus
iam excuſationi locꝰ erit / vt tergiuerſari / ⁊ colligere
figmẽta valeatis. Aut dicere nemĩnẽ fuiſſe a ꝗ iſta
diſceretis. Certe eñ ante noſtram qꝫ admonitionẽ:
hec oĩs excuſatio ſublata erat: cũ habeat natura ipa
diligentiſſimũ bonoꝝ / maloꝝ̃qꝫ iudiciũ / iſtaqꝫ phi-
loſophia vbiqꝫ ꝓpoſita ſit oĩbꝫ: tantaqꝫ ſint p̄terea
vite p̄ſentis incõmoda / ⁊ mala: vt eos q̄ꝫ ꝗ illã vehe
menter amant / ab ea ad ſolitudines fugare ſufficiãt.
Igitᷣ vt dixi: etiã ſi ipi taceremꝰ: oĩs excuſatio ſubla
ta eſſet: nũc ꝟo multo id magis cõtinget poſt iſtos a
deo ꝓlixos libros: tanqꝫ lõgam admonitionẽ: quã
ex rebus ipſis: ⁊ q̄ etiã illuſtrior eſt: q̄ꝫ ex diuinis lit
teris fecimꝰ. Nempe eñ ⁊ ſi domi remorãtes poſſi-
bile eſſet / nõ penitꝰ corrũpi / ⁊ perire: ſed vel inter ex
tremã electorũ ſortem numerari: ne ſic quidẽ ſuppli-
cia euadere poſſemꝰ: cũ ⁊ his qui ad diligẽtioris de-
lectum vite ꝓperant / impedimẽto fuiſſemus: et eos
mundanis rebus obligatos teneamus / ꝗ ad celũ
euolare cupiũt: atqꝫ in auras vere libertatis emer-
gere. Cum ꝟo iſtud poſſibile nõ ſit: ſed oĩno percun-
dũ cõſtet: ⁊ de extremis periculũ imineat: quã tan-
dẽ veniã: quã excuſationẽ habituri ſumꝰ: ꝗ non mo
do noſtroꝝ peccatoꝝ: ſed eoꝝ etiã: q̄ poſtea filij pecca
uerint / penas in noſmetipſos acerbiſſimas attrahi-
mus? Neqꝫ eñ eos ita puniẽdũ iri exiſtimo pro his q̄
deliquerint ad mũdanos fluctus violenter attracti:
vt vos qui hanc inuitis illis / et renitẽtibus neceſſi-
tatẽ impoſuiſtis. Nam ſi ei ꝗ vnũ ſcãdalizat / cũ mo-
la in mare p̄cipitari expedit: q̄ tandẽ pena / ꝗ crucia-
tus illi ſatis erit: qui ſeuitiã tantã / ⁊ immanitatẽ in
liberos ꝓprios oſtendũt. Quo circa moneo / atqꝫ ob
teſtor: velitis eſſe philoſophoꝝ filioꝝ patres. Neqꝫ
enim id dicere debetis: qđ audio plurimos tergiuer
ſantes dicere. Qđ nam ꝟo iſtud eſt? Cũ videremus
inquiũt eos ad finẽ ꝑuenire non poſſe: iſtud ꝓhibui-
mus. Etiã ſi hoc aptiſſime nouiſſes nec eſſet iſta fal-
lax cõiectura: plurimi quippe ex his ꝗ lapſuri puta-
bantᷣ / firmiter ſteterũt: ſi tu tñ id oĩno p̄ſciuiſſes: ne
ſic quidẽ illum inſtituto retrahere debueras. Neqꝫ
eñ ſi quẽ cadere incipientẽ: anticipãtes lapſum: ipſi
p̄cipitaremus id nobis ad excuſationẽ ſatis eſſet: ſed
ipm hoc nos in primis cõdẽnaret: vt q̇d eñ tu nõ ꝑ-
miſiſti illius magis negligentia / ruinã illã cõtinge
re: ſed ꝑueniẽs alteriꝰ pctm̃ rapuiſti: cũctaqꝫ in tuũ
caput cõuertiſti? Quinimo ne ꝑmittere quidẽ: vt ea
ruina cõtingeret / debebas. Cur eñ non oĩa feciſti /
vt nõ rueret filiꝰ tuus? Itaqꝫ iccirco maxime extre-
ma aĩaduerſione dignꝰ es / ꝙ ſciebas illũ ruiturũ.
Qui eñ ruinã p̄ſciebas nõ illũ deijcere: ſed manum
porrigere debueras / ſtudiũqꝫ maximũ oſtẽdere: vt
is ꝗ ruiturꝰ videbatᷣ fortiter ꝑſiſteret: ſiue ille poſtea
ſtare firmiter duraret / ſiue nõ. Nos eñ cuncta par-
tiũ noſtraꝝ mũera exequi / atqꝫ implere cõuenit: etiã
ſi illi nihil ex nr̃a diligẽtia / ⁊ ſtudio fuerint lucrati.
Cuiꝰ rei grã: ⁊ vt q̇d? Ut nõ iam aduerſuꝫ nos deꝰ
ſententiã ferat: ſed aduerſus illos. Qđ et ipſe eũ qui
talento accepto: nihil operatꝰ fuerat criminãs dice-
bat: Oportebat eñ inq̇t / te pecuniã meã deponere
ad nũmularios: ⁊ ego veniẽs cũ fenore exegiſſem il-
lam: obtẽperemꝰ igitᷣ iſta monita edenti: vt cruciatꝰ
q̄ꝫ quos ille cõminatꝰ eſt / effugere poſſimus. Neqꝫ
eñ ſane deũ cũ hominibꝫ ludere poterimꝰ: ꝗ cordiũ
ſcrutatᷣ archana: ⁊ oĩa in lucẽ adducit: ꝗ vbiqꝫ etiam
ſalutis filioꝝ reos parẽtes cõſtituit. Nam ſi is ꝗ pe
cuniã deponere neglexit: tãta ſeueritate punitꝰ eſt:
q̇d ille patietᷣ / ꝗ deponere volẽtibꝫ impedimẽto fuit?
Nõ ſolũ eñ ſi ad mũdi ſtrepitũ filij veſtro cõſilio de-
uoluti fuerint: ſed ⁊ ſi fortiter impetũ tulerint / mon
teſqꝫ occupauerint: eadẽ vobis ſupplicia ſunt / cõſti-
tuta. Sicut eñ ꝗ ad philoſophiã hortari ꝑgit / ſiue
ille ꝑſuadeat / ſiue nõ: perfectã conſequitᷣ / integerri-
mãqꝫ mercedẽ: oĩe eñ qđ erat ſui muneris imple-
uit: ita ⁊ ꝗ aliquẽ ꝑdere voluerit / ſiue illũ leſerit / ſi-
ue nõ leſerit: eadẽ aĩaduerſiõe punietᷣ: ⁊ hic eñ cun
cta q̄ potuit fecit. Itaqꝫ ⁊ ſi nihil valueritis ad deija
endos / ac ꝑuertẽdos fortes filioꝝ animos: huiꝰ tñ
iniquiſſimi conatꝰ tãtas penas dabitis / quãtas ſi
id qđ cupiebatis ex ꝓpoſito illos deieciſſetis. Hec
igitᷣ vniuerſa cogitãtes: cunctiſqꝫ cauillationibꝫ ob-
miſſis curemꝰ effici nobiliũ / fortiũqꝫ filioꝝ patres /
tẽploꝝ̃qꝫ chriſtiferoꝝ fabri / pugilũqꝫ celeſtiũ cura-
tores / vngẽtes: erigẽtes: et vndiqꝫ cõmodis illoꝝ̃
ꝯſulẽtes: vt coronaꝝ q̄ꝫ participes eſſe mereamur.
Sin aũt vos cõtenderitis: filij quidẽ ſi fuerint egre
gia virtute p̄diti: etiã ſi nolueritis ad hãc ꝑuenient
philoſophiã / ſempiterniſqꝫ gaudijs fruentᷣ: vos aũt
infinitos vobiſipſis cruciatus cõgeretis: tuncqꝫ ea
que a nobis dicta ſunt / laudabitis: cũ ex eiuſce lau-
dibus nihil cõmodi conſequi poteritis.

Iohãnis Chriſoſtomi ſummi: atqꝫ ſanctiſſi
mi viri aduerſus vituperatores vite mo-
naſtice Liber tertius / ⁊ vltimus explicit.

...ISTECA
...SITARIA